Universidad de Deusto
Biblioteca

EPITOME
SANCTORV
Lopez
T. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 13
Plúteo 10

47
120,6
7
1

Universidad de Deusto
Biblioteca

EPITOME
SANCTORVM
AD CONCIONES.

Tomus Tertius.

Annotationes in Euangelia totius anni tam de tempore, quam de Sanctis complectens.

AVCTORE

R.mo D. Fratre Ioanne Lopez Episcopo Crotonensi ex sacra Ordinis Prædicatorum familia prouinciæ Hispaniæ assumpto.



ROMAE, Ex Typographia Congregationis Oratorij apud S. Mariam in Vallicella. M. D. XCVI.

SVPERIORVM PERMISSV.

Universidad de Deusto
Biblioteca



INDEX DOMINICARVM FERIARVM ET FESTORVM IN QVIBVS ENARRANTVR EVANGELIA DE TEMPORE.

DOMINICAE ADVENTVS.

DOMINICA prima iuxta morem fratrum Prædicatorum. 1.
Dominica secunda & prima, iuxta vsum Romanum. 7.
Dominica secunda iuxta morem Romanum. 16.
Dominica tertia. 22.
Dominica quarta. 29.
In Natali Domini. 34.
Dominica infra octauas Natiuitatis Domini. 38.
Circumcisio Domini. 41.
Epiphania Domini. 44.
Dominica infra octauas Epiphaniæ. 49.
Octaua Epiphaniæ. 53.

DOMINICAE POST OCTAVAS Epiphaniæ.

Dominica prima. 58.
Dominica secunda. 62.
Dominica tertia. 67.
Dominica quarta. 72.
Dominica quinta. 76.
Dominica in septuagesima. 76.
Dominica in sexagesima. 83.
Dominica in quinquagesima. 90.
Feria quarta cinerum. 97.
Feria quinta post cineres. 104.
Feria sexta post cineres. 104.
Sabbatum post cineres. 111.

DOMINICAE ET FERIAE Quadragesimæ.

Dominica prima. 117.
Feria secunda. 124.
Feria tertia. 131.
Feria quarta. 137.
Feria quinta. 144.
Feria sexta. 150.
Sabbatum. 156.
Dominica secunda. 162.
Feria secunda. 162.
Feria tertia. 168.

Feria quarta. 174.
Feria quinta. 181.
Feria sexta. 188.
Sabbatum. 196.
Dominica tertia. 203.
Feria secunda. 211.
Feria tertia. 218.
Feria quarta. 225.
Feria quinta. 232.
Feria sexta. 238.
Sabbatum. 246.
Dominica quarta. 253.
Feria secunda. 260.
Feria tertia. 266.
Feria quarta. 273.
Feria quinta. 280.
Feria sexta. 286.
Sabbatum. 293.
Dominica in Passione. 298.
Feria secunda. 305.
Feria tertia. 311.
Feria quarta. 317.
Feria quinta. 324.
Feria sexta. 324.
Sabbatum. 330.
Dominica in ramis palmarum. 336.
Feria quinta in cœna Domini. 341.
Feria sexta in parasceue de passione Domini. 349.
Feria sexta in parasceue de planctu Virginis. 358.
Feria secunda Paschæ. 365.
Octaua Paschæ. 372.

DOMINICAE POST OCTAVAS Paschæ.

Dominica prima. 377.
Dominica secunda. 377.
Dominica tertia. 384.
Dominica quarta. 391.
Rogationes. 399.
Ascensio Domini. 404.
Dominica infra octauas Ascensionis. 411.
Pentecoste. 418.
In festo sanctissimæ Trinitatis. 424.
In festo Corporis Christi. 431.

DOMINICAE post Pentecosten.

Dominica prima. 438.
Dominica secunda. 444.
Dominica tertia. 451.
Dominica quarta. 458.
Dominica quinta. 465.
Dominica sexta. 472.
Dominica septima. 477.
Dominica octaua. 484.
Dominica nona. 491.
Dominica decima. 497.
Dominica vndecima. 504.
Dominica duodecima. 511.
Dominica decima tertia. 519.
Dominica decima quarta. 526.
Dominica decima quinta. 533.
Dominica decima sexta. 533.
Dominica decima septima. 540.
Dominica decima octaua. 547.
Dominica decima nona. 553.
Dominica vigesima. 561.
Dominica vigesima prima. 568.
Dominica vigesima secunda. 575.
Dominica vigesima tertia. 581.
Dominica vigesima quarta. 588.

FINIS.

INDEX FESTORVM SANCTORVM QVORVM ENARRANTVR IN HOC OPERE EVANGELIA.

A

S. ANDREAE. 1.
Annuntiationis B. Mariæ commemoratio. 18.
Annuntiationis B. Mariæ. 66.
S. *Antonini Archiepiscopi Florentini Ord. Præd.* 95.
Assumptionis B. Mariæ. 167.
S. *Augustini.* 190.

B

S. *Barnabæ Apostoli.* 111.
S. *Barnabæ secundum morem fratrum Prædicatorum.* 117.
S. *Bartholomæi Apostoli.* 185.
S. *Bernardi Abbatis.* 179.

C

S. *Catharinæ Senensis Ord. Præd.* 105.
S. *Catharinæ Virginis & martyris.* 251.
Commemorationis defunctorũ. 229.
Conceptionis B. Mariæ. 12.
Conuersionis S. Pauli. 41.

D

Decollationis S. Io. Baptistæ. 190.
S. *Dominici.* 153.

E

Exaltationis S. Crucis. 196.

F

S. *Francisci.* 211.

H

S. *Hyacinthi Confess.* 173.

I

SS. *Iacobi & Philippi.* 89.
S. *Iacobi Apostoli.* 148.
SS. *Innocentium.* 36.
Inuentionis S. Crucis. 100.

S. Ioan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX.

S. Ioannis Euangelistæ. 30.
S. Iosephi. 61.

L

S. Laurentij. 161.
S. Lucæ Euangel. 217.

M

S. Marci Euangel. 71.
S. Mariæ Magdalenæ. 138.
S. Martini. 234.
S. Martini Euãgelium Dominicanum. 239.
S. Matthæi. 196
S. Matthiæ Apostoli. 53.
S. Michaelis Archangeli. 201

N

Natiuitatis S. Mariæ. 191.
Natiuitatis S. Ioann. Baptistæ. 122.
S. Nicolai Episcopi. 7.

P

SS. Petri, & Pauli Apostolorum. 127.
S. Petri martyris ord. Prædic. 82.
SS. Philippi, & Iacobi. 89.
Præsentationis B. Mariæ. 244.
Purificationis B. Mariæ. 47.

R

SS. Rosarij. 206.

S

Sanctorum omnium. 222.
SS. Simonis, & Iudæ. 217.

T

S. Thomæ Apostoli. 24.
S. Thomæ Doctoris Ecclesiæ. 53.

V

S. Vincentij Confess. ord. Præd. 257.
Visitationis B. Mariæ. 132.

Pro insigni victoria gratiarũ actio. 265.
In hæreticorum punitione publica. 265.
In solemnitate primæ Missæ. 265.
Ad uelandam Sanctimonialem. 267.
In solemni processione necessitate grauí cogente. 270.

FINIS.

ANNOTATIONES IN TOTIVS ANNI EVANGELIA DE TEMPORE.

Auctore R. D. F. Ioanne Lopez Episcopo Crotensi ex Ordine fratrum Prædicatorum.

DOMINICA PRIMA IN ADVENTV

Iuxta morem fratrum Prædicatorum.

Euangelium.

Cum appropinquaret Iesus Ierosolymam & uenisset Bethphage. Matth. 21.

In Dominica hac Aduentum Christi Domini in carne ad redimendos homines celebrat Ecclesia, de qua re latissime disseritur in lib. 3. cap. 5. & 6.

1 Dominica 1. Aduentus secundum morem Dominicanum.

ANTEQVAM ad expositionem veniamus Euangelij, aduertẽdum est, quam ordine miro Ecclesia in Dominica hac agat de incarnatione Domini, quã animabus ęgris medẽdis destinauit Deus, celebratura Dominica sequenti aduentum ipsius ad iudiciũ, in quo, reparatis renouatisq. animabus iustorum, restauranda, renouandaq. sunt corpora. Ordo certe & congruentissimus, & necessarius. Quoniam prẹsens tempus animabus sanctificandis constitutum est, non corporibus perficiendis, quæ mortalia cum sint, iudicio appropinquãte, induent immortalitatẽ, & corruptibilia incorruptionem, tunc mors absorbebitur in victoriam. Modo vsque in hãc horã esurimus, & sitimus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus. Esuriente, & sitiente corpore, satiatur anima illius, qui audit: Venite, emite, & comedite. Vsquequo appenditis argentum, & non in panibus, & laborem vestrum non in saturitatem? Argento & laboribus vtimini, non ad corporum satietatem, sed animarum. Comedite bonũ, & delectabitur in crassitudine anima vestra, non corpus fame cruciatum. Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea, tabescẽte modo corpore vigilijs, ieiunijs, disciplinis, varijsq. cruciatibus. Terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur varijs percussionibus attrita, vt ædificacionẽ in Iudicio habeamus domum non manufactam, sed æternam in cælis. Instabiles sunt modo iusti, qui peregrinantur a Domino exules, modo hunc, modo illum incolentes locum, donec corpore assumpto, & glorificato, non esuriant, neque sitiant amplius, neque cadat super illos Sol, aut vllus æstus, quoniam priora abierunt. Rapientur in nubibus tunc, qui instabiles hic fuerunt, obuiam Christo in aera, & sic semper cum Domino erunt. Qui reparandis animabus, neglecto corpore, fuerint intenti, reparationem expectant animarum in futuro. Qui dicebant: Ceruicibus nostris minabamur, lassis non dabatur requies. Aquam nostram pecunia bibimus, ligna nostra pretio comparauimus. Vix aquam consecuti, vt sitim possemus extinguere, vix lignum habentes, quo calefacti viueremus. Hi audiunt: Respicite, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat corporum redemptio in iudicis Aduentu. Congruentissimus sane ordo, tum quia anima corpore excellentior est, tum etiam quoniam prior reparanda est, quam constat corruisse priorẽ, qua per peccatũ læsa, corruit & corpus, mortiq. addictum est. Cum enim parentes primi per esum pomi occiderunt animas suas, protinus per peccatum, quod primum introiuit in orbem terrarum, ingressa est mors corporis, quæ in omnes homines pertransijt. Reparato peccato, mortale quidem permanet nũc corpus, sed immortalitatem consequetur, & impassibilitatem in iudicio. At cum homines peccatores tantis sceleribus implicati solum

Esai. 55.

Psalm.

Sapien.

1. Thes. 4.

Thren. 5.

intendant voluptatibus, commessationibus,
Sap. 2. ebrietatibus, & impudicitijs dicētes: Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur, nullum sit pratum, quod non pertranseat luxuria nostra, non pertranseat nos flos temporis nostri, coronemus nos rosis, anima penitus neglecta: cum hāc non reparauerint in vita, immortale quidem accipient corpus in suum graue malum, sed passibile innumeris subditum miserijs. Primum ergo Verbi incarna-
Homil. 1. pro Missus est. tionem celebramus, quādo homo factus stillauerunt (ait Bern.) mōtes dulcedinē, & colles fluxerunt lac, & mel, cum super illū mon-
Ioel. 3. tem montium, montem coagulatum, & pin-
Psal. guem misericordia, & veritas obuiauerūt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt; quia in veritate te iudicabit, qui in misericordia te redemit. Christus primū venit misereri, secundo iudicare, alias omnes perirent, lib. 2. c. 11. nu. 1. & 32. Quod prius reparanda est anima, quam corpus, lib. 3. c. 1. num. 55. vsque ad 58.

2 Ecclesiæ etiam mirandum ordinem aduerte, quæ Dominica hac Dominum proponit māsuetum, ac pium in bonum nostrum venientem, & qui talem receperit, exultet filia Sion, qui autem illum contempserit, eum experietur in vltimo iudicio siue in morte ira plenū,
Epist. ad amicum ægro. ac terribilē. Aiebat Hieronymus: Cū Deum hominē factum cōsidero, Deum audio, ipsum laudo, dicens: Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Virga mater est Domini, egressa de radice Iesse, ex qua baculus iste, fesso iam per ætatem mundo, qui eum sustentaret, exijt. Carnem suscipiens Deus ascendit
Hieron. *Esai. 19.* super nubem leuem, sicut Esaias futurū prædixerat, & ingressus est Aegyptum, & cōcurrere fecit Aegyptios aduersus Aegyptios, & pugnauit vir contra fratrē suum, & vir cōtra amicum suum. Super nubē enim leuem humanitatis suæ ingressus est Aegyptum, vel quod a nube leui elenata, & veloci corpore, scilicet Virginis Mariæ portatus sit, & ad ingressum eius omnes dæmones, omniaq. mundi idola contremuerint, & Aegyptij aduersus Aegyptios cōcurrerunt, quia bellū gerendū erat, vt pacem haberent homnines, vt orbis eius misericordiā consequeretur, pugnās vir aduersus proximum suū, quia inimici hominis domestici eius. Christi enim aduentu iratus pater placatus est, quod desiderās Esaias cla
Esai. 16. mabat: Emitte Agnū Domine, &c. Quē locum
Hiero. Hieron. iuxta lectionē Hebræam conuenienter legendum putauit: Emitte Agnum dominatori terræ, ita vt dominatori terræ Deo patri Christus Dominus Agnus sit immolādus, ad orbis reparationē. Cum Deus homo factus
Aug. in Psal. 30. est (aiebat Aug.) voluit loqui verbis nostris, vt nos loqueremur suis. Hęc diuina peracta sunt cōmercia. Mutatio rerū celebrata in hoc mundo a negotiatore cælesti. Venit accipere cōtumelias, dare honores, venit haurire dolorem, dare salutem, venit subire mortem, dare vitam. Et in Psal. 84. idem: Ostēde nobis Domine misericordiam tuam. Felix ille, cui Deus misericordiam suā ostendit, qui enim videt, intelligit, quæ ab ipso receperit bona, & quæ a se habeat mala. Videns Dei misericordiam non extollitur, non se extollendo non cadit, non cadendo stat, stando inhæret, inhærendo manet, manēdo perfruitur & lætatur in Domino Deo suo. Et vt hāc cognoscamus misericordiam ingentem: Salutare tuū da nobis, id est, Christum. Et Bern. Propter *Bern. serm. 2. Aduentus.* hoc dabit Dominus ipse nobis signum, in quo *Esai. 7.* maiestas, & charitas innotescat aperte. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. i. nobiscū Deus. Ne fugias Adam, ne timeas o homo, nec audito Dei nomine terrearis, quia nobiscū Deus carnis similitudine, nobiscum vtilitate. Qui talem noluerit, rigidū expectet iudicē, & exactorem terribilem. Primum Ecclesia vult ad Deum nos ducere amore, quod si non profecerit, Dominica sequenti timore animos pulsat. Amor enim, & timor duo media sunt, quibus Deus homines ad se trahit, & quibus homines, qui stolidi non sunt, & qui in profundum nondum venerunt malorū, ad bene operandum mouentur, lib. 1. c. 9. nu. 6. lib. 4. c. 11. nu. 12. 22. 29. 33. & 36. c. 27. n. 1. Quia ergo hominum, qui ingenui sunt, & nobiles ingeniū illud esse solet, vt beneficijs attrahantur, & charitate, ne vt serui flagellis, & cōpedibus seruiant cōpulsi, & dicūt: Suauis es tu (Aug.) & in suauitate tua doce me iustificationes tuas, vt bonitas tua me doceat bonū operari. *Aug. Ambr. Thom. 3. p. q. 32. ar. 1.* Primum proponitur incarnatio, in qua infinitum Dei experimur amorem, summā eius aduertimus bonitatem, quæ opus est diuinæ misericordiæ, etiamsi in ea omnes Dei virtutes liceat cōsiderare. Vnde cū primum mysterū hoc sacrum Virgini fuit propalatū, audiuit: Spiritus sanctus superueniet in te, quoniā licet tota Trinitas mysteriū hoc sit operatura, in quo Dei Patris necessaria est potētia, quæ extrema tam distantia valeat copulare, Filij sapientia, vt admirabilē, conuenientissimūq. redimendis hominibus, & placando Patri inueniret modum, Spiritus sancti bonitas, quæ malis hominum non vinceretur, sed vinceret in bono malū, & miserum hominē e paradiso pulsum sua benignitate ad cælestem patriam reduceret, indubie ita sentiendum est. Nihil ominus opus hoc Spiritui sācto tribuitur specialiter, cuius speciale attributū gratia, & bonitas est, quæ in Verbi incarnatione maxime lucet, in qua apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei, nō ex operibus iu- *ad Titū. 3.* stitię, quę fecimus nos, sed secundū misericordiā suā, saluos nos fecit. Et alibi, mysteriū hoc *2. Tim. 3.* magnū pietatis sacramentū vocauit Paulus. Vnde cū Ezechiel sanctus animalia illa oculis vndique plena fuisset contemplatus, vidit *Ezec. 1.* etiam in medio ignis, quem cernebat, quasi speciem electri. Electrū ait Greg. pretiosum *Greg. 22. Mor. c. 2.* metallum est ex auro, argentoq. cōpositum, in quo Christus Dominus significatur, in quo duæ conuenerunt naturæ in vna persona diuina

uina, & humana, quæ in argento intelligitur, & diuina, quam significauit aurū, & ex vtraq. hac natura vnus est Christus, verū electrum existens in medio ignis, quo exarsit, qui hominum amore tractus puellæ ventrē non ex-
Ephes. 2. horruit homo factus. Propter quam rationē diuitem eum vocauit Paulus in misericordia, & quia immensam in hoc opere exhibuit misericordiam, & quia dum misericordiam hominibus exhibuit, dies factus est, quia innumeras acquisiuit animas, quas perdidisse quodam modo dicendum est, dum iustitiam exhibens quondā & Angelos, & homines perdidit, quos in regno suo non recepit, at ho-
Genes. mo factus, qui solus cum baculo instar Iacob transierat Iordanem, cum duabus turmis comitatus regressus est. Dies ergo effectus in misericordia, propter nimiā charitatem, qua dilexit nos, cum mortui essemus, conuiuificauit nos in Christo. Hieron. autem dicit. Deus dies in misericordia vocatur, propter eximium amorem suum. Amans ergo nos homo factus, dies effectus est in exhibendis benefi-
Esai. 9. cijs. Quia paruulus datus est nobis admirabilis, cōsiliarius, &c. zelus Domini exercituū faciet hoc, id est, amor: Propheta enim noīe zeli, qui effectus amoris est, nominat causam. Hoc amore cōsiderato Sācti mouebantur ad
9. confes. 6. recte operandum, sicut Aug. confitetur, quod fidem amplexatus orthodoxā, qui nec suspicari antea poterat sacramētum latens in his verbis, Verbū caro factum est, iam non satiabatur dulcedine mirabili considerare altitudinem consilij Domini super salutem generis humani. In medioq. ignis huius ardebant, & incedebāt Sanctorū multi, qui in animalibus
2. Cor. 5. quatuor Ezech. significabantur. Et quia charitas Christi vrgebat, & cōpellebat quodammodo Sācto s, vt in eius dilectionem ferrentur feruidi & grati tāto beneficio in eius cōsideratione vitam transigebant. Sed quia non
Bern. serm. 3 Aduentus. omnium est, ait Bern. memoriam suauitatis
Psal. 144. Dei eructare, quia non omnes pascit hæc memoria, nemo enim quod nō gustauit, eructat. Ructus enim non nisi de plenitudine, & satietate prouenit, propterea quorū sætularis est mens & vita, memoriam hanc etsi celebrant, non eructant. Qui tales cum sint audire me-
Serm. 2. in die 22. rentur (Bern.) O duri & indurati, & obdurati filij Adam, quos non emollit tanta benignitas Dei, tanta flamma, tā ingens ardor amoris, tam vehemens amator, qui pro vilibus sarcinulis, tam pretiosas mer.es expendit, considerent eundem Dominum leenæ similē venientem ad iudicium, vt eum vel metu cōcussi placare satagant. Alligentur reges in compedibus & nobiles eorum in manicis ferreis, qui torquem auream, Diuinum scilicet amorem collo imponere noluerunt, vt qui in vinculis charitatis non trahuntur, miseri trahantur vel compedibus Diuini timoris, quo cōfigantur carnes eorum, qui a iudicijs eius
Psalm. timuerunt. Et licet imperfectorum sit timor, quo primum adduci solent homines ad bene operandum, amore primum Ecclesia animū pulsat, quo filij Dei aguntur, timore postmodum, quo trahuntur, serui, vocabuntur, vt regem gentium timeant, qui ipsum tanto beneficio moti diligere contempserunt. Præterea Ecclesia mater nostra varia semper quærit media, quibus homines peccatis reiectis virtutes amplexentur, solliciti salutem suā operentur. Cum enim Angelis similes non simus in natura, nec eorum sequimur cōditionem. Illi enim cum primum conuersi sunt ad Deū & agnouerunt immensa, quæ a Deo receperant, beneficia, natura, & gratia potēter magnificati, incredibili amore ad tantū benefactorem diligendum sunt moti, quo actu cōtinuo beatitudinem sunt consecuti. Non hæc est hominum conditio, sed vt in eo muri corruant Hierico, clamores validi expectandi *Iudicum.* sunt, arca testamenti circumducenda est septem diebus, tubis inclamare debent sacerdotes, populus vniuersus simul & clamare, & post arcam sequi, & post hæc tanta cū difficultate muri corruunt Hierico septimo die. Varia adhibet Ecclesia media, quibus homines adducantur ad pristinæ vitæ detestationem, & nouæ inchoationem. Primū medium vtrique fini conuenientissimum incarnatio est saluatoris, quo & salutis æternæ cōsequēdæ, ad quam creati sumus, vtilitatē intelligimus. Si enim homini Christiano cordato ea proponantur, quæ in sacris litteris exhibita sunt, ingentium criminum flagella, quantumcumq. grauia illa videantur, diuitis epulonis status miser, qui traditus est ignibus æternis cruciandus, sepultus in iferno, tāta dignus miseria, vt nec guttulam aquæ recipere mereatur, etsi Lazarus rogatus ab infelici illo homine ad nos aduētaret hodie, qui & diceret globos igneos dæmonum societatem, diuinæ visionis carentiā perpetuam, bellū inter Deū & miseros illos homines nullo vmquā fędere, nec ad horam dimittendū, quæ in cælesti patria maneant iustis bona, quæ comprehendere solus Deus potest: immo illud consequeretur homo beneficiū, quod concessum est Paulo, qui raptus in paradisum, & diuinam contemplatus essentiā audiuit arcana verba, &c. Quando omnibus diebus proponat Deum loquentē hominibus: Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos, & reducam captiuitatem vestram de cunctis locis. In omnibus his, cæterisq. similibus non ita dicitur peccati malum, salutis æternæ bonū, &c. sicut in his verbis: Verbū caro factū est. Indecens enim videretur infinitas merces expendere, nisi pro re, omnium grauissima. Cogitabat olim Deus cogitationes pacis, sed opera pacis exhibet, iam qui pater futuri sæculi, & princeps pacis ad nos venit. Vinum & lac suade- *Esai. 55.* bat olim Esaias, vt emerent homines, sed cū Deus homo factus est, meliora sunt (ait Ori- *Orig. hom. 1. exp. 2. in Cā.* gen.) vbera eius vino, quia excellentiora nobis contulit bona. Mutauerāt homines olim,

Tract de passione Domini. inquit, Bern. gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem volucrum, bestiarum, & serpentium vanitati studentes, voluptatibus carnis immersi, diuitiarum cupiditati traditi, & vt concupiscentiam hanc carnis, concupiscentiam oculorum & superbiam vitæ e mũdo profligaret, homo factus est. Christus incarnatione sua ingentem in homines demõstrauit amorem, lib.3.cap.5.nu.27.44.45.49. 55.58.61.70.73.& 74.ca.7.nu.34.41.vsque ad 43. Christus incarnando conuenientissimum adinuenit modum sanandis hominibus, lib.3. cap.5.num.45.vsque ad 47.cap.7.nu.18.c.12. nu.8. Christus Iridi comparatur, vt intelligas mundum ab eo patri reconciliatũ, lib.3.c.5. num.59. Christus electro comparatur, libr.3. cap.5.nu.66. lib.4.cap.27.nu.15. In incarnatione Christi misericordia, & veritas obuiauerunt sibi, &c. lib.3.ca.5.nu.75.vsque ad 79.

4 Euangelium hodiernum secundum historiam celebrem illum ingressum Christi Domini in Ierusalem enarrat, quando vt moreretur intrauit summa totius populi acclamatione, cum ramis palmarum triumphanti obuiam exeuntes, & exuentes indumenta, quæ & asello imponebant, & sternebant in via eũ filium benedictum Dauid, qui venit in nomine Domini, confitentes, illi precantes felicitatem, & omnem prosperitatem, vt sub ipso & per illum etiam ipsi salui fierent ab omni hostium tyrannide liberati, clamantes: Osanna filio Dauid, &c. Deus illi benefaciat, prosperumq. reddat illius regnum, vt per eum & nos benedictionem consequamur. Hæc totius historiæ summa, quam retulit hodie Ecclesia, vt per eam in sensu mystico celebrem Domini ingressum in mũdum per mysterium sanctum incarnationis intelligas. Sicut enim cum Ierosolymam ingressus morti iam vicinus cum solemni illa pompa, cum summa nouaq. populi lætitia, amor ingens Domini innotuit, quo agebatur ad mortem, qui ipsum vrgebat, ne dicam compellebat, vt gaudens moreretur, &c. qui vt omnibus esset agnitus, qui hæc animaduerterent, non casu, sed summa sapientia, & bonitate Christi ita disponente, veluti triumphum celebrans, quem amor reportauerat de ipso, summa ipsius prouidentia, illa omnia voluit vt acciderẽt, & noua, & mira, & stupenda, cum intrat sanctam ciuitatem, vt maledictã hactenus mortem crucis flagellis prius attritus sustineat. Iesu Domino interius mouente animos hominum inimicorum rami præscindebantur, vestimenta exuebat populus in medio frigoris tempore, laudes Christi prçcinebat, vt dilectionẽ in eo perpendas, qui talibus medijs, tanto honore agebatur ad mortem, ad quam malefactores carminibus tristibus, lacrymis & compassione, & aliorum, & propria, pergunt: Hunc vt intelligas immensum in Diuini verbi incarnatione exhibitum amorem, & ostensum, & hoc Euangelio vtitur Ecclesia. Tuncq. maxime ingrediens sanctam ciuitatẽ amorẽ suum patefecit, quando suscitato Lazaro, in Concilio congregati Iudæorum primates ipsum occidere vnamini sententia decreuere, quando iam eum anxie quærebant, vt necarent, quando nuntios iam miserant, vt comprehenderent, vt manifestissime perpendas gratia, & bonitate propria ipsum & impellente, & mouente agi ad mortem, non meritis hominũ, quando tanta, tamq. immania ipsorum peccata in Christum Dominum cõmissa innumeris supplicijs eos dignos ostẽ debant, Deumq. iustum, vt in eos tã meritam seueritatem suã monstraret, impellebant, si ipsius immensa bonitas tãtam indignationẽ non moderaretur, sic & quãdo ingentia erãt totius orbis flagitia, Dominus sola benignitate sua carnẽ susçepit, li.3.c.5.nu.67.71. vsq. ad 74.& nu.92. Christus semen Abrahę apprehendit fugientes sequẽs, li.3.c.5.nu.15. Christi incarnatio in sola gratia fundatur, lib.3.c. 5.nu.15.16.25.34.45.46.54.69.71. vsq. ad 79. cap.6.nu.17. Christus vt ignis ad niueam regionem descendit, & homines accendit, li.3. c.5.n.42.58.& 66. Christus venit ad nos, quia nos ad ipsum pergere nõ poteramus propter duo impedimenta, lib.3.c.5.n.68.69.& 71. Ab 5 orbe cõdito vsque ad incarnationem Domini tam ingens fuit hominũ perditio, vt narrare hominum mala sufficiat nullus, quando & qui in populũ Dei erant segregati innumeris scatebãt vitijs, quando solus Noe cũ suis ab ira Dei liberatus est, cçteri vero vno, aut altero excepto idolatriæ dediti perditissimi erant. *Bernar. ad Galat.4.* Quando autem incarnandus erat Deus, tunc quãdo mittẽdus erat filius factus ex muliere, venerat plenitudo tẽporis, id est, temporalia tantum diligebantur, & quærebãtur, spiritualibus rebus contemptis. Tũc vt ait Hiero. impletũ miserandũ illud Esaiæ va- *Esai. 24.* ticiniũ fuit. Erit sicut Dominus, sic sacerdos, & sicut seruus, sic & Dominus eius. Luxit & defluxit terra. Luxit vindemia, infirmata est vitis, &c. Quomodo si paucæ oliuæ, quæ remanserunt, excutiantur ex olea, & racemi, cũ fuerit finita vindemia? Quod ait, quia iustus pçne nullus erat in mũdo. Secretum meũ mihi, quia futura orbis peccata dicere non possum. Præuaricantes præuaricati sunt. Cum *Esai. 1.* omne caput esset languidũ, & omne cor mærens a plantaq. pedis vsque ad verticem non esset in mystico Iudęorum corpore sanitas, sed vulnus, & liuor, & plaga tumens non est circũligata medicamine, quia medicamina, quæ re uera exhibebãtur populo illi, non magis proficiebant, quam si morbis non adhiberentur, cumq. resina esset in Galaat, & medi- *Hiere.8.* cus, immo medici ibi reperirẽtur, non est obducta cicatrix filiæ populi mei. Sed dixerunt *Hier. 51.* Prophetæ, aut Angeli: Curauimus Babylonẽ, & nõ est sanata, derelinquamus ergo eam. Cũ dignus nõ esset Iudęorũ populus, qui inuisere tur a medico, quãdo renuerat curari. Magnus de cælo venit medicus, quia magnus in terra iacebat ægrotus. Hãc Dei bonitatẽ, quæ ma- *Esai.* litijs

litijs hominum victa non est, sed potius accepit homo duplicia pro omnibus peccatis suis, dum eorum pœnas non dedit, & insuper ab eis liberatus est a Domino, vt consideres, Ecclesia hoc vtitur Euãgelio, in quo lætus ingressus est Dominus ad subeundam mortem ciuitatẽ eorũ, qui iam animo cõmuni statuerant, vt occideretur. Præterea Euangelium istud legit Ecclesia, in quo rex acclamatus est Iesus, vt intelligas, quod Christi regnum cœpit cum primum incarnatus est. Et quod sicut tunc quando multa & cernebantur, & continuo erant aspicienda, quæ ipsum non *Psal. 21.* regem confiterentur, immo talem, vt vermen se vocaret, non hominem, opprobrium hominum, & abiectionem plebis, quãdo mi- *Esai. 53.* tis insidebat asello, quando videndus erat quasi leprosus nouissimus virorũ, in quo aspectus non esset, neque decor, ac subinde homines nec reputarent eum dignitate aliqua fulgentem, nec honore dignum, sed percussum a Deo, & humiliatum, & ab hominibus contemptum, tunc ingentem hominum multitudinem excitauit, quæ illi, vt Regi obuiam veniret, cum ramis palmarum ipsum regem acclamantes, non temporalem, qui temporalia tantum bona conferre valeret, sed saluare valentẽ in excelsis, qui sicut pater erat futuri sæculi, ita & Rex. Sic & Ecclesia cum Christum proponit incarnatũ in matris vtero latentem, miserijs circũdatum, hunc Regem confitetur in cuius non solũ femore, hoc est diuinitate, sed & in vestitu eius scriptum erat: Rex regũ, & dominus dominantium. Et quia hominum ignorantia illius regnũ agnoscere non valet cum introducit pater primo *Apoc.19.* genitum in orbem terræ dicit: Et adorẽt eum *Hebr. 1.* omnes Angeli eius. Totaq. cælestium multitudo principum, dum eum adorat confitetur, quod hæc summa ipsorum sit felicitas, & illũ habere principẽ, ipsiq. subijci, illiq. inhęrere, & ad nutum in omnibus seruire. Et qui sedentem in throno, a cuius facie fluuius igneus rapidusq. egrediebatur, adorauerant, *Dan.7.* *Apoc.5.* adorent eundem existentẽ in vteri virginalis throno. Nõ hæc adoratio seruatur tẽpori, *Apoc.7.* in quo librum aperiat Agnus occisus, quãdo viginti quatuor procident seniores, &c. Nec *Apoc.19.* cum in cælũ ascendit, vbi omnes Angeli stabant in circuitu throni, &c. Nec cum iudicaturus orbem venerit, vbi vox audietur, quasi aquarum multarum, & tonitruum magnorum dicẽtium: Regnauit Deus noster, iam regnũ principis Christi omnibus patescit, &c.

6 Et vidi cælum apertum, & ecce equus, & qui sedebat super eum vocabatur fidelis, & verax, &c. & in capite eius diademata multa, &c. & exercitus, qui sunt in cælo, sequebãtur eum, &c. Non id solum de Christo Domino intelligendum est, sed quod cum primũ car- *Apoc.13.* nem accepit, quia dæmon coronatus fuerat tyrannus, non vno diademate, sed multis, quod incarnatus Christus coronam accipiat, qui infinita bonitate in ingens hominum beneficium dixerat quondam: Viuo ego, quia in manu forti, & in brachio ex- *Ezech.20.* tento, & in furore effuso regnabo super uos *Hieronym.* & subijciam vos sceptro meo. Sed quod dolendum est maxime, illud est, quod sicut aliquando Reges regni habẽt inuestituram, ius ad regnum, sed rebellati subditi ei obedire *Bern. serm.* renuunt, sic, inquit Bern. accidit Christo in *de obuia.* hoc mundo, vbi tanta hominum multitudo *Psal.44.* ei subijci dedignatur, ita vt clamare cogamur: Intende, prospere procede & regna, specie tua, & pulchritudine animos hominũ mouente, & propria hominis vtilitate consideratа obsecro, vt in nobis regnes nos tuo subijciens felicissimo regno, ad quod nemo venit nisi tractus. Christi imperiũ, & pax multiplicata sunt in eius aduentu, lib.3.c.5.n.25. 33.34.& 43. Christus rex est in hoc mũdo, licet regnũ eius non sit de hoc mũdo, li.3.c.7. n.45. Christus Rex noster, & sacerdos, li.3.c.9. nu.22.26.& 29. Christus Rex Regum, quia rex est iustorum, qui dicuntur reges, li.9.c.13. nu.6. Tandem sicut cum ad mortem ingrederetur Iesus Hierosolymam, tãta a Iudæis exhibita sunt dilectionis signa, tam grande desiderium, vt gloria Christi in orbe propagaretur, eius ingens dignitas omnibus patesceret, quæ omnia intra horam interierunt, succedentibus imprecationibus, clamoribus, vt crucifigeretur, e medio tolleretur, inuisus cunctis, qui benedictus filius Dauid fuerat acclamatus. Qui posthabitis Romanis, & Pharisæis eius regnum prædicauerant, qui auaritia pleni indumenta exuebant conculcanda etiam animalibus brutis, commotaq. est ciuitas vniuersa, quibus omnibus perfectis, ac si hæc omnia somnium extitisset (miranda res, ait Hiero.) in tanta ciuitate, tamq. illustri nullus Dominum ad prandium inuitauit. Sed in Bethaniam perrexit, & sequenti die esuriens venit ad ficũ, quam non habentem ficus ficcauit, illius populi significãs crudelitatem. Sæpe legimus hominem hodie super cedros Libani eleuatum, & cum 8 transieris, ecce non est. Hodie Licaoniæ hostias offerre volunt Paulo, & Barnabæ credẽtes gentiles homines, quod Iupiter & Mercurius eorũ dij e cælis descendissent, & post horam lapidatos extra vrbem eiecerunt. Sed id fecerunt barbari, sed Euangelium hodiernũ ea dicit accidisse hominibus fidelibus, qui innumera a Deo reportassent beneficia, & tamen amor Christo Domino exhibitus & ostẽsus continuo disparuit, & in odium conuersus est. Hæc huius populi malitia, stultitia, perditio, nostra autem longe maior, qui cum credamus, & confiteamur Deum verum propter nos carnem susçepisse, egenum factũ, vt nos ditaret, incredibili circumdamur & paupertate, & miseria. Aiebat Origen. hæc *Greg.ho.16.* Hebręis promissio facta est: Apprehendet *in Leuit. ca.* messiũ tritura vindemiam, & vindemia occu- *26.* pabit sementẽ, & absq. pauore habitabitis in terra vestra. Auferã malas bestias, & gladius

non trāsibit terminos vestros, comedetis vetustissima veterū, & vetera nouis superuenientibus, proijcietis. Ponam tabernaculum meum in medio vestri, ambulabo inter vos & ero Deus vester, vosq. eritis populus meus. Antequam Deus fieret homo, eramus omnes terreni, & portabamus imaginem terreni, sed vbi venit homo nouus, qui secūdum Deū creatus est, ejcimus a conspectu eius vetera, deponentes veterem hominē, & induentes nouum, qui secundum Deum creatus est. Tuncq. ponit tabernaculum suum in nobis, quia tam fuit potens ingressus Dei in mundum, vt sicut sanctam ingrediens ciuitatem in ramis, hominum perditissimorum animos mutauit, ita & carnem suscipiens, &c. In illo facto maxime potentia & bonitas Dei patefacta est, qui tam subito & voluit, & valuit mutare hominum corda, eorum, qui dudum cum contumelijs affecerant, vt hi ijdem clamarent, Osanna, &c. Sic aduentus Domini in mundum tam fuit potens, vt homines perditissimos ad inculpatos mores reduceret. Christus enim vastauit filios Seth, dum factus homo a iugo diaboli eos liberauit, sibiq. subditos fecit, lib. 3. cap. 5. num. 5. 10. 24. 32. 34. 64. & 61. c. 6. nu. 17. ca. 7. num. 1. 30. & 45. Christus aduentu suo & inimicos traxit ad se, & carnem subiecit spiritui, lib. 3. cap. 5. nu. 5. Quia enim Deus homo talia fecit opera, terra repleta est gloria Domini, & superliminare templi est sublatum, quod Esaię reuelatum fuerat, ibid. nu. 19. & 38. cap. 6. nu. 9. Christus ingressus in mundū simulachra eius confregit, lib. 3. cap. 5. num. 26. cap. 6. num. 7. cap. 7. num. 16. Christo enim mundus subditus fuit, lib. 3. cap. 5. nume. 43. Sed sicut tunc tam cito mirificæ acclamationes in verba blasphemiæ mutata sunt, quod mirari satis nullus cordatus homo potest, ita & in homine Christiano, quis non mirabitur fidei tāti mysterij, in quo diuina lucet bonitas, potentia, amor, &c. tam sceleratam coniungi vitam in homine, qui credit aduentasse Deum, vt ipsum benediceret in omni benedictione spirituali in cælestibus, loco cuius ille induit maledictionem sicut vestimentum, quæ instar olei vsque ad intima ossium introiuit imbuens omnes animæ recessus maledictione, quam meretur, qui talem benedictionem contempsit. Cum venerit Dominus conflabunt homines gladios suos in vomeres, ait Esaias. Sed videmus quod falces in lāceas cōuertant sanguinolenti viri, &c. equi rusi sanguine fratrum: loco acclamationis tanto principi debitæ cum orbem intrat, mille irrogantur blasphemiæ, periuria, maledictiones. Nōdum baptizatus Augustinus, quid mirum si quid sacramenti haberet, verbum caro factum est, nec suspicari potuisset, sed talis cū esset, memoriam habebat desiderantem, quæ comedere nondum posset. Sed fideles nos nec desideramus, quæ Manichæus optabat, &c. Tātum abest, vt dulcedine mirabili feramur in huius mysterij considerationē, qui necdū amantē habemus memoriam, &c. Cum Christus sagitta sit electa in pharetra humani corporis abscondita, qua vulnerata fuit sponsa charitate, nos ferrei nec vulnus sentimus, qui sentiemus illud aliquando ad mortem sicut vulneratus fuit Babylonis Rex quia sagittæ electæ vulnus recipere noluimus.

Esai. 2.

9. confess. c. 6.

Esai. 49. *Hieron.* *Cant.* *Esai. 14.*

Dicite filiæ Sion, &c. Verba hæc Zach. 9. prædicta fuerant, in quibus sicut & in multis alijs ingens priscorū patrum desideriū ostenditur, qui sanctum Dei optabant aduentum, quo tam ingentia commoda mundus reportaturus esset, quādo Deo incarnante, tot abolerentur mala, tanta exhiberentur bona, lib. 3. cap. 5. num. 10. 32. 33. 60. 80. vsque ad 82. 91. 92. cap. 8, nu. 17. Vnde clamabat Dauid: Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime, &c. intende prospere procede & regna, id est, (Basil.) coniunge diuinitatem, quam gladium voco, humanitati, quæ femur dicitur. Intende prospere, id est, hominū curam per carnis susceptionē aggredere. Dicite filiæ Sion vt exultet, quoniam in Domini incarnatione iusti exultare vehementer debēt, cum sit in maximum ipsorum bonum, ac impiorū culpa hæc eadem cedet in maximā ipsorum pernicię. Vide quod Christus iustis & peccatoribus est ortus, lib. 3. c. 5. nu. 29. 33. 34. 36. & 54. Fuit enim in primo aduentu suo cunctis placabilis & amabilis, ibid. nu. 28. 33. vsque ad 36. 45. & 46. ca. 7. nu. 34. 35. 42. & 43. Et licet hoc ita sit, solis iustis, soli filiæ Sion dicitur vt exultet, ipsis enim solis efficaciter datur salus per Christum, qui dicitur similis capreę, quæ super montes Bethel ambulat, id est, iustos, lib. 3. ca. 6. nu. 1. Ipse est vnguentum, & effusum, sed adolescētulis animabus iustis, ibid. nu. 2. vique ad 5. Christus tantum aduenisse dicitur his, in quibus corruit Babylon ciuitas confusionis, ibi. nu. 2. 17. & 28. li. 4. ca. 19. nu. 2. Christus mons vulnerans principem Tyri & docens electos, lib. 3. c. 6. nu. 8. Et vbi docetur quod Christus alijs est in bonū, alijs in malum eorum culpa late, lib. 3. cap. 5. nu. 89. c. 6. nu. 5. vsque ad 9. nu. 13. vsque ad 17. & 27. cap. 7. nu. 22. c. 9. nu. 1. & 44. ca. 10. nu. 92. lib. 4. cap. 24. nu. 3. vsque ad. 5.

Psal. 44. *Basil. hom. 8.*

Ecce rex tuus venit tibi. In tuum maximū bonum, in fine sæculi incarnatus est vespere, sed sole iustitiæ lucente mane redijt, libr. 3. cap. 5. nu. 1. 23. & 69. Ipse etiam incarnatione sua contriuit vinculi nostri iugum, ibi. nu. 3. 24. 33. 34. & 42. ca. 6. nu. 7. & 17. ca. 7. num. 30. Ipseq. assumpto thuribulo carnis suæ positus in medio incendij, sicut Aaron fecerat, in causa fuit, ne vltio Diuina latius progrederetur, lib. 3. cap. 5. num. 4. Homoq. factus testa ſaniem rasit, dum hominum peccata munrauit, nu. 6. Venit tibi, quoniā ab ipso maiora accepimus bona, quam per peccatū amiseramus, ibid. nu. 10. ca. 10. nu. 76. Venit tibi, quia factus homo nostri curam accepit specialiorem, lib. 3. cap. 5. num. 12. 13. & 18. ca. 9. num.

num. 35. Venit tibi, quoniam humanam naturam supra modum honorauit, lib. 3. cap. 5. num. 15. 16. 46. 61. & 70. Venit tibi, vt nubes, fluuius, & imber quibus inebriata terra fructum copiosum dedit, ibi. nu. 31. 40. 43. 63. 69. & 83. ca. 7. nu. 26. cap. 9. nu. 5. & 16. Venit tibi, quoniam homo factus quamplures continuo habuit imitatores, lib. 3. cap. 5. num. 39. c. 6. num. 5. cap. 8. nu. 4. cap. 9. nu. 32. cap. 13. nu. 16. Venit tibi, quoniā lignum fuit vitæ in medio paradisi Ecclesiæ a Deo patre plātatum, li. 3. cap. 5. num. 41. ca. 9. nu. 37. lib. 5. ca. 3. num. 11. Venit tibi, quia patrem merito succensum hominibus reconciliauit. Propterea enim Iridi comparatur, arcum enim posuit Deus in aere, ne esset diluuium dissipans terram, & Christum filium suū in terra, ne tot malis ingruentibus periret, lib. 3. cap. 5. nu. 59. Fuitq. paries ad quem conuersus Ezechias Rex sanitatem recepit, ibid. nu. 60. & 61. Fuitq. nubecula, quam puer Eliæ vidit, mundum siccitate plenum rigās, & fœcundans, ibi. n. 63. Venit tibi, quia factus homo prouidit multis necessitatibus, quæ maxime vigebant in mūdo, ibi. nu. 71. vsque ad 79. & 92. Venit etiam mansuetus tamquam paruulus nō vt puniat, sed vt misereatur. Ideo enim hinnulo ceruorum comparatur, quoniam paruulus nobis datus serpentem peremit, lib. 3. cap. 5. num. 8. cap. 6. nu. 1. ca 9. nu. 38. Semen Abrahæ apprehēdit quia fugiētes insequebatur, non vt occideret, sed vt benefaceret, lib. 3. cap. 5. nu. 15. Factus pauper, vt infirmitati hominū sese accommodaret, lib. 3. cap. 5. num. 56. & 57.

1. Reg. 28. cap. 6. num. 5. Mutauit habitum Saul post sententiam latam contra Phitonissas, vt cōsuleret, quæ ipsius statum concernerent. Si enim regiam repræsentans dignitatem procederet, quæ obsecro Phitonissa quæ mortis sententiam contra se latam audierat, ipsi respōderet? Audiuit incognitus, quæ ignoraret, nisi habitum simulasset. Mutat habitum verbum, ne homines fugiant sicut Adan, &c.

9 Aduertendum etiam est, quod vt incarnatio verbi diuini homini sit proficua, venire debet in carne vniuscuiusque, qui salutē debet consequi. Tunc autem in carne sua Christum venisse ostendit homo, cum mortificat illam, cum eius curam non facit in desiderijs, sed in necessarijs, cum eius appetitui contradicit, lib. 3. ca. 1. num. 1. 13. 14. 17. 18. 50. & 51. lib. 18. cap. 11. nu. 5. Ipseq. peccata ab hominibus auferens siccat venas mortis, lib. 3. ca. 5. num. 37. cap. 10. nu. 18. Quod vtinam in nobis fiat, vt incarnatio Diuini verbi, quæ omnibus est sufficiens ad salutem, hanc in nobis efficaciter operetur. Sacrum ergo tempus Aduentus, in quo primum Christi legitur incarnatio, multa deuotione celebrandum foret, sicut olim fiebat, vbi ea erat confessionum consuetudo, ieiuniorum frequentia, quando benedictiones nuptiales, nundinæ prohibebantur, vt sacris tantum vacarent, sicut sancto quadragesimæ tempore. Hac deuotione tēpus hoc celebrandū, aiebat Bern. vt delectemur homines tanta consolatione, stupefacti tanta dignatione, inflammati tanta dilectione. *Bern. serm. 4 Aduentu.*

DOMINICA SECVNDA in Aduentu Domini,

Et prima. Iuxta vsum Romanum.

Euangelium.

Erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis. Luc. 21.

De Aduentu Christi Domini ad iudicium, & quod illud terribile sit impijs, & consolationis plenum iustis, &c. latissime differitur per totum cap. 9. lib. 9.

VENIT Christus Dominus in humana natura, vt iudicium pietatis exerceret in mūdo. Nunc iudicium est mundi, vt illius tyrannus princeps pellatur foras, & homo salutem consequatur, si velit. Et cui hoc iudicium non profuerit, continuo proponit Ecclesia alterum in quo condemnetur, qui tanto beneficio fuerit abusus. In primo erit lux Lunæ, sicut lux Solis, & lux Solis septempliciter tanta claritate, aduenięte Sole iustitię, illustrabitur orbis. In secundo erunt signa in Sole, Luna, & stellis, quando Sol obscurabitur in signum doloris propter nefanda impiorū opera, & ad ostendendam rigidam & iustam indignationem Dei aduersus impios, sicut, cum moriente Domino, obscuratus est Sol. Et Luna non dabit lumen, quia Ecclesia sanctitatis suæ claritatem non demōstrabit, & stellæ cadent, id est, qui videbantur esse Sancti, cadent de dignitate cælesti. In die illa occidet Sol, (ait Amos) in meridie, his qui venientem in carne Dei filium recipere noluerunt. Dauid aduersus gigantem in funda & lapide pugnauit, quem & proprio occidit gladio, at contra Nabal ingratum, a quo tanta iste reportauerat beneficia, armatus venit rex, qui mansuetissimus erat cum suis. In primo aduentu proprijs armis nostris homo factus subijcere nos voluit Deus, vt sæculo mortui, ipsi viueremus: lacrymis enim, ieiunijs, paupertate, miseria, quæ arma sunt nostra, multa hominū millia vicit. At aduersus ingratum hominem peiorem multo quā Nabal, qui tanto abusus est beneficio, armabitur ipse, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. In primo Aduentu Christi Domini ipse verus Aaron, Dei indignatione sæuiente, stetit cum thuribulo humanitatis suæ igne Spiritus sancti pleno inter mortuos & viuentes, vt indignationem istam patris sui moderaretur: in secundo tamen aduentu ad iudicium, etiam inter mortuos, & viuen-

1

Ioan. 12.

Amos 8.

1. Reg.

Sap. 5.

& viuentes incedet, ut iustos consoletur, & terreat impios, lib.nono, capit.nono, nu.1. Christus iustus, & misericors significatus est in caprea, hinnuloque ceruorum, lib.quarto, capit.vndecimo, num.36. Christus enim, qui gladius est bis acutus, non uibratus fuit in primo aduentu, sed positus in uagina humilitatis, & misericordiæ, foras autem eductus ui brabitur cum uiuos, ac mortuos iudicaturus uenerit, lib.nono, cap.nono, num.53. Angelusque magni consilij gladium igneum, & ancipitem in manu tenens impios proiiciet in ignem æternum. Ipse qui in primo aduentu siluit, & patiens fuit, in secundo ut parturiẽs loquetur, numer.62. In primo aduentu itinera nostra direxit, ueluti in nube diei: in secundo autem terror erit nocturnus, ibidem numer.59. Ipse qui contemptibilis, & solus uenerat in mundum, ut saluaret ipsum: in secundo nobilis veniet cum Senatoribus terræ, vt iudicet, ibidem num.68. Qui calamum quassatum non contriuit, & linum fumigans non extinxit, qui tanta benignitate pollebat, in secundo altissimi defluent montes, & terra ardebit igni. Et vt aiebat Augustinus, in primo aduentu Christus contulit, quod exacturus est in secundo, qui enim a docendo, & consulendo, & præcipiendo non tacet modo, non silebit in puniendo negligentes, & iudicium erit sine misericordia ei, qui non facit misericordiam. Vnde primus aduentus eius stillæ paruæ comparatur, secundus autem tonitruo magnitudinis eius, lib.nono, capit.nono, num.70. & 71. Terribiles ministri terribilem Dominum præcedent, cum ignis in conspectu eius exarserit, & in circuitu eius tempestas valida, qui in primo aduentu solo dilectionis eximiæ igne præcedente, mansuetus venit. Quia ergo Ecclesia vult, vt Christum Dominum sic consideret homo misericordem, ut etiam cogitet rectum, pium, ac etiam iustum; propterea utrũq. eius aduẽtũ præ oculis fideliũ statuit, vt altero medio ex his virtutẽ sectetur, cũcta. n. uirtutis opera funditus perirẽt, innumerisq. sceleribus traderentur homines, nisi Dei misericordiæ coniungerent iudicium; & iudicio misericordiam, ne peccatores desperarent peccatorum suorum & multitudine, & grauitate considerata. Christi enim duplex aduentus, duo sunt brachia eius, inter quæ dormit sponsa, libr. quarto, capit. vndecimo, numer. 32. Licet enim aduentum ad iudicium tantis sæculis præcesserit aduentus in carne, vtrumque coniungit Ecclesia, vt qui ad recte viuendũ consideratione beneficiorum Dei non mouentur, moueantur uel iudicij metu territi, Sicut Niniuitæ induti sunt ciliciis, sacco, & cinere, &c. audientes: Ab hinc quadraginta dies & Niniue subuertetur, & Achab dicente Elia quæ illi uentura essent mala ingentia sacco indutus, & cinere conspersus ambulauit, demisso capite tristis. Multi sunt illis similes, de quibus dixerat Esa. Indulsisti Domine, indulsisti genti, numquid glorificatus est ab eis? Minime, sed diuitias bonitatis tuæ Domine contemnẽtes omni peccato se tradiderunt. Alij e contra dum solam Dei considerant iustitiam desperantes se tradunt omni immunditiæ, peccantes in auaritia, id est, sine freno omni proiecta spe, sicut qui dixerat: Maior est iniquitas mea, quam ut ueniam merear. Vnde cum diceret Dominus: Reuertatur vnusquisque a via sua mala, respondebant Iudæi: Desperauimus: post cogitationes. n. nostras ibimus, & vnusquisq. prauitatẽ cordis sui mali faciemus. Deus considerat pius hoies reddit ad malum faciles, iustus timidos; coniungit Ecclesia vtrumque hoc, vt & timor moderetur audaciam, & benignitas corrigat nimiũ timorem. Ideo misericordiam, & iudicium cantabat Domino, qui secundum cor eius erat, quia scio, quod beneplacitum est Deo super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius, quia dulcis, & rectus Dominus, & dulcem, & rectum eum considera. Cum Oseas & ea retulisset bona, quæ Deus Iudaico cõtulit populo, & nobis maiora promittẽs aiebat: Desponsabo te mihi in iustitia & in iudicio, & in misericordia, & miserationibus. In iudicio desponsat sibi Deus animã, quam metu pœnarum a malo coercet, in misericordia autem eam, quam beneficiis coniungit sibi. Et cum in capite 4. orbis mala narraret, dixit: Non est veritas, non est misericordia, misericordiam coniungens veritati, quia vnam absque altera non expedit considerare, & quia istæ inter homines non coniunguntur virtutes, ait, quod furtum, homicidium, & adulterium inundauerunt super terram, & sanguinem tetigit sanguis, dum peccata adduntur peccatis. Et infra. Quid faciã tibi Ephrain, quid faciam tibi Iuda? Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens. Propter hoc dolaui in Prophetis, & occidi eos in verbis oris mei. Misericordiam, quam irrogauerat illi populo, refert, & quia ea fuerant abusi, subdit. Dolaui eos sermonibus Prophetarum, & occidi verbis oris mei. Ignes, & cauteria protuli, vt qui clementem contemnebatis, timeretis offensum. Et qui dixerat indulsisti Domine genti, numquid glorificatus es Domine? subdit: In angustia requisierunt te. Qui in misericordia Deum non glorificauerunt, in angustia quæsierunt eum. Sicut quæ concepit, cum approinquauerit ad partum dolens, clamat in doloribus suis, sic facti sumus a facie tua Domine, concepimus, & peperimus spiritum salutis, id est, (Hieronymus) Sicut mulier approinquans ad partum dolore cogitur exclamare, sic nos in angustia quæsiuimus te, & a facie formidinis tuæ concepimus, & peperimus spiritus filios, ut quem per beneficia nõ sensimus, per tormenta discamus. Primus aduentus ille est, in quo Deus mirabiliter de iustis triumphauit; in secundo vero de his triũphabit,

Esa.

Aug. li. 10. ho. 36.

Psalm.

3. Reg. 21. Ionæ 3.

Esa. 26.

Gen. 4.

Hiere. 18

Psal. 100.

Psal. 146

Psalm. 25

Hieron. Osea 2. & 4.

Osea 6. Hieron.

Acepilleos.

Esa. 26. Hiero.

phabit, qui eius mansuetudine bene usi non sunt. Aduentum ergo vtrumque simul cõiungit Ecclesia, quoniam iustitia Dei sola consideranda non est, libr. quarto, cap. vndecimo, num. primo, 34. & 35. sed misericordia, & iudicium simul, lib. 2. cap. vndecimo, num. vndecimo, 12. 18. 32. vsque ad 34. lib. 4. capit. octauo, num. 2. vsque ad 12. cap. nono, numer. 13. 14. & 18. Sed cum maior hominum pars magnis peccatis immersa, omni prorsus freno abiecto, libere feratur in malum, iustitiam Dei cõsiderare expedientissimum est, libr. quarto, cap. vndecimo, num. 6. 7. 13. & 30. cap. 18. num. nono, & decimo. Si enim Dei iustitia ante oculos non esset, omnia plena essent malis, lib. 4. cap. vndecimo, num. 4. vsque ad 6. & 13. cap. 18. num. nono, lib. 6. cap. decimo, nume. 1. & 2. Deus enim bonus non esset, nisi esset iustus, hominumque audaciam moderaretur, lib. 4. cap. 11. numer. 4. 5. 16. & 24. libr. 6. capit. 10. num. 1. & 2. lib. 6. ca. vndecimo, num. 4. & 5. Vnde, vt potens timendus est, vt misericors diligendus, lib. 4. cap. 11. num. 22. 29. & 36.

2 Attende quæso, aiebat Augustinus, vt timore concussus ad sanam mentem redeas, quod conscientia tua impie Deum habitura est iudicem, quem nolit habere custodem, & habitura asperum Dominum, quem dulcem patrẽ quærere, & amare contempsit. Vnde cũ Iob multa retulisset peccata hominum, & quod oculus adulteri obseruaret caliginem, dixit: Obliuiscatur eius misericordia, dulcedo illius vermes eius. Dicitur obliuisci Dei miseri cordia, qui scelerate viuens, eius iustitiæ fuerit oblitus. Quia quisquis nunc iustum eum non timet, inuenire postea non valet misericordem. Vt in Apocal. Ioannes in medio throni vidit Agnum tamquam occisum, habẽtem cornua septem, & oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei missi in omnem terram. Et infra cum aperuisset librum, quatuor animalia, & viginti quatuor seniores ceciderunt coram Agno, &c. Et audiui vocem Angelorũ multorum, & erat numerus eorum millia mil lium dicentium voce magna, dignus est Agnus, qui occisus est accipere virtutem, & diuinitatem, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Et omnem creaturam, quæ in cęlo est, & super terram omnes audiui dicentes: Sedenti in throno, & Agno benedictio, & honor, & gloria, & potestas in ęcula sæculorum. Agnum qui contemplaban tur occisum, qui incarnatione, & morte sua li brum aperuit clausum, tanta eius bonitate allecti corruebant, & adorabant eum. Ingrati autem illa experientur mala, quæ in ca. 16. reuelata fuere Ioanni. Et audiuit voce magna de templo dicentem septem Angelis: Ite, & effundite septem phialas iræ Dei in terram, quas in capite anteriori dixerat plenas iracundiæ Dei viuentis in sæcula sæculorum, ut magnitudinem demonstraret indignationis iustæ. Et abiit primus Angelus, & effudit phialam suam in terram, & secũdus Angelus effudit phialam suam in mare, tertius effudit phialã suam super flumina, & fontes, & quartus Angelus effudit phialam suam in Solem, ut homines affligeret æstu, & quintus effudit phialam suam super sedem bestię, & sextus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphratem, & septimus Angelus effudit phialam suam in aerem. Et Babylon magna uenit in memoriam ante Deum, dare illi calicem vini indignationis irę eius. Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti. Istæ sunt phiale aureæ, quas cum odore fuderunt seniores, & animalia, & quod sunt odoramenta, hoc ira Dei. Quia hęc omnia, dum considerantur, sunt odor vitæ in vitam, malis vero odor mortis in mortẽ. Angeli, qui phialas portãt, præcincti narrantur circa pectora zonis aureis, quia dum ista recolũt iusti, Deum quem timẽt, diligunt. Audiuit Ioannes vocem magnam, quia de magnis rebus vox inuariabilis. Magna, quia grandẽ sonat aduersus peccatores iram. Prædicatoribus, qui Angeli uocantur, dicit: Effundite septem phialas iræ Dei, ideſt, Ite, & prædicate vniuersa decreta diuinæ ultionis confidenter, quia uenturi sunt dies vltionis Domini, & non parcet alicui operanti malum, nisi resipuerit. Reuelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum. Sed qua ratione cum vox 3 magna, quæ audita est in templo, præcepisset Angelis, vt suas phialas effunderent in terrã ipsi, alius in mare, alius in flumina, ac fontes, alius in Solem, alius super sedem bestiæ, alius super Euphratem, alius in aerem suam phialã effuderit, num præceptum transgrediuntur? aut maiores, quam iussi fuerunt, inferunt plagas, & qui nocituri essent soli terræ, aeri, soli, &c. nocere statuunt? Minime, sed quod no mine terræ significauerat, qui dederat vocem magnam id ipsum nomine Solis, maris, aeris, &c. intelligitur. Si enim per terram intelliguntur homines terrenis cupiditatibus implicati, mare elatos potentia sæculari designat, qui inter se continuis motibus agitantur, sicut maris fluctus se impellentes: flumina, & fontes, qui sapientiam quidem habent, sed quæ secundum carnem est, qualem vocauit Iacobus sapientiam terrenam diabolicã, quam habent filij huius sæculi, qui prudentiores sunt filiis lucis in generatione sua, in quos ira Dei desæuit. Quia putantes se esse sapientes stulti facti sunt, quam stultitiam, cum phiala fuerit effusa ira plena, confitebuntur: Nos insensati, &c. Solis nomine ingenio perspicaces, qui tamen veritatem Dei in iniustitia detinent, nec quod agnouerunt bonum sunt operati, digni, qui vapulent multis, quia scientes voluntatem Domini non fecerunt eam. Sedes bestiæ regnum peccati est tyrannis Satanæ, quam exercet in eos, qui Deo contempto, ipsius sequuntur voluntatẽ, cui ad nutum obediunt, in quibus regnat, & sedet, licet ad horam iustos mãdat, nõ glutit. Euphrates diuites sunt sæculi, & potentes, qui

Augu. lib. de Cathec. rud.

Iob 24.

16. Mora. c. 28.

Apoc. 5.

Apoc. 15

Roma. 1.

Cælius.

Sapient. 5.

qui diuitiis abutuntur in propriam perditionem, sperates in pecuniæ thesauris, auaritiæ dediti, quæ idolorum est seruitus. Aer, dicuntur superbi, qui in cælum conscendere volunt, vt similes sint altissimo. In hos omnes, qui & tam varijs nominibus vocantur, & vno etiã nomine terræ terreni omnes intelliguntur, effunditur ira Dei, quo nomine magnitudo iræ significatur, licet phiala moderationem eius significet, quia citra condignum punientur impij, sed effusa certe ira, quia ante tẽpus

Psalm. illud misereri obliuiscebatur Deus, nec continebat in ira sua misericordias suas, potiora, plura, & maiora exhibens opera misericordię, quam iustitiæ: quia autem dies vltima dies vocatur iræ terribilis, insanabilis propter impios, qui guttam quidem experientur

Ioel 2. misericordiæ Dei, phialam autem effusam sentient iræ ipsius. Nec mirum, vt qui olim effuderat de Spiritu suo sancto super omnem carnem, qui omnes homines saluare volebat, quem recipere noluerunt impij, sed tantæ bonitati ianuam cordis clauserunt, renuentes gratiam eius, quod super hos effundatur ira Dei iusta in ingratos, qui tanti beneficij fuerunt contemptores. Primum ergo misericordem proponit Ecclesia Deum, qui vnguentis delibutus venit ad nos Christus vnctus, vt vngamur oleo exultationis. Secundo iudicem eundem, & effundentem phialas in eos, qui tã tam neglexerunt gratiam. Quæ mala, vt fugiant homines, aduentum Domini ad iudiciũ proponit Ecclesia, quo considerato, timeant semper exemplum illius secuti, qui aiebat

8. moræ. ca. 13. Iob 7. (Gregorius) Si dixero, consolabitur me lectulus meus, & releuabor, loquens mecum in stratu meo terrebis me per sõnia, & per uisiones horrore concuties. Per lectulum in scriptura sacra secretum cordis solet intelligi; Id enim significauit Regius Vates,

Psalm. cum dixit: Exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubiculis suis, quia cum mala ab exterioribus fugiunt, securi intra mentium secreta gloriantur. Cum ergo ait, si dixero consolabitur me lectulus meus, id significauit, Si exteriora fugiens introrsus redeo, & vtcumque requiescere in cordis cubiculo cõcupisco, ibi dum cogito Diuini iudicij seue-

Lib. 11. mor. c. 25. ritatem, horrore concutior. Et alibi Sanctus Patriarcha, dum hoc ipsum consideraret lugens, dixerat: Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ, subdit: Posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti. Ait Gregor. In neruo Deus pedem posuit hominis, quia prauitatem illius forti districtionis suæ sententia ligauit, & obseruat omnes semitas eius, quia subtiliter singula quæque diiudicat, etiam cogitationum intima, quæ nomine semitæ significantur, & vestigia pedum meorum consideraſti, quia earum intentiones etiam pensat. Certe quæ in hac die futura sunt inenarrabilia sunt prorsus, nec id solũ, sednec ea cogitare pro dignitate sufficit homo, sicut Malachias dixit: Et *Malac. 4.* quis cogitare poterit diem aduentus eius? Cum homines phantasientur etiam imaginabilia ea, quæ nusquam erunt, immo & quæ impossibile est, ut Chymeram monstrum impossibile ex incompossibilibus compositum imaginatur homo, montes aureos, & nihilominus ait Propheta: Cum hominis cogitatio, quæ tã est potens, diem aduentus Domini ad memoriam uoluerit reuocare, ut ea cogitet, quæ in ea euentura sunt, quę diem illam præcedent, horribilia, quæ comitabuntur tristia, quę consequentur mala, non pro dignitate ista cõsiderabit, sed quod futurum est omnem excedet hominum cogitationem, immo & Angelorum, quis poterit, siue homo ille sit, siue Angelus, &c. Certe cum quæcumque volueris, cogitaueris, maiora erunt multo, quæ euenient. Talia illa credebat Amos cum diceret: 4 *Amos 5. Hieron.* Væ desiderantibus diem Domini, ad quid eã vobis? Quomodo si fugiat vir a facie leonis, & occurrat ei vrsus, & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parietem, & mordeat eum coluber? Vocat Propheta diem Domini diem Iudicij, quem iusti non desiderant, vel quia timent, quod cæli non sunt mundi in conspectu eius, quanto magis homo putredo, vel ne uideant tantam in consanguineis amicis, & proximis miseriam. Tantus in Sanctis inerat huius diei timor, ut cum semel senex Heremita vidisset discipulum suum casu ridentem, stupens dixit: Fili reddituri sumus rationem Deo iudici, & ridemus? Quis diem illam considerans ridebit? Alteri vero sedenti ad mensam, vt ederet legumina, cum in mentem ueniſſet Iudicij dies, intactũ relinquens prandium pauens, ac flens ad deprecandum Deum, & misericordiam postulandam, e mensa surrexit fame cruciatus. Et Dauid sanctus cum esset, aiebat

Basil. psalm. (Basilius:) Cur timebo in die mala? Iniquitas calcanei mei circumdabit me. Inter spem, & metum laborans sanctus Rex aiebat: Cur timebo in die mala homo, cui incer- *Psalm. 50 August.* ta, & occulta sapientię suæ reuelauit Deus, scilicet, condonata mihi esse, quæ commisi peccata? Cur timebo, qui lauo per singulas noctes lectum meum, & assiduis lacrymarum imbribus stratum meum abundanter rigo? Cur timebo Iudicem expectans, qui laboro in gemitu meo rugiens a gemitu cordis mei, cuius desiderium ante te est Domine semper, & gemitus meus a te non est absconditus? Timebo, ne forte iniquitas calcanei mei, quod minus agnosco, quod vulgo dicitur, *lo que tengo echado al trançado*, illud me & circumdet, vt potẽtissimus hostis, & premat, & interimat. Dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum, deficiente lumine vehemẽter timeo, ne offendam ad lapidem pedem meum. Ab occultis meis munda me Domine,

Basil. in libr. Reg. fusius. ne, & ab alienis parce seruo tuo. Timeo (aiebat Basilius) terribilis me horror inuadit, dũ considero inimicum me obliuiscì facientem Dei, & beneficiorum eius, & quod ipse idem eadem obliuione in fine sæculi crudele mihi ingeret bellum. Impiis hominibus id accidit in iudicio, quod impiis Iudæis fuerat commi-

Esa. 28 Hieron. natus Esaias (Hieronymus lib. 9.) Manda remanda, manda remanda, &c. Dum enim illi, & promissiones, & minas Prophetarum contemnerent, abuterenturque Dei patiẽtia, qui differebat iram, vt resipiscentibus misereretur, ex persona Prophetarum ludentes dicebãt: Expecta paulisper, expecta paulisper, venient, quę futura prædiximus, cumque dilatione visa non crederent futura, multis detinebantur vitiis, quorum radix erat Prophetarum non recipere nec promissiones, nec minas. Vnde subdit: Et erit eis verbum Domini manda, remanda, &c. vt vadant, & cadant retrorsum, & capiantur, & conterantur, & illaqueentur, id est, qui noluerunt audire, & mea monita contempserunt, ea, quæ solebant ludentes dicere Prophetis: Mãda, remanda, & irridere patientiam meam, dum me arbitrabantur minitari, quæ nusquam essem factu-

Hieron. Abacuc 2 rus, sentient rebus expleri, vt uadant in interitum. Sic & multis accidet Christianorum, &c. Vnde subdit Propheta: Qui crediderit non festinet, id est, ne tardus ei Christi videatur aduentus, sed iuxta Abacuc dictum putemus. Si moram fecerit expecta eum, quia veniens veniet, hebraismus est, quo significat sine mora venturum. Et infra: Consummationem, & abbreuiationem audiui a Domino exercituum super vniuersam terram, id est, iudicium, quod differebat, breuiabit. Numquid tota die arabit arans, vt serat, proscindat terram suam? Nequaquam, sed tempus etiam veniet triturationis. Nunc terram fructibus aptam, & concionibus, & Sacramentis, &c. aratroque verbi sui reddere conatur, tũc autem triturabit illius comminuens ossa, qui fructus reddere contempsit in tempore suo.

Esa. 24 Hieron. Tũc lugebit vindemia, infirmabitur vitis, ingemiscent omnes, qui lætabantur corde, id est, in consummatione mundi præteritarum deliciarum recordatio erit materia cruciatuum, &c. qui autem tantam effugerint miseriam iusti leuabunt uocem suam, atque laudabũt; hinnient de mari, hinnient, ait Hieronymus, in equorum similitudinem lætitiæ magnitudinem gestientes. Postquam Esaias

Esa. 42. Aduentus Domini in carne mansuetudinem narrauit, dicens: Calamum quassatum non conteret, nec audietur vox eius foris, &c. Infra, quæ prima fuerunt ecce venerunt, noua quoque ego annuntio, antequam oriãtur audita uobis faciam, &c. Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir præliator suscitabit zelum, super inimicos suos confortabitur. Tacui semper, silui, patiens fui, quoniam quæ hactenus venerunt calamitates, & quæ orbi intuli flagella, quantumcumque illa visa sint grauia in diluuio, in Sodomis, &c. re vera ad ea quę in iudicio illaturus sum hostibus meis: mansuetudinis, & patientiæ opera dicenda sunt omnia, quæ prius intuli mala. Tunc sicut parturiens loquar. Dissipabo, & absorbebo, simul desertos faciam montes, & colles, & omne gramen eorum exsiccabo. Et ponam flumina in insulas, & stagna arefaciam. Tam Principes, quam vulgus ignobile in desertũ redigam, vt parturiens loquar, ut qui fœtum iræ meæ intus cohibueram, super sceleribus vestris tunc proferam, vt omnibus sit manifesta. Qui in primo aduentu mansuetus insedi asello uenatori similis, ut mutato habitu feras caperem, modo vt vir bellator. In primo aduentu tanta hominum scelera dissimulaui, tunc omnia simul uindicabo. Irrisus in primo aduentu a filiis sceleratis, maledictionẽ inferam tunc. Vendidit Esau primitiua pro- *Gen. 25.* pter esum lentium, plorabat, & angebatur, quando receptum nocumentum reparare nõ poterat. Sic accidet malis in iudicio, &c. de quibus Paulus aiebat: Ne quis prophanus, vt *ad Hebr.* Esau, qui propter vnam escam vendidit primitiua. Qui autem appropinquans credunt iudicium Domini, & hac consideratione Sancti sunt, & insuper effectus est sanctitatis credere vicinum iudicium, quia tale credis, studiose viuis, & quia studiose conuersaris, propinquum arbitraris iudicium. Vtramque hanc explicationẽ patitur locus Pauli: Gra- *1. Cor. 1.* tias ago Deo semper pro vobis, quod in omnibus diuites facti estis in illo, ita vt nihil vobis desit in vlla gratia expectantibus reuelationem Domini nostri Iesu Christi, qui & cõfirmabit vos vsque in finem, sine crimine in die aduentus Domini, &c. id est, expectatis reuelationem Domini, quia diuites facti estis in illo, & insuper, quia expectatis reuelationem Domini in iudicio diuites facti estis in illo.

Erunt signa in Sole, &c. Cum Dominus occasione ruinæ Ierusalẽ, de ultimo iudicij die disseruisset, trepidantes Apostoli tempus inquirunt, tam meticulosi, & tristes, vt celeri, grandique consolatione egentes audiunt, redemptionem ipsis appropinquare tunc. Et licet alias sæpe de iudicio Dominus disseruisset, non commouebatur populus, ac tristabatur, sed discipuli, & iusti. Hi enim sunt, qui iudicium Dei considerantes flent, ac timent, lib. septimo, capit. quarto, num. 17. vsq. ad 19. lib. nono, cap. nono, num. 7. 8. 19. vsque ad 24. 50. 69. 74. vsque ad 76. Erunt signa in Sole, *Iansenius.* cum Deus peccatum aliquod acriter vindicare vult, idque aperit scriptura; illius mos est, flagellum vocare obscurationem Solis, & Lunę, &c. Sic in Esa. Dei de Babylone sumẽda *Esa. 13.* vltio significatur, cum dicitur: Stellæ cæli, & splendor earum non expandet lumen suum, obtenebratus est Sol in ortu suo, &c. Et in Ezech. cum de Pharaonis ultione agitur, di- *Ezec. 22.* cit: Operiam, cum extinctus fueris, cælos, & nigrescere faciam Stellas eius, &c. omnia luminaria

minaria cæli mærere faciam super te, & dabo tenebras super terram tuam. Sic & vindictæ de Iudæis sumendæ grauitas describitur. Amos: Et erit in die illa, dicit Dominus: Occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis. His verbis significatur vltionis alicuius atrocitas. Etenim in summa angustia constitutus videtur totus mundus perturbari, Sol obscurari, Luna sanguinea, terra tremere, mare fremere, & cuncta ruinam minari, non quod ita re ipsa accidat, sed quod ita homines angustientur, ac si illa acciderẽt. At quoniam cum mala omnia orbi illata umbra sint eorum, quę in iudicio venient, ita obscuratio Solis illic metaphorica erit, hic vero re vera signa erunt in Sole, Luna, &c. Creaturæ enim hæ, quæ semper Domino ad nutum sunt famulatæ, mutationes patientur, quibus & sentire uideantur, & venturæ Domini iniuriam. Propterea enim post patratum tam immane crimen dixit Cain: Quicumque inuenerit me, occidet me: & ne id fieret, signum visibile posuit Deus super Cain. Et infra: Vbi nostra lectio habet: Rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, &c. in lectione Sãctis pagnini legitur: Rupti sunt fontes voraginis multæ, & foramina cæli aperta sunt, vt significaret cælestibus aquis, & terrenis diluuium inundasse, vt cælestes creaturæ, & terrestres Dei sui vindicarent iniuriam pugnantes pro illo contra insensatos. Opertique sunt omnes montes excelsi, quia nullum est impiis latibulum, quo Dei possint vitare iram. Docet locus iste, quam sit cauendum habere iratum Deũ, & quam iucundum habere propitium. Sicut enim seruus, quem Princeps non rectis aspicit oculis, omnes persequuntur, & vno Principe offenso, omnes serui se offensos ostẽdũt, ita eũ, qui Deum offendit, aut cui iratus est, omnes persequuntur. Creaturas insensibiles vocauit in testes Deus, quando dedit legem; & easdem vocabit, vt præuaricationem legis ostendat, lib. secundo, cap. 10. num. 14. Creaturæ, quæ ante peccatum seruiebant homini, postea hostes effectæ sunt, libr. quarto, capit. 29. nume. 2. & 3. Iustis omnes creaturæ famulantur, aduersantur autem peccatoribus, ibidẽ nume. primo, vsque ad 5. Peccator omnem creaturam commouet aduersum se, lib. secundo, cap. 13. num. 24. & 25. lib. quarto, capit. 18. num. 15. & 16. cap. 22. num. septimo, lib. 14. ca. 6. num. 6.

Amos 8.

Gen. 4.

Gen. 7.

6. Tunc videbũt filium hominis venientem in nube cum potestate magna, & maiestate. Ingressus est Dominus factus homo in orbem in nube lucis, quę Maria fuit, vt commouerentur simulacra Aegypti, & cor Aegypti tabesceret in medio eius, &c. vt dirũperetur spiritus Aegypti in visceribus eius, & consiliũ eius præcipitaretur, vt sic eum colerent Aegyptij in hostiis, & in muneribus, & reuerterentur ad Dominum. Ab eo, qui in tali ingressus est nube, certe aquam consolationis, & bonorum expectare poterant homines. Nubes etiam descendit in die Ascensionis, in qua ferretur in cælum, in nube etiam veniet ad iudicãdum orbem, vt iusti recordentur continuo eorum bonorum, quæ ab eodem acceperunt Domino, cum venit in nube, impij autem eiusdem aduentus recordati torqueantur valde. Hæc nubes illi similis erit, quæ inter Aegyptios, & fugientes Israelitas media incedebat, & erat nubes tenebrosa, & illuminans noctem, Aegyptiis quidem tenebrosa, Israelitis autem lucida, illos quidem tenebris perterrebat, & inuoluebat, hos autem illuminabat, & lętificabat. Tunc videbunt, &c. Maxima est impiorũ miseria. Multa sane accident in iudicio peccatoribus terribilia, sistente cælo, eiusq. motu cessante, interibũt cuncta, in quibus hi cõfidebant, quæ luxurię, conuiuiis, & delectationi seruiebant pisces, aues, &c. Respexi in terram, ait Hier. & ecce non erãt luminaria, vidi montes, & ecce erant trementes, & omnes ciuitates succensę igni, a facie indignationis Domini interierunt vniuersa. Et Ioel. Ante faciem eius ignis vorans, & post eũ exurens flamma, quasi hortus uoluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti, ut aurum, argentum, indumenta aurea, &c. & cętera, in quibus impij tanta auiditate ferebantur, deficiant, quo viso illi cruciabuntur maxime. Tabescent homines, & arescent tot malis visis, nec comedere enim poterunt, nec bibere, nec dormire, nec aliud poterunt cogitare, quam malum, quod cernunt, sicut qui grauissimo aliquo dolore torquetur, qui nequit alio imaginationem diuertere, &c. Vndique erunt tibi angustiæ, aiebat Bern. Hinc erũt accusantia peccata, inde terrens iustitia, suptus, patens horridũ chaos inferni, desuper iratus iudex, intus vrens conscientia, foris ardens mundus. Peccator sic deprehensus, in quam partem se premet, latere erit impossibile, apparere erit intolerabile; In tanto discrimine torquebit te conscientia tua, male sibi conscia; Tu ipse eris accusator, & iudex tuus conuictus teste propria conscientia, super hęc autem omnia cruciabuntur videtes filium hominis. Cum olim Ioseph fratres suos allocutus, dixit: Ego sum frater uester Ioseph, quem vos vendidistis in Aegyptum, non poterant respondere fratres nimio terrore perterriti. Multa viderant in fratre, quibus eum crederent placatum, qui triticum, pecunias tanta liberalitate donauerat, qui eos ad prandium inuitauerat, & tunc blandis sermonibus consolabatur eos, dicens: Non vobis durum videatur, quod me vendidistis. Dei consilio hæc disponente, pro vestra salute ista contigerunt: Trementes erant illi videntes auctoritatem fratris tantam, & etiam animaduertentes, quanta facilitate uindicare iniuriã posset. Quid quęso peccatores patiẽtur, videntes Dominum cum potestate magna, & maiestate, qui aduocauit cælum desursum, & terram discernere populum suum, nõ audientes: Nolite timere, &c. non durum vobis uideatur, quod me vendidistis. Sed dicet, ait August. Ego te homo de limo manibus

Esa. 19.

Bern. de interiori domo.

Gen. 45.

Tsal. 49.

Serm. 67. de temp.

meis

meis feci, ego terrenis artubus infudi spiritũ, ego tibi imaginem meam conferre dignatus sum, tu mandata vitalia contemnens deceptorem sequi, quam Deum maluisti. Carnẽ suscepi, mortem suscepi maledictam, &c. En clauorum vestigia, quibus affixus pendi, en perfossum vulneribus latus, cur, quod propter te pertuli, perdidisti? Cur habitaculum, quod mihi in te sacraueram, luxuriæ sordibus polluisti? Cur me grauiore criminum tuorum cruce, quã illa, in qua quondam pependerã, afflixisti? Grauior enim apud me peccatorum tuorum crux est, in qua inuitus pendeo, quã illa, in qua tui misertus, mortem tuam occisurus ascendi; vnde ab auditu malo non me reberis liberari. Cum Nabuchodonosor statuam illam terribilem auream, &c. fictilẽ, &c. in somnis vidisset, & quod lapillus illam in puluerem redigeret, ignorans quid somnium significaret, & qui posset credere somnio fidem adhibendam non esse, conterritus est spiritus eius, sollicitusq. interpretationem uisionis tam anxie requirebat, qualis obsecro tremor peccatoris animum conturbabit, cũ contra formicam, non lapillum, sed montem, omnipotentem Deum, non dormiens, sed vigilans viderit tam acriter indignatum?

Dan. 2.

Hieron.

Exod. 7

Si tam vehementi timore concussi filij Israel clamabant, cum fumantem cernerent montem, & clementissimum Dominum legem dãtem beneficium nulli nationi factum: Non loquatur nobis Deus, ne forte moriamur, qui tantam fuerant experti bonitatem; quis accedere ad Christum non verebitur eorum, qui fractæ legis, violatiq. mandati rei ad hoc vocari se nouerint, ut rationem transgressionis reddant, & pœnas luant? Cum non fumet mons, sed tota terra, igne iudicem præcedente, exardescat, in quo iam impius æternas incipiat experiri pœnas? Auarus diues pauperum inimicus a paupere quondam Christo iudicatus, ambitiosus ab eo, qui humanæ gloriæ contemptor semper fuit, deliciosus, & qui lasciuiebat in lectis, in mensis, &c. ab eo, qui parcissimus fuit, audiendus in iudicio, & certam credit condemnationem, & insuper uehementer cruciabuntur hi uidentes Christum, quem maximo prosequuntur odio, in tanto honore ab omnibus adorari, cuius pedibus ipsi furibũdi, & inuiti subiicientur. Malent impij omne tormentum sustinere, quam faciem iudicis iracundi, ait Augustinus: Quapropter dicent montibus: Cadite super nos, & abscondite nos a facie sedẽtis in throno, & ab ira Agni, quoniam venit dies magnus iræ ipsius, & quis poterit stare? Et vidi Reges terræ, Principes, diuites, & fortes, seruos, & liberos absconditos se in speluncis, & in petris montium. Furebat Saul cum Dauid cerneret a puellis laudatum, &c. & Aman cum Mardochęum videret insidentem mulæ Regiæ ingenti circumdatum comitatu, cum tamen nec honor Dauidis in nocumentum esset Saulis, qualis peccatorum erit animus, cum potentiã viderint Christi in eorum caput, & damnum ostendendam? Accedit his quod omni destituentur hi solatio intercessoris, & beata Virgo, quæ lac ostendebat filio, vt eius moderaretur iram, & ad misericordiã traheret, quæ cernens filium tribus lanceis mundũ perdere volentem, fideles seruos Franciscum, & Dominicum offerebat filio, vt eorum prędicatione scelerati conuerterentur homines, lac ostendet, vt diuinam excitet iram. Nõ aderit cum thuribulo, &c. Aaron, nec Moyses, qui procidat ad ostium tabernaculi, vt placetur iratus Deus, sed tantorum hominũ exercitus qui clamet: Vindica Domine sanguinem Sanctorum tuorum, qui effusus est, immo & sanguis Christi, de quo dixerat Paul. quod loqueretur melius, quam sanguis Abel, qui vindictã fratris clamabat, ille autem criminum indulgentiam tunc clamabit ad Patrẽ aduersus tanti boni contẽptores. Si in foraminibus petræ, quæ Christus est, abscondi non poterit homo, nec ingruentibus aquis diluuij iræ Dei arcam Mariã ingredi poterit, peribit miser. Si crux Christi, in qua omnes miserationes Dei, omnes spei nostræ causæ plenissime continentur, erit formidabile signum, eadẽ modo testis annuntiabit indignationem Dei, hæc damnabit perditorum hominum luxum, delicias, superbiam, &c. Obsecro si ipsa Domini crux terret, quis consolabitur? Si totius diuinæ charitatis, & pietatis signum exanimem reddit hominem, quis spem erigere poterit? Si crux Christi contra nos vociferatur, quis loquetur pro nobis? Si in vulneribus Christi misericordiam non inueniet homo, ad cuius opem confugiet? Quis accusabit aduersus electos Dei, dixerat quondam Paulus, Christus qui mortuus est? Minime. At reprobis nullus patrocinabitur, & omnes contra illos accusabunt, &c. Dixit Dominus ad Moysen: Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonij, vt seruetur ibi in signum rebellionis filiorum Israel. Sic crux Christi erit impijs maius signum rebellionis, &c. libr. 9. capit. 9. numer. 8. Cum viderint filium hominis venientem in nube, &c. Is erit malorum cruciatus, &c. Idem autem erit summa studiosi hominis felicitas. Quia enim motibus cælorum cessantibus ea deficient, quæ vanitatem, uentrem, & delicias concernent, anxiabuntur illi, quorum Deus uenter est. At qui dum uixit, cuncta terrena, ut stercora arbitrabatur, quando caruerit illis non contristabitur; qui circuibant in mellotis, & caprinis pellibus sacco induti, cum defecerint hæc, quæ pretiosa sunt, consolatione non egebunt. Qui videntes stultum firma radice florentem, maledicebant pulchritudini eius, vbi contemptus terrenorum bonorum significatur, etiã tunc habitus, quando propter terrena hæc honorabantur homines, cum viderint hæc deficere, gaudebunt, quod illis caruerint, quæ homines in

Apoc. 6. Auguſt.

ad Hebr.

Cant.

Num. 17.

Iob 5.

laqueum Diaboli, & in baratrum præcipites dederunt. Qui aquilæ ſimiles in arduis poſuerunt nidum ſuum, ridebunt cum ea interierint, quę ipſi contempſerunt. Præterea ſumma horum felicitas in hoc erit cõſtituta, quod videbunt filium hominis venientem in nube; qui coram toto orbe virtutes Sanctorum patefaciet, & deducet ſicut lumen iuſtitias eorum, & iudicium eorum, vt meridiem. Iuſtitiam eam, quam illi fecerunt in occulto, & reuelarunt eã ſoli Deo, hanc producet ſicut lumen Deus in conſpectu hominum, & Angelorum, & ſi ita dicere fas eſt, iactabit ſe de te, tamquam de filio. Cum apparuerit Ieſus in aere, ſimul rapientur iuſti illi obuiam honoris gratia. Nam Regi ingreſſuro in ciuitatem egrediuntur comites, nobiles, Reipublicæ gubernatores pretioſis induti ueſtibus, at mali, vt rei, intus expectant in ciuitate, ſic erit in iudicio, &c. Et ſi in his verbis conſolabatur Paulus, deficiente vxore, marito, filio, qualis obſecro erit conſolatio, quando ceſſantibus ſpe, & verbis iſta experiantur, & videant? Tũc quando plangent omnes tribus terrę, abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis Sãctorum. Quando maledicentur impij, tunc benedictio erit ſuper capita iuſtorum, gaudium, & lætitiam obtinebunt. Quando mali turbabũtur timore horribili, &c. tunc iuſti in perpetuum viuent. Quando armabit Deus armatus ipſe omnem creaturam ad vltionem inimicorum, qui potentiſſimos Reges muſcis, & ranis ſubiiciebat, creaturæ omnes congratulabuntur iuſtis, & Rex pacificus miſericordia indutus corridebit illis, quos amplexabitur, & benedicet, accipientq. regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu Domini, quoniam dextera ſua teget eos, ne mala eos contingãt.

8

Pſalm. 36 Chryſoſt.

Iob 31. S. Thom.

1. Theſ.

Sapien. 5.

Si enim ita non eſſet, non diceret Iob: Quis mihi tribuat, vt deſiderium meum audiat omnipotens, & librum ſcribat ipſe, qui iudicat vt in humero meo portem illum, & circumdẽ illum, quaſi coronã mihi? Per ſingulos gradus meos pronunciabo illum, & quaſi Principi offeram eum. Hoc poſtulo, vt ſcribat librũ meæ accuſationis, qui iudicat actus omnes interiores, & exteriores, & ſi per certam veritatis manifeſtationem culpabilis appareã, ego pœnam portare volo, ſi vero manifeſta virtute commendabilis appaream, exinde coronã præmij accipiam. Item cum Ieſum viderint probi tanta fulgentem gloria, hæc ſummum illorum erit gaudium, qui Ieſum diligunt ſupra ſe. Tamque ſunt hi glorię Chriſti intenti, illiuſq. cupientiſſimi, vt eorum omnium lætẽtur, quæ in Chriſti cedent æſtimationem. Et vt quondam cum ſub Ezechia Rege ſancta ciuitas a potentiſſimo exercitu Aſſyriorum circumdata, euidenti ſubiecta periculo homines haberet metu concuſſos, cum Angelum cernerent tantam hoſtium multitudinem occidentẽ, reſpirarẽt, &c. ſic in iudicio ſancti, qui paulo antea circumdati erant ab exercitu impiorũ ſub duce Antichriſto, cũ Chriſtũ viderint armatum venientem, vt interficiat Antichriſtum ſpiritu oris ſui, & deſtruat illuſtratione aduẽtus ſui, cum viderint, quod verus Iacob ſortem Ephrain, & Manaſſes mutat impoſita manu dextera ſuper filium Ioſeph minorẽ, lętabuntur vehementer, cernentes etiam quod naufragante orbe ipſi in tranquillo ſedeant portu, & quod pereuntibus Aegyptiis in igneis globis, illi cantabunt Domino, qui glorioſe honorificatus eſt. Cum Moyſes eſſet in monte ad accipiendã legem a Deo iuſſit, vt deſcenderet, vt alloqueretur populũ, quibus dixit: Eſtote parati in diem tertium. Iamque inclaruerat dies tertius, & cœperũt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montẽ, clangorq. buccinæ vehementer proſtrepebat, & timuit omnis populus, qui erat in caſtris, totus autẽ mons Sinai fumabat, eo quod deſcendiſſet Dominus ſuper eũ in igne, & aſcenderit fumus ex eo, quaſi de fornace, eratq. omnis mons terribilis. Moyſes loquebatur, & Deus reſpondebat. Quãdo credere populus potuiſſet in tanto igne, tanta fulgurum multitudine interiiſſe Moyſen, ille loquebatur cum Deo, omni fugato timore, illi autem, qui in campeſtribus erant, territi deficiebant, ita accidet in iudicio iuſtis, & peccatoribus, &c. Iuſti loquentur cum Deo, &c. Præterea iuſtos cõſolabitur Chriſtus, eius mater, crux, vulnera eius, in quibus vt in foraminibus petræ fuerant in vita abſconditi, nec ingruens diluuiũ ignis formidabunt, qui in arca myſtica humanitatis Chriſti erũt incluſi. Tunc implebitur id, quod iuſtis promiſsũ legimus: Ioel. 3. cũ enim dixiſſet, Dominus de Siõ rugiet, & mouebuntur cæli, &c. Tũc erit clemens erga populum ſuũ, & Dominus ſpes populi ſui, & fortitudo filiorũ Iſrael, &c. Et erit, in die illa ſtillabũt montes dulcedinem, & colles fluent lac, & per omnes riuos Iuda ibunt aquæ. Mons ſumans Chriſtus, & ſpirãs minas, & cędes, is eſt, in quo Moyſes tãto honore donatur, vbi Loth eripitur ab vniuerſali mundi incendio. Et vt olim in tabernaculo virga, & & mãna, ſic in humanitate Chriſti in iudicio ferrea virga, quæ confringat lagunculas luteas, & conſoletur iuſtos, vt manna. Tunc ænigma Sanſonis celebre pateſcit: A comedente exiuit cibus, & a forti egreſſa eſt dulcedo, dum Ieſus noſter, qui vt leo rugiet, de quo dicitur: Quis ſimilis tibi in fortibus Domine? ab hoc exit dulcedo, & cibus, quo ſatientur, & delicientur electi. Cum fugientes Gabaonitas inſequeretur Ioſue, dixit: Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Ayalon, ſteteruntq. Sol, & Luna, donec vlciſceretur ſe gens de inimicis ſuis. In vno, eodẽq. opere ſumma erat inimicorum miſeria, ſũma item amicorum felicitas, &c. Sic in iudicio Chriſtus, & Maria ſtabunt in conſolationem iuſtorum, & impiorum perditionem. Et virga ſancta Crucis, quæ conſeruabitur in ſignũ rebellionis impiorum, eadem erit in teſtimonium electionis iuſtorum.

Exod. 19.

Ioel 3. Hieron.

Iudicum.

Ioſue.

His

9 *His fieri incipientibus reſpicite, & leuate capite veſtra, &c.* In his verbis tria ſunt grandi conſideratione digna; Primum, quod in iudicio impiorum, & iuſtorũ ſors, & ſtatus mutanda ſunt. Secũdum, quod cũ inenarrabiles, & terribiles ingruerint calamitates, illę ſcilicet, quæ antecedent, & comitabuntur horribilem iudicij diem, tunc hi leuabunt caput, his tempus redemptionis aduenit. Tertiũ, quod ea omnia, quæ peccatoribus triſtia erunt, amara, & formidabilia, illa eadem conſolabũtur iuſtos, eruntq. bonis, & miſerationibus plena. Circa primum, ſortem mutandam hominum in iudicio indubium eſt, quoniã quando requiret Deus omnes dies ſæculi, id eſt, verba, facta, & cogitationes omnes, lib. 9. cap. 9. num. 2. 11. & 13. tunc iuſtitiam Sanctorum cunctis patentem faciet Deus in gloriã & ſui, & illorum, ibi. nu. 3. Quando toti orbi præſentia erũt impiorũ mala in confuſionem ingentem ipſorum, num. 12. 13. 20. 30. vſque ad 32. 39. 62. & 76. tunc virtutes iuſtorum patebũt, quia vtrorumq. ſors mutanda eſt iuſte a Deo, num. 55. 58. 60. 64. & 68. cap. 20. num. 17. & 18. lib. 12. c. 4. num. 26. In iudicio enim, tamquam in æſtate diſcernentur arbores ſiccæ ab aliis, quod in hyeme non patebat, lib. 9. cap. 9. n. 64. Tunc enim Dominus ſimilis erit capreæ, vt perſpicaciſſimo intuitu in tanta hominũ multitudine diſcernat pios ab impiis, ibid. nu. 75. Circa ſecundum, in verbis illis. *His fieri incipientibus*, diem illum terribilem docet Dominus, cum perſecutiones Antichriſti, ſigna Solis, &c. ſonitus maris, areſcere homines, virtutes cælorum moueri, exordia tantũ dicat malorum ingentium, quæ ſequentur. *His fieri incipientibus*, id eſt, quando dies iudicij ingruerit calamitatibus plenus, vobis orietur gaudium ſempiternum. Præcipit Deus iuſtis, vt leuent caput, quando Chriſtus vt fulgur, cum Sol, & Luna obſcurabuntur, libr. 9. cap. 9. nu. 8. Quando Deo aduerſo aſtare terribilius gehẽna erit, ibidem num. 12. & 13. Quando nulla erit res, quę conſolari poſſit reprobos, nu. 13. 23. & 65. Iudiciũ quã ſit formidabile, colligũt Sancti a fulguribus, &c. quæ videmus modo, de quibus aiebat Ariſtot. Tonitrua, & fulmina non timens, non eſt fortis, ſed furens potius, n. 22. Quãdo in iudicio peccatores erunt ſicut ebrij, nu. 27. Quando erubeſcet Sol, & confundetur Luna, cernentes homines nihil Dei bonitate dignum egiſſe, num. 27. Quando fremẽtes, & ſibilantes quęrent Dæmones impios ad denorandum, num. 28. Quando dolores parturientium feminarum, hiſq. acerbiores patientur iniqui, num. 32. Tunc quando dies iudicij inſanabilis dicitur, quando locus non erit pœnitentiæ, nu. 33. & 56. Tunc quando mali percutientur variis plagis, iuſti cantabunt victorias ſuas, quas duce Deo de hoſtibus reportarunt, num. 38. Quando præſentia erunt omnia peccata oculis cuiuſq. peccatoris, vt eorum conſciẽtia torqueatur, nu. 39. 43. 45. 48. & 76. Quando ſcrutabitur Deus in lucernis Hieruſalẽ vlciſcens ſuper viros contẽptores, nu. 40. Deo ipſo exiſtente, & iudice, & teſte criminũ, nu. 41. 48. & 76. Tunc iuſti leuabunt capita. cũ dies iudicij cogitari non poteſt, ne dicam ferri, nu. 41. Tunc valida tẽpeſtas erit ad ventilãdã tã grãdẽ aream, nu. 56. Tũc crux Chriſti veniet, in cuius lumine patebũt oĩa abſcondita cordis, n. 67. Tũc quãdo quæ terrebunt, & torquebunt malos multa erunt, nu. 76. Tunc æſtatem, & tranquillitatẽ futuram iuſtis Chriſtus dixit in parabola ficulneæ, nu. 9. & 64. Circa tertium, eadem, quæ terrebũt peccatores, cõ ſolabuntur iuſtos. In igne enim conflagrationis boni, & mali ſic inueniẽtur, ſic vt Hebræi, & Aegyptij in mari rubro, lib. 9. cap. 9. num. 4. Ille ignis, qui erit ad purificandos imperfectos, ac puniendos reprobos, illuminabit Sanctos, nu. 31. 34. 35. 41. 43. & 56. Iudicij dies peccatoribus erit tenebræ, & Sanctis lux ſuccenſa, quaſi caminus malis, bonis autem ſanitas erit in pennis, nu. 42. In iudicio (quod tempus famis eſt) iuſti ſaturabuntur, nu. 4. diemq. iudicij (quæ mala dicitur) non timebunt iuſti, qui eam, dum viuerent, deſiderauerunt, nu. 7. & 9. & lib. 18. cap. 15. num. 26. In iudicio tubæ erunt ad congregandos, & conſolandos Sanctos, & terrendos impios, li. 9. c. 9. nu. 8. In iudicio iuſti in nubibus venient obuiam Chriſto in aera honoris gratia, mali autem, vt rei expectabunt in terra, num. 17. 18. & 20. Quando hæc erunt, lætitia ineffabilis erit iuſtis, nu. 25. & 26. Denique in iudicio non tantũ ſecuros, ſed & beatos vocauit Dauid iuſtos, nu. 51. Tũc enim fluuius ignis lapidem caliginis, hoc eſt, impios diuidet a populo peregrinante, id eſt iuſtis, num. 72.

Libr. 1. mag. mora. cap. 1.

10 Ex his duo colliguntur. Alterum eſt, impiorum ſtultitia ingens, qua, cum dies iudicij dies ſit iræ, ipſi theſaurizant iram in diem hanc, in qua theſauri miſericordiæ, & pietatis bonis operibus congeſti tam ſunt neceſſarij, nume. 5. 6. 12. vſque ad 14. 19. vſque ad 24. 32. vſque ad 37. 40. vſque ad 42. 67. 70. 71. & 76. Colligitur ſecundo, quam recte Sancti hunc diem exoptent, nume. 44. & 61. Iudicium vltimum deſiderat ſponſa, ſed recte in eo deſiderat Chriſtum miſericordem. nu. 74. & 75. Iudicij diem qui deſiderat, & in eo fiduciam habet, perfectus eſt, numer. 61. Hinc etiam qui tales ſunt, nullum medium intentatum relinquunt, vt Chriſtum congruo habitu aſpiciant, nume. 15. Hunc autem diem confidenter ſuperbi expectant in proprium malum, cum virtutibus careant, ibidem nume. 37. In iudicio enim mali, qui nunc fumus ſunt, æternam damnationem accipient, numer. 58.

Vide Dominica vltima poſt Pentecoſtẽ.

Universidad de Sevilla Biblioteca

DOMINICA SECVNDA in Aduentu Domini,

Iuxta morem Romanum.

Euangelium.

Cum audisset Ioannes in uinculis opera Christi. Matt. 11.

1 *Dominic. II. Aduentus.*

IN communiori, ac veriori Sanctorum patrũ intelligentia, Baptista Ioannes, qui in vtero matris suę adhuc existẽs Spiritu sãcto fuit plenus, & exultauit in gaudio ad præsentiam Domini Iesu, miranda Dei virtute in tantillo infantulo vsum rationis præueniente. Qui iã grandęuus ostendens dixerat discipulis: Ecce Agnus Dei, qui venerat, vt testimoniũ perhiberet de lumine Christo, modo nec dubitans, nec ignorans Christum Messiam esse. Sed cũ ignorantibus voluit videri ignarus, sicut Paulus omnibus omnia factus. Pilisq. camelorum *Iansenius.* indutus egreditur personam simulans ignorãtis, qui diuina sapientia ornatus erat, Iacob *Genes.* similis factus, qui vt benedictionem a patre consequeretur, pilosus egressus est, instar fratris Esau. Sic & Ioannes velut ignorans mittit discipulos ad Christum, vt ipsi benedictionẽ 2. *Reg.* 8. consequantur. Et vt olim Dauid Rex ante arcam procedẽs Regalibus vestibus exutus est, & linea veste indutus ludebat coram arca, & saltabat, licet despectui fuerit habitus, etiam a propria vxore, omnia contemnens, & dum regiã dimisit, vel dissimulauit maiestatem, voluit, vt cunctus populus arcam veneraretur, ipso contempto, nec oculi hominum in ipsũ, sed in arcam ferrentur. Ita & Ioãnes propriũ contemnens honorem, habitum assumens ignorantiæ, qui proprius illi non erat, hoc solũ desiderat, vt agnoscatur Christus, & prædicetur ipse, magnificetur, vt eo cõtempto, Dauid exemplo mystica testamenti arca ab omnibus adoretur, similis illi, qui aiebat: Vtcumq. prædicetur Christus, quauis occasione, etiam si illa in meum cederet nocumentum, in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Sic Ioannes gaudium suum impletum arbitrabatur, cum sui oblitus populus Christum sequebatur. Et vt olim Dauid fatuum se simulauit inter hostes degens, vt vitam conseruaret, Ioannes plenus sapientia in bonum discipulorum fatuitatem simulauit dicens: Factus sum insipiens, uos me coegistis. Vnde cum nouus Elias a noua, & crudeliore Iezabel in carcerẽ fuisset cõiectus, quia restitit Herodi, qui vxorẽ fratris sui in scortũ acceperat, de gloria Domini anxie sollicitus duos ex discipulis mittit, ut edoceãtur in re tã ab eo cognita, & certa, quã ab ipsis incognita & ignorata. Audierat a discipulis suis: Magister, qui erat tecũ trans Iordanẽ, cui tu testi- *Ioan.* 3. monium perhibuisti, ecce hic baptizat, & oẽs veniũt ad eũ. Quibus inuidia, & liuore cõcussis ipse respõderat: Hoc ergo gaudiũ meũ impletũ est, illũ oportet crescere, me aũt minui. Qui de sursum venit, super oẽs est. Et post multa: Qui credit in filiũ, habet vitã æternã, qui aũt incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eũ. In quibus verbis, pro missionibus, minis, terroribus eorum animos pulsat obsecrando, & increpando, totq́ue mediis in re tam ipsis necessaria nihil prõficit, quod cernens morti iam proximus, & dolens, & quod illis salus æterna sine fide Christi esset impossibilis, & quod tanto detinerẽtur malo, mittit illos ad Dominũ ille, cuius munus erat trahere incredulos ad prudentiam iustorum. Hi. n. discipuli Ioannis ęmulabantur pro ma- *Lucæ* 1. gistro suo cũ viderent per Christum Ioannis gloriam decrescere. Magis n. ipsis cordi erat magistri gloria, quam hominũ vtilitas. Sic o- *Num.* 11. lim Iosue æmulabatur pro Moyse, cũ Eldab, & Medab prophetarent in castris: Domine mi Moyses prohibe eos. Sic & hi dicũt: Domine ille, cui tu testimoniũ perhibuisti, indiscreta scilicet humilitate te illi submittens, ad hunc oẽs, te neglecto, accurrũt. Non poterat illis ueritatẽ suadere, credebant. n. quod humilitatis gratia ista diceret (ac si humilitas iustorũ veritati cõtradicere deberet) Vnde hac de causa maiorẽ de magistro concipiebant opinionem. In re hac duo sunt, quæ indigent grandi consideratione, in quibus mira innotescit Baptistæ virtus. Alterũ est, quod cũ in carcere detineretur inter sceleſtissimos hoïes, ubi solũ audiuntur blasphemiæ, periuria, detractiones, odia, Dei contẽptus, &c. in taliũ societate miros ostendit Ioannes profectus. Sicut enim qui perditissimi sunt homines ẽt inter Angelos, inter perfectos viros scelerate viuũt, nec eorũ verbis, aut exemplis ad sanam mentẽ redeunt, sic inter dæmones, ac nepharios homines Sancti sancte conuersantur. Exempla Sanctorum, quę vident homines, eorum conuersatio, &c. mirandam conuersionem efficit in eis, qui nondum obstinato sunt animo, nec in profundum malorum deuenere. Exempla enim Sanctorum carbones vastatores sunt, lib. 2. cap. 7. num. 37. lib. 5. c. 13. nu. 14. 17. & 29. Exempla Sanctorum etiam homines Barbaros pertrahũt ad saluteni, li. 5. c. 13. n. 7. & 11. Exẽpla non tantũ cũ videntur, sed quod minus est, cũ audiuntur potentissima sunt, vt homines ad sanam mentem redeant, ibidem nu. 11. vsque ad 14. Vnde exempla Sanctorũ panni sunt ueteres, quibus a cisterna luti extractus est Hieremias, lib. quintodecimo, capit. 13. num. 26. & 27. Exempla enim sponsæ, quæ perfecta est, currere facit adolescẽtulas. i. imperfectas animas in odorẽ vnguentorũ Christi, li. 5. c. 13. n. 32. Est etiam indubitatũ, quod *Eccles.* 10 muscæ morientes perdunt suauitatem unguenti. Mala enim gesta societas impiorũ eis con-

conuiuere, illorum perditis cõuersationibus interesse magnum infert nocumentum animarum saluti, quia homines, aut eorum sequuntur mala, aut saltem remissius viuũt, quoniam sicut dum alæ animalium se inuicem feriunt, incenduntur magis, ait. Gregor. dum mutuis prouocantur exemplis, ita & dum scelerata vita fratris fratrem percutit, illum, vt plurimum, a bono retardat, si non repellit. Vnde talium societatem vitare conuenientissimum est, lib. tertio, cap. decimo, nume. 101. lib. nono, capit. 21. num. octauo, li. vndecimo, cap. 5. nu. 3. vsque ad 8. 10. vsq; ad 13. cap. 12. num. quinto, & 6. Vtrumque hoc ita est indubitatum, vt illud experientia teste quidam in grande malum, alij in maximam vtilitatem didicerint. Est nihilominus certum etiam aliquos ita esse uitiis inuolutos, cęnoque malorum immersos, vt nec colloquiis, nec miraculis, nec exemplis Sanctorum a malis inceptis desistant. Qua ratione ducti aiebant Sancti, quod aliquando locus parum ad virtutẽ prodest, cum Eua in paradiso creata peccauerit priusquam Adam, qui extra melior fuit, libr. sexto, cap. quinto, num. nono, lib. 10. capit. nono, num. 2. E contra autem Sancti sic perfecti sunt, vt nec conuersatione, nec societate impiorum pereant, sed potius illos ad ipsorum inculpatos mores reducant, lib. nono, cap. 19. num. 3. vsque ad 12. & 14. cap. 21. nume. nono, cap. 23. numer. 7. lib. 11. cap. quinto, nume. 13. & 15. Et quia mirabile est pessimis exẽplis, & pessimorum colloquiis non corrumpi, cum id accidit iustis, per siccum dicuntur ambulare in medio mari, Deo cum ipsis & potenter, & misericorditer agente, lib. nono, capit. 19. nume. 1. Vnde maxime laudantur cum iusti sunt inter impios, ibidem num. 2. usque ad 5. & 12. vsque ad 14. lib. decimo, cap. nono, nu. 4. & 5. Peccatis enim alienis non communicãt, etiamsi peccatoribus conuiuant; lib. nono, cap. 19. num. 10. lib. 11. cap. quinto, nume. 14. Cum ergo in carcere Ioannes charitate Dei & proximi plenus de discipulorum salute tã est sollicitus, miranda in tanto homine sanctitas demonstratur. Et propterea arbitror, quod hac occasione Christus Dominus illud *Malac.* 3. retulit testimonium, quod de Ioanne longe antea prędixerat Malach. Ecce ego mitto Angelum meum (Ioannẽ, s.) qui præparabit viam tuam ante te. Angelorum enim, qui in cælo sunt, hic status est, & hæc perfectio, quã etiã habuissent semel ad Deum conuersi, etiam si diuinam essentiam non viderent, vt impeccabiles sint. Dei enim cognitio, & amor, dum illam comitantur naturam, quæ inuariabilis, & immutabilis suapte natura est, modum naturæ sequũtur. Vnde etiam cum perditissimos custodiunt homines dæmoniis sæpe peiores, etiamsi beati non essent, eorum exemplis nõ possunt mutari, immo nec si per impossibile in inferno possent damnatorum pęnis torqueri illi, qui semel in Deũ, ipso iuuante, conuersi sunt, in nullo a pristina virtute deficere potuissent, nec ira, &c. contra Deum moti, quem summopere venerarentur. Sic Ioannes Baptista, &c. Multi homines studiosi sunt, sed virtutem colunt, vt homines, qui dum inter Sanctos degunt, cum Sanctis Sancti sunt, sed peccatoribus copulati cum peruersis peruertuntur. Vnde aiebat Gregor. Ezechieli osten- *Ho. 15. in Ezech.* sam esse visionem discurrentem in medio animalium, splendor ignis, & de igne fulgur egrediens, & animalia ibant in similitudinem fulguris coruscantis. Vita Sanctorum fulgur est, quo terrentur homines, & timent, ad Deũ cõuertũtur, nisi illi stulti sint. Sancta enim animalia sic incedunt, ac si carbonibus, & lampadibus componerentur, trahuntq́ue rotas, quæ illis coniunguntur, hoc est, inconstãtiam eorum, qui cum ipsis conuersantur, qui cum euntibus pergunt, & cum eleuatis pariter eleuantur. Et hac de causa præcepit Dominus *Oseæ* 1. Oseæ, ait Hier. vt acciperet vxorem fornica- *Hieron.* riam, sciens quod qui tanta virtute pollebat, etiam a propria vxore, quæ tam potẽs esse solet ad decipiendum virum, ipsaq. fornicaria non deciperetur, sed ille potius ipsam ad meliorem frugem reduceret, etiamsi in lupanari ante horam degeret frontem habens meretriciam, ne erubesceret. Cum educit Domi- *Hier. Ep. 10* nus ventos de thesauris suis, nubesq. ab extre- *Psal. 134.* mis terræ, id est, Sanctos in bono confirmat, relictis vitiis, in quibus antea iacuerant, fulgura in pluuiam fecit, vt rigentur illi, & fructum ferant, qui nimia peccatorum ariditate sicci degebant. Et sicut hæc iustorum conditio est, hæc vitæ ipsorũ potẽtia, ita scelerata 3 impiorum vita potens est ad perdendos eos, qui Angeli non fuerint. Eritq́. vir pollutus labiis, qui in medio populi polluta labia habentis fuerit commoratus. Caue ne sedeas cum *Esa. 6.* concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus *Psal. 25.* non introeas, odi Ecclesia malignantium, & *Hiero. Cant.* cum impiis ne sedeas, ne forte ad malũ pertrahant cor tuũ. Pauciſſimi enim sunt de quibus legimus: Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias, & sicut malus inter ĩculta ligna siluarũ, sic dilectus meus inter filios, fructus proferẽs gratissimos pomorũ, bonũ odorẽ ferens spõsa similis liliis, quæ inter spinas tã sũt suauia. In Babyloniã captiui ducti sunt Iudæorũ multi, qui captiuitatẽ ingressi super flumina Babylonis cãtãtes flebant: Si oblitus fuero tui Hierusalẽ ciuitas sãcta, obliuionide tur dextera mea: qui tamẽ postea moribus Babyloniorũ corrupti, cũ libertas eis data esset ad sãctã ciuitatẽ remeãdi a Cyro Rege, captiuitatẽ libertati præponẽtes Barbarorũ elegerũt vitã. Vnde cũ Paul. & Silas ĩ carcere manerẽt ĩclusi, & hymnos Deo canerẽt, loquerẽtur *Act. 16.* de Deo, &c. custos carceris, etiamsi gentilis ille esset, ad eorum pedes procidit credens eos nimia sanctitate pollere, qui in tanta multitudine hominum sceleratorum nõ corrumperentur. Horum enim virtus Angelicæ virtuti similis Angelorum nomine dignos tales facit, qui lucent uelut luminaria in mundo,

in medio nationis peruersæ. Et quia Ioannes coniectus fuerat ab Herode in carcerem, in quo, vbi Metropolis erat Regni, vt in regiis carceribus, tanta est hominum perditio, in qua tam fuit sollicitus de diuina Christi maiestate suadenda, & hominum salute procurãda, laudatus a Domino titulis Prophetæ, immo & quod plus esset quam Propheta, quod constans esset, &c. quasi his omnibus titulis, non pro meritis fuisset laudatus, Angelus vocitatus est, & recte, quoniam sicut nomen Diaboli meretur, qui inter viros iustos sceleſtus est, sicut de Iuda Dominus dixerat Apostolis: Vnus ex vobis Diabolus est, quoniam sicut iste moueri non potest ad deserendum malum, qui illi inseparabiliter adhæret, etiamsi in cælo Michaelis; & sociorum mirandam prospiciat virtutem odium eius non tollebatur, ita & qui obstinato sunt animo, vt Iudas erat videns mirandam vitam Christi mutatus non est, immo post buccellam, post sacræ Eucharistiæ receptionem introiuit in eum Satanas potentius, Diaboli nomine digni sunt. Ioannes ergo Angelus. Secundo in ijsdem verbis relucet ingens proximorum amor, qui in Ioanne Baptista vigebat. Cum enim in carcere positus, vinculis ligatus, necessitate pressus esset, Regis maximum odium incurrisset, non eius gratiam curat, nec sollicitus est, quæ ipsius sunt non curat, ut suorum, qui potentes erant in ea ciuitate, precibus, & intercessione ira Regis moderetur, non timet impudicam feminam Regi tam dilectam, quæ ipsius sanguini uehemẽter insidiabatur, nec positus in vmbra iuniperi petit, vt moriatur, animo consternatus, vt quondam fecerat Elias, nec Angelis eget, vt ille, qui eum consolentur, & opitulentur, ut indignationem Regis fugiens surgat, & comedat, & in fortitudine cibi illius pergat vsque ad montem Dei, nec venit Angelus, qui vinctum catenis duabus soluat, ne ut alter
Act. Herodes, eum producat populo occidẽdum, nec talia desiderat Sanctus, dum immoletur super sacrificium gloriæ fratrum, ut postea Paulus dixerat, in quo vehementer gaudet. Nec vero humani iudicij reformidat & leuitatem, & temeritatem, quo homines eum leuem iudicarent, aut arundinem agitatam vẽto tentationum, sed vt Christo lucrifecerat discipulos eos mittit ad ipsum, vt conuertat eos, vt lætus moriatur, dubiumque nominat propriũ, ignorãtiam propriam eã, quæ illorũ erat, quia charitas alienum malum propriũ facit, eum, quẽ venisse ipse agnouerat, interrogat, dicens: Tu es, qui venturus es, an aliũ expectamus? In quocumque enim homine, in quo Dei notitia viguerit, de salute fratris adest sollicitudo, ne dicam in viro Sancto, sicut
Hom. 25. in 1. ad Cor. eleganter docet Chrysostomus, in Barbaris, qui nauigabant cum Iona, qui vehementissime laborabant in remigando, fæuiente tempestate, vt eum ad littus reducerent, ne periret homo incognitus, qui casu ipsorum nauem fuerat ingressus, propriumque contemnunt periculum audientes, quod cessaret tempestas, si ipsum præcipitem in mare darent, nec adduci poterant ad id faciendum, donec aliud non adinuenerunt remedium, quia hæc diuino fiebant consilio (vide homiliam citatam, quæ elegantissima est) Vnde necessitate pressi clamabant: Quæsumus Domine ne pereamus in anima viri istius. Talis erat Baptista, qui tam anxie prouidet discipulorum saluti. Vt enim Chrysostom. aiebat: Nihil egregium est in hominibus, si de proximorum salute cura non adsit, lib. primo, cap. quinto, num. sexto, vsque ad 9. Proximorum bono nimis intenti erant Sancti, etiam proprio contempto, lib. primo, cap. octauo, num. secundo, cap. 13. num. 2. capit. 14. num. 1. 2. 11. 22. vsque ad 25. cap. 15. numer. 6. vsque ad 8. Ait autem: An alium expectamus? quoniam proximorum mala vocabant propria Sancti, dubitationem discipulorum suam dicit Ioannes, lib. primo, cap. 14. numer. 12. 13. 19. vsque ad 23. lib. nono, cap. 16. num. 6. Quæ dilectio Sanctos reddebat Deo gratissimos, libr. primo, capit. decimoquarto, num. 27. cap. 15. nu. 6. vsque ad 9.

Sed quod in re hac mirari satis nó possum 4
illud est, quod Ioannes Baptista, qui uenerat tanta virtute præditus, vt multos filiorum Israel conuerteret ad Dominum Deum ipsorum, vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, trahere hos discipulos ad fidem Christi, nec suasionibus, nec rationibus, nec exemplis potuerit non minis, non precibus conuertere, qui Angelus erat, cuius admirandam vitam in deserto agnouerant, zelum illius veritatis, amicissimum eum nouerat, qui ob id in carcere detinebatur, qui loquebatur in ea re, quæ ipsius reputationi vtcumque contraria videbatur, qui vicinus erat morti, tempus dicendę veritati aptissimum, & qui campsores, milites, publicanos lucerna ardens vno sermone ad bonum trahebat in medicandis discipulorum mentibus, qui studiosi alias essent, nihil potuit efficere eo, quod nimio ipsius amore tenerentur. Nec id solum, sed Christus Dominus respondens: Euntes renunciate Ioanni, quæ audistis, & uidistis; cæci vidẽt, &c. mortui resurgunt: in his verbis significare uoluit, & verbis, & mirandis gestis, quę patrauit mortuos vitæ restituens, &c. velle discipulos Ioannis ad viam veritatis reducere. Rem perpendit omnium difficillimam, & grauem morbũ considerat eorum incredulitatem, nec admirabili vita Ioannis, nec doctrina tali, tamque assidua fuisse correctam, vt perpendas, quod hi deordinato, & nimio amore Ioannis acti in tãto manebãt periculo, & malo. Nimius enim amor cuiusuis creaturæ, etiamsi Ioannes illa sit, si moderamine caruerit, in ingentia pericula coniiciet hominem, ita ut vix patẽtibus miraculis huic tam graui morbo possit mederi. Hi enim discipuli nimio amore magistri *Luc. 1.*

magistri sui impellebantur, ne Christum verum crederent Messiam. Eius opinione crescente grauiter cruciabantur, quem morbum, & verbis, & prodigijs curandũ agnouit Christus, incertiq. sumus an verba talia, tamque miranda Domini gesta hanc veritatem illis persuaserint, lib. 1. cap. 10. num. 6. cap. 11. num. 8. cap. 17. nume. 1. vsque ad 3. 7. 8. 11. vsque ad 26. Quapropter Sancti etiam amorem alias licitum rerum temporalium reijciebãt, idq. suadebant cæteris, lib. 1. cap. 18. nume. 9. Amor enim deordinatus rerum temporaliũ animam sordidat, ita vt Deum in tali anima non videamus, lib. 1. ca. 22. num. 6. Passiones enim animæ ipsam inebriant, nisi moderentur, lib. 5. cap. 1. num. 1. vsque ad 11. & 13. Vnde licet passiones eradicari non possint, frenandæ tamen sunt, lib. 2. cap. 14. num. 4. Amor mulieris Aegyptiæ cõiectus in Ioseph quãta peperit damna illi, amor senum ad Susannam falsi testimonij origo fuit, & mortis infamia plenæ. Amon cum nimium sororem suam diligeret, tantum patrauit scelus naturæ ipsi inuisum. Vnde in confessionibus August. pro grandi confitetur scelere, multisq. lacrymis illud diluere contendit, quod mortalem amicum, ac si immortalis esset Deus, dilexisset.
Esai. 5. Hieronym. Vnde Nazaræis, qui Dei seruitio erant consecrati, præcipiebat Deus, dicit Hieron. non solum, vt a vino abstinerent, sed vt nec vuam passam, &c. ederent, & omne, quod de vuis est non bibant, nec comedant, nec acetum ex vino, vt doceat, quanta cura cauere debeant, qui Deo consecrandi sunt, ab omnibus affectibus, & perturbationibus animæ, quæ statum mentis euertunt, & ebrios faciunt nescire quid agant, & ea operantur nimio amore creaturarum implicati homines, quæ ebrij vsurationis priuati non facerent.

5 Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi, &c. S. Ioannes motus est ad interrogandũ Christum, an esset Messias, eo quod mirãda eius audiret opera, miracula, doctrinam, quam populo prædicabat ineffabilia, quæ indigno populo exhibebat, beneficia agnoscebat Baptista sacer, quod a planta pedis vsque ad verticem non esset in populo sanitas, in quo Ecclesiastici, & sæculares innumeris inuoluti erant criminibus, & quod beneficijs Dei peiores efficiebantur, iustificantes
Ezech. 16. Sodomam sororem suam, hoc est, tanta illorum perditio eorum erat iustificatio, qui minoribus obligationibus, & culpis detinebantur, & quod qui alios & doctrina, & exemplis ad fidem, & bonos mores adducere debuissent, genimina viperarum effecti
Matth. 3. venturam iram fugere non curarent. Cum ergo cerneret Christi amorẽ culpis crescentibus patescere magis, & misericordiã eius tunc super omnia opera eius exaltari, cum indigni homines iram Domini prouocarent, hæc omnia animum inflammarũt Ioannis, vt in conspectu ingentis multitudinis interrogarent discipuli, an ipse esset Messias, vt verbis, prophetijs, & operibus ostenderet, quisnam ille esset, quando iam in carcere positus dicere non poterat. Ecce Agnus Dei, &c. quando inter sceleratos homines velut vnus ex illis compedibus alligatus dicere non poterat: Qui post me venturus est, ante me factus est, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamenti, & qui in baptismo audierat: Ecce filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit, nihilominus qui Christi Domini & diuinitatem, & maiestatem agnoscebat, semper audire desiderabat ea, quę in laudem cederent Christi, quem tantopere diligebat. Quæ enim maxima sunt, & quæ auidissime desideramus, non semel atque iterum, sed millies gaudemus audire, &c. Cum ergo nulla res esset maior, vel optabilior, quam aduentus Christi, eiusdemq. certa fides, & cognitio, hoc desiderans frequẽter audire Ioannes discipulos mittit. Quod si sponsus ille cæleſtis sponsæ suæ amore captus vocem eius, quam frequenter audierat, iterum atque iterum audire optabat, dicẽs: Fac me audire vocem tuam, sonet vox tua in auri- *Cant. 2.*
bus meis, vox enim tua dulcis, &c. quomodo amicus sponsi Ioannes non optet, gaudeatq. audire vocem, & testimonium eius, quem ardentissimo amore ab ipso matris vtero diligebat? vt ergo ea audiat non de quibus dubitat, sed quæ illi sunt gratissima, duos discipulos, &c. q.d. Obsecro Domine manifesta te ipsum mundo, vt agnoscant immensum orbi collatum beneficium incarnatione tua, vt lętus moriar, sciẽs, quod populus hic agnouit mysteriũ hoc absc̃ditum a sæculis in Deo. Si enim oculi populi huius fuerint columbarum (Origen.) id est, spirituales au- *Origen. hom. 3. in Cant.*
diet continuo sponsum dicentem illi: Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, pulchra bis, & in hoc sæculo, & in futuro, & illa continuo oculos accipiens columbæ sponsi agnoscens pulchritudinem, clamat: Ecce tu pulcher es dilecte mi, nec id solũ, sed lectulum habet cum eo communem, dicens: Le- *Esai. 19.*
ctulus noster floridus, cumq. cognouerint Aegyptij Dominum in die illa, ait Hieron. colent eum in hostijs, & muneribus, & vota vouebunt, & soluent Domino. Et propterea Ioannes, qui plusquam Propheta erat, id intelligens mittit duos ex discipulis suis, vt totus populus audiat, & intelligat, quæ ipse nouerat q.d. vellem vos omnes esse, sicut me ipsum, exceptis vinculis istis, sicut postea Paulus eodem amore flagrans dixit. Audit etiam in vinculis miranda Christi opera dignus, qui ea audiret, & eorum cognitione in dilectione Dei accenderetur eius animus, quando cuncta contemnens pro veritate dicenda vinctus erat in carcere. Quon- *1. Paral. 6.*
dam cum sacra scriptura recapitularet eos sacerdotes, qui in populo fuerant, cum ad Azariam ventum est, dicitur: Iste est, qui sacerdotio functus est. Rationem huius docet Caietan. quia restitit Oziæ volenti thuri- *Caiet.*
ficare

ficare. Sic Ioannes Herodi, & propterea in vinculis dignus est, qui audiat opera Christi.

6 Euntes renuntiate Ioanni, quæ audistis, & vidistis, cęci vident, &c. Hæc miracula quibus discipulorum animos Christus Dominus ad fidem reducere volebat, præterquã quod miracula erant, ad horum conuersionem ordinata, etiam magna erant aliorum beneficia, qui illuminabantur, resuscitabantur, &c. Qua in re considerandum est, quanto maiora à Deo in lege noua acceperint Christiani beneficia, quantoq. maior ipsius dilectio sit orbi manifestata in ipsius incarnatione, quã olim. Et inter multa, hoc nobis sit argumentum, quod in lege antiqua, ea quæ signa erãt, beneficia specialia non erant, vt constat in signis, quæ Moyses accepit in deserto; quibus de Domini voluntate, de ipsius potentia, & assistentia certus redderetur, virga in colubrum versa est, manus in sinũ missa leprosa apparuit, quod rubus ardens non comburetur, in sacrificio Eliæ, quo populus sequens Baal inducebatur ad fidem, falso Deo contempto, superno igne cremato sacrificio, in horologio Achaz, quando sol decem lineis retro redijt, in monte fumante in micatione fulgurum, &c. At modo eadem, quæ sunt signa, & argumenta, quibus agnoscendum Messiam prædixerat Esaias, etiam beneficia sunt. Eadem opera, hunc instruunt in fide Christi, & istũ a morbo sanant. Et forte hæc sunt duplicia, quæ recipere deberent homines de manu Domini pro omnibus peccatis suis, hoc est, ipsis non obstantibus, aduenientе Messia. Simplex enim beneficium est, huic sanitatem porrigere; duplum autem, quod ipse, aut alter, hoc medio ad fidem adduceretur. Christus enim Dominus ante incarnationem monstratus est antiquis beneficiõ, sed nobis maiora contulit bona, lib. 3. cap. 5. num. 49. Miracula etiam hæc in hominum animabus gesta sunt. Christus enim suscitauit homines mortuos, quod lex facere non potuit, ibid. num. 56. & 82. Vnde adduci Iesus non potuit, nec suaderi a Pharisæis stulte petentibus, vt ea signa exhiberet de cælo, quæ hominum saluti non expedirent, nec miraculum patrauit, quod speciale non esset beneficium; nisi forte, cum ficulneam fructu carentem ad multam hominum ædificationem arefecit. Tanta enim illius erat bonitas, vt miracula illius ingentia essent hominum beneficia, & eodem signo, quo conuincebatur intellectus ad recipiendam fidem, voluntas inflammabatur ad diligendum eum, quem crederent Messiam, eius misericordia perspecta.

Esai. 35. & 61. Esai.

7 Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Licet in expositione intentionis Domini nõ conueniant Sancti, dubitantes quid verbis istis, quæ grauia simul sunt, & metum incutientia, dicere voluerit Dominus, tamen communis Doctorum sententia est, quod voluerit taxare discipulorum Ioannis cõscientiam, qui videntes vitam, doctrinam, & miracula Christi scandalizabantur. Quid quęso homines in Christo cernere potuissent, quæ omnium oculos in admirationem non raperent, quibus non ædificarentur cuncti talibus verbis, exemplis, & miraculis? Inculpatissimos Iesu mores, qui nec etiam ab inimicis taxari potuerunt, etiam dæmones admirabantur inuiti. Tota Domini vita eo tendebat, vt homines a vitijs reuocaret, eosq. ad virtutũ amorem excitaret, qui ideo carnem acceperat, vt faceret voluntatem patris sui, qui cũcta contemnebat, vt homines a malis liberaret. Quoniam, vt aiebat Bernardus: Fluuius egrediebatur de loco voluptatis, id est, Iesus ex vtero virginis, ad irrigandam vniuersam superficiem terræ, id est, terrenã miseriam expiandam, quam nobis in hæreditatem primus ille peccator reliquerat, diuisq. ille est in quatuor capita. Primum patientia est, qua peccatores sustinet, misericordia, qua eos fouet, largitas, qua proficientes exaltat, fortitudo, qua perficientes conseruat. Talis cum esset Christus, eius mirandis gestis multi scandalizabantur in eo. Quoniam sicut diligẽtibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt Sancti, ita & sceleratis hominibus omnia cooperantur in malũ araneæ similes, quæ dulcedinẽ floris in venenũ conuertit. Et vt quondam Iudæorum malitia suauissimum manna vermibus scaturiebat, quia non eo colligebãt ordine, quo fuerant iussi, ita & suauissimus spiritus Iesu, in quo omnes sunt deliciæ, esurientes ipsum replet bonis, sed fastidiosos, & nauseantes diuites dimittit inanes. Quam miseriam futuram prædixerat Hieremias nomine Christi, inquit Hieron. Væ mihi mater mea: Quare genuisti me virum rixæ, & discordiæ? omnes maledicũt mihi. Christus omnium bonorum fons, & origo, lib. 2. cap. 13. numer. 32. libr. 3. cap. 9. num. 51. Christus alijs est in bonum, alijs in malum eorum culpa, libr. 3. cap. 5. nu. 89. cap. 6. num. 1. vsque ad 9. 13. vsque ad 17. & 27. cap. 7. num. 22. cap. 9. num. 1. & 44. cap. 10. num. 92. libr. 4. cap. 24. num. 3. vsque ad 5. Ex quo loco hæc iustorum sit consolatio, si eorum vita ab alijs non probetur, cum nec Christi veri Dei vita tam mirabilis, quæ incomparabiliter excesit omnium hominum virtutes, lib. 3. cap. 9. nume. 3. 7. 12. 15. 37. 41. 46. & 51. cap. 20. num. 5. 20. & 21. ab omnibus sit probata, cum tamen virtutis semitã ambulasset, vt inoffenso pede nos ambularemus, lib. 3. cap. 8. num. 4. & 6. Christus monti, & æri candenti recte comparatur, lib. 3. cap. 9. num. 15. Christum significabant quatuor animalia, quæ Ioannes vidit, ibid. numer. 32. Christus figuratus in Ioseph tam dilecto a patre, & a fratribus vendito, lib. 3. cap. 9. nu. 32. 42. & 43. cap. 10. nume. 94. Hæc sit ingens studiosi hominis cura, vt quæ ædificationis sunt sectetur, ne portet iudicium suum, dum fratris

Bernar. ser. 2. natiuit. in varijs.

Gene. 2.

Hier. 15. Hieron.

1. Thes. 5. fratris infirmum animũ turbauerit, ab omni specie mala se abstinens, induat similis Christo eius gratia effectus decorem & fortitudinem. Fortitudo est fiducia fidelis conscientiæ, decor, splendor bonæ opinionis, vt Deum audire mereatur dicẽtem: Specie tua, & pulchritudine tua intende, prospere procede, & regna. Induatur, vt domesticus Dei vestibus duplicibus, vt eius conscientia intus a Deo probetur, & externa talia sint, vt in his frater non contristetur, & scandalizetur, & si his non obstantibus turbentur alij, aduertat Christum dicentem: Beatus qui non fuerit scandalizatus in me, quæ verba certe non dixisset, nisi Iudæorum multi inde scandalizarentur, vnde ædificari debuissent. Licet enim varia exempla Sanctorum flores sint colligendi, vt apes faciunt, quibus mel conficiamus, lib. 5. cap. 13. num. 31. tamen qui araneis sunt similes venenum colligunt, quod malum dulcedini floris non nocet. Scãdalum, quando malitia alterius generatur, vitare non tenemur, lib. 16. cap. 8. num. 5. vsque ad 8. 16. & 21. Scandalis malorum moueri nõ debet homo, vt desistat a bonis operibus, lib. 16. cap. 8. num. 22. & 25. Sed quod in re hac summopere dolendum est, & quod maiori animaduersione est dignum, illud est, quod modo in Christo offenduũt præsumptuosi de ipsius bonitate, & misericordia præsumentes miserrimi homines, ignorãtes, quod benignitas Dei ad pœnitentiam eos adducat, non considerantes, quod altissimus patiens

Prou. 31.

Rom. 2. est redditor. Offeruntur ex alia parte quidã

Eccl. 50. ex consideratione diuinæ iustitiæ, ac pusillanimes facti desperant. Misericordiam Dei prætendunt mali, stulte & impie, vt vacent malis, lib. 4. cap. 8. num. 2. 3. 5. vsque ad 10. & 20. cap. 11. num. 3. vsque ad 5. 28. & 29. Misericordia, & iustitia, duo pedes sunt Dei, quorum vnum sine altero osculari non expedit, lib. 4. cap. 11. numer. 34. vsque ad 36. lib. 2. ca. 11. num. 11. 12. 18. 32. vsque ad 34. lib. 4. ca. 8. num. 2. 3. & 5. Præterea sunt & alij, qui audientes per Christũ nos liberatos, statim sibi carnalem libertatem somniant, omnia sibi licere putant, dummodo fidem retineant, non considerantes hæreticum esse, qui credat fidem sine operibus homines posse saluare, lib. 6. cap. 3. num. 16. vsque ad 27. Ex alia parte offenduntur quidam a Christo audientes ea, quæ affectibus eorum contraria sunt. Quamdiu enim audiunt, & experiuntur, quę consolatoria sunt, benedicunt, & laudant, at cum ea audierint, quæ ipsorum appetitui sunt contraria, fugiunt, & offendunt in Christo, sicut quondam de Iudæis dixerat Esai. Erit vobis Dominus in sanctificationem, duabus autem domibus Israel in lapidem offensionis, & petram scandali (de qua re redibit sermo Dominica infra octauas natiuitatis) est autem grauius peccatum nostrum, quam Iudæorum, sicut dixit Hieronymus, quoniam impingunt Christiani in Christum

Esai. 8.

montem factum, lib. 3. cap. 15. num. 17. Vnde Christianus omni excusatione priuatus est, ibidem num. 16. & 17. lib. 6. cap. 11. nume. 13. Vnde hac ratione pœnas graues Iudæis inflictas, tantum figuram, & similitudinem vocauit Paulus, si cum nostris conferantur.

8 Illis autem abeuntibus cępit dicere, ad turbas de Ioanne, &c. Ioannes, neglectis his omnibus, quæ ipsius concernebant honorem, dũ intentus fuit discipulorũ saluti, gloriæq. Domini Iesu augendæ, posthabita hominum opinione, ne quis crederet interrogationem illam aut ab animi leuitate, & inconstantia ortã, aut a cura placendi Regi, aut metu, &c. Iesus vtrique huic malo occurrit. Dignus sane, qui a Christo sponso, amicus sponsi audiat: Dilectus meus mihi, & ego illi, hoc est, *Cant.* Ioannes sollicitus est in his, quæ meum concernunt honorem, & ego honorificabo eum asserens illum arundinem non esse. Qui enim murmurationibus, aut damnis deijcitur, aut laudibus exaltatur, arundo vẽto agitata est, lib. 11. cap. 15. num. 23. & 24. Arundo est, qui virtutem iam inchoat, iam deserit, libr. 18. cap. 13. num. 3. 9. & 10. Iusti autem stabiles sunt in bono cępto, libr. 2. cap. 11. numer. 31. Qui immobiles in bono Deum ostendunt fidelem, lib. 9. cap. 23. num. 5. Ioannes autem in bono stabilis, qui nec laudatus intumescit, nec in carcere terretur, & persequenti cedit, arundo non est, sed Angelus. Arundini mobili similes sunt, qui non semper idem asserunt, sed huc atque illuc facile pulsi, modo hæc, modo illa sentiunt. Sic & qui ab impetu passionum a rectitudine rationis facile prosternuntur, vt pro occasionum diuersitate, nunc hæc, nunc illa velint, & faciant. Quod vitium taxans Paulus aiebat: Stabiles *1. Cor. 12.* estote, & immobiles abũdantes in omni opere Domini semper. Et ad Hebr. Optimum *Hebr. 13.* est gratia stabilire cor. Non te ventiles in *Eccles. 5.* omnem ventum, esto firmus in via Domini. Cum arundo intus vacua sit, nec quemquam sibi innitentem sustentare possit, congrue significat omnia externa, & mundana, quæ in specie quidem præclara videntur, sed vacua sunt, vnde aiebat Esaias: Aegyptus *Esai. 36.* baculus arundineus, & confractus, hi sunt *Iob.* secretũ calami, in quo dæmon dormit. Ioannes arundo non est, eadem mentis constantia nunc confitetur de me, quæ & olim confessus est, neque enim tunc adulatione, aut laude vestra flectebatur, nec nunc timore impij Regis terretur, nec prosperis erigi, nec aduersis frangi nouit. Malorum mens aquæ superficiei comparatur, quia tentationes eos ducunt, quo volunt, lib. 12. cap. 4. nume. 25. Mali pulueri comparantur, quia in tentationibus nec stant, nec resistunt, lib. 12. cap. 4. num. 18. lib. 14. cap. 8. num. 15. ca. 19. num. 14. Mali brucho comparantur, quia leues, & instabiles discurrunt, lib. 2. cap. 17. num. 12. Iusti stabiles sunt in bono, libr. secundo, capit. 11. nume. 31. Iusti firmi, & immobiles Deum

Iansenius.

osten-

ostendunt fidelem, lib. 9. cap. 23. numer. 5.

9 Deinde ne quis putaret Ioannem siue ambitionis, siue cupiditatis, siue lasciuiæ studio excidisse, ostendit ab his omnibus alienum fuisse, idq. ex vestitu rigido, quo amiciebatur, & deserto, quod incolebat. Si enim ambitionis studiosus fuisset, aut terrenorum commodorum, nequaquam desertum inhabitasset, sed qui nobilis erat, Principum aulas. Dicit ergo Dominus, adulationis suspitio nō est in viro hoc, qui omnia terrena contempsit. Sic enim de Diogene Philosopho legimus. Cum quidā ex aulicis Dionysij tyranni Diogenem olera lauātem conspiceret, dixit. Si Dionysio adulari velles, ista non ederes. Cui philosophus: Si tu ista edere velles, Dionysio nolles adulari. Sic Christus, hi quibus placet vestitus splēdidus, quibus cordi sunt deliciæ, qui captant fauorem Principum, in his cadere potest assentationis suspitio, sed Ioannes desertum prætulit aulis Regum, pipilos camelorum vestimentis mollibus. Quam autem nesciat adulari, vel ipse carcer arguit. Qui adulari sciunt in domibus Regū sunt, id est, in gratia Regum, ac nunc cū Herode recumbunt, & deliciantur. Ioannes autem, quia durus, & asper est, in carcerem conijcitur. Teneras aures habent Principes, nec quidquam audire possunt, nisi quæ placent. Quam pernicioſum autem hoc sit in Principibus, plerumq. cū magno nostro malo discimus. Ioannes in vestitu mirabilis, lib. 9. cap. 6. nume. 5. 9. 13. & 16. asperis camelorum setis, & pilis indutus est, lib. 9. capit. 2. num. 8. cap. 6. numer. 5. Indumenta Christianorum moderata sint, lib. 9. cap. 2. num. 8. 17. vsque ad 19. cum hæc sint data in iugem memoriam inobedientiæ primorum parentum, ibidem num. 2. Quapropter indumenta serica taxabant Sancti, ibidem nu. 2. vsque ad 9. Indumentis vtendum ad necessitatem, non ad vanitatem docuerunt Philosophi, libr. 2. cap. 15. num. 9. & 10. cap. 16. num. 6. Adulari viros potentes vitium est frequens, lib. 1. ca. 3. nu. 3. & 13. Denique in his omnibus Ioannem laudat Christus propter officium debite administratum, qui venerat, vt testimonium perhiberet de lumine. In hoc opere illi laude sunt digni, qui veritate doctrinæ, constantia, ac sinceritate præditi sunt. Hæc enim tria sunt, quæ in prædicatore commendantur, quæ tamen in plerisque desiderātur. Sunt enim, qui veritatem doctrinæ quidem præ se ferunt, sed non constanter, cedūt enim cum viderint imminere periculum; sunt & alij, qui constanter quidem sua tuentur, sed veritate carent, mentiuntur, decipiunt; sunt & alij, quibus nec veritas, nec constantia deest, sed vitæ integritas. Merito ergo commendandus Ioannes, in quo nullum horum desiderabatur. Vide in indice verbo Prædicatores. Tandem Christus in absentia Ioannem laudauit. Christianum est non coram faciente, sed coram alijs laudare, & contra, si quid vitiosum, inter te, & ipsum delinquentem corrigere, coram alijs autem vel excusare, vel tegere. Hæc autem est ingēs nostrorum temporum miseria, in facie quidēm adulari, & eo recedente, illius ossa derractionibus comminuere.

De Ioannis Baptistæ laudibus disseritur late, lib. 9. cap. 6. §. 1. per totum.

DOMINICA TERTIA
in Aduentu Domini,
Iuxta morem Romanum.
Euangelium.

Miserunt Iudæi ab Ierosolymis Sacerdotes, & Leuitas ad Ioannem, &c. Ioan. 1.

1 IN Dominica anteriori, & in hodierno Euāgelio duplicem Ioannis Baptistæ persecutionem narrat Ecclesia; alteram, quā passus est in solitudine. Alteram ab Herode aperto inimico, qui ipsum & vinxit in carcerem, & occidit, alteram hac acriorem multo, & periculosiorem, quam pertulit ab his, qui inimici erant occulti, fictiq. amici, in labijs indulcantes, amicitiam simulantes, & in corde insidiantes, vt subuertant iustum, quem conantur in tantum præcipitare peccatum, offerentes illi, qui homo erat licet sanctissimus, mirandæ, inculpatæq. vitæ, diuinum honorem, vt similis fieret Pharaoni, Nabuchodonosori, qui barbari ad tantam deuenerunt insaniam, vt diuinum honorem sibi debitum arbitrarentur. Vbi duo considerāda veniunt, primum nullibi, dum viuit homo, securitate potiri posse. In deserto segregatus Ioannes ab omni hominum cōuersatione locustas tantum comedens, ac mel siluestre, vestitus pilis asperrimis camelorum, humi cubans, qui in domo paterna delicate fuerat nutritus, æstu cruciatus, & gelu, Angelorum conuersatione delectatus, qui Angelicam agebat vitam, non minores, immo graviores multo patitur tentationes, quam pateretur in medio hominum sceleratorum vinctus. Post quam enim peperit mulier illa, quam Ioannes viderat superindutam Sole, stellisq. coronatam, quæ cælestis erat, vt hominum fugeret conuersationem, periculaq. sæculi euaderet, accepit alas aquilæ, vt volaret in desertum, vbi misit serpens ex ore suo post mulierem vehementissimū aquæ gurgitem, tamquam flumen, vt eam faceret trahi a flumine, nisi præcipiente Deo terra

Dominica III. Aduentus.

Esai. & Ezech.

Apoc. 12.

terra adiuuisset mulierem. Ita modo etiam, si Ioannes esset in deserto, aduenit draco cōcitans Sacerdotum animos, & Leuitarum, vt occideret Ioannem, integrumq. flumen, immo & mare mittunt, quo absorbere potuissent hominem, qui tam ingentis virtutis molem non haberet, dum eum ad diuinam dignitatem eleuare nituntur, homini offerentes, quod Dei est proprium, cui tam est innatus honoris appetitus. Quod vt commodius efficere possint mittunt Sacerdotes, & Leuitas, vt multitudine, & auctoritate personarum vincere possent. Sic Rex Balac ad Balaan mittit principes, & addidit, vt mitteret secundo multos, & honorabiliores credentes multa facturum Prophetam, ob multitudinem, & propter nobiles, quæ non esset alias facturus. Sic & Iudæi, vt Ioannem inducant ad recipiendum honorem sibi oblatum, licet indebitum, Sacerdotes mittunt, & Leuitas, quorum auctoritate honorem, quem offerunt, recipiat. Et certe tam ingens flumen inuoluisset eum fluctibus, nisi Christus Dominus adiuuisset illum immensa potentia sua, ac bonitate, vt intelligas nullum esse in hac vita locum a periculis liberum, nullum etiam hominis statum, etsi ille amictus sit Sole, Lunamq. sub pedibus habeat stellis coronatus, etiamsi alas acceperit aquilæ, qui periculis non sit subiectus, dæmoniſq. tentationibus subditus, libr. 4. capit. 20. numer. 11. vsque ad 16. Ioannes Baptista recessit in desertum, vt liberius Deo vacaret, libr. 9. capit. 6. numer. 2. vsque ad 4. 8. & 9. & tutus a dæmonis congressu non fuit. Vita enim durante, ab hostibus tuti esse non possumus, libr. secundo, cap. quinto, nume. 11. vsque ad 14. 30. & 34. cap. 7. numer. 24. capit. 9. numer. 6. Vita enim durante, cum mille hostibus congredi debemus quotidie, libr. vndecimo, cap. nono, numer. 23. Vnde virtuti operam dare debet homo cum timore, ac tremore, & non cum securitate, libr. 17. capit. 3. numer. 12. 20. 21. 28. vsque ad 30. Videmus vero in Ioanne quam recte vita hæc stellis comparetur, quæ in prosperis, quando dies est, non apparet, eminet autem virtus in nocte aduersitatis, lib. 12. capit. tertio. numer. 36. Bellum gerimus, quamdiu sumus in hac vita, libr. secundo, cap. quinto, numer. quinto, vndecimo vsque ad 16. 33. vsque ad 36. 39. vsque ad 41. ca. 6. numer. 3. vsque ad 5. capit. 7. numer. primo, cap. 9. numer. 6. A bello nullus securus est, dum viuit, libr. 2. cap. 5. numer. 32. & 35. capit. sexto, numer. 11. 16. vsque ad 18. 30.

2 vsque ad 32. 35. & 37. Et hoc bellum, vt in Ioanne videmus, & in carcere, & in deserto mouet dæmon per ministerium malorum. Sic Paulus aiebat: Periculis circumdamur vndique, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in terra, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, periculis ex genere, periculis ex gentibus. Sic olim Moyses in Aegypto manifestas perpetiebatur persecutiones ab iniquo Rege, graviores in solitudine a fratribus, qui ad amaritudinem assidue prouocabant animam eius. In solitudine Elias animo consternatus mortem postulat, quinquagenarijs militibus missis a Rege, igne cælesti resistit, & in ciuitate ab impio Achab impetitur. Sic & dæmon per Regis Saul manum interficere conatur Dauidem in ciuitate, ipsumque in montibus latentem quærit. Elisæus in montibus quæritur a militibus Regis Assyriorum, & in ciuitate Samariæ persecutiones patitur. In deserto Iacob luctatur, vt vincat, qui a ciuitate discedit, vt iram fratris declinet. Sic & Ioannes in carcere hostem patitur manifeste sæuientem per manus Herodis, & in deserto sæuiorem legatione blanda Sacerdotum, & Leuitarum, libr. secundo, capit. sexto, numer. 23. & 36. lib. 4. capit. 31. numer. 4. 14. & 23. capit. 36. num. 1. 8. 11. 13. & 14. Diabolus quando damnis nos tentat, timor dicitur nocturnus, quando humanis laudibus, sagitta est volans per diem, at quando negotijs sæcularibus, negotium est perambulans in tenebris, libr. quarto, cap. 31. numer. 8. & 40. Leo est, cum aperte sæuit, serpens, quando occulte insidiatur, libr. 4. cap. 31. numer. 18. capit. 35. numer. 5. Qui magis metuendus est modo, dum fallit, quam olim cum sæuiebat, libr. 4. capit. 31. numer. 18. Illo enim sæuiente, vt leo, opus est patientia, insidiante, vt draco, opus est vigilantia, libr. quarto, capit. 31. numer. 18. & 25. Sic enim Ioannes in carcere leonem expertus est, sed quem mira facilitate, vt alter Dauid, superauit, in solitudine draconem, serpentem cunctis animantibus callidiorem, vt etiam homines in Paradiso existentes diuina gratia, iustitiaq. originali munitos prosternere sit potens, licet Ioanni damnum inferre non potuerit, qui mirifice de vtroque triumphauit hoste. Cum ergo homo, dum viuit, liber esse non possit a dæmonum congressu, varijsque eius machinamentis, & insidijs, illæ certe maiores sunt, quas infligit per manus eorum, qui ficti amici sunt, quam illæ sunt, quæ ab inimicis aperte sæuientibus veniunt. Vnde vehementius multo concutere potuit animum, potentiamq. infringere Ioannis, etsi mirandæ virtutis ille esset, hic nuntiorum aduentus, quando Iudæi illum in Regem, & Messiam recipere decreuerunt, quam illa aperte, & aspectu terribilis Herodis crudelitas, qua missus in carcerem, pædore, & fætore maceratus, ac demum occisus fuit. Simulati enim amici magis nos persequuntur, hi enim adulatores cum sint, fugiendi sunt, vt animæ pestis, libr. 1. cap. 3. numer. 1. 4. 7. 8. 11. 13. vsque ad 16. Adulatores enim frequenter animas occidunt eorum, quos laudant, cum persecutores solum corpus interimere conentur, ibidem numer. 7. 11. & 13.

Adula-

Num. 22. Oleaster.

Exod.

1. Reg. 1.

1. Reg.

Genes.

1. Cor. 2.

Exod.

Adulatoris n. lingua plus persequitur homines, quam manus interfectoris, ibidem numer. 12. 15. & 17. Adulatione enim vehementer impelluntur homines ad peccatum, sicut Balac Rex traxit Balaan Prophetam, lib. 1. cap. 3. numer. 13. & 14. Sed tamen, licet hæc potentissima sint diaboli arma, Ioannes in vtroque bello mirabiliter certãs victor euasit. Sancti enim adamantini sunt, & fortes a Christo vero adamante tales effecti, lib. 1. capit. 23. numer. 6. & 7. lib. 2. capit. 8. nume. 9. & 10. libr. 6. capit. 12. numer. 12. capit. 13. numer. 1. 3. 6. & 8. Sancti enim in tentationibus, & tribulationibus probantur, & fiunt clari, lib. secundo, cap. 8. numer. 9. vsque ad 11. cap. 11. num. 31. lib. 6. cap. 9. nume. 9. 10. 17. & 18.

3 *Miserunt Iudæi ab Hierosolymis, &c.* Ioannes priuauit se consortio Christi, ne testimonium, ad quod ferendum venerat, suspectum fieret. Incarnatæ enim sapientiæ conuersatio & dulcedine, & vtilitate plena est, quam proponere deberet quiuis cordatus homo adducere secum ad conuiuendum, sciens, quoniam secum communicaret de bonis, & *Sap. 8.* erit allocutio cogitationis, & tædij illius, vt me consoletur in tristibus, & cogitationum fluctus moderetur. Non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius, sed lætitiam & gaudium, & in amicitia illius delectatio bona, & præclaritas in communicatione. fermo- *Psal. 44.* num ipsius. Speciosus erat forma Iesus præ filijs hominum, in cuius labijs diffusa erat immensa gratia, verba vitæ æternæ habebat. Sed hæc Ioannis erat virtus, vt in deserto esset tanto bono carens, vt populo posset prodesse, & Christi notitiam, & fidem alijs persuadere. Vt enim optime aiebat Sapiens: Qui negligit damnum propter amicum, iustus est. Quo exemplo docemur, vt *Leuit. 3.* præponantur necessaria voluntarijs, præcepta consilijs. Vnde lex erat de non offerendo sacrificio voluntario, nisi prius offerretur sacrificium matutinum, & vespertinum, quod præcepto legis sancitum erat. Mandata Dei prius implenda sunt, deinde consilia, libr. tertio, capit. quinto, numer. 22. libr. 11. cap. 1. numer. 3. vsque ad 7. Mandata Dei, cunctis posthabitis, implenda sunt, lib. 1. capit. 8. numer. 1. & 9. lib. 11. cap. 4. numer. 1. & 2. lib. 18. cap. 10. num. 13. 14. & 26. Miserunt Iudæi iuxta probabiliorem sententiam, & communiorem Sanctorum, quam docet Chrysostomus, nec mẽte recta, nec ignorantia moti Ioanni obtulerunt supremum honorem Christo debitum seruatori nostro, quem re vera sciebant ipsi non conuenire, propter multa, quæ de Messia scripta erant, quæ Ioanni conuenire nullatenus poterant, qui nec in Bethlehem fuerat ortus, nec de tribu Iuda originem trahens miraculum nullum fuerat operatus, cum tamen aduenies Christus tanta esset patraturus miracula, vt illis eius innotesceret maiestas, & dignitas. Recte quidem viri in lege eruditi ex multis colligebant, vel aduenisse Messiam in mundum, vel certe instare eius aduentum, potissime autem ex celebri illa Danielis Prophetia: hebdomadarum septuaginta Danielis, in qui- *Dan. 9.* bus quadringenti, & nonaginta anni claudebantur, qui computabantur ab anno quinto Sedechiæ Regis vsque ad annum passio- *4. Reg. 25.* nis Christi. Vnde merito de agnitione Messiæ erant solliciti hi, quibus ex officio incumbebat populum docere, quæ Christi fidem concernerent. Sed tamen hunc honorem offerentes Ioanni, qui talem duxerat in deserto vitam, multa produnt, quæ inquirenda sunt diligenter. Solerter ergo inquirenda sunt ea, quæ mouere potuerunt horum animos, vt honorem hunc vltro offerrent Ioanni; & in hac eadem re quid Christus Dominus volebat, qui sic illa omnia sapientissimo suo dispensabat consilio, vt dum Baptista summum illum honorem tam incunctanter, & facile repudiauit, & contempsit, suam & perpendens, & prædicans vilitatem, seque vocans vocem, rem tam modicam, quæ cum primum cęperit esse, iam non est. Hoc medio a Domino inter omnes mortales celebris effectus est, vt perpendas, propriam cognitionem esse multorum bonorum initium, honoremq. sibi minime congruentem, qui renuntiat summum, ac verum consequitur apud Deum, immo & apud cordatos homines. Dignitatem hanc Ioanni obtulerunt Iudæorum principes inuidia & agitati, & obcæcati. Cum enim Pharisæi, & Sacerdotes honoribus, existimationibus, diuitijs, sectandæq. auræ populari tam essent intenti, qui Dei obliti proprium honorem statuere nitebantur in plebe, vt id consequerentur, quod turpiter, inaniter, & *Matt. 23.* inordinate concupiscebant: dilatabant phylacteria, & magnificabant fimbrias, requirebant primos accubitus in mensis, salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi; qui audire merebantur: Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui omnia facitis propter homines. Comedebant domos viduarum, orationes longas orantes, præsentium bonorum vmbram sectabantur, auaritia dediti, solum animo statuentes ea quærere, quibus ditescerent, iure, siue iniuria alterius id accideret, de quibus scriptum legimus: Væ qui coniungitis domum domui, & agrum agro copulatis vsque ad terminum loci; id solum mente sectantes auida, vt cæteris præferrentur. Is erat horum conatus, hæc sollicitudo, hæc sola cura, spiritualibus bonis protinus reiectis, nisi illa ficte quæsita conuenientia iudicarẽt amplificandis honoribus, multiplicandis diuitijs, mundanæ gloriæ quærendæ. Iamq. Christum Dominum ad hæc non inutilem solum confitebantur, sed & contrarium operibus suis,

qui

Sap. 2. qui in oculis plebis improperaret ipsis peccata legis, & diffamaret in eos peccata disciplinæ suæ, factus illis in contradictionem cogitationum suarum. Qui tamquam nugaces æstimabantur ab illo, non veras animæ virtutes quærentes, sed fictas, & simulatas, & virtutes nugaces, vel ipsi nugaces, qui cum pleni essent intus immunditia, & ossibus mortuorũ, extra sepulcra dealbata ea mentiebantur, quæ intus erãt sordida simulatione virtutum. Quapropter id acriter ferebant, quod Iesus abstineret se ab eorum vijs, tamquam ab immunditijs: quodq. dum populus hæc, quæ latuerant in ipsis, aduerteret, & eleemosynas moderaretur, quas liberaliter tribuebant, vt eorum, quos Sanctos credebant, orationibus iuuarẽtur apud Deum, dumq. horum simulatam agnoscerẽt virtutem, nec illam admirarentur, quæ inanis esset, nec illos qui vanitatis gratia & orarẽt,
4 & ieiunarent. Cum ergo prudentes filij huius sæculi in primis Christi concionibus ista animaduertissent in eo, qui honorum, & diuitiarum suadebat contemptum, vt prouiderent huic damno, quod maximum arbitrabantur; vtpote quod & honores, & diuitias concerneret, intendunt honorem Messiæ vero Christo Domino debitum offerre Ioanni, sperantes futurum, vt dum ille animaduerteret supremam omnium dignitatem ab illis ipsi libere & oblatam, & exhibitã, quod faueret suæ & auaritiæ, & ambitioni, vt illis loqueretur placentia. Quod nefas de tanto viro, qualis Ioannes erat, credere non debuissent; nisi forte illum similem existimarent Prophetæ impio Balaan, qui adulationibus, & muneribus impij Regis Balaac prouocatus, contra voluntatem Domini ad maledicendum populum perrexisset. Isq. plusquam Propheta, huic non dissimilis in culpa, eis benediceret, illosq. laudaret, qui induti erant maledictione, sicut vestimento, quæ intrauerat sicut oleum in ossibus eius. Et id de admirando viro crederent, quod eum ad propriam flecterent voluntatem, quod nec Reges, nec Principes Iudæorum facere potuerunt in Prophetis, qui nec terroribus, nec minis, nec blanditijs conuinci potuerunt, vt ea loquerentur, quæ Regibus placerent; etiãsi Michæas pane arcto, & aqua breui pasceretur; etiamsi Esaias serra lignea scinderetur; lapidibus alter obrueretur. Et mentiebatur iniquitas sibi, vt indigna crederet de eo, qui mirabiliter natus, & conuersatus plusquam Propheta nomen Angeli merebatur. In tam graue malum, supremumq. facinus horum peruersa vita eos cõiecerat, non solum, vt de Ioanne, qui arundo vento agitata non erat, id cogitarent, sed, quod grauius est, vt quem Deum confitebantur, ad suam vellent trahere peruersam voluntatem, vt qui desiderare debuisset, vt eius voluntas fieret, sicut in cælo, & in terra, id concupiscerent, vt Deus perditæ suæ voluntati se accommodaret, cum recta hominis ratio, naturæq. lumen dicter potius diuinæ voluntati humanam fore accommodandam, lib. decimo octauo, cap. decimo nono, numer. decimo tertio, vbi differitur, quod voluntatem humanam Diuinæ subijcere miro modo docuit Christus. Voluntasq. propria dupliciter debet Diuinæ subijci, vt quod Deus vult, homo velit, nolit, quod ille non vult, ibidem numer. septimo, & octauo, Voluntatem enim Dei ad propriam velle trahere, humana peruersitas est, ibidem num. 4. & 5. Cum humana voluntas, vtpote distorta, rectitudini voluntatis diuinæ accommodanda sit, ibidem numer. secundo, vsque ad quartum. Isti autem intendentes Deum ad suam trahere voluntatem peruersam, Christum Dominum illi contrarium reijciebant, offerentes dignitatem hãc summam homini, qui illorum perditam voluntatem probaret, quod etiamsi de Ioannis vita credere non debuissent, putabant mutandum eum tali pollicitatione; Sicut quondam mutatus fuerat Balaan. Et cum iustorum hæc sit indiuidua conditio, propriam voluntatem diuinæ velle subijcere, vtpote *Hom. 2. in Cant.* qui equi dicuntur a Ioanne in Apoc. quibus insidet verbum Dei, cuius subijciuntur freno, & ad cuius nutum mouentur, currunt, sistunt, &c. vt aiebat Orige. qui spiritu Dei aguntur, voluntate propria reiecta, ita mali in Canticis equitatui Pharaonis comparantur, sane qui rectorem habentes diabolum, illo ducente, feruntur, & proijciuntur in innumera mala, & tandem Deus Pharaonem, & exercitum eius proijciet in mare. Et *Gregor. hom. 5. in Ez.* sicut iusti, vbi fuerit impetus spiritus, illic gradiuntur, ita reprobi, vbi fuerit impetus carnis, & propriæ voluntatis, quo impetu impellitur anima ad odia, delicias, diuitias, &c. Iustis hæc vox propria est: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam, & super Sanctos suos, & in eos, qui conuertuntur ad cor. Ideo enim aiebat Paulus: Pro *Paulus. 2. Cor. 5.* omnibus mortuus est Christus, vt qui viuũt iam non sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est. At isti Deum quærebant, qui illis loqueretur placentia, & ea, quæ auaritiæ, & ambitioni, & fastui eorum viderentur conuenientia: eum quærebant Messiam, qui ea probaret, quæ ipsi vellent, impio Achab quam similes; qui, Michæa reiecto, qui non loquebatur ei bonum, falsos quærebat Prophetas, qui Regi adularentur in proprium malum, vt ea faceret, quæ desiderabat, & vellet. Et vt quondam Saul, quia Deum fuerat expertus nõ loquẽtem sibi, quæ optaret, Phitonissam quæsiuit, quæ Samuelem excitaret. Et Ochozias graui infirmitate correptus misit ad consulendum Belzebub Deum Acharon. Et licet isti nec falsos Prophetas quærerẽt, vt Achab, nec Phitonissã, vt Saul, neque Deum Acharon, sicut Ochozias,

c

zias, sed eum, qui a teneris annis in eremo mira abstinentia fuerat cruciatus, qui Propheta erat, & plus quam Propheta, & a Christo Domino vocatus Angelus, quo nullus maior inter natos mulierum surrexerat, sed tamen re vera non offerebãt ei Messiæ honorem, quia sanctus erat, vt eis voluntatem Dei patefaceret, quam ille optime nosset, sed vt indulgeret propriæ voluntati eorum, probans, vel saltem dissimulans auaritiam, & ambitionem. His similes sunt modo multi hominum, qui eos cupiunt Prælatos, Rectores, Prædicatores, qui suis indulgeant affectibus. Hoc enim dicere voluit Iesus *Ioan. 5.* Pharisæis: Vos misistis ad Ioannem, & voluistis ad tempus exultare in luce eius, id est, obtulistis ei dignitatem, quæ ipsi non conueniret, vt eius prætensa licentia, ea operaremini, quæ carni, & sanguini, & vanitati essent conformia. Istud enim vocauit exultare ad horam, non in luce vera, sed in luce eius, de quo scriptum est: Non erat ille lux, sed qui venit, vt testimonium perhiberet de lumine. Tales quæsiturus erat orbis nouissimis temporibus Prædicatores, *1. Tim. 4.* & Magistros sicut aiebat Paulus, adueniente tempore, in quo homines sanam doctrinam non sustinerent, sed ad sua desideria coaceruarent sibi magistros prurientes auribus, cum illi a veritate oculos auerterent, & ad fabulas conuerterentur, non tam Deo, quam suæ cupiditati seruientes. Vnde dixit Seneca: Honesta sequimur, quamdiu aliqua illis spes inest, in contrarium transituri, si plus scelera promitterent. Isti sunt, de quibus dicitur: Væ peccatori terram ingredienti duabus vijs. Hi sunt, qui duplici corde ad Deum accedunt, dum externa tantum specie Deum quærere videntur, interna tamen intentione se ipsos, & sua commoda quærunt, quæ vbi non inueniunt, protinus a virtute deficiunt.

5 Considerandum etiam est, quod hoc eodem medio, quo dæmon Ioannis virtutem labefactare conabatur, sicut quondam primorum parentum iustitiam originalem destruxit, Christus Dominus voluit, vt toti mundo innotesceret Ioannis virtus rara, hactenus non visa inter homines, quando & tam grandem honorem sibi ab Ecclesia, quæ tuuc erat, gratanter oblatum, incunctanter, libenter, & cito reiecit, seque vocem clamantis vocauit, non Christum, non Eliam, non Prophetam. Sancti Dei honorem curant maxime, relictis his, quæ ipsorum concernunt dignitatem, libr. primo, cap. octauo, num. secundo. Sanctus de magnis humiliter sentit, cum peccator etiam de minimis se extollat, lib. octauo, cap. octauo, num. vigesimo octauo, lib. decimo sexto, capit. decimo tertio, numer. vigesimo nono. In honoris autem contemptu, cum honor offertur, suprema ostenditur virtus. Virtutes enim habenti magna virtus est continere gloriam, libr. decimo octauo, capit. primo, numer. vigesimo sexto. Honores contemnere diuinum opus est, & difficile, libr. primo, cap. 20. numer. 1. 6. 17. 18. & 28. Sed hanc hominum gloriam maxime fugiebant Sancti, ne veram amitterent, ibidem numer. 1. 2. 14. & 25. Honoris cupientissimi fuerunt multi Romanorum, ibidem nume. 7. lib. 7. capit. 5. numer. 5. & 6. Humanas laudes quanto quis neglexerit amplius, tanto Deo similior est, lib. 7. capit. 5. numer. 7. Ioannis etiam humilitas maxime relucet in re hac. Hæc enim virtus est, quæ maxime patescit in Sanctis, lib. 3. cap. 5. numer. 89. lib. octauo, capit. quinto, numer. 6. 10. 18. 19. 30. & 31. cap. 7. num. 15. cap. 8. num. 2. & 15. Hac etiam ratione in oculis Dei supra modum magnificatus est Ioannes. Humilis enim quãto vilior est in oculis suis, sublimior est in oculis Dei, lib. 3. cap. 19. num. 29. lib. 8. cap. 5. nume. 18. & 19. cap. 7. numer. 15. & 16. Humilitas autem efficaciter tunc gignitur, quando homo se & inuenit, & agnoscit, lib. 3. cap. 19. num. 35. 36. & 41. lib. 8. cap. 5. num. 6. Humiliantur autem Sancti maiestatem Dei respicientes sicut fecit Ioannes cum dixit: *Medius autem uestrum stetit, quem uos nescitis, cuius ego non sum dignus corrigiam calceamenti soluere*, lib. quarto, cap. 15. num. 11. & 17. lib. 6. cap. 3. nu. 2. lib. 8. cap. 5. num. 12. 18. 19. 29. vsque ad 31. cap. 7. numer. 10. & 18. Fuitq. in hoc opere duplex ostensa humilitas Ioannis, altera cognitionis, qua perpendebat, quod nihil esset, se vocans vocem: altera affectionis, qua summã calcauit gloriam, lib. 8. cap. 5. num. 33. Humilitas nardus dicitur, quia homo in oculis suis vilis est, & in oculis aliorum talis etiam optat apparere, lib. 8. cap. 5. nume. 34. vsque ad 36. cap. 6. num. 15. & 16. Etsi humilitas homines ex peccatoribus iustos efficit, hinc coniectare quis poterit in iustis qualis Ioannes erat, lib. 8. cap. 8. nume. 3. 9. & 10. In Ioanne etiam sui ipsius magna cognitio grandium bonorum fuit causa, cognitionemq. propriã talem, ac tantam in tanto viro magnificare tanto amplius debemus, quanto cognitioni propriæ, etsi vtilissima illa sit, paucissimi sint intenti, lib. 3. cap. 19. num. 5. & 16. Cognoscit homo seipsum, cum Dei perfectiones considerat, ibidem num. 27. & 28. cap. 20. nu. 1. vsque ad 6. 9. vsque ad 13. 20. vsque ad 25. Quanto autem homo per propriam cognitionem vilior est in oculis suis, tanto pretiosior est in oculis Dei, lib. 3. cap. 19. nume. 29. cap. 20. nu. 2. Cognoscere enim se, & cognoscere Deum, tota hominis perfectio est, lib. 3. capit. decimo nono, numer. 34. vsque ad 39. & 42. Cognoscere autem se ipsum, primum est in vtilitate, & ordine, ibidem nu. 35, & 36. Hæc ergo multum differunt inter se, id, scilicet, quod homines extorquere volebant a Ioanne & quæ Deus volebat, vt cunctis innotescerent concernentia sanctitatem Baptistæ, quæ palam facta sunt, cum occul-

occulta essent, quando Iudæi miserunt Sacerdotes, & Leuitas, vt interrogarent eum: Tu quis es? Ad quam interrogationem respondit Ioannes sanctus ea, quæ Diuinæ erãt consona voluntati, non quæ Pharisæorum stultitiæ, auaritiæ, & ambitioni congruere videbantur. Vocaturq. recte vox, quoniam Christus Dominus verbum est, a quo omne bonum deriuatur in Sanctos, libr. tertio, cap. quinto, nume. 11. 36. 38. 40. 41. 46. 47. 54. & 83. cap. 7. num. 26. & 27. cap. 8. numer. 4. Ipse enim fuit super omnes creaturas Spiritu sancto repletus, & omnibus bonis, libr. tertio, cap. quinto, num. 11. 20. 23. 30. & 37. cap. nono, numer. tertio, & septimo, cap. vigesimo, num. quinto.

6 *Miserunt Iudæi, &c. Tu quis es?* Fugiendi sunt, sicut serpentes, qui suadent honores ambire. Serpens fuit callidior omni bestia *Genes. 3.* agri, qui Euæ suasit ambire Dei scientiam. *Oleaster.* Non, vt ait Bernardus, serpens omni animali dictus fuit fortior, sed callidior, ne homo causaretur se potentia superatum, non astutia. Admonet etiam hic locus, illos non homines, sed serpentes esse dicendos, qui miris modis suadent ambire honores. Sed hæc Ioannis fuit virtutis excellentia, quod non sibi vendicat, qui Dei erat honos. Sic *Exod. 30.* Dominus præcipit: Super carnem hominis non vngetur. Oleum hoc sanctum erit mihi, & iuxta compositionem eius non facietis aliud, quia sanctificatum est, & sanctum erit vobis. Homo, quicumque tale composuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo suo. Hoc est, ea, quæ Deo conueniunt, sibi vsurpare non præsumat homo. Simias, vt aiebat Bernardus, cum Deo agimus cupidi eius gestiendo, quoniam ad imaginem suam nos fecit ille, tanta dignitate contenti non terminos accepti honoris trãsgrediamur, illum, qui Dei est, proprium desiderantes. Et omnis adeps Domini est, *Leuit. 3.* omnem adipem non comedetis. In quibus *Oleaster.* verbis iubet Moyses seruare Domino peculiaria sua, quidquid Dominus in vsus suos delegit, non in nostros conuertamus, & qui gloriam suã alteri noluit dare, minus voluit, vt eam alter vsurparet, ac furaretur. Gloria solius Dei est, vnde soli illi reddenda est, lib. 7. cap. 6. num. 16. lib. 18. cap. 1. nume. 33. 38. vsque ad 41.

7 *Ego uox clamantis in deserto, &c.* Voces adinuentæ sunt a natura, vel potius ab auctore naturæ Deo eas accepimus, ad exprimẽdos internos animæ conceptus, & ea, quæ in corde latent, vt homo, qui animal est sociale, ac politicum alijs conuersetur. Angelis enim voces necessariæ non sunt, vtpote qui mentem alijs ostendunt, iuxta ordinem a Deo constitutum. Vnde sicut vox, quæ aperiendo intellectui data est, tunc, cum id effecerit, esse desinit, & ad id munus exequendum pondere fertur naturæ. Et quæ in ratione rei, tam est vilis, est apprime hominibus necessaria, quod facile animaduertet, qui rempublicam cogitauerit, in qua omnes homines muti essent, quanta illius confusio, quanta hominum tristitia, dum neuter alterum valeret intelligere, etiam quando illud vel honori, vel saluti, aut vitæ conseruandæ esset apprime necessarium. Linguarum enim confusio in ædificantibus turrim Babyloniæ iusta fuit peccati talis plaga, vt nullus fratrem posset intelligere postulantem ea, quæ ædificandæ turri essent necessaria, immo nec alia, quæ vsibus hominum essent necessaria. Denique congregationem illam ferarum potius diceres, quam hominum; & qui mutus est, vt plurimum, surdus est, ne audiens, & respondere non valens vehementer crucietur, &c. Interrogatus Ioannes quis esset, nomen vocis sibi conuenire dixit, cui proprium esset, eiusque offitio conueniẽs Christum Dominum verbum patris hominibus manifestare, & quia vox erat rationej vtens, liberam habens voluntatem, hoc maxime desiderabat, vt propria contempta vita, homines, quæ dignitatem Christi concernebant, intelligerent. Et sicut respublica mutis constans talis esset, qualem diximus, sic & orbis, supposita ordinatione Dei, si Baptista Ioanne caruisset. Tale enim erat offitium Ioannis, qua- *Gen. 41.* le in Genes. legimus, quod cum Ioseph exaltatus a Pharaone circumduceretur in curru regio, præco clamabat, vt omnes coram eo genu flecterent, & præpositum eum esse scirent vniuersæ terræ Aegypti. Hoc est Ioannis offitium, iubente Deo, saluatorem nostrum verum Ioseph, instar præconis, annuntiare orbi, Dominum esse non solius terræ Aegypti, sed cæli, & terræ. Hic a patre Zacharia vocatus est adhuc infans Prophe- *Luc. 1.* ta altissimi, qui præiret ante faciem Domini parare vias eius, ad dandam scientiam salutis, &c. Salutem Iesus attulit mundo. Dedi te in lucem gentium, ait Esai. de Christo: *Esai.* Vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. At quia, nisi salus hæc, & medicus agnosceretur, quæri non potuisset, venit Ioannes, vt notitiam exhiberet & medici, & salutis. Secundo vocis nomen accepit Ioannes, in quo eius maxima virtus commendatur. In me vox est, sed pedes, manus, oculi, vox non sunt; hæc enim sonus est ab ore meo prolatus. At in Ioanne Baptista, quidquid in illo consideraueris, vox est dicens: Non sum ego Christus. Vocis offitiũ exercebat potentius, quam vocibus mundi clamans contemptũ. In deserto cilicio in tã tenera ætate circũamictus, æstu adustus, gelu cruciatus, parentibus relictis, cũ feris vitam agens & linguæ moderationem, & sceleratorum hominum conuersationem fugiendam tacens loquebatur, Pœnitentiam, & moderandis passionibus carnis, & placando Deo grauiter offenso, tam necessariam non loquens clamabat. Aiebat Hieronymus: Quorsum Ioannes, si

Hieron. epist. de vera Circumc.

vox est, solitudinem quærit, desertum inhabitat? Profecto mirandum est, quod eremum elegit Domini prædicaturus aduẽtum, non loquitur in plateis, multitudinem multitudini profuturus horrescit? Si vox clamantis est, cur in deserto inter feras habitationem eligit? Vox, quæ ad aperiendam hominibus mentem data fuit, potius hominum frequentiã eligere debuisset, quam desertum. Recte quidem si expediens iudicasset ille, vel potius Deus, vt solis verbis prædicaret Christum sicut multi faciunt, in quibus vita non consonat verbis (de qua re multa habentur in indice verbo Prædicatores) sed quia cuncta, quæ in Ioanne erant clamabãt, vita potius, quam lingua hominibus erat necessaria. Prius elegit eremum, & postea ciuitatem ingreditur, vt verbis doceat, quæ vita docuerat prius, vt eius sic testimonia credibilia efficiantur nimis ab eo prolata, qui testis est omni acceptione maior. Quoniam omnia Ioannis gesta, & cum Regi inclamat: Non licet tibi habere vxorem fratris, & cum dicit: Ecce Agnus Dei, &c. & cum silet, omnia prædicant morum correptionem, &c. Christi agnitionẽ, & cum venisset, vt testimonium perhiberet de lumine, & signum fecisset nullum pro signo, inculpabilis eius, Angelicaq. vita sufficiebat, vt cuncti crederent per illum, nisi scelerata multorum vita aures clausisset tam ingenti clamori hominis, qui instar tubæ exaltauerat vocem suam. Præterea vox dicitur res, quæ pro nihilo habenda est. Dicere potuisset Ioannes: Sum summi sacerdotis Zachariæ filius, nobilis, omnibus agnitus, regiæ & sacerdotalis dignitatis hæres. Nihil horum dicit sed: *Ego uox*. Is meus honor est, hæc mea gloria. Ioannes prius in deserto

Psal. 39.

dicere potuisset infans: Eduxit me Deus de lacu miseriæ, & de luto fecis, statuit supra petram Christũ pedes meos, & direxit gressus meos, & post hæc immisit Deus in os meum canticum nouum, vt Christum prædicarem. Dicitur Ioannes vox clamantis, vox Christi. Sed vide quod ad eum modum, quo Christus verbum patris voces habet suas, quibus eius dignitas, potentia, bonitas explicentur, &c. ita & dæmon suas habet voces, quibus multa suadet, quæ per se suadere non potuisset. Non paganos, infideles & hæreticos voco solum dæmonis voces, sed Christianorum multos conspicio, qui voces diaboli sunt, per quos iurationibus assiduis, periurijs, blasphemijs inhonorat Christum, qui timens, coactus, miser, genu flectit Christo, linguis medicorum maledicit Christo Regi. Voces diaboli sunt detractores, fures, adulteri, &c. indigni qui proprio nomine vocentur. Indigni qui nomine hominum potiantur, digni autem vt a cunctis vocentur diaboli voces, quibus dæmon agnoscitur. Hi sunt qui audire merentur: Præcipita Domine, & diuide

Psal. 49.

linguas eorum, quia vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate, quam hæ diaboli voces causant. Dicitur etiam Ioannes vox clamans. Multi enim illorum, qui prædicatorum officio funguntur, & vocuum, canes sunt muti non valentes latrare, comminationis grauis Domini obliti, qui Prophetæ dixerat. *Si* me dicente ad impium, morte morieris, non fueris locutus, vt se custodiat impius a via sua, impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Et qui audierant: *Super montem excelsum ascende*, &c. annuntia populo meo scelera eorum. De re hac late multa disseruntur, lib. 14. quæ videnda sunt in indice verbo Prædicator.

Ezec. 33.

Esai. 40.

Medius uestrum stetit, quem uos nescitis, &c. In his verbis aduertendum est, odiũ, & inuidiam maxime obcæcasse Iudæorum animos, ne Christum agnoscerent signis quamplurimis radiantem. Inuidi enim per diem incurrunt tenebras, quia de radio lucis alienæ obscurantur, libr. nono, capit. 5. numer. 30. Vnde contemptis bonis illius, & virtutibus neglectis, in nocte palpant quærentes aliqua, quæ reprehendant, ibidem numer. 30. Inuidia ergo, quæ venenum est animæ, hos ad tantum malum traxit. De qua re latissime agitur in lib. nono, cap. quinto, per totum, numer. 5. 9. 12. 14. 16. vsque ad 18. docetur, quod est proprium diaboli vitium, & numer. sexto, vsque ad 8. 13. vsque ad 18. 28. & 29. quod inuidus nihil cum ratione operatur, cum felicitatem proximi suam credat infelicitatem. Item medius vestrum stare dicitur Christus, quia mediator inter homines, & patrem attulit hominibus voluntatem patris, quam ipsis patefecit, lib. 3. capit. 5. num. 17. 41. & 59. cap. 7. num. 47. cap. 9. numer. 8. capit. 14. numer. 5. & 6. Christus in medio est ingredientium, & egredientium, quia testis est omnium, quæ gerimus, siue bona illa sint, siue mala, lib. 18. cap. 10. num. 21.

Cuius non sum dignus ut soluam corrigiam calceamenti. Cum Ioannis sanctitas tanta esset, vt Messiæ nomine dignus arbitraretur, a Deo Angelus vocatus, ipse indignum se dicit, qui soluat corrigiam calceamenti Christi, quoniam Dominus incomparabiliter excedit omnes Sanctos, quantacumque hi sanctitate emineant, libr. 3. cap. 9. nu. 3. 7. 12. 15. 35. 41. 46. & 51. & ca. 20. nu. 5. 20. & 21. De cognitione propria differitur late, lib. 3. c. 19. per totum.

DOMI-

DOMINICA QVARTA
in Aduentu Domini,
Iuxta morem Romanum.

Euangelium.

Anno quintodecimo Imperij Tiberij Cæsaris.

Lucæ. 3.

Dominica IV. in Aduentu, secundum morem Romanum.

1 S. AVGVSTINVS tom. 4. in lib. Quæstionũ noui testamẽti animaduertit, quod Herodes Rex Iudææ quatuor habuit filios, Archelaum, Herodem, Philippum, & Lysaniam. Defuncto Herode, regnum obtinuit Archelaus. Quo etiam mortuo, in quatuor partes distributum est. Vnã partem obtinuit Pilatus, tamquam regni gubernator, secundam Philippus, terciam Herodes, qui Ioannem Baptistam, & Iacobum maiorem decollauit, qui dictus est Thetrarcha, sicut & cæteri, id est, in quarta regni parte positus, qui plenus vermibus miser finiuit vitam; quartam partem obtinuit Lysanias. Lucas ergo Euangelista antequam Christi res gestas tribus vltimis suæ peregrinationis annis recenseret, statum mundi depinxit. Iudaici vero regni formam, principumque nomina, & Sacerdotũ commemorando descripsit. Propheta Daniel se vidisse quartã bestiam, ait terribilẽ, atq. mirabilẽ, & fortem nimis, quæ dentes habebat ferreos, quibus quædam comedebat, quædam comminuebat, & reliqua pedibus conculcabat. Et subinde, ait, aspiciebam, & ecce in nubibus cæli, quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit, qui potestatem, & regnum dedit ei, & omnes populi, tribus, & linguæ seruient ei. Quid nam quæso hac bestia, nisi Romanus populus designatur? Mirabilis profecto, atque terribilis, qui totum pene orbem comminuit, & conculcauit, dentes ferreos habebat, scilicet, exercitus, quos in diuersas prouincias ducens obuios quosque mandebat. Hæc bestia Iudaicum populum arreptum, & dilaceratum in quatuor thetrarchas discerpsit, quarum vnam, scilicet, Iudæam Pilatus, Gallilæam vero Herodes, Ituræam autem, & totam Traconitidem Philippus, & Lysanias Abilinam gubernabant. Sacerdotium etiam auara huius bestiæ fame diuenditum, duo monstra Annas, scilicet, & Cayphas iniquissime administrabant, simoniatici auaritia pleni, qui mortis Christi præcipui auctores

Dan. 7.

extitere. Tunc quando respublica illa, & in principibus Ecclesiasticis, & in sæcularibus, ac subinde in promiscua plebis multitudine peccatis plena erat, apparuit filius Dei homo factus. Cui antiquus dierum, pater scilicet, omnem in cælo, & in terra potestatẽ dedit. *Tunc etiã factum est verbũ Domini super Ioannẽ in deserto; & uenit in omnẽ regionẽ Iordanis prædicans Baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.* Tunc pater misit Ioannem, velut præconem ante Christum, qui omnibus ediceret, vt eum, tamquam Messiam, adorarent. Et sicut præco non suum, sed Regis edictum proferebat, ita Ioannes non suum, sed quod Deus ipsi inspirauerat, verbum de Christo prædicabat. Et si- *Hiere. 49.*
cut Hierem. de se aiebat: Auditum audiui a Domino, & legatum ad gentes misit me; prius etiam Ioannes verbum prædicationis a Deo audiuit, & postea legatus destinatus est, vt homines ad Christum recipiendum disponeret. In his omnibus multa sunt grandi consideratione digna. Primum est, quod Ioannes, vt adnotauit Chry- *Hom. 10. in Matth.*
sostomus, post tam diuturnam habitationem in deserto inter feras, indutus sacco cilicino Iudæam ingressus est, admirandus cunctis, Baptismum prædicans in remissionem peccatorum, facilem docens omnium criminum remissionem, rem inauditam hactenus. Is enim est Sanctorum mos, antiqua Sanctorum consuetudo, relictis his, quæ proprium concernunt bonum, propriam vtilitatem, & proprios profectus, quos Baptista habebat in deserto, alienæ inuigilare saluti, alijs velle prodesse. Vtrumque coniungere, & proprium, & alienum commodum docuit Ioannes. Prius in deserto fuit soli sibi intentus, & cum multa iam accepisset virtutum incrementa, pœnitentiam prædicaturus, indutus habitu pœnitentis, non vt olim Hieremiæ præceperat Deus, vt instantem Babylonicam captiuitatẽ prædicaret, sed libertatem potius per pœnitentiam a diaboli intolerabili iugo. Venit ad Iordanis fluuium, libr. nono, cap. vigesimoquarto, numer. primo, nono, vsque ad decimum tertium, libr. decimo quarto, cap. vigesimo octauo, numer. duodecimo. Vbi docetur, quod prædicatores concionari non debent, nisi in virtute multum profecerint. Prædicatores prius digitos habeãt plenos myrrha mortificationis, & post dilecto aperiant ostium, id est, cum mortificatione alijs sint in exemplum, tunc prædicent, libr. vndecimo, capit. sexto, nume. 115. Ne sint, vt aiebat Bernardus, canalibus similes, qui antea effundere alijs doctrinam, quam infundi virtutibus velint, libr. nono, capit. vigesimo quarto, numer. vndecimo, & decimotertio. Prædicatores enim ideo dicuntur montes, quia prius illustrantur luce, quæ ad plebem, & valles postmodum deriuatur, libr. decimoquarto,

cap.vigesimo sexto,num.vigesimo nono.Sancti vero, cum profecerint, contemplationem relinquunt, vt proximis prosint. Prædicator orationi, & lucro animarum inuigilans, Deo multum placet, lib.14. cap.26. numer. 42. cap. 25. numer. 15. Libenterque præfert sermonem orationi, quando populus eius doctrina corrigitur, lib.14. cap.26. numer. 41. & 42. Prædicator, qui vt proximis prosit, otium contemplationis relinquit ad tempus, audit: Meliora sunt vbera tua vino, lib.decimoquarto, capit.28.numer.33. Prædicator enim otio, & actioni vicissim deditus esse debet, ibidem numer.35. & 37. Ingreditur prædicator in abundantia sepulcrum, qui orationem, & vtilitatem proximorum coniungit, libr.decimoquarto, cap. 29. numer. 26. & 28. Prædicator mente excellat Deo in oratione, & sobrius sit proximis, eos docens lib.18. cap. 18. nu.septimo, vsque ad 14.& 18. Vbi optime docetur,quod voluntate Dei mouente concionatores, relinquere debent oscula contemplationis, propter bonum proximorum, sicut Ioannes fecit, qui deserto relicto, vbi assidue Deo vacabat, superniſq. potiebatur fauoribus, venit in Iudæam, prædicans hominibus veniam peccatorum. Aduertendum etiam est, quod Dominica anteriori, & in hac docet Ecclesia duo, quæ Ioanni acciderunt in deserto, valde inter se diuersa, immo & contraria. In deserto dæmon illius virtutem voluit labefactare, dum curam adhibuit, vt Sacerdotes, & Leuitæ pergerent ad ipsum, vt honorem, vt dicebamus, deferrent Messiæ soli Christo Domino debitum. Hodie etiam in deserto *factum est, uerbum Domini super Ioannem*, vt perpendant homines Christiani, quantumcumque virtute polleant, nullibi, quamdiu homo virtutis thesaurum habuerit in vase fictili carnis huius, a congressu dæmonum, ab imminentibus periculis, a lapsu liberum esse, sed semper cum timore, & tremore salutem suam operari debere. Si Ioanni similis in deserto vitam delegeris, ab incunabulis Deo vacans, cilicio indutus, locustis pastus, immo fame cruciatus,humi cubãs, frigoribus cruciatus, sole adustus, ab Angelis visitatus, clama: *Psal.* Lætetur cor meum, non quidem quia securum est, sed vt timeat nomen tuum. Certe cum mundum reliqueris, religionem fueris ingressus, desertum incolueris, aut certe in sæculo cælibem, & Angelicam vitam duxeris, tamque ingenti virtute fueris præditus, quantam Ioannes habebat, qui creditus est Deus, time, ne inde præcipiteris in infernum. Iusti quanto meliores sunt, amplius timent, quod infirmi non faciunt, lib. quarto, cap.17.numer.18. vsque ad 22. Iusti hanc vitam multis imperfectionibus transigunt, & ideo timent, libr. septimo, cap. quarto, num.decimo septimo, vsque ad decimũ nonũ. Vita durante, ab hostibus tuti esse non possumus, libr. secundo, capit.5. num.11. vsque ad 14.33.& 34.capit.7.numer. 24. cap.9. numer.6. Vita durante, cum mille vitijs quotidie congredi debemus, lib.11. cap.9. numer. 23. Timor semper sit in Sanctis, quia securi non sunt, quamdiu viuunt, libr.2.capit.6.numer.11.14.16. vsque ad 18. 30. vsque ad 32. capit.10. numer.8. libr. tertio, cap.19. numer.8. & 10. libr.4. capit. 17. num.5.6.10. vsque ad 12.14. 15. 18.21. & 28. cap.18. numer.23.& 24. capit.31. numer.43. libr. septimo, cap. tertio, numer.17. libr. 8. cap. 5. numer. 20. 29. & 30. libr. 17. capit.3. numer. 6. 9. 12. 28. vsque ad 30. Locus, vt plurimum, multum iuuat ad virtutẽ, etiamsi aliquando hominum culpa non prosit, lib. decimo, capit. nono, per totum, num. sexto. docetur, quod locum omnem circuit dæmon, vt nullus locus credatur tutus. Hinc prospicere licet, quanto concutiendi sunt metu hi, qui in medio laqueorum ambulant, in quorum vijs pedicam, & laqueum abscondit dæmon. Qui diuitijs, delicijs, *Iob.* honoribus, mundanis affluunt conuersationibus, qui in medio nationis peruersæ ipsi etiam peruersi ambulant, qui non super flumina Babylonis sedentes flent, sed fluminibus immersi rident; non perpendentes, *Psal.136.* nec sentientes innumeros fluctus insurgentes, quibus cum ascendant vsque ad cælos, etiam descendant vsque ad abyssos, nihilominus anima eorum in malis tabescit, immo insensibilis redditur. Mundani aureo calice Babylonis potantur, & inebriantur, *Psal.* libr. quinto, capit. primo, numer. secundo, vsque ad quartũ. Mundanos innumeris inuoluit dæmon malis, libr.4.capit.33.numer. primo, vsque ad quartũ, capit. 34. numer.1. & 11. Mundum, & patriam relinquere expedientissimum est ad virtutem, licet Dei potentia non arctetur loco, lib.decimo,cap. nono, numer. primo. In mundo degentes maiori egent studio, vt recte viuant, quam religiosi, lib. 11. capit. 12. numer.15. Mundus plenus periculis, libr. quarto capit.secundo, numer. secundo, vsque ad sextum, & decimum tertium, libr.11. capit. 12. nu. 22. In mundo hoc captiui sunt homines, cuius captiuitas in Babylonica Iudæorum captiuitate adumbrata fuit, libr.11. cap.12.numer. 37. Mundus nunc positus est in maligno, quem dæmones indefesse custodiunt, ne fugere valeat homo, lib.vndecimo, cap.duodecimo, nume. 43. Ideo etiamsi in deserto Ioannes tentatus fuerit, in deserto etiam factum est verbum Domini super eum, vt prodiret in publicum prædicaturus Baptismum pœnitentiæ. Mira res, mirabiliter natus est Ioannes, in vtero sanctificatus est, sanctissimam in deserto annis multis transegit vitã, ne leui saltem maculare vitã famine posset, cui præbuit hirtũ tegimen camelus,&c.Nouus terrestris paradisi incola Angelorũ consortio cõsolatus, & nihilominus nõ nisi a *Deo* iussus

iussus, apertoq. ipsius mandato, quod significant hęc verba: *Factum est uerbum Dei super Ioannem*, ad Euangelizandum populo egressus est, a Domino instructus, & edoctus, *Hiere.* 20 qui ignem misit in ossibus eius, non sicut Hieremiæ, qui officium prædicandi recusabat, sed vt verbis eius flammantibus populus proficeret.Sed quod in re hac magnifacere deberent homines,illud est,quod is qui Prophetis olim dixerat, peccatis populi exigentibus: *Ezech.* Linguam tuam adhęrere faciam palato, vt essent tacentes, eo quod domus exasperans esset Israeliticus populus. Et in anno,quo mortuus fuit Ozias Rex impius, inquit Hieronymus: *Esa.6. Hieron.* Missus est Esaias,vt prædicaret,qui antea tacuerat, Regi iniquo os Prophetę claudente. Et Ezechiel, mortuo Phaltra filio Bananiæ pessimo Principe, cadit in faciem suam,& voce excelsa clamauit ad Dominum: Heu mihi,heu mihi Adonai Domine,comminationem tu facis reliquiarum Israel?Prædicatoribus iubet Deus,vt taceant,quãdo peccata populi id merentur,lib.14. cap 27. num. *Hiere.* 5. 1.& 11.& 21. Immo permittit, vt Prophetæ prophetẽt mendacium, quando populus dilexerat talia. Prędicatori sæpe pro gratia auditoris datur verbum,& pro culpa auffertur, lib.14.cap.27.numer.21.Prædicatores sancti pluunt imbrem,falsi autem laqueos, libr. 18. cap.2.num.40. Modo autem tempore gratię cum Lucas retulisset Sacerdotes,& Reipubli cæ gubernatores sceleratos,tunc adiunxit,factum verbum Domini super Ioannem mandans illi,vt populo nequam prædicaret. Qua in re diuinam bonitatem perpende,qua cum & Principes,& Sacerdotes,& nobiles,& promiscua multitudo sceleribus esset pleni,& cũ tam ingentia flagitia patrarentur in Iudæa, solita benignitate sua hominem dedit Deus virtutibus mirabilem,Spiritu sancto plenum, zelo feruentissimum, qui peccata populi argueret,eorumq. certam remissionem per pœnitentiam indiceret. Virum talem, qui fœneratores,campsores,milites, publicanos in viam veritatis mira facilitate reduceret. Est enim ingens Dei clementia aperire, reserare Prędicatorum ora, & quod Prędicatores dentur Sancti,lib.3.capit.5.num.27.capit.21. num.13.vsque ad 15.& 21. Qui in salicibus non pulsant organa,sed suspendunt,dum peruersis non prædicant,lib.4.capit.34.num. 20. ljb.11.cap.2.num.24. Misericordia enim sua aperit Deus ora Prædicatorum, quando uiderit aliquos conuertendos,lib.14.c.27. n.11. Quod ingenti misericordia Dei Prædicatores sancti dentur populo, qui vera prædicent. Prædicatores enim falsi dulcia pollicentur in malum populi,cui veritas amara est, quando uitiis plenus est,docetur lib.14.cap.27. num. 7.vsque ad 14. Prædicatores, dum frigidum habent cor,inflammare auditores quomodo poterunt? ibidem num.17. Prædicatores iniqui portæ sunt vultus Leuiathan, per quos in potestatem diaboli multi trahuntur, nu.22.

Prædicatores autem sancti,sanctificant Euãgelium Dei,lib.14.cap.28.nume.3. Habent enim fortitudinem,& hinnitum,vt Iob dicit, id est verba,& vitam,ibidem numer.25. Ex quibus omnibus cõstat Baptistam omniũ 4 Prophetarum sanctissimum missum, vt concionaretur, etiam quando mores populi talẽ non merebantur virum.Si enim bonitate Dei multa fit,quod Prædicatores sint recti, quando populus bonus est,& acri Dei indignatione contingit,flagitiis plebis id postulãtibus, vt tales desint populo, vel taceant,perpende quanta sit Dei benignitas, quæ in tanta hominum perditione Ioannem extraxit a deserto,ut eorum crimina argueret, & pœnitẽtiam prædicaret. Et qui dicere potuisset: Erit ut *Oseæ.* populus sic Sacerdos;& permittere,ut cæcus cæco ducatum præstans, ambo in foueam caderent. Olim,cum legem constituisset tradere Deus Israelitico populo, fumabat mõs, ardebat, micabant fulgura, ut terror ingens populum inuaderet, at cum nouam legem daturus uenisset Deus in sibilo auræ tenuis,Ioãnem mittit consolantem, pœnitentiam suadentem, appropinquans Regnum cælorum prædicantem,& quod iam iam videret omnis caro salutare Dei. Hieron. edisserens caput Hier.26.in hoc misericordiam Dei grandem *Hiere. 26* cõmendauit,quod cũ Sacerdotes, & Prophetæ furibundi loquerentur ad Principes, & ad *Hieron.* omnem populum,dicentes: Iudicium mortis est viro huic, quia prophetauit aduersus ciuitatem istam.Morte moriatur. Quare prophetauit in nomine Domini, dicens: Sicut Silo erit domus hæc, & vrbs ista desolabitur, eo quod non sit inhabitator. Et cum congregatus esset omnis populus aduersus Hieremiã, vt interficerent eum, ira perciti contingere illum non potuerunt, quem Deus misericordia sua seruaret,ut captiuo populo prædicaret,& ad pœnitentiam induceret. Grande sane beneficium,sed inferius multo hoc, quãdo *factum est uerbum Domini super Ioannem*, non vt populum in captiuitate positum consolaretur,sed vt appropinquans iam regnum cælorum vaticinaretur,& miranda,quæ mundus reciperet bona aduentu Christi, eius vita,doctrina,& morte,salutem prædicans non temporalem,sed æternam. Si tantum beneficium innotescerет populo clamanti: Rorate cæli desuper, &c. Emitte agnum Domine dominatorem terræ, &c. Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium Domini, nõ ita mirarer. Hæc est enim Dei consuetudo, vt repleat in bonis desiderium suorum, & renouet iuuentutẽ eorum, sicut aquilæ iuuentus renouatur.Si tribulati ad Dominum clamassent,non mirum,quod exaudirẽtur,sed quod verbum Domini fiat super Ioannem, ipsumque priuet consolationibus multis, mortisq. periculo exonat, quo tempore Principes erant tyranni,& Sacerdotes simoniaci, populus autem similis rectoribus ciuitatis, genimina viperarum, &c. cuius ventilabrum in

ma-

manu esset Domini, & securis ad radicem arboris posita. Et qui olim fenestram arcæ clauserat, ne videns Noe diluuio pereuntes tristaretur, Ioannem, Paradiso derelicto, in medio conlicit diluuij, ac si non curaret, quod secun-
Ioel 2. dus Elias zelo commotus, videnſq. præuaricantes tabesceret, tam felicibus auspiciis Euangelij prædicatio cœpit, quia præstabilis est Dominus super malitia, qui cognouit figmentum nostrum. Iam, imminente Babylonica captiuitate, factum est verbum Domini ad
Iob 38. Hieremiam, in quinto mense quinta mensis.
Hiero. Sed super Ioannem, cum populus iam captiuus venundatus erat, vt faceret malum. Tũc ingressus est Dominus thesauros niuis, & thesaurum grandinis aspexit, quando flauit spiritus eius, qui venerat in mundum peccatores saluos facere, vt fluerent aquæ, & hominum duritia liquesceret, & frigidi incalescerent. Secundo, narrat mutationem ingentem factam in populo Iudæorum, vbi status omnis Ecclesiasticus, & sæcularis tantis replebatur malis, vt rerum publicarum ruina, magistra eis veritatis, & pœnitentiæ foret, eademq. spes omnes, quibus nitebantur, fallaces, & inanes ostenderet. Quæ omnia, non in codicibus legerent, sed in ciuitatibus, & domibus conspicerent, vt tantummodo sola vexatio daret intellectum auditui, vt scilicet,
Esa. 28 quos doctrina non erudiebat, calamitas, & malorum experientia doceret. Initium enim veræ pœnitentiæ est humanarum rerum contemptus; nemo autem facilius eas cõtemnit, quam qui experitur in se earum vanitatem,
5 & inconstantiam. Ista ratione Moyses popu-
Exod. 32. lum ad pœnitentiam ob adorationem vituli excitare voluit, cum præclarum illum Deum ante eorum oculos comminuit, & in puluerẽ redactum populo potandum exhibuit. Hac enim ratione vir sanctus inanem populi fiduciam, inanemq. Deum, quem sibi fabricauerant, re ipsa voluit indicare, quasi dicat: Postulastis, vt uobis fabricaretur Deus, qui uos præcederet, cuius ope Chananeorum terras occuparetis, & ad eius præsidium in rebus arduis confugeretis; vt ergo re ipsa videatis, quam fragilis hæc vestra fiducia fuerit, ecce Deum vestrum coram vobis malleo cõtundo, illumq. vobis potandum trado, vt sic illius inanitatem cognoscatis, qua cognita, ad Deum verum confugiatis, in illum spem omnem, amorem, & salutis præsidium reponentes. Sic modo, quando erat status Reipublicæ comminutus, ingreditur Ioannes prædicans pœnitentiam. Et vt olim Moyses, quando Iudæi oppressi erant operibus luti, & lateris, cernentes quam subito antiqua illa prosperitas, qua sub Ioseph potiti fuerant, disparuisset, egressum eis suadet ab Aegypto, sic & Ioannes pœnitentiam prædicat, qua pristina deserant vitia Iudæi, quando Regibus propriis carentes, imperio Romano erant misere subiecti, vt resipiscant. Considerandum etiam est propter populi flagitia tales datos Gubernatores, tales Principes, tales Sacerdotes, taleſq. Prælatos. Id enim, vt plurimum contingit, quod Principes, & Prelati sint iusti, quando populi studiosa vita id meretur, culpatis autem moribus dantur, quãdo plebs polluta est, sicut & eadem de causa e medio tolluntur, lib. 2. capit. 11. num. 1. lib. 14. capit. 28. num. 1. 5. & 13. Quod ideo contingit, quoniam peccata Principum cedunt in nocumentum Reipublicæ, lib. 9. cap. 8. nu. 3. & 14. Principesq. boni dantur, quando bonus est populus, ibidem num. 2. 4. & 6. lib. 14. cap. 28. num. 1. Principes enim mali regere videntur populum, sed re vera non regunt, libr. nono, cap. octauo, num. 5. Sacerdotes etiam mali tunc dantur, quando sæculares perdite viuunt, lib. 2. cap. 14. nume. 2. & 3. Sacerdotum enim, & Prælatorum peccata in grande nocumentum sunt Ecclesiæ, lib. 14. capit. 16. nu. 25. lib. 16. cap. 2. num. 3. 11. & 12. cap. 3. numer. 9. vsque ad 12. Quoniam cum Sacerdotes in Ecclesia cordi, & stomacho corporis comparẽtur recte, si illi sani sint, Ecclesia floret, fruiturq. sanitate, si illi ægri sint, ista sana esse nõ valet, lib. 16. capit. 2 nume. 3. 11. & 12. Et ita cum Sacerdotes laicis sunt peiores, Ecclesiã plus omnibus persequuntur, ibidem num. 12. cẽpit. 3. nume. 10. vsque ad 12. Sacerdotesq. mali aceto, & fumo comparantur, quia fidelium sensus obstupescere faciunt, & cæcant, lib. 16. cap. 2. nume. 7. Si autem hi bonis spiritualibus sint ebrij, in causa sunt, vt populus virtutibus abundet, ibidem nume. 5.

Præterea aduerte, qua ratione non obstante Principum Ecclesiasticorum, & sæculariũ perditione, Deus ipse, qui prædicantium clauebat ora, aperit os Ioannis, diuinoq. consilio pœnitentiam prædicat in tota Iudæa omnibus, ut nullus, quantumcumque peccatis plenus desperet, perpendens Dei clementiã, quę tunc impulit Ioannem, quando promiscua multitudo multis scatebat vitiis. Peccator etsi flagitiosissimus sit multum, non desperet, lib. quarto, capit. septimo, numer. 5. 6. 16. 17. 20. 24. vsque ad 26. cap. 9. numer. 16. & 17. cap. 17. num. 6. & 7. cap. 18. num. 4. vsque ad 6. 9. vsque ad 11. 16. & 18. vsque ad 25. Prædicat, iubente Deo, pœnitentiam, etiam appropinquante flagello, vt emendati non pereãt peccatores, ad quorum radices iam securis posita erat, vt arbores malę exciderentur, lib. 4. cap. 7. num. 13. Item prædicat Ioannes, procurante Pontio Pilato, sub Principibus Sacerdotum Anna, & Caypha, ille gentilis erat, Sacerdotes Iudæi. Turbari solet Respublica, cum inter Principes, & Sacerdotes non conuenit. Ideo Dominus ad Moysen ait: Appropin- *Exod. 28. Oleast.*
quare ad te fac Aaron fratrem tuum. Fratrẽ ducit, in Sacerdotem constituit, ut sit pax inter illos ea, quæ inter fratres esse solet. Concordia enim in populo multa est, cum inter Principes, & Sacerdotes fuerit pax. Qua de causa uoluit Dominus ex germanis alterũ Ducem, alterum vero summũ facere Sacerdotem.

4. Reg 12 dotem. Omni enim tempore, quo Rex Ioas secutus est cõsilia Ioiadæ summi Sacerdotis, optime præfuit, cum vero ab eo recessit, regnum eius maxime turbatum est, sic & tempore Ioannis, cum Principes, & Sacerdotes varias sequerentur leges, Iudæi, & gentes, in dãnum Reipublicæ istud cedebat.

6 *Venit in omnem regionem Iordanis prædicans Baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.* Ingens Dei misericordia est, vt pœnitentia prædicetur, hæc est enim, per quam imminens exitium potest homo vitare, lib. 14. cap. 21. nume. 2. & 4. capit. 23. numer. 8. Recteq. pœnitentiam prædicat, non obstante hominum perditione, quia hæc denegãda non est homini, dum viuit, licet impie hac spe homines ad peccandum adducantur, lib. 14. cap. 21. num. 23. 27. 47. 56. vsque ad 60. cap. 22. num. 25. Pœnitentiam numquam negat Deus, dum uiuimus, non quia ei placent peccata, sed potius, quia maxime displicent, libr. 14. cap. 21. num. 50. Pœnitentiam autem sic prædicabat Ioannes, vt doceret, etiam fructus dignos pœnitentiæ faciendos esse recte viuendo, lib. 14. cap. 22. numer. 9. 11. vsque ad 13. 16. 25. 26. 30. vsque ad 34. Per pœnitentiam enim sic flenda sunt peccata, ut etiam operiantur emendatioribus factis, ibidem numer. 31. 34. & 51. Fructus etiam dignos pœnitentiæ tunc facit homo, cum pœnitentiæ tempore etiam, quæ alias licerent, non facit, dum indumenta aurea, serica, ludum, confabulationes, ac risus prætermittit, quę tempore pœnitentiæ minus sunt accommodata. Hæc enim vigere in deliciis non potest, lib. 3. capit. 25. num. 12. 21. & 22. lib. 14. cap. 22. numer. 54. Pœnitentię dignus fructus est, transacta flere peccata, & eadem iterum non committere, lib. 3. cap. 25. num. 19. lib. 4. cap. 19. numer. 13. lib. 14. cap. 21. num. 47. & 52. cap. 22. nume. 12. 17. 41. 42. 45. 46. 51. 55. vsque ad 58. Pœnitentię, & calamitatum tempore etiam a licitis abstinere debent homines, lib. 14. cap. 22. nu. 25. 27. 33. & 34. Egressus Ioannes ingentem concionis & necessitatem, & vtilitatem demonstrauit, dum populo, qui a maiore, vsque ad minorem omnes studebãt auaritiæ, ambitioni, deliciis, & peccatis, salutem prædicat, Iesum præsentem, ægritudinum per pœnitentiam curationem. Si Sancti illi extitissent, & audirent ab Angelico isto viro medicũ aduẽtasse, dicere potuissent: Non est opus valentibus medico. Si peccatis carerent, pœnitentiam non magnifacerent, quæ in remedium est peccatorum. Si horũ affectus recti essent, ita vt gaudium, tristitia, amor, &c. Deum haberent pro fine, qui viam Domini iam direxissent superuacanea ea audirent, quæ iam operabantur. At cum Iudæi vinculis peccatorum essent constricti, quid, quæso, dulcius audire potuissent vincti, quam Exite, & qui in carcere estis releuamini? Baptismus pœnitentiæ medicina certa ægris, bonus nũtius
Oseæ 4. de terra longinqua. Cum quondam Oseas orbis mala, quæ inundauerant super terram, retulisset, subdidit: Tunc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea, & corrues hodie, & corruet etiam Propheta tecum, &c. Gloriam eorum in ignominiam cõmutabo. Nunc autem cum eadem, immo maiora mala replesset orbem, vox exit remissio nem peccatorum prędicans. Dum olim populus Iudæorum ingressum terræ promissionis territus expaueſceret, duo illius exploratores Caleph, & Iosue multis rationibus sua- *Num. 13.*
debant populo ingressus vtilitatem, & facilitatem, vt nemo diffideret. Sic Iosue Christus Dominus, & Caleph prius regnum cælorum appropinquans prædicant, remissionem peccatorum per pœnitentiam facilem. Non dicit Ioannes: Setis camelorum vos induite; licet ille ipse indueretur Prophetarũ sequens consuetudinem, qui prædicaturi pœnitẽtiam ciliciis induebantur, lib. 14. cap. 28. nume. 16. Locustas edite, & mel siluestre, inter feras in eremo vitam agite, humi cubate, deserti niuibus, & ardoribus vos subiicite, sed ait: *Pœnitentiam agite, dirigite uiam Domini*, hoc est, vita sit conformis ortui, & morti, vt cuncta sæculi bona, & mala contemnatis, sicut contemnit infantulus, qui plorans mundum ingreditur, & qui per mortem cuncta derelinquit. Rectum dicitur a Mathematicis, cuius medium conformatur extremis, & non exit ab illis. Facies ergo viam rectam, si consideraueris finem, & initium uitæ, quibus conueniant media. Vide quomodo natus es, & quomodo morieris, & sic uiue. Lacrymas fundẽs *Sapient. 7*
ortus es, primam vocem emisisti plorans, *Iob 10.*
mortis tempore tristia sunt omnia, dic ergo Deo: Dimitte me, vt plangam paululum dolorem meum, antequam vadam ad terram tenebrosam, &c. Si vitam risui, & cachinnis dedicas, non est hæc extremis conformis. Nudus egressus es de vtero matris tuę, & nudus reuerteris in terram. Si amplificandis domibus, augendisq. diuitiis intentus es, medium non consonat extremis. Natus in breui lectulo exceptus es, & in morte angustia sepulcri te suscipiet, & mundus angustus modo est vanitati tuæ, non conformat mediũ extremis. Quando natus es, irasci nesciebas, cunctis placabilis existens, in morte ad uindictam eris impotens, si modo te vindicare satagis, &c. non conuenit medium extremis. Roga Deum, vt te, sicut Iacob, iustum deducat *Sapiẽ. 10.*
per uias rectas; ostendet enim tibi, & regnũ suũ, quo uiæ illæ ducunt. Paratur via Domini per pœnitentiam, cum Deo animus consecratur. Semitæ efficiuntur rectę per cilicium, humi cubationem, frigoris tolerantiam, lib. 18. cap. 10. num. 26. Prius autem dicit parandam fore viam, postea autem semitam dirigendã, lib. 11. cap. 1. num. 1. vsque ad finem capitis, li. 18. cap. 10. nu. 13. 14. & 26.

Erunt praua in directa, & aspera in vias planas; & uidebit omnis caro salutare Dei. Horum verborum is esse potest sensus, ut di- 7
cat

cat Ioannes: Vultis salutare Dei, hoc est, Iesum videre in mundo, & vt eius aduentus vobis vtilis sit? *praua conuertite in directa, & aspera in vias planas, & tunc videbit omnis caro salutare Dei.* Vel sensus est: Cum Messias, qui salutare Dei dicitur, carnem acceperit, hoc tanto beneficio potietur orbis, quod praua conuertentur in directa, & aspera in vias planas. Hoc summum bonum consecutus est mundus per Christum, vt iter cęli difficultatibus inuolutum planum redderetur, & audirent homines: Et hæc erit vobis directa via. Ita vt stulti non errent per eam, dum facilis est via legis, quæ in duobus dilectionis præceptis consistit. Sic enim intelligit Diuus Hieronymus illa Esaiæ verba: Et dabit Dominus vobis panem arctum, & aquam breuem, hoc est, aduentante Christo, pro legis obseruationibus in vno verbo recapitulabit omnia. Sed ais: Adhuc aspera mihi esse videntur, quæ Deus præcipit, ieiunare, vigilare, &c. linguam moderari, carnem spiritui subiicere, cupiditates frenare, & turbulentos animi motus rationis imperio coercere. Dura sunt hæc plane, sed duris, sed carnalibus, sed insuetis, sed his qui terrena tantum sapiunt, qui nondum, quam suauis est Dominus, degustauerunt. Cæterum his, qui degustauerunt bonum Dei verbum, virtutesq. sęculi venturi, his dulce est vigilare, ieiunare, &c. Incuruati enim sunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius, id est, difficultatum montes cõplanati. *Et uidebit omnis caro salutare Dei.* Multis & tunc, & modo inuisum fuit salutare Dei. Vix vnus, aut alter hoc salutari potiuntur, sed hominum culpa istud accidit, qui tãto lumini oculos claudunt, medicũ non recipiunt, medicamenta exhorrent, & curari renuunt. Hi sunt, de quibus scriptum est: Væ, qui descẽdunt in Aegyptum ad auxilium, & in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multæ sũt, &c. & nõ sunt cõfisi super Israel, & Dominum non quæsierunt, &c. Et ideo, licet Christus venerit hominum vulnera curaturus, lib. 3. capit. 7. num. 22. 29. vsque ad 31. tamen, quia renuunt curari, infirmi non conualescunt. *Tunc omnis uallis implebitur, &c.* quia aduentu Christi, qui spiritus pignus dedit, vallis omnis, ait Origen. impleta est operibus bonis, & fructibus Spiritus sancti. Charitas non sinit permanere te vallem, cum virtutis iter acceperis, iam vallis nõ es, & mons continuo factus es. Per aduentum quoque Christi ad animam nostram praua in directa conuersa sunt, & aspera in vias planas. Nihil te asperius erat; antiquos recole mores, crudelitatem, iram, amarulenta verba, &c. aduenit Christus, complanauit viam, vt nullus iam per eam, quæ via Sancta vocabatur, transiret pollutus, & immundus. Verbis autem istis *Omnis uallis implebitur, &c.* duo significare voluit Ioannes, & quod aduẽtu Domini in mundum humiles implendi essent virtutibus, & bonis, superbiq. humiliandi. Eius enim incarnatio solis humilibus nota fuit, lib. 3. cap. 6. nume. 18. & 28. Humiliato enim Christo, humiliantur in Ecclesia iusti, lib. 3. cap. 7. num. 15. 30. 32. & 33. Christus incarnatus est, vt Adæ superbiam aboleret, lib. 3. cap. 7. num. 19. 20. 30. & 33. cap. 9. nu. 40. Secundo, quia aduentu Christi spes medium ponit inter desperationem, & præsumptionẽ. Venit enim in mundum Deus homo factus, vt pusillanimis tamquam vallis impleatur, & confidat, præsumpruosus autem, ut mons, timeat, lib. quarto, cap. 11. num. 29. 34. vsque ad 36. capit. 17. num. 2. 5. 6. & 15. cap. 31. num. 39. De vtraque hac re multa sunt in indice verbo Humilitas, Superbia, & Spes.

Esa.

Esa. 30.
Hieron.

Hom. 22. in Lucam.

Esa.

Vide Dominica anteriori expositionem horum verborum; Vox clamantis in deserto, &c.

IN NATALI DOMINI.

Euangelium.

Exiit edictum a Cæsare Augusto.
Lucæ 2.

Vbi tota describitur historia Natiuitatis Christi, de qua latissime disseritur, lib. 3. cap. 7.

NATIVITAS Christi Domini in antro Bethlehem tam fuit desiderata olim, vt etiam Regius Vates, quando aquam de cisterna Bethlehem sitiuit tam vehementer, Christum ibi nasciturum sitierit, lib. 3. cap. 5. num. 91. Christi incarnationem desiderans flebat Ezechias videns se absque liberis decedere, lib. 16. cap. 4. num. 29. Cum enim fuerit Dominus fluuius in quatuor capita diuisus, & a sinu patris egressus, ut mundi sitim extingueret, orbemq. uniuersum rigaret, lib. 3. cap. 5. num. 83. lib. 11. cap. 6. num. 72. Promissus enim fuerat per Prophetas sanctos, ut doni magnitudo intelligeretur, lib. 3. cap. 5. num. 93. Vnde potiori iure nos Christi Natiuitatem & grati, & alacres debemus celebrare, lib. 3. cap. 7. numer. 3. 20. 29. usque ad 31. & 42. Ipso enim Domino in Bethlehem nato, Angeli per scalam ascendentes in cælũ, ac descendentes ad nos uisi sunt, idq. quod in somnis, & vmbra Iacob reuelatum est, nobis est in ueritate & exhibitum, & ostensum, lib. 3. cap. 7. num. 5. Et cum Christum natum laudauerint astra matutina, hoc est, Angeli, laudare etiam eum debent & filij Ecclesiæ, lib. 3. capit. 7. nume. 14. Hoc perspicientes, quod Christi Domini natiuitatem celebrantibus astant Angeli, & præueniunt coniuncti psallentibus, lib. 3. cap. 7. num. 40.

In Natali Domini.

Pe-

2 *Peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio.* Vbi primum omnium id aduerte, quod Christus Dominus in mundo nascens elegit omne id, quod carni molestum est, tum vt id hominibus persuaderet, qui diuitiis, voluptatibus, risui, & honoribus tam sunt intenti. Cum enim, ipso crescente, cum aperiret os, mundi contemptum, lacrymas, paupertatem prædicaturus aduenerit, hæc eadem pannis inuolutus, in præsepio reclinatus, & eiulans, prius factis, quam verbis edocuit. Christus non solis verbis, sed & exemplis docebat, lib. 18. cap. 7. nume. 2. Virtutis semitam ambulauit, vt nos inoffenso ambularemus pede, libr. 3. capit. 8. num. 4. & 6. Vt viam, quam ipse ambulauit, ambularet, qui cum ipso viuere vellet, libr. 3. cap. 8. num. 6. vsque ad 11. Quia enim facta vehementius mouent, quam verba, hæc, quæ inimica erant carni, elegit, vt idem faceret & Christianus, lib. 3. cap. 7. nume. 36. vsque ad 40. 44. & 45. Vnde talis modus nascendi, qualem voluit Christus, aperte condemnat, & mundanorum iudicia, & desideria, lib. 3. ca. 7. nu. 36. 37. & 40.

3 Præterea dum in stabulo nascitur, pannis inuoluitur, & reclinatur in præsepio, nimium hominum peccatorum timorem moderatur. Ideo enim in stabulo natus est, & in præsepio positus, quia homines, & iumenta, hoc est, iustos & peccatores saluaturus aduenit, libr. 3. cap. 7. numer. 9. In Christi natiuitate homines iusti timere non debent, sed confidere, li. 3. cap. 6. nume. 23. 24. 27. 28. 34. & 35. capit. 7. num. 34. 35. 42. & 43. Christum vagientem in præsepio reconciliare modo facile possumus, occasione autem hac relicta, post paululum non poterimus, lib. 3. cap. 7. num. 43. & 44. Christus enim velut alter Iacob patri astat vestibus pilosis indutus, ut benedictionẽ nos consequamur, lib. 3. cap. 7. num. 46. & 47. cap. 9. num. 19. Christus homo factus, & natus stat post parietem, prospiciens per cancellos, id est, sensus carnis, & humanos affectus flẽs, vt misericors fieret, lib. 3. capit. 7. numer. 48. Christus infans in præsepio, & in pãnis, vt nos sensibus infantuli viri efficeremur; ipse in pannis, vt nos essemus in altaribus, & in cęlis, lib. 3. cap. 7. num. 52. Licet enim Christi natiuitas doceat & flere, & timere peccata, pro quibus Deus talia passus, & a patre, non in fiscella, vt Moyses, sed in stabulo positus, lib. 3. cap. 7. num. 38. & 39. Cum etiam homines consolatur, & de uenia securos reddit, si uelint, quoniam infans facile placatur. Et licet panni Christi in signum positi sint, cui a multis, vsque in hodiernum diem contradicitur, lib. 3. cap. 7. num. 40. nihilominus & ipsi sunt pãni veteres, quibus a puteo luti extractus est Hieremias Propheta illæsus, & quibus nos a luto fæcis peccatorum liberamur. Christus enim cælestis in terris uisus est, ut cælestes nos faceret, lib. 12. c. 3. nu. 36. & 37.

Hiere. 38.

Angelus pastoribus vigilantibus, & custodientibus gregem mira claritate fulgens astitit, & dixit: *Nolite timere, ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quia natus est uobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid.* In quibus verbis tria sunt, quæ euangelizabat Angelus pastoribus; Et diem hunc natiuitatis Domini summo esse gaudio consecratum, his qui vigilant; Secundo, Christum natum esse, & in Bethlehem ciuitate Dauid. Quam optime pastores, qui timore magno tremefacti erant consolatur? In re enim nuntius cælestis gaudendum maxime docet. Si timebant homines, quia exules, & a Paradiso pulsi in terra morabantur, quia imbecilles ad bona opera patrãda, & mala fugienda erant, quia cæci. Si culpis timidi erant, ista omnia Christi Domini natiuitate erant reparanda. Si metu gehennæ premebantur, si Dei indignatio eorum animos angebat, si diuina flagella, quibus scelerati homines puniebantur, ipsos terrebant, ab horum metu reuocantur, cum audiunt: *Euangelizo vobis gaudium magnum, &c.* Christus fæno, quod nos eramus, stabilitatem dedit, lib. 3. cap. 5. numer. 62. Christus Dominus humiliatus est, vt nos eleuaret, factus homo, vt homo Deus fieret, lib. 3. cap. 7. num. 23. 24. 28. 30. 32. 46. & 47. Christus bis pulcher dicitur, scilicet, Angelis in forma Dei, hominibus autem in forma hominis in mundo natus, lib. 3. cap. 8. num. 16. Christi vmbram, id est, Christum incarnatum, & natum desiderabat sponsa, quia ibi fructus sunt consolationis, & vitæ, lib. 3. cap. 8. nume. 17. capit. nono, num. 37. Estq. lilium, in quo pascuntur sãcti, lib. 3. capit. 8. numer. 20. Estque mons coagulatus, & pinguis; Coagulatus, ut lacte pascat paruulos, pinguis autem ad roborandos eos, lib. 3. cap. nono, num. 28. Christus dicitur pater misericordiarum, quia duplicem venit auferre miseriam, animæ, scilicet, ac corporis, lib. 4. cap. 9. num. 14. Christus Dominus a prima hominis conuersione vsque ad glorificationem corporum, dum innumeris bonis illum afficit, dicitur admirabilis, cõsiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, & Princeps pacis, lib. 12. cap. secundo, num. 20. Cum natiuitatem Christi futuram prædiceret Esaias vocans paruulum, admirabilem, consiliariũ, Deum, &c. ne magnitudine nominum terrerentur homines, septuaginta interpretes verterunt: Et vocabitur magni consilij Angelus, lib. 3. cap. 5. num. 25. Et licet Christus omnibus sit ortus, si velint, gaudium sit vniuersæ terræ, sed iusti efficaciter gaudent in Christi natiuitate, vtpote qui uigilantibus, & humilibus est ortus. Christi natiuitatem celebrare debent, qui sanctificantur, lib. 3. cap. 6. nume. 25. Christus nascitur in his, qui iusti sunt, & Bethlehem dicũtur, li. 3. cap. sexto, numer. 26. & 28. Cstristus natus consolatur humiles, pauperes, iustos, non diuites, & peccatores, lib. 3. c. 6. nu. 27. 28. 30.

cap. 7.

cap.7.num.39. & 40. Christus vellus est Gedeonis, a quo tota terra irrigata est,lib.3 . ca. 7.num.26. Si tamen homines vigilantes sint, & ad ipsum accedant festinantes, sicut & pastores fecerunt,lib.3.cap.7.numer.9. & 39. Christus datus nobis, non sibi. Vnde illo uti debemus in nostram vtilitatem,libr.3.cap.7. num.28.32.49.& 50. Christus dicitur lilium conuallium,quia magna bona humilibus dat, lib.8.cap.8.num.32. Christus Dominus,dum vixit, pauperibus, & humilibus euangelizandis intentus fuit,lib.3.cap.8.numer. 1. & 9. Christus lilium est conuallium, corona humilium , non montium,lib.3.cap.9. numer. 36. Et propterea,dum in regione Bethlehem multi degerent & diuites,& potentes, illi nec verbum de Christi Domini natiuitate audiunt; solis pauperculis dicit Angelus natum Saluatorem, qui est Christus Dominus . Christus vnctus,quia venit ad sponsam suam Ecclesiã vnguentis delibutus, lib.3.cap.quinto , num. 17.52.86.vsque ad 88.cap.6.num. 2.usq. ad 5. Christi misericordia in natiuitate, dũ unctus venit ad nos,lib.4.cap.9.nume.15.Natus etiã dicitur in Bethlehem ciuitate Dauid . Christus natus est in Bethlehem,vbi mira contigerunt obumbrantia natiuitatem eius,lib. 3.ca. 7.num.51. Christus ab Austro venit , quia in Bethlehem natus est , libr.tertio,ca.7.nu.12.

Et hoc uobis signum inuenietis infantem
4 *pannis inuolutum , & positum in præsepio .*
Mira res,quod Angelus Dei nuntius illi assistens in cælo pro signo det pastoribus inuenturos infantem pannis inuolutum,ac in præsepio collocatum. Quis mortalium id intelligere,aut credere potuisset ? Cum Deus & suã potentiam,& illius ignorantiam prodere voluisset, interrogauit ab eo: Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat quasi de vulCap. 33. ua procedens,cum ponerem nubem vestimẽtum eius,& caligine illud,quasi pannis infantiæ obuoluerem , circumdedi illud terminis meis,& posui vectem, & ostia , & dixi usque huc venies, & non procedes amplius , & hic confringes tumentes fluctus tuos? Si hæc miranda,& diuina potentia digna proponuntur ipsi Iob,tamquam illi incognita,quis non obstupescat audiens diuinum hunc Oceanum illo infinite maiorem pannis infantiæ obuolutum,veluti ostiis conclusum,intra tam breue corpusculum , quando in Christo nato verbũ abbreuiatum fecit Dominus super terram? lib.3.cap.7.num.33.Positus infans inter ostia natiuitatis, & mortis , quasi nebula , & nube vestitus , cum nihil reluceat diuinitatis , & gloriæ,sed vagitus , lacrymæ, teneritudo infantilium membrorum.Quasi vecte , & ostio clausa uidetur diuinitas,quasi illi dictum putes: Huc usque venies, & non procedes amplius , vt opera eius redolere non videantur maiestatem,potentiam , sed infirmitatem, & contemptibilem personam , in paupertate, lacrymis , silentio tumentes fluctus huius
Isai. 6. Oceani confringuntur . Seraphini duabus alis faciem velabant , quoniam maiestatem beati illi spiritus percipere plene non poterant. Sed dum clamant: Sanctus,Sanctus, sãctus,domus repletur fumo , quoniam diuina maiestas prorsus est incomprehensibilis .
Arca in templo Salomonis præ nebula videri 2.Reg.
non poterat,& mons , in quo Deus descenderat,vt legem porrigeret Moysi , totus fumabat , vt diuinam maiestatem nullus videre Exod.3
valeret,sed Moysi tantum dicitur : Posteriora mea videbis. Talis cum sit Saluator noster,qua ratione præsepium, stabulum, panni narrantur pastoribus , vt in vilitate cognoscant Saluatorem? Huc accedit,quod Prophetæ natiuitatem Domini prædixerant, vocantes eum Ducem , qui recturus esset populum Esa.62.
Israel. Et Esaias : Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam , donec egrediatur,ut splendor iustus eius , & Saluator eius,vt lampas accendatur. Et alibi uocat paruulum nasciturum admirabilem, consiliarium,Deum,&c. Si Princeps , ubi curia? Cap.9.
vbi thronus? Qui necdum loquitur,quomodo Cyprianus.
consiliarius erit? Paruulus quomodo credetur omnipotens Deus ? Omnino infirmus, ubera sugens,pannis inuolutus,& flens,in quo videbitur fortis ? Nihil omnino possidens, nec habens locũ in diuersorio,ad apicẽ regni, & Principatus fastigiũ quib. ascẽsionibus pertinget? Reguis Vates spõsũ vocauit eũ proce Psalm.18
dentem de thalamo , & gigantem , qui exultauerat ad currendam viam, quorum omniũ nihil apparet. Et denique reuelandam gloriã Esa.40.
Domini dixerat Esaias edifferens Christi Domini natiuitatem. Immo & Ecclesia cũ Christi natiuitatem futuram dicat, clamat: Hodie scietis , quia ueniet Dominus , & mane uidebitis gloriã eius. Crastina die delebitur iniquitas terræ , & regnabit super uos Saluator mundi. Et illud : Crastina die videbitis maiestatem Dei in nobis. Hęc de Deo intelligenda sunt: Hæc de Christo prophetata sunt. Hęc de eodem nascituro narrat Ecclesia, vnde satis mirari non possum , quomodo pro signo cognoscendi Saluatoris reuelantur panni, infans positus in præsepio. Si ea tantum consideremus in Christi Domini natiuitate , proculdubio signa videntur indigna tanto Domino, sed tamen si intro aspicias,in harum rerum uilitate maxime relucet diuina potentia,ipsius bonitas , & sapientia. In primis in sacra Christi Domini natiuitate diuina eius potentia maxime demonstratur . Hæc enim fuit diuina potestas , robustumq. brachium Domini,quo in præsepio & iacens,& eiulans, fasciis inuolutus , ac inermis homines a diaboli seruitute , ac tyrannide eripit. Et quan-
do maior Christi Domini ostenditur infirmi- Dan. 2.
tas, in hac ruit omne, quod potens , ac robustũ erat,& lapillo paruo a Nabuchodonosore viso,terribilis statua & corruit,& comminuitur. Tunc ossa nostra dicẽt: Domine,quis simili tibi eripiens inopem de manu fortiorum eius egenũ,& pauperẽ a diripientibus eũ? Ingens

Ho.2.in Lucam. gens potestas,aiebat Chrysost. quod in sterco re nãtus Christus de stercore continuo erigat pauperẽ,vt colloceat eũ cum principib⁹ populi sui. Et sedẽs in sterquilinio,velut alter Iob, tamquam percussus a Deo,& humiliatus tunc bonis cælestibus mundum illustret. Christus Dominus Tyranni potentiã incarnatione sua vicit,li.3.c.5.nu.10.24.26.33.34.64.& 65.c.6. nu.7.c.7.nu.45.c.9.nu.44.Christus statim natus abstulit diaboli fortitudinem,& prædam, cum iste fortis armatus esset,Christusq.Dominus,& infans,& inermis,li.3.c.5.nu.24.33.42. 64.65.c.7.nu.5.& 6.30.& 45.Christus serpens factus homo vorauit serpentes Magorũ Aegypti,li.3.c.5.nu.84.c.9.nu.18.Christus serpẽs Moysi factus ex virga,li.3.c.9.nu.18.Cumq.figuratus esset in manu Moysi leprosa,li. 3.c.5. num. 84. hac mundum suæ subiecit seruituti. Christus pusillus in terra,mira operatur in cælo,& terra,li.3.c.7.num.25.vsque ad 27.46.& 47.c.9.nu.13.c.11.n.30.Christi hæreditas nos sumus,quam nascendo tulit de manu Amorrhæi,li.3.c.7.num. 45. Ostendit ẽt Christus in præsepio bonitatẽ suam, quæ in hoc facto maxime relucet,li.3.c.7.num.33.usque ad 38.41. vsque ad 43.Fuit turris a facie inimici,ne vulneremur,sed potius vulneremus illum gladio bonorum operum,li.3.ca.9.nu. 27. Summa ẽt sapientia Dei in stabulo legitur , vbi docetur vnaquæq.res quanti sit habenda. Dũ butyrũ & mel comedit,scit reprobare malum,& eligere bonum. Vnde conuenienter dixerat Esai.
Esa.7. Esa.8. Donec egrediatur,vt splendor iustus eius,cõuenienter illi dicitur: Accelera,spolia de fratre,festina,prædare, quia antequã sciat puer vocare patrem,aut matrem,auferet fortitudinẽ Damasci,& spolia Samariæ coram Rege Assyriorum.Recte vocatur admirabilis , Deus , fortis.Gloriaq.Domini in stabulo ostenditur, dũ ab Angelis prædicatur. Amor immensus, quia Emanuel nobiscum Deus, nos non cum illo,quia nõ quæsitus a nobis ipse nos quærit, Auditq.: Accelera,quia amor alas ei præbet. Ecce quam optime,vt Saluatorem agnoscant pastores,audiunt: *Hoc uobis signum inuenietis infantem pannis inuolutum,&c.*

Facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis laudantiũ Deũ,& dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Aduenie te Christo Domino in mundum, & nato, continuo, & bellum indicitur,& pax simul prædicatur.Bellũ contra proprias passiones, ac inuisiles hostes,paxq. vt eius aduẽtu caro & subiiciatur spiritui, & spiritus Deo.Christus Dominus in carne veniens gladiũ,& non pacem misit in terrã,armans spiritum aduersus carnem,li.3.c.5.nu 9.26.& 30.Ideoq.Christus Dominus gladio cõparatur, quia secat concupiscentiæ motus,li.3.c.5 nu.12.& 30.Pax ẽt prædicitur,quia Christus Dominus ueniens in terrã illam replcuit virtutibus , maxime aũt pace,subdens carnem spiritui,li.3.c.5. nu.14.18. 22.41. 45.vsq; ad 47.54.75.vsq; ad 79. Christi imperium,& pax multiplicata sunt per eius incarnationem,li.3.c.5.nu.25.33.34.41.& 43.

Transeamus usque Bethlehem , & uideamus hoc 6
uerbum,quod factũ est,quod fecit Dominus, & ostendit nobis. Transeamus, vt videamus, & pannis exuamus infantẽ,fœnoq. nudemus,ut cõtem plantes eũ nudũ perspiciamus maiestatẽ Dei ibi latentẽ,quod stabulo ponitur,qui cõtinet mundũ,& iacet in præsepio,qui in nubibus tonat.Filia Pharaonis Moysen infantulum in fascella scirpea positũ inuenit, quam aperiens, vidensq.elegantẽ infantulum eum in filiũ adoptauit, cognoscens eũ Aegyptiũ non esse,sed Hebræum. Sic & Christum si nudatũ inspexeris,uerũ Hebræũ intelliges cõtra Aegypti tyrannidem potentissimum hostẽ,eum pulchrũ valde,elegantemq. infantem cernes. Videbis sponsum e thalamo suo procedentẽ, contẽplaberisq.dilectionem,ac bonitatem eius. Fac intersis agnitioni mutuæ nostri inclyti Ioseph, & nostræ , qui fratres eius sumus , licet tanto nomine indigni,ne simus, vt Aegyptij , qui foras excluſi sunt. Pro salute.n.nostra misit eum Dominus ante nos.Transeamus etiam, vt videamus Deiparam Virginẽ,pariẽtẽ,fęcundã, & integram, cui gloria Libani data est, decor Carmeli,& Saron. Libanus cedris abundans odoriferis,ac incorruptibilibus, virginitatẽ significat.Carmelus,& Saron montes abundantibus pascuis vberrimi fæcunditatem Mariæ significant.Maria manna,a quo Christus vermis processit,& ipsa intacta permansit, li.3.c. 5.nu.89.Maria deserto cõparatur,quia & virgo peperit,& virgo permansit,li.3.c.5.nu.37. c.7.nu.17.Maria Gedeonis vellus,quia Spiritu sancto operante concepit,li.3.ca.5. nu.43. c.7.nu.26.Maria locus uoluptatis,a quo egreditur Christus fluuius,lib.3.c.5.nu.83. li.11.c. 6.nu.36.Maria sanctior Rebecca,quæ Christũ induit pellibus mortalitatis,lib.3. c.7. nu.47. Maria in ortu veri Isaac benedicta , sicut Sara,lib. 3. ca.7.num.15.

In fine,vt Christus tibi oriatur,perpẽde ip- 7
sum cum Maria & Ioseph esse in diuersorio, quia sobrie,& iuste,& pie uiuẽdum est in hoc sæculo,vt natiuitas Domini tibi sit profıcua, ipsumq.inuenias cum parentibus suis in stabulo,lib.18.c.10.nu.29.Christus semper nasci dicitur, quia semper nos innouat,vnde natiuitas eius semper,ut præsens cõsideranda est, li.3.c.7.num.32.Christus Dominus solus a matre coronatus est,quia,solus cum ordinatis affectionibus processit ex vtero, vnde bono nostro oritur consecratus,li.14.ca.2.nu.10. Sed tamen Christus Dominus modum seruans cõuenientissimum in redemptione hominum is displicet malis,& quare id contingat, lib.3. cap.12.num.8.Quem contemnunt Christiani eligentes,quæ ille respuit,lib.13. cap. 12. nume.12.& 13.Cum ergo Dominus sponsus sit, & magister,ab eo recte sponsa postulat se trahi,lib.18.cap.13. nume.9. Christo similis est iustus , qui semper nascitur a Deo , qui pater eius est,lib.18. cap.15. numer.10. Christus a nobis recipiebat mala , vt nos ab illo re-

d cipe-

ciperemus bona, li. 17. c. 4. nu. 17. Christus Dominus butyrum, & mel comedit .s. opera nostra dulcia, & sermones suauissimos. Mali aũt dant in os eius fel, li. 9. c. 23. nu. 6. Christus oĩa terrena bona contẽpsit, & mala sustinuit, ne in illis felicitas crederetur, aut in istis infelicitas timeretur, li. 3. c. 16. nu. 11. In quo eum sequi debemus, vt ei similes efficiamur: Christi enim imago non est, qui ei similis non efficitur in vita, lib. 3. cap. 16. num. 3.

DOMINICA INFRA OCTAuas Natiuitatis Domini.

Euangelium.

Erant Ioseph, & Maria mater Iesu mirantes super his, quæ dicebantur de illo. Luc. 2.

1 Domin. infra oct. Natiu. Domini.

CELEBRAT Ecclesia his diebus lętã Christi natiuitatẽ in Bethlehẽ factam, quando euangelizatum est pastoribus gaudium magnum, metus ab eorũ animis expulsus, & tam festiuo tẽpori adiungit cõtinuo historiam tristem, quæ contigit quadragesimo die post ortum Christi, quando Deipara Virgo in Hierusalem processit, vt legem purificationis impleret, & filiũ præsentaret in tẽplo. Cum. n. in ortu infantis Christi tot titulis gaudiũ hominibus præceptũ sit, tot occurrerint consolatione ingenti dignissima, quæ retulimus in annotationibus huius solẽnitatis, continuo Ecclesia hoc vtitur Euangelio, in quo Simeon dicit Christum, qui tot bona attulerat in mundum, cuius potentia, dilectio, sapientia, & bonitas in natiuitate sua manifestata sunt, *positum in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel*, vt nullus præsumat, sed cũ timore, & tremore, non cum securitate salutẽ suam operetur. Gaudendum dicebãt Angeli gaudio magno, quia Christus Dominus iacebat in præsepio, erat in stabulo, pannis involuebatur. Vita sua delicias meas, diuitias, nimiumq. appetitum honorum condemnans. Caſ. 7. Daniel vidit antiquum dierum uenientẽ ad iudicium, & quod libri aperiebantur, vt iudicarentur omnes homines secundum ea, quæ scripta erant in libris, quo facto mundus tremebũdus merito pauebat. Christus Dominus liber erat intus, & foris scriptus: foras scribitur, cum vilia apparent; intus, vbi magnifica sunt inclusa, li. 3. c. 9. nu. 13. Ex his, quæ in hoc libro sunt scripta, iudicandi sumus omnes. Cum ergo mihi his diebus ob oculos constituatur infans egenus, qui re ipsa tacens clamat: Væ vobis diuitibus, qui hic habetis cõsolationem uestram. Eiulans clamat: Risum reputaui errorem, & gaudio dixi, quid frustra deciperis? Infans in præsepio dicens: Vę vobis, qui opulenti estis in Sion, & dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris. Infans, qui cũ per ętatem loqui nõdũ valeat, condemnat hominũ luxum, dum vocat ad plãctum, & fletum, & caluitiũ, & cingulũ sacci. Et ecce gaudium, & lętitia, iugulare arietes, & dicere. Comedamus, & bibamus, cras. n. moriemur. Qui præparat hominibus multis pro suaui odore fętorẽ, qui cum nasceretur in mũdo, squalorem, & fœtorem stabuli tolerauit, & pro zona funiculum, qui fasciis manus, ac pedes stringit, dabit pro crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali ciliciũ, qui nudus in media hyeme fœno cooperiebatur. Cũ ergo omnia, quæ in natiuitate Domini perspicimus, hominum condemnent stultitiam, & excessum in victu, & vestitu, quomodo gaudere poterimus? Sancti exclamabant: O felices pãni, qui fortis gigantis manus deuinxerunt, ne nostra puniret delicta. O felices iterum, quibus vulnera nostra fuerunt ligata. O pãni bis semel, terq., quaterq. beati, quibus sanguis vulnerum nostrorum cessauit. Felicia suspiria, quibus a luctu æterno liberauit nos Deus. Felix præsepium, in quo tamquam in Regio throno sententia fertur, qua a culpis nostris absoluimur. Sed mihi auaro, diuiti, deliciis dedito, qui epulor quotidie splendide, non gaudium magnum, sed tristitiam ingentem hæc omnia prædicant. Cum ergo duplex sit hominum genus, alterum eorum, qui cũ iusti sint, natiuitate Christi gaudere maxime debent, quibus dicitur: Euangelizo vobis gaudiũ magnum, quoniã in bonum vestrũ Saluator uester natus est, his in resurrectionem positus est Dominus. In ruinam autem illis, qui tanto beneficio abutuntur. Vnde merito Ecclesia, quo tempore lætam celebrat Christi natiuitatem, a quo tot nobis bona conferuntur, eodẽ recensetur, quod is idem ipsorũ culpa in malum multorum datus sit. Christus virga dirigens iustos, & confringes peccatores, lib. 3. c. 9. n. 26. Christus api optime comparatur, quæ & mel habet, & aculeum, mel operatur in fauis, quo satiantur, & reficiuntur homines, aculeum, quo alij vulnerantur, lib. 4. ca. 11. nu. 31. Christus dilectus flos, candidus, & rubicũdus. electus ex millibus, lib. 11. c. 6. nu. 40. Christus virga his, qui indigent correctione, flos his, qui iam correcti sunt, li. 3. c. 6. nu. 6. c. 9. n. 3. & 14. c. 10. n. 89. li. 4. c. 24. n. 15. lib. 18. c. 10. nu. 28. Christum Dominum mãna optime figurauit li. 11. c. 6. nu. 121. Vbi dulcedo, & vermes simul erat dulcedo his, qui secundũ voluntatẽ Dei illo vtebãtur, uermis his, qui illo abutuntur. Vnde Aug. ait: Aqua cõtradictionis dicitur *Libr. quæst. in Numer.* Christus, in qua sanctificatus est Dominus, vbi duo genera hominum insinuantur, alterũ eorum, qui gratię Christi contradicunt, alterum eorum, qui per illã sanctificantur, vtrumq. autem genus hominum innuit Simeõ, cũ dixit: *Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum, cui contradicetur.* Christus in malum fuit Iudæorum horũ culpa, li. 3. c. 6. nu. 9. vsque ad 15. c. 9. nu. 48. c. 10. nu. 5. 8. 23. 95. 107. li. 4. c. 9. nu. 10. Christo

sto quidã Iudæi benedictionẽ obtinuerũt, alij claudi remanserunt, li. 3. c. 10. nu. 40. 43. & 44. Christus viuus dicitur in iustis, & mortuus in peccatoribus, li. 3. c. 12. nu. 2. & 3. Sicut. n. Christus Dominus, idem cũ sit, variis cibis comparatur secundum sumentium varietatẽ, li. 3. c. 5. nu. 1. sic idem in ruinã est quorundã, & in resurrectionẽ aliorum, & in signum, cui contradicitur. Quia sicut Christũ benedicit, qui bene viuit, ita & maledicere dicitur, qui perdite viuit, li. 3. c. 12. nu. 1. Mira res, quod cum Christi Domini incarnatione mirum modũ adinuenerit pater super oẽs conuenientissimum sanandæ nostrę infirmitati, li. 3. c. 5. nu. 45. vsque ad 47. c. 7. nu. 18. c. 12. nu. 8. nihilominus de Deo incarnato dicitur: *Hic positus est in ruinam, & resurrectionem multorum.* Hic, qui omnium bonorum fons est, & origo, li. 2. c. 13. nu. 32. li. 3. c. 9. n. 51. Quoniam sicut qui vere, & perfecte Christũ cognoscit, in ipso habet oẽs thesauros sapientiæ, & virtutis, li. 3. c. 9. nu. 51. sic vas est mortiferum, ac lethale his, qui eũ non agnoscunt, eiq. contradicunt. Corpus. n. & spiritus consiliarij sunt animæ, si anima cõsilium sequatur corporis, recedunt ab ea Angeli, & virtutes; si vero vtile consiliũ spiritus sequatur, fugiunt dæmones, & vitia, lib. 3. c. 1. nu. 12. Et cum Christi incarnatio ad diligendum Deum maxime homines astringat, li. 3. c. 5. nu. 49. vsque ad 51. 61. c. 7. nu. 34. & 35. illa abutuntur mali, dum Christo contradicunt. Cumq. verbi incarnationẽ vehementer optarent antiqui, antequam fieret, in confusionẽ hominum, postquam iam exhibita est, illa abusi sunt multi, li. 3. ca. 5. nu. 80. Quoniam, vt Dominica prima aduentus dictum est late, Christus, eiusq. incarnatio hominum culpa aliis est in bonum, aliis in malum. Quod ẽt docetur li. 3. c. 10. nu. 5. 8. 17. & 92. Christi enim vita, & mors omnibus sufficit, sed non omnibus prodest, li. 3. c. 6. nu. 20. c. 7. nu. 49. c. 10. n. 17. & 49. Et licet in Christi natiuitate, & incarnatione mira contigerint, li. 3. c. 7. nu. 23. usque ad 29. multi his in nullo moti sunt, ut Christũ & adorarent, ac diligerent. Hæc omnia, quę hactenus diximus, & quæ Simeon prenuntiauerat Virgini Deiparę, futurum Christum. s. positũ in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel, grandi consideratione digna sunt, cum singula verba mysteriis sint plena. *Ecce hic positus est, &c.* Miranda res, quod cum Deus pater summa cura prouiderit, ut cum primũ natus esset Dominus, eum totus mundus & cognosceret, & diligeret, sit nihilominus in *Hebr. 1.* ruinã, &c. Prouidit Deus pater auctoritati in fantuli, & cum introducit primogenitum in orbem terræ dicit: Et adorent eum oẽs Angeli eius. Et cum primum ab utero matris prodiit, & in stabulo iacuit, omnes cælestes ciues aduentarunt, ut sacram illã humanitatẽ adorarent, ineffabilia bona illi exhibita mirarentur. Vult vt millia millium, qui in cælo seruiunt Deo, & decies centena millia, qui assistunt ei ante thronum igneũ iidem procidãt *Dan. 7.* in stabulo, certo scientes illos in cælo tãta gloria non potiri, quantam Christi felicissima anima habebat in præsepio inter bruta animãtia posita, confitentes extasi admirabili suspẽsi propriam sapientiam ignorantiam esse, propriam auctoritatẽ, vilitatẽ, & fortitudinẽ, infirmitatẽ, si cum sapientia, auctoritate, ac fortitudine infantuli vagientis comparetur. Et quam primum id opus perfecerunt, ab ipso præsepio discedentes continuo per aera volantes mundo nuntiant Christi natiuitatem, ipsi & tam optatam, & tam necessariam in regione eadẽ pastoribus, in Oriente magis, in Hispania, & Italia variis signis, quorũ meminit S. Thom. Et tamen pauci sunt, qui eum adoraturi veniunt. Concipitur in Nazareth, *S. Tho. 3. p. q. 36. ar. 3.* proficiscitur in montana Iudææ, nascitur in Bethlehem, ducitur in templum, & cũ in his omnibus tam sit Deus sollicitus, vt Christus Dominus cognoscatur, cognoscitur a paucis. *Hic positus est in ruinam*, hic, de quo mira cecinerunt Prophetę. Quomodo lapillus Danielis *Isa. 8.* ferreum hominum pectus non cõfringit? Par *Cap. 9.* uulo dictum est, vt acceleret, & cũcta spolia dæmoni detrahat, & prædam auferat. Et alibi: Lætabũtur coram te, sicut qui lætãtur in messe, sicut exultant victores, capta præda, quando diuidũt spolia, quia iugũ oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madiam, quando hi oẽs mira Gedeonis sagacitate, immo diuino cõsilio corruerunt. Cum venerit magni consilij Angelus, eius imperium multiplicandum prædixerat Esaias. Quoniam super solium Dauid *Esa. 40.* sedebit, vt corroboret, & confirmet illud, & videat omnis caro salutare Dei. Quid in infantulo perpendisti Simeon sancte, vnde valeas coniectare ipsum futurum in ruinam multorum? Qua rõne tam stupenda exordia minus prospero euentu claudenda sunt? Vidisti, vel audisti pastores collætãtes, Magos, immo Angelos etiam adorantes, & quod venit Domi- *Isa. 35.* nus saluũ facere, quod perierat, vt lætaretur deserta, & inuia, & exultaret solitudo, & floreret, quasi lilium, ut daretur ei gloria Libani, decor Carmeli, & Saro, & uiderent gloriã Domini, & decorẽ Dei nostri. Quæ erat arida, erit in stagnum, & sitiẽs in fontes aquarum. Et ipsum dudum vocaueras lumẽ ad reuelationẽ gẽtium, & gloriam plebis tuæ Israel. Præterea hæc verba timoribus sunt plena, cum ruinã dicatur esse Dominus, nõ vnius, sed multorũ, vt nullus securus esse valeat, idq. in Israel. Si. n. multorũ tãtum meminisset, nec adderet in Israel, in Ecclesia cõsolatio nõ modica eẽt, & tũc Iudęis, & modo Christianis, si cõminatio hęc in hæreticis, Saracenis, idolatris tantũ adimplẽda esset. Sed in Israel multi in populo electo tot beneficiis Deo obligato, qui *Deũ* habuit præsẽtẽ, qui dixerat: Nõ sũ missus, nisi ad oues, quæ perierũt domus Israel, in illo, cui factæ sũt promissiones. Ita prædicit Simeon iustus, cui' os ab infante Christo i illius brachiis existẽte apertũ est, vt nullus sibi fidat, Christũ

vermẽ Ionæ vocauit Hieron. quo ascendente, diluculo hedera aruit, & igni apta effecta est. Angelus cõsilij est, qui venit, vt filios Chanaã secet medios. Is, qui ingreditur vt splẽdor, & ignis, hoies multos cõburet. Ipse, qui ẽ spõsus, terribilis est, vt se vendicet de sponsa, cũ fuerit adultera. Qui lapillus est Danielis, mõs cõtinuo efficietur, vt te, qui nõ homo, sed statua es, comminuat. Butyrum & mel comedit, & simul scit eligere bonũ, ac etiã reprobare malũ. Moyses in ripa fluminis repertus est in Iudæorũ remediũ, & Aegyptiorũ ruinam, sic & Christus in ruinam, & resurrectionem multorũ, & in Israel, & inter Christianos. Sed in his omnibus audiãt iusti: Cõsolamini, cõsolamini popule meus, dicit Deus vester. Loquimini ad cor Hierusalẽ. Omnia, quæ videmus in infante, salutẽ redolẽt: humilitas infantis salus est, taciturnitas eius salus, lacrymæ salus, pãni salus, &c. Liber, in quo iusti resurrectionem suã legunt, Christus est.

Bern. ser. 5. Natiuit. Esa. 40.

Sed S. Simeon, immo Ecclesia sancta, quæ Spiritu sancto ducente, gubernaris, cur modo, quãdo Angeli canunt gaudium magnum, tu sacra sponsa tã tristia canis? His diebus, in quibus tot videmus accidisse miranda omni risu digna, cur tristibus intercluduntur? Non esset conuenientius, vt Christo congauderemus? Dilectus meus esset mihi, & ego illi, vt inter vbera mea commoraretur, vt eũ inuẽtũ fugẽtem vbera matris deosculer gaudiis plenus? Mihiq. promitterem gaudens multa bona ab eo, qui amore mei actus in præsepio iacet? Si musica in luctu importuna narratio est, idipsum videtur, si nuptiarũ tẽpore lacrymæ intersint. Tempus luctui aptissimum remanet, cũ Christus a suis contradictionẽ pateretur, cum ruina multorum cerneretur. Modo perspiciamus Dominũ Christũ signũ esse significans pacem perfectam inter Deũ, & homines immẽsam Dei grãtiã in homines, quod venit, perpendamus non vt iudicet mũdum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Id nõ vult Ecclesia, sed quod in die bonorũ immemores non simus malorum, tantam Dei bonitatẽ his diebus præ oculis ponit, vt nemo desperet, sed ne quis præsumat, eundem dicit positũ in ruinam multorum. Timidus confidat, quia Christus venit in resurrectionem multorum: elatus paueat, quia idem ipse est in ruinã etiã multorum. Vnde spe opus est, quæ mediũ statuat inter desperationẽ, & præsumptionem, lib. 9. c. 14. n. 22. lib. 14. c. 18. n. 2. vsque ad 15. & 18. vsque ad 25. lib. 16. ca. 11. nu. 11. 16. 18. 20. & 21. Et licet spes nostra in Christi incarnatione maxime subleuata sit, lib. 3. ca. 5. nu. 45. 61. & 62. sed tamen timor semper sit in nobis, quoniam Deus misericors etiã iustus est, li. 4. c. 11. num. 24. cap. 17. nu. 10. vsque ad 15. 18. vsque ad 22. c. 18. nu. 23. & 24. lib. 14. c. 18. nu. 22. Timori coniungenda est spes, & spei timor, lib. 16. c. 11. nu. 21. 24. & 25. 29. 30. lib. 17. c. 3. num. 28. usque ad 30. Vnde virtus merito operanda est cum timore, & non cum securitate, libr. 17. capit. 3. numer. 20. 21. 28. vsque ad 30.

Gaie 8.

Ex his ẽt colligitur, non in populo Iudæorũ tantũ, sed & inter Christianos quod Christus maiori culpa horũ etiã positus est in ruinã, & resurrectionẽ multorũ. Cũ. n. Christus lapillus Danielis in montẽ magnũ creuerit, ad quẽ gẽtes ascenderẽt vehementius peccant, qui in illũ impingunt, li. 3. c. 5. num. 21. 52. c. 6. nu. 8. c. 7. nu. 16. lib. 3. ca. 15. nu. 17. Christiani. n. super omnes homines Deum diligere debent, li. 2. c. 13. n. 36. vsque ad 39. Vnde mali Christiani in thesauro existentes Ecclesiæ, si peccent, vasa sunt iræ, extra Ecclesiã aũt non sic, li. 3. c. 15. nu. 3. vsque ad 6. 9. & 10. li. 6. c. 11. nu. 15. Vnde cum Christianus maiora acceperit in Baptismo bona, quã Iudæus, si cadat, grauius multo peccat, quã ille, lib. 3. c. 15. nu. 1. usque ad 3. 16. li. 6. c. 11. nu. 15. Vnde in Christianis ẽt peccata leuia acriter punit Deus, li. 3. ca. 15. nu. 7. & 8. li. 6. c. 11. nu. 15. Christiani mali cũ hæreticis merito puniendi sunt, lib. 3. c. 15. nu. 9. & 10.

Et erat Anna Prophetissa, &c. Hæc, cui Christi Domini incarnatio manifestata est, tã copiose, vt loqueretur de ipso omnibus, qui expectabant redemptionem Israel. Vidua erat, quæ multis annis, amisso primo viro, vidua remanserat, castitatem seruans, non discedebat a templo, ieiuniis, & obsecrationibus vacans nocte, ac die. In quibus multa sunt, quæ sanctitatẽ huius feminæ commendant, quam imitari debent, qui Deum cognoscere, & ipsi adhærere cupiunt. Primum, cũ hæc adolescẽs esset, vtpote quæ septem annis vixerat cũ viro suo, in templo frequentissima erat, in foro rara. Expedit. n. vt feminę, maxime autem viduæ, iuuenculæ cautæ sint, quia fama earũ, vt flos, cito marcescit, lib. 11. c. 11. nu. 9. Feminę tunc verecundæ sunt, quando nec videre uolunt viros, nec videri, lib. 11. c. 11. n. 18. & 24. In templo erat, non semper, sed communiter Deo vacans, quoniam etiam sub prætextu virtutis vagare non debent, li. 11. ca. 11. num. 25. Castitatem huius feminæ comitabantur reliquę virtutes, religio, ieiunium, oratio, & sic Deo erat probata, li. 3. c. 1. nu. 4. cap. 3. num. 6. Castitas autem tam erat feminis, ẽt gentilibus, probata, vt propter eam tutandam Dido se in incendium præcipitauerit, li. 3. c. 3. n. 22. Propter quam conseruandã multæ feminæ gentiles occubuerunt, ibid. nu. 22. 25. vsq; ad 27. Et quia castitatis rara uictoria est, maxime commendatur, qui victor in re hac extiterit, ibid. nu. 28. 38. & 39. Vnde iam castitatis vox sonat modo, cũ antea illa sonuerit uox: Crescite, & multiplicamini, & replete terrã, li. 18. c. 15. nu. 46. Et quia castitas inter delitias maxime periclitatur, li. 2. c. 5. nu. 14. li. 3. ca. 3. nu. 41. Femina hæc ieiuniis vacabat.

Orationibus etiã frequentibus vacãs Deo placebat, orabat diebus, ac etiã noctibus; orabatq. in tẽplo, virtutibus dedita. Orationem enim comitari debent opera bona, vt Deo sit probata, lib. 1. c. 21. nu. 4. li. 8. ca. 7. nu. 11. li. 13. c. 5.

c. 5. nu. 4. 5. 14. vsque ad 19. 27. 30. ca. 6. num. 1. vsque ad 5. 8. & 11. Orationi instantes Sancti dicuntur filij Dei, qui astant coram Domino. *Iob 1.* lib. 13. c. 3. numer. 4. Cũq. orationem respirationi comparauerit Chrysostom. cã frequentare debemus, lib. 13. c. 3. nu. 12. Nocte etiã nõ cessabat ab oratione, quia orationes nocte factas consulunt Sancti, li. 13. c. 3. num. 14. & 26. c. 4. nu. 11. Oratione non minus indigemus homines, vt in bono crescamus, quã arbores aqua, li. 13. ca. 3. nu. 25. & 26. Homo. n. oratione destitutus, est velut ciuitas absque muro, quæ facile venit in potestatem diaboli, li. 13. ca. 3. nu. 28. Estq. oratio, vita animæ, sicut aqua vita piscis, lib. eodem, nu. 29. Orabatq. in tẽplo, quoniam orationes communes Ecclesiæ profi cuæ multum sunt, li. 13. cap. 4. nu. 6. Orationes etiamsi domi fieri possint, sed tamen illę in tẽplo multas habent vtilitates, li. 13. c. 10. n. 11. & 12. Etsi verũ sit, quod ad orandũ, non tã locus, quã animi propositũ requiratur, ibi. n. 2. 7. 8. 13. 14. 18. & 21. Orationem autem illius comitabatur ieiunium, vt volaret in cælum, lib. 13. ca. 6. nu. 4. 5. & 8.

IN CIRCVMCISIONE Domini.

Euangelium.

Postquam consummati sunt dies octo, vt circũcideretur puer. Luc. 2.

In Circumcisione Domini.

EVANGELIVM hodiernum, etsi breuissimũ illud sit, duas cõplectitur partes. Altera, qua mira Christi abiectio ostenditur, dũ velut infans peccato originali obnoxius circũciditur, altera, qua nomen Iesu Saluatoris ab Angelo vocatũ ante cõceptionẽ accipit. Vbi duo coniunguntur dissimilia multum, alterũ in facto, alterum in nomine. Aiebat Bernard. *Serm. 1. Circumcis.* Abbreuiatum fuit verbum in carne, amplius abbreuiatur, suscepta carnis circumcisione. Minoratus paulo minus ab Angelis humana natura induitur, sed iam nec ipsum respuens remedium humanæ corruptionis, plane multo minoratus est ab eis. Manifestũ humilitatis exẽplũ, nec vestigiũ habẽs vulneris, vulneris alligaturã non refugit. Non sic agit peruersitas elationis humanę, erubescimus vulnerum ligaturã, qui de vulneribus interdũ etiam gloriamur. Inuerecũdi ad peccata, verecũdi multũ ad pœnitentiã. Qui peccatũ non fecit, non dedignatus est se peccatorẽ reputari, & nos, & esse volumus, & nolumus reputari, li. 3. c. 22 nu. 27. Vbi docetur, quod Christus vulneribus carens voluit circũcidi, quod nos facere recusamus. Christus homo factus, vt pro nobis patereturꝫ & se in exẽplũ virtutũ præberet, li. 3. c. 7. nu. 18. 32. vsque ad 35. Christus verus Sacerdos, & fidelis in seipso sacrificium fecit, vt nos a peccato liberaret, li. 3. c. 5. n. 16. Christus exẽplar omniũ virtutũ incarnando, maxime aũt humilitatis factus est, li. 3. ca. 5. nu. 45. vsq; ad 48. c. 7. nu. 18. 33. c. 8. n. 2. vsque ad 8. 11. vsq; ad 13. & 20. c. 10. n. 4. 53. 69. vsq. ad 75. Peccata cõfusionẽ bonã afferãt hominibus, nõ malã, li. 14. c. 23. nu. 14. Peccatores lætãtur, cũ malefecerint, ideoq. audiũt: Neq; mors laudabit te. li. 14. c. 6. nu. 42. Pro peccatis confundi modo vtile multũ est, li. 14 c. 15. nu. 11. 16. c. 23. n. 27. & 28. Cõfessio vitanda nõ est propter erubescentiam, sed peccatum, li. 3. c. 22. nu. 7. usque ad 10. 13. 16. 27. vsque ad 29. & 32.

Circũciditur Christus Dominus, vocaturq. Iesus. Dominus ab ipso natiuitatis exordio diuina sociat humanis, magna paruis, ima summis. Nascitur ex muliere, sed illa eadẽ permanet virgo. Pannis inuoluitur infans, sed ab Angelis & adoratur, & honoratur: absconditur ĩ præsepio, sed proditur radiãte Stella de cęlo. Circumcisio explicat infirmitatẽ carnis, sed nomen Iesu, nomen super omne nomen, gloriã indicat maiestatis, circũciditur tamquam filius Abrahę, sed tamquã filius Dei Saluator vocatur. Et sicut quondã, cũ Dominus circũcisionẽ præcepit Abrahæ, in eadẽ illa, in qua propria protestabatur peccata, nomen eius mutatum est. Vt animaduertas nouum non esse, nec inusitatum in circumcisione, vbi infirmitatis signũ reperitur, nomen tribuere, in quo circumcisi magnitudo demonstretur, & circumcisus pater multarum gentium uocetur. Sic quando circũciditur Christus Dominus verus Abrahæ filius, non pater multarum gentiũ, sed Saluator omnium, cælo sic disponente, vocatur. Et sicut quondã Iacob luctãte cum Angelo, quando benedictionẽ accepit, & *Gen. 17.* vulneratus mansit, & simul vocatur Israel, dicẽte Angelo: Quia si contra Deũ fortior fuisti, quanto magis contra homines pręualebis? Sic percusso Christo Domino, & circũciso, nõ mẽ accipit Saluatoris, & potẽtis, qui indignationi Dei resistens Saluator sit hominũ. Quando vulneratur, accipit nomen Iesu. Christus, qui vilis apparebat foris, excelsus erat intus, lib. 3 c. 5. nu. 22. 25. & 30. ca. 7. nu. 26. & 27. 41. 46. vsq; ad 48. ca. 9. nu. 13. c. 10. nu. 58. cap. 11. nu. 30. Christus electro comparatur, quia in illo & diuina, & humana coniunguntur, li. 3. c. 5. nu. 66. lib. 4. c. 27. n. 15. Estq. Dominus noster ignis in rubo, quia carnis nostræ dolores suscepit. Et spinæ, & ignis simul erãt, ĩ illo vilia, & mirifica, li. 3. ca. 5. nu. 66. Quoniam Christi virtus hamus fuit fragilitate carnis tectus, qua dęmonem piscatus est, li. 3. c. 10. n. 22. 23. 27. & 38. Et quem modum seruauit Deus pater ĩ dilecto filio suo, eũdẽ seruauit, & ĩ sãctis, qui modo & coruscabant miraculis, & statim succũbebãt iniuriis, & magnitudinẽ, & infirmitatẽ ostendentes, vt intelligerẽt, quid haberẽt a Deo, & quid haberent a se, ad idq. visitãtur a Deo, & derelinquũtur, li. 4. c. 21. n. 6. & 8.

Quoniam cum Sancti equi sint Dei, ducuntur non voluntate sua, sed sessoris, lib. 4. capit. 28. numer. 4. Iustos in interiori homine non derelinquit Deus, licet in exteriori quandoque derelinquantur, lib. quarto, cap. 20. nu. 3. Sancti modo miraculis clarêt, modo viles apparent, vt uideant quid a se, quid habeant a Deo, lib. octauo, capit. 7. num. 12. vsque ad 14.

Præterea aduertendum est, docente Bernardo, quod in circumcisione Domini habemus, quod amemus, admiremur, & imitemur. Diligere debes eum, qui non solum formam accepit hominis, sed & formam habet peccatoris, & infigitur velut quodam cauterio latronis. Quid enim est circumcisio, nisi superfluitatis, & peccati indicium? Malum hoc in Christo Domino reperiri non potuit. Nec illi dicitur: Masculus, cuius præputij caro circumcisa non fuerit, delebitur de populo suo. An forte signum hoc circumcisionis ideo accipit in carne sua, vt in illo, & per illud a Deo patre cognoscatur? Non plane. Sed potius occasio esse poterit, ne cognoscatur. Sed tamen caput pro membris accipit curationem, quam pro seipso necessariam non habuit. Sicut contingit, quando dolore capitis homo vrgetur, & sanguis a brachio, & venis extrahitur. Membra putrida sunt, & cauterium hodie capiti exhibetur. Totus mihi datus est, & totus in meos vsus expensus est. Hodie qui liber erat, manus in vincula conjecit, & legi circumcisionis subiectus est, vt eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Legem circumcisionis accepit Christus, vt Christianis indictam intelligas circumcisionem, non carnis, sed spiritus, non in expoliatione præputij positam, sed in circumcisione membrorum, dicente Origene de hac spirituali circumcisione: Circumcisæ sint aures vestræ, secundum verbum Dei, vt vocem non recipiant obtrectantis, vt maledici, & blasphemi verba non audiant, non cantica obscena. Incircumcisus labiis est, qui nondum cessauit a stultiloquio, qui bonis derogat, qui criminatur proximos, qui instigat lites, qui calumnias mouet, qui loquitur blasphemias, impudica, & cætera, quæ indigna sunt Christiano ore. Si quis vero disponit sermones suos in iudicio, lingam moderatur, &c. hic labiis circumcisus est. Circumcidere carnem præputij, hoc est, si frenet homo concupiscentias carnis, quando homo tantum suam vxorem diligit, & hanc propter prolē. Qui vero in omnem lasciuiam effrenis labitur, iste incircumcisus est præputio carnis suæ. Qui obscœnis desideriis, & fœdis cupiditatibus æstuat, hic incircumcisus est corde. Manus circūcidendæ sunt a rapinis, & cædibus, & ad sola Dei opera pandendæ. Circūcidēdi sunt pedes, ne veloces sint ad effundēdū sanguinē, vt tantum pro mādatis Dei circūeant. Circumcidantur oculi, ne concupiscēt aliena. Ille, cuius Deus venter est, & suauitatibus gulæ deseruit, incircumcisus est gustu, sed & singula quæque membra, si in officiis mandatorum Dei deseruiant, circumcisa dicenda sunt. De qua circumcisione dixerat Paulus: Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniustitiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete eadem seruire iustitiæ in sanctificationem. Cum enim iniquitati seruirent membra vestra, non erant circumcisa, cū vero cœperint seruire iustitiæ, promissio, quæ ad Abraham facta est, impletur in eis, & istud est signum fœderis, & pactum inter Deū, & hominem. Hanc circumcisionem fecit Iosue, cultris adhibitis lapideis, quoniam sit verbo Dei, quod gladius dicitur a Paulo penetrabilior omni gladio ancipiti. Vnde circūcisionem præcipiens Deus Abrahæ carnem mortificandam docuit, lib. 3. capit. primo, nume. primo. Circumcidit autem Iesus eos, qui vitiis carent, obducitur autē cicatrix in vulnere, cum noua instituta absque difficultate complemus, lib. 18. cap. 14. nume. 1. Hæc est circumcisio spiritualis, qua tollitur opprobrium Aegypti, lib. 14. capit. 17. numer. 3. Vnde aiebat Hieronym. Propterea accepit populus in Galgata secundam circumcisionem Christianorum, quam fecit Iosue, id est, Christus Dominus, per quam amputamus omnes affectus, non solum turpes, sed & mundanos, & corporeos. Et alibi: Circumcidimus aures, quando nihil turpe, & inhonestū audire nos patimur: & labia, quando nihil indecens loquimur: cor etiam circumcidimus, quando turpes cogitationes de illo non exeunt: caro vero, quando non facimus terrena opera, etsi comedunt, bibunt, vestiūtur, & dormiunt, non id pro uoluptate, sed necessitate faciunt, qui dicere possunt: Quomodo contabuit caro mea in terra deserta, inuia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi. Hanc autem circumcisionem non iussit Deus, ut fieret in facie, in auribus, in manibus, sed in secretioribus partibus carnis, eo fine, ut nos doceret, ne iustitiam nostram coram hominibus faceremus, sed in occultum, dum parauli sumus, solum coram illo, cui nihil occultum est. Ne populus illi dicatus labiis tantum eum honoret, cor autem longe sit ab ipso.

Vocatum est nomen eius Iesus. Deus naturæ auctor in imponendis nominibus ipsis rebus duo animaduertit, ut homines nominibus rerum naturas, ac proprietates, & accidentia conditionesq. aperiremus, dicente Aristotele: Quia res nobiscum ducere nō possumus, vtimur terminis pro rebus. Et quia homo, dū viuit, alienos conceptus, & cogitatus aspicere non ualet (sicut Angelis datum est in cælo uidere, quæ cogitant, ac loqui per conceptus) terminis utitur, quibus proprij innotescant cogitatus inter præsentes, sicut litteris panduntur absentibus. Eapropter, ut intelligeremus, quæ de uerbo incarnato intelligere expediebat, nomina uaria a Prophetis illi sunt tributa, quibus innotescerent diuini effectus exhibiti nobis ab ipso. Et nomen Dei, quod antea inclusum erat, effusum est, cum Deus factus est homo, lib. 3. cap. 5. nume. 88. Nomina varia Christi enarrantur in ordine ad nos, lib. 3. cap. 9. num. 4. lib. 4. cap. 15. num. 20. & 21. Nomina, quæ ab Esaia tributa sunt Christo, ei conueniunt in opere redemptionis humanæ, lib. 12. cap. 2. nume. 20. Nomina, quibus Deus apud Hebræos significabatur, decem erant, lib. 12. cap. 2. num. 8. Nomina varia tribuuntur Deo in sacris litteris, inter quæ nomen dulce Iesu, suaue, amandum, ac veneratione omni dignum est, libr. 12. cap. 2 nu. 1. vsque ad finem capitis. Nomina omnia, quæ in sacra scriptura Deo tributa sunt, aut gratiam significant pietatis, aut potentiam maiestatis, lib. 12. cap. 2. num. 21. Nomina maiestatis in Christo Domino conuersa sunt in nomina pietatis, dum factus est homo, lib. 12. cap. 2. num. 21. & 22. Nomen Iesu delectabile confortans peccatorem, nomen beatæ spei innocandum est, lib. 12. ca. 2. num. 15. & 19. Nomen Iesu salutem significat, quam dedit Iesus in typo, cuius duo præcesserunt in lege hoc nomine vocati, lib. 12. cap. 2. num. 16. & 25. Et licet hoc nomen tributum sit antiquis, vacuum fuit, illa enim nomina nec lucent, nec medentur, ibidem. In solo enim Christo nomen Iesu veritatem habebat, quam significabat, alij autem baculus erant Elisæi, eodem num. 25. Nomen autem hoc Iesu vocatum est ab Angelo non impositum, quia illud ab æterno conuenit Christo, libr. 12. cap. 2. numer. 17. Nomina multa dedit Christo Domino Esaias, quæ omnia in nomine Iesu perfectissime includuntur, lib. 12. cap. 2. num. 17. 18. & 20. Nomen autem hoc effusum est in incarnatione, ne Deus diceretur tantū Abraham, Isaac, & Iacob, sed plurium, qui venerunt ab Oriente, & Occidente, vt cum his recumberent, lib. 12. cap. 2. num. 22. Vnde nomen hoc suaue omni adoratione dignissimum est. Nomen Domini Iesu, quod pauci ex antiquis cognouerunt, benedictum sit in sæcula lib. 12. cap. 2. numer. 1. Tale enim nomen ab innumeris periculis eripuit Sanctos, ibidem. Nomen Iesu reuerita est natura, quando miranda protulit Iosue in cælo, lib. 12. cap. 2. num. 7. Nomen Iesu non solis verbis, sed & operibus laudandum est, & inuocandum, ibidem num. 16. Nomen Dei, qui nouit, desiderat, vt semper sanctificetur in eo, ibidem nu. 19. In nomine Domini spes nostra sita est, res autem, & vltima felicitas in facie. Vnde Sancti huic sancto nomini erant vehementer affecti. Nomen Iesu omnia dulcia reddit, mel est in ore, in aure melos, in corde iubilus, ibid. num. 24. & 25. Est enim nomen, hoc uasculum, in quo electuarium salutare continetur, ibidem. Nomen Dei benedictum ab Angelis, & ab hominibus in hoc sæculo, & in futuro, lib. 12. ca. 2. n. 1. Nomen Iesu dum non reperiebat Augustinus in libello Hortensij, quem de sapientia ediderat Cicero, minus rapiebatur illius eloquentia, ibidem n. 2. Nomen Dei tam frequens in ore Pauli in causa fuit, vt Epistolæ eius minus intelligerentur, lib. 14. cap. 25. & 2. num. 40. Nomen Dei iucundum est, & dulce non impijs, sed in conspectu Sanctorum suorum, lib. 12. cap. 2. num. 13. Hoc nomen effusum est e cælo in Iudæam, & inde in omnem terram, & infernum, lib. 12. cap. 2. num. 22. & 23. Quod effusum mirari non debemus, cum & ipse Deus effusus sit, ibidem. Hoc autem nomen diuinum optime oleo comparatur, quia fouet, nutrit, & lenit, ibidem num. 23. 24. & 25. Vnde nomen Dei participant Christiani participaturi & hæreditatem, ibid. num. 23.

Ex his duo aduertere debemus: alterum 4
est, nomen hoc sanctissimum bonis operibus diuinis laudibus esse sanctificandum. Nomen Dei tunc sanctificatur, cum glorificatur, quique irreprehensibilem alijs exhibent vitam suam, illud sanctificant, lib. 13. cap. 8. num. 1. 2. 12. 15. & 31. Nomen Dei ille sanctificat, qui sciens illum sanctum curat, ne per opera mala eius sanctitas violetur in eo, lib. 13. cap. 8. num. 6. 7. 12. 17. 20. & 21. Et inter omnia, quæ a Deo patre postulare docuit Christus illud fuit, vt nomen Dei sanctificaretur, vt scilicet, qui in Baptismo sanctificati sumus, in hoc bono perseueremus, lib. 13. cap. 8. num. 28. Sanctificandumq. non vtcumque, sed in terra, sicut in cælo, lib. 13. c. 8. num. 32. Nomen Dei in populo graui laudatur, blasphematur autem in peccatoribus, lib. 16. cap. 6. num. 15.

Hinc secundo colliges eorum impietatē, 5
qui nomen Dei tam sanctum veneratione dignissimum bonis omnibus repletum, &c. nec honorant, nec pretio habent, sed blasphemant. Ideo enim nomen Dei poscimus sanctificari, quia quibusdam immundis nomen Dei nondum est sanctum, lib. 13. ca. 8. nu. 29. Nomen Dei blasphemantes calice Domini acerrimo potantur, lib. 14. cap. 8. nu. 21. Nomen Dei non nouit, qui eū nec honorat, vt patrem, nec timet, qui ad vanitates conuertitur, lib. 12. cap. 2. nume. 19. Illudq. assumit in vanum, qui non facit, quæ Deus dicit, ibidem. Nomen Dei omni reuerentia, & adoratione dignissimum. Iehoua, quod in thyaræ lamina Pontificis scribebatur olim, modo iuratione vilescit, lib. 9. cap. 11. numer. 7. & 8. Vnde, quando dulci nomine Dei abutuntur homines, vt crebro fit, nomen leonis, vrsi, ignis assumit Deus, quia homines carnales id merentur, vt talis sit, qui salus illorum erat, Iesusq. vocabatur, lib. 12. cap. 2. nu. 2. vsque ad 6. Quoniam varia nomina sortitur Deus secundum qualitatem hominum, quos saluat, vel punit, libr. 4. cap. 24. num. 16. lib. 12. cap. 2. num. 2. vsque ad. 5. 9. & 10. Cumq. nomen admirandum Iesu expugnare voluerint Romani, id efficere non potuerunt, li. 5. cap. 4. nu. 1. Ea enim fuit illorum stultitia, vt

Bern. Ser. 3. Circume.

Gen. 17.

Hebr. 4.

Epist. 32. ad Abigaū presbyterū Hispanum.

Lib 13. in c. 44. Ezech.

Psal. 26. in versione 70. interpretum Hieron. ep. de uera Circūc.

Orig. ho. 3. in c. 17. Genes.

vt Christum noluerint in Deorum suorũ numero recipere, quia absque decreto Senatus adoratus est in mundo, lib. 17. cap. 6. num. 56. Et tamen perfidi Christiani iurationibus assiduis, blasphemijs, periuri js nomen Dei expugnare contendunt, cum potentissimi Romani id efficere non potuerint. De re hac latissime & elegantissime disseritur, lib. 9. cap. 11. nu. 1. vsq; ad finem capitis, quod iurandi consuetudo periculosissimũ malũ sit, & quæ mouere nos possunt ad iuramenta cauenda. Inter quæ omnia, num. 2. docetur, quod iurare etiam vera nolebant Philosophi, maxime pro rebus temporalibus. Iuramentum non violandum, etiam periculo mortis cogente docuit Marcus Attilius Regulus egregio facto, lib. 9. ca. 11. num. 37. Iuramentum Romanis præstitum ne violarent Saguntini innumeras pertulere calamitates, nume. 38. Vtq. pessimam hanc consuetudinem moderetur Deus, iurantes, & peierantes acerrime punit, numer. 11. 22. vsque ad 31. & 34. Iuramentum violauit Constantinopolitanus Imperator, & ab Ecclesia pulsus est a Babyla Archiepiscopo cum proprij capitis dspendio, num. 13. Iuramento reuerentiam exhibendam docuerunt milites Saulis, cum fame pressi non comederunt, nume. 21. Quoniam iuramentum a Sedechia Rege fractum Regi Nabuchodonosor, Ecclesiam Iudæorum in captiuitatem traxit, cum innumera alia horum scelera Deus multis sæculis dissimulauerit, num. 25. vsque ad 30. Sicut iuramentum Gabaonitis indiscrete a Iosue factum seruatum fuit, idq. probatũ est a Deo, cumq. longo post tempore a Saule fractum est, acriter est punitum, num. 34. Iuramenta autem oriri ex contemptu Dei docuit Chrysostomus, numer. 18. Vnde iuramenta in grandes angustias coniecerunt homines in sacris litteris, vnde qui non iurat in tranquillo portu sedet, num. 12. 19. vsque ad 22. & 41. Et quia iurandi consuetudo facile hominem trahit ad periuria, summa cura cauenda est numer. 3. 4. 9. 10. 20. 22. 32. 36. & 39. Restat ergo vt cognoscamus nomen Dei vnguentum esse effusum, non omnibus, sed adolescentulis animabus, & renouatis, li. 3. cap. 6. numer. 2. 3. Sciendumque quod qui nomen Dei diligunt, misericordiam a Deo accipiunt ingentem, quam a Deo postulabat Dauid libr. 12. capit. 2. numer. 14.

IN EPIPHANIA Domini.

Euangelium.

Cum natus esset Iesus in Bethlehem Iudæ. Matth. 2.

HACTENVS Christo Domino in Bethlehem nato, Iudæorum vocatus est populus, qui eũ adoraret, modo autem ad agnitionem Domini Magi, qui primitiæ sunt gentium, inuitãtur, lib. 3. ca. 7. num. 8. Et licet hi posteriores fuerint, sed ad maiora bona sunt vocati: Christianus enim populus a gentibus electus accepit stolã sacerdotalem illi promissam, sicut Iacob, etsi iunior esset filius, sacerdotiũ iure antiquitatis Esau debitum illi traditũ est, & maior seruiuit minori, libr. 3. capit. 7. num. 29. Christianum populum e gentibus, & Iudaicum illi duo viri significauerunt, qui Christum verum racemum felicissimæ terræ promissionis portauerunt, sed quæ sequebatur, gentilis plebs Iudaicæ antelata est, lib. 5. cap. 7. nume. 23. Hunc enim populum Deus erexit, veteri reiecto, lib. 5. cap. 6. nume. 7. & 23. Christus enim sessor est, equus autem albus, super quem sedet, Ecclesia nostra est. lib. 3. cap. 9. num. 32. Quoniam postquam dixerat Balaan & hodiernum mysterium obũbrans, & gentium felicitatem in Moabitarum ducibus significatam, hoc est, in sanctis Regibus dixit: Orietur stella ex Iacob, & surget homo de Israel, & percutiet duces Moab, &c. subintulit. Heu quis victurus est, quando faciet ista Deus? id est, cum aduenerit Christus, & idolorum cultum gentibus tam celebrem perdiderit, omniumq. dæmonum deiecerit potestatem, quis erit ille tam beatus, & tam felix, qui hæc videre dignus sit? Aduentientibus enim Regibus Magis, audire iam cepit gentilitas: Lætabitur deserta, & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium, id est, gentilitas, de qua dictum erat: Vox Domini concutientis desertum, & commouebit Dominus desertum Cades, mutabitur in rerum omnium abundantiam. Et pugnantibus ceruis, id est, Apostolis, de vniuersis saltibus nationum bestiæ, quæ eas prius possederant, expellentur, vt impleatur, quod inferius scriptum est; Lætare sterilis, quæ non paris, erumpe, & clama, quæ non parturis, quia multi filij desertæ magis, quam eius, quæ habet virum. Hæc erat sitiens, siue in via non habens vitales aquas, quæ nunc florebit quasi lilium, vt dicere posit: Flores apparuerunt in terra nostra, mandragoræ dederunt odorem suum. Gloria Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron,

1 *In Epiphania Domini.*

Origen. hom. 19. in Num. 24.

Hier. lib. 10. in Esai. 35. Psal. 28.

Infra 54.

Cant. 7.

Saron, id est, omnibus diuitijs Iudæi expoliabũtur, & his ditescent gentiles. Omnis candor cultus Dei, omnis Dei cognitio significata in Libano, & Carmelo, & Sarone, quæ Iudæis fuerant prius exhibita, gentibus hodie dantur: hæc Hieronymus. Hæc gentium Ecclesia, quæ nigra erat per naturam, formosa facta est per gratiam, lib. 3. cap. 9. num. 34. lib. 5. cap. 7. num. 3. vsque ad 5. 22. 23. 30. Ecclesia, quæ prius in Iudæis conclusa erat, dilatata est in gentibus valde, libr. 5. cap. 7. nume. 13. 14. 19. 22. & 25. Quæ & in Regina Saba figurata fuit num. 4. ibidem.

Præterea in hac Magorum adoratione, quam hodie celebrat Ecclesia, & in illa, quæ a pastoribus eodem die, quo natus est Christus, facta est, illud est considerandum, quod pastores pauperes claritas Dei, cum primũ natus est Christus, circumfulsit illos; Angelus natum iam saluatorem, in bonumq. ipsorum natum anuntiat; locum natiuitatis exponit; in regione eadem ipsi erant ciuitati Bethlehem quam propinqui, via breuis erat, in qua expensis, & sumptibus pauperculi viri non egebant. Quando (quod credibile non erat) & quæ viderant, & quæ audierant, non veritas, sed diuinatio, vel somnium, aut deliramentum essent hominum stultorum, cum breui spatio peracta esset via, si nihil inuenirẽt in stabulo, possent proculdubio subito remeare ad propria absque iactura honoris, pecuniarum, vitæ, &c. At Magi in regione remotissima Orientis degebant, in Persia, & Chaldæa. Stella illis orta est duobus annis ante infantis Christi natiuitatem, longissimam viam aggressi sunt, mille difficultatibus plenam. Cum enim, comitantibus multis, viam peregerint longissimam itinere annorum duorum, in qua præterquam quod leuitatis notari potuerũt, sumptus ingentes, vitæ periculum, certa illis erant. Stella muta eos ducebat, non Angelus. Locus, præterquam quod remotissimus erat, erat etiam incertus. Regna illis relinquenda erant, patria, consanguinei, deliciæ: cumq. hæc omnia dimitterent, hoc etiam imminebat periculum, vt ab alijs, dilatione hac visa, vsurparetur imperium. Ecce tanta facilitas in pastoribus, tanta difficultas, totq. pericula in Regibus, vt videas quas semper passi sint diuites difficultates ad aggrediendum bonum, cum tamen ad peccata patranda tot, tamq. certæ adsint occasiones. Pauperes autem in regione eadem sunt, vt absque periculis, ac difficultatibus & adeant Dominum, & adorent. Postquam Niniuitæ plebei induti sunt saccis, & fleuerunt, vt Dei indignationem moderarentur, peruenit ad Regem Niniue iræ, & comminationis diuinæ primum verbum. Cum primum Euangelium predicatum fuit Romæ, & Corinthi in tanta gentium, & nobilium, & diuitũ multitudine, cum verbum fecerint Apostoli, & inter eos Paulus miraculis quamplurimis radians, diuina virtute docens cum multos ad fidem pertraxisset, ij plebei extiterunt, dicente Apostolo: Quoniam non multi nobiles inter vos. Sed contemptibiles, & pauperes conuersi sunt ad fidem. Romæ Imperatores Domitianus, Nero, Nerua, alijq. Principes, & potentes in infidelitate manserunt. Diuites, & potentes difficulter audiunt Deũ, illiq. credunt, lib. 2. cap. 15. numer. 41. Quoniam diuitias, mundiq. fastum, & honores pauciss imi sunt, qui contemnant, vt ad Deũ accedant, lib. 2. capit. 20. numer. 9. 11. & 12. Cumq. diuitiarum appetitus ingens vigeat in mundo, diuites, ne diuitias amittant, ad Deum accedere contemnunt, lib. 2. capit. 15. numer. 35. & 62. cap. 17. numer. 1. 10. 11. 20. & 21. cap. 19. numer. 1. & 2. libr. quarto, capit. 28. num. 16. cap. 39. num. 29. & 30. Pauperes autem volũtarij in regione eadem sunt cum Christo paupere, cumq. nec copiam huius sæculi concupiscant, nec inopiam metuant, facile accedunt ad Deum, lib. 4. cap. 28. numer. 14. 15. cap. 38. nume. 3. Vnde iustorum paupertas in hoc solum consistit, hanc solam reputant inopiam, si careant cælestibus bonis, lib. 4. cap. 28. num. 21. & 22. Quapropter pauperes Christiani ditiores sunt omnibus, qui rebus temporalibus fruuntur, illisq. & superiores, & feliciores, lib. 14. cap. 3. num. 3. Vnde, cum primum natus est Christus, pauperes visitauit, consolatus est, natiuitatemq. suã, Angelis clamantibus, patefecit, ipsumq. adorauerunt & facilius, & prius, quam diuites. Paupertas enim, etsi in veteri testamento contemneretur, in nouo multum honoranda est, lib. decimo quarto, cap. 3. num. 22. 26. & 27.

Chrysost. Hieronym. & Augustin. Esai. 60.

Ionæ. 3. Hieronym.

Item in hoc eodem ordine aduerte, quod pauperes pastores tot signis absque vlla, vel modica difficultate in regione eadem degentes adducuntur ad Christum Dominum visendum, & adorandum, Reges autem longissime distantes a Bethlehem paruo signo, multis ijsq. grauibus difficultatibus vrgentibus ingressuris iter, & hoc aggresso, his omnibus contemptis, Deoq. fidentes intrepidi, & alacres ad Dominum adorandum properant: Imperfectis enim difficultates, pericula, & inconuenientia aufert Deus, & blanditijs trahit, dum perspicit eos periculis reuocandos. Vnde & Magorum, & pastorum iter referens Ecclesia in Epistola hodierna, ait: *Filij tui de longe venient, filiæ tuæ de latere surgent:* Vel, vt septuaginta interpretum habet versio: *Super humeros portabuntur*, vel: *Lac sugent*, vt Hieronymus vertit. Filij enim, qui robusti sunt, de longe veniunt, & properant. Filiæ autem, quæ imbecilliores sunt, quæ nondum in virum venere perfectum, lac sugentes diuinis consolationibus ad Deũ veniunt, diuinis eius humeris asportatæ. Iusti Deo obediunt incunctanter in omnibus, lib. 4. cap. 20. num. 17. lib. 14. cap. 17. num. 22. Virtutem operari, quando occasiones ad id

2 *lib. 17. in c. 60. Esai.*

desunt

desunt grandis est meriti, lib. 1. cap. 12. nu. 40. Pro virtute acquirenda labores ferendi sunt, lib. 9. cap. 15. num. 2. lib. 18. cap. 8. num. 8. 9. & 17. cap. 11. num. 4. Virtutem vellent homines, sed absque labore, lib. 14. capit. 19. numer. 21. & 22. Virtutem inchoare nolle propter difficultates, quas habet, aut ab incepta desistere, stultum est, lib. 18. cap. 12. num. 4. Imbecilles trahit Deus super humeros, perfectos autem de longe, lib. 4. cap. 24. numer. 9. & 19. Deus dicitur nubes roris in die messis, quia refrigerat, & eo præsente cuncta floreſcunt, lib. 12. cap. 2. num. 9.

3 *Vidimus stellam eius in Oriente, & uenimus adorare eum.* Considerandum est, quod pastoribus efficacissima media sunt adhibita, quibus ad adorandum Christum traherẽtur, luce sunt perfusi, & claritate Dei; Angelus immo exercitus Angelorum, signis adhibitis, ad rem tam facilem traxerunt: Reges autem in Oriente degentes, nulla audita voce, cum primum viderunt stellam, quæ nouiter a Deo creata natiuitatem prædicebat infantis, statim iter arripuerunt laboriosum maxime: *Vidimus & venimus*, libr. 3. cap. 7. numer. 2. vsque ad 4. Vt intelligas quosdam diuinæ motioni citissime respondere, diuinæq. voluntati obtemperare, alij vero vi compulsi adducuntur ad Deum, qui nisi signa, & prodigia viderint, non credunt. Quidam ad res faciles, & peruias vix adducuntur, alij ad res ingentes leui motu trahuntur. Apostoli, cum primum audierunt Deum hominem dicentem: Sequere me, nullo miraculo viso, quamprimum reliquerunt possessiones, parentes, & omnia, & secuti sunt Dominum. Saulus tunc tractus est ad Deum, quando Christus Dominus e cælo descendit, luceq. ingenti illum circumfulsit, cæcauit, prostrauit, clamauit: Saule, Saule, quid me persequeris? Tunc erexit, & traxit, & dixit: Domine, quid me vis facere? Sic & Magi videntes stellam continuo dixerunt: Hoc signum magni Regis est, eamus, & inquiramus eum.

Ezech. Multi vno verbo, vbi fuerit impetus spiritus, gradiuntur, & volant cum euntibus eunt, & cum eleuatis pariter eleuantur, quia spiritus vitæ est in rotis. Et ducuntur, quocũcumque voluntas dirigentis voluerit, ad vitam religionis angustam, vt humi cubent, carnes non comedant, continuo ieiunent: alij autem, vt vitam ingrediantur mandatorum Dei, facilem, & omnibus peruiam luce de cælo, Angelorum monitione, vix trahuntur. Alij ad grandia feruntur rapide: alij vt minima operentur Dei omnipotentia, impulsu, & miraculis vix transeũt, vsque Bethlehem, vt videant Christum natum, & adorent. Obediendum est statim, & incunctanter Deo præcipienti, lib. 4. cap. 4. nume. 1. vsque ad 3. 14. vsque ad 17. lib. 13. cap. 1. num. 2. 3. & 9. lib. 14. cap. 17. nume. 22. Obediendum est Deo semper, ea enim vera pietas est, quæ præponit diuina humanis, lib. 4. cap. 20. num. 17. cap. 22. num. 45. Dat enim Deus oculos iustis, quibus videant vera bona animæ, lib. 4. cap. 28. numer. 13. Mali vix audiunt Deum, quia in implendis desiderijs carnis toti versantur, anima neglecta, lib. 2. cap. 17. nume. 23. lib. 12 cap. 4. nume. 13. Mundiq. strepitus, qui in illis est, audire non sinit Deum loquẽtem, lib. 4. cap. 27. numer. 6. 8. 10. & 11. Mali Deo nolunt subdi, sed sunt, sicut locustæ absque duce, lib. 10. cap. 4. nu. 1. & 15. Mali equi sunt, & muli, qui chamo, & freno trahendi sunt ad Deum lib. duodecimo, capit. quarto, num. 17.

4 *Intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius.* Totum hoc Euangelium, in quo Magi Reges venerunt a remotissimis Orientis partibus, tribus clauditur partibus, quæ apprime considerandæ sunt. In prima continetur eorum firma, ac determinata voluntas, qua moti sunt, vt relictis proprijs bonis, nouum Regem quærerent, vt adorarent. In secunda parte enarrantur itineris difficultates, ac pericula. In tertia vero locus, & status, in quo repertus est nouus Rex Iudęorum in stabulo ortus, pannis inuolutus, fœno coopertus, & in stabulo iacens, lactãs, & flens, quo viso, eum & adorauerunt, & dona magnifica obtulerunt, & regnum, & diuinitatem infantis obumbrantia. Circa primum, cum hi Magi, sapientes, & Reges in regni administratione, in ferendis legibus, ac iudicanda plebe essent occupati, vt subditorum pax conseruaretur, & bonum publicũ reipublicæ non periclitaretur, cum in via essent perditionis, & mortis, vt cæteri gentiles Deos adorantes subito viderunt stellam in aere conditam, quæ non mouebatur motu circulari, sed recto, nec ab Oriente in Occidentem, sed a Septemtrionali parte orbis in Meridionalem: cum primum hanc viderunt, statim mutati sunt in viros alteros. *Leo serm. 1. huius festi.* Hæc facile in se intuentium oculos, animosque conuertit, dedit aspicientibus intellectum, & quod fecit intelligi, fecit inquiri. Continuo intellexerunt in Iudæa natum nouum Regem Iudæorum, proprijs regnis relictis, eum inquirunt, vt adorent, & munera tribuant, tamquam superiori, & proprio Regi, vt ei obediant, in Regem eligant, illiq. subdantur. Res vsque ad illud tempus nusquam audita, nec visa. Res exemplis plena est, quod ambitione, & cupidine dominandi Reges regnis proprijs relictis, magnis subijciantur periculis. Dominandi enim libido totum orbem inuasit, lib. 1. cap. 20. numer. 8. Vt homines Reges, & acquirant noua regna, & conseruentur in eis, quæ acquisita sunt, nulli parcunt labori. Herodis enim stultitia, quæ in Euangelio hodierno narratur, hæc fuit, vt ad necem properaret & Christi, & Innocentium, cum primum cognouit ortum noui Regis, ad cuius interitum continuo festinauit. Ambitiosi enim vino acti, occupanteq. caput, velut ebrij feruntur, quo vis passionis

sionis eos impulerit. Vnde Iulius Cæsar (iustus alias) Romanorum Imperator ebrius, ac insanus dixit: Si ius violandum est, cupidine dominandi impellente violandum est. Sic amor regni iura omnia naturæ subruit hu-
Iudicũ. 9. manis mentibus indita. Abimelech, cum filius esset ancillæ, & seruus habitus a Hierobaal, vt iudex esset Israelitici populi, septuaginta fratres occidit. Et animaduertit optime Deus, quod super vnum lapidem occisi sunt omnes, nec tantus sanguis fratrum, aut patris dolor moderari valuit animum hominis, qui vino ambitionis potatus, ebrius, ac insensibilis factus nulli legi pepercit, aut iuri. Adonias, & Salomon, cum fratres essent, propter regnum Israel obtinendum, mille subiere discrimina, & multa odia. Absalon contra patrem suum iustum, tamq. illi beneficum coniurauit, vt viuente patre, illum regno pelleret, ipseq. esset Rex. Ambitio enim, crescentibus honoribus, crescit, finemq. nescit, lib. 1. cap. 20. num. 18. & 30. Ambitio frequens malum est, lib. 1. cap. 20. num. 8. vsque ad 28. & 31. Istudq. vitiũ omnia naturæ iura funditus euertit, ibidem nume. 13. & 26. Et si quidem ambitiosi redduntur omnium hominum serui, id facit ambitio, non vt homines seruiant, sed vt imperent, lib. 1. cap. 20. num. 17. 18. & 31. Res est hęc tam certa, vt historijs eam demonstrare necessarium non sit, nec in Regibus, cum in rebus his inferioribus veritatem hanc experientia didicerimus magistra. Filius enim parentem habens nobilitate insignem, virtutibus multis ornatum, prudentia præditum, &c. cuius vitam apprime desiderare deberet ob hæreditatem eius adeundam, si eum non occidit, ipsius mortem, quam frequẽter exoptat, lætaturq. Si igitur hi Reges egressi fuissent, vt aliorum iura inuaderent, & regna suæ tra herent ditioni, non mirarer, cum innumerabilium pene hominum exempla sectati fuissent. At horum hominum factum inuisum semper fuit, sed cum nouus nascitur infans, inter multa nouum hoc operatur super terram mirabile inter omnia dictu. Præterea si fama ad eos perueniens diceret: Nouum apparuisse Regem suis terris iam iam propinquum, in manu potenti, ingentiq. exercitu properantem, qui omnium vicinorum terras absque resistentia inuasisset, non mirarer, nec nouum cuiquam id videretur, cũ antea multo impio Holoferni, Nabuchodonosor duci
Iudith. 3. Cap. 7. mitterent Reges omnes legatos, Principes Syriæ, Libyæ, Mesopotamiæ, Ciliciæ, &c. Cũ enim illius exercitus terram operiret, sicut locustæ, illius fama territi prudenter aiebãt principes: Melius est, vt viuentes seruiamus Nabuchodonosori Regi magno, quam morientes cum interitu nostro ipsi seruitutis nostræ damna patiamur. Tantusq. metus prouincijs illis incubuit, vt vniuersarum vrbium habitatores principes simul cum populis egrederentur ei obuiam, excipientes eum cum coronis. Machabæi tributa præstabant Aegyptijs, Gabaonitæ Iosue. Act in noui Regis ortu nullus auditur exercitus, nulla potentia, pax prædicatur in aere hominibus, non terror exercitus, non gloriosa fama pręliorum hos ad Christum viros a remotis terris attraxit. Iacebat enim in præsepio puer, ortu reçens, exiguus corpore, contemptibilis paupertate, & hunc veniunt adoraturi, talemq. reperientes adorant. Additur his, quod cum animo decreuissent iter tam incertum, nouum, periculisq. plenum aggredi, innumera sese cogitatibus illorum offerrẽt, innumeri sumptus, totum fere regnum nouitate illa turbaretur, cum comitantibus multis, quorum meminit hodierna Epistola, iter hoc agendum esset. Venit Regina Saba, quæ *Esai. 60.* hos præcesserat, audire sapientiã Salomonis, *Aug. ser. 35. de tempore.* visura Regem tam potentem, diuitem, quẽ fama vndique celebrarat, vt ordinem domus suæ contemplaretur, ministrantium apparatum, mensam Regis, & alia, quæ cum videret extra se posita, non habebat vltra spiritum. Aduentus autem Regum horum nec Regis fama celebris efficitur, nec cum eum repererint, inuenient nisi infantulum in præsepio collocatum inter duo animalia, pauperula tantum matre illum & lactante, & fouẽte, & comitante. Fidem Abrahæ maxime ce- *Hebr. 11.* lebrauit Paulus, qui egressus est de terra sua, iubente Deo, nescíens quo iret. Sed audierat: Veni in terram, quam monstrauero tibi, faciamq. te in gentem magnam, ego protector tuus. Sed iste pauper egressus est, vt diteſceret, isti autem, cum diuites essent, nullo compellente, nullaq. promissione illis exhibita, egressi sunt, bonam partem facultatum suarum consumpturi. Cum primum viderunt stellã, nihil aliud expectantes egressi sunt, cum in Hispania ijsdem diebus tres soles apparuisse referat D. Thomas, quibus nul- *3. p. q. 36. ar. 3. ad 3.* lus motus est, rei nouitate perfectæ, vt de ortu Domini vel inquireret, vel cogitaret. In quibus omnibus Magorum amor, fides, desiderium, atque deuotio consideranda sunt, lib. 3. capit. 7. numer. 4. 6. 7. 25. 43. & 44. Circa 5 secundam partem itineris difficultates absque dubio multæ fuere, interq. alias ingens fuit nouum regnum ingredi, cui Tyrannus Rex præpositus erat, dicentes: *Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum? &c. venimus enim adorare eum.* His verbis in regno maxima turbatio secutura erat. Romanorum potentia timenda erat, Herodisq. ambitio. Intelligebant hi, vt sapientes, & experti erant vt Reges, quantorum malorum origo hinc oriri potuisset. Acclamabant puellæ infirmæ Dauid adolescenti quando de Golia mire triumphauit: Percussit Saul mille, & Dauid decem millia. Quibus verbis inconsiderato metu amittendi regni Saul furens, persecutus est Dauidem, non quiescens, nisi eum vita priuaret, cui acclamarant feminæ victoriam. Hi nondum viderant Christum, & iam parati

erant

erant mori pro Christo. In itinere niues, frigora, soles ardentes, omnia stella ducente libenter pertulerunt. Iter deserti a Iudæis aggressum, iubente Deo, celebre effectum est; sed huic comparari non potest, illi enim & egressi sunt de terra, in qua in operibus duris luti, & lateris detinebantur, egressi iubente Deo, miraculis innumeris in Aegypto gestis, rem a Deo dirigi perpendebat. Moyses amicus Dei, immo Angelus iter eorum dirigebat, proficiscebantur, vt Deo pugnante pro ipsis, loco laterum acciperent ciuitates opulentissimas, ac muratas, terram fluentem lac, & mel. At hi Reges, non in operibus laterum occupati, sed in regni gubernatione venerunt, sola stella dirigente, vt Christum Dominum in præsepio adorarent. Discursu temporis fides Christi nati celebrem fecit antrum Bethlehemiticum, nec id miratur Christianus, quod de Paula illustri Romana dictum retulit Hieronymus, quod auro tecta fulgentia informis luti vilitate mutauit; quod filium Toxocium, & filiam Rusinam iacentes in arena, & flentes reliqueret, & nauim ingressa iter arriperet difficultatibus plenum, id facile reddebat, quod dixit: Ego misera, atque peccatrix digna sum iudicata osculari præsepe, in quo Dominus meus paruulus vagijt; orare in spelunca, in qua Virgo puerpera Dominum fudit infantem. Cumq. Paula, filiaq. eius Eustochiũ ad illustrissimam Marcellam Romæ degentem scriberent, vt, Roma relicta, adiret Bethlehem aiebat: Qua voce, quo sermone speluncam tibi possumus Saluatoris exponere? Et illud præsepe, in quo infantulus vagijt, silentio magis, quam infirmo sermone honorandum est. Ecce in hoc paruo terræ foramine cælorum conditor natus est, hic inuolutus pannis, hic visus a pastoribus, hic demonstratus a stella, hic adoratus a Magis. Scribensq. Hieronymus Theodoræ viduæ Hispanæ laudes nobilissimi viri sui Lucini, illud celebrat pro magno quod diem clausit extremum desiderio actus proficiscendi in Bethlehem, vt præsepe adoraret Domini. Et in epistola ad Pammachium generum Paulæ, virumq. Paulinæ, hortatur illum, vt mortua vxore, in Bethlehem proficiscatur, & ait: Nos in ista prouincia, ædificato monasterio, & diuersorio extructo, ne forte in Bethlehem tantis de toto orbe confluentibus hospitium non inueniatur, turbis obruimur Monachorum, vt nec ceptum opus deserere, nec supra vires ferre valeamus. Tantus illo tempore erat concursus populorum ad speluncam Bethlehem, sed fide id gerebatur, labor non tantus erat, &c. Miramur autem modo, quod Reges hi sola visione stellæ moti tale sint iter aggressi, &c. Nec id solum (ecce tertium) sed quod reperientes infantem pannis inuolutum in stabulo eum adorauerunt, vt Regem, immo vt Deum, magnificaq. dona ei obtulerunt. Christo tria munera obtulerunt Magi, in quibus seipsos obtulerunt infanti, lib. 3. cap. 7. numer. 11. & 45. Cumq. offerrent tria dona, aurum, thus, & myrrham, in quibus prouiderent paupertati, & infirmitati infantis, & fœtori stabuli, ibidem numer. 45. nihilominus infantem adorauerunt, coronas de capitibus deponentes, verrunt purpuris, deauratisq. vestibus stabulum, & procidunt, non secus, ac si in throno regio coronatum, & purpura tectum viderent Christum cæli Dominũ, &c. Hos imitari nos debemus, Christumq. natum quærere, ac deuote adorare, lib. 3. cap. 7. nu. 4. & 8. Christo enim offerunt myrrham, qui carnem mortificant, & thus, qui Christo bonus odor sunt, ibidem num. 10. 11. & 45. Procide anima mea ante Domini præsepium, offerq. infanti omnes thesauros animæ tuæ, qui cæteris esse debent clausi, solumq. in eius præsentia patefacti. Ibi in auro renuntia omnes inordinatos affectus diuitiarum; leua tamquam sacrificium thuris mentem in cælum, & in myrrha fiat Domino subiecta mortalitas. Magi vix vnum reperiunt Herodem, qui dicat eis Christum Dominum reperiendum in Bethlehem, idq. post ingentes difficultates perpessas. Nos ducem habemus fidem, solem Christum, prædicatores, hæcq. omnia ad manum confessionibus, ac communionibus. Nõ sit, quæsumus, ianua sponso clausa. Sabinianus Diaconus in Bethlehẽ amatorias litteras virgini dedit, & quia ab illo conteptus videbatur locus, ait Hieron. Infelicissime mortaliũ, tu speluncã illam, in qua filius Dei natus est, turpas? Nec times, ne de præsepi infans vagiat? Ne puerpera virgo te videat? Angeli clamant, pastores currunt, stella desuper rutilat, Magi adorant, Herodes terretur, Hierosolyma cõturbatur. Proh nefas, non possum vltra progredi, prorumpũt lacrymæ antequã verba. Vbi cũ retro ante sæculis Christus in loco illo natus fuisset, ac si tũc vagiret, & pãnis inuolueretur, præsens iudicãdus erat, vt hoc freno Sabinianus a malo arceret se. Et quia id non fecerat, lacrymis perfundebatur Hieronymi facies. Cur miseris his tẽporibus flẽdum maxime non est, vbi nec antrum Christi, nec panni, nec stabulum, aut præsepium, quæ his diebus proponuntur ab Ecclesia, in ullo meliores nos efficiũt? Sed scortationibus, conuiuijs, ludis, &c. vacamus his diebus, nec circumstantia temporis huius sacri amplius nos mouet, quam locus sacer Sabinianum mouisset, vtrique lamentationibus digni, tamquam qui celebrem Christi natiuitatem contempserint.

Hieron. epist. 27.

Epist. 17.

Epist. 29.

Epist. 26.

Hieron. epist. 48.

DOMINICA INFRA Octauas Epiphaniæ.

Euangelium.

Cum factus esset Iesus annorum duodecim. Luc. 2.

1 Dominica infra Octauas Epiphaniæ.

IN hoc Euangelio considerandum est, quibus rationibus motus sit Christus Dominus, vt matrem relinquens illam permiserit tribus diebus tam anxie cruciari, absens ab illo facta, quem tam dulciter diligebat, & a quo tam mirabiliter diligebatur. Licet enim Christus Dominus quotidie maiora exhibere vellet signa amoris, & ad id in templum proficisceretur, vt fons esset iam patens domui Iacob in ablutionem peccatoris, Solq. ille diuinus, qui antea antrum tantum Bethlehem illuminare videbatur, modo templo præsentatus daretur in lucem gentium, vt salus eius esset vsque ad extremum terræ, vt Reges videant, & consurgant Principes, nec expectat iam, vt homines eum quærant, sicut pastores, & Reges in infantia quæsierãt, sed ipse eos sollicitus quærit, vt in brachio suo congreget agnos, & in sinu suo leuet fœtas, & portet. Olim nato Domino, dictum fuerat: Filij tui de longe venient, vtq. venirent stellam misit, quæ eius & nuntiaret aduentum, & locum demonstraret, vt aduentarent homines ad eum adorandum, mille perpessis laboribus, quos iam factus annorum duodecim quærere volebat, vt saluos faceret eos, qui perierant. Sed sicut in societate parentum templum adijt, etiam ijsdem præsentibus, & remanentibus de hominum salute differere potuisset. Multaq. in hoc facto (si leuiter consideretur) inuenies difficilia, & quæ viderentur indigna tãta bonitate, tantaq. dilectione, qua erga Deiparam Mariam affectus erat. Primum in stabulo eum pepererat, & per duodecim annos assidue cum illo conuersata fuerat. Semper illi astitit & in Aegyptum iens, vbi per septẽ continuos annos experta fuerat ineffabilia bona, quæ in animam ipsius redundabant, dum ipsum videret amoris eximij incentiua non modica, quæ a diuina illa pulchritudine oriebantur, quibus incendebatur Deiparæ Virginis sacrum pectus, interna lux, proximi dilectio, cælestia dona, diuina gratia, quæ illi communicabantur Dei assidua præsentia. Diuino hoc afflante spiritu, cogitatus sensati in Virgine cælo continuo erant affixi. Quoniã si a pulchritudine creaturarũ potest creator rerum contueri, quæ sapientia a filij Dei assidua & visione, & collocutione, & amore non procederet? Ab illa pulchritudine, cum qua comparatæ stellæ non sunt mundæ, raperentur mirifice affectus sanctissimæ feminæ, cum eum pãnis inuolueret, illum alloqueretur, indueret, exueretq. paruum, quem ad vbera portabat, cui blandiebatur, cum ipsum Deum, æterniq. Patris filium crederet; hinc prodibat amor, timor excitabatur, reuerentia, religio. Vnde certo constat infantis absentiã grandes cruciatus in animo Virginis generasse, quos filius certo futuros præuidebat, quibus & prouidere amore filiali debuisset. In omnibus hominibus alijs multa erant, quæ retardare poterant desiderium videndi Saluatorem, peccata, scilicet, venialia, quæ licet non auferãt charitatem, extingunt illius feruorem, inclinationes malæ, fomes peccati, amor diuitiarum, vxoris, viri, filiorum, &c. At cum in Virgine nullum horũ reperiretur, sed pectus cœleste ipsius diuino filij cõsecratũ amori anxie eius absentia cruciaretur. Ionathas cum Dauid breui tempore amicabiliter conuersatus est, sicq. conglutinata est anima Ionathæ animæ Dauid, & dilexit eũ Ionathas, quasi animam suam. Nam expoliauit se Ionathas tunica, qua erat indutus, & dedit eã Dauid, & reliqua vestimenta sua, quapropter cum, Saul rege compellente, Dauid discedere debuisset ab amico, osculantes se alterutrum fleuerunt pariter. At Mariæ, cuius anima maxime conglutinata erat animæ filij sui, cuius discessus incognitus illi fuit, cuius absentia hospitè (vt aiunt) insalutato cõtigit, cruciatus inenarrabilis fuit. Christus Dominus tanto cuiusuis hominis (etiam peccatoris) desiderio tenebatur, ac ferebatur amore, vt ouiculam perditam & quæreret, & inuentam gaudens super humeros ad caulas reportaret. In osculaq. & amplexus rueret filij prodigi, qui vile mancipium effectus, sordidisq. vestibus indutus, ac vilibus horrori cunctis esset. Animæq. fœtidæ, cũ in sanguine suo volutaretur sordibus plena, dixit: Viue, & eam omnibus bonis indignam & cõsolatus est, & mundauit, & coronauit, sibiq. in sponsam sociauit. Et illam, quæ fornicata fuerat cum amatoribus multis, quæ antea vxor eius misericorditer effecta fuerat, iterũ in domum recepit, quod vilis homo sic contemptus, & iniuria tam graui affectus facere non soleret. Cũ hæc ita contingant, Dei pectore ad id ipsum quodãmodo cogente, modo Deiparã relinquit innumeris virtutibus plenam, pulcherrimam super omnes mulieres, ab illa recedens tristitia consumi permittit. Auget etiã huius rei admirationem, si consideret homo, quo tempore id factum fuerit a Christo Domino, quãdo, scilicet actu ipsa diuino seruitio in his, quæ Dei cultum concernebant, vacabat, quando templũ adibat, vt per virtutem religionis & Deo gratias ageret, ipsiusq. beneficia perpenderet, ipsiq. tamquam omnium bonorum auctori sese denuo & consecraret, & offerret. In tempore hoc matrem contristare, ab ipsa discedere,

1. Reg. 18.

1. Reg. 20.

Ezec. 16.

Hiere. 3.

cur mirum non videatur? Maxime cum tam certo sit cognitus amor, qui patribus debetur, reuerentia & subiectio lib. 6.c.8. nu.5. vbi docetur, quod filij parentibus non obedientes acriter puniuntur; & quod filij iusti summopere obedierint semper parentibus, ibidem nu. 7.8.&13. & quod filij obedire debent parentibus, etiam in rebus difficilibus
2 prompto animo, lib.13.c.1.nu.12.Præterea si beata Virgo talis extitisset, cui ea, quæ consona erant voluntati filij, non placerent,non mirum, si res hęc tam Deo placens illi non cõmunicaretur; sed cum voluntas eius a filij voluntate semper penderet, in omnibusque, maxime autem in his,quæ concernunt hominum salutem, illi semper fuerit subdita, subderetur etiã gaudens Christo Domino, quãdo vt mundi consuleret bono,ad tẽpus ab ipsa recedere voluisset. His non obstantibus, multa sunt, quæ Christum Dominum mouere potuerunt, vt inconsultis parentibus, remaneret in Hierusalem, in his quæ erant patris sui, licet amor sincerus Virginis id faceret, vt in matre, & filio idem esset velle, & idem nolle. Primum,vt intelligas inter eas res,quæ hominibus accidere possunt, in adolescentia ex vna parte tantæ virtutis, ac meriti,de quarum bonitate dubitari nullus possit, & ex altera,quæ cõmuniter a parentibus animo tristi, & ægre recipiantur, ita vt maximæ sit prudentiæ, si cum parentibus non conferantur, vtpote cum probabiliter timendum sit (licet in Virgine id non accideret) impedimentum, quod a parentibus venire possit in his,quæ maxime concernunt filiorum bonũ, eorumque felicitatẽ. Filius a parente sic pendere debet, vt radius a sole, riuulus a fonte, ramus ab arbore, illi adhærens per reuerentiam, & delectionem, alias hoc nomine indignus est. Sicut Cham qui discooperuit verenda patris sui ebrij, quo facto leuitatis huius
Genes.9. pœnas luit ipse, luerunt & sui, sicut Sem & Iapheth benedicti fuere,quia nuditati patris cõtinuo prouidere curarunt. Vnde aiebat Sa-
Prou. 30. piens: Oculum, qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris suæ, effodiant eum corui de torrẽte, & filij aquilæ comedant eũ. Voluntas patris voluntas sit filij, vt in voluntatem consulentes patris operentur, quæ gerenda sunt, quando diuinæ illa concordauerit. Quãdo Domini causa parẽti non placuerit, iste relinquendus est, vt obediatur Deus. Quoniam inimici hominis domestici eius. Vocauit adolescentem Dominus, & respondit: Sine vt sepeliam prius patrem meum. Et au-
Lib. 1. de Sacerdotio. diuit: Sine mortuos sepelire mortuos suos,& veni sequere me. Narrat Chrysostomus eleganter quæ mater illi retulit,vt eum a monastico proposito reuocaret,quousque illa e viuis discederet, quæ cum referret Basilio,dicit: Hæc, & ijs longe plura matris ad me monita erant, quæ cum amico illi vere magnanimo recitassem, tantum abfuit, vt ijs ipse moueretur, vt acrius etiam instaret eadẽ a me, quæ & antea eflagitans. Cumque differrem propositũ,assiduis me vrgebat precibus,magnum reputans inconueniens,quod Chrysostomus precibus matris,& senis, & viduæ detineretur in sæculo. Si mater similis fuerit sanctæ feminæ Machabeæ, quæ filios suos in agone constitutos tam vehementer, & efficaciter animabat ad martyrium, aut pater iam iam morti proximus zelum habens
1.Mac.1. Matatiæ dixerit: Filij æmulatores estote legis, & date animas vestras pro testamento patrum, & accipietis gloriam æternam: qui tales fuerint,audiendi sunt, reijciendi autẽ si mater tua fuerit, qualis & Chrysostomi erat, & pater, vt te a bono reuocent,audiendi non sunt,sed illis relictis, dicendum quod beatus Frãciscus dixerat patri: Vsque modo te vocaui patrẽ super terrã,sed iam te relicto,cum virtuti mihi sis impedimento dicam Deo:Pater noster,qui es in cælis. Vide lib.6.c.8.nu.1. vsque ad 4. in quibus docetur, quod parentes blandientes filijs, ne religionem ingrediantur, audiendi non sunt. Filij honorem, & obedientiam quando, & quomodo exhibere parentibus debeant,lib.6.ca.8.nu.1.vsque ad finem capitis. Parentes diligendi, sed ordinate, præponendo illis Deum,lib.1.cap.11. num.9.cap.16.num.17.lib.3.cap.9.nu.41. Patres calcandi, si id necessarium sit, vt ad Christum confugiamus, lib.2.cap.5.nume.9. 10.15.& 16. lib.6.cap.8.num.1. vsque ad 4.13. & 14. Vnde Christus Dominus, irrequisita voluntate parentum, remansit in Hierusalem, vt doceat in rebus diuinam voluntatem concernentibus consensum parẽtum non requirendum. Et quia in cæteris ipsis obedire debet homo, descendit in Nazareth, & erat subditus illis.

3 Præterea dum matrem ad horã relinquere voluit tristem Christus Dominus, docuit in bonum iustorum plerumq. diuinas subtrahi consolationes: Filij enim, dum infantes sunt, lacte nutriuntur, tamquã esca ipsis accommodata,solido autem cibo, cum creuerint, sic & iusti, dum imperfecti sunt, consolationibus conseruantur in bono, quæ Sanctis ad horam subtrahuntur; sicut quondam Iudæos,cum primũ ab Aegypto egressi sunt, circumduxit, & custodiuit quasi pupillã oculi sui, sicut aquila super eos volitans, cumq. Philistæa Aegypto esset propinqua, ab illa deuiantes per desertum (Aug.) perrexerunt nondum habiles ad pugnam, sed qui manna nutrirentur. Cũ vero per multos annos iter egerunt, iam arma capere iubebãtur. Quod & similiter cõtingit in his, qui in virtute non profecerunt,secus autem, cum iam perfecti sint. In libro Canticorũ sponsa, quæ nondum ad id perfectionis peruenerat,desiderabat,sitiebatq. præsentiam sponsi clamans: Veni dilecte mi, &c. ostende mihi faciem tuam. Adiuro vos filiæ Hierusalem, si inueneritis dilectum, vt nuntietis ei, quia amore langueo, & nec per horam ab eius præsentia

Aug. tract. de scala Paradisi.

Augustin. Deut. 32.

Cant.3.&5.

valeo

valeo separari. Tenui eum nec dimittam. At cum iam ipsius præsentia, osculis, & cõuersatione multum profecit, iam ait: Fuge dilecte mi, assimilare capreæ super montes aromatum. Cum ergo Beata Virgo plena esset virtutibus, quas perfectissimas possidebat, hac examinatur tribulatione, vt per eã maiores gigneret profectus, cui licet filij
Eccl. 3. præsentia esset iucundior, absentia erat vtilior. Tempus pacis, & tempus belli, tempus amplexandi, & tempus cessandi ab amplexibus, tempus flendi, & tempus ridendi alternatis vicibus contingit. Oscula,amplexus,& risus, dum virtus imperfecta, ab his ad tempus cessatur, cum iam virtus matura fuerit. Deus absens, & prẽsens vtrumque in bonum ordinat electorum, lib. 1. cap.7. nu.26. Deus in bonum electorum, & visitat, & deserit eos lib.2.cap.11.num.3.lib.4. cap.19. numer.15. cap.21.num.1.2.4.6. vsque ad 9.cap.29.nu.6. Deus in ira declinat a peccatoribus, a iustis autem ex misericordia, lib.4.cap.19.numer. 15.ca.29 num.6.Deus non derelinquit homines in interiori homine, licet in exteriori ad tempus relinquere videatur,libr.4. capit. 20. num.3.15.cap.21.num.10.Iusti visitantur, & deserũtur vicissim a Deo in ipsorum bonum lib.2.cap.11.num.3.& 31.lib.4.cap.19.nu.15, cap.21.num.1.lib.7.cap.3. num.15.

4 Præterea Christus Dominus remanens in Hierusalem docturus homines id potissimũ addiscere nos voluit, quanto nos prosequeretur amore, quantumq. Ecclesiã diligeret, licet tunc & mille imperfectionibus & malis
Ephes.5. esset plena. Cum Paulus retulisset productionem Euæ ab Adam, ex cuius costa, ipso dormiente,formauerat illam Deus, quam contemplatus cũ a somno euigilaret, dixit: Hoc nũc os ex ossibus meis,& caro de carne mea, propter hanc relinquet homo patrem, & matrẽ, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Cum historiam hanc memorasset Apostolus, intulit: Sacramentum hoc magnum est, ego autẽ dico in Christo, & in Ecclesia, id est, factum hoc figura, & præsagiũ fuit eximiæ dilectionis Christi erga Ecclesiã suam, propter quam patrem, & matrem relicturus erat, quando hominum aut necessitas, aut vtilitas id postularet. Cumq. ineffabili amore matrem suam prosequeretur,quo non obstante ab illa recesserit,docere nos voluit, dulciter abesse a re tam sibi grata, qualis erat præsentia Mariæ, propter hominum bonum. Astabat Deus continuo matri suæ, a qua nusquam recesserat, quam contemplabatur, & in ipsa gratiam ingentem, mille bona, actus virtutum tales, propter quos semper ad maiorem gloriam, & ad nouam gratiam acceptaretur, de qua aiebat: Vna est columba mea formosa mea, electa,genitrici suæ. Vulneratum se fatebatur in vno oculorum suorum, & in vno crine colli sui, & talis
2.Reg.3. talem relinquit, quando hominum necessitas ad postulat. Et vt,quondam Salomon Iudæos terruerat,qui cum duodecim esset annorum, tanta sapientia pollebat, vt in causa duarũ mulierum,quarum vnius infans necatus fuerat, mirabile protulerit iudicium, quo certo intellexit populus & sapientiã Regis pueri, diuinamq. assistentiam. Sic cum Dominus meus duodecim asset annorum in medio Doctorum sic claruit, vt stuperent omnes eũ audientes super doctrina, & responsis eius, cum iudicium protulit in his, quæ hominum salutem concernebant. Christus amore vxoris suæ Ecclesiæ parentes reliquit, lib. 6. c.8. num.12. Amor Dei probatur ex ardenti desiderio benefaciendi amplius, quam homo velit, lib.1.cap.6.num.9. Amor Dei ad homines maior est, quam amor parentũ ad filios,ibid. num.16.& 30. Amor Dei est in causa, vt profectus nostros & curet,& vocet suos, sicut his dicitur occupari in his, quæ sunt patris sui, cum nostra illa sint, quæ nostram concernunt salutem, lib.1. ca.6.nu.21. Iste amor Dei superat omnem hominũ amorem, ideoq. dicitur ambulare super omnes pennas ventorum,ibidem nu.26.Quem amorem vt ostẽdat Deus, dicitur extensas habere manus,vt benefaciat, lib.4.cap.7.num.12.& 19. Amor Dei ostenditur, dum ardenter sitit hominum salutem, quando illi pretium eius cogitant repellere, lib.4.cap.23.num.9.& 10. Deus effundere cupit suam misericordiam, sicut parturiens enititur emittere fœtum, li.4. cap.7. num.9.& 19.cuius misericordia tam ingis est in homines, sicut protectio terræ a cælo, ibi. num. 24.

Hieron. ad Rust.

Cum factus esset Iesus annorum duodecim,&c. In 5
eo, quod Christus a parentibus simul ductus est in Ierusalem, qui alieno non indigebat magisterio, paratum est exemplum parentibus castæ educationis; nempe quod oporteat parentes filios ab ipsis (vt aiunt) incunabilis arcere ab omni lasciuia, sanctisq. moribus, ac pietatis studijs assuefacere, idq. non verbis tantum agere debent, sed & exemplis, sicut ascendentibus parentibus Christi, vt festis diebus Deo astarent in templo, gratias agerent, &c. ascendit & Dominus cum eis.Filij minus rectam educationem omnium malorum causam aiebant Sancti, lib. sexto, cap. sexto, num.6.17.vsque ad 19. Filij diligenter instituendi sunt, quia iuuentus fera pessima est, equusq. indomitus, ibidem num. decimotertio. Hi enim si in exordio non recte educentur, discursu temporis, mala consuetudine inualescente, ad bonum flecti non possunt,ibidem numer.19.22.& 27. Parentes sollicite prouidere debent, vt filij non peccent, sed virtutibus sint dediti exẽplo Iob, ibidem numer. primo,vsque ad 3.7. 14. 18. vsque 21.& 33. Parentes taxantur, qui filios ab incunabulis non erudiunt, & corripiunt eorum male acta, ibidem numer. secundo, vsque ad septimum, vndecimo vsque ad decimum nonum. Parentes bene educantes filios suos magnũ thesaurũ habẽt

in cælo, ibidem numer. 3.14.17.18.20. & 21. Parentes eruditant filios, eosq. tradant Deo, quam primum per ætatem licuerit, ibidem nu. 14.24. vsque ad 28. Parentes exemplis potius, quam verbis ad bonum instruere debēt filios, num. 24. vsque ad 26. Parentum enim exempla mala filijs exhibita horū perditionis sunt causa, num. 18. vsque ad 20. & 24.

6 Ascenderunt parentes Christi secundū cōsuetudinem diei festi, quorum exemplo dies festi colendi sunt Iudæorum non carnaliter, cū hi ritus sicut & cætera cæremonialia præcepta Iudæorum iam per Christū Dominum fuerint abolita, sed spiritualiter. Quarū ordo, & ritus narrantur, vt ex ipsis colligamus qualiter vnusquisque ex suis actibus sanctis Deo festiuitatem paret, lib. 6. cap. 2. nu. 4. vsque ad 10. Festiuitatem Sabbati Iudæorum spiritualiter celebrat Christianus, qui nihil mundanū gerit, & rebus spiritualibus vacat, ibid. num. 5. vsque ad 7. 12. 13. & 15. Festiuitatem vero Neomeniæ, id est, nouæ Lunæ cum & coniungitur Christo, veteremq. hominem deponit, nu. 7. 8. Festiuitatem vero Agni Paschalis, & Paschæ agit, qui māducat corpus, & sanguinem Christi, nu. 8. Festiuitatem Azimorum, qui exterminat fermentum malitiæ ab anima sua, nu. 8 & 9. Festiuitatem Nouorum celebrat Christianus, qui in spiritu seminat, vt de spiritu metat & vitam æternam num. 9. Festiuitas, quæ dicitur memoria tubarum, tunc agitur, quando quis in lege Domini meditatur die, ac nocte num. 10. Illa autem festiuitas, quæ fiebat, quando Iudæi affligebāt animas suas decima die mēsis septimi, celebratur modo, cum affligimus nos, ibidem. Festiuitatem autem Scenophegiæ tunc peragit homo, dū in tabernaculis habitat in hac vita futuram inquirens ciuitatem, num. 10. 16. & 17. Festiuitates, dum viuimus imperfecte celebramus in terra, quas perfecte celebrabimus in cælo, ibid. num. 10. lib. 7. c. 3. num. 7. & 8.

Nesciebatis quia in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse? In quibus verbis aduertendum est illa dici a Christo Domino patris sui propria, quæ concernunt tractationem sacrarum litterarum, expositionem scripturæ, illius intelligentiā, in qua tamquā in opere Dei proprio (cuius sunt propria omnia) sibiq. specialiter appropriato versari debent homines, eā audire, & intelligere, vt bene viuant. sacra scriptura mensa fuit Israeli, in qua verbo Dei pascebatur, lib. 16. c. 4. nu. 1. lib. 18. c. 2. nu. 32. Sacra scriptura medicina est omnibus morbis accommodata, si suam homo explicet ægritudinem, lib. 16. c. 4. nu. 3. vsque ad 5. Sacra scriptura non solum audienda est in Ecclesia, sed & domi legēda propter commoda multa, quæ inde reportat homo, ibid. num. 4. 5. 7. 11. ca. 10. nu. 40. Sacram enim lectionem audientes ad nundinas accedimus, vt inde diuites in domum reuertamur, ibid. num. 5. Cuius lectione magis indigent seculares negotijs implicati, quam religiosi, & Sacerdotes, ne quis putet huic vacare debere Ecclesiasticos, non sæculares, num. 7. vsque ad 11. Cum enim sacræ scripturæ sint Christianæ artis instrumenta, dimittenda non sunt, sicut nec mechanicæ artis instrumenta, quibus sartor, aut sutor se, & filios alunt, num. 8. 9. & 11. Sacrarum litterarum desiderio laudatur multum Lucinius Hispanus, qui misit in Bethlehem sex notarios, qui dictata ab Hieronymo codicibus exciperent, cum ipse esset & nobilis, diues, & coniungatus, nu. 12. Sacrarūq. litterarum desiderio Fabiola a Roma in Iudæam venit, vt edoceretur ab Hieronymo, nu. 13. Eodemq. tenebantur Heldibia, & Algasia, nu. 17. laudanturq. ab Hieronymo. Sacras scripturas discere debemus, consulereq. viros doctos, vt exemplo nobis sit Christus, qui Doctores & audiebat, & interrogabat. Sancta enim rusticitas sibi soli prodest, num. 15. & 16.

Cornelius Iansenius in concordiæ Euangelica.

Et venit in Nazareth, & erat subditus illis. Christus Dominus subditus fuit parentibus, vt doceat propriam fugere voluntatem, quæ lepra est pessima, lib. 3. cap. 8. num. 13. Vnde Christus Dominus dilectus est, qui pascitur inter lilia, Mariam scilicet, & Ioseph quibus subdebatur, lib. 11. cap. 6. nu. 103. Ipse enim perfectæ obedientiæ in nobis fuit forma libr. 18. cap. 17. num. 11. Quo facto edocet Christus Dominus reuerentiam, & obedientiam, quā filij exhibere debent parentibus, lib. 6. cap. 8. num. 10. & 11. Vbi docetur, quod propter pietatem, & reuerentiam, quam filij exhibere debent parentibus, non licebat filijs Romæ balnea ingredi simul cum parentibus. Obedientiæ perfectissima forma Christus, lib. 13. cap. 1. num. 15. 16. & 29. Obedientiam didicisse Christum, ait Paulus, in suo corpore ex his, quæ passus est in capite, lib. 18. cap. 19. nu. 11. Parentibus pietatem debitam bruta animantia ostendunt, lib. 6. cap. 8. nume. 9. Quapropter parentum benedictiones, vel maledictiones ratas habebat Deus, vt amore, vel timore acti filij reuerentiam, & pietatem illis exhiberent, ibidem nu. 11. Vnde sicut parentibus incumbit lacrymis, alijsq. medijs prouidere remedio filiorum, cum mali sunt, lib. 10. cap. 2. nu. 13. sic filijs incumbit obedire parentibus, præterquam in causa religionis, vt supra dicebamus, lib. 3. cap. 9. nu. 41. lib. 6. cap. octauo, num. primo, vsque ad finem capitis. 7

Iesus proficiebat sapiētia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines. Qui plenus erat gratia, & sapientia proficiebat actibus sapientiæ procedendo de sapientibus actibus ad sapientiores. Idemque sensus est de profectu gratiæ, apud Deum, & homines, quoniam erat in veritate progressus ad ampliora merita apud Deum, & apparebant apud homines. Vel profeciſſe dicitur, quia sapientiam suam, & gratiam magis, ac magis declarauerit, & declarando magis, ac magis habitus 8 *Caiet.*

sit

Cornelius Iansenius.

sit ab hominibus profeciſſe. Cū Christus Dominus crescceret ætate, simul crescebat & gratia, cum homines, qui a Christo Christiani dicuntur, cum crescit ætas, crescit ambitio, turpitudo, auaritia inundant, & crescunt cū illo omnia mala. Cumq. Christus Dominus imitandus sit, vt virtutes nostræ Deo sint gratæ, lib. 3. cap. 8. num. 11. vsque ad 13. 22. cap. 9. num. 49. ad id enim Christi gesta, vita, & mors consideranda sunt semper, lib. 3. cap. 8. numer. 21. cap. 10. num. 75. christiani tam perdite viuentes multi sunt, qui & arcēt infideles a fide, lib. 3. cap. 15. nu. 11. 12. & 15. Christiani totam vitam transigant bene viuendo, libr. 3. cap. 16. numer. 4. Et quia proficere semper debent, eorum vita similis esse debet certantibus in stadio, ibidem nu. 5. Est enim Christus caput, quod in omnibus sequi debent membra, ibid. num. 15. In virtute proficiendum semper ita, vt virtute habita, nullus contentus sit, lib. 5. cap. 8. numer. 3. lib. 9. cap. 22. num. 10. 12. 13. 21. vsque ad 23. 26. vsque ad 34. lib. 14. cap. 24. num. 6. lib. 18. cap. 8. num. 1. 12. vsque ad 18. cap. 9. numer. 8. Christus enim habitat in nobis, & proficit, si veterem hominem deponimus, ac in virtute proficimus, libr. 3. cap. 5. num. 2. 3. & 6. cap. 6. num. 7. Et sicut Christus formatur in hominibus, qui recte viuunt, lib. 3. cap. 8. num. 7. sic dicitur nardus, myrrha, & cyperus iustis secundum varium statum virtutis, lib. 3. ca. 9. num. 1. & 2. Proficere autem dicitur Dominus primum apud Deum deinde apud homines, vt in libris Regum dicitur de Samuele. Quo facto intelligere debes, quod prius prouidenda sunt bona coram Deo, secundo coram hominibus: cumq. vtrūque sit necessarium, hoc ordine virtus operanda est ab homine, vt virtus eius Deo sit probata, in cuius oculis recte viuere debent, & post in cōspectu hominum recte operari. Exemplo suo docere vnusquisque debet fratrem, quæ oportet illum facere, lib. 16. cap. 8. num. 27. Iusti enim in Ecclesijs benedicunt Deum, cum sic viuunt, vt compositis moribus illorum vitijs Deus benedicatur, lib. 3. cap. 16. num. 13. Propter quam rationem afferre dicuntur Deo gloriam, & honorem, sicut iniusti inhonorationem, cap 12. num. 5. vsque ad 7. Sancti vestimenta sunt Dei bonis odoribus referta, li. 16. cap. 7. num. 18. In virtute tunc est color, quando pura est conscientia, odor autem, quando bona est opinio, lib. 12. ca. 1. num. 12. Primum in interiori homine quærenda virtus, post cura habenda est de bono nomine, lib. 18. c. 10. nu. 5. 6. 26. 33. & 34. Virtus quanto interius roboratur magis, eo bona exteriora multiplicantur amplius, lib. eodem nu. 23. 33. & 34. In virtute, vt Deo sit probata, actus interni, & externi coniungi debent, lib. 18. cap. 10. nu. 33. & 34.

1. Reg. 2.

IN OCTAVA EPIPHANIAE.

Euangelium.

Secundum morem Dominicanum.

Venit Iesus a Galilæa in Iordanem ad Ioannē, vt baptizaretur ab eo. Matth. 3.

CHRISTVS Dominus, qui per annos fere triginta in Nazareth mā serat tacens, cum iam tēpus instaret, in quo verbum Dei prædicās, & saluti hominū prouidens, vt verum Dei cultum in terra cōfirmaret, li. 3. c. 8. n. 5. & 9. venit a Gallilæa in Iordanē ad Ioannē, vt baptizaretur ab eo. Vtq. ad opus tam eximiū, cognita sanctitatis eius qualitate, conueniētius egrederetur, disponente Deo, vt in ore duorum testium omni acceptione maiorum stet omne verbū, Pater, aperto cælo, & astāte Spiritu sancto in columbæ specie, vocat *eum filium dilectum in quo complacuit mihi.* Et quia in terra nullus surrexerat maior Ioāne Baptista, qui venerat (licet ipse non esset lux) vt testimoniū perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum, inchoaturus Dominus mundi cōuersionem vtroque testimonio eius sanctitas, & excellentia' aperitur. Idq. cū ad aquas Baptismi properasset Christus, in quibus audiuit vocem de cælo. Quoniam sicut olim locutus est Deus Ezechieli iuxta fluuium Chobar, & Danieli ad aquas, quia diuina beneficia in aqua Baptismi ad homines essent ventura, sicut in Genesi creaturæ, quæ primum habuerunt spiritum vitæ, ab aquis egressæ sunt. Et non casu, sed Deo ita disponente, vxores Patriarcharum inuentæ sunt ad aquas. Rebecca ad puteum venit, & ibi intexuit Abrahæ seruus, quod futura esset vxor Isaac. Rachelem & inuenit, & adamauit Iacob inuētā ad aquas. Et Sephora, quę Moysi inclyto duci cōiūcta est, ad puteum reperitur, vt intelligas, quod Christus Dominus ad aquam Baptismi, ad quod venit, inuenturus erat Ecclesiam. Vnde Christus Dominus figuratus fuit in sale, quo Elisæus aquas steriles sanauit: quia veniens ad Baptismum vim regeneratiuam aquis contulit, sanauitq. gentium infæcunditatem, lib. 3. ca. 5. nu. 58. & 85. Ioannes Baptista est & baptizans, & prædicans Baptismum pœnitentiæ; illic & Deus maiestatis intonuit, cum vox patris audita est: *Hic est filius meus dilectus.* Ibi fuit vox Domini in virtute auferens infirmitates populi per Baptismū pœnitentiæ, & vox Domini in magnificentia, quādo de Christo Domino magnifica sunt dicta. Prædicāteq. Ioanne, fuit vox Domini super aquas. Mare rubrum figura Baptismi fuit. Sicut enim illud separat a

1 *In Octauæ Epiphaniæ.*

Cornelius Iansenius.

Hiero. lib. 1. in Ezechi. 1.

Aug. ser. 80. de tempore.

Exod. 2.

Basil. in Psal. 26. hom. 6.

Basil. lib. de SS. c. 14.

Pharaone, sic & Baptismus a diaboli tyrannide; illud quidem occidit hostē in sese; moritur & hic inimicitia, quæ nobis fuit cum Deo. Ab illo populus exijt illæsus, ascendimus nos ab aquis, tamquam ex mortuis vi-
Origen. ho. 1. in Ezech. ui. Et vt olim Ezechiel, cum apud Babylonios in medio degeret captiuorum, cęlos vidit apertos, infra labores, sursum delicias: Et factum est in trigesimo anno, cum essem in medio captiuorum iuxta fluuium Chobar, aperti sunt cæli, & vidi visiones Dei. Christus Dominus annorum triginta iuxta fluuiū Chobar cælos vidit apertos.

2 *Venit Iesus a Galilæa, &c.* Egressus Ioannes Baptista a deserto, vbi inter bestias gelu, & ardoribus solis cruciatus tot annis vitā egerat vix humanam, cilicio indutus, & cinctus, dū Baptismū prædicaret, totus mundus post illum ibat, depopulabantur vrbes, & exibat ad eum omnis Hierosolyma, & omnis Iudęæ regio, & Ecclesiastici, & sæculares, nobiles, & plebei, vt in conspectu omnium nudi mergerentur in aqua, & baptizarentur, publice profitētes se peccatores esse, illoq. indigere remedio. Cumq. Dominus esset in Nazareth, egressus est, *& uenit ut baptizaretur a Ioanne*. In quibus grandes prospicis laudes Ioānis, quas aperte conijcere debet, qui conspicit illum & baptizantem, & vita inculpabili, conuertens corda patrum in filios, reducens eos ad prudentiam iustorum, & efficacissimis verbis, & exēplis auaros, turpes, ambitiosos, &c. simules efficeret sanctissimis patribus Patriarchis, ac Prophetis. Potens efficere vt milites, ca nsores, & illi, qui genimina erāt viperarū, profiterētur publice peccata sua. In qua re & mira laus Ioannis continetur, & maxima nostra ad ipsum obligatio. Ioannes in vtero matris sanc Catus semper crescebat in spiritu, lib. 9. cap. 8. 1. num. 2. Qui & confusio est omnium in noua lege viuentium, ibi. nu. 4. & 17. Inimitabilis erat omniumq. vitam apparere faciebat culpabilē, nu. 5. & 17. Sed in hoc cōmendandus maxime, quod cū illius amor, & deuotio ad Christum esset mirabilis, ibi. nu. 8. 17. & 18. propter opus Domini natus, & defunctus, nu. 11. cum esset magnus coram Domino, venit in spiritu, & virtute Eliæ, vt per Baptismum viam nobis aperiret salutis, nu. 13. Cumq. ardere, & lucere magna sit ipsius perfectio, nu. 15. vsque ad 18. ardens sibi consulebat, & lucens nobis, immo ardens, & lucens noster erat. Vnde cū dederit scientiam salutis nobis, sicut Dominus daturus erat salutem, maxime illi obligantur homines, nu. 18. & 20. Vnde inter nouem priuilegia, quæ de Ioanne retulit Bernardus, priuilegium baptizādi summe vtile hominibus fuit, ibid. nu. 19. & 20. Quapropter cum mille titulis honorari, & vocari posset Ioānes, virgo, martyr, pœnitens, immo Angelus, his oblitis, ab Ecclesia nomen accipit Baptistæ, tāquam nomen & cæteris illustrius, & nobis vtilius. Sanctificatio enim tā copiosa in vtero matris, vsus rationis præuentio, austeritas victus, & vestitus, societas ferarum in deserto, sua erant bona, nostra autem quod exijt baptizare. Vbi Dominus instituit Sacramen *S. Thom.* tum Baptismi (sine quo impossibilis esset salus) aquasq. sanctificauit, vt tactæ ab ipso corpus tangant, & cor abluant. Et sicut in Indorum nauigatione tanta debentur viro illi, qui nauigationem inuenit Indiarum, vnde tot asportantur bona ad nos, ita etsi Baptismus Ioannis non sanctificaret animas, at in illo remissio culparū cæpit intelligi, incepta est nauigatio cælestium Indiarū, vnde venit ad nos omne datum optimum. Merito ergo hoc titulo tanti viri laudes continentur. Sed quia stupendum Christi factum tale est, dum illud animaduertimus, vt veluti conijcientes oculos in solem hunc meridianum alia lumina, & paruipendantur, & cessent.

In quo facta tria sunt grandi considera- 3
tione digna; Substantia rei tam nouæ, & tam mirabilis; secundo, quæ Christum Dominum mouere potuerūt, vt opus aggrederetur tam nouum; & tertio dignum esse diuina iustitia, & prouidentia illorum iustitiam commendare, qui ipsius causa humiliantur, cuius rei gratia scinditur cælum, descendit Spiritus sanctus in columbæ specie, auditurq. vox Patris docentis Baptizati maiestatem. Circa primum Augustinus rem hanc per- *Aug. serm. 37. de tempore* pendens, & Christum in ripis Iordanis baptizatum, maxime ponderat Christi Domini humilitatē, quia inter illos, qui a Ioanne dicti sunt viperarū genimina, fures, milites, &c. venerit baptizandus ille cælestium virtutum Dominus, ille qui respicit terram, & facit eā tremere. Sic implet omnem, iustitiā, id est, propositū, quod suscepit humilitatis, implere decet. Aperiunturq. cæli, vt omnes Angelorum chori paueant videntes Dominum Sabaoth in fluuio a Ioanne mergi, & baptizari. Quoniam licet Christi gloriam solus Pater cognoscere perfecte possit, lib. 3. cap. 9. nu. 6. sed tamen id mirari satis nullus potest, nec hominum, nec Angelorum, quod Christus cū venerit ad baptismum in Iordane, ac si homo esset peccator apparuit, licentiam præbens toti plebi, quæ eum videbat nudari, & baptizari, vt eum iudicaret cæteris illic existentibus similem in vita, & conuersatione, quam crederent talem, vt lotione animæ ipsius sordes egerent. Miranda res, quoniam si consideres naturam diuinam intra corpusculum illud nudum latitantem, inuenies illum hominem esse Deum, & talem, cui diuinæ applaudant personæ in Iordane apparentes, tamquā illis æqualis, ille baptizatur, in conspectu cuius cæli non sunt mundi, nec stellæ, quanto magis, hi qui domos habitāt luteas? Omnes *Iob* gentes quasi gutta situlæ, & quasi momētum *Esa.* stateræ, immo quasi non sint, sic sunt corā eo. Deus purus actus est, summa perfectio, a quo infinite distat quęuis imperfectio, ne dicā culpa, quam hic intuens Ioannes tremens dixit:

Ego

Ego a te debeo baptizari, & tu uenis ad me? Quia licet ille in ventre matris a peccato originali baptizatus esset, & lotus, & vitam omnem vsque ad illud tempus inculpabilem peregisset in eremo, nihilominus quando diuinā contemplatus est ex vna parte maiestatem, & ex altera, quod lauandus veniebat, tamquā peccator, continuo tremens, ac stupens clamauit: *Ego a te debeo baptizari.* Sicut quondam cū *Greg. 35. mo ra. c. 2.* Dominum audisset loquentem Moyses sapiētia plenus expeditioris, & tardioris linguę ho *Exod. 4.* minem se vocauit. Videnſq. Esaias Dominum *Cap. 6.* sedentem super solium excelsum, & eleuatum expauit, & dixit: Væ mihi, quia uir pollutus labiis ego sum, & Regē Dominum exercituū vidi oculis meis. Et Ezechiel quatuor animalium visionem referens ait: Cum fieret uox supra firmamentum, submittebant alas suas. Valentiori iure exclamat Ioannes, ex una parte perpendens Dei magnitudinem, & ex altera facti huius exiguitatem. Magis dignū, vt obstupescat, qui in Deo videt vilia, quam qui in ipso audit mirifica, & magna. Sed tamē quando in eo, qui baptizatur, diuinam noluerīs considerare naturam, sed humanam tantū, animam inspiciens, & suprema bona, quæ a Deo illa acceperit, miraberis videns eū ba- *S. Tho. 3. p.* ptizari. Erat Dominus Ecclesiæ totius, in qua non erat macula, aut ruga, caput & hominū, & Angelorum, a quo omnis gubernatio, perfectio, & influxus pendebat. Christus est flos campi absque humani hominis adiutorio genitus, lib. 3. cap. nono, num. 36. lib. 11. c. 6. nu. 4. Quotquot gratiam receperunt in omni lege, per respectum ad gratiam Christi illis donata est. Sacramentorum omnium vis, animarum iustificatio, & salus, & omne reliquum bonum ab ipso procedit tamquam a fonte. Gratia ipsius in genere gratiæ infinita est, habēs quidquid ad rationem gratiæ potest pertinere, ita vt per actus Christi Domini, qui infiniti erant meriti, crescere non valeret, sicut nec beatorum gratia. Nusquam gratia cuiusuis, etiam Deiparæ matris eius, crescere tantū potuit, etiamsi per innumeros annos degeret in vita mirandis operibus virtutum intenta, actibus feruentissimis omnium virtutum, ut ad gratiam Christi pertingere valeret. Omnis perfectio, & virtus, quæ possibilis fuit alicui creaturæ, spe, & pœnitentia excepta, collata fuit cumulatissime ipsi, cum primum ipsius anima condita est a Deo. Christus solus a matre coronatus est, quia solus cum ordinatis affectionibus processit ex vtero lib. 14. cap. secūdo, num. 10. In primo instanti suæ creationis habuit perfectissime septem dona Spiritus sāncti. Talis erat Dominus, vt quolibet actu mereretur hominibus infinitam gratiam, si tantę homo esset capax. Per potestatem excellētiæ sibi traditam, ut capiti poterat cuilibet cōferre effectum Sacramentorum absque Sacramentis. In instanti suæ conceptionis Christus habuit gloriam animæ tantam, ut quantum attinet ad gloriam essentialem, nec creuerit in cælo, nec potuerit crescere. Denique tantum a Christo Domino culpa longe erat, vt de potentia Dei absoluta peccare non potuerit. Nec habuit fomitem, aut propensionē vllam ad malum, nec retardationem aliquam in parte inferiori ad opera virtutis, quantumcumque illa essent, & ingentia, & difficilia. Christi incarnatio perfecte intelligi non potest, dum viuimus, lib. 3. cap. 7. num. 13. capit. 8. num. 20. cap. nono, nume. 44. Postquam ergo cæcutientes secundum modum infirmitatis nostræ contemplati fuerimus hunc Deum, hunc hominem, quod diuinum est in illo, & quod humanum est, & oculos uertētes ad alia ipsum inspexerimus tamquam sordidum, & peccatorem ad Iordanem accedere abluendum inter innumeros scelestissimos homines, quibus merito dicebat Ioannes: Iam securis ad radicem arboris posita est, &c. cuius uentilabrum in manu eius (Christi, scilicet, Domini) & purgabit aream suam, comburetq. paleas igni inextinguibili, inter hos medius accedit hominū Saluator Dominus meus Iesus abluendus. In tota serie Euangelicæ lectionis nullum Christi factum (cum tot sint mira, & quæ Angelos vita priuarent stupefactos, si id possibile esset) ita hominum mentes in stuporem rapere debet, cum nullū tam indignum videatur & potentia, vt bonitate Christi Domini, nullumq. tantæ humilitatis indicium. Miram humilitatē Ioannis considerant Sancti, quando interrogantibus Iudæorum Principibus respondit: Non sum ego Christus, miram in Virgine, quando mater Dei efficiebatur, & clamabat: Ecce ancilla Domini, &c. quando purificāda in templo venerat, quæ puerpera cælestis Regis nulla egebat purificatione. Ante præsepe Domini procidentes Magi infantem adorauerunt. Sed hæc omnia neniæ sunt, & risu digna, quando videmus Christum Deum ad pedes Ioannis procidentem, vt baptizetur. Christum factū carnem dixit Ioannes, ut eius humilitatem maxime commendaret, libr. tertio, ca. quinto, num. 48. quid erit cum in carne modo baptizetur, vt vnus ex nobis? In morte humiliauit se Dominus vsque ad mortem crucis, de qua scriptum erat: Maledictus omnis, qui pendet in ligno. Sed cordatus homo cōsiderare bene potest hominē iustum, cū talis falsis accusationibus, peruersitate Iudicum, inuidia aliorum, cum sit ipse innocens, ad patibulum duci. Cum quadragesimo post natiuitatem die in templum ductus est, opus implenit humilitatis, sed præsentabatur Deo, idq. non vt peccator. Et denique si circumcidi voluit, ac si reus originalis culpæ esset, quo uiso alij animaduerterent infantulum illum, & conceptum, & natum, sicut cæteri infantes per generationem carnalem ab Adam propagati, sed cum octo esset dierum culpam sciebant non propriam, sed a primo omnium transgressore deriuatam. At opus Baptismi porrectum Christo cum viginti nouem esset annorum,

norum, ipsum in conspectu hominum nuntiat peccatorem, propriis sceleribus inquinatũ. Ecce stupendum prodigium, quod contigit in Baptismo, & quod animum Ioannis ancipitem reddidit.

S. Thomo 4 Circa secundum multa sunt omni consideratione dignissima, quæ animum Christi impulerunt, vt ad Baptismum properaret abluendus, inter quæ prima ratio fuit, vt humilitatem, quæ omnium virtutum radix est, hominibus persuaderet. Humilitatis excellẽtia hinc colligitur, quod ut hanc doceret Christus homo factus est, & mortuus, li. 16. c. 13. nu. 42. 43. & 46. Quamuis enim multa sint, quibus ad humilitatem sectandam duci homines possint, superbiamq. fugere, tamen quia res hæc difficilis est multum his, qui primi serpẽtis veneno infecti sunt, morbus grandi egens remedio, non facilis curationis hac tam acri medicina curandus erat. Humilitati acquirendæ optimum medium est, quod homo e terra, & puluere plasmatum se cogitet, libr. tertio, cap. 19. num. 6. 7. 9. 31. libr. octauo, cap. quinto, num. 5. & 8. Humiliat se homo, dum cogitat de se vilia, & multa, quæ habet miseriis plena, lib. octauo, capit. quinto, numer. 6. vsque ad octauum, 18. 19. 37. & 38. capit. septimo, num. octauo, 15. 16. cap. octauo, numer. secundo, & 12. Humiliandis hominibus multa dixerunt Prophetæ, vilitatem eorum exprimentia, lib. octauo, cap. quinto, numer. septimo, & octauo, cap. septimo, num. 10. Humilitas est, de qua dicitur: Virtus in infirmitate perficitur, virtus, scilicet, humilitatis in virtute charitatis, lib. octauo, cap. quinto, num. 11. cap. octauo, num. secundo, & 18. Humilitatem sectatur, qui scit fundamentum esse cõstruendæ magnæ fabricæ aptissimum, ibidem num. 23. cap. septimo, num. octauo, 20. 21. cap. octauo, num. 8. Et quia difficilis virtus humilitas est, quoniam humilitas verborum plurima reperitur, animi vero humilitas non sic, libr. 8. capit. 6. numer. secundo, quinto, & 6. Quia humilitatis vmbram multi sectantur, veritatem autem pauci. Vt hominis fragilitatem ostendat, & suadeat Deus, per erucam, culices eum punit. lib. octauo, cap. quinto, numer. 22. cap. sexto, nume. 7. Humilitas sola commendatur ab Angelo pastoribus in ortu Christi, vt propria eius virtus, lib. 16. cap. 13. nume. 45. Humilitas virtus est gratiæ diuinæ perquam familiaris, lib. octauo, cap. sexto, numer. decimo, cap. octauo, num. 30. vsque ad 32. Humilitas mater est, alumna, fulcimentum, & vinculum bonorum, lib. octauo, cap. septimo, num. secundo, cap. octauo, num. 22. & 31. Humilitas origo virtutis est, vnde illa in nobis virtus veraciter pullulat, quæ in humilitate, ut in radice, perdurat, lib. octauo, cap. septimo, num. 15. cap. octauo, nume. octauo, & 31. Et quia humilitas in omnibus comitari debet Christianos, quæ in Christianismo est, sicut pronunciatio apud Oratores, libr. octauo, ca. octauo, numer. 16. Dumque humilibus dat gratiam Deus, dicitur lilium conuallium, lib. octauo, cap. octauo, num. 32. Propter hæc humilitati persuadendæ vehemẽter inuigilauit Christus Dominus doctrina sua, libr. octauo, cap. quinto, numer. 13. vsque ad 16. 23. 27. 33. & 35. cap. octauo, num. octauo, & 17. Vtque declararet Deus vehemens odium in superbos contractum, dicitur superbis resistere, lib. 16. capit. 13. nume. 3. Et quia superbiæ princeps diabolus est, Christus autem Dominus humilitatis magister, lib. 16. cap. 13. num. 18. 21. 43. & 48. Ideo, vt eam persuaderet, baptizari voluit a Ioanne.

Præterea, quia Christus Dominus venerat 5 *Cornelius.* in similitudinem carnis peccati, volebat similẽ signum cum peccatoribus accipere, vt factus tamquam vnus ex ægrotis, & fieret gratior, atque familiarior medicus admitteretur. Et etiam quia persuadere debebat hominibus Baptismum, baptizatus est, breuis enim & melior ad docendum via illa est, quando homo docet exemplis potius, quam verbis. Et quia nostra delicta sua uocauit, lib. 4. cap. 7. num. 22. ideo baptizari uoluit. Prædicatores in exemplum sint aliis operando, quæ docent, lib. 14. cap. 28. num. quarto, vsque ad 10. capit. 29. num. quarto, & quinto. Prædicator tunc tantum loquitur, quæ sanæ doctrinæ cõueniunt, cum vita, & doctrina simul consentiunt, lib. 14. cap. 28. numer. 21. Prædicator prius stare debet, & post ad conuertendos alios mitti exemplo Ezechielis, lib. 14. cap. 28. num. 27.

Circa tertium, baptizato Christo, aperti 6 sunt cæli, descendit Spiritus sanctus, & Patris vox in commendationem eius, qui baptizatur, auditur. Hoc enim proprium Dei est, illorum honori prouidere, qui ipsius causa humiliantur. Ideo, baptizato Domino, apertum est cælum, vt intelligerent homines, qui eum peccatorem falso credebant, quod offitium illius aperturum esset cælum prius clausum, & manifestaturus erat homo ille secreta cælestia. Christus patefecit cælum clausum, libr. 3. cap. quinto, num. 35. Descendit columba Spiritum sanctum significans, vt hoc signo digno sceretur innocentia, & mansuetudo Domini Iesu, amorque ipsius, quoniam animal hoc super alia diligit filios suos. Et quia ut olim in diluuio hoc animal, dum reuertitur ad arcã deferens ramum virentis oliuæ in ore, significauit aquas diluuij iam cessasse, quod adueniret iam orbis tranquillitas, ita per illum, qui baptizabatur, propagatio in mundo debere fieri, diluuium indignationis Dei, & malorum cessare, de quo dictum erat: Spiritus Domini super me euangelizare pauperibus misit, ut prædicarẽ annũ placabilẽ Domino. Christo Domino cõuenienter apparuit Spiritus sanctus in Baptismo in specie colũbæ, lib. 16. c. duodecimo, num. 58. Tunc audit: *In te mihi complacuit*, id est, tu singulariter mihi places, & gratus es, adeo, vt præter te nemo mihi placeat, nisi per te, per quẽ

Chry. ho. 12. in Matth.

& in

& in hominibus iam erit beneplacitũ meum, quibus hactenus offensus fui. Vel, vt Augustinus intelligit: *In te complacuit mihi*, id est, per te fiet in mundo, quod placet mihi. Christus Seraphin fuit, qui mundauit labia Esaiæ, & abstulit peccata mundi, lib. 3. capit. nono, nume. 2. Christi gesta omnia medicamenta sunt animarum, lib. 3. cap. sexto, num. 22. 28. cap. 8. num. 20. Deus humiles ponit in sublimi, & mærentes erigit sospitate. Humilitas enim via est ad exaltationem, vnde vanum est velle exaltari, antequam homo humilietur, li. 8. cap. octauo, num. 23. 27. vsque ad 30. lib. 16. ca. 13. num. 49.

Aug. de consen. Euang.

7 *Chryso. ho. 4. imper.* *Sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam*, id est, Sicut modo baptizor prædicatus rus postmodum Baptismum in peccatorum remissionem, sic omnis virtus prius a me factis, quam verbis adimplenda est. Christus omnes beatitudines, quas docuit in Euãgelio, suo firmauit exemplo, lib. 18. cap. septimo, nu. 1. 2. & 15. Nec dixit: Sic decet me implere, aut te omnem iustitiam, sed nos, tu omnem iustitiam implere debes obediẽdo in omnibus, propriæ voluntati diuinam præferens. Deo obediendum, cui nec etiam pro animo contradicendum est, lib. vndecimo, capit. tertio, num. quarto, & decimo, libr. 14. cap. 17. nu. 22. Obediunt Deo cuncta creata incunctanter, vno homine excepto, qui illis deterior est, lib. vndecimo, cap. 3. num. 8. 23. vsque ad 25. libr. 12. cap. quarto, num. 3. Voluntatem suã perficere volens Adam non obediens Deo, in magna incidit mala, lib. 18. cap 19. nume. 1. Voluntatem propriam ex integro diuinæ subiicere, perfectæ conuersionis est forma, libr. 18. capit. 19. num. quinto, & 14. Voluntas nostra nos facit nostros, mala diaboli, bona Dei, ibidem num. 14. Mandatis omnibus obediendũ est, considerata præcipientis qualitate, li. 11. cap. tertio, num. 15. vsque ad 17. & 21. libr. 18. cap. vndecimo, num. 18. Mandatis suis obedire iubet Deus, non quia illi prosunt, sed nobis, lib. vndecimo, cap. tertio, nume. 28. cap. 4. nume. 2. Mandata Dei feruenter, & festinãter implenda sunt, lib. vndecimo, capit. secundo, num. 12. 16. 17. 19. cap. quarto, num. 7. & 9. lib. 17. cap. quarto, num. primo, & 2. libr. 18. capit. 11. numer. 22. 25. 26. & 28. Ego autem omnem iustitiam implere debeo, non solis diuinis præceptis alligatus, sed & consiliis, non solum audiens Deum præcipientem, sed & cõsulentem, vt exemplar sim cunctis sic faciendi. Vt ex hoc, qui nomine Christiani dignus fuerit, dicat: Si Christus Dominus non tantũ subiici uoluit his, quę lex præcipiebat, circũcidẽdo se, &c. sed ea, quæ erant uoluntaria, dũ abiit, vt a Ioanne baptizaretur, sic & ego non solum illa perficere debeo, quæ Deus hominibus præcepit, sed & ea, in quibus reliquit hominem in manu consilij sui, & dicere; *Sic decet nos implere omnem iustitiam*. Pars iustitiæ est ne homo peieret, implet omnem iustitiam, qui nusquam iurat, nisi necessitas grauis, aut

Caiet. & Corn. Iansen.

vtilitas expostulauerit. Pars iustitiæ in lingua seruanda est, non proferre verba contumeliosa, impudica, ea, quæ honorem, aut famã proximi valent denigrare, implet autem omnẽ iustitiam, qui de absente loquitur, quæ bona sunt. Pars iustitiæ est ieiunare, quando ieiunium præceptum est, omnis iustitia est, quãdo homo propria voluntate ductus ieiunat, eleemosynam conferre non solum, quando necessitas proximi ad id compellit, sed quando id in mea relictum fuerit libertate. Idem dicendum est de audienda Missa, de Confessione facienda, de recipienda Eucharistia, &c. Mandata Dei sola implens seruus dicitur inutilis, qui autem his addit consilia, seruus est fidelis, lib. vndecimo, cap. primo, numer. 1. & 5. Mandata Dei sic implenda sunt, ut diuinam gratiam docentem sequatur homo, ibidem num. 6. Mandata Dei inexplebili cum desiderio implenda sunt, lib. vndecimo, cap. secũdo, num. quinto, cap. quarto, numer. 14. & 15. Omnem iustitiam a se, & a Ioanne implendã dicit, quia qui magistri in republica futuri sunt, nihil quamlibet minutum, aut leuiculũ præterire debent, quod diuinæ voluntati cognouerint placere. Quidquid iustitiæ speciẽ habet, omittendum non est ab eis, qui totius iustitiæ magistri sunt, etiam si ad illud nõ sint necessitate astricti, vel res illa ex se leuicula videatur. Prædicatores enim de magnis dicturi in sublimibus debent comorari, libr. 14. ca. 28. num. 12. Ne, dum Sacerdotes negligentes sint, nutrire dicantur pecora occisionis, ibidem num. 15. Prędicator talis sit, ut nullus eum iuste possit arguere, vir enim sanguinum templum Deo ædificare non debet, ibidem num. 22. Quapropter Prædicatores aliquãdo vtilitati proximorum consulentes, & bona gesta narrant, & ea operantur palam, nu. 23.

Sine modo. Sic decet, &c. Inquit modo, quoniam 8 tunc tegenda erat diuinitas in primo Christi aduẽtu, vt infirmus appareret, & indigẽs remedio, futurum aliquando, vt eius maiestas mundo patesceret. *Sic decet nos implere omnẽ iustitiam.* Venerat Dominus, vt pro peccatis totius generis humani Deo satisfaceret, cũq. filij Adam curiositatem, & vanitatem sectati primi parentis nulli cibo vetito pepercerint, & furtum, homicidium, adulterium inundauerint super terram, vt sanguis sanguinẽ tangeret, vulnus, & liuor, & plaga tumens, &c. A planta pedis vsque ad uerticem non est in eo sanitas. Omnis caro corruperat viam suam; cum ergo talis esset hominum status, reformator orbis ad Iordanem positus dicit: *Sine modo, sic enim decet nos implere omnẽ iustitiam*, vt omni iustitia omnis iniquitas reparetur. Et quia multa præcesserãt capita omnis peccati, vnũ subsequeretur totius iustitię, a quo possemus edisscere omnem virtutẽ. Et sicut Adã terrenus præcessit magister inobedientiæ, sic sequeretur Adam cælestis, qui in omnibus perfectissime subiiceretur, pater obedientiæ, sicut ille magister extitit inobedientiæ, vt si-

Os. 4. Isa. 1.

cut

cut præcesserant terreni similes terreno, sequerentur, & cælestes similes cælesti. Christus Adæ comparatur, & præfertur in multis, li. 3. cap. 9. num. 4. 9. cap. 10. num. 67. Præterea ait:
Basil. lib. mo ral. reg. 19. *Sine modo, &c.* vt doceat, quod nullo modo impediri debet, qui Dei voluntatem facere velit, sed in recto proposito perdurare, sicut Dominus fecit, etiamsi Ioannes diceret: *Ego a te debeo baptizari.* Sicut & Petro dicenti cũ Christus suam retulisset passionem: Non erit tibi hoc, responsum est: Vade post me Sathana. Et
Matt. 16. Act. 21. Paul. rogãtibus, & flentibus fidelibus, quia ascẽdebat Hierusalẽ, vbi vincula, & tribulationes eũ manebant, dixit: Non solũ alligari, sed & mori paratus sum. Et cum ei suadere non possemus, quieuimus dicentes: Dei voluntas fiat. Virtutem omnes volunt, sed voluntas ali quando adiacet, & inefficax est, lib. 18. ca. 14. num. 23. Virtutes in exordio trucidare diabolus conatur, lib. 18. cap. 13. num. 8. Virtus donum Dei est, quod postulat Dauid dicens: Bonitatem, & disciplinam, & scientiã doce me. Docet bonitatem inspirando amorẽ, disciplinam temperando tribulationem, scientiam insinuando cognitionem, lib. 18. cap. 12. num. 21. A virtutis studio reuocari non debet homo, lib. 18. c. 8. nu. 7. ca. 11. nu. 17.

9 Baptizatus Iesus confestim ascendit de aqua, vt doceat, quod qui perfecte induũt Chri
Chryso. ho. 4. imperfect. stum in Baptismo, proficiunt ad virtutes. Deposita enim peccatorũ sarcina, in aqua quę mersis, & sepultisvit is, ad spiritualis vitæ munia festinemus. Ad virtutem prius mortificanda sunt membra, & post in nouitate vitæ est ambulandum, lib. 18. cap. 10. num. 8. Virtutibus noua semper quærat homo, & parta tueatur, hoc est enim operari, & custodire Paradisum, lib. 18. cap. 10. num. 27. & 28.

10 Baptizato Christo, vidit spiritum Dei de-
Aug. in Ioã. Cant. 6. scendentem sicut columbam, & venientem super ipsum, vt intelligas, Baptismũ tibi Christiano nõ sufficere ad salutem, nisi permaneas in simplicitate, & vnitate columbæ, felle carens, & audias: Vna est columba mea. Ecclesię enim beatitudo consistit in pace, & vnitate fidelium, lib. 14. cap. 5. num. 11. In qua sic diuisi sunt varij fidelium gradus, vt omnes vno Charitatis cortice tegantur, libr. 14. capit. 5. nume. 8. Vnde Ecclesia malo granato recte comparatur, lib. 18. cap. 12. nume. 1. Ecclesia rugas habere dicitur in illis, qui fidem habẽt sine operibus, lib. nono, capit. 17. numer. 23. Fidem habentes sine operibus illi sunt, de quibus scriptum est: Ficus non florebit, & non erit germen in uineis, libr. sexto, c. 3. nu. octauo. Habens fidem sine operibus comparatur ficulneæ, quæ iussu Domini aruit, quia folia habebat absque fructu, lib. eodem, num. secundo, & 25.

DOMINICA PRIMA post Octauas Epiphaniæ.

Euangelium.

Nuptiæ factæ sunt in Cana Galileæ.
Ioan. 2.

CVM Christi Domini incarnatio in hunc finem ordinata fuerit, vt homines salutem cõsequerentur, sine qua misericordiam Dei consequi non potuisset homo, li. 3. cap. 6 num. 16. fuit q. candelabrum ductile de auro purissimo, & propitiatorium, lib. 3. cap. 5. numer. 67. Qui ascendit super equum rufum incarnando, vt homines suæ subiiceret potestati, lib. 3. ca. 5. num. 39. cap. 13. numer. 16. Iam incarnatus, iam operibus, vt omnibus ante actis diebus, & tacens infans, & grandæuus, iam miracula patrans, & docẽs charitatem, qua agebatur, ostendebat. Christus enim incarnando lac, & mel dedit, vt lacte miraculorum, & melle doctrinę homines nutrirentur, lib. 18. capit. tertio, num. 5. Sed sicut Christus Dominus foris
Bern. Ser. 2. huius Dom. specios us erat forma præ filiis hominum, sed hæc exterior pulchritudo consideratione digna non erat, si conferatur cum ea, quæ intrinsecus latebat in eo, qui erat candor lucis æternæ, & speculum sine macula, Dei maiestatis, & imago bonitatis illius; sic & Christi Domini gesta, quæ extrinsecus miranda erant, interius considerata erant mirabiliora, cum Deus aquam in vinum tam subito, ac facile conuertit, miraculum non modicum patrauit, sed maiora mysteria factum hoc adũbrabat. Vnde Euangelium hoc totum est mysteriis plenum, & miraculum, quod primum est ex his, quæ Deus noster homo factus patrauerat, circumstantiæ illud comitantes, & quæ illum impulerunt, vt illud patraret, scilicet, vt manifestaret gloriam suam coram discipulis pauculis, qui dudum scholam suam fuerant ingressi, Andreas, Petrus, Ioannes, Philippus, & Nathanael, vt hi Christi Domini intelligerent diuinitatem, & maiestatem, cuius fides & ipsis, & nobis tã erat necessaria, vt ipsi credentes prædicatione sua hanc fidẽ nobis persuaderent. Tria ergo nobis in hoc miraculo potissimum consideranda sunt. Primum, quod in nuptiis ostendere voluit Christus Dominus & potentiam, & misericordiã suam: Secundo, quod medium & vnicum, & necessarium, quo prouideri debet & necessitatibus huius status, & cæterorum, illud est, si fecerimus, quæ nobis ipse præceperit, sicut Deipara Virgo dixit ministris: *Quæcumque dixerit uobis facite*, volentes, ut electione nostra, & mediis, quæ nostræ uoluntati sunt cõformia,

1 *Domin. I. post Epiphan.*

formia, prouideatur nostræ saluti, aut necessitati. Tertio, quod Dominus noster vinũ seruans vsque in finem tam pretiosum, id voluit, vt intelligeres in operibus suis longe aliter se habere, quam dæmon, aut mundus. Cum iã vinum deesset a sponso præparatum conuiuis, præsto fuit alterum melius a Domino miraculose datum. Circa primum, inter miracula, quæ Christus Dominus est operatus in terra, hoc fuit primum in nuptiis patratum, cumq. coniugatorum status tantis sit periculis plenus, in quo voluptati, acquirendis diuitiis, honoribus, habendis offitiis, collocandis, & nutriendis filiis, vacant homines mille periculis immersi, talibus, ac tantis, vt ad subleuanda matrimonij & onera, & pericula Sacramentum instituit Dominus in lege noua ex opere operato conferens gratiam, qua ista moderentur, iisq. periculis prouideretur. Cumq. nullum Sacramentum institutum fuerit in remedium peccati alicuius actualis, in particulari, præter hoc, propter specialem difficultatem, quæ est in moderanda libidine, & in bono vsu venereorum. Cumque nullum Sacramentum fuerit datum quo possent cęlibes, & virgines Angelicã hãc vitam, vixq. humanam, mille difficultatibus plenam transigere, in quo inter multa conterendus est malleus vniuersæ terrę, quo nomine luxuriam, quæ pęne totum orbem inuasit, intellexerunt Sancti, lib. sexto, cap. septimo num. 14. cap. 8. num. 9. & 10. Cumque morbus, hic difficilis sit curationis, lib. sexto, capit. 12. num. 7. Cumque luxuriæ arma potentissima sint ad vincendos, & perdendos homines, lib. 6. cap. 12. num. 1. 2. 8. & 13. Propter quod eam vocabant Sancti ensem diaboli (ibidem nume. 11.) quo innumeri interempti sunt, etiã illi, qui nullo alio vitio vinci possunt, ibidem nume. 12. Est enim luxuria filia diaboli, qua iste hominum genus inuoluit, lib. primo, cap. 24. num. secundo, cap. 25. num. vndecimo, lib. 3. cap. 3. num. 39. & 40. Cumque luxuriæ passiones, quam difficulter vincantur, lib. secũdo, cap. quinto, num. 14. cap. 17. num. 25. lib. 3. cap. tertio, num. vigesimo primo & vigesimo quarto, lib. 6. ca. duodecimo, nume. 1. 2. & 15.

2 Et cum religiosorum professio, qua homines consiliis Euangelicis astricti sunt, de quibus dictum est: Non omnes capiunt verbum istud, qui potest capere capiat. In abrenũtiatione omnium bonorum temporalium mira difficultas, in seruanda castitate maior, in renuntianda propria voluntate omnium maxima, & tamen ad hæc seruanda in vtroque statu nullum Ecclesiæ Sacramentum institutum est, cum tamen, vt prouideret coniugatorum periculis, Sacramentum matrimonij instituerit Deus. Vnde videbitis, quam raro patrauerit Deus miracula in hoc viuendi genere, & cum hodie aquam conuertit in uinum, id egit actus precibus Matris, cui summus a filio debebatur honor, & vt prouideret discipulorũ fidei, a qua tot penderent bona; cum tamen aliis libenter ipse nec rogatus, nec postulatus miraculose bona maiora multo sit impertitus. Iacenti enim in grabato in piscina, qui triginta & octo annos habebat in infirmitate sua, irrequisitus, dixit: Vis sanus fieri? & protinus curatus est. Et ille, qui cæcus erat a natiuitate, nec verbum loquens, lumen recepit luto perunctus, & lotus in natatoria siloe, quando de salute sollicitus non erat, &c. Modo actus precibus Matris, quasi cõpulsus esset, venit ad miraculum. Hoc autem fecit Christus, quo homines intelligerent nullum esse statum, cui Deus non assistat, & in quo homo salutem æternam consequi non valeat. Chrysostomus de re hac eleganter, & late dis
Ioan. 5. *Ioan. 9.* *Ho. 3. ex vã rijs in Ioan.* serẽs, sic habet: Vocatus est Iesus ad nuptias. Quoniam multi nuptias prętexunt, alij filios, alij militiam, alij negotiationem, alij diuitias, alij inopiam, volo declarare, quod nihil horum impediat. Moyses vxorem habuit, & liberos. Helias Virgo erat. Et vnus manna e cælo deduxit, alter ignẽ. Moysi Deus locutus est, & cum Helia conuersatus est. An nocuit vni virginitas, aut impedimento fuerunt alteri vxor, & liberi? Militiam prætexis, & dicis: Non possum esse pius. Centurio miles e-
Matth. 8. rat, de quo Dominus admirans dixit: Non inueni tantam fidem in Israel. Et Paulus artifex erat, & manibus operabatur. Quid vero
1. Cor. 4. si dives? Et Abraham dives, & ipse vxorem habuit, & liberos, cui nihil ei obfuerunt ista, quin amicus vocaretur Dei. Onesinus seruus erat, & a Paulo multum commendatus est.
Phili. 1. Dauidi quid obfuit regnum ad salutem? Quid
3. Reg. 17. si vidua? Erat & Sidonia vidua, quæ Heliam hospitio exceperat. Et quomodo si pauper? Pauper erat talis & Lazarus. Sed quid si amas filios? Amabat & Iob. Vnde vides nullum esse statum, in quo salutem homo consequi non possit. Salomon diuitiis, & mille periculis plenus ad Deum rediit post multa mala, & egit pœnitentiam, docente Hieronymo, libr. 14. cap. 18. num. 17. cap. 23. num. 12. In Ecclesia enim varij sunt gradus Sanctorum, qui designantur per ea, quæ in tabernaculo Domini a Moyse facto erant, lib. nono, cap. 21. numer. 1. 2. cap. 23. num. 1. 2. Ecclesiam enim tamquã ciuitatem componunt varij lapides, uarij, scilicet, ritus, & ordines Sanctorum, libr. 12. cap. tertio, nu. 33. Libro autem nono, ca. 21. inter alia docetur, quod in omni statu boni sunt, & mali, nume. quinto, vsque ad 12. 15. & 17. Hęc omnia certa sunt, sed his non obstantibus, indubie asserendum est pro differẽtia, & qualitate status, & vitæ maiorem esse opportunitatem, potiora exercitia, quibus homo saluetur, & quod in diuitibus, in mercatoribus inconuenientia contingunt multa, quę si non essent, non diceret Paulus: So-
1. Cor. 7. lutus es ab vxore, noli quærere vxorem, si autem acceperis vxorem, non peccasti, & si nupserit virgo, non peccauit, tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Et post pauca: Qui sine vxore est, solicitus est, quæ

sunt

sunt Domini, quomodo placeat Deo, qui autem cũ vxore est, solicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Et infra: Igitur, qui matrimonio iungit virginem suam benefacit, & qui non iungit melius facit. Vnde cum Bernardus religiosorum statum commendaret, aiebat: Nulla hic nutriendorum liberorum cura, non quomodo placeatis vxori, non sollicitat nundinarũ, aut negotiorum cura, non de victu, & vestitu est necesse cogitare, magna ex parte procul a nobis malitia diei, & solicitudo vitæ, sic abscondit vos Deus in abscondito tabernaculi sui, vacate, & videte quoniam ipse est Deus. Diuus Basil. lib. de vera virginitate ad Letoyũ Melitensẽ Episcopũ multas narrat nuptarũ feminarum miserias, pericula, insperatos casus, &c. vide lib. 11. cap. 8. nu. 1. 2. 22. lib. 18. ca. 6. num. 21. & 22. In matrimonio viri imbecillitati feminarum multa debent concedere, li. 11. cap. octauo, num. tertio, 12. & 13. Vnde matrimonia non ducere expediens est, lib. 11. ca. octauo, nume. 14. 16. vsque ad 20. cap. 11. nu. 5. Quapropter matrimonium Virginitati ęquiparare hæresis fuit Iouiniani, quam mire refellit Hieronymus, lib. vndecimo, cap. 8. num. 16. vsque ad 19. In matrimonio multæ sunt molestiæ, & impedimenta ad bene operandũ, ibidem num. 16. vsque ad 22. & 29. Negari nõ debet, quin vir, & vxor, qui matrimonium cõtrahunt, vt Deo seruiant, liberos procreent, mutuam fidem seruent, sicut Tobias, & Sara fecerunt, qui tribus continuis diebus orãtes Deo vacarunt, vt prospere res succederet, tunc contingit, vt in eo statu sancte viuãt, & conuersentur, dicente Deo: In tribus placitũ est spiritui meo, quæ sunt probata corã Deo, & hominibus, concordia fratrum, & amor proximorum, & vir, & mulier bene secum cõsentientes. Viri vxores debẽt diligere, & illæ timere viros, lib. vndecimo, capit. octauo, nume. 21. Vxor virum ferat, etsi mansuetus ille non sit, & ille vxorem, lib. vndecimo, capit. 8. nume. 10. vsque ad 13. 19. 21. 24. & 25. Matrimonio coniuncti mutuo se diligant, & mutuã fidem seruent etiam absentes, ibidem nu. 24. & 29. Matrimonia enim bona habent, quibus honestantur, num. 28. In matrimonio pax coniugum omnia reddit suauia, tristia autem, si desit, ibidem num. 3. 12. & 13. Quando coniugati recte viuunt, Deus illis astat, conuertit aquam in vinum, vt dulcescant in matrimonio, & suauia sint ea, quæ antea cruciabant. Vt ergo nullus diffidat, nullusq. matrimonia damnet, licet difficultates in illo sint non modicæ, vocatus Iesus venit ad nuptias, vt inter spinas, & tribulos status Deus sit, vt quondã in rubo visus est Moysi.

Euseb. Ser. de obediens.

Tobiæ 6.

Eccles. 25

3 Ratio autem, propter quã in matrimonio tot videmus mala, tot peccata, tanta incõuenientia, ideo quia non vocatur Iesus, vt nuptiis intersit, quærentes in illo, quæ illius sunt beneplacita voluntati, dum virtutẽ non quærit vir in vxore, aut hęc in viro, sed intenti sunt nobilitati, pulchritudini, diuitiis, non virtuti. Quod non fecit gentilis quædam femina, quæ dum rogaretur, vt viro diuiti nuberet, respondit: Si vellem nubere, maritũ quærerem, non hæreditatem, lib. vndecimo, capit. octauo, num. 15. Ad matrimonium, si virtus in vxore non quæratur, & sit, cætera nihil prosunt, lib. Vndecimo, cap. octauo, numer. 1. & 8. Ad matrimonium virtutem querebant antiqui, non alia, quæ modo quæruntur, ibidem num. 1. 5. 8. 17. 20. 23. & 26. Cum taxarent Sancti eos, qui vxores ducebant conseruandi nominis gratia, & vt filij in hereditate succederent, ibidem nume. 19. quid dicerent si nostri temporis matrimonia considerarent? &c. Lycurgus cuidam interroganti, quam ob causã lege vetuisset, vt sine dote virgines eligerentur, & ducerentur in matrimonio, respondit: Ne propter inopiã illę relinquerẽtur inuptę, neque propter diuitias expeterentur, sed vt iuuenum quisque ad puellæ mores conspiciens, virtutem solam eligerit in femina. Themisthoclem consulebat vnicæ filiæ pater, an eam pauperi, sed ornato, an locupleti, sed parum studioso collocaret. Cui respondit: Malo virum pecunia, quam pecuniam viro indigere. Olympius dicebat: Non sapit ille, qui vxorem oculis non etiam auribus duxerit. Forma cernitur oculis, fama auribus deprehẽditur. Quidam autem nec auribus, nec oculis, sed digitis ducunt, non spectantes famam in vxore, nec pulchritudinem, sed dotem. Vocatus est Iesus ad nuptias, quia nuptiæ illæ religione, & virtute celebrabantur, non cantilenis, non pompis, vt modo contingit, libr. vndecimo, cap. octauo, num. quinto, vsque ad 7. Miraculum ergo tam difficulter patrauit Christus Dominus in nuptiis, quibus interfuit, vt pericula matrimonij ex una parte intelligas, & ex altera, quod status iste taxandus non est, sed probandus, sicut fecit Dominus, qui vocatus venit ad nuptias.

Plutarchus.

4 Circa secundum, vt Dominus noster doceat, quod voluntate sua prouidere ipse debet necessitatibus nostris, & quod Deus qua ratione ipse voluerit remedium præstabit. Maria Virgo dixit: *Quæcumque dixerit vobis facite.* Christus autem Dominus iussit implere hidrias aqua, & haurire, quo medio prouidit de remedio, quando id minus credebatur, nec dixerunt: Vini necessitas vrget, nõ aquę, vinum porrigendum est conuiuis, non aqua. Si Deus te pauperem cum Lazaro vult saluare, gratias ei redde, gaudens permane in paupertate, noli dicere: Cum diuite Abraham diues & ipse cupio saluari. Vermibus, & doloribus plenus disponit Deus, vt in sterquilinio sedens, & testa saniem radens ei placeas, & probatus in Paradiso viuas, tace, hæc est enim voluntas Dei tuæ accommodata vtilitati. Si per infamiã, & bonã famam vita æterna conquirenda est, dum patientiam tuam falsa probant testimonia, sicut Ioseph, & Susanna exhilarare, quia sicut seductores, & veraces tam-

tam quam qui ignoti, & cogniti mortificati Sancti Domino placuerunt diuinæ relinquentes prouidentiæ, quid de ipsis disponeret Deus, & vellet. Quia non cognouit mũdus per sapientiam Deum, placuit ei per stultitiã crucis saluos facere credentes. Nolite humano iudicio, quod vobis præcipitur, expendere, sed quod vobis imperatum fuerit, exequimini. Si tibi iusserit Deus, quod olim Petro, vt ambules supra mare, ingredere, mare enim se tibi calcandum, vt arida, præbebit. Si præceperit ut petrã alloquaris, & percutias, vt venas aquæ largissimas aperiat, loquere illi, ipsa enim præsto erit, ut fontes producat aquarum. Si iubente Deo clamaueris: Sol contra Gabaon ne mouearis, sol præcipienti tibi, immo Deo per te parebit, & quasi tota mundi machina dissolueretur, per duos dies sistet in cælo. Si Deus tibi præcipit, vt nudum induas, esurientem pascas, inopiam non timeas, benefac, factus vt iumentũ apud Deum, quod non suo, sed insidentis arbitrio ducitur. Audierat Maria: *Quid mihi & tibi est mulier?* & licet verba hæc talia essent, continuo iussit Dominus implere hidrias aqua. Iusti enim confidere semper debent, & Deo fidere, etiamsi contraria promissis viderint accidere, libr. 4. capit. 22. numer. 4. & 5. Oranti aliquando non statim adest Deus, vt detur occasio amplius deprecandi, lib. 1. cap. 21. nume. 4. lib. 13. cap. nono, numer. 20. & 21. Orationi instare debemus certi quod accipiemus, quæ petimus, aut quæ vtiliora Deus iudicauerit, libr. 13. capit. 3. nume. 39. capit. quinto, nume. 8. Orauit Isaac pro sterilitate Rebeccæ viginti annis, vt orationis perseuerantiam doceret, qui post tot annos, & non antea, exauditus fuit, lib. 13. capit. 7. numer. 4. Deum oblitum suæ misericordiæ falso credũt aliqui homines, lib. quarto, capit. septimo, nu. 23. capit. 12. numer. 13. Docuitque Maria, ad Deum in necessitatibus confugiendum, non ad humana præsidia, lib. quarto, cap. 16. num. 12. & 13. Deus etiam non quæsitus nos quærit, quomodo non aderit quærentibus eum? libr. eodem, numer. 13. *Iussit implere hidrias aqua*, quæ res sine ratione videbatur, ut uinum prouideret in nuptiis. Deus enim ponit in thesauris abyssos, quia rationes factorum eius arcanæ sunt nobis, lib. quarto, capit. 17. nume. 1. 6. 9. 11. usque ad 16. 19. & 20. lib. 6. ca. vndecimo, numer. 3. vsque ad 5. Deus mediis contrariis hominum iudicio suam voluntatẽ facit implere, li. quarto, c. 22. n. 3. vsq; ad 6. 11. vsque ad 14. Diuinum auxilium adest, quãdo deest humanum, ibidem nu. 10.

Matth. 14

5 Circa tertium, Deus aquam mutauit in vinum, mirabile primum id non fecit, quando vinum conuiuis prępparatum aderat, sic enim intelligunt aliqui ex Sanctis. *Nondum uenit hora mea*, qua miraculum patrandum est quãdo vinum defuerit. Prouidit Dominus Iudaico populo in deserto panem de cælo, sed quando farina Aegypti defecit. Consolatur Deus homines, sed quando mundi consolationes defuerint. Quando dicere potueris cum Paulo: Supra modum grauati sumus, & supra virtutem, ita ut tæderet nos etiam vitæ, sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus. Repletus sum consolatione, superabũdo gaudio. Mundus relinquit homines, & tunc Deus illos assumit, lib. 11. capit. 12. nume. 31. & 40. Sed potissime id aduertendum est, Deum in operibus suis aliter se gerere, quam mundus, & Princeps eius. Hic, si quod est vinum bonum, illud in exordio propinat suis, eosque inebriat, & decipit, postea autem felle potantur, quod in propria causa vehementer, & sæpe expertus fuerat Salomon, qui aiebat: Fauus distillans labia meretricis, id est, dulcia sunt prima verba, amplexus, oscula, &c. nouissima autẽ eius amara, quasi absinthiũ. Et in Apocalypsi calix aureus erat, quo potabat suos Babylonica mulier, sed intus plenus erat immunditia. Mundi enim huius dulcedo ad tempus calices indulcat, sed in magnam amaritudinem postea conuertũtur, li. 4. capit. 39. numer. 21. Mundani aureo calice Babylonis potantur, & inebriantur, lib. 5. ca. 1. nume. 2. vsque ad 4. Deus autem, si quid habet in sua doctrina difficile, aut asperum, initio statim proponit, post omnia sequũtur iucunda. Viderat Ioannes turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, qui dum viuerent, lauerunt stolas in sanguine Agni mille perpessi labores. Sed apparuerunt postmodum amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum. Quibus dictum est: Non esurient, neque sitient amplius, neque cadet super illos Sol, nec vllus æstus, quia Agnus, qui in medio throni est, deducet illos ad vitæ fontes aquarum, & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum. Seminauerunt hi in lacrymis, ut in gaudio meterent. Vnde merito de fideli anima scriptum est: Fortitudo, & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo. In præsenti enim huius vitæ die manum mittit ad fortia, strenueque se honestis laboribus exercet, sed in die nouissimo, improbis lugentibus, ipse ridebit, & lætissimum diem aget. Benedicam Dominum (iustus dicet) qui tribuit mihi intellectum, ne me externa mundi species, & nitor falleret, neve asperitate virtutis (quam prima fronte prę se fert) ab eius studio deterreret, sed hic latentem sub acerbitate dulcedinem, illic vero absconditũ in dulcedine lethale venenum agnoscerem. Deus reuelauit faciem indumenti eius, vt blãdientem quidem voluptatem extra videat, & latentis tamen intus aculeum agnoscat. Quisquis ergo ab insidiis diaboli tutus esse cupit, non blandientem scorpionis faciem, sed caudam magis pungentem attẽdat. Hinc sapienter multum Aristoteles admonebat, voluptates non quidem venientes, sed absentes inspiciendas esse. Venientes enim fallaci specie alliciunt animum, abeuntes vero doloris & pœnitentiæ infixum aculeum relinquunt,

2. Cor. 1.

Prouer. 5

Cap. 17.

Apoc. 7.

Psal. 125.

Prou. 31.

In Apoph.

contra vero in virtutis studio non tam aspera initia, quam exitum suauissimum considerandum esse. Quantum enim prima eius facies terret, tanto eius posteriora demulcent.
Exod. 4. Sic enim olim Moyses metu perterritus fugiebat colubrum ex virga surgentem, quem tamen iussus cauda apprehendere, innoxium
Prouer. 7 reperit. Meretrix autem illa in Prouerbiis apprehensum deosculatur iuuenem, procaciqueque vultu blanditur: Aspersi, inquit, cubile meum myrrha, straui tapetibus pictis ex Aegypto, veni inebriemur uberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies.
Prou. 23. Cui malo prouidere volens Deus aiebat: Ne intuearis vinum quando flauescit, cum splenduerit in vitro color eius, ingreditur blande, sed in nouissimo mordebit, vt coluber, & vt
Prouer. 1. regulus venena diffundet. Et alibi: Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Si dixerint, veni nobiscum, insidiemur sanguini, omnem pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spoliis, fili mi ne ambules cum eis. Ipsi enim contra sanguinem suum insidiantur, & moliuntur fraudes contra animam suam.

6 *Quid mihi & tibi mulier?* hæc verba interroganter, & non asserendo intelligenda sunt, ut ex illis reuerentiam intelligas, quam Dei filius exhibebat, ne quis repulsam ipsius contemptu pati videretur, quasi dicat, postulationem non abnuo, sed tibi remitto, vt iudices rem hanc nec mihi, nec tibi incumbere, qui vocati tantum sumus ad nuptias, sed spōso, aut familiaribus eius. Sed tamen intercessione eius continuo prouidit necessitati, nec mirū, Maria enim, quæ meruit pro liberandis afferre pretium, potest impertiri suffragia libertatis, lib. vndecimo, cap. sexto, nume. 15. Maria enim figurata est in nube, quæ in deserto antecedebat filios Israel, ibidem num. 29. Maria via est, per quam Deus descendit ad nos, & nos ascendere debemus ad ipsum, numer. 40. Vnde cum Mariæ vultum deprecari debeant omnes diuites plebis, multo magis & paupe-
Bern. Ser. 2. res, num. 89. Præterea dicens: *Quid mihi & tibi est mulier?* Docere religiosos voluit, ut, quantum possibile fuerit, a cura sæcularium, & consanguineorum sint immunes, vtpote qui sæculo iam sunt mortui, lib. 15. c. 5. nu. 12. Cumque sua, & seipsos consecrauerint Deo, mundo iam viuere non debent, lib. 2. cap. 20. num. 1. vsque ad 7. lib. 9. cap. 22. num. 4. libr. 15. cap. 5. num. 20. Et sicut ingressus religionem parentum blanditiis moueri non debet, li. 6. cap. 8. num. 1. vsque ad 3. libr. 15. cap. 3. nu. 14. Religiosi thesaurum inuenientes abscondantur in claustro, vbi mira lucrantur, lib. 15. cap. 2. nume. 14. Sic eis conueniens est extra monasteria non vagari, lib. 15. cap. 4. num. 22. cap. 5. numer. 6. & 7. Religiosi consanguineos raro inuisere debent, nec pro illis gerere solicitudinem, lib. 15. cap. 5. num. 8. 9. & 12. aut eorum negotia procurare.

7 *Vt gustauit architriclinus aquam uinū factā, &c.* Chrysostomus hanc mutationem aquæ in vinum spiritualiter intelligens ait: Multi homines sunt frigidi, fluentes, mutabiles. Huiusmodi homines ad Dominum adducendi sūt, vt eorum voluntates in uini similitudinem transformet, ne amplius labantur, sed præteritorum compuncti, sibi & aliis lætitiæ efficiantur auctores. Hi frigidi sunt, qui præsentis vitæ rebus incumbunt fluxis. Gloria enim humana, potentia, diuitiæ fluxa sunt, & caduca, quę celeri impetu præterfluunt, nihil a torrente differentes. Sapit, quod non sapiebat, inebriat, quod non inebriabat, aqua iam in vinum versa est diuina bonitate. *Chry. ho. 21. in Ioann. Aug. in Ioā. tract. 9.*

In Euangelio hoc multi Sanctorum disserunt de nuptiis spiritualibus animæ cū Christo sponso suo, in qua re frequentes sunt Sancti, sed de his agitur Dominica 19. post octauas Trinitatis ex Euangelio Matth. 22. cap. Simile est regnum cælorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo, &c.

DOMINICA SECVNDA
post Octauas Epiphaniæ.

Euangelium.

Cum descendisset Iesus de monte secutæ sunt eum turbæ multæ.
Matth. 8.

EVANGELIVM hodiernū, quod duabus clauditur partibus, duo cōtinet miracula, & illa vtique famosissima, quæ Dominus patrauit, cum primū prædicare cæpisset Euāgeliū, alterū in viro Iudæo, alterum in gentili, in quo maior ad Deū reuerētia perpēditur, quo cognoscas multo cumulatiori cū fructu ad gētes Euangelicā gratiā tranferendā, cū Malac. apertissima oratione futurum pronūtiauerit his verbis. Nō est mihi, ait, volūtas in vobis, & munus nō suscipiā de manu vestra. Ab ortu. n. solis vsq; ad occasū magnū est nomen meū in gētibus, & in omni loco offertur nomini meo oratio mūda. Israel sectādo iustitiā in legē iustitiæ nō peruenit. Gētes autē, quæ nō sectabā tur iustitiā, in legē iustitiæ peruenerūt. De re hac quod gētes acceperint hæreditatē Iudæis promissā differūt sācti optime, li. 2. c. 10. n. 14. 15. li. 5. c. 7. n. 1. 2. & 6. vsq; ad 33. Gētes rhi noceroti cōparatę Deo subditæ sūt, li. 4. c. 23. n. 5. & 6. Gētiū pęnitētiā futurā ruinā Iudæorū credidit Ionas, quando prædicationē Nini uitarū tātopere recusauit, li. 5. c. 7. n. 1. & 6. Ecclesia ex gētibus cōgregata diuinū sermonē volut e cęno leuauit, li. 5. c. 7. n. 28. Sed quia, cū plenitudo gētiū introierit, tūc reliquię Israel salue fiēt, miraculū patrauit ī viro Iudæo, ī quo con- *Dominic. II. post oct. Epiphaniæ. Marc. 1. Luc. 7. Cornelius. Malac. 1. Roman. 9.*

cōsideranda sunt duo: primū, quibus circumstantiis patratum sit hoc miraculum, qua occasione, &c, & secundo, qualis subsecutus fuerit effectus salutis in homine isto leproso, postquam a lepra mundatus est. Circa primū considerandum est, leprosum hunc prostratū adorasse Dominum cum humilitate accedens ad postulandam salutem. Oratio. n. humiliātis sę cælos penetrat. In oratione tota mente, & tremētes debent esse homines, lib. 13. c. 5. num. 8. 9. & 13. Quod facit homo, si cogitet, quis quem roget, lib. 13. cap. 5. num. 12. ca. 11. nu. 4. Orationes, quæ fiunt genibus flexis, cōmendantur, ita vt geniculatio præcipue sit in anima, lib. 13. cap. 5. numer. 18. Genua. n. corporis Deo flectere, & genua cordis diabolo impiū est, lib. 4. cap. 42. nu. 1. In oratione exauditur, qui suam paupertatem agnoscens dicitur clamare pauper, lib. 13. c. 5. num. 23. Cumq. humilis accederet ad salutem corporalē petēdam vnico verbo dixit: *Domine, si uis, potes me mūdare.* In quibus docet submissionem, quam Deo exhibere debet homo, cū infirmitatibus, paupertate, infamiis, aliisq. laboribus vrgetur, vt ad Dominū accedens voluntatem suam in tē poralibus necessitatibus, & earū remedio Deo committens, & dicēs: *Domine, si uis, potes me mūdare,* infirmitatē propono, salutē tuæ relinquo voluntati, quæ potentissima, vt hæc sit in me impleta, quæ bona est, & beneplacēs, & perfecta. Sciebat, Deo inspirante, iste quod aliqua negat Deus propitius, quæ concedit iratus, li. 4. c. 5. num. 29. li. 6. c. 10. num. 30. lib. 13. c. 9. nu. 3. 10. 13. 15. 17. & 22. Et quod, licet nō semper exaudiat Deus ad voluntatem, exaudit ad vtilitatē, lib. 6. c. 10. num. 30. li. 13. c. 9. num. 1. & 2. 6. 7. 15. 19. & 23. In oratione cum non audit Deus, vt, quæ postulantur terrena, accipiātur, non ad insipientiam, sed ad bonum facit suorum, li. 13. ca 9. num. 11. 13. 14. 21. & 23. Sciebat iste, quod Deus temporalia dat, vt animarum medicus, aut etiam aufert, quando id ægris viderit expedire, li. 4. c. 40. nume. 15. Vnde iste lepra plenus an illi expediret, sicut Iob, qui vlceribus plenus iacebat patiens, dubitabat, & ideo non postulat leuamen, sed diuinam confitetur potentiam, qua in voluntate sua cuncta erant posita. Sciebat etiam afflictiones, & ægritudines multis de causis dari Sanctis, libr. quinto, ca. 9. nu. 8. vsque ad decimum. Aegritudinibus plena est hæc vita, ut sequentem appetamus, ad diluenda etiam peccata, vt in vita futura maiora præmia consequantur homines, & ut iusti multa consequantur bona, lib. quinto, cap. nono, nume. vndecimo, vsque ad 24. libr. nono, capit. 15. numer. 13. Vnde cum graui dolore capitis angeretur Paulus, qui Angelus Sathanæ erat, ipsum colaphizās, lib. quinto, cap. nono, num. 18. audiuit: Virtutem infirmitate illa perfici. Et licet in tribulationibus ad Deum confugien dum sit, non ad mundi refugia, quæ virtute carent, libr. 4. cap. 16. num. 12. & 13. lib. 17. cap. 4. numer. 10. & 15. tamen, vbi ipse auxilium dat de tribulatione, non de deliciis, libr. 7. capit. nono, nu. 6. lib. 17. cap. secundo, num. 17. & 18. cap. quarto, num. 10. 14. & 15. Et tandem cum tribulationes huius vitæ, quæ aduersæ videntur, prosperæ sunt, sicut multa, quæ re vera hominibus videntur prospera, sunt aduersa, libr. 17. cap. quarto, num. 11. Cū tribulationes torcularia sint, in quibus vinum, & oleum fluit, ibidem num. 18. & 19. quibus sæpe carent impij, sicut racemi, & oliuæ, dum pendent in olea, aut vite, quæ non exprimuntur, ibidem. Propter hæc omnia homo hic leprosus proci dens ante Deum ægritudinem repræsentat medico, dicens: *Domine, si uis, potes me mūdare.* Cumque diuinam confiteretur potentiam, & quod in voluntate ipsius cuncta essent posita, continuo respondit Dominus: *Volo. Mundare.* In quibus verbis dum tam cito adest postulā ti, docet, quod Deus præsto est his, qui in veritate quærunt illum, lib. 4. cap. 14. nume. 3. cap. 16. num. 1. 4. 6. vsque ad 9. & 16. Adhuc te loquente dicam: Ecce adsum. Curato leproso, continuo ait illi: *Vide nemini dixeris.* Salutem illi collatam tacere monet non propriū per- *Caiet.* pendens periculum, quod in Domino nullum erat gloriæ vanæ, aut ostentationis, si miraculum cunctis patescceret, sed prouidens exēplo nostro. Cum enim vana gloria maxime fugienda sit, vtpote quæ transactis laboribus, illorum mercede nos priuat, lib. 18. cap. 1. nu. 1. vsque ad 3. 6. 9. & 10 quæ & difficile vincitur, vitiumq. sit hoc stultitia plenum, quia cum homo boni operis habeat locupletissimum debitorem, pauperem eligit, ibidē nu. 4. Gloriam, & laudes Dei pro humanis relinquens similis est homini, qui laudibus Regis relictis, & contemptis, muscarum stridorē sequitur, ibidem num. 17. *Nemini dixeris.* Quia expediens est multum, vt homines Dei fauores taceant, nec Regiæ diuitiæ Babyloniis prodantur cum periculo amittendi eas. Quo fit, vt frequenter Deus maximis beneficiis amicos suos ita cumulet, vt iidem ipsi se huiusmodi beneficiis ornatos non intelligant. Cuius rei typum tenuit facies Moysi diuino lumine irradiata, cuius tamen splendorem, & gloriam alij, ipso ignorante, videbant. Sic enim de eo scriptum est: Et ignorabat quod *Exo. 34.* facies eius esset cornuta. Quod si diuiua beneficia patentia fuerint, tacenda sunt, nec aliis propalanda continuo, ne propalata intereant. Quia in exordiis uirtus facile exterminatur, lib. secundo, capit. octauo, num. octauo, lib. nono, capit. 24. num. secundo 5. 6. li. 18. c. 13. nu. 2. & 4. Et quia iusti de longe portant panem suum, quia in cunctis, quæ agunt, tantum æternam retributionem expectant, lib. octauo, cap. nono, num. 13. ideo ne hanc amittant, tacent bona, quæ egerunt. Iusti enim, dum imperfecti sunt, grandi periculo subduntur, nisi taceant. Vnde cum bonum opus peregerint, auertunt oculos ab eo, ne superbiant, lib. 12. cap. 1. num. 9. Multo magis auertunt illud ab oculis hominum, ne pereat,

& tradatur eius pulchritudo in manus inimici. *Vade, ostende te Sacerdoti, & offer munus, quod præcepit Moyses in testimonium illis.* Vt, si quidem credere voluerint, bene viuendo salui fiant, quin minus inexcusabiles sint multo magis, quam Philosophi, qui cum Deũ cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt, & euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiés cor eorum, ita ut sint inexcusabiles. Ideo ventura flagella prædicit Deus, vt, si illis auditis, correpti non fuerint, iustius puniantur, lib. quarto, cap. duodecimo, nume. vndecimo, & 25. Peccatorem rogat Deus læsus, vt misericordia diuina illi innotescat, lib. quarto, cap. decimo, nume. quarto, quinto. 11. & 12. libr. 14. capit. 17. numer. sexto, usque ad octauum.

Iansenius. *Rom. 1.*

2 Secundum huius Euangelij miraculum maiori est consideratione dignum, quod hominis gentilis, & nobilis diligentia accidit, cuius seruus in lecto iacebat paralyticus in ciuitate Capharnaum. Herus autem eius indignũ se arbitrans, qui exaudiretur, Iudæos rogauit, vt in re tam sibi cupita apud Dominum essent intercessores. In quo miraculo duo animaduertenda sunt. Primum, quibus præcedentibus rationibus motus est Christus, vt verba proferret, & grauitate, & consideratione dignissima; *Dico autem uobis, quod multi ab Oriente, & Occidente uenient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in Regno cælorum, filij autem Regni eijcientur in tenebras exteriores.* Et secundo, quanta tristitia, & gaudio, lacrymis, & consolationibus, spe, & timore sint plena. Tria sunt, quæ potissimum animũ Christi Domini impulerunt, vt diceret: *Amen dico uobis non inueni tantam fidem in Israel. Dico uobis, quod multi ab Oriente uenient*, &c. Primum motus est Dominus ad prędicandam magnifice virtutem huius, qui tam sollicitus fuit in curanda salute proximi nullo ad id medio, quod sibi expediens videretur, omisso, quia de bono proximi sollicitus erat, tamque anxius de illius malo: Secundo, admirandam suiipsius cognitionem ostendit, qui licet dives esset, & nobilis, indignum se iudicauit, ut ab illo inuiseretur, & visitaretur in domo, qui ut Propheta habebatur in plebe. Cumque religio mirabilis esset in gentili, & milite, vtpote qui non ab heri, & nudiustertius, sed ab antiquo diuino cultui, & religioni consecratus, erat affectus Iudæis, in quibus uigebat cultus Dei, quibus & Synagogam ædificauerat, in qua Deo hostias, & preces offerrent. Vt non posset putari religioni tunc primum fuisse affectum, cum malo serui, quem tenere diligebat, afflictaretur, vt multis vsu uenire solet, & his non obstantibus, aiebat: *Non sum dignus, Domine, ut intres sub tectum meum.* Sed cum se omnino indignum crederet quolibet beneficio, Iudæorum Principes rogauit, vt adirent Christum Dominum rogaturi ipsum pro seruo. Et tertio

Luc. 7.

celebrata fuit huius hominis virtus propter fidem, quam de Christo Domino habuit, dum dixit: *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, &c.* Et propter hanc rationem dixit Dominus: *Non inueni tantam fidem in Israel.* Nõ quod in Ioanne Baptista maior non esset fides, sed maior erat fides proportionabiliter in viro gentili militari, ex auditu tantum famæ Iesu talis effectus in exordio prædicationis Domini, cuius vix vnum, aut alterum audierat miraculum. Circa quæ perpenditur, quod omnia, quæ adueniente verbo, & carnem assumente, operaturus erat in orbe, in hoc vno homine pagano tam mirabili ipsius & potentia, & bonitate completa sunt. Dixerat enim Paulus: Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & sęcularia desideria sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc sæculo expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum. Apparuit gratia, & benignitas Dei, quæ hominibus latebat in cælo. Desiderium impleuerat illius, qui ardenter petebat: Qui sedes super Cherubin appare coram Ephrain, Beniamin, & Manasse. Ex qua gratia Christus erudiuit nos, vt abnegaremus impietatem, hoc est, peccata omnia, quæ contra Deum sunt, & sæcularia desideria, in quibus sunt peccata contra se, uel proximum commissa. Sobrie, id est, cum mensura utatur exterioribus rebus, iuste se habeat ad proximum, pie autem ad Deum. Et si hęc fecerimus, securi expectemus aduentum Dei secundum, vtpote consecuti, quæ ipse in primo aduentu docere venerat, & persuadere, ut hæc facientes sectatores essemus bonorum operum, iubente illo, qui uenerat, ut mundaret sibi populum acceptabilem. Omnia ergo hæc in vno hoc homine cumulatissime completa videmus. In illo enim perpenditur dilectio, & eximia quædam humanitas, quia seruum adeo charum habuit, maloque eius fuit tantopere motus, & de sanitate adeo sollicitus, ut non casu, & leuiter, sed maximis adhibitis medijs remedium illi quæreret, intercessione aliorum, quibus Christum Dominum credebat debitorem, & bene affectum, quibus & ipse ædificauerat basilicã, quibus & diceret: Semper me erga plebem vestram bene animatum vidistis, me ipsum, & mea uestræ consecrata sunt utilitati, diligo uos omnes grandi amore, pro quibus omnibus hoc unum oro, ut de salute serui mei solliciti sitis apud Dominum, & intercessores. Hoc uno contentus paratum me inuenietis in omnibus, quæ uobis uiderim expedire. Non mirarer, si ad pedes Domini prouolutus, ut

Iansenius.

Ad Tit. 2. S. Thom.

alter

alter Regulus, iã iã morituro filio salutẽ expostularet. Aut procideret corã Domino, sicut Chananæa cuius filia male vexabatur a Dęmonio, aut si in extremis agente fratre nuntium mitteret ad Dominum, sicut fecerũt Maria, & Martha dicẽtes: Ecce, quem amas, infirmatur. Aut si quæreret salutem vxori, vel patri, vel alteri, cuius vita illi apprime esset aut necessaria, aut iucunda. At charitas, & dilectio hominis huius nobilis, & militis in seruum rara fuit. Perpendebat enim seruum non ideo contemnendum, quia seruus esset, sed quod homine ad beatitudinem condito illa esset adhibenda cura, quam in propriis negotiis gereret homo. Scriptum non legerat, qui gentilis erat: Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua, quasi fratrem sic eum tracta, id est, illius curã habe, quam tui ipsius, & animæ tuæ gerere debes. Et in aduersis, & in secundis rebus eum cogita fratrem. Nec illud Pauli, qui postquam dixerat: Serui obedite dominis carnalibus cum timore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo, non ad oculum seruientes quasi hominibus placẽtes, sed vt serui Christi facientes voluntatem Dei ex animo cum bona voluntate seruiẽtes sicut Domino, & non hominibus. Addit: Et vos domini eadem facite illis remittentes minas, scientes quia & illorum, & vester Dominus est in cælis, & personarum acceptio nõ est apud Deum, in cuius oculis frequenter seruus liber est, ac nobilis, & dominus miserrimum mancipium, is enim seruum, & liberum in moribus pronuntiat, eadem facite illis .i. seruite illis, quando seruitio vestro indiguerint, quia eius Domini estis serui, apud quem non est seruus, & liber. Sed ille seruus erit, qui passionibus suis seruit, quamuis regio diademate sit coronatus, & ille iudicabitur liber, qui seruiens impio tyranno dominatur animo suo, cui seruiunt passiones. Iusti vere liberi sunt, etsi ad horam seruiant, mali autem & vitiorum, & dæmonum serui sunt, lib. 9. capit. 13. nu. 3. vsque ad 5. 9. 7. 11. & 14. Etsi enim id non sentiant, intolerabilem seruitutem patiuntur in mundo, ibidem num. 14. Hæc intelligebat miles gentilis, lumine naturæ dictante, quapropter nullum medium intactum reliquit, quo posset illius saluti prouidere.

Eccles. 33

Ephes. 6.

Quod Christiani multi non faciunt, in quibus maior cũ sit obligatio, sępe seruos ea & seueritate, & crudelitate tractãt, ac si bestię essẽt, aut ratione carerent. Nondum audierat hic: Filioli non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate, & tamen verbis & operibus dilectionem in seruum, quem reuera fratrem credebat, prodit summe anxius, vt bono illius prouideat. Ezechias Rex audiens Esaiam vocem Domini comminantem, quod futuris temporibus iratus Dominus de filiis suis seruos daret, in palatio Regis barbari Nabuchodonosor, dixit: Bonum verbum Domini, quod locutus est, fiat tantum pax, & veritas in diebus meis. In quo ab Hebræis reprehenditur, quod propria salute, & bonis cõtentus non curauerit, quod in aliis etiã propriis filiis futurum esset. Iste autem Cẽturio etiam de seruo ad horam in lectulo iacente sollicitus fuit. Magni pendit Hieronymus Hieremiæ virtutem, qui dum ingentem Israeliticiæ populi calamitatem perspiceret talẽ, quod omnis populus gemens, & quærens panẽ dederunt pretiosa quæque pro cibo. Præcipitauit Dominus, nec pepercit omnia speciosa Iacob, &c. dixit: Defecerunt præ lacrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea, effusum est in terra iecur meum, super contritione filiæ populi mei. Quid mirum, quod homo in vtero matris a Deo sanctificatus anxietur, & lacrymas fundat oculis videns tantam calamitatem, iacturam honoris, diuitiarum, vitæ, &c. idq. in fratre, in consanguineo, & in cõciue, &c. Miremur in gentili milite pectus saluti serui consecratum, & proximi. Miremur potius inter Christianos vix reperiri hominem, qui saluti consulat proximi, qui, ac si sua nihil interesset, alienum incommodum non illud floccipendat, nec id solum (tolerabile .n. id esset malum) sed totus fere mundus hominibus plenus est, qui hoc nomine indigni solum id attendunt, ut damna inferant proximo, quod flere maxime debet Sanctus verba assumens Prophetæ dicentis: Periit Sanctus de terra, & rectus in hominibus non est, omnes in sanguine insidiantur, vir fratrem suũ ad mortem venatur, &c. qui optimus in eis est, quasi paliurus, & qui rectus, quasi spina de sæpe, id est, quem creditis meliorem, iste non iuuabit vos, sed quasi spina sanguinem fundet. Noli confidere in duce, in vxore, in viro, in fratre, aut in filio. Huius rei tanta sunt exẽpla (inquit Hieronymus) quotidianæ vitæ, vt magis lugere, quod tanta sint, quam quærere debeamus. Quod Centurio nõ fecit, qui non solum pro filio, aut fratre, sed & pro seruo curam gessit specialem. Proximos etiam cognatos, & fratres rarus est, qui diligat vere, lib. 1. capit. 13. num. 1. vsque ad 9. & capit. 14. num. 1. Proximorum dilectionem gentilium exemplo discere debemus, lib. 1. cap. 14. num. 10. & 11. Proximorum bonis, qui congaudet, & de malis tristatur, duo habet vbera sponsæ, ibidem num. 15. capit. 16. num. 11. Proximos vere diligere debemus eorum necessitatibus prouidendo, lib. primo, capit. 16. num. secundo, tertio, 7. vsque ad decimum, & 12.

Thren. 2. Hieron.

Micheæ 7 Hieron.

Secundo, mirabilis est huius hominis cognitio propria, vtpote indignus arbitratus, vt a Domino visitaretur. Licet enim Dux esset nobilis, ac diues, ac potens, nullum horum obfuit, quo minus miseriam propriam agnoscens, indignamq. Domini præsentia diceret: *Non sum dignus, ut intres sub tectum meum.* Ex his perpende, quod diuites contemnere non debemus, quia negotia gerunt terrena, lib. 4. ca. 38. num. 15. Sicut nec de eorum salute diffidendum est, sicut plerique pauperum, & vul-

1. Can. Io.

Esa. 39. Hieron.

gus faciunt, ibidem num. 16. vsque ad 20. Diuites, qui ratione relicta, in bonis aliis gloriãtur, stulti sunt, lib. quarto, capit. 41. numer. 2. Diuitem in auro non considere æterna beatitudo est, lib. 5. cap. 10. nume. 2. Vnde cum superbia oriatur sæpe ex hominum principatu, lib. 16. cap. 13. num. 3. & 4. etiamsi de temporalibus superbire stultitia sit, ibidem nume. 8. 9. 11. & 35. maxime commendatur in homine & potente, & diuite tam grãdis sui ipsius cognitio, quam ad Deum cognitio, qui nec cum inuisere ausus fuit, nec alloqui, ipsumq. videre in domo sua. Magnificatur humilis oratio Ezechiæ Regis, quo tẽpore Rapsaces obsederat Sanctam ciuitatem dux Regis Senacherib, quæ & multum valuit apud Deum, libr. 8. cap. septimo, num. 11. qui templum adire nõ est ausus, vt Deum oraret, sed misit Sacerdotes ad Esaiam, vt Prophetæ precibus diuina moderaretur indignatio, nec prius templum iam ingressus Dominum ausus est deprecari, quousq. Prophetam rogauit, vt pro reliquiis Israel preces ad Deum funderet, indignum se arbitratus, vt tanta miseria pressus orationem funderet ad Deum. Hæc contigerunt Ezechiæ Regi, qui proprium periculum, regni amissionem, propriam captiuitatem, vitæ periculum perpendens, Prophetã rogauit, vt suæconsuleret necessitati. Sed Cẽturio, vt seruuli vnius saluti corporali prouideret, Dominum non est ausus rogare, sed seniores Iudæorũ misit, credens illorum intercessione posse in re hac iuuari. Matthæus Telonearius, cum primum vectigalia dereliquit, fecit Domino conuiuium magnum in domo sua, vocauitq. multos peccatorũ, & Zachæus similiter, &c. Is autem istis melior indignum se credebat, qui Dominũ reciperet in domo. Cognitio enim propriæ miseriæ medium aptissimum est ad impetrandam diuinã misericordiam, li. 3. c. 19. nu. 11. 12. 15. 19. vsq; ad 23. Vide de suiipsius cognitione, quod mirabilis sit in viris sanctis, & vtilis, qua qui carent, in multa ueniunt damna, lib. 3. cap. 19. per totũ, & c. 23. num. 19. Exemplo sit Centurio iste cõtra diuites superbos, qui perperam seipsos magnificiunt, & pauperes contemnunt. Socrates cum videret Alcibiadem ob diuitias elatũ animũ gerere, & ob agrorum multitudinem superbire, adduxit ad locũ, in quo tabula quædam, in qua orbis descriptus erat, suspẽsa erat, & cum rogauit, vt Atticã ibi requireret, quam cum inuenisset, suos fundos eũ iussit ostendere, & cum respondisset nusquã ibi pictos esse; Horum, inquit Socrates, possessione extolleris, qui nulla pars sunt terræ? Taxãs hoc verbo Alcibiadis stultitiam, qui superbiebat in iis rebus, quæ fluxæ sunt, & cum mũdo intereunt. Diuites, & pauperes modo sũt sicut actores in scæna, lib. 4. cap. 38. numer. 4. & 5. quos in eo pretio habere debemus, ac si in pariete picti essent duo homines, alter pannis indutus, alter vestibus deauratis, &c. ibidem num. 6. lib. 14. cap. tertio, num. septimo.

Esa. 37.

Diuites enim quasi in somnis dites fiunt, libr. quarto, cap. 38. num. 13. Et hi per potentiam opprimunt pauperes, lib. quarto, capit. 39. nu. 10. vsque ad 17. Homo iste propriam perpendens infirmitatem, nec pauperem seruum cõtempsit, nec Dominum domum suã intrare passus est. Dominus autẽ a Iudæis rogatus ibat cum illis, vt Lucas dicit, statim iter arripuit, vt seruũ & inuiseret, & curaret, vt doceret suã erga pauperes benignitatem, & quod hi, qui humiles sunt conditionis, & egeni contemnendi non sunt, lib. 14. cap. 3. numer. 4. 22. & 23. Tertio, mira in Christum Dominum fides celebratur, qua credidit Dominũ absentem solo nutu, solaq. voluntate curare posse seruũ in extremis agẽtẽ. Ac si diceret: In ditione tua cũcta sũt posita, & non est, qui tuæ possit resistere volũtati, Dominus vniuersorũ tu es. Cũ infirmũ a lectulo erigere uolueris ad salutẽ, aut eum qui iam fœtet a sepulcro, dic verbum, & id continuo fiet. Ecce quibus rationibus motus est Christus, vt proferret verba omni animaduersione dignissima, cum dixit: *Multi ab Oriente uenient, & recumbent cũ Abraham, &c. filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores.* Quæ etiã verba in homine Christiano, & consolationem, & tristitiam gignere debent. Quibus conformiter ad necessitatem suam vti debent peccatores, & iusti. Cum viderit peccator mala sua, ne his intentus suspendio pereat, audiat Christum dicentem multos ab Oriente venturos, vt recumbant cum Abraham in regno cælorum, in quo mali, & infideles designantur. Meum erit tunc dicere; Numquid in æternum proiiciet Deus, aut non apponet, vt complacitior sit adhuc, aut obliuiscetur misereri Deus, aut cõtinebit in ira sua misericordias suas? Bene vidimus frequenter hominum sortes mutari, & quosdam, cum iam fere vnum pedem haberent in cælo, irreparabiliter corruisse, alios q. qui in luto miseriæ sordidi iacebant, illorum loca occupasse. Audiamus blasphemi, murmuratores, &c. Dominum dicentem: Ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidenti congregabo te. Dicam Aquiloni da, & Austro noli prohibere, affer filios tuos de longinquo, & filias tuas ab extremis terræ. *Multi ab Oriente venient.* Ne leteris inimica mea super me, quia cecidi, consurgam, cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est. Dominus enim eri git elisos, & sedentibus in tenebris lux orta est eis, & lux in tenebris lucet, vt hi recũbant non in sinu Abrahæ, vt Lazarus, sed in regno cælorum. Ecce spes, sed metus vnde? *Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores.* Filij regni, quibus promissio facta est, plerisq. ex illis dicetur: Secundum multitudinem impietatũ illorum expelle eos in tenebras exteriores, quia lux venit in mundũ, & dilexerũt homines magis tenebras, quam lucem. Vniuersa vanitas omnis homo viuens, & non solum quando in sceleribus mortuus est. Onusta incedis auro Eustochium, Iatro tibi vitandus

Cornelius.

4

Michæa 7 Hieron.

Chry. ho. 27. in Matth.

Hier. li. 2. cõtra Pelag. ep. 22.

dus est. Nemo inter serpentes, & scorpiones securus ingreditur. Quamdiu habemus thesaurũ istum in vasis fictilibus, & caro cõcupiscit aduersus spiritũ, nulla est certa victoria. Inter spem, & metũ fluctuet homo, dũ considerat, quod heri Basti Regina erat centum, & viginti septem prouinciarum, Regi Assuero charissima, & Hester in captiuitate degens ancilla Regi incognita, & tamen repentino, & incogitato casu illa regno pellitur, & ista coronatur. Hanc rerum commutationem adumbratam cernimus in libro Iosue, vbi filij Israel perarentem Iordanis alueum transierũt, præcepit Dominus Iosue, vt duodecim inde lapides sublatos extra flumen in littore collocaret, quod vt factũ est, idem protinus Iosue duodecim alios e littore sublatos intra flumen reposuit, qua quidem lapidũ permutatione (qua alij ex aqua in siccum extrahuntur, alij e contra ex sicco in aquam immittuntur) hanc hominum mutationem appositissima similitudine expressam videmus. Quod etiam Regius Vates sub eadem fere similitudine significauit, cum ait: Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim. Contra vero posuit desertum in stagna aquarum, & terram sine aqua in exitus aquarum. Sic igitur variatis rerum vicibus, ea quæ cælestis gratiæ vnda madebant, arescunt, quæ vero arida, & inculta erant, diuini Spiritus flumine irrigantur. Sic in Phare & Zara, Manasse & Ephraim, Iacob & Esau, hominum sortes vides mutari. Vnde dicebat Deus his, qui confidebant, vel quia iusti erant, vel quia locum occupabant Sanctorum: Viuo ego, dicit Dominus, quia si fuerit Ieconias filius Ioachim Regis Iuda annulus in manu dextera mea, inde euellam eum, id est, quando illum tanti fecero, ac si pretiosissimus esset annulus digito meo insertus, si recte nõ vixerit euellã eum inde, & dabo te in manu quærentium animam tuam. Si hoc metu viuere debet, qui annulus est in manu Domini, quid de lebete considerãdum est, si illi timere conuenit, isti conueniet vt securus sit? Sancti dum viuunt, securi non sunt a lapsu, lib. 2. cap. 6. numer. 11. 14. 17. 30. vsque ad 32. lib. 4. cap. 17. num. 2. lib. 8. cap. 5. num. 20. Nec in populo Iudæorum, & gentium tantum hoc accidit, quod multi ab Oriente venientes recubuerũt cum Abraham, & multi etiam, qui filij erant regni, eiecti sunt in tenebras exteriores, sed multis etiam fidelibus id contingit, vt qui stat, videat, ne cadat, nec desperent, qui ceciderunt, libr. 4. cap. 17. num. 2. In Ecclesia qui casuri sunt, admisti sunt alijs, vt isti humilientur, ac timeant, libr. 9. capit. 21. numer. 7. 11. 13. & 15. cum filios regni viderint expelli in tenebras exteriores. Dilectio Dei magis similis est illi, qua mariti diligunt vxores suas, quam amori parentum in filios. Parentes enim filios suos, etiamsi nocentissimi sint, diligunt. At mariti erga vxorem amor (quamuis omnium maximus sit) eatenus tamen durat, quamdiu illa datã fidem inuiolatam seruat, violata enim fide, summa illa amicitia non modo dissoluitur, sed in grauissimam etiam inimicitiam cõmutatur. Hoc modo se Deus cum hominibus gerit, qui vt vxorem diligit filios suos iustos, si adulterauerint, nisi resipiscant, summo odio prosequitur eorum iniquitatem.

Iosue. 4.

Psal. 106.

Hier. 22.

DOMINICA TERTIA

post Octauas Epiphaniæ.

Euangelium.

Ascendente Iesu in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius. Matth. 8.

CONCORS, ac constans sanctorum Patrũ consensus in enarratione huius Euangelij is est, vt nauim vocitẽt Ecclesiam Catholicã, mare sæculum innumeris periculis plenum, inconstans, turbidum, falsum, &c. in quo mille consurgunt calamitates. Considerandum ergo est mundum hunc mare esse, quod absque nauigio transigi non potest. Sed in ipso manens fluctibus operietur, & peribit. Secundo ingenti beneficio potiũtur homines Christiani, quibus nauicula data est Ecclesiæ, cui infallibiliter Christus Dominus astat, vt nullus nauigantium pereat, si voluerit. Tertio videndum, quod licet non habeat eadem pericula, qui nauem ingressus est bene præparatam, ab optimo rectam gubernatore, tamen eo ipso, quod nauigatio in fluctibus maris fit, periculis subiacere necessarium est. Qui in mare ingressus nauem non habet, impossibile prorsus est, ne fluctibus operiatur, & pereat: tamen nauigantibus in Ecclesia Deus conclusit ostijs mare, quando erumpebat, quasi de vulua procedens. Circumdedi illud terminis suis, & posui vectem & ostia. Et dixi, vsque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Moderatur quidem Deus procellas maris, fluctus mitigat, & talis est, cui venti, & mare semper obediunt, sed taliter id efficit, vt fluctus non deficiat, mareq. intumescat, vnde videndum est, quæ sint, quæ concitant ventos, vt nauicula, ac nauigantes periculis subdantur, & quibus remedijs vtẽdum sit, cum homines fideles in tali periculo sunt constituti. Mundus iste mare dicitur, quia mundana omnia turbido torrenti comparantur, mari fluctuanti, lib. 3. cap. 10. nu. 32. Mare inconstans, modo mansuetum, & lene, modo, dum non timetur, consurgunt fluctus

1 *Dominica 3. post Oct. Epiphaniæ.*

Iob 38.

Prima pars.

fluctus usq. ad cælos, descendunt vsque ad abyssos, ita vt anima timore paueſcat non solum in his, sed & in illis, qui huic periculo
Luc. 21. non sunt subiecti, dicẽte Domino: Et in terris pressura gentium præ confusione sonitus
Cap. 31. maris, & fluctuum. Vnde cum Iob exprimere vellet quibus timoribus subiectus esset nõ vno die, aut altero, sed per totam vitam, dixit: Semper enim, quasi tumentes super me fluctus, timui Deum, & pondus eius ferre non potui. Hac vsus est comparatione, ac si nullam aliam inuenire potuisset, qua magnitudinem timoris sui explicaret. Modo arridet mundus, nauiganteſq. in eo & bonis, & prosperitatibus abundant, sed quia mare est vita hæc, dudum omnia sursum, deorsumq. mutantur. Vanitati enim vita hęc subiecta
Rom. 8. est, sicut & omnis creatura, de qua aiebat Paulus: Omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc. Vanitati subiecta est non volens quousque liberetur a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei, lib. 2. cap. 18. num. 16. lib. 18. cap. 16. numer. 6. 9. 10. 15. 21. 22. cap, 17. num. 6. & 10. Vnde mũdus plenus inconstantia mari optime comparatur, lib. 5. cap. 3. num. 4. lib. 11. cap. 12. num. 19. 20. 32. & 33. Vita innumeris mutationibus obnoxia mundus vocatur, lib. 11. cap. 12. num. 4. In vita hac nihil gerere cum stabilitate possumus, cum torrens, & mare sit mũdus mille mutationibus subditus, lib. 18. c. 16. num. 21. & 26. Cito transeunt cuncta, & in
2 mortem fluunt num. 22. Præterea sicut mare non solum inconstans est, sed & mille periculis plenum. In mari Marsiliæ, aiebat Bernardus, si decem nauigant naues, vix vna perit, in mari huius mundi inter decem vix vna saluatur. Vnde mulier illa, de qua Ioannes loquitur in Apocalypsi, acriter deiecta propter
Apocal. ingentem stultitiam, quam protendebat, dũ
Apocal. sedens erat super aquas maris. Sed Angelo illi similes simus, qui vnum pedem habebat supra mare, alterum super aridam, quia licet, dum viuimus, omni ex parte liberi esse non possimus a sæculo quantum possibile fragilitati humanę fuerit, vnus saltem pes fixus sit in terra, cui inhæreat homo, ne pereat. Maris pericula illi soli edicere possunt, qui illud enauigant. Vnde cũ omnes nos simus in mari, mille videmus pericula, quibus vel obruimur, & perimus, vel appropinquamus, si non ad mortẽ, vsque ad portas mortis. Mundus relinquendus plenus periculis, lib. 4. cap. 2. num. 2. vsque ad 6. & 13. lib. 11. cap. 6. nu. 43. Vitæ huius dies malos duæ res faciunt, miseria hominum, & malitia hominum, lib. 18. cap. 16. num. 25. Vita hæc graue iugum super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum vsque in diem sepulturæ, lib. 18. cap. 16.
2. Cor. 11. num. 29. Periculis fluminum, periculis latronum, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in terra, quia omnia, quæ sunt in mundo, periculis sunt subdita. Vita hæc multos decipit, quia, vt mare, amara est sapientibus, dulcis autẽ stultis, lib. 18. cap. 16. num. 26. Mundusq. iste mari comparatur, quia præterquam quod fluctuabundus est, & inconstans, ibi homines vt pisces alterutrum se comedunt, non ambulant, sed feruntur. Cur Domine, taces, *Abac. 1.* & non respicis contemptores, conculcante impio iustiorẽ se, & facis homines quasi pisces maris? lib. 18. cap. 17. numer. 4. Diuites enim potẽtes impij sicut pisces grãdes in mari deuorant minores, lib. 4. cap. 39. numer. 17. 23. 27. & 28. Cum ergo mundus iste inconstans sit, varius, ac mille periculis abundans ingenti beneficio potiuntur Christiani, qui in naui Ecclesiæ positi pericula hæc omnia possunt euadere præsentia Christi. Ecclesia enim nauis est Dei, in qua sumus, aliaq. est nauis sæculi, lib. 8. cap. 1. nu. 5. Ecclesia optime comparatur naui lib. 5. cap. 3. num. 2. 4. 5. 16. lib. 16. cap. 12. num. 16. Et arcæ Noe, quæ ferebatur super aquas, lib. 3. cap. 5. num. 6. 7. 13. cap. 8. num. 1. & 2. lib. 16. c. 12. nu. 21. & 22. Vnde aiebat Chrysostomus: Nauis Ecclesia *Hom. 23. imp.* est, quæ facta est tamquam nauis institoris de *per.* longe portans panem suum, quæ nauigantibus Apostolis, gubernante Domino, flante *Prou. 31.* Spiritu sancto, vbique discurrit, prædicatione portans secum magnum, & inæstimabile *Sap. 5.* pretium. De qua naui scriptum est: Vestigium illius in medio maris inueniri non posse, quia conuersatio illius non terrena, sed cælestis est. Quæ cum habeat Christum gubernatorem, naufragio perire non potest. Nauigat enim gubernaculo fidei felici cursu per huius sæculi mare, remigantibus Angelis, ad tranquillum portum felicitatis aternæ ducens viros sanctos. Arbor nauis crux Christi est, vela Euangelica Euangelij secum ferens, ventus Spiritus sanctus est, qui eam impellit, vt applicet ad portum beatitudinis, lib. 16. cap. 12. num. 16. Cumq. habeat Christum secum, tamquam. charissima sponsa ab illo numquam separatur, lib. 2. c. 12. num. 20. Vnde ad Ecclesiam confugere debet, qui voluerit tutus esse a sæculi fluctibus, lib. 5. c. 6. num. 10. ita tamen, vt vitam hanc credat fluctibus, & periculis plenam, qualis est nauigantium vita. In qua tunc tuti sunt nauigantes, cum nauem egressi, ingressiq. portum salui gratias agunt. Vnde aiebat Diuus *In psal. 25.* Augustinus: Nauigamus per quoddam stagnum, & venti, & procellæ non desunt, tentationibus huius sæculi periclitantur nauigantes. Et sicut qui nauigant mare, etiamsi *August. in psal. 66.* salua sit nauis, nusquam caret aqua, & ne illa mergatur, vtuntur nautæ instrumento ad euacuandam nauem, ne si illa crescat, hæc pereat, sic etsi anima per gratiam sanetur, non desunt peccata, & mala aliqua, quæ bonis operibus euacuanda sunt. Ad id ieiunia *lib. de Cant. co nouo.* sunt, orationes, eleemosynæ, &c. Et alibi: Vt ad aliam vitam nauigemus, ascendamus nauem fidei simul, & crucem, nec desit anchora spes nostræ salutis, extendamus funes diuersas

uersas virtutes, vela charitatis colligamus, inuocemus ventum prosperum verbum Dei, exhauriamus sentinam a peccatis. Non metuat anima mare hoc magnum sæculum, scilicet, cuius fluctus, ac turbines sentimus in Deo sperantes. Multi iam sancti hos fluctus spreuerunt, calcauerunt multi, super eius aquas ambulantes, securi ad patriam peruenerunt. Sed exurgit ventus validus, sua cuiusq. cupiditas, clama, dabit manum mergenti, nec sinet perire ille, qui propter nos dignatus est super aquas ambulare. Nauigatio vita hominis, quia sicut stultum est, immo impossibile, vt nauigans siue nobilis ille sit, siue plebeius, ea quærat in naui, quæ haberet in terra, non est eadem in cubiculo amplitudo, vt in domo, non lectus, non cibus, non potus, & multa alia, quæ diuiti degenti in terra præsto sunt, nauiganti aut difficilia erunt, aut impossibilia, idq. omnes homines, cum primum ingrediuntur nauem, certo sciunt. Ingressus fuerat Paulus nauem Ecclesiæ, & oblitus omnium, quæ erant in terra, illa sola quærebat, quæ ad nauigationem necessaria essent, & ideo aiebat: Habentes victum, & quibus tegamur, his contenti simus, quousque applicuerimus ad portum securæ felicitatis, vbi omnes domestici Dei vestientur duplicibus, gloria animæ, & corporis. Nec dormire debet, qui nauigat, nisi metu concussus propter nauigationis pericula, ne au-
Prou. 23. diat: Et eris sicut dormiens in medio mari, & sicut sopitus gubernator, amisso clauo, & dices: Verberauerunt me, sed non dolui, tra-
Hieron. ibid. xerunt me, ego non sensi, quando euigilabo, & rursum vina reperiam? In medio mari dormit, qui in mundi huius tentationibus positus præuidere motus irruentium vitiorum, quasi imminentes vndarum cumulos, negligit. Et quasi sopitus gubernator clauum amittit, quando mens ad regendam nauẽ corporis studium solicitudinis perdit. Et mẽs a cura solicitudinis dormiens verberatur, & nõ dolet, quæ sicut imminẽtia mala non prospicit, sic nec quæ perpetrauerat, agnoscit. Quando euigilabo, &c. Qui euigilare optat vt iterum bibat, quia quamuis somno stuporis a sui custodia prematur, vigilare tamen ad curas sæculi nititur, vt semper voluptatibus inebrietur. Et cum ad illud dormiat, in quo solerter vigilare debuisset, illud appetit, ad quod laudabiliter dormire potuisset. Nauigantes etiam dicimur, quia vita hæc laboribus deputata est quousque ad portum veniamus. Laboramus in remigando, lib. 18. ca. 17. num. 19. maxime si procella consurgat, & tempestate quassetur nauis. Procella si veniat in mari, quotquot nauigãt, omnes metu ingenti concutiuntur, archigubernium nauis omnes intuentur, ab eius ore pendent, vt ei incunctanter obediant. Cuncti solliciti sunt, & parati, vt his attendant, quæ saluti omnium, a qua propria pendet, viderint expedire, alter proijcit merces in mari, volens prudenter vt pereant sua, ne ipse cum illis simul mergatur in profundum maris, precibus, votis etiam insensati homines, & scelesti tranquillitatem postulant a Deo, siue barbari illi sint, siue Christiani. Dum nauis *Ionæ. 1.* Ionæ flante vento magno, periclitaretur, timuerunt nautæ, & clamauerunt ad Deum suum, & miserunt vasa, quæ erant in naui, in mare. Ionas descendit ad interiora nauis, & accessit ad eum gubernator, & dixit ei: Quid tu sopore deprimeris? Surge, inuoca Deum tuum. Et cum nauigaret Paulus Ro- *Act. 27.* mam, sæuiente tempestate, ieiunijs multis 3 barbari Deum placare nitebãtur, tam anxij, vt obsecrationibus Pauli, qui dixerat, Angelo reuelante, nullũ periturũ, vix sumpserint cibũ, quo animarentur exanimati metu. Et in Euangelio hodierno excitauerunt Dominum discipuli clamantes nimio timore perterriti: *Domine salua nos, perimus.* Sic futurum erat, quando nauis Ecclesiæ ventis peccatorum, hæresum, &c. quatitur, omnes iuuare eam deberent concionibus, disputationibus, scriptis, alij ieiunijs, cilicijs, orationibus, vnusquisque in suo gradu, quantũ illi licuerit; sicut quondam ad opus tabernaculi alij offerebant lapides pretiosos, aurum, indumenta pretiosa, serica, & aurea, alij pelles, lib. 5. cap. 4. num. 6. lib. 16. cap. 10. num. 5. & 6. Vnde Ecclesiam vehementer deiectã flebant olim Sancti lib. 5. cap. 5. num. 2. 4. vsque ad 7. & 12. lib. 6. cap. 3. num. 9. Quam & restitui pristino candori exoptabant, cum tempestatibus quateretur, & vrgeretur procellis & hæresum, & vitiorum, lib. 5. ca. 4. nu. 9. 11. li. 14. cap. 30. num. 14. Sed cum modo Ecclesia in eo sit statu, quem videmus, nullus clamat: *Domine salua nos, perimus.* Parum id est, nos ipsi sumus, qui fluctus excitamus in mari. Ecclesiam acriter persequuntur hęretici, Iudæi, Saraceni, Infideles, totus fere orbis contra eam coniurauit, & his omnibus acrius eam persequuntur, qui in ea nauigantes, & credentes ipsius uirtutem, & quod extra illam nulli contingere potest salus, innumeris occupati peccatis fluctus excitant ad cælum usque pertingentes, ut omnes pereamus, si Deus sola sua bonitate non rogasset pro Petro, ne deficeret fides eius. Quod grauius persequãtur modo Ecclesiam mali Christiani, quam olim Tyranni, & hæretici disseriritur, lib. 3. cap. 15. numer. 21. lib. 5. capit. 15. num. 12. Si nauigans quis dum ex una parte sæuam cerneret tempestatem concutientem nauem, & ex altera inimicos telis, & iaculis eam ualde aggredientes, ut miseræ seruituti tradant nauigantes, aut morti, eorum bona deprædantes, si is, qui ui, & armis etiam imbecillis, & inermis iuuare alios deberet, terebraret nauem terebra, ut illam funditus mergeret aqua ingrediens, nonne talis stultus esset, & sine capite, aut ebrius, qui & suã, & omnium non solum contemneret salutem, sed & interitum procuraret celerem sui, &

suorum

suorum? Dormit modo Deus, qui te in mare non præcipitat, excitabitur, vt te in infernũ
Psal.43. mergat, nisi clamaueris: Exurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finem, quare obliuisceris inopiæ nostræ & tribulationis nostræ? quoniam humiliata est in puluere anima nostra, conglutinatus est in terra venter noster. Exurge Domine, adiua nos, & redime nos propter nomen tuum. Ecclesia meritis iustorum conseruatur, lib. 5. cap. 4. num. 2. vsque ad 5. 8. ca. 8. num. 4. vsque
Iansenius. ad 6. 9. 13. & 15. Sed confidere expedit, quoniam Deus aliquando procellas leuat in Ecclesia, & mitigat. Ipsius iussu venti tribulationum, & tentationum surgunt, & continuo ipsius iussu fit tranquillitas magna. Vnde aiebat Propheta: Ego sum Dominus Deus
Esai.51. tuus, qui conturbo mare, & intumescunt
Psal. 64. fluctus eius. Et in Psalmo: Qui conturbas profundum maris, & sonum fluctuum eius tu mitigas, vel, vt habent Hebræa: Qui compescis fremitum maris, & fremitum fluctuũ eius. Vnde sicut stultitia esset non modica nauem egredi, & fluctibus continuo velle perire, stultitius multo esset Ecclesiam deserere securissimam nauem, quia in ea degunt peccatores, lib. 4. cap. 23. num. 4. sicut & religionẽ relinquere, quia mali aliqui in ea sunt, insignis esset dementia, lib. 9. cap. 19. nume. 5. lib. 10. cap. 9. num. 5. lib. 15. cap. 6. numer. 3. 4. cap. 7. num. 4. & 5. Ecclesia stabilis, & perpetua in prosperis, & aduersis, lib. 5. cap. 4. nu. 7. 10. vsque ad 13. In Ecclesia sola verum lumen est, cum mundus totus extra eam fumo sit plenus, lib. 14. cap. 11. num. 3. Sed ingruente tẽpestate, etiam si in mari pyratæ sint loca opportuna captantes, qui incautos adoriuntur, & spoliant, & vinctos in captiuitate abducunt. Pyratę illi sunt, de quibus scriptũ est:
Psal.141. In via hac, qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi. Pyratæ dæmones sunt & vitia. Deus nobiscum nauigat hæc omnia prospiciens pericula, quæ nauigantibus cõtingunt, illis prouidet. Vnde si a periculis tutus esse volueris, nauiculam cum Domino Iesu ingrediaris, vt cum salutis auctore nauigans saluis mercibus, & integra rate portum salutis ingrediaris. Optimum nauis gubernatorem obsecremus qui ait: Ego Dominus
Esai.48. Deus tuus docens te vtilia, gubernans te in via, qua ambulas. Sic enim illum gubernabat qui ait: Tenuisti manum dexteram meam, &
Psal. 27. in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. Egemus etiam gubernatore visibili, sine quo tyrones tuto nauigare nõ possunt, hi sunt spirituales patres. Ad hæc etiã charta nauigationis magistra necessaria est, quæ iter nauigationis ostendat, quæ scopulos monstret, quæ occulta maris pericula detegat, quæ totum nauigationis cursum dirigat, quamque in rebus dubijs, atque asperis consulere nautæ possint, sine qua nauigatio deuia esset, & cæca. Hæc charta sanctarum scripturarum, sanctorumq. Patrum doctrina est. Hæc enim iter in cælum monstrat, diaboli insidias aperit, latentiumq. sub imagine virtutum vitiorum scopulos monstrat, dubia, quæ inciderint, soluit, totumq. spiritualis huius nauigationis cursum certissimis cælestis disciplinæ præceptis dirigit. Quisquis inter pericula nauigat, clamet: Nam &
Psal.118. testimonia tua meditatio mea est, & consiliũ meum iustificationes tuæ. Pro quo alij verterunt: Nam & testimonia tua delectationes meę sunt, & consiliarij mei. Necessaria est etiam nauigationis acus, quæ cælũ aspiciat, quæ recta polum petat, quæ a cæteris mundi partibus obtutus suos deflectens ad illum se conuertat, illum intueatur. Hoc præstat in nauigatione nostra puritas intentionis, quæ in omnibus Deum respicit, Deum sibi vltimum finem statuit, cui vni toto mentis affectu placere gestit. Hæc sunt remedia, hæc pericula, mare & nauis, &c. quæ in hac nauigatione sancti Patres sub typo nauiculæ in Ecclesia adumbrarunt.

4 *Ascendente Iesu in nauiculam secuti sunt eum discipuli eius*, vt Domino associati nauigarent,
Mat. 27. ac pericula fugerent. Et sicut Paulo donatæ sunt animæ septuaginta supra ducentas, qui cum ipso nauigabant, sic & Christo Domino discipuli remiges, & alij, qui ingressi sunt, donati sunt, ne sæuiente maxima tempestate, perirent. Mundo enim vtilissimi sunt iusti, quem ab ira Dei tutantur, lib. 5. cap. 8. num. 4. vsque ad 9. 13. & 15. *Et ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus.* Mali noctes laboriosas, & vacuas numerant sibi, iusti, quamuis eas habeant laboriosas, vacuę tamen non sunt libr. 2. cap. 17. num. 19. lib. 10. cap. 1. num. 16. Vnde nauicula agitata ventis, operta fluctibus perire non debebat, labor enim ille discipulorum non erat inanis. Erat autem talis illorum, qui cum Iona nauigantes laborabant in remigando, nec tamen poterant nec tempestatem moderari, nec nauem ad littus perducere. Intumescebat mare contra fugitiuum Ionam, nec mirum quod mare vices gerens Dei reducere illum vellet ad sanam mentem, sed tempestas, quæ contigit discipulis comitantibus Christum, vt bonitas, & potentia Christi nauigãtibus innotesceret, facta est. Et sicut contingit, quod tempestate exorta, merces proijciuntur in mare, sic nos cum peccatis pleni
Basil. ho. 23. ex variis. Psal. 37. sumus, quæ sicut onus graue grauata sunt super nos, merces proijciendæ sunt. Primum peccata, ne nos in profundum barathri demergant: deinde diuitias, non sicut nauigãtes vt pereant, & in paupertate degant, si euaserint periculum, sed vt diuites in bono efficiamur, non proijcientes bona in mare, sed ad alias naues traducẽdo, vbi incolumes seruentur. Tales enim sunt pauperes, quibus ad horam committuntur, vt perpetuo nobiscum conseruentur. Vnde aiebat Gre-
21. mora. cap. 17. gorius: Sicut qui in mari graui tempestate concutiuntur, nulla rerum temporaliũ cura, nulla

nulla carnis delectatione ad mentem reducta fatigantur. Ea quoque ex naui proijciunt, pro quibus longam nauigationẽ sumpserunt, amore viuendi cuncta contẽnuntur, sola cura sollicitat de tuenda vita; sic & nos alleuiamus nauem, quãdo desideria terrena remouemus, sitq. vt subleuata nauis enatet, quæ mergebatur onerata, quia curæ huius sæculi mentem in profundum trahunt, & tanto quis securior incedit inter vndas, quanto nauis exonerata altior processerit super illas. *Ipse vero dormiebat.* Dicitur Deus dormire, quia
Hiero. hom. de his quæ Deo tribuuntur. auxilium ipsius aliquando tardũ videtur his, qui in periculo constituti eo indigent. In quibus duo aduertenda sunt: Alterum est, quod de Domino scriptum est. Ego dormio, & cor meum vigilat, cuius diuina prouidentia cõmunis est cunctis, sed specialis erga seruos suos. Alterum est, quod auxilium Dei tardum non est, etsi tale aliquando videatur his, qui in periculis, ac tribulationibus sunt. De primo agitur in libro 4. capit. 3. per totum. In quo docetur, quod diuina prouidẽtia, & protectio communis quidem est in omnes homines, sed maxima in iustos. Vnde Deus dicitur sedere in cęlis, propter specialem prouidentiam, quam habet in Sanctos lib. 4. cap. 3. num. 1. 3. 8. cap. 24. num. 1. Et ob eandem rationem dicitur specialiter Deus iustorum, num. 3. 15. 16. & 19. lib. 4. cap. 3. & cap. 16. numer. 1. Propter quam etiam dicitur Deus signum ponere in suis lib. 4. cap. 3. nume. 4. De secundo copiose disseritur, lib. 4. cap. 16. lib. 5. cap. 10. num. 20. quod Deus velociter adest his, qui in veritate quærunt illum. Deus dicitur obliuisci, quando tardare videtur adiutorium, vel promissum, lib. 4. cap. 26. num. 11. & 14.

5 *Accesserunt discipuli, & suscitauerunt eum dicẽtes: Domine salua nos, perimus.* Clamate voce
3. Reg. 18. maiori, dicebat Elias Prophetis Baal (qui clamabant, vt exaudirentur a Deo suo) quia forte dormit. Non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel. Discipuli fatigantur, pereunt, & Iesus dormit. Quando enim peccatores turbantur, iusti in tranquillitate sunt prospicientes eorum naufragia, & pericula. Mundus obruitur procellis, & iusti in tranquillo portu sedent. Dormiunt enim iusti inter medios cleros terrenam hæreditatẽ non quærentes, & cælestem expectantes, lib. 9. cap. 14. num. 13. Sancti fluctibus mũdi spumantibus non turbantur, sed rident lib. 9. ca. 23. num. 7. 8. 12. Surgente tempestate, Christus Dominus excitandus est, lib. 11. cap. 15. num. 19. Tentationes moderatur Deus motum fluctuum mitigans, lib. 17. cap. 2. nu. 16. In tribulationibus auxilium requirẽdum est a Deo, lib. 16. cap. 11. nu. 8. 9. & 22. lib. 17. ca. 4. nu. 10. Homini in angustia constituto serum videtur Dei auxilium lib. 4. cap. 7. num. 10. 11.
In præfatione enarrat. 2. in Psal. 25. Augustinus nauigamus, inquit, per quoddã stagnum, & ventus, & procellæ non desunt, tentationibus quotidianis huius sæculi fere operitur nauicula. Scitis quare? Quia dormit Iesus. Si enim non dormiret, tranquillitatem haberes intus, conuigilante tecum Iesu Dormire dicitur Iesus, quia fides tua, quæ est Iesu, obdormiuit. Vides impios prosperari, & eleuari, iustis deiectis, fluctus quidã is est, excita Iesum, excita fidẽ tuam, & confidera quod quæ dantur modo malis, non cũ illis perseuerabunt, aut enim viuentes eos deserunt, aut a morientibus deseruntur, tibi autem quod promittitur manebit in æternũ. Christus in eadem naui nobiscum nauigat, vt intelligas quod commune nobis cum illo est periculum, communis & salus. Id nobis mystice illa verba Dauidis indicant, qui cum Abiathar Sacerdotem a Saule profugum excepisset, ad illum ait: Mane mecum, si quis quæsierit animam meã, quæret animam tuã, mecumq. seruaberis, &c. Noli timere cum
Esai. 43. transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te. *Tunc surgens imperauit uentis, & mari, & facta est trãquillitas magna.* In quibus verbis duo aduerte. Alterum est, quod Ori-
Origen. ho. 6. in Euang. genes docet in his verbis, quod cum venti vehementer essent concitati, & tempestas flaret maxima, cuncta siluerunt quam primum Christus Dominus id præcepit, vt ex his hominum inobedientiũ iusta damnatio perpendatur. Et sicut Propheræ olim asinum, bo-
Esai. 1. Hiere. 8. uem, hirundinem, fundamenta terræ, &c. vocabant in testes bestialitatis, & peruersitatis hominum, sic vocabuntur & fluctus huius maris, qui iubẽte Christo moderati sunt. Viderunt te aquæ Deus, & timuerunt multi-
Psal. 76. tudo sonitus aquarum, vocem dederunt nubes. Tu dominaris Domine potestati maris,
Psal. 88. motum autem fluctuum eius tu mitigas. Et
Psal. 106. Chryses. ho. 23. imper. iterum, dixit & stetit spiritus procellæ, & siluerunt fluctus eius. Virga percutiens Moyses mare diuisit id, Elisæus pallio Eliæ transiuit Iordanem, nec mersus est, solus Dominus imperio suo præcepit ventis, & obediũt continuo elementa. Obediunt Deo cuncta creata, vno homine excepto, lib. 11. capit. 3. num. 8. 23. vsque ad 25. lib. 12. cap. 4. nume. 3. Fitq. (ecce secundum) trãquillitas, non qualiscumque, sed magna. Sicut enim abundãt passiones Christi in nobis, ita & per ipsum abundat consolatio nostra, vt possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt. Tristibus succedunt læta, & tribulationibus prospera etiam in hac vita, lib. 2. cap. 11. num. 13. vsque ad 16. 21. vsque ad 23. 26. 33. vsque ad 35. lib. 6. cap. 9. num. 23. 26. 27. & 32. lib. 7. c. 3. num. 1. 3. cap. 4. num. 9. vsque ad 20. lib. 9. c. 15. num. 38. lib. 17. cap. 6. num. 4. 5. & 9. In tribulationibus iusti abundant gratia, & consolationibus, lib. 6. cap. 9. num 10. vsque ad 14. 26. & 41. cap. 11. num. 25. lib. 17. cap. 4. nu. 14.

DO-

DOMINICA QVARTA post Octauas Epiphaniæ.

Euangelium.

Simile factum est regnum cælorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Matt. 13.

Dominica 4. post Oct. Epiphaniæ. 1

IN hoc capite 13. proposuit Dominus immediate ante hanc parabolam zizaniorũ alteram seminãtis inter spinas, in via, &c. quæ desumpta est a semine, quatenus significat verbum Dei, hæc vero parabola desumpta est etiam a semine bono, sed quatenus significat homines iustos: itaque sicut superiore significatum est vnum idemq. semen non facere in omnibus fructum, & in quibus facit, non eũdem facere, ita hac significatur vsque ad consummationem sæculi semper in Ecclesia Dei malos bonis fore permistos, idq. Deo permittente fieri in bonum electorum. Et quomodo illa valet tum ad monendos auditores, ne frustra audiant verbum Dei, tũ ad consolationem discipulorum, ne ob id cessarent a prædicatione, quia in multis eam experturi erant fore infrugiferam; ita hæc valet etiam ad commonendum auditores, ne sibi ex eo placerent, quod Christum viderentur sequi, eiusq. gregi essent admisti, cũ semper mali speciem boni præferẽtes gregi suo essent admiscendi; & ad consolationẽ discipulorum, & omnium iustorum, ne ex eo sibi displicerent, ac scandalizarentur, quod suo gregi viderent malos esse admistos. Estq. hęc parabola subiecta superiori, ne semen illud, quod non cecidit in spinas, sed in terram bonam, putaretur nullam mali seminis, aut malæ herbæ habiturum admistionem. In Ecclesia boni, & mali permisti sunt modo, separabuntur autem in futuro iudicio, & morte, lib. 3. cap. 17. num. 15. vsque ad 17. lib. 5. cap. 3. num. 1. 6. 10. & 13. cap. 8. num. 10. lib. 9. c. 21. num. 5. 6. 8. 9. 11. 12. 15. & 17. libr. 18. capit. 15. num. 22. 26. & 27. In religione sicut & in omni congregatione boni, & mali reperiuntur, lib. 9. cap. 21. num. 13. & 14. lib. 15. cap. 6. nu. 3. & 4. Et iste est sensus totius parabolæ, quam Christus dominus in fine huius capitis ad petitionem Apostolorum enarrauit, dicens eis: *Qui seminat bonum semen, est filius hominis, Ager autem mundus. Bonum uero semen hi sunt filij regni. Zizania autem, filij sunt nequam, inimicus autem, qui seminauit ea, est diabolus. Messis uero consummatio sæculi est. Messores autem Angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur, sic erit in consummatione sæculi. Mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scãdala, & eos, qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus, et stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum.* Ex his constat, Euangelium hodiernum tribus partibus contineri. Prima est, Christum Dominum hominem factum bonitate, & misericordia sua egressum, vt triticum seminaret; secunda quod dæmon superseminauit zizania, tertia quod vsque ad tempus messis hæc duo in eodem agro remanserunt in bonum electorum. Circa primum, homo si consideretur secundum ea, quæ propriæ conueniũt naturæ in puris naturalibus, vt aiunt, conditus, qui tamquam tabula rasa esse fertur, in qua nihil est depictum, quãdo nec virtutis iter, nec vitij (quod antiqui in Y. Pythagorico significabant) aggressus est. Istum talem imaginare debes veluti herbam, in qua nec triticum, nec lolium, aut zizania seminata sunt. Is, cum primum ad vsum rationis peruenerit, aut cum primum baptizatur, seminat Deus in eo triticũ, gratiam, dona, virtutes summa Dei cura, quæ in dirigenda intentione nostra in bonũ, ipse triticum etiam propter virtutes, quas habet recte, dicitur. De quibus in figura animalium prophetauerat Ezechiel: Et pennæ eorum extentæ desuper, id est, tendebant in cælum omnia, iubente Deo: Non arabis in boue, & asino. Asinus significat amorem, & desideria, & cogitationes carnales, bos amorem cælestem. In boue ergo, & asino arari non potest, quia fructu æternæ mercedis anima non excolitur, si puritas intẽtionis, qua Deo coniungitur, inordinato amore polluitur. Vel mundi huius triticum dicuntur homines iusti, quos cum Deus dederit ciuitatibus, & communitatibus, triticum largitur. Quod si multi sint Sancti, lætantur omnes, sicut qui lætantur in messe. His veluti frumẽto pascimur, his sustentamur, his viuimus. Vnde, sicut deficiente frumento, si generalis sit siccitas, generaleq. damnum terribilis est calamitas, omnia confestim interitum, dicente Propheta: Quia non venit pluuia super terram, confusi sunt Agricolæ, operuerunt capita sua, nam & cerua in agro peperit, & reliquit, quia non erat herba, & onagri steterunt in rupibus, traxerũt ventum, quasi dracones defecerunt oculi eorum, quia non erat herba. Et quæ damna causat in brutis defectus herbæ, eadem contingunt in hominibus, deficiente tritico, quæ non accidunt, si alij desint cibi, si carnes, si pisces, si oua, quoniam initium vitæ hominis aqua, & panis. Cum messis fuerit abundans, lætatur eques, nobilis, plebeius, religiosus, sæcularis, miles, agricola, commune gaudium omnibus proponitur, idq. ingẽs. Sicut, & deficiente tritico, homines pleni sunt doloribus, anxietate, & curis, sicut cõtigit in Aegypto, & alijs orbis partibus, quãdo per septem annos cõtinuos arare non poterant

Gregor. Ezec. 1.

Deut. 32.

Hier. 14.

terant homines nec metere, sicut & tempore Eliæ, quãdo in Iudæa, & Sidonia non pluit annos tres, & menses sex, quando viduam Sareptanã adijt, & protulit verba amaritudine plenissima, dicens: Non habeo nisi parum farinæ in vase. En colligo duo ligna, vt faciam subcineritium panem mihi, & filio meo, & comedamus, & moriamur deficiẽte farina. Et cum peccatum numerati populi cogeret Regem Dauid, vt eligeret in pœnam bella ingentia trium mensium, aut pestilentiam trium dierum, in toto regno, aut vero famem. Quibus dixit Rex: Coarctor nimis, sed melius est, ut incidam in manus Dei, quã in manus hominum. Cumq. eligere potuisset & pestilentiam, & famem, elegit pestilentiã, qua mortui sunt septuaginta millia virorum. Maius nocumentum reipublicæ famẽ arbitrans, unde pestilentia consurgere etiã solet. Homines emarcidi sine cibo nulli rei sunt apti, nec mouere ualent manum, aut pedem, nec ea dicere, aut gerere, quæ eos in aliquo ualeant consolari. Id ergo intelligere debemus, quod dum Sancti conceduntur orbi, conceditur ei cibus, quo uiuat, eiusq. morti, & ruinæ aptissime prouidetur. Non enim mundus stabit amplius, si iusti deficiant. Nec enim Sodomæ incendium dilatũ est, nisi per illud tempus, quo distulerunt egredi, qui in ea morabantur iusti, quos exire cogebat Angelus, dicens: Nec enim facere potero quidquam, donec vos egrediamini. Totumq. fere Aegypti regnum corruit, cum Israelitæ egressi sunt, qui in tutamen erant illius reipublicæ, & eorum, qui in illa morabantur. Vnde colligitur impiorum hominum ingẽs stultitia, & deliramentum, quando manibus, lingua conantur eradicare iustos a mundo in propriam perditionem, sicut dixerat Deus ira plenus propter coniurationem insanam populi contra Moysem, & Aaron: Exite de medio multitudinis, & delebo eos. Sanctusq. Moyses intellexit tutissimum esse remediũ, ne populus interiret, si Aaron sanctus thuribũ habens in manu astaret medius in populo inter mortuos, & viuentes, quod cum factum est, diuina indignatio continuo cessauit. Itaque cum Deus seminat in hac ciuitate, vel in altera triticum, & producit Sanctos, non illorum bono prouidet solum, sed totius reipublicæ vtilitati, quo medio prouidetur, vt conseruetur, & non pereat, quæ malis suis periret, vtpote ad cuius arboris radicem iam securis posita erat. Vide lib. 4. cap. 3. num. 10. lib. 5. cap. 4. num. 2. 4. 5. & 8. cap. 8. nu. 4. vsque ad 6. 9. 13. & 15. Ibi agitur quod iusti sunt in causa, vt Deus parcat multitudini. Et li. 9. ca. 23. nu. 9. vsq. ad 11. docetur, quod Deus iustos sũmopere veneretur illorum faciens volũtatem. Mali dum iustos persequuntur, sibi, & non illis nocent, lib. 4. c. 36. nu. 2. 11. 12. & 14. lib. 9. cap. 16. nu. 2. ca. 20. nu. 4. 6. 7. 9. 10. 15. 20. & 23. li. 9. c. 21. In Ecclesia mali non præiudicãt bonis, sic ut nec palea, ac zizania tritico ibi. n. 9. 17. li. 12. c. 3. n. 6. Malis tãquã virga, & paleis vtitur Deus, vt iustos cõseruet, & corrigat, & illos post paululum in ignem mittat, sicut & de zizania fecit, lib. 4. ca. 36. nu. 11. & 14. lib. 6. c. 9. nu. 32. Vnde inepte mali consolantur in peccatis alienis, cum potius flere deberent, quia deficientibus iustis, eorũ ruina erit certa, lib. 7. cap. 2. nu. 10. Cum ergo ad conseruationem mũdi, & hominũ salutem tã potentes sint iusti, hac ratione summa diaboli cura ad hoc intẽta semper & fuit, & erit, vt superseminet zizania in medio tritici, quod semen (Chrysost.) valde tritico assimilatur, dũ videtur. *Inimicus homo*, qui tunc maiorẽ patitur indignationem, cum triticũ viderit seminatum in mundo, similis vulpibus Samsonis, quæ incẽderunt messes Philistinorum, etiamsi inde incendium illius crescat, sicut vulpes illæ, quæ dum comburerent triticum, combustæ & ipsæ sunt. Is est Babylonica illa mulier, cui in fronte scriptum erat nomen mysterij eius. In fronte scriptũ habet nomẽ, hoc est, in operis manifestatione. Babylon magna, mater fornicationũ vniuersæ terræ, quæ ebria erat de opere Sanctorum. Ebria, quia ingẽti impetu iræ, & passionis ferebatur, vt Sanctos deleret e terra. Seminauit Deus in mundo triticum, cũ primos parentes cõdidit iustitia originali, & gratia, & virtutibus plenos. Sed cũ primum seminatũ est granũ, draco ille, qui de cælo ceciderat, superseminauit zizania, a quibus omne malum traxit originem. Secũdo seminauit Deus triticũ, creabat homines, virtutibusq. illos replebat, Noe & alios, sed inimicus homo superseminauit zizania tã multa, vt quia omnis caro corruperat viam suam, diceret Deus: Pœnitet me fecisse hominem, delebo hominẽ, quem formaui. Cumq. Deus populũ peculiarem sibi prouidisset in Abrahã, & semine suo, etiã zizania sunt superseminata: immo & nato Christo, viuentibus Apostolis, & semper. Si autem zizania seminaret diabolus, priusquam Dominus bonum semen seminasset in agro suo, non mirarer, sed hæc est diaboli insolẽtia, & malitia, vt cum primum Deus meus seminauerit triticum in agro, adsit ipse continuo seminaturus lolium, vt triticum pereat. Non enim ei sufficit malum facere vtcumque, sed vbi, & quando maius consurgat nocumentum, quale erit, si inter electos malum superseminet, qui inimicus dicitur homo, quia sua potentia fere totũ hominum genus suo subiugauit imperio. Sicut enim quãdo dux potẽtissimus, & fortis prouinciã magnã armis cepit, ea debellata, nomine proprio relicto, nomẽ prouinciæ induit, quam suæ subiugauit ditioni, sicut Scipio vocatus est Africanus, non quia ibi esset nec ortus, nec oriũdus, sed quia eam prouinciam armis cepit, sic dæmon, proprio nomine relicto, inimicus homo dicitur, quia infelicissime homines suo subiugauit imperio, in quo gloriatur, tamquam potens in potentia sua. *Superseminauit zizania in medio tritici*

a 1. Reg. 24.

Apoc. 17. & 18.

Genes. 6.

Matt. 3.

tritici. Non sufficit diabolo superapponere malum bono, sed satagit, vt optimis quibusq. miſceat illud. Vnde vigilare multũ debet homo ad Deum conuersus, propter odium diaboli, quo fertur, vt illum perdat, li. 2. c. 6. nu. 16. & 37. cap. 7. nu. 1. 4. 26. 27. & 42. ca. 9. nu. 6. Aut certe inimicus homo diabolus vocatur, quia peccatores aliqui potentiſsima arma sunt ipso potentiores ad seminanda zizania. Nec in toto inferno vllus est dæmon, qui in tantam veniat audaciã, nec talia audeat per se, quæ audet cum animam ingreditur hominis, vt in Arrio, Mahomete, & Luthero, & alijs perpendere licet. Diabolus per ministeria malorum bella sua gerit, lib. 2. c. 6. nu. 23. & 36. lib. 4. cap. 31. num. 4. 14. & 23. cap. 36. nu. 1. 8. 11. 13. & 14. Et cum diabolus multa habeat nomina, quibus & potestas eius, & nocendi voluntas ostenditur, lib. 2. cap. 8. nu. 20. 21. 27. vsque ad 32. lib. 4. cap. 31. nu. 34. & 38. cap. 35. nu. 5. tamen in hoc maximam ostendit & potentiam, & malitiam suam, dum homini peruerso se comparat. Diabolus non solũ per semetipsum, sed per eos etiam, qui nobis adhærent, conatur euertere, sicut in Adam, & Iob vidimus, lib. 4. c. 31. nu. 31. & 32. ca. 37. nu. 4. Vnde mali equi dicuntur diaboli, quibus insidet, cum inimicitias in nos exercent, lib. 4. cap. 36. num. 1. Mali ministri diaboli ad persequendos iustos, lib. 2. cap. 6. num. 23. li. 4. cap. 36. num. 1. & 2. lib. 12. cap. 4. nu. 19. Mali, vt noceant iustis, peiores sunt bestijs, immo & dæmonibus, lib. 4. c. 36. num. 8. Hæc ergo est summa diaboli iniquitas superseminare zizania, implere mundum, immo Ecclesiam Dei sponsam Iesu peccatoribus, vt cuncta funditus euertantur, & pereant. Ecce vidisti Deũ seminantem, & diabolum superseminantem. Sed cum mundus tot sit malis plenus, dicunt serui patris familias timentes iusti, ne zizania suffocent triticum: *Vis imus, & colligimus ea? Ait Dominus. Non.* Augustinus libro de cõsensu Euangelistarum docet aliquibus rationibus malos eradicandos non esse, eo quod mali sunt, eradicantur iuste aliquando, quãdo eorum mala in nocumentum grande fuerint reipublicæ, sicut eradicantur fures, homicidæ, adulteri, incendiarij, & hæretici his peiores. Sed tamen non continuo peccator, non considerata qualitate peccati, eradicãdus est, sed relinquitur in medio tritici. Primum, quia iusti, visis malis, excitantur ad facienda opera bona lauãtes manus in sanguine peccatoris, non solum, quia horum vita redditur purior videntes Deum acriter animaduertere in peccatores, sed quia tot uidẽtes mala redeunt ad cor. In medio nationis prauæ conuersantur, tamquam luminaria in mundo. Inter idolatras Babylonios, Persas, Chaldæos, & Niniuitas degebant Prophetæ sancti claris operibus, & uirtutibus pleni. Super flumina Babylonis illic sedent, & flent, & dicunt: Moab olla spei mei. Vbi enim spes illorum apud sceleratos perficitur, sicut car-

3 nes in olla. Degunt inter impios terrore concussi, ne eis similes efficiãtur. Quia ergo diligentibus Deum omnia cooperantur in bonũ, his qui secundum propositũ vocati sunt sancti. Sicut enim Sanctorũ societas Sanctis vtilissima est, quia virtutes illorum alæ sunt, quibus se percutiebant animalia Ezechielis, *Ezech.* sic & malorum societas iustos reddit timidos considerantes, ne & ipsi tentẽtur, & cadant. Gratissimi sunt Deo perpendentes scueritatem Dei in eos, qui ceciderunt, in se autem bonitatem, si tamen permanserint in *Rom. 11.* bonitate, alioquin & ipsi quoque excidendi. Vnde impij tolerandi sunt, sicut zizania superseminata in medio tritici, li. 9. c. 16. nu. 5. cap. 20. nu. 17. cap. 21. num. 9. & 12. Vnde aiebat Origenes in Iosue scriptum esse, quod filij Iuda non potuerunt disperdere Iebusæos de Hierusalem, quia permittente Deo conseruantur in electorum vtilitatem. Iustis cohabitant mali in bonum illorum, quibus isti etsi nolentes per occasionem proficiũt, dum eorum virtus perficitur, lib. 18. ca. 15. nu. 36. Secũda ratio, propter quam zizania non eradicantur, diuina bonitas est, qua & misericordia, & patientia maximos peccatores cõuertit, & qui erant zizania, efficiuntur triticum. De qua re agitur, lib. 4. cap. 23. nu. 1. 2. 4. vsque ad 13. lib. 7. cap. 8. num 14. lib. 14. ca. 8. num. 23. ca. 18. num. 4. vsque ad 6. 18. 19. & 23. Non sunt homines dæmonijs similes, quorũ superbia ascendit semper, qui cum primum peccauerint, in tartara detrudendi sunt, vtpote de quorum salute iã desperatur. At homo, quamuis zizania sit, misericordia Domini non continuo eradicatur, quia cum in medio sit tritici, in eo tritico indita quædam virtus est a Deo, vt sanctus cum sit, & verbis, & exemplis, illum conuertat ad sanam mentem. Et homines mille sceleribus implicati in profundo malorum mersi, quorum reparatio credebatur impossibilis, de quorum remedio iam actũ videbatur, reparantur dum *Act. 10.* Petro dicitur: Occide, & manduca animalia venenata, quæ cibo hominum prorsus inepta apparebant. Sancti enim dati sunt ministri, & adiutores Dei in aliorum bonum, libr. 2. cap. 6. nu. 23. lib. 4. ca. 6. nu. 1. Et hæc est ratio, *Aug. lib. 4. in Matth.* propter quam docens Christus Dominus impios non esse eradicandos, dixit: *Ne forte eradicantes zizania, eradicetis simul & triticum*, q.d. putabitis aliquando eradicandis zizanijs nauare operam, & eradicabitis triticum, quod in oculis Dei triticum est, quia licet secundum præsentem iustitiam mala herba sit, Dominus, qui vocat ea, quæ non sunt, vt ea, quæ sunt, pretiosissimum triticum videt ibi *Act. 9.* latere, vt in Paulo, dum appropinquaret Damasco, contigit, quem si eradicares, incredibili bono, frumentoq. electissimo priuares Ecclesiam, libr. decimo octauo, cap. decimo quinto, numero trigesimo sexto. Alia est ratio, propter quam mali nõ sunt eradicandi continuo. Quoniam, vt docet Pau- *S. Thom. 1. Cor. 4.*

lus,

lus, non debemus ante tẽpus iudicare, quoad vsque veniat Dominus, qui manifestauit abscondita tenebrarum, & illuminauit consilia cordiũ, tunc laus erit vnicuiq. a Deo. Fallũtur enim homines frequẽter. Et multi in oculis hominum mali videtur, qui non bene au- *Act. 27.* diuntur, qui tamen Deo probantur. Apostoli tamquam peripsema huius mundi credebantur arbitrantes, qui eos e mundo tollebant, & purgare mundum, & obsequium se præstare Deo. Quando nauigabat Paulus, finita nauigatione, vipera momordit eum, & qui id viderãt accidisse, dicebant: Quia vltio non sinit hominem hunc sceleratum viuere. Non sum sicut hic (Publicanus, aiebat tumens) Pharisæus, & tamen in oculis Domini iste magis probatur, quam ille. Multi enim sunt, qui diuitijs abundant, deauratis induũtur vestibus, ad horam gaudent, intersunt conuiuijs, diademate coronati confabulãtur, rex, femina, nobilis, composita, comes, dux, &c. & tamen sub diademate regio abominantur sicut Hester signa superbiæ, quæ humilitate, & virtute plena licet regi esset barbaro nupta, oculis Dei gratissima erat. Et Iudith egressa est ad domum Holofernis, quãdo in oculis multorum minus casta videbatur, opus agressa est omni admiratione dignissimum, diuino acta spiritu. Et beata Cæcilia, cum deauratis vestibus tegeretur, cilicio corpus domabat, cantantibusq. organis in cõuiuio talibus nuptijs, & tanta nobilitate digno, Cæcilia in corde suo soli Domino decantabat, dicens: Fiat, Domine, cor meum, & corpus meũ immaculatũ, vt non confundar; idq. Deum gemitibus exorabat. Quarta ratio, propter quam Deus zizania sinit inter triticum iustitiæ, iræ suæ est argumentum, quando nondũ completæ sunt iniquitates Amorrhæorum, propter quas a terra, quam possidebant, pellendi sunt. Et ideo non dixit Dominus: *Sinite illa* propter proprium bonũ, sed frumenti *ne eradicantes zizania, eradicetis simul & triticum.* Is est diuinus amor, vt iustis ascribat conseruationem zizaniorum, vt ipsi grati sint Deo, qui in bonum ipsorum zizanijs parcit ad tempus. Sed sciendum, quod licet mali tolerãdi sunt, nec eradicandi, tamen puniendi sunt, seueritas disciplinæ vigilare debet super illos, vt vel emendentur, vel castigentur, ne impune peccent, lib. 9. cap. 21. nume. 6. 8. 9. 13. vsque ad 15. Peccatorum enim flagella aliquando incipiunt in hac vita, vt prosequantur in futura, lib. 4. cap. 12. num. 24. Peccatoribus accelerat Deus flagella, ne in maiora incidant mala, & colligit zizania, lib. 4. ca. 6. num. 12. At dissimulante Deo, fit tanto securior, quanto peior, lib. 4. c. 19. n. 13. c. 31. n. 39.

4 *Simile est regnum cælorum homini, qui seminauit bonum semen in agro suo, cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superseminauit zizania in medio tritici, & abijt.* Dupliciter considerari debent iusti in ordine ad malos, alter quando ex impiorum societate non solum non corrumpuntur, quin potius proficiunt, & meliores fiunt occasione peccatorũ, quorum vtilitati consulens Deus conseruat eos, sicut triticum in agro, vel in area cum paleis. Vnde iusti in Ecclesia tritico comparantur, mali autem paleis, lib. 12. ca. 3. nu. 6. Conferuntur etiam cum malis, qua parte isti dãna ipsis inferre conantur, si Deus relinqueret virgam peccatorum super sortem iustorum, lib. 9. ca. 9. nu. 60. Mali imperfectorum dicuntur subuersores, perfectorũ autem scorpiones, quos feriunt palpando, lib. 10. cap. 9. nu. 4. Et secundum istam rationem comparãtur ad peccatores sicut zizania, quæ in medio tritici seminata consurgere non sinũt triticũ in eam altitudinem, quam haberet, si omni noxia herba careret. In qua etiam parabola, *Hom. 47. in Matth. Chrysost.* vbi zizania seminata sunt in medio tritici, id vult Christus Dominus, vt illi, qui tamquã terra bona receperunt semen verbi Dei, & fructum ferre cęperunt, non dormiant, sed semper intelligant sibi imminere periculum, donec in alia vita audiant: Non adijciet vl- *Esa. 52. Ang. consve Donatist.* tra per te transire incircumcisus, & immundus. Vigilare dicuntur, qui bene viuũt, mali autem dormire, lib. 12. cap. 3. num. 7. Vigilare enim est iustitiam facere, dormire autẽ negligere illam, cumq. mali sint somno dediti, quæ patiuntur, non sentiunt incommoda, lib. 2. c. 17. n. 13. Peccatores deliciis vacãt, & graui somno detinentur, lib. 2. cap. 7. nu. 28. c. 17. num. 13. lib. 14. cap. 6. nume. 31. Eorum malorum, quæ patitur Ecclesia, quæ memorabilia sunt, nos causa sumus. Quoniam absque graui somni, mentisq. stupore non videtur possibile, vt homines mẽtis compotes in tot, tantaq. & talia mala ruant. Vigilant quidem homines, maxime vt diteſcant, vt honores consequantur, vt delicijs potiantur in vita. *Zach. 5.* Hæc est amphora egrediens. Et dixit: Hæc est oculus eorum in vniuersa terra. Amphora est mensura, quæ pro intentione impiorum accipitur, qui metiuntur omnia in ordine ad ea, quæ male desiderant, & appetunt terrena, quorum appetitiones oculi sunt malorũ. Sed hi, cum vigilent sæculo, dormiunt illis omnibus rebus, quæ propriæ expediũt saluti, cũq. dormiãt, inimicus, qui semper vigilat, superseminat continuo zizania. Seminauit prius Deus, quia virtutũ semina sunt in nobis. Licet enim per peccatũ originale amissa fuerit iustitia originalis, & gratia, alia virtutũ semina in natura sic destituta, & ægra remanere voluit. Nam ipsa quoque natura talis ad parentes honorandos, ad Deum colendum, ad grati animi officia præstanda, ad benefacien dum amicis, ac denique ad bonum amore, & malum odio prosequẽdum naturales quosdã igniculos nobis indidit, & pudorẽ, ac verecũdiã addidit, quæ veluti freno quodã nos a malo reuocaret. Vnde Cicero dicit: Sunt ingenijs nostris innata semina virtutũ, quæ si adoleſcere liceret, ipsa nos ab beatã vitã natura *Cicer. 3. Tu-* perduceret. Nũc autẽ simul ac in lucẽ editi, *sculo.*

& susceptí sumus, in omni continuo prauitate versamur, ita vt pæne cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. Cum vero parétibus redditi, deinde magistris traditi sumus, tum ita varijs imbuimur erroribus, vt vanitati veritas, & opinioni confirmatæ natura ipsa cedat. Sed quia semina hæc ad recte viuendum non sufficiunt, alia multo efficaciora superseminat in nobis Deus, nempe internos animi motus, & gratiæ præsidia, quibus ad virtutē & eruditi, & quod amplius est, incitat, & impellit. Quasi furtiue suscepit auris mea venas susurri eius. Furtiue autem dicit, quia non ita palam, sed quasi in occulto, huius susurri eloquiū pij arripiūt. Dormire dicuntur homines, quando dormiūt virtutes in ipsis. Dormit enim fides, dum nō animaduertit ea, quæ credit. Si enim animaduerteret, forte longe aliter vitam institueret. Dormit spes, dum sibi inuisibilia, & cælestia bona (circa quæ ipsa versatur) menti minimè proponit, vt eam ad bene viuendū alliciat. Dormit etiam charitas, immo vero extincta est, dum nullos in eis igniculos, & diuinæ bonitatis, & pulchritudinis amores excitat. Dormit prudentia infusa, cuius est inter bona, & mala discernere, & pretiosum a vili separare, qua dormiente, inimicus homo seminat zizania. Ideoq; mystica illa Ezechielis animalia oculis vndique plena esse deferuntur, vt hanc nobis vigilantiam significent, & commendent. Vnde dicunt dæmones, quæ exploratores extribu Dan, perspecta hostium securitate, dixerunt: Intrabimus ad securos. Quam socordiam malorum omnium fontē non ferens Salomon dixit: Vsque quo piger dormies? Quando cōsurges a somno tuo? Paululum dormitabis, paululum conseres manus tuas, vt dormias, & veniet tibi, quasi viator, egestas, & mendicitas, quasi vir armatus. Quod si hi excitentur, statim ad somnum redeunt prementem, dicente Ecclesiastico: Qui narrat sermonem auri non audieti, quasi qui excitat dormientē de somno graui. Contingit aliquem soporiferis febribus valde grauari, cui tamen somnus vehementer noceat. Quem si a somno magnis clamoribus excitare velis, morbiq. ingrauescētis periculum comminaris, & attollit oculos, & excitantis voces libēter accipit, & vigilare etiam nititur: verum cum nimia humoris noxij vi prematur, somno iterum, quodāmodo inuitus mergitur. Hoc ipsum accidit his, qui peccatorum lacte potātur, &c. *Superseminauit inimicus zizania, & abijt.* Aliquando enim dæmon fingit se vinci, & cedere, si forte per hoc negligentiores nos efficiat ad certamen. Sed & pœnitentiam simulabit, & deprecabitur nos discedere quidē, sed non longe a suis finibus, sed vult nos sibi esse aliqua ex parte vicinos. Recedit, vt sui iam aliqua bona operentur, vt ab ipso non discedant, sicut contigit Pharisæo, qui ieiunabat bis in sabbato. Cum te viderit odio secreto fratris teneri, passione aliqua, ieiunia tibi indicit, eleemosynas, orationes, &c. vt his securus fias malo tuo, lib. 4. ca. 31. num. 1. *Cum autem herba creuisset, & fructum fecisset, tūc apparuerūt & zizania.* quia in exordijs frequenter ob similitudinem herba mala non dignoscitur inter triticum. Virtutes enim omnes Charitate excepta, quas habent serui Dei in veritate possunt habere, serui diaboli in simulatione, li. 4. cap. 31. num. 11.

Iob 4.

Prou. 6.

Eccle. 22.

Judi. 4.

Origen. ho. 4. in Exod.

In tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, & alligate in fasciculos, &c. id est, rapaces cum rapacibus, ex his fit vnus manipulus, periuri cum periuris, vt socij in crimine eadem pœna crucientur. Ponderat etiam Chrysostomus in hoc loco Deum magis propensum esse ad benefaciendum, quam ad puniendum. Dum enim seminat, per se ipsum dicitur seminare, collecturus autem zizania, non id per se facit, sed Angelos mittit. Per se ipsum consolatur homines, lib. 4. cap. 9. nu. 4. cap. 11. num. 15. cap. 14. numer. 2. Deo proprium est misereri, si autem condemnat, nos ad id quodammodo cogimus illum, lib. 4. cap. 9. num. 14. 16. & 17. cap. 11. nu. 9. cap. 12. numer. 1. 3. vsque ad 5. & 10. Vnde Deus dicitur pater misericordiarum, & non vltionum, lib. 4. cap. 9. num. 14. 5

Hom. 48. in Matth.

DOMINICA QVINTA post Octauas Epiphaniæ.

Dominica 5. post. Epiph.

Iuxta vsum Romanum.

Euangelium.

Simile est regnum cælorum grano sinapis. Matth. 13.

De quo differitur in festo S. Catharinæ de Senis Dominica prima Maij.

DOMINICA in septuagesima.

Euangelium.

Simile est regnum cælorum homini patri familias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Matth. 20.

IN hac parabola videtis nouissimos eadem donandos felicitate, sicut & primos, & frequenter qui circa vndecimā horā, hoc est, in fine vitæ vocantur ad excolendā animam suam, æqualem consequuntur mercedem cum his, qui in pueritia & vocati sunt ad vineam, & cæperunt illam excolere. 1 *Dominica in Septuagesima.*

Simile est regnum cælorum homini patri familias. In hac vineæ similitudine primum omnium con-

sideranda est diuina bonitas, qua voluit, vt Ecclesia vnica esset illi charissima, cuius vineæ partes omnes Christiani sumus. Christiani vocati sumus, vt in vinea Domini laboremus excolentes virtutum vites lib. 13. cap. 12. nu. 8. & 9. Christus Dominus vna vitis, nos etiam palmites sumus, & etiam vites, quibus constat tota hæc vinea, quæ vniuersalis Ecclesia est. Sumus etiam & operarij eiusdem vineæ, qui vocante prius Deo, & adiuuante, excolimus eam, vt fructum ipsa ferat vtilissimum nobis, dulcissimum Deo, cumque ipsi huius rei commodum reportemus, ac si Deo aliquid inde accresceret, mercedem nobis parat. In vinea tu cultor, & tu vinea efficeris ingenti Dei amore. Si enim vitis, & vineæ aqua non irrigetur, si non putetur, si non fodiatur, si absit operarius, qui illi continuo intentus sit, crescunt vepres, spinæ, & ipsa continuo inutilis fit, & arescit. Ad otium vocati nō sumus modo, sed ad laborem vineæ, vt post mercedē capiamus, li. 13. c. 12. n. 14. 19. & 19. li. decimoquarto, c. 17. nu. 15. Si Deus conderet vineam hac lege, vt quotiescumque defuisset illi cultor, qui in ea laboraret, ipsa posset falcem sumere, & superflua propria amputare, ligonem sumere, quo noxiæ herbæ euellerentur, circumfoderetur ipsa, ipsa posset, ne senectute deficeret, quotannis nouos palmites plantare, ipsa & pluere, & solē prouidere suo tempore necessarium, quibus omnibus fructus ad debitam perfectionem peruenirent: proculdubio naturali illa propensione, qua cuncta creata ad sui conseruationem feruntur, vinea sic condita a Deo perpetuo viueret, ac duraret. Et quia ita factum non est, prospicitis vineam, quæ paucis ab hinc annis in oculis omnium erat speciosa, quæ fructu mirabili abundabat, quæ palmitibus fertilitate plenis scatebat, iam omnino sterilis effecta est. Hoc ergo ingenti beneficio diuina misericordia donatus ego sum, vt ipsemet & pars sim huius præclarissimæ vineæ, ipse vitis, & ipse agricola, operarius, & cultor, ac renouator, cui incumbit, commissum est eam putare, fodere, noxias herbas eradicare. Deus quidem incrementum dat, sed tamen licet neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed Deus, cuius est & velle, & perficere pro bona voluntate sua, sed tamen homo ipsi operanti Deo cooperatur. Vnde quia & Dei, & nostrum opus huic culturæ necessarium est, Bernardus, sponsū sponsa vocans aiebat. Mane surgamus ad vineas, videamus si vinea nostra floruit, si flores fructus parturiunt, ibi dabo tibi vbera mea. Vbi sponsus noster Iesus animas sibi dilectas sollicitat ad vinearum laborem vtrique gratissimum, cui dum intendit, sponsa porrigit vbera sponso, quia illo hominis labore lactatur, pascitur, & delectatur. Caue ne audias homo: Posuerunt me custodem in vineis, vineā meam non custodiui, factus enim es & custos, & operator positus in paradiso Ecclesiæ, vt Adam quondam, vt operaretur, & custodiret illum, operator & custos paradisi ille, operator & custos animæ tuæ tu. Sed potius dic: Vinea fuit pacifico Christo scilicet Domino in ea, quæ habet populos, tradidit eā custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos. Tradita custodibus, vt eam colant diligenter, vt fructum fidei, & bonorum operū proferat vinea. Vir affert pro fructu mille argenteos, in quo æterna illa retributio perpetuæ felicitatis intelligitur, quæ laborantibus in vinea promittitur, & donatur. Illi enim, qui se viros gesserint in excolenda vinea sibi commissa, pro labore impēso, & fructu elaborato mercedem accipient in cælo. Non pro folijs, inquit, sed pro fructu. Semper enim Dominus fructū requirit a nobis fidei, bonorum operum, neque foliorum tantum apparentia, sed inutili virore dignatur esse contentus. Mille tui pacifici, & ducenti his, qui custodiunt fructus eius, id est, cū in opere hoc Deus ipse sit, qui primas gerit, paterfamilias vineæ, cui incūbit & operarios quærere, & operari, tamen nos etiam vocauit operarios propriæ vineæ, quia amabile bonum, vnicuique autem proprium. Si preciperet tibi Deus, vt vineas coleres alienas, non mirarer, si otio torpesceres, sicut & operarius, qui alienæ vineæ excolendæ intentus solam vesperā requirit, vt a labore ferietur. At qui cultor est propriæ vineæ, cuius fructus non Domini, sed operarij est, amore ductus vineæ gratanter laborat, & tempus requirit, in quo alijs occupationibus, & negotijs relictis, vineam adeat, quam excolat. Ne aliquando miser audiat: Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, & non dabitur ei. Quia quæ seminauerit homo, hæc & metet. Vocamur autem operarij, & mercenarij in vinea, quoniam sicut in republica huiusmodi homines, vtpote pauperes, qui labore manuum suarum victum, & vestitū proprium, & suorum debent quærere, & victu & vestitu utūtur moderatissimo, sic & nos mercenarij a Domino vocati, vt habentes victū, & quibus tegamur, his contenti simus. Vnde Christiani in victu & vestitu moderamine multo vti debent. Abstinentiam docuerunt Sancti exemplo suo, lib. 1. ca. 1. num. 3. 4. & 39. Abstinentia mentem reddit habilem ad diuina considerandā, vt anima excolatur, ibid. nu. 42. Quæ medium statutum seruare debet, ne homo aut multum debilitetur, aut voluptate corrumpatur, ibid. num. 47. 48. Etsi carnis enim cura habenda est, non in desiderijs, sed in necessarijs, li. 3. c. 1. nu. 13. 17. 18. 50. & 51. libr. 18. cap. 11. nume. 5. Indumenta pretiosa exuerunt primi Christiani, cum primum in certamen ingressi sunt, quibus nos insani volumus certare, lib. 9. ca. 2. nu. 9. Sancti victu, & vestitu moderato contenti erāt, li. 4. c. 39. n. 5. Iusti palmæ cōparantur, dū in summis virideſcunt, & robusti fiunt inferioribus contēptis lib. 9. cap. 23. nu. 17. & 18. Præterea

Cant. 8.

Prou. 20.

Hieron.

Bern. ser. 61. in Cant.

Cant. 7.

Cant. 1. Augusti.

sicut mercenarius, qui recte officium suum, ac in Domini vtilitatem exercere cupit, dum in vinea est fodiens, non respicit pigros, & negligentes, sed eos, qui sollicite laborant, & vt his æquetur, multum laborat, &c. sic qui operator est animæ suæ, Sanctos respicere debet, non pigros, & desides, qui passim
Iob 30. reperiuntur. Si quando, aiebat Iob, frater fui draconum, socius & strutionum, horũ vitam respiceret, laudatus non esset, quod non esset ei similis in terra. Cum Iudæi in Aegypto operibus duris lutri, & lateris premerentur, cum inter infideles viuerent, vt ad patientiam eos Moyses traheret, librum Iob
Origen. in Iob. a Syra lingua in Hebraicam vertit, & cum singulis tribubus legendum tradidit, vt horum exemplo in ferendis laboribus magnanimi existerent. De re hac disseritur, lib. 16. cap. 6. num. 2. & 3. Sanctorum vitam, non peccatorum imitari debent homines, ibidem
1. Cor. 5. num. 16. Epistola nostra vos estis fratres, aiebat Paulus, scripta non atramento, sed spiritu Dei viui, quam respiciendam, & legendam tradidit Apostolus, vt homines meliores euaderent. Sanctorum negligentiæ sectãdæ non sunt, sed virtutes vbicumque istæ fuerint repertæ, ibidem num. 14. Sanctorum vita, vt nube super nos extensa, protegimur, vt fœcundemur bene operando, ibidem nu. 20. Dicimur etiam operarij conducti, quoniam sicut hi prius, & præcipue opus Domini respiciunt, vineæ culturæ intenti sunt tota die, ad horam autem requiescunt, dum modico
Bern. Domi nica 1. post Epiph. cibo pascuntur accepturi mercedem sero, sic & nos similes illi futuri sumus, qui aiebat: Non ideo euangelizamus, vt manducemus, sed ideo manducamus, vt euangelizemus. Totam diem impendentes culturæ animarum breuem diei partem cæteris negotijs
1. Cor. 9. tribuentes, sicut in Epistola hodierna docet Paulus, dum homines Christianos comparat his, qui dum currunt in stadio, ab omnibus se abstinent: Laboramus credentes quod licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur, tamen is, qui intus est, renouatur de die
1. Cor. 5. in diem. Et sicut seruus ad vineã missus, nec
2 in ea laborans, sed dormiens, Domini præsentiam formidat, sic & nos quando, animarum cura neglecta, otio vacantes, ac dormientes solis tẽporalibus rebus inuigilamus.
Aug. tract. 18. in Ioan. Merces non datur laboranti in vinea vsque ad vesperã, sed nihilominus ne pereat, aut deficiat, interdum pascitur; sic modo labores manuum manducamus manducaturi postea fructus laborum. Iusti in hac vita, & in futura consolationes, & bona recipiunt a Deo lib. 7. ca. 3. nu. 2. vsque ad 9. & 15. vsque ad 22. cap. 5. nu. 1. Iusti non solum fructum laborum, sed ipsos labores manducant, dum in ipsis gaudent, lib. 7. ca. 3. num. 11. & 12. Iusti centuplum accipiunt in hac vita, & post vitam æternam, ibid. num. 22. & 23. Iusti operarij vineæ Domini dicuntur, dum viuunt, in futura autem vita merces illis datur copiosa, li. 9. cap. 15. num. 39. & 40. Iusti oues sunt ascendentes de lauacro gemellis fœtibus, in quibus sterilis non est, lib. 9. ca. 19. num. 9. Iustorum viæ sunt absque offendiculo, quia cuncta laboriosa spe beatitudinis transiliunt, lib. 14. cap. 19. nu. 11. Dicunturq. iusti vestiti duplicibus, quia promissionem habent vitæ, quæ nunc est, & futuræ, lib. 18. cap. 10. nu. 24. Modo ingens hominũ miseria hæc est, quod la- *Sap. 5.* boramus omnes lassati in via iniquitatis. Ne- *Hieron.* gotiatores eius principes Chanaam inclyti *Esai. 23.* terræ, Dominus exercituum cogitauit hoc, vt ad ignominiam deduceret omnes inclytos terræ. Et subdit: Operare terram tuam (vbi nos legimus: Transi terram tuã, vertit Hieronymus: Operare terram tuam) cuius rei nulla memoria est, nulla cura, sed in nobis *Prou. 24.* flendum est, quod Salomon aiebat: Per agrũ *Hieron.* hominis pigri transiui, & per vineã viri stulti, & ecce totum repleuerant vrticæ, operuerunt superficiem eius spinæ. Vrticæ enim, & spinæ implent vitam negligentis, quia in corde ipsius prurientia terrena desideria punctiones pullulant vitiorũ. Hos operarios solita benignitate sua vocat Deus primo ma- *Iansenius* ne. Semper nos vocat Deus, qui quotidie stat ad ostium, & pulsat, qui tota die expansas habet manus ad populum non credentem, sed contradicentem, qui ambulant post vanitates suas, sed quia certis, & specialibus tẽporibus efficacius vocat, exire dicitur primo mane, hora tertia, sexta, &c. Deus enim dare *Hieron. li. 2. in Hieron.* dicitur aquam temporaneam, & serotinam terræ in tempore suo. Propter varias, ac frequentes inspirationes, quibus homines semper alloquitur, vt resipiscant. A mane ad vesperã vsque vocat nos, nec dicit: Res hæc operarijs vtilis, illorum interest nõ mea, illis proficua est, non mihi, qui nullius egeo, sed præuenit homines in benedictionibus dulcedinis, cui incũctanter dicere debet homo, ne pereat: Mane erigit mihi aurem, vt audiam *Esai. 50.* quasi magistrum. Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abij. Nos sumus qui Deo vocanti non respondemus, illius voces aut non audimus, aut auditas negligimus, contra quos acris illa indignatio Dei est, qua dicit: Væ *Sopho. 3.* prouocatrix, & redempta ciuitas, columba *Hieron.* non audiuit vocem, & non suscepit disciplinam, ad Dominum suũ non appropinquauit, Quia anima vocẽ Domini, non audiuit, prouocatrix vocatur; & Græca habent, Deum amarum faciens, cũ ipse dulcis sit, & benenolus, dum qui misereri vult, punire cogitur. Et cũ ipse & continuis, & frequentibus clamoribus eos vocitarẽ, ipsi diluculo surgentes corruperũt omnes cogitationes suas q.d. cũ ego his intentus essem, quæ salutẽ hominũ concernebant, ipsi manicabant, vt cogitationes suas pessimas opere cõplerent. Quapropter effundã super eos indignationẽ meam omnem, irã furoris mei, non stillã iræ, sed omnẽ irã effundã copiosissime. Deo vocãti incunctanter, & statim

statim respondendum est, li. 4 ca. 4. nu. 1. vsque ad 3. 10. vsq. ad 17. cui excusationes adhibendæ non sunt, ibidẽ. Dei vocatio multiplex, ibi. num. 13. capit. 27. nu. 4. Deus omnes homines vult saluos facere, si illi velint, lib. quarto, ca. 7. num. 17. Et non auditus primo mane vocat nos hora tertia, sexta, & vndecima, quia Dei misericordia non vincitur peccatis hominũ, lib. 4. cap. 7. nume. 20. Dei misericordia optime adducendi sunt homines, vt ad ipsum reuertantur, lib. 4. capit. octauo, numer. 15. Deus sitit ardenter hominum salutem, etiam quando hi pretium eius cogitant repellere, libr. 4. cap. 23. numer. 9. Dei vocationes frequentes dicuntur imber temporaneus, & serotinus, li. quarto, cap. 27. nume. 4. Deus ab initio per semetipsum loquebatur hominibus, postea vero discursu temporis scripturis, quia lõge ab ipso facti sunt, lib. quarto, capit. 27. numer. 1. Deus loqui dicitur, cum in mentibus Sanctorum voluntatem suam, atque rectum intellectum inspirat, ibidem num. secundo, 10. vsque ad 14. Deum loquentem audiunt, qui conuertuntur ad cor, lib. quarto, cap. 27. nume. 6. & 8. Deus quasi venas susurri sui aperit, quando occultos diuinæ inspirationis modos cognoscere facit, lib. quarto, cap. 27. num. 8. Deo vocãti statim, & sine mora respondendum est, li. 14. capit. 21. numer. 61. Sed quod in horum vocatione mirandum est, illud est, quod conuentione facta, ad excolendam vineam mittũ tur. Si labores tui in Dei commodum cederẽt, non mirarer, quod conuentione cum hominibus facta, mitteret eos Deus ad operandum in ea. Quoniam quamuis mille titulis Deo debitores simus homines, a quo magna, & pretiosa donata sunt nobis, ex nihilo conditi conseruamur, vocamur, &c. tamen cum proprię vtilitati simus sectatores, vbi hanc non inspexerimus, ab incepto reuocamur, si tamen cæperimus. At quod facere iubet Deus, vt vineã tuam colas, animam, scilicet, tuis bonis operibus ornes. Vinea dicitur anima nostra, quã Deus mire ornauit, vt fructum ferret, libr. 18. cap. 15. num. 15. & 47. Sed ornata a Deo in Baptismo exornanda etiam a te est operibus virtutis, qui Dei cooperator es. Commodum omnino meum est, quod Deus in excolenda vinea accreuit illud est, quod infinitos sumptus fecit, quibus vineam dignam sui faceret. Ad id factus est homo, totum suum sanguinem fudit, lacrymatus est, mille perpessus iniurias, vt labori, quem impendo in vineæ cultura, valor accresceret, ipse autem egenus factus est, vt eius inopia nos diuites efficeremur, qui per hoc in nullo ditatus est. Et tamen cõuẽtione facta, cum operariis ex denario diurno misit illos in vineam suam.

3 *Circa undecimam uero exijt, & inuenit alios stantes, & dicit illis: Quid hic statis tota die otiosi?* Deus primo mane vocauit eos, qui erant in foro, & etiam hora Completorij hos, qui erant otiosi: Sed tamen, vt optime aiebat Augustinus, etiamsi certus sis, quod vocaberis si in vesperã inuentus fueris in foro, sed tamen incertissima res est, si ad illam horã peruenies, immo neque ad tertiam, vt voceris, qui primo mane vocatus venire neglexisti, lib. quarto, cap. quarto, num. 14. vsque ad 16. Propter quam rationem pœnitentiam non differẽdã frequenter docebãt Sancti. De re hac agitur lib. secundo, cap. 10. num. 13. cap. 11. nume. 2. lib. 3 capit. 25. num. 14. lib. 4. cap. 4. numer. 10. vsque ad 16. cap. octauo, numer. 4. 6. 21. & 22. capit. 11. num. 18. vsque ad 20. lib. vndecimo, capit. decimo, num. 1. lib. 14. capit. 7. numer. 1. cap. 8. num. 1. & 24. lib. 14. cap. 14. nu. 12. vsque ad 17. capit. 15. num. 16. capit. 21. numer. 38. 39. 44. vsque ad 46. 50. 51. 55 vsque ad 58. & 61. lib. 16. cap. 11. num. 20 Et propter istam rationem improperat his otiositatem dicens: *Quid hic statis tota die otiosi?* Hic, vbi peregrini estis, libr. primo, cap. decimo, numer. 4. libr. 3. cap. 17. num. 6. lib. nono, cap. 14. nume. 1. vsque ad octauum, 12. 14. & 15. capit. 18. numer. 4. Iusti peregrini dicuntur in hac vita, quoniam futuram inquirunt, lib. secundo, cap. 2. num. 5. 8. & 25. lib. 4. capit. 19. num. 1. lib. nono, ca. 14. num. 8. vsque ad 18. Otiosi homines sunt, cum tamen etiam Philosophis id fuerit compertum, quod vnaquæque res est propter suam operationem, esse propter operari. Cælum cę lum factum est, vt influat in hæc inferiora, vt illuminet, vt moueatur, &c. Esse hominis ad quid habet homo, vt operetur ea, quę hominis sunt, & secundum rationem viuat. Vita enim hæc operationi deputata est, & sequens otio, lib. decimo, cap. primo, num. nono, vsque ad 12. lib. 13. cap. 12. num. 8. 9. & 15. libr. 14. ca. 20. num. quinto, vsque ad 7. lib. 17. cap. primo, num. 25. lib. 18. cap. vndecimo, num. 17. & 20. cap. 17. num. 23. & 24. De re hac disseritur, li. 13. capit. 12. De otio bono, & malo, quorum vnum fugiendum est, alterum amplexandum. Otiosi tentationes ferre non possunt, libr. secundo, cap. septimo, num. 29. Otio vacantes mali damnabuntur in fine vitæ, & dũ viuunt, anima eorum plena est malis, lib. 10. capit. 1. num. 9. vsque ad 12. Otium merito vocatum est a quodam gentili viui hominis sepultura, lib. 13. cap. 12. num. 18. Otium docet omnem malitiam, & ideo Adam iussus est operari Paradisum, lib. 13. cap. 12. numer. 6. 18. 19. & 21. Otiosus dicitur, qui opus Dei non operatur, qui autem male facit, otiosus non est, sed mortuus, ibidem num. 8. & 9. Otium fugiendum docet occupatio omnium creaturarum, ibidem num. 18. vsque ad 20. Exiuit homo ad opus suum, & ad operationem suam usque ad vesperam, venit autem nox, in qua nemo operatur.

Nemo nos conduxit. Satis mirari non possum, in quo friuola hæc, & mendax excusatio 4
fundamentum habere potuerit, cum indubitatum sit, quod Deus semper hominibus loquatur, semper eos vocet, aliquando media aliqua creatura, aliquando in somnis, aut vero per occultam inspirationem, lib. 4. cap. 27.

num. 2.

num. 2. 4. 5. 7. & 8. 12. vsque ad 15. Deus enim semper loquitur in conscientiis peccatorum, ibidem num. 5. & 6. Otiosi manemus, cum vinea nostra continue putanda sit, quia amputata repullulant, lib. 14. cap. 15. numer. 45. & 47. Credibile nullo pacto est, quod cum hi tota die degerent in foro, essentq. otiosi, quod aliis vocatis, paterfamilias, qui primo mane egressus est, circa tertiam, sextam, & nonam horã, vt quæreret operarios, & mitteret in vineam suam, quod, his relictis, alios conduxerit, cum venisset vocaturus omnes homines ad colendam vineam. Sed scitis horum stultitia quam potuerit prætexere excusationem, licet perperam. Quoniam cum hi rebus terrenis essent intẽtissimi attracti dulcedine lactis, quo suos potat mundus, clamantem non audiunt, sicut infans pendẽs ab uberibus matris quasi alienatus a sensibus non audit loquentes. Deũ enim loquentem illi intelligunt, qui a lacte ablactati sunt, lib. 4. cap. 27. num. 3. Diuinæ enim inspirationes fulgura sunt, quibus illuminantur Sanctorum corda, ibidem numer. 4.

Esa. 28. Vnde aiebat Esaias: Quem docebit scientiã, aut quem intelligere faciet auditum? Ablactatos a lacte, aulsos ab uberibus. Hi intelligent loquentem Deum, diuinæ vocis virtutẽ.

Psalm. 28 Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia, vox Domini confringentis, id est, cõfringens cedros, & confringens Dominus cedros Libani. Vox Domini cõcutiens desertũ, & commouebit Dominus desertum Cades;

Hieron. Basil. Vox Domini præparantis ceruos, vel parturire faciens ceruas. Præterea strepitus mundi, qui in auribus impiorum vehementer sonat, audire non sinit Deum loquentem, lib. 4. capit. 27. numer. 6. 8. 10. & 11. Etiam dicente Deo, laboraui, clamans raucæ factæ sunt fauces meę, qui intentissimi sunt mundo dicẽt: *Quia nemo nos conduxit.* Sic contingit illis, qui in medio sunt aquarum currẽtium inter petrosa impetu magno, quibus si loquaris clamore ingenti, vix sentiunt labia moueri illius, qui vociferatur. Et quando præ dicaturus Esaias ascenderit super montem, vt quasi tuba exaltet vocem suam, vt annuntiet populo suo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Non audiet, qui in sæculo est vocem dicentis, vt iniuriam proximi sui non reminiscatur, qui fratris odio detinetur, vt miseriam proximi sui leuet qui auarus est, vt luxuriæ deditus mulierem proximi sui nõ aspiciat, dicet profecto: *Quia nemo nos conduxit.* Si enim de medio Babylonis egressus non fueris, aut in medio fluminis immersus steteris, nisi Dei manu leueris inter cælum, & terram, non audies Deum tibi dicentem: Vt obliuiscaris domum patris tui, quo concupiscat rex decorem tuum. Si dormis in cubiculo tuo, & excubas in templo Domini, cum primum loquutus fuerit Deus, dices: Loquere Domine, quia audit seruus tuus. Ecce ego, vocasti enim me. Hi intentissimi erant, vt audirent, quid iuberet lex cupiditatis, lex horis, voluptatis, & propterea dicunt: *Quia nemo nos conduxit.*

Ite & uos in uineam meam. Verba hæc, quæ dixit Dominus his, qui mendaciter in iniuriam diuinæ pietatis suæ dixerant: *Quia nemo nos conduxit*, bonitatem ipsius maxime commendant, quam exhibuit his, qui toto vitæ tempore vsque ad ultimam senectutem bonum operati non sunt. Primum, quoniam diuina misericordia, quæ omnes humanos affectus superat, lib. 4. cap. 7. num. 8. cap. 9. num. 11. capit. 10. num. 11. in omni ætate etiam illos, qui vsque ad finem vitæ diuinis resistunt vocationibus, quærit, & vocat. Quando tot malis lassatus, & hominum contradictio, & resistentia animum cuiusuis mutare potuisset, Deumq. ipsũ obligare, vt diceret: Quia vocaui, & renuistis. *Proner.* 1 Extendi manum meam (vt si surdi audire nõ poteratis, nutibus manuum vocantem videretis) & non fuit qui aspiceret: despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, cum irruerit repentina calamitas, & interitus, quasi tempestas ingruerit. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam, mane consurgent, & non inuenient me. Comedent igitur fructus viæ suæ, id est, (Hieronymus) recipient mercedem viarum suarum, vt in æternum pereant, suisq. consiliis saturabuntur. Quia meo consilio, quo eos saluare decreueram, acquiescere noluerunt, saturabũtur suis, nec exaudientur. Fuit ne Deus iniurius Antiocho oranti Deum, a quo misericordia non est consecutus? aut Esau, qui non inuenit locum pœnitentiæ, quamquam cum lacrymis exquisisset illum? Nequaquam. Qui ergo iustus fuit his duobus, esset vtique & istis, si ad vesperam eos efficaciter non vocaret, quod non fecit. Misericordia Dei ingens ostenditur, dum extensas manus habere dicitur ad benefaciendum; lib. 4. cap. septimo, nume. 12. & 14. Misericordia *Dei* & præuenit homines, & subsequitur, lib. quarto, cap. septimo, nu. 2. Misericordia prima est, nõ statim punire peccantem, secunda pœnitentiam infundere, tertia continentiam dare, ne homo peccet, qui omnes his contulit hominibus, dum in fine vitæ dicentibus mendaciter: *Quia nemo nos conduxit*, dixit: *Ite uos in uineam meam.* lib. 4. capit. septimo, num. 34. & 35. Misericordia Dei grãdis, quod læsus, & offensus rogat nos, lib. 4. ca. decimo, num. 4. 5. 10. & 12. Et sic offensus mercedem promittit, vt homo reuertatur ad ipsum, ibidem nume. 7. Secundo in eadem ipsa responsione, qua Domino dixerunt, in vineã suam non venisse, quia conducti non fuissent, indignos se reddunt omni misericordia. Primo, quia mendaciter excusant peccata patrata. Secundo, quia Deum culpant in re indigna ipsius bonitate, dicentes quod ad culturam vineę ipsos non uocauerit summa illa largitas, quę amore maximo vineæ ebrius tenebatur, anxius maxime de cultura vineæ, & anxius similiter de reddenda mercede operariis.

rariis. Misericordiæ suæ oblitum Deum falsò putant homines, lib. quarto, cap. septimo, nu. 23. & 24. capit. 12. num. 13. Nulla res ita obstare videtur diuinæ pietati, sicut excusatio peccati, quod perpetratum est. De qua re optime differunt Sancti, vide lib. 3. cap. 29. numer. 11. & 12. vbi docetur, quod dum peccatores excusant male acta, fiunt scuta fusilia, ne correctio prosit, lib. 14. capit. 15. num. 1. 2. 4. vsque ad 14. cap. 22. num. 21. & 41. Cumque peccatoris terribilis accusator, & carnifex sit conscientia propria, lib. 3. cap. 24. num. tertio, vsque ad octauum. 12. 17. & 19. lib. 14. capit. 6. nume. 5. Vbi sceleribus pleni stulte dicunt: *Quia nemo nos conduxit*, cum dicere potius debuissent: Domine, negligentia nostra, ac insensibilitas, qua effecti sumus uocationi vestræ surdi, cum in re esset omnium proficua nobis, qualis erat animæ nostræ cultura, & insuper expectata mercede æternæ retributionis ire negleximus, contemnentes vocationem, vineam, & mercedem, ac vocantem. Facti sumus velut muti non aperientes ora præ verecundia, nullam habentes excusationem, sed accusationẽ tantorum criminum: id solum exposcimus, vt hoc breui tempore admittamur ad culturam vineæ laboraturi, quantum vires pertulerint. Nihil tale dixerunt: *Sed nemo nos conduxit*, & nihilominus non indignatur Deus, vt olim fecerat contra eos, qui declinabant corda in verba malitię ad excusandas excusationes in peccatis. Sed dicit (nec verbum durum de excusatione loquens) *Ite & uos in uineam meã*. Quasi oblitus quod culpã non solum retorserint in alterum, quod graue malum est, sed in Deum ipsum totius bonitatis auctorem, quod grauius est multo. Tandem indigni isti redditi sunt omni misericordia, non solum Deum inculpantes fallaciter, sed in re, quæ illi gratissima est, falsum tulerunt testimoniũ contra diuinam bonitatem, & honorem, quale fuit dicere, quod homines post quadraginta, vel quinquaginta, & eo amplius annos eos noluerit vocare, qui præuenit nos in benedictionibus dulcedinis, & modo Christianos infantulos intra hæreditatem per Baptismum constituit, vt aduentante vsu rationis per virtutes infusas, quas accepimus, operemur laborantes in vinea opera æternæ retributionis, digna, volens Deus, qui summe bonus est, quãtum valuerit humana fragilitas, se illi communicare, offerens solita liberalitate sua ęqualem mercedem his, qui per vnam horam laborauerunt, sicut & illis, qui portauerunt pondus diei, & æstus, dicens: *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Et cum hoc ita sit, & illi sint iniurij homines isti in re tam illi grata, dicit: *Ite in uineam meam*, vel in senectute saltem, vt mercedem consequamini.

6 *Hi nouissimi una hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus.* In his verbis duo sunt, quæ egent consideratione. Alterum est, vtrum iusta fuerit horum indignatio contra patremfamilias, qui primo vocati non maiorem consecuti sunt mercedem, quam vltimi. Et secundum, qua intẽtione id fecerit Deus. Circa primum, si rem hanc leuiter perpendamus, apparet certe non fuisse absque, quod ægrè tulissent hi, qui cæperunt animæ suę culturam, inchoante vsu rationis, in qua perduraruntper totam vitam nulli parcentes labori. Cum manus obduruissent callis propter continuum vsum ligonis. Cumque in tam tenera ætate a Deo vocarentur, non responderunt, quod multi alij. Tempus ridendi, & tempus flendi, tempus laborandi, & tempus cessandi a labore, tempus belli, & tempus pacis. Vtamur modo creatura, tãquam in iuuentute, celeriter coronemus nos rosis, antequam marcescat, non pertranseat nos flos temporis nostri, iuuentutis, scilicet, quæ apta est risui, conuiuiis, ludis, &c. Veniet tempus cum ætate iam ipsa vocemur ad seria. Nihil tale dixerũt, nec fecerunt, quod alter Euangelicus adolescens, cui cum diceret pater suus, vt iret ad excolendam vineam dixit: Eo, & non iuit. Sed Euangelium ipsum admittit istam veritatem, quod portauerunt pondus diei, & æstus. Hi autem nouissimi cum vocati in iuuentute venire contempsissent, & hora tertia vocati, & sexta, & nona. Quoniã sicut in exordio mundi in prima rerum creatione per totos sex dies in rebus creandis occupatus Deus, vsque ad diem septimum opere creationis perfecto non requieuit, ita & in hac secunda mundi reparatione, quando nouam Ecclesiam, veluti nouum orbem, perfecturus erat, non cessauit hactenus, nec cessabit in posterum perpendens operis dignitatem, & necessitatem, cui intentus est quotidie, dum sine cessatione vocat operarios ad excolendam vineam. Raptus fuerat in Paradisum, & in tertium cælum Paulus, vbi in raptu diuinam contemplatus essentiam, & cognouit quæ in illo felicissimo statu sors maneret ineffabilis iustis, cognouit & miserandã hominum infelicitatem, qui ad patriam illã, & ciuitatem totius boni abundantissimam nõ admissi, in tartara detrudendi essent, diuina visione priuati, & sulphureis ignibus cruciandi in æternum. Et vtriusque rei summa grauitate perspecta, tot peragrat loca, tantis se subiicit periculis, &c. vt animas a malo reuocaret. Quotidie morior propter gloriam vestram fratres. Omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur. Hic animus Pauli, quem participauerat superno illo fonte Deo potatus. Hæc modica participatio diuinæ bonitatis, pietatis, & cognitionis impulit Paulum ad tanta subeunda onera ob animarum salutem. Quid de eodem infinito fonte misericordiæ Deo credendum erit? Egressus fuerat, cogente misericordia, primo mane, tertia hora, &c. vt quotquot existeret in foro, conduceret in vineam suam, & istos existentes in foro otiosos, quasi cõductionem expectantes non uocaret? Minime. Sed illudebant vocanti, & dicebant: Manda re- *Esa.* 28.

manda,

manda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicū ibi. Quibus verbis Iudæi illudebant Prophetis diuinam voluntatem nuntiantibus, & populum vocantibus, immo Domino Prophetarū, qui ad colendam vineam eos vocabat. Quondam cum nec nobiles, nec plebei audirevelent Hie-
Hierē. 17 remiam prædicantem ea, quæ vtilitatem populi maxime concernebant, quo captiuitatē Babylonicam iam iam imminentem effugerent, cumq. nollet populus templum adire, vt loquentem Prophetam audirent, iussus est prę dicare in porta ciuitatis, qua ingredi deberēt omnes aduenæ ciuitatem, vel egredi ciues, vt omnes audirent Deum vocantem, comminantem, rogantem, referentem tantas ipsius vocationes, quibus populum trahere volebat ad bonum, quibus ipsi neglectis, nec tunc audierunt Prophetam, & non audierunt (inquit) nec inclinauerunt aurem suam, sed induraverunt ceruicem suam, ne audirent me, & ne acciperent disciplinam. Sic Deus opt. max. ipse forum adiit, vocauit hos non semel, sed frequenter, & noluerunt venire, renuerunt accipere disciplinam, & insuper Deum accusantes dixerunt: *Quia nemo nos conduxit*. Præterea apparet horum indignatio iusta, Quia *portauerunt ipsi pondus diei, & æstus, & hi una hora fecerunt*. Homines multi fuere in Ecclesia præclari, & mirabiles, qui pondus diei, & æstus portauerunt. Non refero Ioannem Baptistam, qui trium, vel quatuor annorū in eremū profectus est, in quo sicut postea in prædicando miros pertulit labores, quibus vineam excoleret. Non Euangelistam, qui in iuuentute vocatus a Domino vsque ad ultimam senectutem in regendis, & fundandis totius Asiæ Ecclesiis occupatus incredibiles pertulit labores. Sed multi alij fuere, qui sūmis laboribus, & vigiliis diuina munera consequuti sunt. Beata Catharina de Senis, cum infantula adhuc esset Deo consecrata, gessit vitam vix humanam. Beatus Dominicus pater noster, cū adhuc lacte nutricis aleretur, lectulum relinquens infantulus humi cubitabat, in quo viuēdi genere per totam vitam durauit mille perpessus labores, a quibus tunc feriatus est, cum Bononiæ sacco indutus humi cubans in cinere, & cilicio ad Deum migrauit. Quid enarrabimus de illis, qui squallentia eremi loca incolentes citra omne humanum solatium vitam inopem, atque rerum omnium indigam traduxerunt? Qui in iuuentute, & adolescentia, vt (Hieronymus refert) parentes, & patriam relinquentes, prodigium mundi effecti gerebāt vitam vix humanam, quasi iam a natura degenerassent hominum, qui animalia sunt socialia, & politica, nec loquebantur, nec alios homines videre affectabant, humi cubitantes, vix comedentes. Quorum vitam dum vidisset Hieronymus sanctissimus, flebat quod falso nomen monachi gereret, sicut dixit Antonius, cum Paulum eremitam vidit. Hæc fecerunt plerique Sanctorum. Alij vix vna diei hora laborantes subito magnificis Dei donis ditati sunt. Latro vna confessione intra horam regnum Dei consequutus est. Matthęus ex publicano mutatur in Euangelistam. Paulus spirans minas, & cædes continuo, cum adhuc esset Damasci, vbi fuerat baptizatus, vas electionis effectus in Paradisum raptus est. In lege veteri cum Moyses per multos annos in pascendis gregibus soceri esset occupatus, continuo legislator efficitur. Amos rusticus vellicans sicomoros, cum esset armentarius, Propheta efficitur. Eliśeum sequentem boues, hæredem spiritus Heliæ fecit, & Dauid sustulit de gregibus ouium, de post fætantes accepit eum. *Psalm. 77* Hos, qui remanserant per multū tempus otiosi, vocat, & pares illis efficit, qui portauerunt pondus diei & æstus. Murmurare autem dicuntur, quia si in illis esse posset inuidia, videntes primos tanta gratia, & fauoribus, donis, ac priuilegiis donatos, ipsis inuidissent, etsi felicissimo illi Sanctorum statui contraria non esset murmuratio, vtique aduersus patremfamilias murmurantes conquererentur, videntes vnius diei labores tam magnifice remuneratos. Sed tamen si, quæ in 7
re hac contigerunt, plene animaduertas, inuenies illā non murmuratione, sed laude esse dignā, vtpote cum diuina bonitas sua communicet bona quanta liberalitate quis ea voluerit recipere, qui si in fine vitæ voluerit ingentia a Deo recipere bona, & diuinæ vocationi, & misericordiæ cooperari feruentissime, cumulatissimis, & maximis bonis ditabitur; sicut contigit Paulo, qui sero vineam ingressus plus omnibus laborauit. Vnde aiebat *Serm. 14. in Cant.* Bernardus: Dominus est sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbā Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius. In quibus id significare Deus vult, quod non solum magnificentissimus est erga illos, qui in Ecclesia sunt primi, sed etiam erga nouissimos. In oram vestimenti pretiosum eius vnguentum effunditur, in me vtique omnium & nouissimo, & indignissimo. Egreditur quis hospitium pedester, alter vero equum habens velocissimum, quem ad cursum excitat calcaribus. Quid miraris si iste vna hora maius iter conficiat, quam alter in integro die? Sic multi sunt, qui virtutis iter aggressi sunt, inchoante vsu rationis, ligonem arripiunt, sed languidi, negligentes, oscitantes, cuiusmodi sunt, proh dolor, innumeri Christianorum. Alij tarde vineam ingressi operam nauare ceperunt, sed feruore id effecerunt maximo, absq. mora, similes illi, qui in Epistola hodierna refertur: Sic curro, non quasi in incertū, sic pugno, non quasi aerem verberans, sequor autem, si quo modo comprehendam. Alijs vero idem Paulus ait: Manus dissolutas erigite, & genua debilia roborate. Peccatores, dū conuertuntur, fiunt de lateribus Aquilonis ciuitas Regis magni, lib. tertio, capit. 17. nume. 14. libr. 14. capit. 21. numer. 28. Paulus crystallo comparatus factus est panis alios pascens,

ceus, libr. quarto, capit. 23. numer. 12. Hęc est diuina dignatio, propter quam dicitur: Est
Eccles. 11. homo marcidus, egens recuperatione, plus deficiens virtute, & oculus Dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate sua. Et mirati sunt in illo multi, & glorificauerunt
Gen. 47. Deum. Inualuerat in toto orbe fames maxima, & accedebant ad Ioseph, qui frumenta populis vendebat, dicentes: Salus nostra in manu tua est, tantummodo respiciat nos Dominus noster, & læti seruiemus Regi. Subiiciebant se Aegyptij Ioseph, a quo vitam propriam pendere perspiciebant. Subiiciatur Christo Domino homo, & dicat: Nonne Deo
Psalm. 61 subiecta erit anima mea? Quare id? Quoniam ab ipso salutare meum, nam & ipse Deus meus, & Saluator meus, adiutor meus non emigrabo. In Deo salutare meum, & gloria
Iob 22. mea, Deus auxilij mei, & spes mea in ipso est. Ipse baltheum Regum dissoluit, & præcinxit lumbos eorum, ipse suscitat a terra inopē, & de stercore erigit pauperem, vt collocet eū cum Principibus, non qualibuscumque, sed cum Principibus populi sui. Præterea nouissimi pares redduntur primis, quia nihil audientes de mercede profecti sunt ad vineam fidentes Deo, vt de præmio id ageret, quod diuinæ suæ bonitati placitum fuisset, cum primi vineam ingressi fuerint, conuentione prius facta mercedis recipiendæ. Seruientes hi Deo tamquam mercenarij, alij autem vt filij, quibus sufficeret, quod tales, qui tota die in foro remanserant otiosi, immo mille vitiis occupati vocarentur a Domino ad excolendam vineam. Cultura autem vineæ labore fit, solus enim Christus virtutibus ditatus est absque labore, lib. tertio, capit. nono, numer. septimo, lib. 18. capit. 14 numer. 21. Virtutem spe, vel timore operandam docent benedictiones, & maledictiones Deuteronomij, lib. 18. c. nono. num. 1. & 2. In virtute varij gradus sunt, dum alij in Ecclesia dicuntur Reginæ, alij concubinæ, alij adolescentulæ, lib. 18. capit. nono, nume. 6. In virtute alij incedunt passu, alij modesto incessu, alij rapido cursu, lib. 18. capit. 9. num. 10. Virtutem remisse operans Christianus grandi pœna dignus est, lib. 18. capit. 11. num. 25.

8 Aduertendum etiam in hoc Euangelio illud est, quod redditurus Dominus operariis mercedem, qui dominus erat vineæ, vocat procuratorem suum, cum autem operarios vocaret, ipse omnibus horis egressus est, nec tantæ rei curam procuratori delegauit. Sed ipse est, qui interne vocat ad vineam excolendam, licet Prædicatores vociferentur, & Apostoli mittantur, vt plantent, & rigent. Cum autem tempus instaret mercedis, procuratorem vocat, in quo diuina largitas aperitur, qui quia tam tenere diligit vineam suam, ipse de cultura multum solicitus egreditur, vt operarios quærat, eademq. diuina bonitate impellente procuratorem, fratrem tuū vocat, vt soluat mercedem, qui expertus est difficultatem laboris, qui tibi tamquam frater, & cohæres magnificus remunerator existet. Potestatem enim dedit Christo filio suo, & fratri nostro, iudicium facere, quia filius hominis est. Hoc postulauerat Regius Vates di-
Psalm. 71. cens: Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis. Non id postulo Domine, quia te rectissimum non agnoscam, sed eū exopto iudicem, qui iudicatus est, vt sicut tētatus per omnia tentaris auxilium efficax præstitit, sic & iudicatus iudicandis fauētissime assistat. Non immerito peccante popu-
Exod. 33. lo, & Dei ira sæuiente, cum Dominus diceret Moysi: Præcedet vos Angelus meus, non ego ascendam vobiscum. Populus omnis gemens, nullus ex more indutus est cultu suo. Audiuit enim populus sermonem hunc pessimum, & luxit. Apte sane non quieuit Moyses, nec populus, quousque audiret Deum dicentem: Facies mea præcedet te. Non contemnebat Moyses Angelum ducem, quin potius cū perpenderet populum fragilem, ac inconstantē, & infirmum, Deum comitem itineris volebat, vt si populus peccaret, Deum haberet propitium, qui castigans castigaret eum, & morti non traderet eum. Quod de Angelo nō ita crederet, aut futurum speraret, sicut Aegyptiis viderat contigisse, percutiente Angelo omnia primogenita totius Regni, &c. Vocat ergo nos Deus pater, sed mercedem soluit Christus, qui homo, & frater noster est.

DOMINICA IN SEXAGESIMA.

Euangelium.

Cum turbæ plurimæ conuenirent, & de ciuitatibus properarent ad Iesum.
Lucæ 8.

De uerbo Dei elegantissime & latissime disserunt Sancti, de quo uidenda sunt plurima lib. 16. ca. 4. & 10. lib. 18. cap. 2. & 3.

OCCASIO huius parabolæ, quam Christus maximæ multitudini prædicauit, fuit nimia hominum frequentia, qui accurrebant vndique, & de ciuitatibus properabant ad ipsū. Voluit ergo hac parabola significare, nō satis esse audisse verbū Dei, neque omnes, qui illud audiunt, illinc meliores fieri, sed varie illud recipi, atque in paucis suos facere fructus, idque non ex uitio seminantis, aut seminis, sed culpa eorum, qui semen recipiunt. Cum verbum diuinum carnem assumpsit, egres- 1 *Dominicæ in Sexagesimæ.*

Chry.ho.45. in Matth. egressus est & vt seminaret, quia ipsi nos ad ipsum ire non poteramus, prohibente aditum maceria peccatorum. Nec egressus est, vt terram spinis, ac noxiis herbis plenam combureret, sed egreditur, vt seminet, & id in tota terra, vt verbum Dei recipiant diuites & pauperes, sapientes & simplices, nobiles & plebei, senes & adolescentes, feminæ & viri. Quid vltra debuit facere, & non fecit? Quando agricola egreditur, non vt seminet, sed vt noxias euellat herbas, & igni tradat, & si ad id egressus esset Dominus, totus periret orbis, quoniam a maiori vsque ad minorem omnes studebant auaritiæ, a planta pedis vsq; ad verticem non erat in orbe sanitas. Prophetæ prophetabãt mendacium, & Sacerdotes applaudebãt manibus suis, & populus meus dilexit talia. In quo significatur totam plebem esse corruptam, Prophetas, Sacerdotes, & reliquã plebẽ. Et ne quis seminantem incuset, cuius culpa perierit semen, vt pote qui inconsideratione sua, ne dicam stultitia, seminauit in via inter petrosa, & in medio spinarum, vbi semen ad debitam perfectionem venire non sit possibile. In semine quidem materiali ita est, at in animis hominum non est ita. Hæc enim est vis, & efficacia verbi Dei. Potens est enim efficere, vt qui via erat, lapis, & spina ipsum recipiens, mutetur in virum alterum, continuoq. terra efficiatur bona, & optima fructũ afferens centesimum. Quod semper contingeret, nisi qui audiunt verbum Dei tantæ virtuti manifeste contradicerent. De quibus qui & frequenter quidem audiunt verbum Dei, sed

Greg.ho.10. in Ezech. 3. Aggæi 1. non proficiunt, scriptum est: seminastis multum, & intulistis parum, id est, multa cognoscitis, sed operando pauca fructificant. Comedistis, & non estis satiati, id est, verba Dei audiẽtes lucra, vel gloriam sæculi concupiscitis, bibistis, & non estis inebriati, id est, aurem inclinatis, sed mentem non mutatis. Si enim inebriatus esset, mentem mutasset, vt iam terrena non quæreret, iam vana, quę amauerat, nõ amaret. Mutata mente, homines sibimetipsis extranei videtur, vt incipiat homo esse, quod

Esai.1. Hiere.5. Chr.ubi sup.

Cap. 3. non erat, & desinat esse, quod erat. Vnde dicit Ezechiel. Venter tuus comedet, & viscera tua replebuntur, id est, cum in corde sacram doctrinam receperis, interna tua non iam vacua remanebunt, sed alimento vitæ satiata. Quis dedit vehementissimo imbri cursum, & viam

Hiero.Iob 38 sonantis tonitrui, vt plueret super terram, ut impleret inuiam, ac desolatam, & produceret herbas virentes? Verbum Dei virtutem istam habet, quando flante aura Spiritus sancti procedit, & veniens super terram squallentem, & sterilem, frugiferam eam reddidit. Quatuor autem auditorum genera recensetDominus in Euangelio hoc. Quidam quidem audiunt, sed nulla mente, nulla animaduersione, vel intelligentia. Sed distracti astant diuinis concionibus omnino vagi, hi dicuntur via, qui obiter, & oscitanter audiunt verbũ, quod in corde non recipiunt. Statimq. diabolus aduenit, auis vocatus, propter nimiam velocitatem, qua adest, vt tollat verbum, antequam crescat, animam alio trahens, vt nihil referat audiuisse, dum verbum a corde fuerit continuo extractum. Secundum genus est eorum, qui audiunt, & mente retinent, & reuoluunt, quæ audierunt. Sed quia verbum nõ est profunde radicatum, sole exorto arescit, hoc est, tribulationibus, & tentationibus, quibus ad maturitatem perueniunt grana, quæ in terra bona seminata sunt, iisdem arescit semen, quod inter petrosa seminatum est. Tertium genus est illorum, qui recipiunt granum, sed auocant diuitiæ, ne afferant cibum, qui tales sunt. Istis enim cupiditas, & cura superflua rerum labentium, solicitudo sæculi, fallacia diuitiarum, verbum ad debitam perfectionem venire non sinit. Dicuntur autem fallaces diuitię, quia blanda quadam spe promittunt, quæ præstare non possunt, fallentesq. homines sunt, dum eos sæpe frustrantur, ne salutem æternam consequantur. Vbi diuitiis merito duo iunguntur, scilicet, solicitudines, & voluptates. Solicitudines, quia *Gregor.* vt habeantur diuitiæ, vanæ præcedunt curæ, quibus mens hominis misere torquetur, obtentę autem afferunt uoluptates, per quas anima vulneratur. *Alia pars cecidit in terram bonam.* In quibus triplex est varietas, alij enim referunt fructum centesimum, alij sexagesimum, alij trigesimum. Qui perfectam, & summam vitam agunt, fructum afferunt centesimum, sexagesimum qui mediocrem, trigesimum qui licet inferiores sint, fructum tamen ferunt pro suis viribus. *Hi sunt, qui in corde bono, & optimo audientes, uerbum retinent, & fructum afferunt in patientia.* Per hoc, quod dicit, *retinent*, separat eos a primis, a quibus diabolus statim verbum tollit. Per hoc, quod dicit, *in corde bono*, separat ab his, qui in spinis semẽ excipiũt. Per hoc, quod ait, *fructum afferũt in patiẽtia*, separat ab his, qui inter petrosa seminantur, qui in bono, quod proposuerunt, non perseuerant. Hæc attinẽt ad breuem enarrationem Euangelij.

In enarratione huius parabolæ, quam Dominus Apostolis aperuit, relicta plebe, illud in primis magnificiendum putauit, commendans diuinam bonitatem erga ipsos, cum dixit: *Vobis datum est nosse mysterium Dei.* cum omnibus prius dixisset: *Qui habet aures audiẽdi audiat.* Quæ verba summa Christi Domini mansuetudo, qui tamquam agnus mansuetus, qui portatur ad uictimam, mille affectus iniuriis os non aperuit, modo clamat, ut aduertere faceret & eos, qui diuinis eius concionibus intererant, & qui futuri essent rei magnitudinem perpendentes, cum inter innumera beneficia, eaque miranda, quæ in Euangelica lectione narrantur, quibus Dominus prosecutus est terram, cum ipse per se, & per alios exiit seminare verbum habens virtutem mirabilium effectricem, quod in hominibus seminatum vix vllum dedit fructum, sed maior grano-

granorum pars periit. In solo hoc beneficio innumera sunt beneficia, & eorum omniũ recapitulatio, quæ Christus Dominus gessit in terra. Sicut enim agricola, qui hoc nomine dignus censetur, antequam seminet, egreditur, vt aratro proscindat terram, tribulos, & spinas comburit, lapides eligit ex agro, semen iacit, granum inuoluit. Qui si dominus esset nubium, & temporum statis temporibus nũc niuibus, nunc imbribus, nunc calore Solis prouideret omnibus his, quæ iudicaret necessaria, vt granũ ad debitam perueniret & maturitatem, & copiam. Et quia id agricola effecre non potest, si Deus ipsius desideriis præsto esset, adessent continuo omnia, quæ media essent huic fini accommodata. Sic intelligendũ est, quod dicente Domino; *Qui habet aures audiendi audiat*, id voluit, vt aduerteret homo, quod cum venit prædicaturus diuina verba, hoc præstans, & seminans, simul combussit tribulos, & spinas, terrã proscindit, lapides tulit e medio, viam fecit aptam fructui, si homo vellet. Ad hæc enim omnia virtus erat in grano, vt optime adnotauit Hieronymus explicans locum Pauli, in quo uim Euangelicæ prædicationis docebat dicens: Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruẽtes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & captiuantem omnẽ intellectum in obsequium Christi (vel ad obediendum Christo, vt Hieronymus legit) Homines lapides sumus, & his duriores, de quibus Beatus Stephanus dixit: O duri ceruice, & incircumcisi corde, vos semper Spiritui sancto restitistis. In hominum talium cordibus seminauit, qui potens est de lapidibus suscitare filios Abrahæ. Idemque granum auferre potest cor lapideum, & loco illius cor carneum dare, ut dicere ualeamus: Factum est cor meum, tamquam cera liquescens in medio uentris mei. Et cum essemus spinę, ad id solum apti, ut pungeremus, & lacerare-

Hieron.ep.1. ad Paulin.

Act.7.

Psalm.21.

mus eos, qui nobiscum versarentur, vt ouiũ vellera tolleremus, ipse qui exiit seminare, virtutem dedit semini, ut fructui ferendo apti essemus, mortui sæculo viueremus Deo. Sicut dicebat Augustinus explicans locum illum: Sermo meus non capit in uobis, sic est sermo Dei, & sic debet esse fidelibus, sicut pisci hamus, tunc capit, quando capitur. Et hoc est inter beneficia Dei potissimum, quod cum tanta sint mundi scelera, nihilominus præcipiat Deus nubibus, ut pluant super terram hanc imbrem, quæ digna esset recipere laqueos ignis, sulfur, spiritus procellarum, pars calicis eorum. Hæc omnia operatus est Dominus cum exiit seminare. Et quia verbum Dei tãtæ virtutis est, uaria habet nomina, quibus varii eius effectus intelligantur. Verbum Dei cibus est animæ, quo deficiente, robur eius amittitur, lib.1.cap.22.nu.14.lib.6.c.1.num.3.lib.16. cap.10.num.41. Verbum Dei sagitta, & arcus dicitur, per quod minę peccatoribus exhibentur, lib.1.c.25.num.8.9.lib.3.cap.9.numer.40. Verbum Dei cibus est, quo homo infans cum sit efficitur vir, lib.1.ca.2.num.14. Verbũ Dei sagitta est, qua amor excitatur, & dolor, lib.2. c.7.num.36.& 37.c.8.num.14.li.14.cap.25.§. 2.num.45.lib.18.c.2.num.9.27.& 42. Verbum Dei calix est inebrians, li.5.ca.1.num.14.li.18. c.2.num.32. Verbum Dei quatuor fluminibus Paradisi comparatur, li.5.c.3.num.11.lib.18. ca.2.num.27.& 28. Verbum Dei cibus est animæ omnibus accommodatus, in quo & infirmi, & fortes alimentum reperiunt conforme naturæ suæ, li.16.ca.10.num.29. Verbum Dei fons est, & torrens, fons eis, qui omni tempore eo vtuntur, & in tentationibus, & in prosperitatibus, torrens vero, quando in tribulatione non inuenitur, li.16.ca.10.num.36. Verbũ Dei mannæ Iudæorum simile est, minutum sicut semen coriandri, &c. li.18.c.2.num.1.2.& 49. Verbum Dei ignis est lucens, & comburens, ibidem num.2. Verbum Dei culter est circũcidens omnem immũditiam, abscindẽs culpas, quo tollitur opprobrium Aegypti, ibid. nu.3. Verbum Dei multiplex medicina est omnibus egritudinibus curandis aptum, nume.5.& 15. Verbum Dei est herba borith ad abluendas sordes animę datum, num.7. Verbum Dei cõparatur puteis, quos Patriarchæ foderunt, vt greges adaquarentur, nume.11. Verbum Dei virgis comparatur, quas Iacob decorticauit, quas videntes animæ, & considerãtes varios pariunt bonorũ operum fœtus, nu.11. Verba Dei aquę sunt, quas vidit Ezechiel egredi de templo, quæ & steriles frugiferos reddunt, & multa bona faciunt, nume.vigesimo secundo, vsque ad vigesimũ quintũ. Hæc omnia nomina virtutem verbi diuini explicant, quam vt animaduerterẽt homines clamauit Dominus: *Qui habet aures audiendi audiat.* Vnde constat, quod sicut ingenti misericordia sua verbũ Dei prædicatur, ita summa ipsius indignatione imperat nubibus, ne hũc pretiosissimũ, ac vtilissimum imbrem pluant. Vnde in Deu-

Cap. 28.

teron. inter eas calamitates, quibus cõminatus Deus fuerat his, qui mandata ipsius non seruarẽt, quæ horrorẽ incutiũt, adiungat tibi Dominus pestilentiã donec cõsumat te de terra, ad quã ingrederis possidendã. Percutiet te Dominus egestate, febre, & frigore, ardore, & æstu, & aere corrupto. (Subdit execrãdã maledictionẽ ait Hierony.) Sit cælũ quod supra te est æneũ, & terra, quã calcas, ferrea, det Dominus imbrem terræ tuæ pulueré, & de cælo descendat super te cinis, donec cõteraris, quasi dicat, sicut maxima omniũ calamitas, quæ terrę seminatæ aduenire potest, illa est, vt nec gutta aquæ super eã ueniat. Nec id solum, sed quod nec spes sit huius beneficij consequẽdi maior, quã si cælũ æneum esset, aut ferreũ, & incapax nubium habendarũ, aut influẽtiarũ. Terraq. siccitate tabescat, ac si ferrea esset. Et si quando Deõ pluere placuerit, nõ sit ut terrę benefaciat, sed vt eã noua indignatione per-

cutiat,pluens puluerem,& cinerem, vt ſicca terra ſiccior efficiatur,& ſterilis, magis ſterilis aduentante cinere.Ita Deus faciet, quãdo ingentia hominum flagitia id expoſtulauerint,quod non pluet Deus imbres eloquij ſui, & erit terra animæ tuæ ænea, nullique fructui apta.Quod ſi aliquando emiſerit verbũ ſuũ, culpa tua erit puluis,& cinis,nulliuſque vtilitatis.Verbo Dei deficiente, multa mala cõſurgunt in anima,lib.1.cap.22 num.14.lib.6.cap. 1.num.3.lib.18.cap.3.numer.9. vſque ad 11. Verbum Dei prohibetur peccatori , quando illo audito non proficit in maius ipſius malũ. lib.2.cap.10.numer.2.vſque ad 4.libr.14. cap. 27.nume.1.

3 Et ne quis falſo crederet,& ſtulta ſecuritate deciperetur,quod ex eo, quod verbum Dei tantæ eſt virtutis,quod ſpinoſa, ſaxea, & dæmoni peruia corda ſubito mutare poteſt, & ea apta reddere fructui producendo,& ex altera parte perpendat homo verbum nuſquam ſeminatum in orbe tam copioſe , quando tam frequens eſt Prædicatorum copia,tã frequentes conciones, tam regularis uerbi Dei tractatio.Vtraque hac Dei miſericordia conſiderata , quam quotidie hominibus largitur Chriſtianis,iam omnia, quæ noſtram concernunt ſalutem , hoc medio tam efficaci in tuto eſſe repoſita,& quod his tantum,qui cũ extra Eccleſiam ſunt,qui hoc tam grandi beneficio priuantur, denegata ſit æterna felicitas , ne hac falſa,ac periculoſa ſecuritate decipiãtur homines,Euangelium hodiernum & hanc tollit,& metum incutit non modicum,dũ docet quod tres partes inter quatuor,in quibus ſemen cecidit,fructum non tulerunt , quoniam licet diuinum verbum tantæ ſit virtutis, cum omne, quod recipitur, ad modum recipientis recipiatur,idem granum, quod optimæ terræ mandatum fructum producit ſecundum recipientium diſpoſitionem maiorem , aut minorem, vbi nulla prorſus fuerit diſpoſitio,regulariter nullum profert fructum. Sicut.n.cibus vnus cum ſit(ait Chryſoſtom.) in ſtomachum tamen traiectus,ibiq. decoctus , miram hanc ſortitur conditionem,vt ſingulis membris varie attemperetur,eorumq.referat naturæ modum. Nam dum oſſi adiungitur, in os ſolidatur, molliq. carni diſtributus , carnis induit conditionem,& ad oculos cum peruenit , in oculorum naturam tranſeat,in iecore fit ſanguis , in felle colera , & in pectore feminæ nutrientis filium lac; ſic & verbum Dei in viris iuſtis, & in peccatoribus variam hãc ſortitur differentiam,vnum cum ſit,quia non vno modo recipitur. Loquitur Deus Paulo, & continuo vas electionis effectus eſt. Dei verbo facta eſt illa tam ſubita,& miranda mutatio.Loquutus eſt Dominus ad Cain : Cur concidit vultus tuus?nonne ſi bene egeris recipies,&c. verba diuinæ conſolationis plena, diuino ore prolata,& cum primum a facie Domini egreſſus eſt,dixit fratri ſuo: Egrediamur foras,& occidit eum.Verbum quidem Dei grano com paratur,ſed hoc terræ mandatũ non fructificat,deficiẽte imbre,Sole, &c. Chriſtus Dominus nubes,fluuius,&imber uocatur,ſine cuius aſſiſtẽtia,quod ſeminatũ eſt ſtatim perit, li.3. c.5.n.31.40.43.63.69.&83.c.7.nu.26.c.9.nu.5. & 16. Hæc eſt ſæculi noſtri miſeria, quotidie prędicatur de caſtitate,de abſtinentia,de contẽptu ſæculi,& diuitiarũ, de indumentorũ , & cõpoſitionis moderantia , ſeminamus ſuper omnes aquas,& vix ullus percipitur fructus. Cũ tamen,prædicante Chriſto,docẽte Petro, ſeminante Paulo,tanta conſurgeret credẽtiũ, & bene operantiũ ſeges. Sed dices (Chryſo.) diſſerebat tũc Paulus,prædicabat Petrus;Præ dico ego modo miſer homuncio,& peccator. Falleres tunc.n.& nunc diſſerit Dominus Pauli?Fateor multum conducit ad ædificationem populi prædicantium vita, cum.n.qui prædicat dicit:Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, tunc labiis exultationis laudabit os meum.Sed quando id non contigerit,ſi terra tua reproba non fuerit,& maledicto proxima,cuius conſummatio futura ſit in cõbuſtionem,vtiq. mirabilis erit verbi Dei profectus. Sicut enim grani virtus non inde penſatur, ſi ſeminator illud portet in ſacco hoc , aut illo modo diſpoſito , ſi ſit huius,vel alterius materiæ ſaccus,virtus in tritico eſt ad proferẽdum fructũ,dũ terra reprobata non fuerit;ita & in verbo Dei philoſophandũ eſt.Sed hæc eſt hominũ miſeria,quam Prophetæ verbis deplorare debet homo : Triginta modij ſemẽtis facient modios tres. Hæc noſtri ſæculi miſerãda calamitas,vbi triginta modij ſeminãtur , quando tot abundãt conciones, & meſſis tẽpore tres tantũ colliguntur . Et vtinam nõ iuſte audiamus: Fiat menſa eorum corã ipſis in laqueũ, & in retributiones,& in ſcandalũ. Iſraelis mẽſa ſacra ſcriptura fuit , in qua ſi quis volebat edere verbũ Dei, appoſitis ſibi legis ,& Prophetarũ ſermonibus paſcebatur.Fit hęc mẽſa in laqueũ,& in ſcandalũ.Quãdo audito verbo Dei,iſtius occaſione ſed culpa ipſorum ruunt, & in retributionẽ,quia hac eadẽ lege, quã cõtempſerunt,& non cõpleuerũt, damnãdi sũt , dicente Domino: Putatis quod ego accuſem vos?apud patrem eſt,qui accuſat uos Moyſes. Verbum Dei dum prædicatur,ſuſcipitur ſecũdum qualitatem ſumentium, vt cibus in iecore fit ſanguis,in felle bilis,li.18.ca.3.nume.3. vſq; ad 5. Verbũ Dei pluuia eſt iuſtis,laqueus peccatoribus,qui illo abutuntur, li.18.cap.2. num.40. Verbum Dei dulce eſt ſpiritualibus, amarum autem carnalibus, ibid.num.12.13. & 47.Verbum Euangelij eſt mare, in quo Hebræus euaſit,Aegyptius autem interemptus eſt,li.18.c.2.num.34.Verbũ Dei ſẽper audiẽs, & non proficiens, ſicut terra eſt, venientem ſemper bibens imbrem, & ſpinas producens, quæ maledicto proxima eſt , libr.18.capit.2. numer. 17. Verbum Dei etſi medicina ſit, non proficit , ſi morbis non adhibeatur , nume.15.Verbũ Dei gladius dicitur bis acutus, bonos procidens ab errore, malos ab excuſatione,

Homil. 38. in Matth.

Bern.in prologo uitæ Malach Monac.

Hebr. 6.

Eſai.5.

Orig.lib 8.in ep.ad Rom.

tione,numer.14. Verbum Dei ſagitta eſt, & cui non vulnerauerit animam,huic carbo deſolatorius paratus eſt , quo puniatur,libr. eodem,& capite,num.9. Verbum Dei vermes gignit,quando homines,ipſo audito,non corriguntur,lib.18.cap.ſecundo,num.1.& 2.cap. 3.nume.1.

4 Antequam expoſitionem parabolæ Chriſtus Dominus eſſet aggreſſus , ſciſcitantibus diſcipulis illius intelligentiam, prẽmiſit: *Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei,&c.*In quibus verbis aperte colligitur Dei donum eſſe maximum , quod per verbum Dei diuina innoteſcat voluntas hominibus : Vnde cũ Paulus ad Romanos vellet explicare maiora beneficia Iudæis collata,quam cæteris nationibus,dixit: Quid amplius eſt Iudæo , aut quæ vtilitas circumciſionis? Multum per omnẽ modum. Primum, quia credita ſunt illis eloquia Dei.Fundamentum dicit aliorum beneficiorum,quod diuina voluntas illis ſit concredita. Beatus vir,quem tu erudieris Domine,& de lege tua docueris eum . Et vt quondam Samſoni dixit Dalila: Quomodo dicis quod amas me, cum animus tuus non ſit mecum?id eſt,cũ cor tuum mihi non aperueris , proculdubio non diligis me. Sic ne Dei dilectionem ignorare poſſemus,diuinam ſuam volũtatem nobis aperuit. Vnde dixerat Prophe ta Baruc: Beati ſumus Iſrael, quia quæ Deo placent,manifeſta ſunt nobis. Hæc diuina voluntas dum non intelligitur , principium eſt multorum malorum . Sacra ſcriptura,menſa Iſraelis,laqueus illis facta eſt,dum non intelligunt,quæ in ea dicuntur,lib.16.capi.quarto, num.1.& 2. Verbum Dei dum non intelligitur,audientium culpa,aufert Deus in grande illorum malum omne robur panis, & omne robur aquæ,lib.18.capit.3.num.6. Sacra ſcriptura regnum cælorum dicitur, quia ibi includitur regnum cælorum,vel quia ianua eſt ad illius ingreſſum neceſſaria,libr.14.capit.4. num.6.Eſtque clauis regni,Sacerdotes autem illam interpretantes clauicularij ſunt, ibidẽ. Vnde cum hoc donum Dei ſit, & maximum,& ſacræ ſcripturæ arma regalia, quæ contra dęmones tutos nos reddunt,lib. 16.cap.4.nu.9. & 10.c.10.num.20.illius carere non debẽt libris homines,ſiue pauperes illi ſint, ſiue occupati,vt myſterium regni Dei agnoſcatur, ibi. nume.11. Sacræ enim ſcripturæ loca irrigua ſunt,in quibus nutriri debent homines, n.18. Quapropter ſacrarum litterarum ſtudio deficiente,anima contrahit peccatum , ſicut ferrum rubiginem,ſi ſit abſque vſu,lib.16. capit. 4.num.30. Eſtque ſcriptura ſpeculum veritatis,quod nemini blanditur,neminem decipit, in quo talem ſe reperit quis, qualis fuerit, ſi attente ſe inſpiciat,lib.16.cap.4.num.32. cap. 6.num.18. Et ideo ſacræ ſcripturæ riuuli ſunt aquarum,& fluenta pleniſſima,in quibus Sancti reſident,& tuti ſunt,lib.16.ca.4. numer.33. Sacra ſcriptura velamine tegitur , immo & clauditur,dũ negligenter auditur, ſicut dictũ eſt Apoſtolis in hoc Euangelio , cæteris autẽ in parabolis,vt videntes non videant,& audiẽtes non intelligant,li.16.c.10.nu.3.

Rom. 2.

Iudic. 16.

Baruc 4.

Semen eſt uerbum Dei. Hoc Deus ſeminauit 5 bonitate ſua,non conſiderata malitia terræ.Si .n.id animaduertiſſet , verbũ nõ ſeminaretur in terra,quæ ab exordio ſęculi tribulos germinat,& ſpinas.Et cũ hæc fuerit diuina bonitas, ac miſericordia,homines quã plurimi meliores in nullo euaſerunt. Et quod in Euangelio hodierno mirabile omnibus eſſe debet, illud eſt,quod cũ turba plurima conueniret , & de ciuitatibus properarẽt ad Ieſum in tãta multitudine,vt nauẽ ingrederetur,vt tãtos docere potuiſſet,cũ finita hac parabola,clamaſſet: *Qui habet aures audiendi audiat:* Nullus inter tãtos admirans nouitatẽ clamoris, & perpẽdẽs ſaltem ex eo magnitudinem Dei , de qua agebatur,interrogauit, quid illa parabola intelligere eos vellet. Vbi felicitatẽ regni Meſſiæ docere voluit Propheta dixit: Et dabitur pluuia ſemini tuo , cumque ſeminaueris in terra, & panis frugũ terræ erit vberrimus, & pinguis. Et infra de regno Chriſti loquẽs Prædicatoribus,dicit:Beati qui ſeminatis ſuper omnes aquas immittentes pedẽ bouis,& aſini, quo ſignificatur ſemen Euangelicũ diuino fauore ſic fructificaturum, vt etiã in locis aquoſis iactũ creſcat, nec multa aqua ſuffocetur, & ob multã copiã frumẽti nihil obſit, quod in loco ſeminato dimittantur boues,& aſini,vt comedant, cũ abundantia frumenti & hominibus, & iumentis alendis ſit ſufficiens.Hoc ſe Dominus facturũm pollicitus fuerat, vt diceretur : Repleta eſt terra ſcientia Domini (Euãgelij .ſ.prædicatione)ſicut aquæ maris operiẽtes.i. ſicut aquæ maris omnia implẽt. Seminaturus exierat Dominus, ſed præuẽtus fuerat dæmone ſeminatore impiorũ conſiliorũ, & mũdus ſcatebat malis,cũ Deus egreſſus eſt ſeminare ſola miſericordia ſua cogẽte, quã hinc colligere poterãt homines.Sicut.n.cõtigit Danieli, qui Nabuchodonoſor Regi indicauit sõnium ſtatuæ,quã viderat aureã,argenteã,æreã,ferreã,& fictilẽ.In quibus Regno Babylonico potẽtiſſimo,quid futurũ eſſet expoſuit. Quibus auditis barbarus Rex in extaſi poſitus,dũ rei magnitudinem cõſideraret,Danieliſq. ſapiẽtiã,procidit potẽtiſſimus Rex, qui ab omnib. voluit adorari, vt ſeruulũ contẽptibilẽ prius ipſe adoraret,& hoſtias, & incenſũ præcepit, vt ſacrificarẽt ei,quia ſomniũ intellexit,abdita pãdit in rebus, quæ ipſius,& Regni ruinam concernebant,quæ momẽtaneæ ſunt, labiles, & dignæ,quæ ab omnibus contemnantur. Vt hinc perpendas quæ gratitudo ſit debita diuinis vigiliis,quibus per verbũ Dei,quod ſemen ſignificat, eruditi ſumus homines in his, quæ concernunt noſtram ſalutem.Quando vt verbum Dei reciperent hoſtes, magna adhibita cura,multo labore, multis expenſis, ut eſſet agẽdũ,facile redderetur,cũ res tanti eſſet momẽti,cõſiderando quæ fecerunt mundi ſapiẽtes,vt ſapientiores euaderent, lib. 16. cap.4.

Eſa. 30.

Cap.32. Cornelius.

Eſa. 11.

Hieron.

Dan.2.

numer. 14. vsque ad 16. Cum autem Christus Dominus, quo ipsius voluntatem intelligerẽt homines in re tam grandi, tamque sibi vtilissima, solum postulasset: *Qui habet aures audiendi audiat*, quasi dicat, non est necessarium Indos adire, Caucasum, Getas, Messagetas, nisi audire attenta mente Deum loquentem, non homines, nullus de sensu parabolæ interrogauit. Cumque Dei incarnatione innumera euenerint hominibus bona, propter istud solum, de quo agimus, gratias Deo æquales referre nõ valemus, de quibus dixerat Oseas: Quod *Oseæ. 2.* Dominus desponsandus erat nobiscum in sẽpiternum, propter vinculum indissolubile na- *Hieron.* turæ humanę cum persona diuina. Hinc, ait, alia prodient bona, quorum vnum sit, idque potissimum. Et erit in die illa exaudiã cælos, & illi exaudiẽt terram, & terra exaudiet triticum, &c. & seminabo eam mihi in terrã, & miserebor eius, quæ fuit absque misericordia. Ego exaudiam cælos, Apostolos, & Prædicatores, qui postulabunt a me facultatẽ seminãdi, quam libẽter ipsis concedam, & illi exaudiẽt terram, quę clamabit hanc poscens misericordiam, & terra exaudiet triticum, fructus producens opportunos, vt accipiat benedictionẽ *Bernard.* a Deo. Hæc est diuina dignatio, qui egressus ad opus hoc, relicturus illud non est vsq. ad finem sæculi. Semel locutus est Deus, &c. quia a quo tempore loqui cœpit, & seminare, uoluntatemq. suam hominibus propalare, vsq. ad finem orbis non cessabit. Et ideo dicit semel tãtum loquutum fuisse. Hæc est diuina bonitas, hæc autem hominũ malitia, & ingratitudo, vt aut Deum loquentem non audiamus, aut si fecerimus oscitanter, & negligẽter interfimus concionibus, quas & audire frequenter, attente, & summa cum reuerentia docebãt Sancti, Lib. 16. c. 10. nu. 1 & 2. docetur, quod sermonibus audiendis raro vacant homines, & quãdo adsunt, vt audiant, vix attenti sunt. Sermones non audientes non exeunt de castris, ut colligant manna, & bibant de petra, ibid. Sermones audientes diebus tantum feriatis acriter arguebat Origen. ibi. Sermones audientes ne- *Hyperbole.* gligenter, vt animo defluant, sic puniet Deus, ac si Eucharistia in terram caderet, nu. 6. 16. 17. & 39. Sermonem audiens, & non viuens cõformiter ad id, quod audit, mutuat a Deo, & non soluit, nu. 9. Sermones audire magno adhibito studio bonæ valetudinis est indicium, nu. 15. Sermones audiendi attentissime, tamquam regiæ litteræ ad nos missæ. n. 16. quibus summi Regis voluntas innotescit, n. 17. & 18. Sermones raro, & oscitanter audimus, & modico tempore, & cũ fastidio, quod certum est ægritudinis argumentum, nu. 21. & 22. Sermones nolens audire similis est aspidi obturanti aures suas, nu. 35. Sermones audire sedẽdo, nisi graui infirmitate vrgente, prohibebat Augustinus, nu. 39. Hi similes sunt istis, qui clamãte Domino, domum reuersi sunt, ignorantes prorsus quorsum Dominus parabola illa vsus fuisset, quoque fine clamasset: *Qui habet aures audiendi audiat*. Discipuli autem dum essent in domo, interrogarunt quæ esset hæc parabola. Interrogauerunt, vt ediceret Dominus parabolam zizaniorum agri, vt perpẽdamus sermones non tantum audiẽdos in Ecclesia, sed & domi conferendos, lib. 16. cap. 10. nume. 14. 16. 19. 20. & 41. lib. 18. cap. 3. num. 4. & 5. Docuit etiam interroganda, quæ in sacris cõcionibus, & diuinæ voluntatis intelligentia ignorauerimus. Sacra scriptura legẽda est, & quæ in ea non intelliguntur, inquirenda sunt, li. 14. c. 4. num. 10. 11. & 18. Sacra scriptura, & Euangelia memoriæ mandanda, ant quam sæculares ad conciones accederent, præcipiebãt Sãcti, li. 16. ca. 4. nu. 11. Hęc, quam retulimus, est nostrorũ, & priscorum temporũ ingratitudo. hæc etiam diuina bonitas, quę explicãs parabolam dixit. *Semen est verbum Dei*. Nec hæc 6 sola fuit diuina miseratio, sed quod egressus ad hoc munus est, prospiciens quod semen casurũ esset secus viã conculcandum ab hominibus, & comedendũ a volucribus, suffocandũ a spinis, si aliqua eius pars exorta fuisset, ariditate perdenda altera. Si Deus ad seminãdũ egressus fuisset, quando terra, quæ nos sumus, quibus dictum est: Terra, terra, terra, audi verbum Domini, clamaret Domino: Anima mea *Hiere. 22.* sicut terra sine aqua tibi, velociter exaudi me, beneficio eius non modico potirentur homines. Sed non id contigit solum, sed quod egressus est perspecta terræ indispositione. Nã si terram bene dispositam expectaret, profecto audire potuisset; Qui obseruat ventũ non *Eccles. 11* seminat, & qui considerat nubes numquam metet, sed qui arat, in spe debet orare. Dictum Ecclesiastes, vbi supra audiuit: Mane se- *Paul.* mina semen tuum, & vespere ne cesset manus tua, quia nescis quid magis oriatur, hoc, aut illud, etsi vtrumque simul melius erit. Semi- *Hiere. 23.* nat super lapides, quia verbum Dei malleus est conterens petras, & ignis spinas comburẽs. Si cor tuum induratum est, emittet Deus *Bern. Ser. de multipl. uitil. uerbi Dei.* verbum suum, & liquefaciet ea, quę obdurue runt in similitudinem crystalli. Anima mea liquefacta est, vt dilectus loquutus est: *Si tepidus es, verbo Dei accenderis, quia ignitũ elo- Cant. 5.* quium Domini vehementer. Sed audiẽtibus tunc non profuerunt, quæ a Christo Domino dicebantur, nec prosunt modo, quia plerique hominum audiunt verbum vana curiositate ducti, & non animo proficiendi, libr. 16. ca. 10. num. 26. Vel quia qui concionibus intersunt, non ea accipiunt pharmaca, quæ propriæ saluti iudicauerint expediẽtia, li. 16. c. 10. n. 12. Aut quia ad audiendum Ecclesiam nõ frequẽtant, quã si frequenter ingrederentur, vt audirent, similis essent Rebeccæ, quæ quotidie veniens ad fontes Isaac matrimonio iuncta est, li. 16. c. 10. nu. 1. & 2. Non etiã considerant, quę audiunt, sed continuo obliuiscuntur, de quib. *Iacob. 1.* scriptum est: Qui autem auditor est verbi, & non factor, comparabitur viro cõsiderãti vultum suum in speculo. Considerauit. n. se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. Non cõ

parauit

parauit eum, qui talis est, feminę, sed viro. Illa enim cum vel turpitudinem, vel aliquid minus ornatum viderit, curat vt corrigatur id, quod non ita bene compositum est. Ad hoc enim vtitur speculo: quod viro non accidit, qui casu speculum, quod ad manum viderit, accipit, & continuo relinquit. Huic assimilabitur, qui audiens prædicantem, auaritię, ambitionis, adulterij, aut furti, videt se his implicari, & tamen correctionem non curat, qui autem corrigitur comparatur feminę. Similes sumus viris, & non quibuscumque, sed obstinatis, qui maiores multo luemus pœnas, quam Pharao, qui quoniam restitit Moysi, & in hoc sæculo, & in futuro acriter punitus est. Audierat autẽ ter, aut quater Moysem corrigentẽ & consulentem, ac monentem, & quia non audiuit, pœnas luit suæ obdurationis dignas. Nos autem per totam vitam audientes Dominum in nullo efficimur meliores, daturi pœnas tantæ ingratitudinis, & duritiei dignas. *Hiere. 12.* Cum Dominus dixerit: Seminauerunt triticum, & spinas messuerunt, quapropter ecce ego euellam eos de terra sua. Audiamus ergo *Bern. Ser. de uerb. Abacuc* Dominum dicentem: Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Salubrius est multo, & conuenientius hodie audire Deum consulentem, consolantem, admonentem, docentem, & vt multum arguentem, & corripientem, quam in die illa tam amara audire illum iudicantem, indignantem, vlciscentem sæuientem, & condemnantem. Vtinã non sim terra, quam percutiat Deus virga oris sui, qui spiritu labiorum suorũ interficiet impium. Quando vasa figuli virga ferrea conterentur. Bonum mihi propter verba labiorũ eius custodire vias duras, quam interfici spiritu labiorum suorum. Nunc sic vinum reprehensionis infundit, ut non desit oleum miserationis, & consolationis. Nunc si quid amaritudinis sentio in uoce eius, non sine dulcedine est, visitans in virga iniquitates eorum verũtamen misericordiam meam non dispergã ab eo. Hactenus Bernardus.

7 *Quod autem cecidit in terram bonam, hi sunt, qui in corde bono, & optimo audientes uerbum retinent, & fructum afferunt in patientia*. Cum Deus auctor sit gratiæ, sicut est auctor naturæ, sic in modo operandi in rebus gratuitis eum seruat ordinem, quãtum fieri potest, quẽ in rebus naturæ, vt intelligas gratiam naturam non destruere, sed perficere. Condidit Deus homines, & animalia reliqua, quibus præstitit & esse, & viuere. Sed quia omnia quatuor qualitatibus constant, iisque cõtrariis, in quibus & calor naturalis semper agit in humidum radicale, in quo uita consistit, ea propter cibi simpliciter necessarij sunt, quibus calor naturalis reparetur, ne animal pereat, sicut lampas, oleo deficiente. Vnde ne Deus deficeret in necessariis, cuique animali cibum condidit suæ naturę conuenientem. Hoc etiam in operibus gratiæ obseruandum est. Nati sumus verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturæ eius. Vt autem in vita hac conseruetur homo, indiget cibo. Et quia, vt docet Aristoteles, ex iisdem nutrimur, & sumus; Facti autem sumus per verbũ Dei, qui voluntarie genuit nos verbo suo, cũ *Iacob 1.* dictum est homini: Ego te baptizo; ideo ad nostram spiritualem conseruationem, & reparationem verbo Dei, tamquam cibo, vti debemus. Quo deficiente, cuncta confestim interibunt. Vnde dicebat optime Origenes: *Ho. 27. in c. 33. Numer.* Sicut tanta animalium differentia in causa fuit, ut Deus uarios conderet cibos naturæ vniuscuiusque ipsorum conuenientes; sic doctrinarum differentiæ, quę in sacris litteris continentur, necessariæ sunt. Quædã sunt ibi facilia, accommodata infantibus, qui illis tamquam lacte nutriantur. Aliæ quæ illis sunt conformes, qui tamquam viri cibo utuntur solido. Verba vtriusque testamẽti duæ mamillæ sunt, quæ de pectore Domini lac accipiunt, quo homines nutriantur, lib. 3. cap. 9. num. 31. Verbum Dei, quod cibus est animæ, in tranquillitate colligendum est, ut in aduersitate habeant homines, unde uiuant, ad quod exemplo formicæ adducendi sunt, lib. 16. cap. 10. num. 31. lib. 17. cap. quarto, nume. 16. Verbum Dei panis est ab ore iusti nũquam discedens, lib. 16. cap. decimo, num. 33. Verbum Dei assimilatur cibo propter multas rationes, lib. 18. c. 3. nu. 4. & 5.

Terra autem, in qua semen recipitur & 8 fructificat *hi sunt, qui in corde bono, & optimo audientes uerbum retinent*. Quod enim semen est terræ, hoc est cordi verbum Dei. Sicut semen numquam fructificat, nisi in terrã eiiciatur, sic nec verbum, nisi in corde susceptũ fuerit. Nihil. n. profuerit illud vel auribus tantũ, uel oculis suscepisse. Terra, dum non seminatur, propriæ relicta naturæ steriles sẽper herbas, ac noxias producit; ita cor hominis, nisi semine diuino fuerit seminatum, si non producit noxia, producit inutilia. Nomine autẽ cordis intelligit Dominus uoluntatẽ, quoniã principiũ est boni, sicut cor omniũ motuũ corporaliũ. In volũtate. n. fundatur ratio meriti, & peccati. Aures necessarię, quibus verbũ Dei auditur, visu legitur, sed ibi sistendum non est. Nõ. n. auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Verbũ Dei liber est, quem comedit Ioan. Euangelista, dulcis in ore, amarus in vẽtre, dulce cũ auditur, amarũ cũ executioni mandatur, sed tamen in ore remanere non debet, sed deglutiendum est, ut prosit, lib. 18. cap. 2. num. 47. Verbum Dei aduersarius noster est, de quo dixit Dominus: Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es in via, ne forte tradat te iudici, & iudex exactori. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem. Qua breui cõparatione id docere Dominus voluit, verbũ diuinũ executioni mãdãdũ, tunc. n. illi cõsentimus, ne accusatione ipsius pereamus, lib. 18. c. 2. nu. 41. 45. & 48. Verbũ Dei qui audiunt, & custodiunt, beati sunt, ibid. nu. 52. Sermones

audiens,& viuens conformiter ad ea,quæ audit,vsuras Domino venienti præparat, libr. 16.cap.decimo,num.quarto, 8.& 9. Si autem modo non reddit fructum verbum Dei, id accidit, quia in propria terra non suscipitur, sed in auribus vana curiositate, aut delectatione allecti,vt dicitur apud Ezechielem: Venite & audiamus, quis sit sermo egrediens ab ore Domini,quæ dicat nobis Propheta noua. Ecce audientium curiositatem. Et audiunt sermones tuos,& non faciunt eos,quia in canticum oris sui vertunt illos. Ecce vanitatem. Bene prædicauit Propheta,&c.& factũ est verbum eius,tamquam carmen musicum, quod suaui,dulciq. sono canitur.

Ezech.33

DOMINICA IN QVINquagesima.

Euangelium.

Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos secreto. Lucæ. 18.

1 *Dominica in Quinquages.*

ASSVMPSIT *Iesus, &c.* Euangelium hodiernũ duas complectitur partes,alterã,in qua summa totius passionis Domini cõtinetur,alterã, quæ miraculũ patratũ narrat, quo ingrediẽs Hierico cæcum mendicum illuminauit. *Assumpsit discipulos suos Dominus secreto*, cum iã tempus passionis instaret, & cum illis, tamquam familiaribus rem hanc tam hominibus necessariam contulit. Sicut quondam inclytus Rex Nabuchodonosor postea quam Arphaxad potentissimum Regem Medorum obtinuit in campo magno,& vicit; tunc vocauit omnes maiores natu,omnesque duces, & bellatores suos,& habuit cum eis mysterium cõsilij sui, dixitq.cogitationem suam in eo esse,vt omnẽ terram suo subiugaret imperio.Quod dictum cum placuisset omnibus, vocauit Holofernem, &c. Sic Dominus Iesus,qui Rex regum erat,& Dominus dominantium, vocauit Sanctos Apostolos secreto, cum quibus contulit mysterium consilij sui, quod nullus Principũ huius sæculi cognouit, quo pandens ignominiosissimam mortem suam,flagella,sputa,&c. vniuersum mundum suo debebat subiugare imperio, sicut dixerat: Nunc iudicium est mundi, nunc Princeps huius mundi eiicietur foras.Et ego si exaltatus fuero a terra,omnia traham ad meipsum. Ecce nouum genus bellandi,non vocat Holofernem, non parat, ut iste,centum viginti millia peditum pugnatorum, & equites,sagittarios,faciens præire omnem expeditionem suam in multitudine innumerabilium camelorum. Et profectus est ipse, & omnis exercitus cum quadrigis, & equitibus,& sagittariis, qui cooperuerunt faciem terræ,sicut locustæ. Solus cum suis duodecim rem confert, solus ascendit, bellatorum,& pugnam ingrediens cum vndecim comitatus esset,præcipit,vt relinquantur abire sui; Petrum increpat euaginantem gladium, & seruum Pontificis percutientem, quia bellum hoc nouum futurum in seipso, ac in suis, vt qui victi videbantur,vincerent, & universum orbem sue subderet ditioni. Vnde Christi passio in Agno Iudaico significata fuit,& eam protendebant manus Moysi eleuatæ, quibus Amalech esset vincendus,lib.tertio,cap.decimo,num.11.& 25. Et lassabatur Moyses,vt victoriam hanc patiendo potius, quam bellãdo doceret faciendam.Christus percussus in passione,sicut petra antea multo percussa fuerat a Moyse,vberes dedit latices aquæ,& fontem continuo manantem,lib. tertio, cap.decimo, num.4.& 49. Vicitq. sic Christus diabolum, quando diabolus victor credebatur, num.38. Christi sanguis nos a captiuitate redemit, num.37.& 38. Hæc, quæ refert Euangelium, contigerunt resuscitato iam Lazaro, & coacto Cõcilio,in quo statutum est, Christum occidendum esse in mense Martio,quo tempore Christus Dominus conuenienter redemit mũdum,in quo & conditus fuerat,libr.tertio,ca. 5.nu.90.ca.10.nu.41. Quo etiã tempore diluuium inundauit super terram,libr.quarto,ca. 18.numer.25. vt eodem tempore patesceret ingens Dei misericordia, in quo ira grandis præcesserat, quando cuncta fere animalia interierunt, tunc omnes homines repararentur, si vellent.

Iudith 1. & 2.

Ioann.12.

Ecce ascendimus Hierosolymam,& consummabun 2
tur. Secreto contulit Christus Dominus ea, quæ in Hierusalem iam iam futura essent,cõcernentia mortem, & passionem suam. Fere semper Dominus secreto rem hanc contulit cum Apostolis, prẽcipiens ipsis, ne rem hanc ipsorum pectori commissam proderent. Quod si quando incideret sermo de re hac apud plebem ænigmatice,& obscure loquebatur. Oportet exaltari filium hominis. Soluite templum hoc,& in tribus diebus reædificabo illud. Vbi primum aduertendum est, non omnia animæ negotia omnibus esse committenda,dicente Salomone: Amici tui sint tibi multi,consiliarius autem sit tibi unus ex mille. Et Ecclesiasticus aiebat: Noli consiliari cum socero tuo. Socer pater uxoris est mundus iste, qui consiliarius esse non debet. Præcipiente Domino ad Abraham, ut egrederetur de terra sua, & de cognitione sua, & domo patris sui, egressus est inconsultis omnibus, sed fidens Deo. Et Iacob insalutato de Mesopotamia egressus remeauit ad propria. Dicebat enim optime Origenes: Imaginari debet homo animã in cubiculo clausam duobus comitatam consiliariis,quorum alter spiritus est,alter vero caro,ad cuius ianuam virtutes omnes expectant, & vitia, vt vocatæ introeant virtutes, aut vero vitia. Si consilium recepit salubre spiritus, & virtutes admittit, alter consiliarius repudiatus recedit, quem comitantur & vitia. At si e contra reijciens spiritus consilium, nec cauens ab ea, quæ in sinu suo dormit,consilium noxium admiserit carnis, virtutes recedunt, seruitq. talis anima creaturæ potius, quam creatori. Consilia a viris probis requirenda sunt, non ab alijs, lib.11.cap.15.num.9.& 11.lib.3.cap. 1.num.12. Caro, & spiritus quasi vir, & mulier sunt,quorum vir,id est,spiritus præcipit, carni autem conuenit obedire, lib. 3. cap.1. num.26.& 60.lib.8.cap.3. num.1. Sicut enim amicitia cum viris studiosis ineunda est, li.1. cap.19. num.8.12.14.& 15. Sic & dissoluenda ea est, cum primum amicus bona non consuluerit num.13.& 14.Quod vt doceret Dominus, ascensum in Hierusalem non contulit, nisi cum Apostolis,quos in amicos elegit, dicens: *Ecce ascendimus Ierosolymam.* iter in Hierusalem ascensum vocauit Dominus. Sicut enim quia in Aegypto mundus iste significatur ingressus in illum descensus in sacris litteris frequenter vocatur, non ascensus: Væ qui descendunt in Aegyptum; sic quia nomine Hierusalem aut superna patria, aut animæ virtus intelligitur, ascendere in illam dicuntur homines, quia iter laboriosum est ascendentium, sicut de Ionatha, & armigero eius Regum narrat historia, quando, vt debellarent Philistæos, per acutissimas petras reptantes ascenderunt nimium fatigati. At descensus in Aegyptum facilis, ad malum omnes sicut aquæ dilabimur, sicut dixit Poeta: Facilis descensus Auerni, noctes atque dies patet atri ianua Ditis,sed reuocare gradum, superasq. euadere ad auras, hoc opus hic labor est. Virtutis ascẽsus laboriosus est, tardus, & difficilis, mali autem sine difficultate ad ima tendunt,lib.12.ca.4.num.22. lib. 18.cap.11.num.4.cap.12.nu.3. Virtus difficilis multa habet adiutoria, in qua melius est eundo mori, quam deficere ab incepto,lib.9. cap.22.num.3.& 16.lib.18.cap.12.nu.2. vsque ad 4. Via cæli laboriosa apparet his, qui desidiosi sunt, & futura non considerant, lib.18. cap.4.nu.1.2.& 6. Ideo virtus in hac vita cibo, in sequenti vero potui comparatur optime,lib.18.cap.8.num.17. *Ecce ascendimus.* Virtus facilis est modo, languido iam, & senescente mundo, difficilis autem, quando iste in exordio & florebat, & relinquendus nihilominus erat, lib.18.cap.11.nu.10. Discipuli timebant ex vna parte velut infirmi, ex altera etiãsi meticulosi essent,sequebantur Christum in mortem, quia a virtute incepta desistere propter difficultates stultum est, sicut & illam non inchoare,lib.18.cap.12. num.4. Quod si ad virtutis & perfectionem, & verticem pertingere non valuerit homo, in secundo virtutis gradu maneat, sicut mansit in Segor Loth, & tandem ascendit in montẽ, ibidem nu.5.& 6. *Ecce ascendimus Hierosolymã,*

Matth.16 & 18.

Eccles.37.

Gen.12.

Gen.31.

ad Roman. Orig. in epist.

Genes.12. 27.

Esai.3.

1. Reg.

Virgil. Aeneid.6.

& consummabũtur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Opera Domini omnia perfecta erant, nullum opus est, quod ad debitam perfectionem non adducat, & inter omnia opus humanæ redemptionis, de quo dixerat: Opus cõsummaui, quod dedisti mihi, vt facerem. Et cum iam animam exhalaret,dixit: Consummatum est. Incepisse opera bona non sat est, nisi ad debitã perfectionem veniant. In virtute proficiendũ est sic, vt nullus sit dies, in quo bonũ non faciamus lib.18.cap.12.nu.8.11.& 15. Via trium dierũ, quibus pergimus in desertum, est bene cogitare,bene loqui, & bene operari, his contrariæ sunt trium noctium viæ in infernum ducentes, ibid. nu.21. Consummatio,& in virtute perseuerare, dum viuimus, necessarium est. In summitate vestis, qua summus Sacerdos induebatur, in fimbrijs illius & tintinnabula,& mala granata simul pendebant. Summi Sacerdotis indumenta Sanctorum vitam significant. Iusti vestimẽta sacerdotalia Sacerdotis Aaron mystice in se debent habere, lib.9.ca.23.nu.2.Malum granatum inter omnia poma coronatum apparet. Tintinnabula sonant, vt intelligas vita bona non coronari homines, nisi ad finem vsque illam perducant, vt solus ille coronetur, qui legitime certauerit,& dicat: Bonum certamen certaui, cursum consummaui, & tunc reposita est mihi corona iustitiæ. Vnde scribens Hieronymus Abigao Presbytero Hispano sic habet: Dic Theodoræ Lucini filiæ, vt in cæpto itinere non lassetur, vt ad terram sanctã perueniat, iter difficillimũ deserti pertranseat, sicut Iudæi quondam fecerunt terrã promissionis ingressuri, vt non putet perfectam esse virtutem exisse de Aegypto, sed per innumerabiles insidias ad Iordanem fluuium peruenire debere, vt accipiat in Galgala secundam Circumcisionem a Christo, qua amputet omnes affectus,non solum turpes,sed etiã mundanos, & corporeos, vt ipsi muri Hierico corruant,canentibus septem tubis per Sacerdotes y *Hay se conquiste y pegue fuego a azor.* Perseuerantia vsque in finem est, quæ homines beatos facit, lib.14.cap.24. nume.1.2.14. vsque ad 18.20.& 22. Perseuerantem tantum laudandum docuit Dominus, cum creato homine,non dixerit: Vidit hominem quod esset bonum, cum id de cæteris creaturis dixisset, vtpote quæ Domini mandatum numquã transgressuræ erant,sicut transgressus est homo, lib.8.cap.3.num.20.lib.14.cap.24. nu.7. Perseuerantiam docuit Dominus,cum dixit: Vota altissimo de die in diem reddẽda, ibid. num.13. Et quia perseuerantiæ donum tantum est electorum, propterea hi dicuntur electi,vt Sol, stultus enim vt Luna mutatur, num.21.& 22. Quam vt modo ostẽderet Dominus, vt perfectionem humanæ salutis impleret,dixit se ascẽdere *Hierosolymam, ut consummarentur, quæ scripta erant de filio hominis.* Optimo, & congruentissimo tempore vocaris

Hieron. epist. 32.

Ioshuë. 10. & 11.

ris Domine Iesu filius hominis. Nusquam enim sic hominis miseria innotuit, sicut in passione. Proprium hominis docens Iob dixerat. Homo nascitur ad laborem, sicut auis ad volatum. Tunc ergo filius hominis innotescit Christus, cum in passione positus clamat: Laboraui, clamans raucæ factæ sunt fauces meæ, laborare me fecisti in peccatis tuis. *Si homo putredo, & filius hominis vermis*, in passione talis apparuit Dominus, vt iuste diceret: Ego autem sum vermis, & non homo. Denique verbera, alapæ, illusiones ex hoc tibi venerunt Domine, quia filius hominis es. Vel filius hominis dicitur hac occasione, in qua magis ostendebatur meus, quam suus. Totus ipse est magis hominis, quam sui ipsius, cum venit, vt daret semetipsum redemptionem pro multis, vnde conuenientissimum magis est, vt sicut homo filius hominis dicitur, quia totum se consecrauit hominum seruitio, sic & nos iã nostri esse non debemus, dicente Paulo: Pro omnibus mortuus est Christus, vt qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est. Et alibi: Iam non estis vestri, empti enim estis pretio magno, glorificate, & portate Deum in corpore vestro. Homo dicitur aliquando in sacra scriptura, qui terrenus est, qui autẽ cælestis appellatur filius hominis, lib. 8. ca. 2. num. 12. ita quod sicut Deus est Sanctis, quidquid illi desiderant, lib. 4. cap. 15. numer. 13. cap. 28. num. 19. ita homo sit Deo, quidquid ille desiderat, sit misericors, sit humilis, sit patiens, &c. Deo subdi debet anima, passionibus autem dominari, lib. 4. ca. 20. nu. 5. 9. 10. & 13. Quia ergo iusti empti a Deo ipsius sunt, dicitur Deus, & Rex iustorum, quia in illis regnat, nec habent pro Deo diuitias, voluptates &c. lib. 4. cap. 28. numer. 8. 11. 13. & 16. cap. 42. num. 4. Iusti compediti sunt dulcissimis vinculis Iesu Christi, lib. 9. cap. 13. nu. 10. 12. & 13. Iusti filij sunt Dei, mali autem filij carnis, lib. 12. cap. 4. num. 13. Religiosi imitatores Dei, qui omnia dedit nobis & seipsum lib. 2. cap. 20. num. 2. & 3. vsque ad 7. lib. 9. cap. 22. num. 4. lib. 15. cap. 5. num. 20.

Iob 25.

Psal. 21.

2. Cor. 5.

3 *Ipsi autem nihil horum intellexerunt.* Multi mirantur, quod cum Dominus tam aperte de passione sua visus sit loqui, quod Apostoli nihil horum cognouerint. Sed tamen ego magis mirarer, si id intellexissent. Qua ratione intelligere quis posset Deũ & passurum, & moriturum, vitam mori, impassibilem pati. Putarent Dominum ex more parabolice loqui. Et quid mirum si, loquente Propheta de Domini passione, subiunxit: Continuo, Domine, quis credidit auditui nostro? Et alibi, dum consideraret eum in cruce pendentem dixit: Vere tu es Deus absconditus, sanctus Israel saluator. Vnde fortassis verba Euangelistæ non tam prodere voluerunt discipulorum ignorantiam, quã rei, de qua agebatur, & magnitudinem, & difficultatem, quæ cum terminis tam manifestis a Domino relata fuisset, eam Apostoli non intellexerunt. In quibus immensum Dei dilectionem perpende, qua te dilexit, quod ila patiens pro te pertulit, quæ Apostoli non intellexerunt, quia incredibilia videbantur ea, quæ omnem creaturam in stuporem traxerunt, propter quæ Sol obscuratus est, petræ scissæ sunt, ea quibus scandalizati sunt Iudæi, & quæ gentibus tamquam deliramenta visa sunt, dicente Paulo: Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis, atque Græcis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Ex qui apparet quantum debeat Deo homo, pro quo talia pertulit. Vnde dixerat Abacuc: Splendor eius, vt lux erit, scilicet Christi, cornua in manibus eius, hoc est, vexillum crucis, in quo suspensus est, ibi abscondita est fortitudo eius (vel vt septuaginta interpretes verterunt) & posuit dilectionem robustam fortitudinis suæ. q. d. hoc fine Deus pependit in cruce, vt faceret dilectum suum ab hominibus diligi, & diligi non leuiter, sed vehementer, & fortiter. Sed, proh dolor, de nobis vere nunc dicitur, ait Hieronymus, & posuit diabolus dilectionem fortem vitiorum suorum, cum hominibus persuasit, vt mundum, mundana omnia, ac peccata diligant, non leuiter, sed fortiter. Vt sicut Pauli dilectio hinc eximia videbatur, quia illa impellente clamabat: Quis nos separabit a charitate Christi, tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Certus sum, quod neque vita, neque mors, neque Angeli, neque instantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum poterit nos separare a charitate Dei. Mira sane dilectio. Sed non minor ea videtur, qua homines mũdo conglutinantur, voluptatibus, peccatis, propter quorum dilectionem tribulatio, angustia, fames, nuditas, persecutio, & pericula innumera contemnuntur, immo gratissima sunt, dummodo non separetur homo a mundanis, quæ diligit, & quibus captus est. a quibus nec mors, nec vita, nec instantia, nec futura, & c. id est, nec terrores, nec flagella, nec quæ instant dãna, neque quæ creduntur futura, nec Angeli ipsos custodiẽtes, nec terror inferni, nec beatitudinis consideratio poterit eos separare, quia diabolus posuit in his dilectionem fortem vitiorum suorum, quod Deus actus in cruce ipsorum malitia non effecit, cum tamen ea pertulerit, quę dum audirent Apostoli, non intellexerũt. Vel non intellexerunt, quia amor vitæ in causa huius fuit. Cum Iudæis Christus Dominus semel dixisset: Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum, continuo respondit turba: Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum, & tu dicis: Oportet exaltari filium hominis. Quis est iste filius hominis? Itaque prolatam de morte Domini sententiam turba, quæ nec vitam

Beda.

Esai. 53.

Hieron.

Rom. 8.

Ioan. 12.

Christi

Christi diligebat, nec mortem oderat, intelligere facile potuerunt, quod tamen discipuli assecuti non sunt, quoniam longe aliter erga magistri vitam, & mortem erant affecti. Hanc esse arbitror causam, cur homines tã facile aliorum fragilitatem, & mortalitatem intelligant, suam non intelligant, quia cum non perinde alienæ vitæ amore, atque suæ capti sint, facile aliorum mortalitatem agnoscunt, suam non agnoscunt, nimio sui amore mentem eorum excæcante. Quo fit, vt quod nullo modo esse volunt, nulla ratione tam cito futurum credant. Itaque magnifice de generis humani fragilitate philosophantur, vitamq. nostram censum necessario persoluendum esse definiunt. Cumq. hoc facile de cæteris profiteantur, nec eis aliorum mors aut noua, aut immatura esse videtur, de se tamen non eadem sentiunt. Hinc Hieronymus aiebat. Quotidie morimur, quotidie commutamur, & tamen æternos nos esse credimus. Vnde sexagenarij, & septuagenarij homines ædificandis amplis domibus, conquirendis pecunijs anxie vacant. Quod non facerent, si mortem illis in foribus adesse crederent. At longe aliter sanctus quidam vir affectus erat, qui cum iam senex ab amico in crastinũ vocaretur ad conuiuium: Cur me, inquit, vocas in crastinum, qui a multis iam annis crastinum non habui, sed mortis aduentum in singulos dies expectaui? Sciebat Saul, quod Dauid esset regnaturus in Israel, vt Ionathas dixerat Dauidi, immo & Saul ipse dixit ei: Scio quod certissime regnaturus sis. Cumq. sciret eum & electum a Domino, & regnaturum, cuius voluntas immutabilis est, nihilominus quærebat illum occidere, ne regnaret, persuadere enim sibi nolebat, quod regnaturus esset, eo quod nolebat, vt regnaret. Et Iudæi nolebant credere cæcum a natiuitate visum recepisse a Domino, quia Domino affecti non erant, crediturí poculdubio, si aliquid contra Christum vel semel locutus fuisset. Amor proprius multorum malorum causa est, lib. 1. cap. 18. num. 12. Amor Dei vsque ad contemptum sui ædificat ciuitatem Hierusalem, Babyloniam vero amor sui vsque ad contemptum Dei, lib. 1. cap. 18. nu. 8. lib. 3. cap. 17. num. 5. & 20. Amor est radix, a qua omne bonum, vel malum originem trahit, lib. 1. cap. 7. num. 18. 19. 22. 28. & 29. c. 10. num. 1. 3. & 8. cap. 18. num. 5. vsque ad 10. li. 3. cap. 26. nu. 7.

In Epitaph. Nepotis.

2. Reg. 20.

1. Reg. 24.

Ioan. 9.

4 *Factum est autem, cũ appropinquaret Iericho cæcus quidam, &c.* Secunda hæc Euangelij pars narrat, quod ascendens Iesus Hierosolymam, vt pateretur, ingrediens Hiericho obuium habuit cæcum ab ipso misericordiam instantissime postulantem, quem statim curauit. Ascendis, Domine, vt mille hominum contumelias, & iniurias patiaris, alapas, sputa, irrisiones, spineam coronam, hominum cõtemptum, flagella, & cruces, & visum cæco præstas. Non esset conuenientius, vt ipse, si cut & cæteri, vtroque orbarentur lumine ne tam immania contuerentur flagitia, quorũ grauitatem ferre non potuit sol, qui obscuratus est? An forte oculos huic tribuis, quibus amorem tuum, bonitatem tuam, & scelerum grauitatem animaduertat? Si ita est, aperi obsecro omnium nostrum oculos, vt hæc respiciamus mirabilia, quibus & compungamur, & admiremur diuinam bonitatẽ in passione sua, diuinam etiam bonitatem in huius cæci illuminatione, in qua multa sunt consideratione dignissima. Substantia facti, circumstantiæ temporis, & loci, & personæ, in qua operatus est Dominus miraculum, & cæterarum, quæ illi interfuerunt. Circa primum, quando Dominus Hierosolymam ascendebat, vt moreretur, quando coactum fuerat concilium, in quo cõcordi sententia reus mortis iudicatus, & dãnatus est. In toto hoc itinere opera plena admiratione patrauit. Illuminauit ingrediens Hiericho hunc cæcũ, alterũ egrediens, & rursum duos alios, in ipsa ciuitate Zachæum publicanum mirabiliter conuertit, templũ ingressus Hierosolymis cæcos, & claudos sanauit, in itinere docuit multa, quæ hominum salutẽ maxime concernebant. Quoniam, vt aiebat Chrysostomus, sicut quando aqua ducitur, vt riget rosam, arborem, & alia quæ in horto ad delectationẽ hominum sunt consita, & arte elaborata, in via omnes, quas inuenerit, herbas rigat, quæcumque illæ sint, omnibus communicatur, &c. sic & Christus Dominus qui in Ioanne se vocauerat aquam viuam, numquam arescentem, ascendit Hierosolymam, vt patret opus insigne redẽptionis humanæ, & obuium (ipso sic disponente mirabili bonitate sua) habuit hunc cęcum, non casu, sed consilio, & sistit, vocat eum, non dimouetur, donec adducatur, & voluntatẽ mendici hominis, & cæci requirit, vt ei ad mensuram voluntatis suæ benefaciat, & præstet quidquid voluerit. Illuminat illum, & quod his omnibus amplius est, ad se trahit, vt eum sequatur discipulus ipsius iam effectus ex mendico. Ingreditur ciuitatẽ olim anathemate percussam, videt in ea Zachæũ peccatorem publicanorum principem, & vocat eum existentem in sycomoro: Festina descende, quia hodie in domo tua oportet me manere, vt & tibi, & domui tuæ contingat animæ salus, & sis iam filius Abrahæ, qui dudum culpa tua eras filius gehennæ. Quoniam sicut occasiones quærit, qui ab amico vult recedere, sic eas quærit, & maiores Dominus non solum, vt amicis, sed etiam inimicis benefaciat. Et sicut nouum non est in hominibus etiam occasiones quærere, quas non habent, vt Deum offendant, quia hæc est hominum malitia, vt quando ipse sæpserit viã & maceria, & spinis, quibus homines ad sanam mentem redeant, ipsi punctiones spinarum non sentientes properant, vt offendant, Deus solita bonitate sua occasiones

Marc. 10.

Matt. 20.

Chrysost.

4. & 7.

Luc. 19.

quærit,

quærit, peccatores ad se vocat, quibus benefaciat, etiam quando ipsi propriam negle xerint salutem. Non solum quando voce magna clamauerint, vt cæcus hic fecit, sed quãdo nec illam cogitant, vt in Samaritana, & alijs perspicere licet. Itaque vt nos opportune, & importune parati sumus, vt Dei maiestatem contemnentes peccemus, & si defuerint occasiones, pæne vniuersum peragramus orbem, vt ipsis quæsitis, diuina voluntate neglecta, nostra fiat, Deus e contra infinita pietate sua in omni occasione nostro prouidet bono. Contemplatus fuerat Deus, quæ in iniuriam Hebræorum fecerat Pharao, & cum posset Deus, vt fecit postea, illum occidere, & illos relinquere in Aegypto, vbi mediocriter illorum prouideretur vtilitati, & bono, noluit, sed illos inde eduxit plenos argento, & auro, & non erat in tribubus eorũ infirmus, comitantibus Angelis in signis, & prodigijs longum iter fecerunt, quo acceperent terram lacte, & melle manantem, expulsis inde gentibus, quæ terram illam incolebant. Nec solum his contentus est Deus, sed quando in hominibus repererit vitam scelerib plenam, qua digni sunt, vt omni bono & in hac vita, & in futura priuentur, erigit illos ad ea bona, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Deo maior cura est de saluando homine, quam diabolo de perdendo eo lib. 1. ca. 6. num. 17. 21. & 22. lib. 4. cap. 3. numer. 8. 9. 14. 24. vsque ad 26. Dei bonitas, & patientia ostenditur, cum tot dissimulat peccata, lib. 2. cap. 11. num. 8. 9. 22. & 23. lib. 4. cap. 4. nu. 13. cap. 8. numer. 1. & 16. Deus promptior est ad indulgenda peccata, quam sit peccator ad accipiendam indulgentiam, lib. 4. cap. 7. nu. 19. cap. 8. num. 11. Dei misericordia ostenditur in miseria nostra, non potentia, libr. 4.
3 cap. 7. num. 20. 25. & 26. Præterea in illuminatione huius cæci animaduerte quæ de Deo sperare possunt homines, qui neminem vult perire, sed clamat: Perditio tua ex te Israel. Nullus erit cæcus, nudus, mendicus in tota republica adeo contemptibilis, qui, si voluerit, Dominum sistere non faciat, quasi nulli alij rei intentus fuerit. Sistit Deus, quando non sisteret homo plebeius. Et si id non effecerit homo ipse ad hominem vel proficiscetur, vel præcipiet, vt miser adducatur. Te quæret, sicut quæsiuit eum, qui in piscina iacebat in lectulo triginta & octo annos habens in infirmitate sua, & sicut perrexit ad socrum Simonis, & parabit iter, vt seruũ curaret Centurionis. Miramur maxime, idque merito, quod iubente Iosue, sol per multas horas immotus sisteret in cælo, quia expedientissimũ illud erat, quo populus perfectam reportaret victoriam de Gabaonitis: Mirare potius Dominum iustitiæ solem sistẽtem, non quia id postulat instanter Iosue vir eximiæ sanctitatis in re, quæ multum concernit bonum commune totius Israel, quem Dominus comitatur, & cui terram promissionis mandauit, & ingressum facilem reddere tenebatur, qui illam promiserat, si miramur id, mirabimur potius Deum maiestatis, qui stans iussit cæcum mendicum adduci ad se, nec arripit viam, quam curis plenam moriturus peragebat, donec illum curaret. Cũ Samuel iussu Domini perrexisset ad increpãdum Saulem, eo quod contra mandatum Domini pepercisset & gregibus optimis Amalech & Principi ipsi, rogatus a Rege Saul Samuel, ut cũ eo ascenderet rogaturus Deũ, vt ipsi misereretur peccatori, nolebat ire, sed rogatus aiebat. Nolo ire, non reuertar tecũ, quia proiecisti sermonem Domini. Et conuersus est Samuel, vt abiret, ille autem apprehendit summitatem pallij eius, quæ & scissa est, & sic quasi coactus Prophetа ascendit rogaturus pro Rege suo, de quo non legitur, quod verbum dixerit postulans misericordiam, a Deo. Vix potest Rex potentissimus Samuelem detinere, & iam Dei pietas hominibus prouidit Prophetam, quem Dominus pollicitus fuerat suscitaturum de medio fratrum suorum, immo Dominum Prophetarum, qui fere nulla adhibita diligentia, ad solam vocem hominis mendici stat, & dicit: *Quid tibi vis faciam?* Prophetæ olim cum Regibus acres, maxime Elias cũ Achab, &c. Eliæus cum Iosaphat, Moyses cum Pharaone, Samuel cum Saule, Michæas cum Achab, iam felicissimo tẽpore gratiæ Deus stat, quia id vult homunculus miserabilis, & cæcus, qui a turba (quæ minus Domini pietatẽ perpẽdebat) indignus iudicatus est, qui aut saltẽ audiretur, ne dicam illuminaretur. Dilectus meus mihi misero, mihi, ac si nulli alij rei attẽderet. Immo Hieronymus dicit de Christo Domino intelligendum, quod voce Hieremiæ prophetatũ fuerat: Væ mihi mater mea, quare genuisti me virum rixæ, virum discordiæ? Non fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquam. Vbi septuaginta verterunt: Non profui, neque profuit mihi quisquam, id est, nullus tantum voluit accipere, quantum ego tribuere desiderabã. Nec profuit mihi quisquam, quia salutem creaturæ lucrum vocat creatoris. Theodotion vertit: Non debui, nec debuit mihi quisquam, id est, nemo dedit mihi quantum accipere cupiebam, nec me sibi fecit in aliquo debitorem. Stat Dominus, & iubet cæcũ adduci ad se, ne cadat, ne cespitet, aut offendat, immo si illud necessariũ fuisset, Dominus sicut ouem errantem super humeros suos portaret. Præceperat Deus, vt iuxta arcam testamenti propitiatorium fieret, in qua legis tabulæ seruabantur, vt significaret legis transgressores remedio non carere. Prope namque est propitiatorium diuinæ misericordiæ his, qui indigẽt remedio, si tamen illud velint. Dei mansuetudo in paradiso ostensa est, dum auræ tenui comparatur, lib. 4. cap. 7. num. 14. quia hominem puniturus moderato dicitur incedere

1. Reg. 15

Bernard ser. 68. in Cant.

Hier. 15. Hieron.

Exod. 25.

passu, sed Dominus stat, & iubet hominem, cui misereatur, ad se duci. Deus velociter adest his, qui in veritate quærunt illum, & vocant, lib. 4. cap. 16. per totum, lib. 5. cap. 10. num. 20. Quod si Deus non staret, nec iuberet cæcum adduci ad se, non curaretur, homo enim tantis miserijs plenus Dei auxiliũ necessarium habet, lib. 4. cap. 16. num. 2. 3. 7. 11. & 13. capit. 20. num. 3. Si autem Deus dicitur refugium, & virtus paucorum, ideo est, quia pauci sunt, qui in necessitatibus ad ipsũ recurrant, lib. 4. cap. 16. num. 3. Deus, cum adest eum quærentibus, multa bona eis largitur, lib. 4. cap. 16. num. 6. & 15. cap. 19. nume. 3. & 18. Ita contigit pauperi huic misericordiam poscenti. Cuius negotium Deus tam cito, & tam optime absoluit, non sic ea, quæ concernunt pauperes, agit mundus, dum iudex, aduocatus, procurator, &c. vix post multos dies leuiter audiunt non stantes, aut iubentes eorum causas, qui intercessoribus carent, adduci ad se. Hi sunt, de quibus dixerat Propheta: Principes tui infideles socij furum omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos, &c. Propter quod vindicabor de inimicis meis. Iudices duces populi, orphanorum patres, viduarũ mariti, iustitiæ zelatores, incorrupti sint, lib. 9. cap. 8. nu. 13. Iudices in negotijs finiendis iusti sint, & diligentes, lib. 9. ca. 8. num. 7. 8. 11. & 12. Iudices mali taxantur a Sanctis, ibidem num. 13. Christo similes sint hi, qui stetit, & iussit cæcum adduci ad se, vt eius voluntatem quæreret, sanaret, voluitq. vt cæcus iste secus viam esset, vt incessus Christi non esset otiosus, sed lassatus, & fatigatus in itinere obuium haberet, quem curaret.

Esai. 1.

6 *Clamabat ad Iesum, &c. & qui præibãt increpabãt eũ, vt taceret.* Duo in his cõsidera, alterũ est, quod vt Augustinus aiebat, Clamare ad Deũ, mundum contemnere est, & omnia, quæ in eo sunt, quod cum effecerit homo, eo ipso mundani eum continuo fatuum vocitant, nimium in ieiunijs, pænitentijs, orationibus, contemptorem cæterorum, qui solũ se ipsum arbitretur Christianum, & salutis consequẽdæ cupidum, alios autem illius contemptores, lib. 2. cap. 6. numer. 20. Vbi in toto hoc capite disseritur, quod bellum non modicum patiuntur, qui conuertuntur ad Deum, non tamen propter hoc deijciuntur, qui vere iusti sunt. Virtutis iter arripiens ad ferendas murmurationes fit paratus, lib. 1. cap. 2. numer. 36. & 37. lib. 6. cap. 13. numer. 12. lib. 11. cap. 16. num. 12. & 13. Mali cruciantur visa bona vita iustorum, libr. 1. cap. 25. numer. 6. Mundani in exordijs persequuntur iustos, laudantur autem, si in bonis perseuerent, nec murmurant, sed adducunt eum ad Iesum, lib. 2. cap. 6. nu. 20. & 21. Quod pulchre animaduertit Augustinus enarrans duorum cęcorum historiam, de qua meminit Matthæus cap. 20. quæ accidit in hoc eodem itinere, cum Dominus vrbem Hiericho fuisset egressus. Vbi inquit hanc esse mũdi conditionem, virtuti quidem in exordijs contradicere, & repugnare, sed perseuerantem & iuuare, & laudare, vt duobis contigit cæcis, qui primum quidem impediebantur, postea autem dixerunt vni eorum: *Animæquior esto, magister vocat te*, vt Marcus refert. Vnde aiebat Gregorius, quod cum Iob impiorum vitam describere vellet, dicebat: Mandebant herbas, & arborum cortices. Herbæ sunt tenera, ac terræ proxima bene inchoantium vita, recta desideria, quæ in anima pullulant, cortices autem exteriora virtutum opera, orationes, ieiunia, &c. Mandere ergo herbas, & cortices, est pestiferis persuasionibus, vel minis, quasi malitiæ suæ dentibus dissipare bonorum exordia, & opera. Murmurantes in iustos pro dentibus gladios habent, vt eos trucident, lib. 11. capit. 16. numer. 7. Mali ad peccata impellunt iustos aliquando malis exemplis, aliquando per vim, lib. 17. capit. 2. num. 27. Sed quod amplius in re hac dolendum est, illud est, quod qui comitantur Christum, qui habitu Christiani, iusti, immo frequenter religiosi sunt, illi murmurant, illi increpant, vt taceamus. Mariã Martha reprehẽdit, Magdalenæ in conuiuio osculanti, & vngenti Christum discipuli Domini sub prætextu pietatis molesti sunt. Vnde clamabat sponsa: Rem mirabilẽ, tulerunt palliũ meum custodes murorum. Custodes, quibus incũbebat sponsam, & cæteros a latronibus defendere, tollunt pallium, mira res. Sed quod frequenter accidit: Filij matris meæ pugnauerunt contra me. De malis non mirarer, sunt enim tamquã pestis reipublicæ in alios conantur transfundere morbum suum, libr. 14. cap. 8. num. 7. cap. 19. numer. 8. & 12. Miror quod qui iusti videntur murmurent, nisi forte hi hypocritæ sint, quorum conditio est alia omnia taxare, lib. 11. cap. 16. numer. 19. Sed quia hæc omnino paruipendenda sunt, sequitur.

Vbi supra.

Marc. 10.

20. moral. cap. 15.

Ipse uero multo magis clamabat. Domine miserere mei. Relinquenda enim non sunt, quæ inchoauimus bona, quidquid homines inclament, etiam si vxor dicat, sicut Iob: Quousque permanes in simplicitate tua? immo sicut Michol, quæ videns virum suum Dauid Regem totis viribus saltantem coram Arca dixit, despiciens eum in corde suo, & verbis id explicans: Quam gloriosus fuit hodie Rex Israel discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est quasi nudetur vnus de scurris? Cui Dauid: Viuit Dominus (ecce obfirmatum animum in bono per iuramentum) quia ludam ante Dominum, qui elegit me, &c. ludam, & vilior fiam plusquam factus sum. Sic & cæcus cum perpenderet propriam necessitatem, illius remedio vt prouideret, cætera contempsit. Malorũ enim & iudicia & murmurationes contemnenda docuit, libr. tertio, cap. 11. numer. 37. & 45.

7

2. Reg. 6.

& 45. cap. duodecimo, nu. decimotertio, lib. 9. cap 15. nu. 21. lib. 11. c. 14. nu. 2. vsque ad 4. 9. vsque ad 11. & 14. cap. 15. num. 7. & 9. vsque ad 13. 22. vsque ad 25. Malorum persecutiones hæ exercitationes sunt iustorum, lib. 11. cap. 15. num. 17. vsque ad 19. & 21. In murmurationibus impiorum id consoletur iustos, quod dum illis displicent, Deo placere credendi sunt, sicut huic cæco contigit, qui tũc, quando alij increpabant, & Christus stetit, & iussit eum vocare, lib. 11. cap. 15. num. 22. & 23. In quibus impiorum obtrectationibus id solum nobis satis est, si recti diligant nos, ibidem nu. 26.

8 *Quid tibi uis faciam?* Bernardus in conuersione beati Pauli sic habet: Cum deiectus est Saulus sæuissimus persecutor, erectusq. fidelissimus prædicator, continuo dixit: Domine, quid me vis facere? Perfectam conuersionis formam docens, qua humana voluntas diuinæ in omnibus conformanda est. Sed plures imitatores cæcus hic Euangelicus habet, quam Paulus, qui dicenti Domino: *Quid uis, ut faciam tibi?* quia cæcus erat, non considerauit, non expauit, non exclamauit: Absit hoc Domine, tu magis dic, quid me facere velis, id enim rationi consentaneũ est, & meæ saluti expedientissimum. De re hac differitur, lib. decimo octauo cap. decimo nono per totum. Voluntas propria abijcienda est, vtpote quæ multorum malorum fons est, diuinæq. accommodanda, vbi late de re hac differitur. *Bern.*

9 *Domine ut uideam.* In quibus verbis discere debent peccatores hoc postulare a Deo. Domine vt videam, & agnoscam vanitatem huius sæculi, vt videam peccata, quæ commisi, & eorum grauitatem, illa semper præ oculis habens. Peccati cognitionem infundens Deus mirabiliter cruciat animam, libr. 14. capit. decimonono, numer. decimotertio. Peccata etiam confessa a cogitatione non recedant, lib. decimoquarto, cap. decimo, numer. decimoquinto, & decimo sexto, cap. vigesimo secundo, numer. 37. & 38. Vt videam proprias imperfectiones, vt videam te semper in conspectu meo, ne commouear, vt videam, & semper ante oculos meos habeam vltimum vitæ meæ finem, ne vmquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus: Prævalui aduersus eum. Da vt videam te post hanc vitam facie ad faciem. Precandum itaque, vt visus nobis restituatur, depulsa vitiorum caligine, & ne oculi nostri in terrenis defigantur rebus, sed sursum attollantur ad cælestium considerationem. Occasione huius cæci de peccati cæcitate, & mentis differunt Sancti, de qua agitur, libr. tertio, cap. quarto. Quas habeat cæcitas causas, & quæ inferat homini nocumenta, & mala.

10 Ecclesia autem in toto hoc Euangelio, quando Christianus populus, aduentante quadragesima, conuiuijs, ludis, commessationibus, ac delicijs vacat, modum imponit fidelibus in his, sollicitaque de filiorum ruina offert passionem Christi Deo Patri, qua ista moderentur. Inter ea enim, quæ præclara de beato Iob referuntur, quæ maxime eius sanctitatem commendant, illud vnum est, quod filij eius celebrarent vicissim conuiuia, ipse sacrificia offerebat Deo, dicens: Ne forte peccauerint in corde suo. Simile vero est filios Iob iustos fuisse, primum quoniam qui pater erat eorum, educauerat eos, quorum conuersationem sæpe videbat. Propheta eximius erat, nihil certo de filiorum peccatis, etiam illis, quæ offeruntur cordi, statuens dixit: Ne forte peccauerint in corde suo, quasi eos in operibus, & verbis sciret irreprehensibiles, solum de cogitationibus sollicitus erat, & quia, vt plurimum, filij redolent mores parentũ, &c. Nihilominus quoniam considerabat Prophetа sanctus cui periculo essent subiecti, qui conuiuijs vacabant etiamsi iusti essent, antequam hora conuinij aduentaret, offerebat vno quoque mane holocausta pro filijs, quibus huic periculo prouideret. Hoc idem Ecclesia agit cum filijs suis, licet enim Spiritu sancto acta perspiciat commessationibus, & ludis vacare posse homines absque peccato, cum moderate id fit, sed tamen, quod possibile est fieri, de facto non fit, sed videt homines abuti licentia, & ex altera parte considerat multos hac licentia perijsse, cum difficile sit multum inter hæc animam moderari. Animaduertit in statu innocentiæ, visa pulchritudine pomi, homines in iustitia originali creatos, & tot ornatos bonis corruisse. Nec continuisse a cibo audientes: Qua die comederitis, morte moriemini. Innumeraq. sunt alia, quę in hunc timorem merito impellunt Ecclesiam; Vitulus aureus, quem adorauit populus, post quam sedit manducare, & bibere; quando postulauit coturnices, & adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & descendit ira Dei super eos; quando Esau propter esum lentium vendidit primitiua. Scit Ecclesia quod ebrietas decepit Loth, quem Sodoma non decepit, scit quod cibi exhalant vapores noxios, qui ad modum nubium impedientium solem impediunt radios Spiritus sancti. Propter hæc Ecclesia, sicut quæ diuinum honorem maxime curat, & amore filiorum maxime ducitur, quos diligit amplius quam Iob amaret suos, offert Deo sacrificium, quo nullum est melius, nec Deo gratius, sed nec esse potest, quale est passio dilecti filij sui, quam in hodierno Euangelio Patri præsentat, propter duo. Alterum est, vt Deus diuina prouidentia, ac bonitate sua faciat, ne eum offendatis, q.d. Pater isti filij mei lætitiæ vacant multo periculo expositi, obsecro per mortem filij tui, quam modo offero, vt detineas eos, ne peccent. Quod si feceris, intuitu passionis dilecti

Hieron. lib. 2. contra Iouin.

Exod. 32.

Orig. hom. 5. in Genes.

Basil. hom. 1. de ieiunio.

lecti filij tui ignoscas illis, non considerans hominum mala, qui oculos suos statuerunt declinare in terram, sed respiciens in faciem Christi tui. Potes sit magis pulchritudo eius, qui speciosus forma est præ filijs hominum, vt illam intuens hominibus ignoscas, quam illorum deformitas, qua pereant. Secundo etiam passioncm Christi proponit hodie nobis, ne peccemus. Nihil enim est, quo grauitas peccati, & malum ita dignoscatur, sicut passio Christi. Cum enim peccata nostra in filio Dei totius sanctitatis principe hæc effecerint, quæ narrat Euãgelium, vt illuderetur, flagellaretur, &c. in nobis quid facient propria? Præterea, instante quadragesima, quãdo iam pænitentia Christiana est in foribus, videmus Christũ in curatione huius cæci magnificentissimum, vt nullus peccator a speranda venia per pænitentiã arceatur, vidĕs Dominum statem, & præcipientẽ, vt adducatur cæcus, & interrogantẽ ab eo quid vellet.

FERIA QVARTA Cinerum.

Euangelium.

Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Matth. 6.

Sacrum hoc quadragesimæ tempus ieiunijs Christianis deputatum est, de quorum laudibus multa docent Sancti elegantissime, de quibus agitur, libr. 1. cap. 1. Vbi abstinentiæ laudes, ac eius usus bonis simul, cum intemperantiæ damnis enarrantur. Lib. etiam 9. cap. 1. quod ieiunium, ut sit Deo gratum, comitetur mutatio uitæ, & de Quadragesimæ ieiunio.

1 *Feria quarta Cinerum.* TOTVM hoc tẽpus pænitentiæ cõsecratum, & lacrymis est, in quo risui valedicentes homines, qui risum reputant errorem, & gaudio dicũt: Quid frustra deciperis? Super flumina Babylonis sedentes, non currentes flẽt, *Psal. 136.* suspenduntq. organa, ac instrumenta musica in salicibus, dum peccatis venundatos se cõsiderant, vt faciant malum a superna illa patria exules, cuius pulchritudinem dum considerant, iuste consolationem nolunt recipere. Dumq. Babyloniæ ciues, & ex liberis serui effecti se considerant quod de illa dictum *Apoc. 18. & 19.* refert Ioannes sibi dictum credunt totis his diebus: Et vox citharædorum, & musicorum non audietur in te amplius, & vox sponsi, & sponsæ non audietur adhuc in te, quousque ad nouam vitam surgentes, aduentante Dominicæ Resurrectionis die, audiatur vox, quasi tubarum multarum in cælo dicentium: Alleluia, & cadant seniores viginti quatuor, & animalia, & adorent Deum sedentem super thronum, dicentes: Amen. Alleluia, &c. Et audiui quasi vocem tubæ magnæ, & sicut vocem aquarum multarum, & sicut vocem tonitruorum magnorum dicentium: Alleluia, quoniã regnauit Dominus Deus noster omnipotens, gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei, quoniam venerũt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se, & datum est illi, vt cooperiat se byssino splendenti, & candido. Quousque ergo vestiti byssino, virtutibus, scilicet, & gratia decorati sponso nostro immaculati, & sancti præsentemur, totis his diebus clamat Ecclesia: Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu, & scindite corda vestra. Huic operi, quo Deus peccata nobis condonet, quadraginta dierum tempus est specialiter deputatum, in quo Deus, aiebat Chrysostomus, pluit misericordias suas, non sicut tempore diluuij, quando tot diebus cataractæ cæli apertæ sunt, vt aquis deleret omnem carnem, vtpote quæ corruperat viam suam, sed vt aquis diuinæ bonitatis, & misericordiæ suæ & deleat peccata, & conseruet peccatores, vel moriantur potius pristinæ vitæ, vt Deo feliciter viuant. Et qui magnitudinem malorum suorum perpendentes dixerant: Timor, & tremor venerunt super me, & contexerũt me tenebræ. Heu me quia facta sum sicut Sodoma, & combusta sicut Gomorrha. Durius offendi, quam Sodoma, siquidem illa offendit infidelis cum esset, ego autem post acceptam diuinam gratiam; ideo conuersus est dolor in caput meum, & in vertice meo iniquitas mea descendet. Quomodo facta sum in desolationem? Subito defeci, perij propter iniquitatem meam. Deletũ est de libro nomen meum. Facta sum sicut passer solitarius in tecto. Facta sum tãquam vas perditum. Audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu. Væ diei illi, in quo me genuit vterus. Propter me confusio facta est. Lugete me montes, & flumina, quia filia lacrymarum sum. Flete me aues, pisces, & ferę. Felices vos, quæ de violata Dei voluntate ipsi rationem reddere non debetis. Mentita sum in Dominum altissimum, ideo non est mihi fiducia inuocãdi eum, quia obstructum est os loquentium iniqua. Dum hæc clamat peccator, speret sacro hoc tempore celerem peccatorum remissionẽ, & cineribus plenus dicat: Non intres in iudiciũ cũ seruo tuo, memento Domine quod puluis sum. Vide humilitatem meam, & laborẽ meũ, & remitte mihi, vt refrigerer priusquam abeam, & amplius non ero. Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionẽ? Numquid mortuis facies mirabilia? Non. Sed dũ viuimus, pœnitẽtes misericordiã tuã imploramus semper, sed maxime sacris his diebus, qui & tuæ misericordiæ, & nostræ miseriæ agnitioni consecrantur, vt mutemur in viros alteros. Vt ergo nouam vitam Christianis dignã incipiamus, & ieiunia, cæteraq. virtutũ opera pro-

Hieron. ad Susannam lapsam.

futura ſint, Eccleſia hoc vtitur Euangelio.

Cum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. Inchoans hodie Eccleſia ieiunia quadrageſimalia, prædicansq. omnibus exordium nouæ vitæ, iuſtis, vt in bono creſcant, peccatoribus, vt a malo reſipiſcant, ad quæ omnia ſuadenda vtitur hoc Euangelio, cuius prima verba ſunt. *Cum ieiunatis, &c.* In quibus illud primũ omnium conſiderandũ eſt, quod in illis Chriſtus Dominus legem non tulit de ieiunio, cũ hæc ſemper in omni lege, & apud omnes nationes, etiam barbaras, ſit habita, tamquam remediũ expedientiſsimum, ne dicam neceſſarium ad Deum placandum, ſed docuit modum, qui in ieiunando eſt ſeruandus, ne cum triſtitia fiat, & quod adhibita mutatione vitæ, ieiunia fiant, quod innuit, cum ſubintulit. *Tu autem cum ieiunas faciem tuam laua.* Hoc eſt, cor munda, dicente Deo: Ablue cor tuũ Hieruſalem, vt munda ſis, & alibi: Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum, vt ſic reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes in eandem imaginem transformemur. Hæc ergo duo animaduerte. Primum virtutis iter arripienti neceſſarium eſſe ieiunium, quoniam cum optima reformationis pars in hoc ſit ſita, vt caro ſubdatur ſpiritui, ne inſoleſcat, & ſicut equus, & mulus non ſubdita trahat animam ad ſe, conuenientiſsimum eſt in chamo, & freno maxillas eius conſtringere. Ieiunio enim paſsiones moderari iræ, luxuriæ, &c. compertiſsimum eſt. Chryſoſtomus eapropter vocat abſtinentiam & magiſtram, & matrem omnium virtutum, ſenum decus, adoleſcentum pedagogum. Quia ſicut pater pedagogo ſubdit filium, vt is iuuentutis moderetur impetum, ſic & ieiunium, &c. eſt omnium ſtatuum corona. Quo licet is, qui foris eſt, noſter homo corrumpatur, tamen is, qui intus eſt, renouatur de die in diem. Et alibi: Ieiuniũ in monachis potens eſt, vt Angelos efficiat eos, qui homines erant. Moyſes, & Elias, vt conuerſarentur cum Deo, ieiuniũ elegerunt, quo ad id idonei redderentur. Et cum primum homo conditus eſt, in matrem, & præceptorem accepit ieiunium. Quod ſi ibi, vt neceſſarium recte tributũ eſt, vbi omnia per iuſtitiam originalem erant pacata, neceſſarium magis multo erit modo, vbi omnia per peccatum deordinata ſunt. Si medicina data eſt, antequam homo ægrotaret, & armis indutus eſt ante bellum, quid modo erit, vbi homo & æger eſt, & cum tot hoſtibus bellũ gerit? Pœnæ tantæ primo parenti, immo omnibus in ipſo inflixæ, datæ ſunt ob ieiunium fractum. Ieiunium ora clauſit leonũ, ne Danielem contingerent ieiunantem. Ignis in fornace verſus eſt in ventum roris flantem, dum pueri illic mittẽdi ieiuniorum armis induti ſunt. Hæc Chryſoſtomus. Paulus ieiunans mare tranquillitati donauit, cum iam pœne mergerentur, qui cum ipſo nauigabant. Intemperantia autem, ſicut fluuius raptim tranſiens, omnia bona ſubuertit. Vnde ieiunium quadrageſimæ a temporibus Apoſtolorum fidelibus præceptũ fuit, vt docet Hieronymus in epiſtola ad Lætam, & lib. 2. contra Iouinianum dicit quod Apoſtoli edocti a Chriſto Domino quadrageſimam ieiunarũt. Auguſtinus ad Caſulanum epiſt. 86. ad Ianuarium epiſt. 118. Ambroſius ſermone 25. & 38. Chryſoſtomus ad populum Antiochenum hom. 1. Baſilius concione de ieiunio, Origenes hom. 10. in Leuiticum. Hiræneus martyr apud Euſebium, lib. 5. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 24. & lib. 1. ſuorum operum cap. 1. Theleſphorus Papa in epiſtola quadam, Ignatius Ioannis Euangeliſtæ diſcipulus epiſtola 4. ad Philip. Theophilus Alexandrinus libro paſchali 1. & 3. Epiphanius hæreſi 80. Leo primus in concione de Penthecoſt. Sozomenus cap. 10. hiſtoriæ tripartitæ. Concilium Nicænum tempore Iulij primi Pont. Maximi, Agathenſe, Aurelianenſe, Laodicenſe. Ieiuniũ quadrageſimæ celebratũ nimis a Sanctis, li. 1. cap. 1. nu. 43. 44. 49. & 61. Eratq. temporibus priſtinis ieiunium hoc tam celebre, & omnibus commune, quod Chryſoſtomus conſolatur multos, qui cum infirmitatibus preſsi ieiunare non valerent, egredi domum non audebant ob verecundiam, nec conciones audire confuſione pleni. Non refero Antonios, Hilariones, Anacoritas, &c. ſed ſæculares Antiochenos vxoratos, &c. quorum obligationes erant, quas modo habent, qui negotijs occupantur, & tamen quia ieiunare non poterant, maxime cruciabantur, & confundebantur. De ieiunio quadrageſimæ quod alijs præponderet, quia Deus quadrageſimã ſuo ieiunio conſecrauit docetur, lib. 9. cap. 9. nu. 19. 22. 29. vſque ad 31. Ieiunium quadrageſimæ non ſeruans, Chriſtianum non appellandum aiebant ſãcti, licet hyperbolice, ibidem num. 19. Ieiunium hoc diluuij tempori comparatur, quando miſericordiæ Dei pluunt ieiunantibus, nu. 19. 20. & 28. quod & conſecratum etiam eſt in diluuio, & pluuia Mannæ Iudæorum, nu. 19. 20. & 28. Ieiunium quadrageſimæ conſecratum optime tempore veris, quo cuncta vireſcunt nu. 21. Ieiunium quadrageſimæ totum conſecratũ eſſe debet operibus ſanctis, quando homo confugit a pelago ad portum nu. 26. Illo enim damna totius anni reparantur. Ieiunium hoc faſtidiendum non eſt, quia longum, quia quanto dies ſunt plures, tanto maior eſt cauſa remedij, nu. 28. Eſtq. tempus militiæ Chriſtianæ conſecratum modo a Regibus, & nobilibus, clero, populo &c. ſicut olim conſecratũ fuit a Moyſe, & Helia numer. 29. vſque ad 31. Generaliter autem ieiunium vndas concupiſcentiarum, quæ abſurdæ ſunt, reprimit, ſi perfectum ſit, nu. 5. vſque ad 7. Abſtinẽtia a carnibus, & ab alijs cibis nimis curanda eſt, vt luxuria frenetur lib. 1. ca. 1. num. 1. 19. 36. 58. 64. & 68. lib. 9. cap. 1. num. 23. Abſtinentiam docuerunt Philoſophi, & medici accommodatam eſſe ad valetu-

Eſai. 1. *Orig hom. 4. in Matth. & Aug. de ſer. Domini in monte.*

Hom. 1. in Geneſ.

Hom. 1. de pœnitentia.

Act. 27.

Hom. 10. in Geneſ.

valetudinem, & voluptatem, lib. 1. capit. 1. nume. 7. 8. 24. 28. 30. 34. 39. 41. 65. & 66. Abſtinentiſsimi gentiles multi narrantur, num. 8. vſque ad 10. Abſtinentia deficiẽte, in Sanctis etiam miracula deficiebant, num. 23. Cum ergo præceptum de ieiunio tam ab antiquo hominibus ſit tributum, Chriſtus non illud præcepit, ſed docuit modum duplicem in illo ſeruandum, vt Deo probetur. Primum cum dicit: *Cum ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes.* In quibus verbis eam triſtitiam nobis interdicit, quæ in facie eſt coram hominibus. Alioquin cor ſapientis vbi triſtitia. Et Paulũ diſcipulos contriſtaſſe non piget, eo quod contriſtati ſunt ad ſalutẽ. Indubitata enim res eſt, Chriſtum Dominum his verbis non prohibuiſſe eam triſtitiam, quæ naturaliter mortificationem carnis conſequitur, multoq. minus illam, de qua dixerat Paulus: Triſtitia, quæ ſecundum Deum eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. Vtraque enim communis fuit viris ſanctis, quando ieiunijs diuinam interpellabant clementiam, vt placaretur. Dauid humiliabat in ieiunio animam ſuam, ſimulq. lauabat per ſingulas noctes lectum ſuum lacrymis; rugiebat a gemitu cordis ſui. Niniuitæ, qui Deo placentiſsimam pœnitentiam egerunt, vt inducerentur ad fletum, iuſſerunt brutis pabulum non dari, nec infantibus lac, vt equorum hinnitu, mugitu boum, infantumque planctu commouerentur & ipſi ad lacrymas. Rupertus lib. 4. de diuinis officijs ca. 10. loquens de vſu cinerum, & vſu procedendi abſque calceis (ſiue id in vſu eſſet omnibus, ſiue religioſis) ait: Si omnes lugendi ſciẽtiam haberemus, & vnuſquiſque noſtrum eiulans diceret: Cecidit corona capitis noſtri, væ nobis, quia peccauimus, & omnibus in promptu eſſet implere quod in hodierna Epiſtola lectum eſt: Scindite corda veſtra, tunc neque cineribus capita noſtra aſpergere, neque nudis pedibus opus eſſet ambulare. Nunc autem maxima pars noſtrum non recordatur, qualem ornatum cordis peccando amiſerit, neque facile poſſunt corda lapidea ſcindi, niſi adiuuemur extrinſecis adiumentis. Ergo vt noſtra nobis calamitas ad memoriam reuocetur, & meminerimus quia puluis ſumus, idcirco & cinere capita aſpergimus, & plantas nudamus, hoc habitu confitentes nudos nos eſſe virtutibus. Propter eamdem etiam rationem vtitur hodie Eccleſia inchoante ieiunio, his verbis: Canite tuba in Sion, &c. coadunate ſenes, congregate paruulos & ſugentes vbera, egrediatur ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo: inter veſtibulum & altare plorabunt Sacerdotes miniſtri Domini, & dicent: Parce Domine, parce populo tuo. Cumq. coniũgerentur lacrymæ ieiunijs, placatus Dominus eſt, zelatuſq. terram pepercit populo ſuo. Optimus enim modus placandi Deum is eſt, ſi lacrymæ coniungantur ieiunio. Tunc enim aduenit Dominus, vt cõſoletur omnes lugentes Sion, & det coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris. Immo non ſolum amici Dei, ſed & ipſi inimici, cum primum Deum placandum cenſuiſſent, ieiunijs, & lacrymis id efficiendũ fore exiſtimabant. Non ſolum enim Ezechias Rex iuſtus verſo vultu ad parietem vberrime fleuit, ſed & impiiſſimus Achab, cum primum audiuit ab Helia diuinam ſententiam prolatam: Si mortuus fueris in ciuitate, canes comedent carnes tuas, &c. depoſito diademate, cilicio indutus, & cinere conſperſus ieiunauit. Nec id ſolum, ſed ambulauit demiſſo capite triſtis. Et hoc medio Deus tũc placatus eſt. Et Chriſtus Dominus murmurãtibus Phariſæis, quod ipſius diſcipuli non ieiunarent, dixit: Non poſſunt filij ſponſi lugere, quamdiu cum illis eſt ſponſus, veniet tempus, in quo, ablato ſponſo, ieiunabũt. Vbi non poſſe flere dixit, pro eo quod eſt non poſſe ieiunare, quaſi pro vno poſuit alterum, quia luctus & ieiunium comites indiuidui ſunt. Nihilominus Dominus dicit. *Cum ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes.* Non prohibet triſtitiam, ſed fictã triſtitiam, & illam, quæ ſimilis eſt triſtitiæ Cain, Antiochi, & Eſau. Vnde vngendũ caput Dominus docuit, ait Chryſoſt. vt vultus hilaritate diſſimulemus animæ, & corporis afflictionem. Sic Iudith poſt triduanum ieiunium capite vncto, ſimulato gaudio, celãs ieiunia tam frequentia de potentiſsimo hoſte triumphum victoriæ reportauit. Similiter & Heſter dum Lota facie poſt triduanum ieiuniũ intelligi ſe a Rege noluit, Aman illum populi ſui inimicum iniquiſsimum interemit. Idem dicit de Daniele, & ſocijs eius, qui in tanta abſtinentia cæteris gratiores apparebant. In Palæſtina enim vngebant capita, & lauabant faciem, vt hoc modo internũ gaudium proderetur. Sicut Dauid fecerat, qui mortuo infantulo, quem illi genuerat Berſabee, lotus, & vnctus eſt. Cohærent optime lota facies, & lacrymæ. Quoniã ſicut Phœnix vnica cũ ſit, reparari non poteſt niſi in ſuo cinere concremetur, ſic cinere, & pœnitentia anima hominis reparatur, vnde lætandum eſt. Si enim Eſaias promiſerat, vt dicebamus, coronam pro cinere, non mirum quod dicat: Vnge caput tuum, quando cinere aſpergimur. Adam dedit nobis cinerem pro corona, at Chriſtus Dominus in hac quadrageſima tribuere vult coronam pro cinere. Reſtat ergo, quod ſicut tempore Adæ infelix illa mutatio coronæ in cinerem celebrata fuit lacrymis, minis, ac flagellis, hæc, quæ felici hoc tempore quadrageſimæ fit, reparatio & mutatio cineris in coronã celebretur interno gaudio, quod indicet faciei lotio, capitiſq. vnctio. Et quod audiamus: *Tu autẽ cũ ieiunas, unge caput tuũ* quãdo modus ieiunio imponitur, quo armamur contra carnem, vt hæc a ieiunio infirmata, id eſt, debilitata, caro mea immutata eſt cũ ea, quæ antea inimica

Dom. 1. Cinerum.

2. Cor. 6.

Oratio Hieremiæ. Ioel. 2.

Eſai. 61. 3

Eſai. 38. 3. Reg. 21.

Chryſoſt ho. 10. ex variis in Matth.

Ca. 4. & 7

Cap. 61.

mica erat, amica effecta est. Præterea dum vngere caput, lauareq. faciē iubet, & quod tristitia fingenda non est tempore ieiuniorum, id docere nos voluit, in operibus studiosis summopere & vanitatem, & hypocrisim fugiendam, ne simus similes Gabaonitis, qui vtres, calceos longa vetustate confectos, & panes nimia siccitate arentes dum portāt, fingunt se a remotissimis aduentasse, cum tamen incolæ essent terræ promissionis. Sic multi mundum cupiunt decipere, exterius prætendentes signa pœnitentiæ, & sanctitatis. Sic hi habitauerunt in medio filiorum Israel, id est, computati sunt falso inter Sanctos, cum essent reprobi. Præcipit ergo Dominus in hoc Euangelio istam stultitiā cauere, ne homo simulet tristitiam, vt hoc medio iustus credatur, qui non est, sicut antea
Esai.58. multo dixerat Iudæis: Nolite ieiunare, sicut vsque ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester, id est, vt ieiunium vestrum tuba clarius publicetur, vel verbis, vel signis. Contorquere caput vt circulū fingentes dolorem capitis ligantes illud vitta, quod ab immoderato processerit ieiunio. Vide de hypocrisi, lib.8.ca.9.per totum, potissime nu.6. Vbi cōparantur histrionibus, qui cum viles homines sunt, personam regiam habitu simulant: vnde aiebat Plato, quod extremus iniustitiæ terminus est iustum videri velle, dū non est, quod hypocrita facit. Stultiq. hi sunt valde, dum id, quod onerosum est, habent commune cum iustis, quod vero leuissimum est, minime, nu.7. Qui grandem iniuriam virtuti irrogant, dum eam operantur, vt placeant funarijs, sutoribus, &c. num.eodem. Stultissimi etiam sunt, qui nolunt esse, quod volunt apparere, & volunt esse, quod nolunt apparere, nu.8.& 28. De tristitia etiam vide quod mundi tristitia nociua est multum, lib.7.ca.1. num.20. lib.17.ca.6.num.1. & 2. Tristitia autem, quæ secundum Deum est, gignit innumera gaudia, lib.7.cap.4.nu.10. vsque ad 20. Lib.17.cap.6. late agitur de tristitia bona, &
4 mala. Vt ergo Dominus tristitiam secundum mundum, & hypocritarum fictionem condemnaret dixit: *Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes.* Sed quod sine lacrymis dicendum non esset, ad eam miseriam peruenit temporis nostri infelicissimus status, ac miseranda calamitas, ingensq. perditio, quod de re hac nec verbum facere necessarium sit. Tempore Christi Domini, quando prædicationem incepit Euangelij, mundus totus in maligno positus erat, de quo scriptum docet Hieronymus, quod a planta pedis vsque ad verticem non esset sanitas, non in barbaris tantum nationibus, sed & in illis, qui filij erant Sanctorum, & locum ipsorum occupabant Iudæi. Sed nihilominus tanti apud homines habebatur virtus, tantiq. æstimabantur studiosi apud alios, quod ne hanc tātam amitterent existimationem, & ieiunabant, & tristitiam simulabant, habentesq. cauteriam conscientiam in hypocrisi, loquebantur mendacium sanctitatem simulantes: sed modo ad id temporum vltima calamitas deuenit, vt homines non solum virtutem simulare non curent, sed quod peccata sua sicut Sodoma prædicant, nec abscondūt, immo frequenter etiam ea, quæ non patrarunt, insinuant alijs, vt probentur, & reputētur. Verba fingunt contumeliosa, iniurias, quas re vera proximo non irrogarunt, violatæ feminæ, &c. cum id reuera non effecerint, cumq. summum malum, quod Propheta narrauerat olim, illud esset: Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere, hi nec erubescunt, si casu peccata pandantur, sed ipsi in medium proferunt, quæ fecerunt, immo & quæ non fecerunt. Et idcirco de hypocrisi, aut simulata virtutis tristitia non est necesse verbum dicere.

Secundus modus in ieiunio Christiano ser 5
uandus is est, vt faciem lauantes munda cōscientia ieiunemus, quo ieiunium eas conferat vtilitates, ea bona, quæ retulimus, vt abstinentes a carnibus, a vitijs pariter ieiunemus, vnde aiebat Basilius: Ieiunij vtilitas *De laudibus ieiunij.*
metienda non est ex eo tantum, quod non comedas, sed ieiunium etiam est, ab omnibus vitijs esse alienū. Audi dicentem Dominum, *Esai.58.*
cui Iudæi conquerebantur, eo quod ipsorum ieiunia nō acceptaret dicētes: Quare ieiunauimus, & nō aspexisti? humiliabimus animas nostras, & nescisti? Quibus respondet Deus: Scitis quare? Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. Id curantes, vt quod vobis placitum fuerit, quidquid illud sit, dūmodo in mentē venerit, id efficiatis. Et omnes debitores vestros repetitis. Propria repetere in crimen his dat, ne ieiunia aspiceret, quid Propheta diceret, si aliena furarentur? Ecce ad lites, & contentiones ieiunatis. Numquid tale est ieiuniū, quod elegi, per diem affligere hominem animam suam, numquid contorquere quasi circulum caput suum, & saccum, & cinerem sternere? Numquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domino? Id volo vt ieiunetis, nec id solum, sed vt dissoluatis colligationes impietatis, dimittatis eos, qui confracti sunt, liberos, &c. Frange esurienti panem tuū, &c. *Hieron.* Tunc erumpet, quasi mane, lumen tuum, & *Ioel.2.*
sanitas tua citius orietur, tunc inuocabis, & Dominus exaudiet. Et idcirco Ecclesia, cum primum in hodierna epistola ieiunium indixit, illud sanctificandum dixit per bona opera. Et Chrysostomus referens mirandam Niniuitarum pœnitentiam refert ipsos *Chrysost. ho. 3. ad popu.*
a Domino exauditos, non quia ieiunauerunt, quia cilicijs operti sunt, quia cinere capita sparserunt, sed quia his addiderunt nouam vitam, quia vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala misertus est eis. Ieiunantes a malis cessent, & bonis operibus vacent, lib.9.cap.1.numer.1. vsque ad 8.& 10.vsque ad 18.& 32. Ieiunium enim

enim corporis parum prodest, si anima mille vitijs sit plena, ibidem numer.9.& 27. Ieiunium, quod non solum ciborum est, sed & peccatorum, iram Dei moderatur, nume.5. 6.7.13.& 16. Ieiunij tempore non os solum, sed oculus, auditus, manus, &c. ieiunare debent, nume.7. & 31. Ieiunia Iudæorum, nisi vitam corrigerent, non acceptabat Deus, quid De Christianis dicendum est, a quibus exiguntur maiora? numer.8.11.vsque ad 14. & 16. Ieiunium illud recipitur a Deo, quod otium bonorum operum non habet, num.10. Et quia non omne ieiunium Deo gtatum est, illud sanctificandum dixit Ioel num.15. Ieiunij tempore venationes prohibebat Ambrosius nu.17.& 18. Ieiuniū quadragesimæ, quo a licitis etiam abstinere debemus, admonet maiori cura vitanda esse illicita, num.27. Ieiunium perfectum illud est, quo abnegamus impietatem, quod merces magna comitatur num.25. Ieiunij tempore ea danda sunt pauperibus, quæ comedenda forent, si non ieiunaret homo, ne ieiuniū lucrum sit marsupij, sed animæ, num.14.& 18.

6 *Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, &c. thesaurizate autem vobis thesauros in cælo.* Qui enim thesaurizant in terra, simul in cælo thesaurizare non possunt diuites, libr.4.cap.40. num.9. Qui autem in cælo thesaurizant, innumeris priuantur damnis, ibidem num.17. lib.5.cap.10.num.48. lib.18.cap.15.num.23.
In Psalm. 144. Vt .n. aiebat Augustinus, si gaudes de nūmo, times furem, si autem gaudes de Deo, quem times? Ne tibi aliquis Deum surripiat? minime. Nullus enim id poterit, si tu libere eū
Basil.hom.3. ex varys. relinquere nolueris. Aiebat optime Basilius: Sicut qui appendit in statera, cum primum apposuerit stateræ aliquid ponderosum, cōtinuo aliam trahit ad se, sic spiritui, & carni contingit. Si curaueris deliciari, caro ad se pertrahit spiritum, ita vt is Deo, alijsq. exercitijs bonis minus possit vacare. Anima autem Deo vacans carnem ad se trahit. Si au-
Hom. 11. in Exod. tem thesaurizaueris in cælo, continget tibi (ait Origenes) quod Iudaico populo, qui vincebat Amalech, quoties Moyses manus sursum leuaret. Ita si tu opera in cælum leuaueris, & actus tuos retuleris in Deum, nec eos habueris deorsum deiectos, & humi iacentes, sed Deo placitos, & ad cælum erectos. Eleuat manus qui thesaurizat in cælo.
8 Vis vincere? Eleua manus, & actus: conuer-
Aug. de ser. Domini in monte. satio tua non sit in terra, sed in cælo. Aurum enim, si argento mistum sit, quantumcumque hoc sit mundum, illud obscuratur, sic animus noster terrenorum cupiditate sordescit, quamuis ista ipsa terra in suo genere, atque ordine munda sit. Totum ergo mundum debet contemnere, qui sibi thesaurizat in cælo.

7 *Thesaurizate uobis thesauros in cælo, &c.* In exordio quadragesimæ, quæ tempus virtuti, & sanctitati consecratum est, recte Ecclesia a verbis istis exorditur, in quibus Christus Dominus thesaurizandū docuit in cęlo, quod duobus medijs demonstrat expedire. Alterum est, propter ingens periculū, in quo sunt, qui thesaurizant in terra, a quo prorsus sunt liberi, qui thesaurizāt in cælo. In terra enim ærugo, tinea, latronesve cū perdere possint, quæ vehementer diligimus, necessario eorū vita, qui thesaurizant in terra, cruciabitur perpetuo, continui erunt terrores, continui metus, continuæ afflictiones, sicut & pericula continua sunt, quibus carebunt, qui thesaurizant in cælo, vbi horum nullum periculum potest reperiri, aut damnum accidere. Secunda ratio, quoniam si thesaurus noster in cælo sit, transferuntur eo cogitationes nostræ, trāsfertur & cor, quod misere sepultum erat in terra: in facultatibus sepelierat id auarus, in honoribus ambitiosus, in delicijs delicatus diues ventri, & delicijs deditus, in feminis inhonestus, ita vt nobilissimum hominis cor diuinæ visionis capax tam misere, & ignominiose his rebus subdatur, a qua iniuria ipsum vendicare cupiens Dominus, ipsum in cælum transferre & docuit, & curauit, vt honore, & vtilitate maxima potiretur. Vt ergo exordiamur. Mirabar ego quod cum Ecclesiā hodie quadragesimā inchoaret, tempus in quo dormientes in vitijs excitandi essent, vt virtutem colerent, quibus diceret: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, quasi alij infirmitatis, & perditionis, Deoq. non grati forent, emēdemus in melius, quæ ignoranter peccauimus, ne subito præoccupati die mortis quæramus spatium pœnitentiæ, & inuenire non possimus: Attende Domine, & miserere, quia peccauimus, tibi. Item, tribularer si nescirem misericordias tuas Domine, tu dixisti: Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat, qui Chananæam, & Publicanum vocasti ad pœnitentiam. Et in epistola Ioelis culpis nos videns immersos clamat Dominus: Conuertimini ad me in toto corde vestro, &c. & quia miserabili vita detenti ad Dominum clamare non valebant, iubet Deus, vt inter vestibulum, & altare clament Sacerdotes, & plorantes dicant: Parce Domine, parce populo tuo, &c. Quis scit si conuertatur Dominus, & ignoscat, & relinquat post se benedictionē? Quam epistolam ideo legit Ecclesia, quia videt omnes indigere pœnitentia, qua egressus homo a vita sua impia ad Dominum conuertatur. Itaque in die, in quo fingere nos debemus in eo esse statu, in quo & arboris truncus, qui primo scissus perficiendus est, & poliendus, quando & concubinam iubetur relinquere vir, & alter quod suratus est restituere, iniurias remittere inimico, impiam iurandi cōsuetudinem deserere, quæ omnia exordia sunt, & inchoationes sermonis Dei. Et quod cum hæc omnia ita sint certa, simul propona tur doctrina hæc, quæ multam postulat perfectionem, vt opere compleatur; *Nolite thesauri-*

saurizare in terra sed in cælo, vbi cor vestrum fixum sit semper. Olim doctrinam hanc, quam Dominus rudi plebi committẽdam non censuit, solis Apostolis prædicauit, qui in schola Domini nutriebantur, qui reliquerant pauculla, quæ habebant in sæculo, vt ista contemnentes amici Dei alijs innumeris titulis, nimis essent honorati, & principatus eorum confortaretur, tales effecti, qui cum piscatores essent, & retia reliquerũt, & scapham: modo autem Ecclesia illam persuadet his, qui heri in cœno voluptatum erant immersi. Nemo repente fit summus, quoniam sicut in naturalibus, & in artificiatis ab imperfecto ad perfecta veniunt omnia, sic & in gratuitis virtus in exordio imperfecta paulatim crescit, & perficitur, libr. nono, capit. sexto, numer. decimo, cap. vigesimo secundo, numer. 1. 2. 9. 11. libr. 18. cap. 9. numer. octauo, cap. duodecimo, numer. secundo, vsque ad 4. & 24. cap. 13. num. 6. & 7. Res ergo tam grandis perfectionis, qualis illa est, quæ docet, & iubet thesaurizare in cælo, ibiq. cor habere semper fixum, exordio virtutis non videtur conuenire. Misit Heldibia illustris femina a remotissimis partibus Franciæ, vt Hieronymum consuleret in antro Bethlehem degentem quæstiones duodecim, quarum vna fuit: Quid agere deberet, vt perfectionem consequeretur: Cui illud responsum est, quod Christus Dominus dixerat cuidã adolescenti: *Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & dic cum Petro:* Ecce nos reliquimus omnia. Et in alia epistola ad Celantiam, postquam Hieronymus copiosissime illam instruxerat in his omnibus, quæ eius cõcernebant salutem, post ea omnia elige, inquit, tempus, in quo; domus gubernatione relicta, Deo vaces, locum tranquillum accipe, vbi ex multa tempestate curarum te recipias, & excitatos foras cogitationum fluctus secreti tranquillitate componas, tam crebræ sint orationum vices, tam firma de futuris cogitatio, vt omnes reliqui temporis occupationes facile hac vacatione compenses. Memento Pauli dictum: Ea quæ retro sunt obliuiscens, in ea, quæ sunt priora, extendo me ipsum, &c. Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. Cum Paulus antea dixisset: Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc propter Christum arbitratus sum detrimenta, & omnia arbitror stercora: Hæc cum dixisset Paulus, se vocauit perfectum, & hoc ipsum in prima virtutis lectione legendum, immo complendum tradit Ecclesia. Cum tamen dixerit Bernardus Angelos in scala non vidisse Iacob volantes, sed ascendentes. Præterea hominibus, qui longo peccandi vsu conuersi ad res temporales viximus, quas videmus, tangimus, obijciuntur sensibus, quos vehementius mouent, bona cum sint præsentia, futura autem in spe tantum possidemus: diuinæ enim reuelationi innitimur, dum credimus, quod qui thesaurizat in cælo, securus, & absque periculo bona sua possidebit, quid quod etiã secundum sententiam Hieronymi, hoc non solum de pecunia, sed etiam de cunctis passionibus sentiendum est? Gulosi Deus venter est, luxuriosi thesaurus epulæ sunt, amatoris libido, huic seruit vnusquisque, quo vincitur. Cum igitur his omnibus passionibus & vulnerati, & tracti fuerimus per totam vitam, primo quadragesimæ die hæc finienda sunt his, qui traxerunt iniquitatẽ in funiculis vanitatis, & in vinculis plaustri peccatum? Augustinus narrat nihil illum præpedire ita, ne ad Dominum conuerteretur, nouamq. vitam inchoaret, quam mala, in qua vixerat. Quod & nobis accidat necesse est, qui per totam vitam passionibus inseruiuimus. Talibus autem quamprimum mandare, vt thesaurizent in cælo, difficillimum est sane, & auaro, qui thesaurizat in arca, vt continuo ei vilescat aurum, & dicat: *Si putaui aurum robur meum, & obrizo dixi, fiducia mea,* cum is potandus potius sit lacte doctrinæ, quam solido cibo, debilitato adhuc animæ calore. Additur his, quod cum exordium sit pœnitentiæ Christianæ, quam inchoandam continuo Epistola hodierna docet, quid conducit ad hoc, quod Christianus homo thesaurizet hic, aut illic? Pœnitentia consistit in detestatione, & odio peccatorum supra omne illud, quod odiri debeat, idq. propter Deum summe dilectum, quoniam ipsum cum dilexero super omnia, consequens erit, vt super omnia doleam tale amisisse bonum, id lugeã, firmiter prouidere in posterum, ne peccem, cum iam displicuerint maxime ea, quæ antea cõmisi. Ieiunium hodiernum in ciborũ qualitate, &c. constitit, vt hoc modo edometur caro, spirituiq. subijciatur, ad quod etiam parum conducere videtur, quod homo thesaurizet in terra, aut vero in cælo. Posset Ecclesia, cum homines discursu temporis vidisset lacrymis plenos, peccata & doluisse, & reliquisse, carnem spiritui subiugasse, docere occasiones peccatorum relinquendas esse, cumque amor nimius rerum temporalium in hæc vos mala impulerit, illum relinquite & in cœlũ transferte, vt ibi sit cor, vbi & thesaurus recondendus est. Hæc offerre se poterant homini, qui minus recte Ecclesiæ spiritum considerauerit.

Sed tamen conuenientissime in prima lectione docet, ne thesaurizemus in terra, sed in cælo, vt locus thesauri nostri nõ hic sit, sed ibi. Non prohibet Christus Dominus possessiones, ac diuitias habere, illas quærere, &c. sed quod ita id fiat, vt homo non thesaurizet in terra, confidentes in diuitijs, nec curãtes prouidere sibi in cælo, sed dicentes: Hæc est sors nostra, & hęc est pars nostra. Qui vero accumulãt diuitias, & reponunt, vt organa opportuna ad opera virtutum sibi, & filijs suis, præferentes thesaurum in cœlo reponere, quo anima ditescat, hi non thesaurizãt in terra, sed

Epist. 14.

Serm. S. Andreæ.

Lib. in Matth.

Aug. lib. 8. Confess. c. 11

Iob 31.

Sap. 7.

sed in cælo. Diuitiæ contemnendæ non sunt necessario, sed earum nimius amor, li. primo, capit. 24. num. 4. 5. & 19. lib. secundo, capit. 16. num. 24. vsque ad 26. cap. 19. nume. 24. libr. 4. cap. 28. num. 12. cap. 38. num. 16. vsque ad 20. cap. 40. num. 17. cap. 41. nume. 1. & 5. capit. 42. nume. 7. Diuitiæ enim bona sunt his, qui illis bene vtuntur, aliis autem mala, libr. primo, capit. 24. num. 29. lib. quarto, capit. 38. numer. 16. vsque ad 20. capit. 39. num. 2. cap. 41. nume. 9. & 10. Diuitiis qui recte sciunt vti laudandi sunt, lib. secundo, cap. 15. num. 11. 30. 34. & 44. cap. 18. num. 11. lib. quarto, cap. 38. numer. 12. & 20. cap. 41. num. 5. 9. & 10. Diuitiis inuoluti in ipsis confidentes, antequam moriantur, pereunt, lib. secundo, cap. 15. numer. 42. capi. 17. num. 20. & 21. cap. 19. nu. 7. & 8. Id vult Deus, ne diuites, dum timent carere diuitiis, adorẽt auream statuam Nabuchodonosor, vt olim contigit, libr. 4. cap. 39. num. 9. neve diuitiarũ immersi luto Heritij sint habitantes desertam Babylonem, ibidem num. 6. Hic enim diuites luxui, & diuitiis dediti taxantur, dum in diuitiis confidunt, num. 13. 16. 19. 22. 32. & 33. ca. 41. num. 6. & 7. Diuitiæ enim solis iniquis sũt diuitiæ, iusti autem tantum cælestia bona vocant diuitias, temporalia autem pecunias, nume. 19. *Diuites thesaurizantes in terra thesauros cœlestis vitæ habere non possunt*, lib. quarto, cap. 40. num. 9. 10. & 17. *Diuitum enim anima saturata calcat fauum cælestis dulcedinis*, iustis autem aduersa dulcescunt, libr. 4. cap. 40. num. 14. Diuites ergo Christianos tales futuros docet Dominus, vt temporalia tenentes non teneantur ab eis, lib. 4. cap. 41. nu. 9. & 10. Diuites dormierunt in cupiditatibus suis, dum viuerent, post mortem autem nihil inuenerunt in manibus suis, quia nihil posuerunt in manibus Christi, lib. 5. cap. 10. nu. 50. Itaque Deus differit in hoc Euangelio de auaritiæ eradicatione, nec adhuc postulat perfectionem Pauli, vt omnia, quæ mundus amat, crux sint Christiano, sicut erant Paulo, cui mundus crucifixus erat, & ipse mundo. Sed id vult Deus nos tamquam aduenas, & peregrinos abstinere a carnalibus desideriis, quę militant aduersus animam. Vult ne inhiemus tẽporalibus, & hoc factibile est. Et Ecclesia, Spiritu sancto agente, vult, vt prima hominis Christiani lectio contemptus sit bonorum tẽporalium, ne temporalia locum habeant in corde nostro, nisi quem meruerint. Diuitiæ enim salutis sapientia, & scientia, timor Domini ipse est thesaurus eius. Diuitiæ salutis (illę, scilicet, quibus anima salutem consequitur; diuitiis enim mundanis potius ægrotat, quam sanetur) bona sunt spiritualia, quibus iusti ditescunt. Diuitibus huius sæculi præcipe, ait Paulus Timotheo, non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo (qui præstat nobis omnia abunde ad fruẽdum) diuites fieri in bonis operibus, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. Vnde bonis temporalibus abundantes diuites huius sæculi nuncupauit Paulus, studiosos autem dixit simpliciter diuites. Optime ergo Ecclesia ab his verbis: *Nolite thesaurizare thesauros in terra, &c.* auspicatur & pœnitentiam Christianam, & sacrum quadragesimæ tempus virtutibus consecratum: nisi enim auerterimus ab immoderato diuitiarum amore cor nostrum, nec pœnitentiam inchoare, nec virtutum studia valebimus, & ideo his, qui hæc aggredi debẽt, præcipitur, vt thesaurizent in cælo. Nobis autem conuenientissime dicitur, vtpote qui auaritia ardemus, quod de Megarensibus refert Hieronymus, quod ædificãt quasi semper victuri, viuunt quasi altera die morituri. Quod ideo dicit, quia delicias voluptates, &c. ea diligentia quærebant, ac si alcra die morituri essent, auidius enim fruimur his, quibus mox carituri sumus. Quam longe absunt ab hac lectione, *Thesaurizate in cælo, &c.* quorum omne studium est ad temporalia congreganda, de quibus scriptum est: Considerans reperi aliam vanitatem sub Sole. Vnus est, & secundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non cessat, nec satiantur oculi eius diuitiis, nec recogitans dicit: Cui laboro, & fraudo animã meam bonis? In hoc quoque vanitas est, & afflictio pessima. Longius autem absunt miserrimi omnium, de quibus legimus: Est aliud malum, quod vidi sub Sole, & quidem frequens apud homines. Vir cui dedit Deus diuitias, & substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suæ ex omnibus, quæ desiderat, nec tribuit ei potestatem Deus, vt comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit (non pau latim comedet, & ordinate) illud, hoc uanitas & miseria magna est. Hinc coniectare licet, quod si peccando cor hominis adhæret rebus temporalibus, quod ad veram pœnitentiam illud primum docendum est, quod ad rerum temporalium contemptum pertinuerit: nisi enim auersi a creaturis, conuerterent se homines ad Deum, pœnitentia ridicula est. Additur etiam, quod licet non thesaurizare in terra difficillimum esset (quod non est) id redditur facile, dum consideramus animam veluti vermibus corrodi illius, qui in terra thesaurizat, dum fures timet, aut diuitiarum amissionem possibilem, immo facilem. Ideo enim diuitiæ dicuntur conseruatæ in malum Domini sui: Dulcis autem est somnus operanti, siue parum, siue multum comedat, saturitas autem diuitis non sinit eum dormire. Dum enim is putat parare thesaurum, parat tormentum. Diuites auari domui suæ congregant mala, lib. primo, capit. 24. num. primo, lib. quarto, capit. 40. nu. 6. Diues auarus inter omnes homines miserrimus est, lib. primo, capit. 24. numer. 13. vsque ad 15. 20. & 30. lib. secundo, capit. 18. numer. 18. lib. quarto, capit. 38. nume. 8. vsque ad 14. Diues auarus ebrio peior est, lib. quarto, cap. 38. numer. 8. 9. & 16. lib. quinto, cap. 1. num. 5.

Eccles. 6.

Eccles 5.

Esa. 33.

Ho. ex variis in Matth. 1. Timo. 6

qui

qui timoribus pleni felices esse non possunt, bene tamen pauperes qui nihil timent, lib.4. cap.38.nume.12.cap.41.numer.8. Si autem thesaurizaueris in cælo, ibi habes cor, cælum tibi sedes est, & si sedes ibi, terra scabelum pedum tuorum erit, quod de Deo perfectissime dictum conuenit etiam iustis. Vt sicut de reprobis dicitur: Facti sunt abominabiles, sicut ea, quæ dilexerunt, sic & iusti Deum, & cælum diligentes Dij vocitentur, & cælestes. Homines omnes per ea quæ agũt, aut congregant in terra, aut in cælo, aut in thesauro iræ Dei, libr.nono, capit.nono, numer.5. Et inter alia hac die Ecclesia cineribus nos signat, vt rerum temporalium vilitate perspecta, illas contemnamus. In his ergo breuibus verbis: *Thesaurizate in cælo & non in terra*, mire hominum virtus describitur, quæ in hoc consistit, vt vtamur vtendis, & fruamur fruendis. Hæc est vita Sanctorum, peccatorum autem peruersio fruendis velle vti, & vtendis frui, libr. 18. capit. 12. numer. 17. vsque ad 20. Virtus in hoc sita, dum viuimus, vt diligamus, quod diligendum est. Virtutis ordinatio est vti vtendis, & frui fruendis, libr. sexto, capit. decimoquarto, numer. tertio.

Origenes exponens locum istum. *Exterminant facies suas*, acriter inuehit contra mulieres, quæ fucis facies ornant, libr. nono, capit. secundo, num. primo. de quare in illo capite disseritur. Feminæ fucis, & coloribus se pingentes reprehenduntur in multis, & quod plasmatore suo sapientiores esse volũt, lib.nono, cap. secundo, num.primo, 12.13.15. 25. 28. vsque ad 32. Feminæ suas facies linunt, ut imprudentium faciant euolare corda in proprium ipsarum malum, libr. nono, capit. secundo, nume. primo, duodecimo, decimo tertio, 15. 20. & 23. Feminarum friuolæ excusationes reuincuntur dicentium ornare se, vt placeant viris suis, ibidem numer. duodecimo, decimotertio, & decimonono. Feminæ adulterantes faciem meditantur adulterium castitatis, ibidem nu. 23. 29. & 31.

FERIA QVINTA post Cineres.

Euangelium.

Cum introisset Iesus Capharnaum, accessit ad eum Centurio. Matth. 8.

De quo disseruimus Dominica secunda post octauas Epiphaniæ, in secunda parte illius Euangelij.

FERIA SEXTA post Cineres.

Euangelium.

Audistis quia dictum est antiquis: Diliges proximum tuum. & odio habebis inimicum tuum. Matth. 5.

In hoc Euangelio & de dilectione inimicorum, & de eleemosyna disserit Christus Dominus. De primo late agitur lib. 1. cap. 12. ubi docetur, & quod diligendi sint inimici, & quibus rationibus id cõuincat Sacri. De eleemosyna uero lib. 5. cap. 10. lib. 9. cap. 4. de iniuriarum remissione.

AVDISTIS *quia dictum est antiquis, &c.* Origenes edisserens caput octauum, & nonum Iosue docet, quod ædificato altari a Iosue, parta iã victoria, quã de hostibus reportauit, in lapidi b. ipsius scripsit Deutheronomiũ legis Moysi. Deutheronomium quasi secunda legislatio dicitur, vt aduertat Christianus, quod verus Iosue Christus Dominus secundam scripsit legem cum dixit: *Audistis, quia dictum est antiquis: Diliges amicum tuum, &c. Ego autem dico uobis, diligite inimicos uestros*, &c. Hæc lex Deutheronomium est, quod scripsit Iesus in tabulis cordis nostri, non atramento, sed spiritu Dei viui. Hæc autẽ lex scribitur in altari ex lapidibus integris confecto. Lapis integer est, impollutus, immaculatus in carne, & spiritu, cui ferrum iniectum non est, id est, qui iacula maligni ignita non recepit. In hoc lex perfectionis Christianę scribitur, quoniam dum audit non amicos solum, sed & inimicos diligendos esse, id continuo opere perficit. Vnde sponsus laudibus sponsæ occupatus dicit: Meliora sunt vbera tua vino. Quæ verba ita interpretatur idem Origenes: quod adueniente, & prædicante Christo Domino altior, excellentiorque doctrina mundo communicata fuit, quam fuerit illa, quę antiquis fuit tradita: *Audistis quia dictum est antiquis, &c. Ego autem dico uobis.* Inquantum ergo hæc doctrina præcellit antiquam, in tantum sponsæ dicit: Meliora sunt vbera

1 *Feriæ sextæ post Cineres. Ho. 9. in 1. Iesue.*

Ho. 1. exposit. 2. in Cant.

vbera tua vino. Lex vetus imperfecta est, lex autem Euangelica perfectissima, quod congruentissime effecit Deus, lib. 10. cap. 3. nume. 7. 8. & 13. Lex vetus ministratio mortis dicta est, lex autem noua ministratio spiritus, nume. 13. In lege noua panem arctum, & aquam breuem dedit Deus vno verbo præcepta legalia recapitulans, num. quinto, & septimo. In lege noua completum, & perfectum est, & reuelatum, quod in veteri imperfectum erat, & clausum, lib. tertio, cap. quinto, numer. 23. 35. 41. 86. & 87. cap. septimo, num. 53. ca. 9. nume. 41. cap. decimo, num. 67. Sed tamen licet antiqua lex ad nonam relata imperfecta fuerit multum, tamen in ipsa nullatenus continebatur illud verbum, quod Dominus in Euangelio hoc commemorat: *Et odio habebis inimicum tuum*, sed falso Iudęorum intellectu, ac Scribarum, & Pharisæorum noxio commentario, quorum traditione intelligentia falsa huius præcepti inualuerat in plebe. Ad id moti, quoniam pro dictione proximus, Hebraica dictio etiam significat amicum, idque proprie. Vnde Diuus Hieronymus in Leuitico, vbi mandatum hoc inter cætera traditur, vertit; Diliges amicum tuum, sicut teipsum. Deinde idẽ interpretabantur significari in lege, dum toties in ea præcipiebatur, ne fœdus inirẽt cum gentibus in terra Canaam habitantibus, sed eas absque dubitatione aliqua, aut scrupulo delerent de terra. Verum neque has, neque alias gentes iussi sunt odisse. Immo lex præcepit inimico, qui ex gente Israelitica esset, aut inter Hebræos habitaret, amicitię signa exhiberi. Nam in Exodo sic præcipitur: *Si occurreris boui inimici tui, aut asino errãti, reduc ad eum.* Si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cũ eo. Non exegit tamen lex vetus signa amicitię similiter aliis gentibus exhiberi. Omnes tamen diligendæ sunt, dum omnes nomine proximi significantur. Non solum sanguine propinquus, aut amicus, sed omnis homo, eo quod ex eodem parente omnes sumus nati, atque ad eandem facti Dei similitudinem, & ad eandem omnes vocati hæreditatem cælestem. Itaque Dominus & aufert peruersam legis additionem factam per Scribas, & Pharisæos, & hoc adiicit legi veteri, quod velit etiam diligendos esse a nobis quantumuis externos, & alienos. Quod vt persuadeat ait: *Ego autem dico uobis.* Hoc mandatum meum, hoc vnum inter cætera omnia ego præcipio, quoniam amicorum dilectio, mandatum est omnibus peruiũ, & facile. Dixerat Dauid: Putasne est aliquis, qui remanserit de domo Saul, vt faciam cum eo misericordiam Dei? (hoc dixit Rex Sibæ seruo Saulis) cumque audisset nepotem Saul esse Miphiboseth, vocauit eum, vt licet claudus esset pedibus, comederet semper panem in mensa sua. Vocauitque hanc misericordiam Domini, quia illam exhibebat nepoti inimici sui, misericordia autem hominum hęc est, quæ ad amicos tantum extenditur. Vnde Dominus ait: *Ego autem dico uobis, diligite inimicos uestros.* Ego id volo. Sicut mulieri cordatæ, & filio bene instituto ad faciendam rem aliquam, licet difficilis illa sit multum, id sufficit, quod placita illa sit, aut marito, aut patri. Amor enim his debitus suauia reddit ea, quæ suapte natura aspera forent. Sponsus Deus noster desponsauit enim nos sibi in fide. Pater qui dixerat: Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis, illi ergo vt sponso, & patri dicenti: *Ego autem dico uobis diligite inimicos uestros*, obediendum est incunctanter. Audite. Morabantur Hierosolymis Recchabitæ, dixitq. Deus ad Hieremiam: Vade ad domum Recchabitarum, & loquere eis, & introduc eos in domum Domini, & dabis eis bibere uinum. Et assumpsi omnem domum Recchabitarum, & introduxi eos in domum Domini, & posui coram eis scyphos plenos vino, & calices, & dixi ad eos: Bibite vinum. Qui responderunt: Non bibemus vinũ, quia Ionadab filius Recchab pater noster præcepit nobis dicens: Non bibetis vinum vos, & filij vestri vsque in sempiternum. Et domum non ædificabitis, & sementem non seretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis, sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris. Obediuimus ergo voci Ionadab filij Rechab patris nostri in omnibus, quæ præcepit nobis, ita vt non biberimus vinum cunctis diebus nostris nos, & mulieres nostræ, filij & filiæ nostræ, & non ædificaremus domos ad habitandum, & vineam, & agrum, & sementem non habuimus, sed habitauimus in tabernaculis, & obedientes fecimus iuxta omnia, quæ præcepit nobis Ionadab pater noster. Et factum est verbum Domini ad Ieremiã dicens: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, vade, & dic viris Iuda, & habitatoribus Ierusalem: Numquid non recipietis disciplinã, vt obediatis verbis meis, dicit Dominus? Pręualuerũt sermones Ionadab filij Rechab, quos præcepit filijs suis, vt non biberent vinum, & non biberunt usque ad diem hãc, quia obedierunt præcepto patris sui, ego autem locutus sum ad vos de mane consurgens, & loquens, & non obedistis mihi. Firmauerunt filij Ionadab filij Rechab præceptum patris sui, populus autem ipse non obediuit mihi. Idcirco ego adducam super Iudam, & super omnes habitatores Ierusalem uniuersam afflictionem, quam locutus sum aduersus illos. Domui autem Recchabitarum dixit Hierem. Hæc dicit Dominus: Pro eo quod obedistis præcepto Ionadab patris vestri, & custodistis omnia mandata eius, propterea non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab stans in cõspectu meo cunctis diebus. Dixerat Ionadab: Ego autem dico vobis filiis meis, & omnibus, qui in perpetuas generationes succedent uobis; Non bibatis uinum, non plantetis vineas, aut habeatis eas, nõ ædificetis domos, nõ seretis sementem, in tabernaculis habitate, ubi & in æstate calore æstuetis, & in hyeme frigore

Cap. 19.

Cap. 23.

2. Reg. 9.

Hiere. 35.

ta-

tabescatis. Vide singula hæc quantas habeāt difficultates, eis rebus carere, quibus homines tam sunt affecti,& tamen quia id voluerat Ionadab,non solum viri, sed & mulieres suapte natura imbecilles,ac infirmę,filij, & filiæ, non solum patres,in perpetuo impleuerunt. Et quia Iudæorum populus inobediens extiterat Deo prępicipienti,grauiter,& iuste Dominus indignatur contra illos, & graues, & digne meritas pœnas pollicetur se illis illaturū. Quod & nobis continget,quando dicēti Deo: *Ego autem dico uobis diligite inimicos uestros*, non obedimus. Remittentur iniuriæ,quandoque moderabitur odium cordis, quia religiosus, aut potens,aut vero consanguineus, vel amicus id efflagitauerint.Ista tamen uerba: *Ego autem dico uobis* a Christo Domino prolata id nō persuadent,quasi proferrentur ab homine inter omnes infimo, & vili. Præterea hæc protulit verba Dominus, quasi dicat, nullus pertimescat præcepti huius difficultatem.Cū enim istud inter omnia a me sit præceptum, meum etiam erit vires præstare, quo id suauiter fiat.Non est Deus similis homini. Iste.n.si præceperit aliquid, non continuo vires præstat,quibus id perficiatur. Quod Deo nullo modo accidit.Mandatis Dei obediendum docent difficilia,quæ fecerunt Romani pro conseruanda patria,& hominum laude,libr.vndecimo,cap.3.nume.27.Mandata Dei,gratia ipsius iuuante,leuia sunt expertis, libr. vndecimo,cap. quarto,num 4.9.vsque ad 16. Nullus autem ex eo, quod in lege noua Christus Dominus dixerit: *Ego autem dico uobis diligite inimicos uestros*, arbitretur præceptum istud solis Christianis in lege noua datum,cum in omni lege naturali, & scripta id sit pręceptum. In omni lege, in cordibus hominum id signatū est. Et quam primum homo etiam degens inter dracones, & strutiones efficiebatur Dei amicus,continuo intelligebat diuinā non posse conseruare amicitiam,nisi & inimicos diligeret. Iob, ait Chrysostomus, legem non audierat,& tamen lumine naturæ docente, id de se aiebat: Si gauisus sum ad ruinam eius, qui me oderat,& exultaui,quod inuenisset eū malum. Gerari potentiam Isaac considerātes,& quod in dies ditissimus euaderet,expulerunt eum, & cum iterum quæsierunt eum, iniuriarum omnium penitus oblitus mensam eis posuit,& celebrauit conuiuium, & in lege naturę constitutus pręceptum implet de dilectione inimicorum. Moyses propter inimicos, quorum salutem postulabat a Domino, deleri uolebat de libro vitæ, cum mille ab ipsis perpessus esset iniurias: Magis cum ipsis perire volo,quam sine ipsis saluari. Exardebat enim (ait Chrysostomus) & insaniebat Samuel, ex Principatu eiicitur, & ait: Absit a me hoc peccatum in Domino, quo minus cessem orare pro vobis. Immo & gētiles ipsi iniurias remittendas,amicosq. diligendos docebant,idque ipsi præstabant, vt colligas id lumine naturę dictante & debere impleri, & facile posse.Inimici diligendi exemplo eorū, qui in lege naturę,& veteri id faciebant,libr. primo,cap. 12.nu. 1.6. vsque ad 9.55. vsque ad 57. Iniurias remittere debet quis, & damna exemplo Isaac,lib.primo, capit. 12. numer.octauo. Inimicorum dilectionem docuerunt præclara exempla Dauid,nume. decimo, vsque ad 18.47.& 48. Inimicos magis diligere debent Christiani, quam qui in lege veteri erant,numer.15.& 16.45. vsque ad 47. Iniurię ferendæ exemplo Philosophorum, libr. primo,cap.12.num.32.41. 42. & 44. Iniurias remittere non erat contrarium moribus Rei publicæ Romanæ in gentilitate viuenti, numer.44. Inimicorum dilectio in noua lege perfectior esse debet,quam fuit in veteri, numer.45.& 46. Inimicorum dilectio in lege veteri etiam est tradita,nume. 45. vsque ad 47. Inimicos diligere donum Dei est, a quo auxilium est expectandum, nume.49. vsque ad 52. lib.13.cap.octauo,num.14. *Ego autem dico uobis*, dixit, quia in mirandum exemplum dilectionis inimicorum fuit propositum a quo & inimicos diligere,& ipsis benefacere discere debemus,lib.primo,cap.12.num.53.& 60.libr.3. cap.10.nu.79.& 80.

Ho. 8.ex uariis in Matth. Hom. 52. in Genes.

Serm. 7. ad Ephes.

1.Reg. 12

Greg.hom.7. in Euang.

Diligite inimicos uestros, benefacite his, qui oderūt uos: orate pro persequentibus,& calumniantibus uos. 2
In quibus verbis tria præcipit inimicis exhibenda,quorum primum,scilicet, diligere ad cor pertinet; secundum,scilicet, benefacere ad opus; tertium,scilicet,orare pro persequētibus,& calumniantibus ad linguam. Diligere ergo docet interne nec ait: Non oderitis:sed, *Diligite*; nec ait: Nolite facere, sed: *Benefacite*. Filioli non diligamus verbo, neque lingua, sed opere,& veritate,neque enim vera est dilectio, quæ operibus non demonstratur, neq; dilectionis externa indicia Deo sunt recepta, si nō ex vera interioris animi dilectione proueniant. Cor ergo,& opus concordare debēt, nec opus absque dilectione,nec dilectio absq; opere probatur. Videtur enim impossibile, quod ignis in sinu sit inclusus, & quod ipsius calor non appareat, ita quod tu in corde inimicum tuum diligas, & quod is amor operibus nusquam demonstretur.Duo præceperat Deus in tabernaculo futura, & quod ignis in altari semper arderet,& quod is ignis conseruetur,dum Sacerdotes per singulos dies subiiciunt ligna.Amor in corde,ignis est in altari,sed ligna subiicienda sunt,quia amor iste & beneficiis nutriendus est, & ostendendus. Vnde postquam Christus Dominus dixerat; *Diligite inimicos uestros*,continuo adiecit: *Benefacite his, qui oderunt uos*. Vnde aiebat Paulus; *Si inimicus tuus esurierit, ciba illum, si sitit, potum da illi*. Proximum diligere omni tempore expedit, maxime autem quando odio nos prosequitur,lib.primo,cap.12.nume. 40.lib.nono,cap. 6.nume.29. Proximos vere diligere debemus,eorum necessitatibus prouidendo,lib.primo,cap.16.nume.2.3.7. vsque ad 12. Iuuandi etiam sunt orationibus inimici

Chrys.ho.18. in Matth.

Leuit.6.

Rom. 12.

mici, sicut eos iuuabant Sancti, libr. primo, capit.14.num.8.9.& 18. Pro inimicis orandū est exemplo antiquorum,lib.primo, capit. 12. num.20.25.35.52.55.vsque ad 57.& 60.capit. 14.num.22.& 23.lib.nono,capit.4. numer. 11. & 16. Vnde aiebat Paulus: Maledicimur,& benedicimus,persecutionem patimur,& sustinemus,blasphemamur,& obsecramus. Vnde in vita Sanctæ Ioānæ de Orueto ordinis Prædicatorum legitur, quod grataner iniurias accipiebat,quas beneficia vocabat,eratq. sui moris ducenta Pater noster dicere pro illo, qui ipsi aliquam irrogasset iniuriam. Vnde dicebāt eius familiares: Qui orationum sanctæ Ioannæ particeps esse voluerit,oportet in illam iniurium,& contumeliosum esse.

1.Cor.4.

3 *Vt sitis filij patris uestri,&c.* Ad persuadendam hanc dilectionem, a qua natura vitiata satis abhorret,duabus vtitur rationibus efficacissimis,prima ex imitatione patris cælestis desumpta. Quid enim excogitari potest diuinius,atque beatius,vel optari,quā esse filium cælestis patris,ipsumque operibus imitari? Id autem consequimur per dilectionem inimicorum,ideo dicit: *Vt sitis filij patris uestri*, id est, vt declaretis vos esse filios patris vestri, referentes illum vestris operibus, quia nemo potest diligere inimicos, qui iam non sit factus filius patris,& id,quod iam factus est,declarat dilectione inimicorum. Vnde aiebat Chrysostomus: Diligentes inimicos filij dicuntur patris cælestis, quia per hoc ei similes efficiuntur,vtpote qui mille iniuriis affectus ab hominibus illis benefacit, pluit super iustos, & iniustos. Recense quas iniurias pertulit Dominus in passione,qui tamen cum clamore valido,& lacrymis pro inimicis precatus est.Et Hieronymus; Estote,dixerat Paulus,inuicem benigni,misericordes, donantes inuicem vobismetipsis, sicut & Deus in Christo donauit vobis. Donantes vobismetipsis, ait Paulus, quia quod bene in alium fit, magis ei reponitur, qui prestitit, quam cui datum est, quasi dicat,vobismetipsis benefacite. Itaque iniurias remittere,nobis donare est ingentia bona.Et hoc idem est dicere: Estote imitatores Dei,sicut filij charissimi,scilicet, scientes iniurias remittere, vt ille,& ideo subdit: Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationē, & hostiam Deo in odorem suauitatis. Proximum diligentes Deo similes efficimur, libr. primo,capit.15.num.24.capit.16. numer. 12. Inimicis benefacere grandis est perfectionis, lib.primo,capit.12.nume.48.vsque ad 52. capit.14.nume.22.vsque ad 24. Vnde Sancti,qui amici, ac filij Dei erant, mala non optabant inimicis,etsi aliquando ea prædicerent, libr. nono,cap. 16.nume.secundo,& quarto. Quos & odio habere dicuntur, quia iniquitatem odiunt, numer.septimo,& 8. Dicens ergo: *Vt sitis filij patris uestri*, id voluit dicere; Si quādo læsus es,ac iniuriam passus odio,ac ira plenus qualitatem iniuriæ expenderis,contra rationem illatæ in honore, in fama, in pecunia, in vxore,&c.si hæc cogitaueris mirum non erit, ad iram,odium, & vindictæ cupiditatem accendaris. Hi similes sunt,aiebat Plutarchus, cucurbitulis, quæ instrumenta barbitonsoris sunt,quæ vulgo dicuntur, *Ventosas*, quæ ægris membris adhibitæ noxium ad se tantum sanguinem trahunt,salutarem autem,& purū minime attingunt. Sic isti solum illud cogitant, quod bilem sibi mouere potest,non autem id, quod illos placabiles, & mites efficere possit. Huic inconuenienti vt prouideat Dominus, ait: *Diligite inimicos uestros, ut sitis filij patris uestri,qui in cælis est.* Nec attendatis præcepti difficultatem,sed qualitatem iubentis,& magnitudinem fructus consurgentem ex eo,quod filij sitis Dei. Immolabant gentes filios, & filias suas dæmoniis ducti amore Deorum, non mirum quod tantillæ vos exponatis difficultati in mei gratiam,& vt filij sitis patris mei, diligendo inimicos. Auctores graues referūt Aegyptiam quandam feminam paruum cocodrilum (quem Aegyptiorum more Deum esse credebat) domi nutriuisse, qui ubi iam adoleuisset, paruulum eius filiū deuorauit, quod infelix mater gratissimum habuit, cæteræque eius uicinæ partim eius felicitati inuidebāt, partim gratulabantur, quod ad eam felicitatem infans esset natus,vt Dei sui cibus,& prę da fieret. Vbi cum maternus amor tam esset ingens,dolor,qui hinc oriri deberet,moderatus est,immo mutatus in gaudium, quia filius esus Deo ficto,immo bruto placuisset,quo facilis futurus est inimici amor, qui non solum Deo gratissimus est, sed illius nos efficit filios.Et sicut aquilæ (aiebat Ambrosius) in nido existentes probantur a parentibus, an filij illorum sint,dum eos faciunt contemplari Solem,quem si ferre non potuerint, e nido proiiciunt illos,tamquam alienos,si autem illum aspiciant,maxima aluntur cura; sic cōtingit nobis,qui vtrum Dei filij simus,an non, probamur hoc præcepto de dilectione inimicorū nobis tradito. *Et ut sitis filij patris uestri, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos*, filij probandi sunt,non prohibendo inimicis beneficia, nec illis inferendo malum. Angebatur multum Dauid, quia præscidit oram chlamydis Saul inimici sui in spelunca, videbatur enim illi opus illud & audax in Regem, inimicitiæque indicium aliquod.Dixitq.illi a spelunca egresso: Quare audis verba hominum dicentiū, Dauid quærit malum aduersum te? Ecce hodie viderunt oculi tui, quod tradiderit te Dominus in manu mea in spelunca, & pepercit tibi oculus meus.Dixi enim non extēdam manum meam in Dominum meū, quia Christus Domini est. Et leuauit uocem suam impius Saul,& fleuit dicens: Tu indicasti hodie quæ feceris mihi bona, quo modo tradiderit me Dominus in manum tuam, & non occideris me. Quis enim, cum viderit inimicum suum, dimittet eum in via bona? Id facit,qui

Hom.18.in Matth.

Hiero.in.c.5. ad Ephes.

1.Reg.24

filius

filius Dei est,& cum patre suo remissionẽ iniu riæ,inimici dilectionemque tractat. Nullus fo rum adeat,aut carnis consanguineos,aut ami cos consulat, in hac enim schola nõ dilectio, sed odiũ,non remissio, sed vindicta edocetur. Vt quando homo mansuetus,& bene affectus remissioni iniuriæ hos consuluerit, continuo agnus mutabitur in lupum,&ouis in leonem, hi enim diaboli satellites iniuriam iam sepultam, obliuioniq. traditam suscitabunt, eum vocantes timidum,ignauum,ac inertem, eius ignauiam accusantes potius, quam virtutem laudantes. Vnde is mutatur in virum alterũ, vt inimicum occidens se vindicet, ne a conci uibus paruipendatur.Si negotium hoc tracta ueris cum viris sæculi, cogita te aduocasse dæmones,ac infernum vniuersum, cum quo rem tuam conferas; & sicut impossibile est, quod a consulente dæmones recipiatur nisi sanguis,ira, indignatio; sic nec in plateis a liud,quam crudelitas: Filia enim populi mei crudelis.Medioque eorum hominum, qui tui vocãtur amici,cum re vera inimicissimi sint, id efficiet dæmon, quod per se maxima astutia sua aut efficere non posset, aut non auderet. Sed si Deum patrem consulueris, loquetur pacem in plebem suam. Dices: Ecce non *Iob 6.* est auxilium mihi in me, necessarij quoq. mei recesserunt a me, subuertere nitimini amicũ vestrum. Qui timent pruinam, irruet super illos nix.Domine,amici mei, qui hoc nomine gloriantur, consanguinei, domestici mei, quos intererat meam moderari iram, errantem in uiam reducere, hi non solum non iuuãt fratrem,ut his adiutus ciuitas sit firma, sed & subuertere nituntur me, qui certo scio, quod qui rorem timet leuis infamiæ, quæ hoc nomine digna non est, experietur in se niuẽ, non qualemcumque, sed impetu magno irruentem. In hac ergo causa non consulas sæculum,sed Deum dicentem: *Ego autem dico uobis diligite inimicos uestros, ut sitis filij patris uestri.* Iniurias uindicare uolens magnas patitur calamitates,lib.primo,cap.12.nume.27.libr. nono, cap.7.num.22.& 23.Iniurias non remittunt homines propter friuolas excusationes, lib.primo,cap.12.num.27. Iniurias pati si malum fuisset, numquam Dominus consuluisset, immo præcepisset, libr. nono, capit. 14. numer. duodecimo.

4 *Qui solem suum oriri facit super bonos, & ma-*
Chry.ho.13. imperfect. *los,pluit super iustos & iniustos.* Ait Chrysostomus: Caute posuit dicens, *super iustos & iniustos*, non super iniustos & iustos. Quia omnia bona Deus non propter omnes homines dat super terram, sed propter paucos Sanctos. Contentus est enim magis, vt peccatores cõtra meritum suum bonis Dei fruantur, quam vt iusti contra meritum suum a bonis eius fraudentur. Similiter & quando Dominus a peccatoribus irritatur, castigationem suam non propter homines bonos mittit, sed propter solos peccatores, tamen æqualiter iustos tangit, sicut & peccatores. Nam quemadmodum in bonis non separat peccatores a iustis, sic nec in malis separat iustos a peccatoribus.In bonis peccatores a iustis non separat, ne separati cognoscãt se abiectos esse, & desperent: in malis iustos a peccatoribus nõ separat, ne separati cognoscant se esse electos, & glorientur. Iustorum societas apprime vtilis est,lib.quarto,cap.6.num.1.& 2.lib. 11.cap.5.num.11.

5 *Si diligitis eos,qui uos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres uestros tantum quid amplius facitis? Nonne & ethnici hoc faciunt?* Hæc est secunda ratio, qua inimicorum dilectionẽ vult Dominus persuadere, quia qui inimicos non diligit, sed tantum amicos nihil præclari agit, faciens ea, quæ Publicani, & ethnici faciunt; vt confundatur Christi discipulus, dũ melior non est barbaro, cuius nomen, & mores detestatur. Sicut enim colligimus ignem illum esse maiorem, quo strues magna lignorum comburitur,cum primum siluam egressa humore aqueo sunt plena,& ab igne multum distant,quam si ignis stuppæ applicaretur, sic optime colligitur, charitatem illam esse maiorem, qua diligitur non solum amicus, sed etiam inimicus. Estque charitas hæc sincerior,& purior; Quoniam de amico merito dubitare poterit quis,an ad illius dilectionẽ pura charitas, an vero cupiditas, & utilitas impellat,ad amorem vero inimici sola charitas hominem trahit. Amare enim amicos solos, etiam ethnici faciunt. Cum ergo,ait: *Si diligitis eos qui uos diligunt,quam mercedem habebitis? &c* idem est,ac si diceret: Cum Christianus tot cælestibus donis, atque opibus ad virtutis studium excitetur, eo contentus esse debet,quod infidelis plenus cæcitate egerit? Si nihil aliud post tanta ad virtutem adiumẽta facimus, quorsum Deus factus est homo, natus, & mortuus est? Quorsum tam copiose Spiritum sanctum ad nos misit? Quorsum tot nouæ legis sacramenta, si supra ethnicorum mores assurgere non debemus? Christiani multi dignosci non possunt ab infidelibus, qui diaboli nomen merentur, quibus cum similes sint, habent in se similitudinem bestiæ, lib.12.capit.3.nume.4.cap.quarto,numer.15. Christianæ disciplinæ signa quam raro reperiantur in Christianis, quibus ab infidelibus distinguantur,libr.3.capit.16.numer.1. 2. 11. & 12. Inimicitiis enim, & odiis plenus est mũdus, quod acriter lamentatur Deus,lib.1.capit.11.num.6.vsque ad octauum. Sed quod in re hac maxime dolendum est, illud est, quod cum Christus nihil nos gessisse dixerit præclarum,si amicos tantum dilexerimus, quod barbari faciunt, nos in duobus illis sumus peiores,alterum est, quod multi eorum & docuerint inimicorum dilectionem, & iniurias remiserint, vt dicebamus egisse Philosophos ex lib. primo,cap.12.num.32. &c. Nos Christiani leuiculam iniuriam friuolis excusationibus ducti non remittimus, sed inter Christianos

nos id pro nobilitate, & magnitudine animi ducunt, vt amicorum dicantur amici, & inimicorum inimici, idque pro laude celebrent Hispani dicentes se esse *amigo de amigos, y enemigo de enemigos*, quasi in Alcorano id legerint moribus Christianis omnino repugnans. Alterum malum peius eo, quod modo dicebamus,illud est,quod cum publicanis,& ethnicis familiare dicat Dominus amicos diligere, & proximos, innumeri Christianorum sint, qui etiam amati non redament. Proximos enim diligere,etiam diligẽtes nos, rarum est in mũdo,lib.primo,cap.12.num.octauo,cap.13. nume.6.& 9.

6 *Cum facis eleemosynam noli tuba canere ante te,&c.Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra,quid faciat dextera tua.* In quibus verbis eleemosynam faciendam non præcipit, id.n. supponit,sed docet Dominus,& Ecclesia modum in ea seruandum. Eleemosyna enim oleũ est,quo vngimur,vt diabolum vincamus,libr. 2.cap.7.numer.16.libr.5.cap.decimo,numer. 25. Eleemosynis enim seminat homo ad iustitiam,& metit fructum vitę,lib.5.c.10.num. 2.3.6.13.14.25.34.51.58.71.& 72. Eleemosynam enim sic necessariam dicebant Sancti,vt sine illa cęteræ virtutes ad salutem non sufficerent,ibi.nu.8.9.& 26.Vnde elegãter multis rationibus illam persuadebant,nu.10.12.vsq; ad 14.19.20.23.24.26.& 33. Cumq.eleemosynæ præceptum, quo superflua iubentur dari, facillimum sit,nu.12.20.& 53. Eleemosyniq. sint cõpensanda ieiunia eorũ,qui hoc sacro tẽpore ieiunare non possunt, nu.57. propterea cum ieiunium opus sit,quo homo in ordine ad se recte disponitur, eleemosyna autẽ in ordine ad proximum, & primũ prouidere debeamus nobis,vt Iacob dixit Labã:vadam,&prouidebo domui meæ. Postquam Ecclesia feria quarta modũ præstitit in ieiunio seruãdũ,eũdem docet in eleemosyna dicens: Attẽdite,ne iustitiam,&c. attendite a vanitate insidiosissimo,pernicios issimo, & periculosissimo serpente,cuius nocumentum fugere non potest, nisi *Aug.ibi.* qui tota mente vigilauerit. Tuba olim canebatur ad sciendum locum, & tempus eleemosynæ,vt nullus egenus a beneficio excluderetur, quo bono male vtebantur Pharisæi vana gloria ducti,cui malo ut prouideret Dominus dixit: *Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua*, ideest,non se immiscat conscientiæ tuæ laudis humanæ appetitus. In quibus verbis id pręceptũ est,ne intuitu vanitatis bonũ operemur, cautela autem adhibenda, vt opus hoc eleemosynę secreto fiat,propter periculum vanitatis. Tempore Hieronymi is erat vsus, vt in *li.6.in c.18 Ezech.* Ecclesia inter Missarũ solẽnia Diaconus inclamabat,& referebat eleemosynas,quas fideles pauperibus erogabant dicens: Petrus id dedit, Ioannes illud promisit,&c.& miserabiles gaudẽbant ad ea, quæ tribuebant, & non lugebant ad ea,quæ rapuerant. Huic incõmodo prouidere volens Deus,eleemosynã docet faciendam,maxima adhibita cautela, ne vanitas surrepat,sed intuitu Dei, & leuãdæ miseriæ fratris causa. Vana gloria conatur,vt animæ nauem bonis oneratã funditus euertat,li. 18.ca.1.num.1.& 2.Estq. non solum dulcis expoliatrix bonorum animę,sed & mala suadet, si illa vulgo placuerint,num. 2.7.& 8. Ha[illegible] sectantes in portu naufragium perferũt[illegible]. Estq. uitiũ hoc stultitia plenũ,quo cum [illegible]it redditurus homo rationem factorũ, vt ea præmiet,alium vult habere testem factorũ, nu. 3. 7.10.11.15.& 19.Tales mercedẽ non cõsequũtur a Deo,quia nihil ei dederunt nume.9. Vanægloriæ seruire virtutes turpissimum est,nume.25. Vanã gloriã sectantes similes sunt Simoni Cirenensi,vtpote qui in angaria portãt crucem,num.35.

7 *Cum oratis non eritis sicut hypocritæ*, hęc verba non adduntur in Euangelio Romano, sed in Dominicano,in quibus illud perpende specia le,quam recte ieiunium,& oratio sociẽtur, vt sint sicut frater adiuuans fratrem,li.9.c.1.nu. 32.Ieiunia nostra comitari debet oratio,li.9. c.1.nu.8.& 18.li.13.c.6.nu.4.

8 *Diligite inimicos uestros*,&c.Dicebamus anteriori die cinerũ ieiunia Christiana vires habere ad placandũ Deũ tunc, quando pennas habent,quibus ad cælũ veherentur,comitãte recta vita, sine qua Deo non probarẽtur,& quãuis id generale sit in omnibus vitiis,sed tamẽ inter cętera inimicorũ odiũ quãdã specialem impossibilitatẽ præ se ferre videtur, vt homo negotietur cũ Deo,quod illi expediens iudicauerit.Vnde Gregor. exponens locum Iob. *Si* 10.Mo.c.18 iniquitatem, quæ est in manu tua,abstuleris a te,& non manserit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc leuare poteris faciem tuam absque macula. Dicit vitam animæ quęuis culpa polluit,seruatusvero contra proximum dolor occidit.Menti namque vt gladius figitur, & mucrone illius ipsa viscerum occulta perforantur,qui si a trãsfixo corde prius nõ educitur, nihil boni agitur,quia sicut vulneratis membris imponi salutis medicamenta nequeunt, nisi ferrum a vulnere prius extrahatur, sic si odium fratris a corde non pellatur, de salute consequenda cum Deo negotiari non possumus. Odium a corde reiiciendum, vt Deũ placemus iratum,li.1.cap.12.num.5.7.& 34.Orationem.n.nostram non recipit Deus,si odium in corde conseruetur,li.13.cap.5.num.17.lib. 14.cap.5.num.2. Inimicis ignoscendum est,vt Deus nobis peccantibus ignoscat,lib.1.ca.12. num.5.24.26.48.57.& 59.lib.9.cap.4.num.21. & 23.lib.13.cap.8.num.4.5.10.& 14.Homo homini seruat iram, & a Deo quærit medelam, *Hieron. Eccle* & in hominem similem sibi non habet miser- *siast.28.* cordiam,&c. Ipse,cum caro sit reseruat iram & propitiationem petit a Deo? Quis exorabit pro delictis illius? cum ergo,vt grata sint ieiunia,necessaria sit mutatio vitæ,& hæc inueniri non possit absque inimicorũ dilectione, optime cum primum ieiunia quadragesimalia Ecclesia inchoat,persuadere nobis satagit inimicorũ dilectionẽ, ad quam multis ra-

tionibus adducendi sunt homines, primum, vt Deo nostra bona opera probentur, vt enim optime adnotauit Bernardus cum Iohel, vt retulimus feria quarta, dixisset: Sanctificate ieiunium, continuo adiecit: Vocate cætum. Cætum vocare, est vnitatẽ seruare, diligere pacem, fraternitatem amare. Ieiunabat Pharisæus bis in sabbato, sed quia pennæ ieiunij non adhæserat penna dilectionis proximi, quem paruipendebat, cum dicebat: Non sum sicut cæteri hominum, ieiunium in cælum nõ peruenit. Sed cum primum dixeritis (Bernardus) Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum, tunc vnguentum descendit a capite in barbam, & a capite in oram vestimenti, vt ne minima quidem fimbria careat vnctione. In capite plenitudo gratiarum, & de hac nos omnes accipimus. In capite inexhaustus fons huius pietatis, & hæ diuitiæ communicantur his, qui fratres sunt, & habẽt cor vnum, & animam vnam in Domino. Et quia amor non in verbis tantum, sed potissimum in operibus debet consistere, coniũgit eleemosynam inimicorum dilectioni.

Prima ratio. Bern. Ser. 4. de orat. & ie iun. in Iohel.

Ser. 1. fer. 4. Cinerum.

Præterea nulla res ita nos Deo similes reddit, sicut inimicorum dilectio. In re hac consistit summus hominis Christiani honor inter omnes, quos, dum uiuit, consequi potest. Audi. Diuinæ perfectiones infinitæ sunt, cũ omnes sint ipsiusmet Dei essentia. Sed tamen secundum nostrum modum intelligẽdi aliqua perfectio excellit alias: iniurias remittere est maior omnium perfectio. Hac enim re Deus vt potissima vult cognosci ab hominibus tamquã inimicorum amator. Omissis omnibus perfectionibus ipsius, perpende quot hominũ quotannis ignoscit iniuriis, quæ si contra mitissimum quemque essent commissæ, procul dubio illum in feram rabidam mutassent. Et tamen Deus, qui istam vitam, salutem, & vires homini largitur, id efficit, quando ipse peccans irritat illum. Si ergo Deus iniurias remittens hominibus, Deus est, honorem perdere credet homuntio, si offensas condonet? Augustinus aiebat Tullium referre de Iulio Cęsare, quod nihil obliuisci soleret, nisi iniurias. Et cum Romani inter homines omnes honoris essent cupientissimi, lege inuiolabili docebãt malum pro malo non esse reddendum. Deo quasi contra naturam est hominem perdere, lib. quarto, cap. septimo, num. sexto, 13. vsque ad 17. cap. octauo, nume. nono, & 10. cap. 9. nu. 3. & 10. cap. 12. numer. primo, & quinto. Deo proprium est misereri, si autem condẽnat, id efficit, quando hominum peccata ad id quodammodo cogunt, lib. quarto, cap. nono, numer. 14. 16. & 17. cap. 11. nume. nono, capit. 12. nume. primo, tertio, vsque ad 5. & 10. Qui autem ad id perfectionis nondum uenerit, vt iniuriis lacessitus gaudeat, saltem dicat: Obmutui, & humiliatus sum, & silui a bonis, & dolor meus renouatus est. Dolet vulnus, & verbum proximi, quo me iniuria afficit, tristitiã generat. Tacet cor meum, concaluit intra me, ignescit cor verbo aspero, & tacet. Præterea iniuriæ remittendæ sunt, quia iniurians re vera læditur, & non lædit. Sicut qui super acutissimos clauos ambulans calcibus illos lædere putat. Sunt inimici sicut apes, quæ circumdantes hominem, ipsumque mordentes, paululum damni ipsi inferunt, & ipsæ continuo moriuntur. Vnde aiebat Chrysostomus: Gloriosius triumphasse Dauid de se ipso in spelunca, vbi dominatus est animo suo, ne inimicum occideret, quam dum funda, & lapide immanem Gigantem prostrauit, & proprio gladio interemit, cum in ista Gigas vulneratus corruerit, in altera dæmon. Vnde rursus Saul persequutus est Dauid, a quo cum iste hastam, & scisum abstulisset, rursus clamauit ad Regem: Audi Domine mi Rex verba serui tui, si Dominus incitat te aduersum me, odoretur sacrificium, si autem filij hominum maledicti sunt in conspectu Domini. Si Dominus incitat te, id est, si Deo permittente, ac ordinante ista succedunt in pœnam meam, odoretur sacrificium mei ipsius, quod ipsi obtuli, mortificans meipsum, & non occidens te, cum facile potuissem. Iniurias ferens fortior est illo, qui eas infert, lib. nono, cap. quarto, nume. quinto, vsque ad 7. 12. & 18. cap. nono, nu. tertio, & 4. Iniuriam solus homo inferre potest sibiipsi, non ab alio recipere, libr. nono, cap. quarto, numer. 8. vsque ad 10. 13. 14. & 16. Iniurias vlciscens a diabolo vincitur, qui vno ictu vtrumque vulnerauit, & percutientem, & se vindicantem, ibidem nume. nono, & decimo. Iniurias vt ferat homo, consideret quod nemo læditur, nisi a seipso, numer. 13. vsque ad 15. Inimicum enim occidens gladium mittit in corpus illius, & in cor proprium, num. decimoseptimo. Vnde Paulus recensens qua ratione erga inimicos se haberet, dixit: Maledicimur, & benedicimus, & continuo adiecit: Non ut cõfundam vos hæc scribo vobis, sed vt filios meos charissimos moneo, confusio. n. est hoĩnis Christiani exẽplo Sanctorũ iniurias nõ remittere. Aiebat Seneca: Hominẽ sapientẽ iniuriæ non magis tangunt, aut nocent, quã tonitrua, fulgura cælos contingant. Cũ quidã potẽtissimo Regi Alexandro detraheret, & a seruis suis persuaderetur Rex, vt illũ occideret, nõ solũ id non fecit, sed beneficiis, & donis eũ est prosecutus, qua ratione is motus est, vt de Alexãdro optime loqueretur, quod dũ ipse resciuit dixit suis: Hæc mea potẽtia est, vt in mea volũtate situm sit amicos facere ex inimicis. De Phocione legitur, quod cũ Athenienses eum damnassent ad mortem potãtes eum helleboro moriturus uocauit filium suum, & præcepit, ne vindictam sumeret de Athenien-sibus, propter iniustam mortem suam. De Aristide legitur, quod cũ exilio damnaretur ab eisdẽ Athenien-sibus, longa oratione Deos orauit, ne cõtra Athenien-ses aliquid molirentur. Hæc faciebant gentes, magnũ existimãtes honorem in iniuriarũ remissione constitutum,

Epist. 5.

Ho. 1. & 2. de Dauid.

1. Reg. 26

Ingen-

Ingentia etiam hoc medio reportamus commoda, quæ nisi intellexisset Regius Vates, nusquam dixisset. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis. Grandis certe maledictio, quia ex dilectione inimicorum magnas reportamus vtilitates. Quod ita perpendens, cum proficisceretur ira motus, vt Nabal Carmelum interficeret, cum in via eius animus moderatus esset sapientia, & consilio Abigail dixit: Benedictus Dominus, qui misit te hodie, &c. & prohibuisti, ne vlciscerer me manu mea. Sed quod in re hac facere tenetur homo ex præcepto, illud est, quod teneor inimicum salutare, si scãdalum generetur, si id non fiat, vel si inde datur occasio odij ipsi inimico, vel salutẽ alios cum ipso existentes, & ab ipso auertam faciẽ. Colloqui illi debeo propter vitandum scandalum. Præterea inimico petenti veniam teneor illi ostendere signa specialis amicitiæ, ita vt ostendam me non esse illi iratum. Remittere odium internum, & tollere externa signa inimicitiæ.

1. Reg.

9 Posset etiam in hoc Euangelio differere quis, vnde tam falsa intelligentia huius præcepti, tamque contraria & legi, & rationi naturali contingere potuit viris doctis in lege, quales Scribæ & Pharisæi erant, docentes odiendos esse inimicos? quod profecto ex triplici capite consurgere potuit. Primum, propter difficultatem præcepti de diligendis inimicis. Secundo, quia amor nimius, quo affecti erant ad vindicandas iniurias, in hanc ignorantiam, & in multa mala illos coniecit. Ambitioque, & auaritia huius, & aliorum malorum fuit potissima causa, & radix. Inter inimicos autem illi sunt pestilentissimi, qui dum inimicitiam celant, velut canes non latrãtes clanculum mordent, lib. 14. cap. 5. numer. 7. Inimicitiæ, & bella innumera sunt inter homines, cum bruta omnia eiusdem speciei inter se concordent, immo & dęmones, li. 14. ca. 5. nu. 17. & 19. cap. 6. num. 11.

SABBATO POST Cineres.

Euangelium.

Cum sero esset factum, erat nauis in medio maris. Marci 6.

Sabbato post Cineres. Matth. 14

DOMINVS noster dũ miraculũ patrasset maximum, quo quinq; panibus saturauit quinq; millia hominũ, cum cognouisset quia venturi essent, vt raperent eũ, & facerent eum Regẽ, statim compulit discipulos suos ascendere in nauiculam, & ipse fugit. Quo facto, illud animaduertendum est, primo, honores mũdanos contemnendos esse, quos offert mundus suis actus cogitationibus, dum non aduertit, nisi quæ proprium concernunt bonũ. Cum enim Christus Dominus hos saturasset panibus, ipsorum infirmos sanitati restituisset, in regno Christi suum arbitrantes futurum commodũ disponebant, vt totus aduenirent populus, vt eum Regem acclamarent. Regnum, & claritatem a Deo patre & habebat Dominus, & eã postulabat hominibus manifestari, cum dixit: Clarifica me tu pater apud temetipsum claritate, quam habui, priusquam mundus fieret. Audiuitque vocem dicentem: Et clarificaui, & iterum clarificabo. Vt enim aiebat Paulus: Nemo sibi assumit honorem, sed qui vocatur a Deo, tamquam Aaron. Et sicut honorem nemo sibi assumit, sic hunc, qui iustus est, recipere non vult, nisi a Deo. Mundus enim eum, quem in honore constituit, conseruare eum non valet in honore, quem accipit. Vnde aiebat Ioannes: Nolite diligere mundum. Quare hoc? Quoniã transit mundus, & concupiscentia eius. Honorum & famæ cupientissimi sunt homines, ita vt frequenter qui innotescere non possunt mundo nec claritudine operum, nec excellentia officiorum, nomen celebrare cupiũt mediis, quibus potius amittitur fama, sicut contigit illi, qui, vt nomẽ suum celebre efficeret in generationes perpetuas, succendit Ephesi magnificẽtissimum templum Dianę, libr. 1. cap. 20. nu. 3. Et quia honorem mundanum inordinate cupientes in magna incidunt mala, ibidem nume. 5. 7. 11. 12. & 15. ideo ut id doceret, aufugit Dominus, cum venturi essent homines, vt illum efficerent Regem. Honorem media virtute volunt iusti, non autem peccatores, nume. 6. & 7. vt expedientissimum arbitrarentur homines contemnere honores, lib. 1. cap. 20. num. 16. 17. 19. 25. & 26. lib. 8. cap. 4. numer. 9. Honores mundani quam cito transeunt, ibidem num. 20. vsque ad 24. Sicut enim honores, & gloriam mundanam sectandam Romani factis, & Philosophi verbis docuerũt, hanc Christus Dominus & verbis, & factis contemnendam docuit, libr. 7. cap. 5. numer. 5. & 6. Honores enim, & dignitates consequentur iusti in matutino, quando gloria impiorũ uetera-scet, ibid. num. 8. Ideoq. honores mũdanorũ non in fine, cũ deficiunt, sed modo dum sunt, pro nihilo habere debet homo, sicut Christus Dominus fecit, dũ illi offerrent homines regnũ, ibi. n. 10. & 11. Secũdo etiã Iudæi volebãt eũ facere Regem, quando saturati sunt panibus, & piscibus, quam dignitatẽ recipere noluit Dominus, vt doceret maius beneficiũ recipere, qui largitur eleemosynas, quã qui eas accipit. Ipsamet eleemosyna præmiũ est dantis, quoniã per hãc pauper accipit panem, aut vero calceum, qui autem illi id porrigit, recipit cælum. Eleemosynam petiuit Helias a vidua Sareptana, magis vt bono istius pro-

1. Ioann. 17.

ad Hebr.

1. Ioan. 2.

uideret, quam proprio, lib. quinto, cap. 10. nu-
num. 22. & 76. Eleemosyna ingentem honorē
diuiti tribuit, maiorem, quam si collabens cę
lum reparasset, ibidem num. 29. & 72. Eleemo-
synam sic dare debet homo, vt id statuat tā-
quam certum se potius recipere, quam dare,
num. 33. 37. 43. 44. 47. 60. 61. 70. vsque ad 72.
Et idcirco Paulus eleemosynam vocauit gra-
tiam, sicut sunt aliæ gratiæ gratis datæ, nu-
mer. 33. Eleemosynæ enim nundinæ sunt, in
quibus modico iustitiam emimus, vt carius
vendatur in futuro, per illam enim fœneratur
homo Deo, nu. 38. 41. 53. & 79. Quia ergo isti
offerre regnum temporale Christo volebant
propter eleemosynam, illud repudiauit, quia
cū beatius sit dare, quam accipere, iam dādo
præmium acceperat ex vna parte, & ex alte-
ra, præmium æternum eleemosynæ esse debi-
tum voluit docere. Fugit etiam Dominus, ne
dum ipsi eum facere Regem vellent, perirēt,
& Romani, ipsorumque duces subuerterent
regnum, & gentē. Homines, qui cum subditi
essent principibus Romanis, nouū Regē crea-
re intentabant, quæ res infestissima foret abs-
que dubio Tiberio Cesari tunc imperanti, &
Pontio Pilato, qui loco illius præsidebat illi
prouinciæ. Ea enim fuit Domini bonitas, vt
honorem hunc repudiauerit fugiens, & com-
pellens discipulos suos, vt abirent, Regnum
non vult cum hominum aut damno, aut perí-
culo. Is enim est Dei amor, vt in aduersitati-
bus hominum dolere, & turbari se insinuet,
quando & quæ hominibus accidunt tristia, si-
bi etiam accidere dicit, lib. 1. cap. 6. nume. 6.
vsque ad 8. Et sicut olim Deus persecutiones
Iudæis illatas & vocabat proprias, & vindica
bat vt tales, ibidem numer. 15. sic & modo
regnum repudiat, a quo ipsis nocumentum
possit accidere. Qui enim dicitur tribulari,
quando homo tribulatur, numer. 25. in angu-
stias conicere non vult homines regni sui tē-
poralis causa.

2 *Cum sero esset factum, erat nauis in medio ma-
ri, & Iesus solus in terra, & uidit discipulos labo-
rantes in remigando, &c.* Dominus circa quartam
vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra
mare, discipuli non supra mare, sed in naui la
borant in remigando, quibus & ventus con-
trarius est. Hoc mirabile in naui periclitari
discipulos, in mari periculis pleno deambula-
re Dominum super vndas procellis agitatas,
vt intelligas, quod etiamsi conformiter ad re
rum naturas in mari ambulanti periculū in-
gens deberet imminere, vt absorberetur flu-
ctibus, quo periculo carebant, qui nauim con
scenderant, sed tamen personarum differētiæ
in causa sunt, ut unus inter pericula tutus
sit, alter, vbi minus est periculum, periclite-
tur. Iudæi, quibus Deus astat, ambulant per
siccum in medio mari, siccum etiam ingredi-
untur Aegyptij, & continuo inuoluuntur
fluctibus. Portenta sunt in Aegypto Aegy-
ptiis, quæ eos vehementer angunt, qui-
bus carent Iudæi inter illos commorantes.
Sancti vbicumque se repererint, iuuāte Deo,
ambulabunt super mare, vento existente con-
trario, vbi alij peribunt, etiam in naui degen
tes. Anno primo Balthasar Regis Babylonis *Dan. 7.*
somnium vidit tale: Videbam, inquit, in visio
ne mea nocte, & ecce quatuor venti cæli pu-
gnabant in mari magno. Et quatuor bestiæ
grandes ascendebāt de mari diuersæ inter se.
Prima quasi Leena, & alas habebat aquilæ, &
cor hominis datum est ei. Et ecce bestia alia
similis vrso in parte stetit, & tres ordines erāt
in ore eius, & in dentibus eius, & sic dicebant
ei: Surge, comede carnes plurimas. Alia quasi
pardus, & alas habebat quatuor super se, &
quatuor capita erant in bestia, & potestas da-
ta est ei. Post hæc aspiciebā in visione noctis,
& ecce bestia quarta terribilis, atq. mirabilis,
& fortis nimis, dētes ferreos habebat magnos
comedēs, atq. cōminuens, & reliqua pedibus
suis conculcans, &c. Aspiciebā ego in visione
noctis, & ecce in nubibus cæli quasi filius ho-
minis veniebat, & vsq. ad antiquū dierū per-
uenit, & dedit ei potestatē, & honorē, & regnū
& omnes populi tribus, & linguæ ipsi seruiēt.
Potestas eius potestas æterna, quæ non aufere
tur, & regnū eius, quod non corrūpetur. Mun
dus in hoc statu constitutus, vbi dęmones tot
excitant fluctus, in mundo tanta mala, bella,
dissensiones, peccata, quando totus mūdus in
maligno positus est inter bestias crudelitate
incredibili plenas, in hac nocte imitatores
Christi iusti ambulant in medio mari, vt quō
dā Ioseph inter Aegyptios, in Niniue Tobias,
apud idolatras Mesopotamios Iacob, apud Ba
bylonios Prophetæ in medio maris ambula-
bāt Deo placēte, multi vero in medio tantæ
perditionis salui euasērūt. Dixerat Deus septē *Apoc. 16.*
Angelis, qui in manibus suis habebant septem
phialas: Ite, & effundite phialas iræ Dei super
terrā, & secundus effudit phialā suā in mare,
& factus est sanguis, tamquam mortui, & om-
nis anima viuens mortua est in mari. In mari
vbi phiala Dei est effusa, vbi homines iter pro
cellas mille subdūtur periculis, in medio la-
queorū ambulātes, habitāteq. vbi sedes est Sa
thanę, inter fluctus ambulāt tuti, & alij in ma-
ri vix euadūt. Id perpēde, quod vir Sāctus, vbi
cūq. se repererit, etiā vbi occasiones ad bene
operandū defuerint (sicut desunt in fluctibus
maris ad ambulandū) ibi eas & quęret, & inue
niet in grande meritū suū. Virtutem. n. opera
ri, quando occasiones abfuerint, maxime cō-
mendat iustum, li. 1. c. 12. nu. 40. Locus. n. quā-
doque parum conducit, vt homo operetur bo
num, li. 6. c. 4. nu. 9. li. 8. c. 7. nu. 9. li. 10. c. 9. nu. 2.
5. & 6. Quandoque uero in loco, in quo innu-
meræ apparent occasiones, quæ homines alli
ciant ad bene operandū, vbi vix & multa cum
difficultate possunt homines peccare, ibi fiūt
abominabiles. Qualiter & religiosis aliquādo
contingit, qui cum, occasionibus deficientibus,
tutiores sint a lapsu, quam sæculares, li. 15. c.
7. n. 2. Religiosi in portu sunt, sed ibi aliquādo
colliduntur naues, & pereūt, li. 15. c. 6. nu. 3. 4.
& 9.

& 9. Immo cum ponte pertranseant procello
sum sæculi mare, sæculares vero fluctibus fe-
re immersi, li. 15. c. 2. num. 16. ca. 4. num. 14. Et
hi velut in cælo tuti sæculariū naufragia pro-
spectent, li. 15. cap. 2. num. 12. Sed tamen sicut
nullus melior est eo, qui in religione profecit,
sic nullus deterior, quam qui ibi cecidit, lib.
9. c. 21. num. 5. Vnde nullus de loci securitate
præsumat, li. 10. ca. 9. num. 2. 3. 5. & 6. li. 15. c. 6.
num. 3. & 4. Licet enim religionis locus aptus
nimis sit ad virtutem, hominum tamen mali-
tia aliquando non prodest, lib. 6. ca. 5. num. 9.
Vnde dum inter turbas in sæculo multi sæcu-
lares recte viuunt, in fluctibusque ambulātes
in bono conseruantur, in confusionem maxi-
mam sunt his, qui Ecclesiastici sunt, & adhuc
ea, ad quę tenentur, non seruant, implentes illi
in sæculo multa, ad quæ solo Dei consilio agū-
tur, libr. quinto decimo. cap. quarto, nume. 15.
3 Indubitata quidem res est, quod aliquando i-
stud accidet, vt similis Christo iustus ambu-
let super mare, & quod in naui alter laboret
in remigando, & mille periculis plenus an-
xius vix euadat, aut certe incolumis non eua
dat. Sed quod pereat certum id quidem. Sed
tamen non ideo inter scorpiones tutus erit
homo, nec in medio laqueorum ambulare vi-
lus velit, sed elongetur fugiens, & maneat in
solitudine expectans eum, qui saluum ipsum
faciat a pusillanimitate spiritus, & tempesta-
te. Nullus sibi fidat, quod inter pericula secu-
Matth. 14 rus erit, potens ambulare supra mare. Id
enim solius Christi est, & eorum, qui ipsius spi
ritu aguntur, vt Petro contigit, qui veniebat
ad Christum, iussus ab ipso, cui & periculum
non defuit. Malorum societatem tamquam
concilium ludentium vitabant Sancti, lib. 2.
cap. 19. nume. 4. lib. 11. cap. 5. numer. 7. Cum
enim mali abysso optime comparentur, non
mirum si inter ipsos pereant alij, lib. 3. cap. 27.
nume. 4. & 5. Mundum enim istum, & munda-
nos innumeris malis inuoluit diabolus, lib. 4.
cap. 33. num. 1. vsque ad quartum, ca. 34. num.
1. & 11. Mundum ergo odire debet homo, ut
Deo per amorem viuat, lib. 9. cap. 14. num. 22.
Est enim stultitia non modica, si periculis, ten
tationibus, &c. se ingerat homo, qualis esset,
si propria voluntate homo vellet super flu-
ctus maris ambulare, ibi vi tempestatis, aut
alia quauis occasione iactatus nitatur fluctus
natando vincere, vt euadat, sed periculum ip-
se non quærat. In tentationibus, & tribula-
tionibus ostenditur Sanctorum virtus, libr. 2.
cap. octauo. num. 9. & 10. cap. 11. num. 31. libr.
6. cap. nono, nume. 5. & 9. lib. 9. cap. 15. num. 4.
& 5. cap. 20. num. 4. 7. 14. & 23. Sed tamen ten-
tationibus audacter ingerere se temerarium
est, & stultum, cum autem illæ venerint, virili
ter recipiendæ, ne vincatur, aut obruatur ho-
mo, libr. 13. cap. octauo, numer. nono.

4 *Iesus erat in terra, & uidit discipulos suos laboran
tes in remigando.* In littore Dominus erat, &
intuebatur eos, qui in remigando laborabāt,
quoniam quamuis ad tempus absens videa-
tur Deus, suosque in periculis derelinquere,
ab eis re vera oculos non auertit, sed eorum
labores considerat, & ipsis præsens est. Chry- *Chry. ho. 51.*
sostomus: Adfuit Christus quarta vigilia no *in Matth.*
ctis discipulis in naui afflictis; ne statim in
miseriis venientes cogitent remedium sequu
turum, sed patienter expectare oportet. Et
præterea dum arbitrarentur periculum aufu
gisse, turbati sunt. Aliquando enim, dum labo
res minores deficiunt, incipiūt alij maiores;
sic Iob tribulato consolatores onerosos mi-
sit Deus: sic Iacob, cum euasisset exilium, a so
cero suo Laban persecutionem passus, & cum
ab isto iubente Domino liberatus est, Esau
frater ipsius metum illi incussit. Abraham, pe
riculis multis perpessis, iussus est filium im-
molare Deo. *Venit Iesus discipulis ambulans super
mare, sed conterriti sunt continuo credentes illum phā
tasma esse.* Sicut Deus arma sumit, vt nos ab
hostibus tueatur, lib. 2. cap. 9. num. 22. Cuius
protectio optime comparatur scuto. ibidem
num. 30. sic adest his, qui in tribulatione sūt.
Dei auxilium videtur serum homini in angu
stia constituto, lib. 4. cap. 7. num. 10. & 11. ca.
12. num. 13. cap. 14. numer. 1. cap. 18. numer. 9.
cap. 21. num. 7. lib. 9. cap. 20. numer. 23. Adest
Deus continuo laboranti, ne succumbat, sed a
labore liberat hominem, quando id iudicaue
rit expedire. Deus enim stans a dextris pau-
peris saluam facit a persequentibus animam
eius, lib. 4. cap. 19. nume. 10. Deus iustis adest,
vt videant quid a se habeant, & quid ab ipso,
lib. quarto, cap. 21. nume. 8. Deus exurgit in
ira, & exaltatur in finibus inimicorum, dum
a diaboli potestate eruit homines, lib. 4. cap.
23. num. 8. Deus firmat oculos suos super iu-
stos, quia ipsi leuant oculos suos in Deum, li.
quarto, cap. 26. nume. 8. *Erant discipuli laboran-
tes in remigando*, sed Deus continuo astitit eos
prospiciens, ne perirent, licet ab ipsis non vi
deretur. In hoc mundo corripimur, ne cum
hoc mundo damnemur, lib. 6. cap. 9. num. 20.
& 21. In laboribus tunc maxime adest, dum
absunt homines, lib. 9. cap. 15. nume. 19. Labo-
rabant in remigando, vita enim hæc absque
laboribus transigi non potest, abundat enim
laboribus vita, vt a mundi seruitute liberen-
rentur homines, lib. nono, cap. 15. num. nono,
& decimo, lib. 10. cap. primo, numer. 4. & 15.
Labores necessario ferunt boni, & mali. Si
ergo laborandum est, labores iustorum eligere
expedientissimum est, libr. 10. cap. primo,
num. 13. vsque ad 15. lib. 18. cap. 8. num. 8. & 9.
Labores malorum intolerabiles, quos illi nō
sentiunt, dum ebrij sunt, lib. 10. cap. 1. num. 8.
12. & 15. Laboriosam autem vitam iustorum
eligere debemus, hanc enim agens Paulus in
paradisum raptus est, a quo & Adam fuerat
exclusus, quando otio vacauit, & deliciis, lib.
decimo, capit. primo, numer. quinto. *Cessauit
uentus*, vt intelligas, quo modo a laboribus
ad requiem vocet nos Deus, cum potius ab
otio ad labores ueniant Christiani, libr. no-
no, cap. 15. nume. 40. & 41. lib. decimo, cap. 1.

4 nume.14. Deus erat in terra aspiciens discipulos, nihilominus ipsi laborabant in remigã do, tribulationibus enim, tentationibus, ac periculis ingruentibus, ac instantibus non omnia diuinæ curæ relinquenda sunt, sed laborare, quo applicemus ad portum securitatis per lectionem, orationem. Iuuetur homo ieiunio, flagellatione: Remiga, & labora, vt Deus assistat laboranti, & liberet a periculo. Cooperari enim diuinę gratiæ necessarium est, lib. septimo, cap. octauo, num. 5. Gratia *Dei* efficit, ne solus sit homo, sed cum Christo, a quo fulciatur, & habeat emolumentum societatis, num. 20. & 21. Gratia *Dei* dat pro terra silicem homines efficiens fortes, numer. 29. Gratia Dei principaliter operatur bonum, cui cooperari debet homo, lib. septimo, capit. nono, num. 5, 6. 8. vsque ad 16. & 19. In tentationibus, & tribulationibus *Deus* assistit, & adiuuat, ne vincamur, lib. secundo, cap. nono, num. 31. vsque ad 33. cap. 11. num. 17. libr. 4. ca. 16. num. 11. lib. 6. cap. 8. num. 5. 7. 8. & 31. libr. 7. cap. 9. num. 6. libr. 9. cap. 15. nume. 3. 28. 29. 42. & 43. cap. 20. num. 1. 12. & 21. A tribulationibus dum nullus securus est, congregat Deus, sicut in vtre aquas maris, lib. sexto, cap nono, num. 30. Tentationibus succedunt consolationes, quibus illæ mitigantur, lib. septimo, capit. quarto, num. 16. & 17. In tentationibus, & tribulationibus Christus turris est, cuius exemplo, & ope vincere debemus, libr. 17. capit. 4. nume. 17.

5 *Cumque egressi essent de naui uenerunt in terrã Genesareth, & applicuerunt. Cumq. egressi essent de naui continuo cognouerunt eum. Et percurrentes uniuersam regionẽ illam, cæperunt in grabatis eos, qui se male habebant, circumferre.* Cum primum Gerasenorum terram ingressus est, qui illum viderunt, cognouerunt eum, & percurrerunt vniuersam regionem illam, vt Christi Domini aduentum cæteris nuntiarent, vt hoc medio suis prouiderent necessitatibus. Non sufficit incolis agnoscentibus Iesum propria consolatio, sed per omnem regionem discurrunt annuntiando præsentiam Christi. Proximorum enim salus simul cum propria procuranda est. Proximi periculum qui contemnit, in eo proprium inuenit, lib. primo, cap. 15. num. 8. & 9. Experti erant hi Christum aduentare solitum ad eos, vt eorum necessitatibus misereatur, vnde proximos diligunt, eorumq. saluti intenti sunt, dum perpendunt Christũ eos diligere, & eorum saluti incumbere, libr. primo, cap. 15. num. 10. 14. 19. & 23. Proximorum dilectio si desit, nihil in homine est magnum, num. 6. vsque ad 9. & 15. Proximi vtilitati qui consulit, in illa propriam inuenit, nume. 8. & nono, cap. 16. num. 16. Proximos sic diligere debemus, vt ipsorum portemus onera, libr. 15. cap. 16. num. 1. 7. & 8. Aliter vt eorum necessitatibus prouideamus, quo modo possimus, sicut isti fecerunt aduentum Christi nuntiantes, lib. primo, cap. 16. numer. 2. 3. 9. 10 & 12. Barbari hi erant, tamen propria salute non contenti, vniuersam regionem non paulatim ambulantes, sed percurrentes transegerunt, vt Christi aduentum ederent, vt cæteri ad Christum pro remedio properarent salutem ab ipso quæsituri. Cum Samaritana illa mulier post longam cum Christo Domino confabulationem, postea quam mira ab ipso audiuit, & vt Propheta reuelauit, quæ omnibus ipsa credebat incognita, reliquit hydriam, & properans venit in ciuitatem clamans: Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia, quęcumque feci. Audiuit Andreas Baptistam de Christo dicentẽ: Ecce Agnus Dei, & accesserunt ipse, & socius ad Iesum. Inuenit hic primum fratrem suum Simonem, & dicit ei: Inuenimus Messiam, quod est interpretatum Christus, & adduxit eum ad Iesum. Sed hic & Iudæus erat Baptistę discipulus, qui sanctitatem Christi maxime commendarat, illa, etsi pagana, conuicta rationibus multis reliquit hydriam, vt nũtiaret Christum Samaritanis. At hi, cum primũ Dominus egressus est de naui, cum primum ab ipsis agnitus est, quod ipse esset, qui quandoque ipsos inuiseret, & benefaceret, illi nec verbum loquuti percurrerunt vniuersam regionem aduẽtum Christi nuntiantes, vt vnusquisque suæ prouideret necessitati. Fideles erant illi, qui ingrediente Domino in Hierico cęcum pro remedio clamantẽ, & impediebãt, ne accederet ad Iesum, & increpabant, eo quod clamaret, & idem contigit duobus cæcis in egressu Hierico. Et qui erat in piscina, vbi tot concurrebant homines & Ecclesiastici, & sæculares, cũ scirent Christum Dominum sanitatem restituere multis, non duxerunt illum ad Iesum. Immo & Iudæorum miserandam crudelitatẽ explicuit Dominus, dum retulit quendam a latronibus misere vulneratum, & visum a Leuita, & Sacerdote præteriisse, cuius curam ille solus egit, qui Samaritanus erat, ac infidelis. Sic & contigit his, qui cum tales etiam essent, percurrentes vniuersam regionem, non vicum, aut villam proximam de salute aliorum extitere solliciti. Id enim ediderant & exẽplo Christi, & doctrina ipsius hoc primum rudimentum futurum illius, qui Christo gratus esse deberet, & ab ipso consequi, quę postularet. Est enim charitas fons omnium donorũ, & via ad illa conquirenda, lib. 3. cap. secundo. num. 1. 21. 22. 31. 42. vsque ad 44. Charitas diadema regium est, quo dignoscuntur Christiani, lib. 3. cap. secundo, numer. 9. De charitate quod patiens est, benigna est, non æmulatur, non agit perperam, non quærit quæ sua sunt, & cætera, quæ Paulus dicit, explicantur, libr. 3. cap. 2. num. 16. vsque ad 18. numer. 42. vsque ad 44. Charitas lex multiplex dicitur, quia licet vna sit, si perfecta sit, ad innumera opera accendit, nume. 42. vsque ad 44. Charitatis officium est, vt per eam inuicem onera nostra portemus, ad quod exemplo Christi mouendi sumus, num. 39. vsque ad 41. Cum hæc virtus propria sit Christianorum, qua ab alijs separamur,

Ioann. 4.
Ioann. 1.
Luc. 18.
Ioann. 5.

ramur, mirabile est, quod barbari videntes Dominum continuo percurrerent totam regionem, vt aliorum bono, saluti prouiderent, nos autem barbaris deteriores proximorum salutem nec curamus, nec desideramus. Et cum charitas aliena bona, aut mala propria efficiat, nos impudentes trito prouerbio, ac vulgari dicimus: *Mal ageno de pelo cuelga*, cum viro Christiano nullum malum alienum sit, vtpote qui infirmato fratre debeat ipse infirmari, & scandalizato fratre, vri. Tolerabile autem istud malum esset, si inuidia in innumera nos non coniecisset mala, dum non solum aliena bona non curamus, ac proximis congratulamur in prosperis, & tabescimus in eorum aduersis, sed cruciamur eorũ prosperis successibus, & tribulamur visis bonis, gaudemus autem in proximorũ ruina, quod reprobationis apertum est signũ. Mali enim cruciantur, visa bona vita iustorum, libr. 1. cap. 25. num. 6. Et cum inuidia sit interitus vitæ, pestis naturæ, aduersa omnibus, *Deo* maxime contraria, lib. 9. cap. 5. num. 2. 3. 15. 17. & 26. & feritate omnia bruta animalia vincat, nume. 5. 7. 11. & 20. cumque inuidia hominem in diabolum conuertat, a qua innumera mala ortum habuere nu. 8. vsque ad 20. 24. 27. & 28. nihilominus plerique Christianorum hoc morbo pestilentissimo infecti flent cum gaudentibus, & gaudent cũ flentibus, quia de corpore Christi non sunt, num. 23. Horum damnationem indubitatam (nisi resipiscant) proferunt hi barbari surrecturi in iudicio, vt condemnent nos, qui viso Domino, priusquam proprijs malis prouideret, percurrentes vniuersam regionem nuntiauerunt Domini aduentum, vt quisque saluti propriæ, aut fratris, aut filij, &c. prouideret.

6 In enarratione huius Euangelij, quando discipuli erant in naui, duo ipsis contigerũt. Alterum fuit reale, & verum periculum, in quo fuere contrario existente vento, dũ laborarent in remigando, nauigantes periculo submersionis subiecti; alterum periculum, quod ab ipsorum imaginatione processit, vbi cum Dominus Iesus aduentasset, vt illorum remedio prouideret ambulãs supra mare *putauerunt eum phantasma esse, & conturbati sunt & exclamauerunt.* Vtrique autem periculo Deus prouidit, vni ascendens in nauim, & præcipiẽs vento, vt cessaret; alteri, dũ exposuit stulte ipso tamquã phantasmate turbari, cum illorũ esset consolator & auxiliator. In quibus animaduertere debet homo, alia esse, & imminere Christianis pericula in vita, quę hoc nomine digna sunt, suntq. maxima, in quibus timere debet quiuis homo cordatus. Alia sunt pericula, & timores, ac metus, qui sola hominum imaginatione arbitrantur tales, quos nullos esse perspicit, qui illis manum porrigit. Pericula vera, & quæ summopere, diligentissimeq. cauenda sunt, illa sine dubio sunt, quæ ab inimicis hominis procurantur, de quibus *Dauid* aiebat: In via hac qua ambulabam absconderunt superbi laqueum mihi. Dum laqueos abscondunt in honoribus, in infamijs, in diuitijs, in paupertate, in salute, in infirmitate, in otio, in negotio, in filijs, in vxore, in silentio, in locutione, quoniam dæmon, aiebat Bernardus, omnium discutit consuetudines, ventilat curas, scrutatur affectus, & ibi causas querit nocẽdi, vbi nos studiosius viderit occupari. Quis reuelabit faciem indumenti eius, & medium oris eius quis intrabit? Portas vultus eius quis aperiet? Necessarium est vt sponsus stet post parietem nostrum prospiciens per retia, vt in retibus, & periculis stans sponsus, & contemplans discipulos laborantes in remigãdo adiuuet, & vires præbeat sponsæ, ne capiatur, & vinciatur, sed ab ipso adiuta clamet: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium, laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Timere non debet homo sciens dæmones singulos singula peccatorum genera hominibus & proponere, & persuadere? lib. 2. cap. 5. numer. 3. lib. 4. cap. 35. num. 13. Diabolus inimicus infatigabilis, atque terribilis, lib. 2. cap. 5. nu. 20. vsque ad 22. 43. & 44. cap. 6. num. 30. vsque ad 32. cap. 8. num. 28. & 29. lib. 3. ca. 10. nu. 9. lib. 4. cap. 33. num. 3. vsque ad 5. cap. 35. nu. 3. 7. 8. & 9. Diabolus laqueos innumeros ante homines statuit, vnde & caute, & meticulose incedendum est, lib. 2. cap. 7. nume. 23. & 30. lib. 4. cap. 30. num. 10. 15. vsque ad 19. ca. 31. num. 17. 21. 40. & 43. Sed tamen dum Iesus in terra steterit, nos non peribimus, nisi id velimus. Vt enim aiebat Origenes, solus Deus nobis patrocinari sufficiens est. Sicut enim de solo Iosue scriptum legimus: Sol contra Gabaon ne mouearis, istud officiũ Christi Domini est. Dum nos contra potentissimos hostes bellum gerimus, id postulare debemus, vt sol iustitiæ nobis indesinenter assistat, nec duobus diebus, sicut tunc sol immotus stet, sed omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi, quousque perfectam victoriam reportantes arcus fortium fit superatus, & nos infirmi robore accingamur. Contra diabolum pugnantibus Deus patrocinatur, lib. 2. cap. 9. num. 1. 3. 4. 7. 8. 10. 11. 19. 24. vsque ad 26. 32. vsque ad 34. Sunt alia pericula, quæ a propria carne, & multo plura, quæ ab alijs patimur hominibus sceleratis, quæ in maximos conijciunt metus homines, qui potiori iure, quam Iob, dicere valent: Neque fortitudo lapidum fortitudo mea, neque caro mea ænea est. Merito ergo timere debemus omnes, & ad Deum clamare: Saltum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum. Non libido demergat me, non absorbeat auaritia, aut inuoluat ambitio, odiũ fratris, &c. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia, veni in altitudinem maris, & tem-

Aug. in solido.
Orig. hom 3. in Cans.
Hom. 1. in Iosue.

& tempestas demersit me. Cum enim in naui fuerit homo expansa habens vela, & in manu remum, & laboret in remigando non solus, sed adiutus a fratre, quando homo vt ciuitas firma esse solet, fluctus insurgētes tales sunt, ac ita validi, vt Gigantes submersi gemant sub aquis, nisi potentissima Dei manu & iuuentur, & liberentur. Hæc pericula sunt, in quibus erant Apostoli in mari, & forte lassati iam in remigando, si astante Christo, ventus non cessaret, perirent. Cum Dominus postera die celeberrimum miraculum panum patraturus esset, quo eius maiestas, & potentia, ac bonitas mundo innotesceret, discipulis vsus tamquam instrumentis, qui dum panes porrigerent discumbētibus, multiplicatus est. Hæc magna fuit ipsorum honorum grandis auctoritas, qui Domini ministri extiterant in patrando miraculo, sed vt animaduerterent propriam infirmitatem coniunctam potentiæ, quam a Deo receperant, continuo laborantes in remigando in breui lacu & fatigantur, & pereunt, vt considerent infirmitati propriæ fidere non posse. Sic cuncta disponit Deus suauiter, & prudentissime in Sanctis, dum subleuantur, & deijciuntur in proprium bonum. Sic Elias miracula vix credibilia perpetrat iã claudens cælum, ne pluuia sit, iam aperiens, vt obstupescat mundus, & post paululum consternatus animo, & in vmbra iuniperi proiectus postulat a Deo, vt moriatur, ab vna Iezabel in has angustias coniectus. Iam Paulus rapitur vsque ad tertium cælum in Damasco existens, & continuo, ne a Præposito ciuitatis comprehendatur, per murum deponitur a fratribus in sporta, & sic fugit manus eius, qui dudum per aera volitabat, in sporta demittitur per murum. Iam semicintia illius omnibus ægris admota dant salutem, iam nouorum dæmoniorum annuntiator vocatur. Iam vmbra Petri curat omnes infirmos, iam flagellatus, vinctusq. catenis duabus iacet in carcere. Sic & discipuli dudum innumeros homines satiant, iam periclitantur in naui. Hæc quæ reculimus pericula sunt vera, & quæ hoc nomine digna censeantur a viris & iustis, & sapientibus.

7 Alia pericula sunt, quæ velut somniata apparent aliquando hominibus in nocte huius sæculi laborãtibus talia, quæ si clara die perspicerentur, metum producere non deberēt, Christus Dominus in vigilia quarta noctis aduentabat, vt labori, & periculo discipulorum prouideret, & cum hæc futura esset tota eorum consolatio, ipsi putabant quod phantasma esset. Ascendit Christus in nauim, & cognoscunt se delusos esse. De quibus aiebat Dauid: Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto? Gradus, quibus ascēdebatur in regium thronum Salomonis, leonibus, & leunculis abundabant, sed depicti illi erant. Stultus solus, aut vero infans, vel qui nocte videre id non posset, aut fugeret, aut timeret. Quanti isto metu acti thronum veri nostri Salomonis non audent ascendere, dum fingunt terriculamēta quædam in operibus, virtutibus, quæ oriuntur, quia ea non tangunt, quia peccatis obcæcati sunt, insani & paruuli sensibus, non autem malitia; euanescerent autem cuncta hæc si tangerentur? Et sicut ridemus infantes flentes, fugientes, aut timentes ea, quæ nihil sunt, quia cum intellectu careant, nec rerum valeant iudicare differentias, ea timent, quæ ridicula sunt, & in illis securi sunt, quæ viri fortes, & prudentes secundum rectam rationem timerent. Dicit piger: Leo est in via, in itineribus occidendus sum, &c. Sicut vertitur ostium in cardine suo, sic & piger in lectulo suo. Propter modicum frigus arare desijt piger, mendicabit æstate, & nemo miserebitur eius. Modico frigore motus, difficultate modica, immo sæpe ficta, cōsiderata ea reliquit, quæ eius concernebant salutem. Lectulum relinquere tam grande malum erat? Minime. Sed erat phantasma peccatori trepidanti, vbi non erat timor, & ne manum a sinu extraheret (rem ridiculam, immo lamentabilem) stultus fame vitam finiuit, quod brutum animal non fecisset. Putas tu nobilis, & delicatus, quod in religione, vir, aut femina etiam nobiles, & delicati manum miserunt ad fortia, sed & digiti apprehenderunt fusum, modicus enim hic labor est, & tu credis non solum consilia, sed nec præcepta posse complere? Mille timoribus cruciabatur Augustinus, dum pristinæ vitæ mori voluisset, & ad Deum redire, quos ipse in confessionibus recensет, & tamen cū lux animæ ipsius irradiauit, quando iam euacuauit quæ erant paruuli, dixit: Domine, quam suaue mihi factum est carere suauitatibus nugarum, & quas dimittere metus fuerat, iam dimittere gaudium erat? Si Christus Dominus in nauim ingressus fuerit clara luce, deprehendes phantasmata tantum timuisse. Lamentaberisque quod metu isto imaginario virtutis pulcherrima lucra reliqueris. Mandata Dei dulcia sunt spiritualibus, licet carnalibus amara videantur, lib. 5. cap. 8. num. 10. Mandata Dei dulcia sunt, etsi febricitantibus talia non appareant, lib. 11. cap. 3. num. 29. cap. 4. num. 1. & 16. Mandata Dei grauia sunt in cortice, sed suauissima in medulla lib. 11. cap. 4. num. 16. Virtus sic est in homine, sicut alæ in auibus, quarum pondus eas attollit in nubibus lib. 2. cap. 17. num. 24. lib. 18. cap. 14. num. 22. In virtute sola reperitur vera voluptas, lib. 14. cap. 11. num. 3. lib. 18. cap. 11. nume. 9. & 21. cap. 14. num. 12. Viæ enim, per quas ducit Dominus iustos, rectæ sunt, pulchræ, plenæ & planæ, libr. 18. cap. 4. num. 12.

DO-

DOMINICA PRIMA in Quadragesima.

Euangelium.

Ductus est Iesus a spiritu in desertum, vt tentaretur a diabolo. Matth. 4.

Dominica I. in Quadragesima.

DE re hac in expositione huius Euangelij, in quo & de hominū bellis, quæ perpetiūtur ab hostibus varijs, de eorum fortitudine, & adiutorio differitur latissime, libr. 2. cap. 5. vsque ad 9. In quibus docentur homines bellum grande sustinere a tribus potentissimis hostibus, contra quos perfectam victoriam consequi non valemus, dum viuimus cap. 5. cap. 6. Quod bellum grande patiuntur qui conuertuntur ad Dominum, in septimo, in militia Christiana qualiter sit viuendum, & quibus armis pugnare debeant homines, in octauo, quod in in bello, quod patimur a dæmone, multa nos debent consolari, in nono vero, quod bella nostra Deus pugnat, si velimus, sed ob id nec otio torpere debent homines, nec de victoria superbire. In libro etiam 4. cap. 30. & infra per octo capita sequentia agitur de diaboli tentationibus. In 30. quidem qua ratione diabolus acriter tentet in fine vitæ, & quando vitia suadet virtutum fuco, quod mali non intelligunt. In 31. ad homines perdendos diabolus varia habet media secundum vniuscuiusque conditionem, & inclinationem. In 32. docetur, quod diabolus victus a Christo Domino vincit nos, quia ipsi & incuruamur illi, & præbemus arma. In 33. quod diabolus multa mala intulit mūdo, multosq. habet irretitos, sibiq. subiectos. In 34. diaboli cibus, & habitatio sunt peccatores, etsi ad horam iusti illi subdantur, quod frequenter cedit in ipsorum vtilitatem. In 35. diabolus infatigabilis contra nos, cuius tota mens est animas perdere, etsi quandoque in rebus temporalibus inferat damna, eius tamen audaciam moderatur Deus. In ca. 36. docetur, quod diabolus semper inimicus habēdus est, etsi minister Dei sit, & iustorum, illorumq. est flagellum. In cap. 37. diabolus cruciatur nimis vita bona hominum, in quibus cum regnat misericordia Dei, cessat.

1 *Ductus est Iesus a spiritu in desertum, &c.* In his verbis illud in primis est diligenter animaduertendum, Deum ita intentum esse hominum iustorum profectui, & bono, vt in dies virtutibus perficiantur, & merita illorū accrescant tentationibus & victorijs, vt exultent hi, capta præda, quando diuidunt spolia, quod fit postea quam Dominus Iesus iugum diaboli superauit, lib. 2. cap. 8. num. 17. vsque ad 26. 29. & 38. cap. 9. nume. 10. Qui & nobis pugnantibus indesinenter assistit, lib. 2. cap. 9. num. 3. 4. 7. 8. 11. & 19. distribuitq. nobis sedes dæmonum, quos vincimus, dum illis resistimus, num. 4. vsque ad 8. Ipse qui & dux est in bello, quod cum hostibus gerimus, lib. 3. cap. 9. nume. 49. Quando his omnibus medijs victores effecti iusti non tententur ad tempus, Deus ipse, spiritus ipse nos ducit in desertum, vt Christo Domino contigit, qui a Spiritu sancto ductus est, vt tentaretur. Triūphauerat olim Iacob de Laban socero suo, de Esau fratre, iam ille in pace remeauerat ad propria, & fratris indignationem moderatus fuerat Deus, & quando hæc omnia desunt Iacob sancto, Angelus de cælo venit, cum dormiret iam securus, vt luctaretur cum eo tota nocte, vbi fortiter dimicauit Iacob, & vicit, & Israel vocatus est, & nomen suum Deus hoc medio in toto orbe fecit celeberrimum. Abraham in Aegypto, &c. dimicans cum quatuor Regibus tentationes, & pericula contigerunt, quibus peractis, vt sancti Patriarchæ merita crescerent, vox venit de cælo dicens: Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in vnum montium, quem monstrauero tibi, & offeres eum in holocaustum. Et Prophetæ Iob cū seruus nuntiaret, quæ in gregibus contigerunt aduersa, & in facultatibus, & possessionibus illius dixit: Ignis venit de cælo, non e terra, vt Domino sic disponente, doceret illa accidere, vt iusti patientia & probaretur, & agnosceretur. Sic & Christus Dominus a Spiritu sancto ductus est, vt tentaretur. Et si quando dæmon homines tentauerit (vt facit semper) id non potest, nisi prius a Spiritu sancto ductus homo ipsius tradatur potestati. Hæc est enim ratio ait, D. Gregorius, propter quam cum nomine Behemoth de diabolo Deus loqueretur ad Iob dixit: Qui fecit eum, applicabit gladium eius. In quibus verbis id significare Dominus voluit exemplo ensis, qui vagina inclusus est, ne noceat, diabolum manus habere ligatas, vt sic nec intrare in porcos audeat, Dei licentia minime requisita. Cum enim frequenter diaboli tentationes a Deo in bonum nostrum ordinentur, lib. 2. cap. 8. num. 5. 14. vsque ad 16. lib. 4. cap. 29. nu. 7. vel minister sit Dei ad vindictam malorum, num. 34. lib. 4. cap. 29. nu. 7. cap. 34. num. 14. & 21. cap. 35. numer. 9. & 14. cap. 36. num. 3. 10. 12. & 15. Tamen nocendi potestatem diabolus non habet, nisi a Deo illam acceperit, lib. 2. cap. 8. num. 34. & 42. lib. 4. cap. 35. num. 5. 6. 14. vsque ad 16. cap. 36. num. 15. lib. 6. cap. 9. num. 31. Ideo enim diabolus a Deo ligatus dicitur, quia eius potestatem coercet, lib. 2. cap. 8. num. 35. 36. 38. & 42. nisi esset ligatus, multas strages daret. Sed quamuis hoc verum sit, omnes vitam hanc timoribus plenam ducere debemus scientes certo inimicos nos habere. Res enim est indubi-

32. moral. cap. 19. Iob 40.

dubi-

dubitata, periculis ſubiacere illum, qui inimicum habet. Vnde aiebat Seneca: Inimicum quamuis humilem docti eſt metuere. Sed verius iſtud eſt, quando inimici nec videntur, nec agnoſcuntur, ac ex conſequenti vix periculo poſſunt prouidere, & damno. Omnibus indubitatum eſt ingenti ſubiacuiſſe periculo Dauid, quamdiu inimicitiæ cum Rege impio Saul nondum erant apertæ, vix enim euaſit, dum ſemel lancea illum & inermem, & negligentem pariete voluit confodere. Duoq. illi illuſtriſsimi duces Iſrael Amaſa, & Abner a Ioab interfecti ſunt, dum ignorabant illius inimicum animum. Cum ergo colluctatio noſtra non ſit aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus mundi rectores tenebrarum harum contra ſpiritualia nequi-
Epheſ.6. tiæ in cæleſtibus. Hoc ergo fuit diuinum beneficium, vt aperiret nobis inimicos nos habere, eoſq. & inuiſibiles, & potentiſsimos, vt homo aduertens viuere poſſet. Quam optime dicere nos poſſemus, perſpecta inimicorum noſtrorum qualitate, quod dixerat Chu-
2.Reg.17. ſai ad Abſalon: Tu noſti patrem tuum, & viros, qui cum eo ſunt eſſe fortiſsimos, & amaro animo, &c. Cum ergo certi ſimus inimicos nos habere, horum audaciam in propria perſona experiri voluit Chriſtus Dominus, & ideo *ductus eſt a ſpiritu in deſertum, vt tentaretur a diabolo*. Duo inter alia docere nos voluit Dominus, quibus intentus fuit in hoc itinere in deſertum iens. Alterum eſt, quod dum ſumus in hac vita, nullus locus eſt, nullum tempus, nulla hominum exercitia, quibus tuti ſimus a periculo, & in quibus diabolus non adſit, immo tanto acrius, & fortius, quanto hominem viderit melioribus exercitijs occupatum. Diabolus enim aliquando accipit iuſtos mandendos, ſed non glutiendos, dum tentat, ſed non proſternit, lib. 4. ca. 34. numer. 21. Diabolus quam rigidas perſecutiones, & tentationes mouet in Sanctos, lib. 4. cap. 31. num. 13. & 19. Diabolus enim piratæ ſimilis, quam animam viderit multis, ac pretioſis mercibus oneratam, varijs molitur inſidijs deprædari, lib. 4. cap. 31. nume. 6. Cuius faciem præcedit egeſtas, quia prius quam videatur, expoliat lib. 4. cap. 28. nu. 22. Eſtq. hæc doctrina generalis in Sanctis, dum conſiderant Chriſtum baptizatum, & a patre commendatum, & laudatum, ſtatim a diabolo tentatũ, quod is contra iuſtos acriter certat, lib. 2. cap. 5. numer. 12. 13. 20. vſque ad 22. cap. 6. num. 1. vſque ad 8. 10. 14. vſque ad 19. 22. vſque ad 36. lib. 3. cap. 10. numer. 9. lib. 4. cap. 31. numer. 35. cap. 35. numer. 1. 7. 9. & 10. Benignus erga ſuos, contra quos bellum non gerit, vtpote qui eos poſſidet pacifice, lib. 2. cap. 6. num. 3. 23. 25. 26. 33. & 34. Vnde cum ieiunaſſet Chriſtus Dominus quadraginta diebus, orationi ſolum tanto tempore vacans, teſtimonio mirabili a cęlo accepto, Deo cõuerſatus tot diebus, immo cum Deus eſſet, diabolus in deſerto illum aggreditur.

Audi, grãdis eſt in homine prudẽtię, ſi virtuti 3
velit operã nauare, & beatitudinẽ conſequi, occaſiones fugere, & loca illa, in quibus diabolus facilius illum poſsit & aggredi, & proſternere, cumq. mundus periculis ſcateat, *Pſal.33.* dicet optime vir iuſtus: Quis dabit mihi pẽnas, ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine: expectabam eum, qui ſaluum me fecit a puſillanimitate ſpiritus, & tempeſtate. Præcipita Domine, & diuide linguas eorũ, quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate, tota die circũdabit eã ſuper muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & *Ezec. 2.* iniuſtitia, & non defecit de plateis eius vſura, & dolus. Et Ezechieli, qui merito pauebat pericula, quæ inter Babylonios illi imminebant, dictum eſt, vt confideret: Tu ergo fili hominis ne timeas eos, &c. quia increduli, & ſubuerſores ſunt tecum, & cum *Hier. 9.* ſcorpionibus habitas. Et Hieremias: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo interfectos filiæ populi mei? Quis dabit me in ſolitudinẽ, & derelinquam populum meum, &c. quia omnes adulteri ſunt cœtus præuaricatorum? Et poſt pauca: Vnuſquiſque a proximo ſuo ſe cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat *Orig. hom. 3. in Hierem. cap. 20.* fiduciam, &c. Vt enim optime aiebat Origenes, Hieremiæ edifieri ẽs locum illum: Quo modo confractus eſt, & contritus malleus vniuerſæ terræ; dæmon malleus eſt totius terræ, malleator autem frater tuus eſt, qui filius eſt Cain fratricidæ, primus malleorum inuentor, cui ſimilis eſt frater, qui fratrem perſequitur. Malleus nihil efficere poteſt, niſi manus adſit malleatoris, quæ illo vtatur: in qua re non ſolum illud animaduertendum eſt, quod diabolus hominem perdere non valet, niſi ille velit, vt in hac triplici Chriſti Domini tentatione viſum eſt, ſed illud etiam dico, quod multa, quæ per ſe diabolus homini perſuadere non poteſt, adiutorio alterius hominis illud ſuadebit. Sicut Adam aggredi per ſe non eſt auſus, ſed per feminam: & Iob ſimiliter per vxorem ſuam. Hæc Origenes. Et ideo quando mulier illa erat par- *Apoc. 12.* turiens, & cruciabatur, vt pareret, & draco aderat, vt natum filium protinus deuoraret; aptiſsimo medio vſus Deus alas aquilæ dedit feminæ, vt in deſertum volaret, vbi & ipſa, & proles a potentiſsimo inimico tutarẽtur. Quid in ciuitatibus perſpicimus? Vbi ſocietates malorum ſunt, exempla ſceleratorum, in mundo peſtis graſſatur, in medio autem eius aere corrupto non infici vix poſſibile eſt. Vbi iuramenta, & periuria, ludi, inimicitiæ, detractiones, luxuriæ, cõtractus iniuſti. Vnde Ambroſius aiebat to. 1. in epiſtola ad virginem deuotam: Quid vis ſcire cum viris ſæcularibus? perditionem, quam ipſi ſequuntur? Si caſtitatem quæris hanc, illi non habent. Si fidelitatem quæris, quis eſt fidelis in illis, quem tu comitaueris? Si autẽ Chri-

Chriſtum quæris, non manet in illis. Et Infra: Rogo te, quid tibi demonſtrant homines huius ſæculi? Caſtitatem, quam non habent? Fidem, quam non inueniunt? Doctrinam, quam non ſciunt, niſi diabolicam ſapientiã huius ſæculi? Ieiunium, quod odiunt? Abſtinentiã, quam iudicant? Humilitatem, quam opprimunt? Sobrietatem, quam negligunt? Sinceram mentem, quam non habent, niſi duplicem? Verecundiam, quam proijciunt a ſe? Vt homo diaboli congreſſus effugiat, cum illorum pleriq. manibus aliorum hominum efficiantur, optimum remedium erit in deſertum ſecedere, vbi potius occaſiones deficiunt, quibus præſentibus tenetur homo, quam adſint. Inter innumera enim
2. Cor. 11. pericula, tentationes, &c. quæ Paulus recẽſet, illa fuere maiora, quæ manibus fratrum illi contigerunt. Periculis ex genere, periculis ex gentibus, &c. Arſenius audiuit vocem dicentem ſibi: Fuge homines, vt ſalueris. Fuitq. tritum prouerbiũ inter antiquos:
Hieron. lib. 1. in Ezech. 3. Homo homini lupus, &c. Dicit Dominus Ezechieli: Veni iuxta fluuium Chobar, & facta eſt ibi ſuper me manus Domini. Ad videndam gloriam Dei, non ad pugnandum egreditur. In medio captiuorum ſedens gloriam Domini non videt, egreſſusq. in campi latitudinem vidit ſtantem gloriã Domini, quam
Eſai. 4. Bern. ſerm. 52. in Cant. prius viderat ambulantem, & eleuantem ſe in deſerto. Habet iuſtus tabernaculum in vmbraculum diei ab æſtu, in ſecuritatem, &
Epiſt. 43. abſconſionem a turbine, & a pluuia. Et Hieronymus in epiſtola, quæ eſt ad Chromatiũ laudes enarrans Bonoſi, quas etiam dixerat in epiſtola 41. ad Rufinum, ait: Bonoſus in
Hier. 13. inſulæ tuto ſedens librum forte iam deuorat ad exemplum Ioannis. Iam cum Hieremia vltra Eufratem commoratur. Sacramento Moyſi ſerpentem in eremo ſuſpendit. Is adoleſcens diues, ac nobilis, contemptis ſorore, & germano, inſulã ingreſſus eſt inacceſſam, cuius ſolitudo terrori eſt, ibi degit, tamquã nouus incola paradiſi. Ibi videt gloriã Dei. Hæc eſt Pathmos inſula, vbi Deum audit loquentem, qui & ipſi viciſsim loquitur: Si ergo Dominus Ieſus tentari voluit, cur ducitur a ſpiritu in deſertum? Tentari potuit Dominus in ciuitate, ſicut in paſsione contigit, in qua quæ pertulit hominum miniſterio ridicula reddunt ea, quæ hodie paſſus eſt. Cum enim hodie nec verbum audiſſet a dæmone indecens, aut inurbanum, in Hieruſalem dæmoniacus, ebrius, ſtultus vocatus eſt, vbi multas pertulit blaſphemias. Vera ſunt, quæ diximus omnia, his autem non contradicit, *quod Dominus in deſertum ductus fuit vt tentaretur* Spiritu ſancto agente, vt intelligas nullum eſſe locum, aut ſtatum, qui tentationibus dæmonis non ſit ſubiectus, dũ viuimus. Sicut Adam in iuſtitia originali conditus, & in paradiſo collocatus, & tentatus, & deiectus fuit. In deſertum ſeceſsit Dominus Ieſus, longoq. ieiunio quadragin-

ta dierum conſecratur humi cubans orationibus continuis, & vigilijs vacans, mortificationibus deditus, & nihilominus tentatus eſt. Dubium non eſt in omni loco homines eſſe periculis ſubiectos, & aliquando quando iuxta rationem immunis videbatur homo, & a periculo liber, maiores inſurgunt fluctus, quibus aliquando deijcitur, ſicut & Loth accidit, qui in medio nationis peruerſæ cum vxore, & filiabus ſuis erat, ſicut luminare in nocte in deſertum egreſsi, vbi liberos omnibus malis ſe putabant, vxor in ſtatuam verſa eſt. Filiæ (horrendum facinus) cum patre concubuerunt, & pater ebrius effectus eſt. Et quem Sodomorum mala non *Geneſ. 19.* contingebant, in deſerto dæmon ſupplantauit. In deſerto minores quidem reperiuntur occaſiones, ſecuritas autem nulla. Indignatus Ionas nimis, quia Dominus ciuitatem Niniue, ſicut promiſerat, non funditus ſolo æquabat, egreſſus in deſertum, ne ſole exureretur, prouidit Deus hederam, in cuius vmbra dormiebat tutus. Aſcendit vermiculus quidam aſcenſu diluculi, qui hederam roſit, & continuo illa aruit, & cepit Propheta æſtu vehementer vrgeri. In deſerto Hie- *Epiſt. 22. ad Euſtachium.* ronymus erat, vbi dum vitam gereret vix humanã, tentationibus ſic quatiebatur, quaſi choreis puellarum Romæ intereſſet, vt ipſe mærens confitetur. Iudæorumq. populus in deſerto in maiora cecidit peccata, quam inter idolatras commorans in Aegypto. Nullus ergo, dum viuit, nec Anachoriſta in ſolitudine, nec monachus, aut virgo ſacra in monaſterio ſe credant a tentationibus liberos, quoniam ab illis liber eſſe non voluit Dominus in deſerto. Sicut autem nullus locus a tentationibus immunis eſt, ſic nec vllum tempus, dum viuimus, nullus ſtatus, etiam poſt multas orationes, lacrymas, ieiunia, &c. Immo ſicut in vitis patrum refertur, ſanctus quidam pater in magna ciuitate Alexandriæ vnum ſolum vidit in medio plateę dormitantem, innumeros autem in cellula cuiuſdam religioſi. Bellum ſuſtinent iuſti cum hoſtibus potentiſsimis, libr. 2. capit. 5. numer. 1. 2. 10. vſque ad 14. 20. vſque ad 24. 32. 42. vſque ad 44. cap. 13. numer. 26. Bellum ſuſtinent illi, qui ad Deum conuerſi ſunt, lib. ſecundo, cap. quinto, numer. 5. 15. & 16. Ad bellum prouocamur, dum diabolo renuntiamus, libr. ſecundo, cap. ſexto, nume. 24. vſque ad 27. 33. vſque ad 36. cap. 7. numer. 4. Bella noſtra indeſinenter gerimus, dum viuimus, libr. ſecundo, cap. nono, num. ſexto, & decimoquarto. Ductus etiam Ieſus eſt a ſpiritu, qui Chriſtum Dominum comitatur, ducitur, vt aduertas Deum ducem eſſe in tentationibus, ſed ieiunauit Dominus, quia in bello nos Deo debemus cooperari. In bello, quod habemus contra hoſtes noſtros, Deus aſtat nobis, lib. ſecundo, cap. quinto, num. 11. 12. & 33. capit. ſexto, nume. 10. & 17. cap. 8. numer. 11. & 12. 40. vſque ad 42. cap. 9. num. 1.

num.1.6. vsque ad 8. 15. vsque ad 17. 20. 23. 24.32.& 33.lib.3.cap.2.numer.33. Bella nostra cum diabolo Deus pugnat illisq. præsens est,lib.secundo, cap.nono, num.1.7.8.15.16. 20.22.23.29.32.& 33.cap.13.num.26. In bello spirituali Spiritum sanctum habemus adiutorem, vt ad pugnam animemur. Vnde securi sumus, si in protectione Dei cæli cõmoremur, lib.secundo, cap.nono, nume.27. vsque ad 30. Ad bellum arma sumenda, vt pugnemus, nec cura relinquenda est Angelis custodibus, aut Deo lib.2. cap.6.numer.9. Licet enim Deus præcipue pugnet in bello, quod patimur,nos autem cooperatores vult, vt coronet,numer.16.17.19.20.22. vsque ad 24. & 30. Vnde gerentes hoc bellum otio Christiani vacare non debent, nec delicijs lib.2.cap. 5. num.9. 10.23.& 24. cap.9. num. 24.33.& 34.cap.7. numer.4.& 5. 18. & 24.28. 29.40.& 41.cap.8.numer.40.& 41. Præterea in desertum secesit Dominus Christianam quadragesimam consecraturus, vt ieiunium quadragesimæ institueretur, in quo contra diabolum totius orbis exercitus sub duce Christo congregaretur, lib. nono, capit.primo, numer. 33. Ieiuniorum tempus veri comparatur optime, libr. primo, cap. primo, num.25. Ieiunio exercemur ad pugnam contra diabolum Christiani, ibid. nume.43. 52.& 56. Ieiunium iussurus Dominus prius ipse ieiunauit, sicut bonus medicus,qui poculum, quod daturus est ægro, prius ipse gustauit, lib.9.cap.1. num. 22. Et quia ieiunium quadragesimæ stadium est virtutũ, vt ad cęleste brauium tota virtute contendamus, ibidem num.vigesimoseptimo. Vt ergo Dominus non solum ieiunium doceret, sed & modum ieiunio debitum,ad eremum contendit, vt pœnitentiæ Christianæ leges daret. Et quamuis vbique id valeat effici, sed tamen id exemplo Domini ediscere debemus, quod cum instante pœnitentiæ tempore Deum voluerimus placare, etiam iustis voluptatibus carere debemus. Reliquit Christus Dominus sanctam, & plenam sanctitudine conuersationem matris, cuius absentia ipsa maxime tristaretur,cibum, conuersationem hominum etiam iustam, vt te doceat, tempora esse ab Ecclesia constituta, aut necessitatibus prementibus data, in quibus ab his abstinere debent homines, quæ alias licerent, qualis ornatus est corporis, risus, ludus,familiaritates etiam, quando noxiæ non fuerint. Non bene conueniunt hæc, quæ retulimus cum lacrymis, quibus quadragesimæ tempus consecratum est, nec ludi etiam moderati his diebus ferendi essent a gubernatoribus reipublicæ. Quod optime animaduertit Hieronymus Zachariæ explicans illa verba: In die illa erit planctus magnus in Hierusalem, & plangent familiæ, & familiæ seorsum, familiæ domus Dauid seorsum, & vxores eorum seorsum, &c. Cum dicit Propheta, seorsum, hoc significat, quod tẽpore tribulationis, & luctus etiam a licitis delectationibus temperare debemus. Vnde imminente captiuitate, dicit Ioel: Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo.q.d. thalamus, & cubile sponsi, & sponsæ non conueniunt tempori calamitatibus flendis deputato. Vnde impendente diluuio dicit Dominus ad Noe: Ingredere in arcam tu, & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum. Viri seorsum ingrediantur, & seorsum habitent. Cum autem aquæ diluuij iam cessassent, & ingressa esset arcam columba ferens ramum virentis oliuæ, in signum clementiæ, iam alius statuitur ordo in egrediendo, dum dicit Dominus Noe: Egredere de arca tu, & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuorum. Inchoabat Dominus quadragesimam nostram, & vult, vt in in illa etiam ea, quæ alias licerent, dimittantur. Sed quod lamentabiliter dicendum esset, tempora instant malorum omnium plena, in quibus tolerabile quidem esset, quod delicijs vacarent homines in his, quæ licent, dum tamen ab illicitis abstinerent, dum peccata ipsa, & ipsorum occasiones homines relinquerent, fornicationes, scorta, adulteria,furta, odia, &c. Tempus hoc, quod alios mores postulat,non aliter a Christianis celebratur, &c.Quadragesimam cognoscimus,non quia mala cessant, sed quia carnes non venduntur, nec comeduntur, &c.

Cap. 2.

Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. 6

In omnibus his tentationibus ea erat diaboli cogitatio, vt exploraret an Christus Dominus verus esset Deus,sed ad id cognoscendum miracula poscit hominibus non vtilia, aut parum, *vt lapides fiant panes; vt mittat se deorsum; vt Angeli in manibus eum portent*. Christus Dominus dignoscendus erat, quia aperiendi essent oculi cęcorum, & aures surdorum paterent: Tunc saliet sicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Ecce prodigia hominibus conuenientia multo, quid enim vtilius, aut optabilius cæco,quam uisus? Muto, quam lingua? surdo,quam auditus? Sed diabolus hostis humani generis non ea desiderat miracula, quæ hominibus sint commoda, nec poscit. Non vult diuinam cognoscere naturam inimicus noster, si ea cognoscenda est per miracula, quæ in nostram cadant vtilitatem. Magi Pharaonis faranas producant, & plagas, quibus populus grauetur diaboli virtute, sed eas remouere non potest, quia non vult ea præstare, quæ subleuent miseriam, aut necessitatem, nisi forte id faciat propter maius malum. *Dic vt lapides isti panes fiant.* In his verbis illud in primis considerandum est, quod tria retia diabolus expandit super omnes homines, gulam, vanam gloriam, & auaritiam: his tribus potentissimis armis homines aggreditur, quoniam quidquid est in mundo concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum,

Esai. 35.

Exod. 8.

Chrysost. ho. 5. imperf.

Zach. 12. Hieron.

rum, & superbia vitæ. Suadet enim diabolus gloriam sæculi, & diuitias mundi; suadet terrenos honores, vt auferat cælestes, hortatur ad mundi diuitias, vt spirituales diuitias adimat. Aiebat eleganter Chrysostomus, quod diabolus aliquando accusat nos apud Deum, aliquando Deum apud homines, & homines inter se, vnde aduersarius ille,ac diabolus appellandus est. Olim quidem Iob incusauit apud Deum, cum diceret: Num Iob gratis colit Deum? Et cõtra Deum apud Iob: Ignis descendit e cælis, & combussit facultates tuas. Similiter & Deum insimulauit apud Adam, cum diceret futurum, vt aperirentur illorum oculi. Sicut & apud multos nostrorum temporum persuadere vult, visibilium rerum nullam habere Deum prouidentiam. Quin & apud Iudæorum vulgus Christum insimulabat, eum deceprorem appellans. Vt refunderet in Deum culpam, dixit ad Iob ignem venisse de cælo. Vt Iob virtutem taxaret apud Deum, aiebat, virtutem colere propter bona, quæ a Deo acceperat. Sic & cũ in Baptismo Christus magnificatus esset a patre, diabolusq. sine dubio ibi astaret, tamquam diligentissimus explorator vitæ Christi. Postmodum vero cum eum videret in deserto totum orationibus, mortificationi carnis, & ieiunio deditum, Deum summopere venerantem, accedit tentans Deum: *Dic vt lapides isti, &c.* q.d. Deus, cuius seruitio tu adeo intentus es, tua curare non videtur, tunc perspicies quid illi fidere possis, quantum te diligat, qui tibi non assistit. Vt id certo cognoscas, *Dic vt lapides isti panes fiant*. Hæc tentatio gulæ non modica est, qua perspiciebat dæmon multos ab exordio corruisse, & quia hæc non in qualitate cibi consistit, sed in appetitu deordinato illius, non cibos postulat fieri delicatos ex lapidibus, sed panes. Gulæ prima tentatio, quia hæc multorum malorum est principium & causa, libr.primo, cap. primo, num.vndecimo, 12. 19. 20. 27. 28. 34. vsque ad 36. 39. 40. 45. 52. 53. 55. 62. & 64. Et quod hæc non consistat in qualitate cibi, sed in appetitu deordinato illius, ibidem numer. decimoseptimo, quadragesimo quinto, & quinquagesimo quarto. Gula multis modis, & acriter homines tentat, ibidem numer. quinquagesimo tertio, vsque ad quinquagesimũ quintum. Et quia gula, & intemperantia mergunt animam, redduntq. animam inhabilem ad bene operandum, numer. 19. 24. 28. 30. & 34. ideo primum tentat Dominum in gula, vt eum inhabilem redderet ad exercitia spiritualia, quibus vacabat in deserto. Offert autem illi lapides, quos postulat vt in panes conuertat, non in cibos accuratos, vt perpendas quod si dæmon frustis panis, aut vero furfure, vel pugillo hordei (vt aiebant Prophetæ) potest homines ad se trahere, ipsisq. vilibus promissionibus peccata persuadere, non certe præstabit maiora. Et si nullis pollicitationibus, nulla delectatione hominem deijcere potuerit, vtique nec minimam vtilitatem præstabit, nec promittet.Peccatoribus frequenter dæmon etiam temporalia non largitur, nec ea, quæ desiderant, libr.decimoquarto, capit. sexto, num. decimo septimo. Sed quod in hac diaboli tentatione aduertere multum debent homines, illud est, astutum inimicum semper maiora peccata in fine persuadere, ab imperfecto incipiens ad perfectum, a modico malo vsque ad summum malum procedens, libr. quarto, capit. trigesimo primo, numer. nono, & decimo. Proponit Domino nostro, vt ex lapidibus modicum efficiat panem, quo suæ necessitati prouideat; quod si Dominus egisset, nullum inconueniens videretur. Est enim diabolus simia Dei, & sicut Deus virtutem vt suadeat a facilioribus eam docet inchoandam, ne homines in exordijs succumbant nimio onere pressi, sic & dæmon, si primis verbis hominem adoriens diceret: Procidens adora me, refugerent illud homines etiam insipientissimi, vt autem ad id hominem pertrahat, primum ait: *Dic vt lapides isti, &c. Mitte te deorsum, &c.* Id fecit diabolus, cum Saul in maxima præcipitauit mala, cum Cain etiam a leuioribus incipiens, vt docet Chrysostomus. Immo in mundo idolatria sic introducta est, dum suasit, vt homines, dum viuerent, aut iam vita functi plus iusto honorarentur, ab hoc modico principio id persuasit, vt pro Diuis illi colerentur. Sic iocus, conuersatio, dum inuisitur femina, trahit hominem ad adulterium, vel stuprum. A verbo modico non bene considerato inimicitiæ consurgunt capitales, iniuriæ, contumeliæ, cædes. Hæc Chrysostomus. Hæc est diaboli cautela a paruis initijs in maxima nos mala pertrahere. Diabolus in initio malæ suggestionis vincendus, libr. secundo, capit. septimo, numer. trigesimo quinto, cap.octauo, num. septimo, lib. quarto, cap. trigesimo primo, num. trigesimo, & trigesimoseptimo. Vnde Basilius in libro de vera virginitate ad Letoyum Episcopum interdicebat virginibus, ne viros alloquerentur, etiam quæ illarum saluti viderentur expedire, nisi per medias anus, quoniam ex parua scintilla, aiebat, magnus ignis, & integra silua incenditur, & depopulatur. Sed modo ad id mali deuenit mundus, vt palam posit dæmon homines aggredi, qui absque ulla promissione, immo ipsi soluentes tributum peccant, de quibus optime lamentabatur miserandam calamitatem Hieremias sub figura populi Iudaici: Aquam nostram pecunia bibimus, ligna nostra pretio comparauimus, ceruicibus nostris minabamur, lassis non dabatur requies. Mulieri vxoratæ absque fuco aliquo turpitudinem suadet, nec

Chrysost. ho. 2. in 2. ad Corinth.

Cap. 1.

Hom. 87. in Matth.

Basil. lib. de prima virg.

Hierem.

diuitias, nec honores promittens, ſed potius dum clara luce ipſa perſpexit & pericula mariti, & vitæ infamiam, &c. Olim aiebat Dominus (inquit Hieronymus) Quis reuelabit faciem indumenti eius, & in medium oris eius quis intrabit? Hoc dixit, quia dæmon patens, & agnitus raro homines decipiebat, quod modo non contingit. Et infra: Oculi eius, vt palpebræ diluculi, quia mendaciorum tenebras ſpecie veritatis obducit. *Hieron. in Iob 41.*

Exod. 16. In peregrinatione Iudæorũ obumbrata fuit hæc tentatio Domini, quam a leuibus principijs exorſus eſt dæmon (Rupertus) in cibo populum tentauit, in potu, cum in educenda aqua de petra etiam Moyſes lapſus eſt Dominum tentans, in tertia corruentes dæmonem adorauerunt in vitulo aureo. Diabolus etiam vicit Adam tribus mediis ipſum aggreſſus, quibus & Chriſtum aggreſſus eſt, ſed victus euaſit, lib. quarto, cap. trigeſimo primo, numer. ſeptimo, & vigeſimo ſecundo. Diaboli tentationes ad tria genera reducuntur, tentans deſiderio carnis, aut deſiderio oculorum, aut ambitione ſæculi, & his tribus modis Chriſtum aggreſſus eſt, & victus, libr. quarto, cap. 31. numer. vigeſimo ſecundo.

Cap. 17.

7 *Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem, & ſtatuit eum ſupra pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorſum, &c.* Chryſoſtomus ait: Semper vt decipere poſſit, bona malis ſuis miſcere, & venena ſua mellis dulcedine temperare conſueuit dæmon. Sic cum Adamo ſe habuit, quod dulcedini diminorum verborum miſcuit ſua amaritudine, & mendacio plena: Cur præcepit vobis Deus, &c. Sic modo hoc quæſito virtutis colore, vt illo patentiſsimo miraculo Deo placens, ipſiusq; amicus crederetur, in bonumq. hominum id crederet, quibus eſſet magiſter futurus, & prædicator. Diabolus laqueos obumbratos ſtatuit, ne videantur, lib. ſecundo, cap. ſeptimo, numer. vigeſimo tertio, lib. quarto, capit. 30. numer. 1.2.4.6.8. vſque ad 19. Diabolus venena proponit melle circumlita, lib. quarto, capit. 30. numer. 1.2.8. & 9. Perſuadet enim mala ſub ſpecie virtutis, lib. quarto, cap. 30. numer. 4. 5. 6. 10. vſque ad vigeſimum quintum, cap. 31. numer. 12. 28. & 42. Cuius faciem reuelat Dominus, cum artes, & fallacias eius detegit, lib. quarto, cap. 30. numer. 6. 10. 20. & 21. Ideoque diaboli armati dicuntur, quia vitia virtutis ſpecie repræſentant numer. decimo tertio. Diabolo autem armato in occurſum pergimus, quando eius inſidias longe præuidemus, numer. decimo tertio. In cuius os intramus, cum calliditatis eius verba penetramus, numer. vigeſimo primo. Bonis latenter inſidiatur diabolus, malis autem praua, quæ deſiderant, aperte obijcit, ibidem num. vigeſimo, vſque ad vigeſimum ſecundum, cap. 31. numer. 33. Sed vt dicere dudum cœperamus, olim diabolus (Auguſtinus) merces ſuas vendere non poterat, ſed aureo calice venenum propinabat, quod modo non ita videmus: tunc inimici erant potentes, quos dæmones a tergo aggrediebantur, non a facie, *a traicion*, ſed in inſidijs, modo cum iam homines ſint inertes, ac infirmi, palam ſuadet fornicationem, furtum, &c. Olim clamabat ſponſa: Capite nobis vulpes, quia examinandi ſpiritus erãt, aperiendæ diaboli aſtutiæ. Non ait: Occidantur vulpes, ſed capite eas in venatione, vt pateat quid ibi ſit mali, quod cum patuerit, nullus, qui ſtultus non fuerit, peribit, cognita diaboli nequitia, qua in perpetuum perdere hominem nititur. Vnde apparere vulpeculas, perire eſt, damnum non inferunt cognitæ, ait Bernardus. Hoc tunc vt plurimum certum erat, ſed modo (proh dolor) diabolus non occultus, ſed patens hominum cogitationibus ſe ingerit, vt eos perdat. Et id ipſi expedientiſsimũ eſt, quia & maiorem iniuriam irrogat Deo, quia peccatum maius eſt, dum nulla tergiuerſatione celatur, & dum homo prorſus fit inexcuſabilis. Hac enim via euidenter oſtendit ſæculo, immo & cælo Dei contemptum in hominibus exiſtentem, qui Dei promiſſa contemnentes, ipſum quærunt nihil promittentem, nec in præſenti, nec in futuro. Diabolus olim doloſus, vt vrſus, modo crudelis, vt leo libr. quarto, cap. 31. numer. decimo quarto, & decimo octauo, Diabolus vulpes parua, quæ, dum agnoſcitur, vitatur, libr. quarto, capit. 30. numer. vigeſimo tertio, vſque ad vigeſimum quintum. Diabolum volunt habere regem peccatores, quo pungantur, non Deum ſuauiſsimum, lib. quarto, cap. 33. num. ſexto, capit. 37. numer. nono, capit. 42. numer. quarto. Diabolus terrenos homines conculcat, & poſsidet perfecte, quos dicitur comedere, lib. quarto, cap. 34. nume. primo, vſque ad vigeſimum ſecundum, capit. 35. num. vndecimo, & decimo ſexto. Olim quidem ſub terrenis commodis culpam occultabat, vt cum Domino fecit, vnde dixerat Iob: Abſcondita eſt in terra pedica eius, & decipula illius ſuper ſemitam. In terra pedica abſconditur, cum culpa ſub terrenis cõmodis occultatur. Vt dum eſca videtur, & vtilitas lucet, peccatum abſconditur. Nos autem, nullo conſiderato commodo, peccamus, vt videri poteſt in periuro, blaſphemo, detractore, diſcordiarum ſeminatore. Quia miſeranda aduenerunt tempora, de quibus Iob dixerat: Omnes beſtiæ agri ludent ibi. Vobiſcum beſtiæ agri ludunt, quia ſtultus quaſi per riſum operatur ſcelus, & quia quo voluerit medio vitia ſuadet, libr. quarto, capit. 34. numer. decimo ſeptimo. Diabolus enim diuitias deceptionum ſuarum collocat ſuper animas peruerſas, lib. quarto, capit. 31. num. ſecundo. Diabolus enim occiſus a Chriſto abſconditur in arena, in perditis hominibus, ſicut Aegyptius a Moyſe occiſus

Lib. Quæſt. veteris & noui Test.

6

Bernard.

Chryſoſt. ho. 5. variarum in Matth.

14. Moral. cap. 7. Iob. 14.

33. Moral. Greg.

occiſus abſconditus eſt in ſabulo, libr. 4. capit. 32. numer. primo, capit. 34. numer. 12. Diaboli horribiles ſunt, qui vadunt, & veniunt ad impios, quia ſi quædam mala deſerunt, alijs traduntur, lib. quarto, capit. 34. nume. decimo ſexto, & decimo ſeptimo. Et quia mali inhærent diabolo fortiter, dicitur quod circumdant eum ſalices torrentis li. 4. cap. 34. nu. 20.

8 *Aſſumpſit eum diabolus in mõtem excelſum valdè, & oſtendit ei omnia regna mundi, & dixit illi: Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.* Impudentiam execrandam, regna mundi promittit ei, qui regna cælorum credentibus præparauit. Gloriam ſæculi pollicetur ei, qui Dominus eſt gloriæ cæleſtis. Spondet ſe omnia dare, qui nihil habet, ei, qui omnia poſsidet. Ab eo ſe adorari vult in terra, quem Angeli, & Archangeli adorant in cælo. Largus & magnificentiſsimus dæmon eſt in promittendo, quando illud neceſſarium duxerit ad perdendum hominem, & non aliter, in adimplendo vero ea, quæ promiſit & parcus, & mendax. Illam delectationem, quæ in mendaci promiſsione conſiſtit, non dabit, ſi illa prætermiſſa hominem decipere valuerit. Quod ſi promiſerit, aut non illa dat, aut minus dat. Septem annorum ſpatio fecit Laban, vt Iacob ſeruiret ſibi pro Rachel, & poſtquam id fecit, æſtu cruciatus, & gelu Lyã lypam & deformem illi ſuppoſuit. Sic diabolus aliud promittit, & aliud dat. Iſtam fallaciam non agnoſcunt, qui ei ſeruiunt in nocte huius ſæculi, dum ipſi adhærent malitia peccatorum obcæcati. Sed cum ortus eis fuerit iuſtitiæ ſol, aut vero e vita deceſſerint, tunc cognoſcent deluſos eſſe illius falſis promiſsionibus. Perpendat quiſque hominum ſecum, & videbit ſæpiſsime ſe deluſum ab hoſte. Et quando ipſe omnia regna mundi porrigeret, tantum bonum iſtud eſt, vt adorando diabolum negotiationibus, ambitionibus id quæratur, quod innumeris periculis plenum eſt? Minora multo promittit, vel nulla, & totus mundus ipſi credit. In maligno totus mundus poſitus eſt. Ecce quaſi nubes aſcendet, & quaſi tempeſtas currus eius, velociores aquilis equi illius: væ nobis, quoniam vaſtati ſumus. Summa diaboli diligentia, & cura in tentando, & deijciendo Domino, vt dum illius victoria alijs pateret, timerent valde, & illi ſubijcerentur, ſicut multi fecerunt audientes magnificas victorias Holofernis. Et ſicut mortuo Saul Philiſtæi eius amputarunt caput, & miſerunt in terram Philiſtinorum per circuitum, vt annuntiaretur in templo idolorum ſuorum, & in populis, & poſuerunt arma eius in templo Aſtaroth, corpus vero eius ſuſpenderunt in muro Bethſa. Hoc eſt diaboli artificium, cum hominem ſanctitate pollentem ſuæ ſubijcit ditioni, vt eius ruina cunctis pateat, vt videntes illum eximia ſanctitate pollentem cecidiſſe, credant ſe non poſſe euadere, vel certe hac via ipſi liberius peccent. Officium eorum, qui in Iabes Galaad morantur, illud eſt, tollere cadauer e muro, ſepelire ipſum, flereq. ſeptem diebus. Flere nocumenta, quæ mundo inferunt lapſus Sanctorum, curare quantum poſsibile fuerit vt horum peccata celentur, &c.

Chryſoſt. ho. 5. variarum in Matth.

Hiere. 4. Hieron.

Iudith.

1. Reg. vlt.

Vade Sathana, &c. Hæc eſt, ait Chryſoſtomus, mira conſolatio noſtra, vt intelligas diabolum non tentare, quantum voluerit, alias a tentando numquam ceſſaret, qui nulli alij negotio intentus eſt. Is eſt ipſius cibus, honor, gaudiũ, infatigabilis eſt in malo, ſed Dei miſericordia repellit eum, victuſq. iam a Deo deluditur a Sanctis, vincit autem tantum negligentes, qui illi incuruantur, vt tranſeat, libr. quarto, capit. 34. numer. vigeſimo ſecundo. Diaboli imbecilles effecti, ne occidant eos, qui ſunt in Eccleſia, ſi iſti velint, lib. ſecundo, cap. octauo, nu. 18. 26. 27. 30. 38. & 39. lib. quarto, ca. 32. nu. ſecundo, quia a Chriſto Domino ſuperatus, & victus eſt, lib. ſecundo, cap. octauo, nume. 17. vſque ad 26. 29. 35. 36. 38. & 39. cap. nono, num. decimo, lib. tertio, cap. quinto, numer. 64. & 65. capit. nono, nume. 47. cap. decimo, numer. 64. libr. quarto, cap. 30. numer. 7. cap. 32. numer. 1. & 3. Diabolus non ſupplantat, niſi volentes, lib. ſecundo, cap. octauo, numer. 23. 38. & 39. lib. quarto, cap. 32. numer. ſecundo, cap. 35. num. quinto, cap. 37. num. 11. Diabolus iam victus illuditur a Sanctis lib. ſecundo, cap. octauo, num. 29. & 30. lib. 3. cap. nono, num. 47. lib. quarto, cap. 32. num. tertio, cap. 34. num. 5. Diabolus poſt Chriſti aduentum ligatus tantum præualet negligentibus, lib. ſecundo, cap. octauo, num. 38. vſque ad 41. lib. 4. cap. 32. num. ſecundo. Diaboli enim retia diſsipata ſunt a Chriſto Domino, cum tentatus fuit, lib. ſecundo, cap. nono, numer. decimo, vigeſimo quinto, & & vigeſimo ſexto. Vnde ligatus eſt diabolus in cordibus impiorum, libr. ſecundo, cap. octauo, numer. 35. & 36. Vt ergo intelligas Chriſti victoriam in propria perſona factam nobis maxime contuliſſe dixit: *Vade Sathana.*

9 *Chryſoſt. ho. 5. imper.*

Dixit etiam verba hæc ira concitatus (ait Chryſoſtomus vbi ſupra) vt exemplo Chriſti doceamur noſtras iniurias illatas ab impijs quomodocumque ſuſtinere, Dei autem iniurias, & contemptum, nec vſque ad auditum ſufferre.

Acceſſerunt Angeli & miniſtrabant ei. Numerus quadragenarius, aiebat Hieronymus, sẽper in ſacra ſcriptura in laboribus poſitus eſt. Vnde Moyſes, & Elias quadraginta diebus nec manducant, nec bibunt, & annis quadraginta populus Iſrael vexatur, & probatur in ſolitudine, & ſic terram promiſsionis ingreditur, & Chriſtus Dominus in aſſumpti corporis fragilitate quadraginta diebus tentatur in ſolitudine

10 *Hieron. in c. 41. Ezech.*

multos patiens labores, vt post accedant Angeli, & ministrent ei. Ostensus fuit Iesus Sacerdos magnus stans corã Angelo Domini, & sathan stabat a dextris eius, vt aduersaretur ei. Is Christus Dominus est, qui quasi homo sordidatus ostenditur, & quasi Angelus mediator Dei, & hominum & sathan stabat a dextris eius, quia tentatus est per omnem modum absque peccato, *& ideo accesserunt Angeli, & ministrabant ei*, quia perfectam victoriam ipse a diabolo reportauit, quod nobis contingere non potest, dum viuimus. Vt enim aiebat Augustinus: Aliud est non pugnare, aliud in pace esse vera, atque perpetua. Aliud pugnare & vincere, aliud pugnare & vinci, aliud nec pugnare, sed trahi: qui malitiam non odit, is non pugnat, sed a malitia trahitur, quam non odit. Sunt autem, qui pugnare incipiunt, sed quia proprijs viribus fidunt, vincuntur. Pugnat autem, & non vincitur, qui dicit: Inuenio aliã legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, &c. infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum. Vincit, quia de se non præsumit, sed in eo confidit, qui iussit illi, vt pugnaret. Christus Dominus tentatus est, vt in tentationibus nos essemus stabiles, & victores, lib. 17. capit. 4. numer. 17. Bella necessaria sunt homini Christiano, vt, victis hostibus, coronetur lib. secundo, cap. quinto, num. 1. 2. 9. 10. 23. & 24. cap. 6. num. 35. cap. 7. num. 1. cap. 8. num. 3. & 5. lib. 3. cap. 3. num. 1. In bello, quod habemus non est perfecta victoria, dum viuimus, lib. 2. cap. 5. nume. 28. vsque ad 41. Sed tamen licet perfecta victoria non sit, tamen aduersarijs cedere non debemus, ibidem num. 36. vsque ad 38. & 41. cap. 6. num. 5. Bellum, quod habemus Christiani, quibus armis pugnare debeamus, lib. 2. cap. 7. num. 13. 20. vsque ad 22. & 27. cap. 9. num. 22. & 23. Ad hoc bellum arma propria abijcienda sunt, vt diuinis armemur, num. 33. & 34. Diaboli laqueos, quos in terra occultat, tunc euadimus, cum sursum ferimur, lib. secundo, cap. septimo, numer. 23. cap. 11. numer. 27. cap. 15. num. 64. libr. 4. cap. 30. numer. 4. Dæmones semel victi non amplius tentant, nec illum hominem, a quo victi sunt, nec alium, secundum piam Origenis opinionem, lib. 2. cap. 8. num. 2. Curemus ergo peccatis obnoxij, vt ad Dominum reuertamur, tunc enim diaboli arma ponuntur in tabernaculo, dum peccatores conuertuntur ad Deum, lib. 2. cap. 8. num. 39. Diaboloq. victo, Deo gratias referamus pro victoria, lib. 2. cap. 9. num. 2. 8. & 21. Diabolus incudi comparatur, quia percutitur modo, dum iusti saluantur, libr. 17. cap. 2. numer. 29. Cum diabolo bellum gerit homo nullo vnquam fœdere dirimendum, lib. 13. cap. 8. numer. 5. Viriliter diabolo resistamus, tum quia iaculum, si nos non percusserit, ad quos dirigitur, percutit ipsum diabolum dirigentem, lib. 4. cap. 37. nume. 7. Tum etiam, quia diaboli terrentur, & fugiunt, visis magnis Sanctorum desiderijs num. 12. Et victus aliquando non aggreditur iustos, ne prodat se ignominiose ab hominibus victum, ibi. nu. 5. Consideremus quod diabolo abrenuntiauimus in Baptismo, vt ab illo liberemur, lib. 4. cap. 36. nume. 9. cap. 42. numer. 10. Et etiam quod diaboli amici esse non possumus (cum quo in Adam inimicitias contraximus) nisi Deo efficiamur inimici, lib. 4. cap. 36. num. 4. vsque ad 6. & num. 9. Sed semper pugnemus viriliter, vt iuuante Deo, immo ipso præcipue dimicante, accedant Angeli, nobisq. victoribus & congratulentur, & coronas gaudentes parent.

Zach. 3. Hieron.

In Psal. 35.

Rom. 7.

FERIA SECVNDA post primam Dominicam Quadragesimæ.

Euangelium.

Cum venerit filius hominis in maiestate sua & omnes Angeli eius cum eo. Matth. 25.

Vide lib. 9. ca. 3. ubi de pœnis inferni agitur & cap. 9. de aduentu Domini ad iudicium, & Dominica 2. aduentus multa sunt, quæ huic Euangelio optime accommodantur.

EVANGELIVM hodiernum omni consideratione dignissimũ est, cuius frequens meditatio, & recordatio ingẽtes parit vtilitates, vtpote in quo finis, & successus totius generis humani, potissime autem Christianorum enarratur omnium felicissimus in bonis, omnium infelicissimus in malis, vbi vltima sententia, omni & appellatione, & supplicatione, & dilatione postposita, cõtinetur, qua æterna, semperq. mansura conferentur bona, sempiterniq. cruciatus conferentur. Vbi anima simul cum corpore aut incẽdijs, & sulfureis ignibus tradetur sine fine, aut Deo cõiungetur in cælo, dum Deus eius vnietur intellectui ineffabili quadam vnione infinitis bonis plena. Et si optimum censebant Sancti mortuorum sepulcra considerare, vt hoc medio homines & operarentur bona, & cauerent mala, libr. quarto, cap. primo, nume. 21. 47. 54. vsque ad quinquagesimum sextum; conuenientius erit multo hanc vltimã perpendere sententiam, & hæc memorari nouissima, vt in æternũ non peccemus. Sicut enim in veteri populo præcepit Moyses, vt filiis Israel terram promissionis ingressis, sex

1 Feria II. post Dominicã I. Quadrag.

Deut. 27.

sex tribus, quorum patres ex liberis vxoribus Iacob nempe Lia, & Rachel starent iuxta montem Garizim ad benedicendum, & sex tribus quorum patres fere ex ancillis nati erant (excepto Ruben, qui cum filijs ancillarum meruit coniungi, quod cum ancilla vxore patris sui concubuisset) starent iuxta montem Hebal ad maledicendum, vt scilicet ad maledictiones per Leuitas pronunciandas responderent: Amen. Quod & impletum legimus, vbi ex vtraque parte arcæ stetisse dicuntur sex tribus Israel, a dextris scilicet sex, & sex a sinistris, cum legerentur a Leuitis verba benedictionis, & maledictionis. Hæc animaduertebat Moyses, vt Iudaicus populus ad bene operandum moueretur siue maledictionibus territus, aut vero benedictionibus prouocatus. Sic Euangeliũ hodiernum apprime considerandum est, quo intelligas quod cum Dominus dicturus est: *Venite benedicti, & discedite maledicti*, iusti statuentur a dextris, qui recte intelliguntur in filijs liberarum, iniusti vero a sinistris, qui recte significantur per filios ancillarum, & concubinarum, vt vel spe præmij, vel saltem formidine pœnæ virtutem opereris. Cum ergo tempus quadragesimæ ad pœnitentiam specialiter datum a Deo hominibus in ipsis sit exordijs, vt homines scelerati ad pœnitentiam reuocentur, accommodo hoc vtitur medio, dum proponit peccatorum pœnas æternas, vt metu saltem compulsi operentur bona. Vt enim optime aiebat Augustinus edisserens verba illa: Ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, in vinculis ferreis alligantur Christiani ne progrediantur ad illicita, quamdiu timent: ament, & vincula fient aurea; quia perfecta charitas foras mittit timorem. Quia timor torquet animã, vinculum ferreum est. Incipit in vinculis ferreis, & finitur in torque aureo, de quo dicitur: Audi fili mi disciplinam patris, & ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. In exordijs in vinculis ferreis alligat Dominus homines, & post torquem aureum amoris præber, vt iustus homo, qui est in medio candelabrorum aureorum (in quibus septem dona Spiritus sancti intelliguntur) sit similis filio hominis, qui amore patris tanta pertulit, vt mundum redimeret, præcinctus ad mamillas zona aurea. Zona in pectore refrenatio est malorum in corde. Estq. aurea, quia qui sanctus est, non timore supplicij, sed amore charitatis malum deserit, & bonum operatur. Et quamuis iusti hominis cura hæc esse debet, vt clamet: Bonus es tu, & in bonitate tua doce me iustificationes tuas, id est, doce me Domine, vt non formidine pœnæ seruiliter cogar esse sub lege, sed libera charitate delecter esse cum lege. His non obstantibus, Ecclesia prudenter aduertens eos, qui conuertuntur ad Deum peccatores imperfectionibus multis plenos redituros eius persuasionibus ad sanam mentem vel timore, vel promissionibus actos, hoc vtitur Euangelio, in quo tria sunt multum consideranda. Primum, quanto timore concutiendi sunt homines, quibus vltima sententia expectanda est, in qua ea aperientur, quæ dum viuimus, in futurum reseruantur incerta. Secundo facile persuaderi potest virtus hoc medio, derelictio omnium rerum, quæ nobis sunt gratæ, expoliare veterem hominem cum actibus suis, etiamsi in diuitijs male acquisitis, in adulterio, in crapula multa sit delectatio. Tertio quod ad virtutem, & vt a tremenda Domini sententia tuti simus, non satis est mala relinquere, nisi operemur bona, non sufficit fides, nisi illam comitentur opera, proximo non nocere, nisi & illi benefeceris.

Iosue 8.

In Psalm. 149.

1. Ioan. 4.

Prou. 1.

21. moral. cap. 1. Greg.

Lib. de gratia Christi. Psal. 118.

Circa primum horrenda, & miranda sunt quæ in toto hoc enarrantur Euangelio, quibus homines omnes, quicumque fidem illorum habuerint, dum insensati non fuerint, & stulti, aut vero animantia bruta omni ratione carentes, aut cor sicut malleatoris incus innumeris peccatis sit obduratum, concuti debent ingenti pauore, tali, quod illo saltem adducti regnum peccati detestentur, quo peccatum amplius non regnet in ipsorum mortali corpore. Quis enim considerans Dominum venientem in potestate magna, & maiestate omnibus Angelis comitatum peccare audebit? Contra folium, quod vento rapitur, ostensurus est Dominus omnipotentiam suam, & stipulam siccam sempiterno incendio aptam persecuturus est, & qui hæc credit, vitam non mutabit? Armabitur Deus, & accipiet pro thorace iustitiam, & pro galea iudicium certum suum, & scutum inexpugnabile æquitatem, armabitq. creaturam ad vltionem inimicorum, in quibus Spiritus sanctus, & Domini nostri inenarrabilem indignationem, & ineuitabile iudicium, & pœnas uoluit docere, & thesaurizabit in diem iræ talis, iram nisi qui omnino stultus est? Respexi terram, aiebat Hieremias (futura iam dicens præsentia propter illorum omnimodam certitudinem) & ecce non erant luminaria: vidi montes, & ecce erant trementes, & vniuersi colles turbati: intendi acie, & ecce non erat homo, & omnes volucres cæli pauebant: vidi, & ecce Carmelus desertus, & omnes ciuitates succensæ igni a facie Domini, & a facie iræ indignationis eius, & interierunt vniuersa. Et ne quis crederet iram hanc contra infideles futuram, nomine montium, collium, & Carmeli eos, qui in Ecclesia sunt, intelligit, quoniam qui non credit, iam iudicatus est. Inter Christianos solos oues ab hædis segregandæ sunt, sicut scriptum est: Aduocauit cælum desursum, & terram discernere, non omnes, sed populum suum, vt congregentur illi Sanctos eius &

2

Hiere. 4.

Ioan. 3.

Psal. 49.

rapiantur simul cum illis in nubibus obuiam Christo in aera. Aiebat Gregorius Nissenus Deum speculo perfectissimo simile esse. Speculum enim quanto accuratius fuerit elaboratum, tanto similiorem reddit imaginem, quam in se recipit, ipsi rei. Si pulchra est femina, pulchra ibi repræsentatur, deformis autem, si pulchra non fuerit. Denique ea accidentia ibi relucent, quæ in re fuerint reperta, ita qualis homo fuerit, talis repræsentabitur in Deo. Veniet Dominus, vt iudicet omnium hominum causas, homo pius, misericors, beneficus in fratres repræsentatus ibi audiet clementissimum Asuerum extendentem scerptrum clementiæ suæ, & dicentem: Bono animo esto, non enim maiestas hæc, & indignatio contra te est, sed tibi aduenit Deus, vt salias, sicut vitulus de armento, quia orietur vobis timentibus nomen Domini, sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius, quem locum de secundo Domini aduentu ad iudicium intelligendum docuit Hieronymus. Tibi misericordi non dicit noster Asuerus: Quidquid petieris, impetrabis, etiam dimidium regni mei, sed ait: *Venite benedicti patris mei*, possidete iure hæreditario, tamquam cohæredes mei, paratum vobis regnum ab origine mundi. Ecce tibi misericordi misericors repræsentatur Deus. Humili humilis dicit: Quamdiu fecistis vni de fratribus istis meis minimis, mihi fecistis. Venit in maiestate magna, & potestate terribilis, cuius vultum formidat terra, & vocat pauperculos, nudos, ac mendicos fratres suos contemptibiles in toto orbe. Occurrit illi auarus diues, qui in vita sua animam vænalem habuit, qui in vita sua proiecit infima sua, illud quod intimum, & connaturale est proiecit, dum pauperi non miseretur fratri. Huic velut proijcit Deus intima sua, quoniam cum Deo proprium sit miseri semper, & parcere, is mutabitur illi in crudelem, vt dicat clementissimus hominum amator: Et occurram eis quasi leena, & quasi vrsa, raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum. Superbe vixisti, & super astra cæli, & in nubibus collocare voluisti solium tuum. In nubibus Dominus veniet cum potestate magna, vt te funditus præcipitet in terra, etiamsi Cherub signaculum similitudinis diuinæ aliquando fueris omni lapide pretioso coopertus. Vis Deum patientem, & mitem in causa tua? Talis esto tu in causa, & in iniurijs fratrum. Itaque idem ipse Rex, qui Aman superbo terribilis est, ipse idem Hester, quæ amore proximorum angebatur, humilis erit, & singularis consolator. Vis vt in terribili illa hora Deus a te faciem non auertat, sed placido intuitu te consoletur? Audi Tobiam dicentem filio suo: Quomodo potueris, sic esto misericors, caue ne auertas faciem tuam ab vllo paupere, sic enim fiet, vt nec a te auertatur facies Domini. Amor tui vsque ad contemptum Dei omnium peccatorum fuit exordium. Quomodo si contemnat mulier amatorem suum; sic contempsit me domus Israel. Veniat ergo iustus iudex te ipsum contemnens, vt ab ipso, & ab omnibus & contemptus, & odio habitus luas pœnas tantæ stultitiæ dignas. Quis digne edicere poterit, quæ contigerunt tristitia, anxietatibus, & indignatione plena impio Aman, quando vidit Mardochæum pro cinere, & cilicio, purpura Regis indutum, in equo regio, quem gestabat ipse idem, qui summe cruciabatur, quando ipsum præ foribus palatij cernebat vilem, & sibi non assurgentem? Si vilis homunculi contemptus eum ad extremam detulit dementiam, ad quam non deueniret, cum is secundus effectus a Rege acclamabatur voce præconis, sic honorabitur, quêcumque Rex voluerit honorare. Res hæc fuit ipsi penitus intolerabilis, qua in lectulum corruit præ tristitia moriturus. Sic continget his, qui Dominum videntes pauperculum contempserunt, qui videntes eum omnibus spiritibus cælestibus, & Sanctis comitatum, clamante toto cælo. Sic honorabitur, quem Rex voluerit honorare. Procul dubio dicent montibus: Cadite super nos, & collibus: Cooperite nos a facie venturi; quia faciem eius perspicere non valebunt & ira, & metu, & odio ipsius summe cruciati. Quis stabit ad videndum eum? Omnes creaturas armasti, dum viueres, contra Deum, quia omnes illę instrumenta fuere scelerum tuorum. Pulchritudine mulierum deceptus es; diuitijs, cibo a Deo condito, honore, proximo tuo, immo Angelis ipsis ad custodiam tuam datis abusus es, armentur ergo creaturæ omnes, vt Deum, & se vendicent tam aperte contemptas. Creaturas insensibiles vocauit in testes Deus, quando dedit legem, & easdem etiam vocauit, vt præuaricationem legis ostenderet, & tunc testes erunt sententiæ ferendæ in eosdem, libr. 2. cap. 10. numer. 14. Expende confusionem impiæ vxoris Putiphar, quæ ad adulterium sanctum Ioseph sollicitauit, & eum falso testimonio detineri in carcere permisit quatuordecim annis (vt ait Chrysostomus) in quo in nullo mota est, vt innocenti misereretur, vt si non famæ illius, saltē periculo prouideret, vt eum a pędore, & squallore carceris eriperet, quando eum aspiceret in curru Pharaonis tanta gloria circumdatum saluatorem Aegypti vocatum, cuius curæ commissum erat, vt necessitatibus famis, quæ extremæ erant, prouideret. Sic videns hominem, qui tam facili negotio se poterat vindicare, considerans tam digne meritas omnes pœnas tantorum criminum, quæ in ipsum patrarat, conscientia ipsa torquente, qua secundum rationem omni hora, & die vindicanda esse illa omnia merito crederet, &c. Et hinc oculos in Christū Dominum

Gregor. Nyss.

Hieron. Malac. 4.

Oseæ.

Hester. 6.

Genes. 41.

vertens

vertens, & videns eum in curru regio, in fastigio meritorum, cui tu assistes, nec abscondi poteris, tu aut vero delicta tua, vt misere torquearis illius maiestate visa, & tuorum malorum grauitate considerata.

3 Præterea ne homo peccet, sufficere id debuisset, quod in omnium & Angelorum, & dæmonum, & hominum oculis peccata etiā minima aperientur. Virginis verecundæ stupra, quæ hic non committeret, si vel vnus adesset testis, &c. si adulterium vxoris præsente marito zelotypia euidenter patefceret, aut vero virginis defloratio in conspectu parentum, si Reginæ in theatro publico crimen adulterij, quod secreto commisit cū vili seruo, proderetur, præsente Rege, nōne ista omnia morte essent & intolerabiliora, & grauiora? Vides quantum doluit Noe, dum intellexit se turpiter nudatū corā filiis, & nuribus, ut hinc perspicias, quando reuelabunt cæli iniquitatem Iudæ cum his, qui dixerunt: Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus, quando libri aperiendi sunt, vt impia Christianorum gesta audientibus cunctis legantur. Confusio summa, quam considerans Dauid, aiebat: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata, illi, qui dum ea in hac vita frequentibus lacrymis diluerunt, remissa sunt, & tecta, ne infamiæ eorum prodeant, sed virtutes a summo Rege, & eius ciuibus celebrentur. Vnde Augustinus edisserens locum illum, quem supra retulimus, aduocauit cælum desursum, & terram discernere populum suum, id est, Angelos, & Sanctos, dicit, Congregate illi Sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia, id est, Angeli congregate Deo sanctos, vt virtutes eorum patescant. Scitis quare? Quia ordinauerunt testamentum eius super sacrificia, hoc est, misericordiam super omnia sacrificia elegerūt tamquam Deo gratissimam. Vel opera misericordiæ vocat sacrificia, quibus placauerūt Deum, in quibus operibus iusti disponunt testamentum Dei, quia hæc faciunt propter promissiones, quæ in nouo eius testamento continentur. Et sicut bona hæc opera in aliquale iustorum præmium efficientur manifesta cunctis, ita ut nullum sit opus, quantumuis exiguum, quod omnibus non sit in meridiana luce patens, sic & mala opera impiorum in vindictam omnibus erūt aperta. Aiebat optime Chrysostomus: Multa sunt peccata, quæ nullatenus viri cordati committerent, si scirent crastina die coram quatuor testibus aperienda, & Deus vti hominum verecundiæ prouideret, uoluit vt peccata hominum fraterne corrigerentur sine teste, & rei necessitate cogente, vnus, aut alter testis ad summum adhiberetur, nec plures vocarentur, etiamsi illi & essent amici, & qui non celarent ipsis reuelata. Et Christus Dominus dixit, quod qui male agit, odit lucem, vt non arguantur opera eius, & habemus pro desperato illum, de quo dicitur: Quod peccata sicut Sodoma prædicauit, nec abscondit, & quod id aliquis effecerit & inuerecundus est, & propria voluntate perdita & ægra ad id mouetur: at quod contra voluntatem non vnum, aut alterum peccatum, in quo homo non verecūdatur, sed omnia clarescant in media luce summa miseria est, de qua locutus est Ezechiel his verbis: Dicet ad populum, hæc dicit Dominus. Pone ollam, & mitte in eam aquam. Congere frusta eius, femur, & armum, electa & ossibus plena, compone quoque strues ossium sub ea, efferbuit coctio eius, &c. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Væ ciuitati sanguinum, ollæ, cuius rubigo in ea est, & non exiuit de ea. Sanguis eius in medio eius est, super limpidissimam petram effudit illum, non effudit illum super terram, vt possit operiri puluere. Hunc locum edisserit Hieronymus de Iudæorum, & Hierusalem perditione, & ingentibus cladibus, &c. & etiam de die iudicij, quando in propatulo creaturæ vniuersæ omnium scelera patebunt. Cum enim sola pœnitentia operiantur peccata, & iam ibi nullus sit concessus pœnitentiæ locus. Arbitratur peccator quod dummodo scelera sunt operta, quod numquam patebunt? Audiat Oseam dicentem: Colligata est iniquitas Ephraim. Colligata, & inclusa, ac si in marsupio, aut arca reconderetur (ait Hieronymus) absconditum peccatum eius, dolores parturientis venient ei, & tunc patebunt peccata. Quoniam sicut mulier prægnās necessario emittere debet fœtū, nec in ventre potest multo tēpore celare, ita &c. Vt enim aiebat Augustinus, cum verus Moyses noster e monte descenderit infinito lumine coruscus, & quasi cornutus, & eius cruce cum cornibus, in quibus fortitudo Domini significatur, ad se vindicandum, & luce ad aperienda humana corda aperientur tenebræ humani cordis. Cumque multi aperiendi sint libri, vt ratio exigatur omnium, solum dicit librum misericordiæ aperiendum. Quid id totum necessarium erat, vt hominum duritia frangeretur, diuitum impietas, & crudelitas, qui in pauperes lapidei sunt & ferrei. Diuites fures uocantur a Sanctis, cum pauperum necessitatibus non prouident, lib. quinto, cap. decimo, numer. 23. Diuitiæ communicatæ & diuitibus, & pauperibus prosunt, sicut cibus a stomacho in alias partes transmissus, lib. eodem numer. 30. Diuites, cum tanta dent parasitis, & scortis, & conuiuiis, & luxui, si pauperem videant immisericordes, sunt ne digni vt in paupertatē rediganturnu. 34. & 77. Qui absque ratione innumeras cogitant necessitates, ne pauperibus benefaciant, numer. 70. Hi deteriores sunt terra, num. 71. cumque vocentur a Paulo eleemosynarum debitores, numer. 79. nihilominus indigent hac Euangelica animaduersione, vt pauperibus benefaciant, & generaliter, vt metu incusso operentur, qui amore nō mouentur. Amore ducuntur Sancti ad bene operandum, alij autem timore, lib. 1. capit. 9. num. 1.

De cinit. Dei ca. 24.

Ho. 5. ad Rom.

Oseæ 13.

Serm. 63. ad fratr. in ere.

nume. 1. 4. 5. 7. 9. vsque ad 12. capit. 11. numer. 11. cap. 25. num. 10. lib. nono, cap. 13. nume. 1. Secundo liber misericordiæ aperitur, ut in eo infinitam Dei misericordiam legas, & amorem, quando illa solum dicitur punire, vel præmiare, quæ tuum concernunt bonum aut malum, vtilitatem vel damnum. In hoc etiam docemur quod fidei coniungenda sunt opera, vt saluemur. Fidei fundamento bona opera superædificanda sunt, lib. secundo, cap. 16. nume. 18. & 19. lib. 3. cap. 17. nume. primo, lib. 9. cap. nono, nume. 65. lib. 18. cap. decimo, numer. 11. 12. 14. 16. 19. vsque ad 21. & 26. cap. 12. nu. 11. Fides, & opera coniungenda sunt, lib. sexto, capit. 3. numer. 6. 8. vsque ad 10. 15. vsque ad 27. lib. nono, cap. 17. numer. 23. lib. 18. cap. 12. numer. 15. Docetur etiam in hac Domini sententia, vt saluentur homines, non solum mala relinquenda esse, sed etiam bona operanda, nec auferenda aliena, & insuper propria elargienda, lib. 18. cap. 10. nume. 11. 12. 14. 16. 20. 21. & 26. cap. 12 nu. 11.

4 *Cum uenerit filius hominis in maiestate sua, &c.* In capit. 24. docuerat Dominus multa in vltimo iudicio euentura timoris, & horroris plena, quando Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & Stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur, quando plãgent omnes tribus terræ. Et post multa, quibus non solum virgulta, sed & cedri magnæ Libani concutientur, venturum modo dicit filium hominis in sede maiestatis suę sedentem. In quibus verbis breui summa omnis malorum infelicitas edicitur, toraque Sãctorum consolatio, ac bonum. Sicut enim post inenarrabiles peccatorum calamitates hæc erit summa, & omnium terribilis, videre Christum Dominum *in maiestate sua, & omnes Angelos cum eo* sedentem, & regnantem vbi armato ipso, armatisque creaturis, totus hic belli apparatus contra ipsos erit, sic post tot mundi calamitates, post tam multa, quæ ibi contingent, quę terrefacient iustos, Sol enim, & Luna, & Stellæ obtenebratæ sunt, vt timore concutiantur etiam iusti, lib. nono, cap. nono, nu. 35. & 36. In iudicio, vbi omnes egent maxime misericordia Dei, ibidem numer. 14. 21. & 65. Quando iudicij tempus, tamquam nox, & hyems vocatur, in quo nido cadente, quem homines in hac vita bonis temporalibus tamquam paleis, festucis, & luto ædificauerant, si homines volatu caruerint, vt auium pulli perdentur, nume. 16. libr. 17. cap. primo, nu. 3. *Tunc filius hominis ueniet in maiestate sua* Angelis comitatus, vt abstergant omnem lacrymam ab oculis Sanctorum. *Veniet in maiestate*, non vt terreat, sed vt lætificet. In peccatoribus quæ præterierunt iucunda, & læta, ipsorum memoriæ tunc oblata ingentes parient cruciatus, mœroremque immedicabilem, libr. 9. cap. nono, numer. 25. & 26. Quoniam quæ misere eos, & instantanee lætificauerunt, in sempiternum cruciabunt, iustitia Dei id exequente, sic, & Sancti eandem maiestatem videbunt, quæ æternis bonis tam breuia, & modica, quę doloris, & pœnæ pertulerunt in vita, remuneret. In iudicio beneficia sua Christus Dominus pandet malis, potissime autem incarnationis, & passionis suæ supremum beneficiũ, quo abusi sunt, propter quod iuste damnantur, & summe confundentur, lib. nono, cap. 9. nu. 63. Sic eadẽ beneficia, quibus grati extiterũt Sãcti a Christo Domino relata sũmopere delectabũt. Cum enim dies illa sit, in qua Deus omnium vitam scrutabitur, etiam religiosorum, lib. 15. cap. 6. nume. 13. quem solum expectant illi, qui perfecte diligunt Deum, libr. 17. capit. tertio, nume. 25. ideo hi soli, Deo viso in maiestate, gaudebunt, quando arguuntur impij, corripiuntur imperfecti, a quibus liberi ipsi erunt, lib. nono, cap. nono, num. 52. Diciturque Deus ad iudicium venire tamquam ebrius, vt immemor iniquitatum, quas patrauerunt Sancti, qui iam pœnitentiam egerunt, immemor etiam miserationum suarum, quas parum experientur iniqui, libr. 18. cap. quinto, nume. 19. Pleni mille terroribus erunt tunc iusti, sed peccatoribus maiores multo instabunt, lib. 18. capit. 15. numer. 34. Sed illos consolabitur Dominus in sede maiestatis veniens, istos cruciabit maxime, libr. nono, ca. nono, nu. 47. vsque ad 49. 56. & 63.

Cum uenerit filius hominis in sede maiestatis suæ, &c. Fratres Ioseph quondam cum primũ ab ipso iam dominante in Aegypto audierũt: Ego sũ Ioseph frater vester, quem vos vendidistis in Aegyptũ, &c. non poterant respondere nimio terrore perterriti cum tamẽ multa vidissent in fratre, quæ eos & possent, & deberent consolari, &c. tamen videntes ex vna parte auctoritatem Ioseph, & ex altera perpendentes facinus tam immane, quale commiserunt in fratrem de ipsis benemeritum, quem primum in foueam, & cisternam proiecerunt, & postea vendiderunt. Ridicula sunt hęc, & lusibus puerorum merito comparantur, si conferantur ad ea, quæ in iudicio contingent peccatoribus, apparente Christo in sede maiestatis vallatus exercitibus Angelorum. In iudicio tot erunt iudices, & accusatores, & testes malorum, quot habuerunt correctores, & qui eos uirtutum exemplis ad bonum iuuarent, lib. nono, cap. nono, nume. 62. 66. & 76. Dęmonesque exultantes conuenient ad perdendos peccatores, lib. 14. cap. 6. nume. 29. Ipsique agent causam apud iustum iudicem summa cura contra iniquos lib. nono, cap. nono, nume. 49. & 76. Sed cum tot hæc sint illis mala, innumeraque alia, hoc erit omnium maximum videre filium hominis in maiestate & uenientem, & iudicantem. Gen. 45.

Et congregabuntur ante eum omnes gentes, &c. 5 Iudicij diem prædixit Daniel, quando throni positi sunt, libr. nono, cap. nono, numer. 31. Libri sunt conscientiæ, singulorumque opera, liber viuentium, in quo gesta Sanctorum scripta sunt, liber, qui est in Diaboli manu, Dan. 7.

eodem

eodem numer. Tunc aperiendi sunt libri, qui sunt Sancti, & liber vitæ vniuscuiusque, lib. 9. cap. nono, nume. 45. Liber autem apertus dicitur quędam vis Dei, qua fiet, vt cuncta opera mira celeritate cernantur, ibidem. Tunc quidam iudicabunt cum Christo, alij iudicandi ad dexteram erunt, & alij ad sinistram, ibidem num. 56.

6 *Et separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hædis.* Tanta facilitate separabuntur tunc illi, qui, dum viuerent, permisti erant, vt id fieri vix posset, nisi cum zizaniis eradicaretur & triticum, cumque arbor & viridis, & sicca eandem repræsentent figurã, sic conseruandæ sunt vsque ad ver quando patebit quę arbor sicca sit, & quæ non, lib. nono, capit. 21. num. 15. & 17. Separabuntur in iudicio, & cognoscentur. Dum vinimus, permistæ sũt duæ ciuitates, quæ omne hominum genus complectuntur, ciues ciuitatis sanctæ Hierusalem, cum ciuibus Babylonis morantur: sed separabit eos in iudicio Rex, qui & pastor est, lib. tertio, cap. 17. num. 15. vsque ad 17. lib. 18. ca. 15. numer. 22. & 27. lib. quinto, cap. tertio, numer. primo. 6. 10. & 13. cap. octauo, num. decimo, lib. nono, capit. 20. num. 22. cap. 21. nume. 5. 6. 8. 9. 11. 12. 15. & 17. libr. 15. capit. secundo, numer. 13. Iusti, & fertiles, ouibus comparantur, mali autem hædis, quia sunt steriles, libr. 18. cap. 15. num. 22. & 27. Ecclesiam ingressi habitant lupi & agni, &c. lib. quinto, capit. 3. num. septimo, cap. 6. nume. 9. Ciuitates duæ commistæ sunt modo, in fine autem separabũtur, libr. 3. cap. 17. num. 15. vsque ad 17. lib. 5. cap. 3. num. 10,

7 *Tunc dicet Rex his, qui a dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi. Esurini enim, & dedistis mihi manducare, &c.* In quibus verbis multa sunt grandi consideratione digna. Primum, quod cum iusti, & peccatores iudicandi sint, sententia primum fertur in bonos, vt Deum intelligas promptiorem ad miserendum, & præmiandum bene acta, quam ad uindicandum male facta. Deus pronior ad miserendum, quam ad puniendum, libr. 2. cap. vndecimo, num. 1. 4. vsque ad nonum. 19. vsque ad 21. 25. & 26. capit. 14. num. secundo. lib. quarto, cap. sexto, num. nono, & 16. cap. 7. num. 3. 4. 6. 9. 12. 14. & 15. cap. octauo. num. 11 15. & 16. cap. nono, numer. 1. vsque ad 4. 10. 13. vsque ad 18. cap. vndecimo, num. nono. Deus quasi inuitus, & cum maximo dolore compellitur peccatores damnare, lib. quarto, cap. 7. num. 6. 14. & 17. cap. octauo, num. sexto, cap. 9. num. 2. 3. & 14. cap. 11. numer. 9. cap. 12. nume. 4. 5. 10. & 14. lib. sexto, cap. 11. num. 8. Deus tamen, quia bonus est, etiam dicet: *Ite maledicti* vt, iustitia sua considerata, moderetur hominum audacia, lib. 4. cap. 11. nume. 4. 5. 16. & 24. li. 6. ca. 10. nu. 1. & 2. ca. 11. n. 4. & 5. Considerandum etiam est, quam sit Deus propensus, vt hominibus benefaciat, postquam res tam modicas, tam magnifice remunerat: *Infirmus eram,* Orig. ho. 34. in Matth. Ierosenius.

ait, & non refert se curatum, quoniam hoc difficile videbatur, sed visitatum; non dicit pecuniis me inclusum in carcere extraxistis, sed venistis ad me. Mira dignatio illius, qui tantilla charitatis opera recensere dignabitur, eaque sibi pręstita, cum tamen pauperibus essent erogata, lib. 1. capit. 6. numer. 19. Ideoque electi dicent: *Domine quando te uidimus esurientem, &c.* quæ verba significant eorum admirationem, qua stupebunt sua opera, etiam minima, sic magnifieri a iudice, vt & sibi impensa agnoscat: Et si minima, sic & laudat, & remunerat, magnifica Sanctorum opera & vtilitati proximorum, & Dei cultui consecrata in quo erunt ordine? Apostolorum prædicatio, egestates, nuditates, itinera, martyria, innumeraque incommoda pro bono fratrum tolerata? &c. Idem dicendum, dum perpenderis Martyrum charitatem, Doctorum, & Prædicatorum dilectionem in proximos, Confessorum vigilias, cilicia, ieiunia, verbera, &c. Fratres, & minimos vocat pauperes: fratres, quia ad eandem hæreditatem uocati cum Christo: & minimos, quia hi contempti biles sunt in mundo. In tanta veniẽs maiestate, & gloria etiam minimos fidelium, fratres suos uocat, & agnoscit verus noster Ioseph. Sicut in resurrectione iam gloriosus eos fratres vocauit, sic & in iudicio. Et sicut, dum viuerent hi, paupertas Babylonicus fornax erat, vbi Deus pauperibus astabat, ne perirent, lib. secundo, cap. 15. num. 16. lib. quarto, capit. 41. num. secundo, & tertio, sic modo eos tantopere honorat, eos uocans fratres, immo vnum cum ipso, dum sibi præstita recensęt beneficia, quæ illis fuerunt collata. Vnde pauperes peregrinos, & ægros quærere debẽt diuites, vt eis benefaciant, lib. quinto, cap. 10. num. 4. 37. 42. 52. 73. & 75. Pauperibus continue misereri debemus Christiani viscera misericordiæ induti, lib. quinto, cap. 10. num. 29. & 41. Ideo pauperes pascens Abdias, Propheta effectus est, numer. 43. Pauperibusque ægrotantibus, & saniosis alacriter ministrabant Sancti hæc considerantes, numer. 42. quorum miseria non solis verbis, sed & operibus leuanda est. Ideo enim dicit: *Esurini, & dedistis mihi manducare*, numer. 59. & 60. Pauperes hospitio recipiendi sunt, nume. 75. & 76. In paupertate consolandi sunt egentes, quorum sors breuiter mutanda est, sicut & diuitum, lib. 14. capit. tertio, numer. quinto, vsque ad 7.

Considerandum etiam quod iustos benedictos patris sui vocat, maledictos non ita, quoniam benedictionis ministrator est pater, maledictionis autem sibi vnusquisque est auctor. Regnum cælorum paratum hominibus iustis dicit, gehennam diabolo, cui se cõiungunt, dum peccant, lib. primo, cap. sexto, num. 19. Si contempserimus pauperes, ipsum in illis contẽnimus Christum, vnde timere debemus, ne ipse nos cõtemnat in iudicio coram uniuerso orbe, li. 5. c. 10. nu. 57. 8

Ani-

9 Animaduerte etiam, quod vt diuinum in homines amorem Christus Dominus ostenderet, cum innumera sint, illaq. grauissima, quæ operari debent homines, virtutum theologalium, quæ Deum in se respiciunt, vsus virtutis religionis, quæ Dei cultui intenta est: immaniaque sacrilegia, & scelera contra Deum, eiusque honorem, periuria, blasphemiæ, odium ipsius, desperatio, impietas, &c. sola illa recensentur in Euangelio bona, & mala, quæ cõtra alios homines gesta sunt vel in horum vtilitatem vel minimam, quasi hæc sola præmio, aut animaduersione digna sint. Et cum omnia recte gesta Sanctorum coronis cęlestibus præmianda sint, & mala impiorum æternis suppliciis punienda, solum illa narrantur, quæ proximos concernunt. Primum, quoniam tam grandi persuasione hominum crudelitas, & duritia in fratres moderanda erat, vt vel summæ beatitudinis spe, vel ignis æterni metu acti in pauperes esurientes, nudos, infirmos, in carcere positos, sint misericordes, medicamine enim minus acri tantæ insensibilitati mederi vix potest. Diues tot iniurius est hominibus, quot poterat opem ferre, li. quarto, capit. 39. num. primo, lib. quinto, cap. decimo, numer. 7. & 23. Diuitiæ congregatæ, nisi distribuantur, generant vermes, lib. quarto, cap. 41. nume. 14. Diuitum duritiam vix emollire possunt pauperes necessitate pressi, libr. quinto, capit. 10. nume. 11. lib. 14. capi. tertio, num. 10. vsque ad 12. & 21. Et cum diuites multa bona receperint a Deo hoc fine, vt vel modica ipsi tribuant egenis, nec id efficere volunt, libr. 5. capit. 10. nume. 19. Cumque per pauperum manus pecuniæ transferendę essent in cælum, numer. 23. & 28. diuites re ipsa dicunt, licet verbis taceãt: Omnia consumantur, & Christus non pascatur, libr. 14. capit. 3. numer. 21. Vt huic ergo malo prouideat, docet pauperum contemptores sulfureis ignibus cruciandos, beatitudineque æterna præmiandos, qui vel in modico ipsos iuuerint. Quod si misericordia non exhibita egeno esurienti, sitienti, nudo, &c. verbis tam grauibus reprehẽditur, & inferni suppliciis punitur, qua pœna digni erunt diuites, qui spoliant pauperes indumentis suis, qui collidunt pauperes, sicut pecus pingue percutit illud, quod macilentum est? lib. quarto, cap. 39. numer. 8. 10. vsque ad 12. Diuites per potentiam opprimunt pauperes, qui habentes stateram dolosam illis sunt iniurij, lib. quarto, capit. 39. nume. 14. 15. 17. & 23. Diuites immisericordes in pauperes æterna damnatione feriuntur, in qua acrius multo cruciabuntur raptores, ibidem numer. 22. 24. vsque ad 26. 32. & 33. cap. 41. num. 6. & 14. lib. quinto, cap. 10. num. 5. vsque ad 7. & 10. Diuitum enim mensæ multorum pauperum constant sanguine, lib. quarto, capit. 39. numer. 32. & 33. Et denique impij, qui sua porrigere tenebantur, usuras exigunt a pauperibus, numer. 23. 29. 33. 35. vsque ad trigesimum septimum.

Animaduertit etiam Origenes, quod misericordia iudicis erat benefacta hominis largius prędicare, & ampliare, malefacta autẽ breuiare, & propterea dicit: *Esuriui enim & dedistis mihi manducare*. Sed & iusti immorantur in vnoquoque verbo humilitatis causa. Iniusti autem cursim dicunt, prætereuntes crimina sua, quia proprium mãlorum est, culpas suas excusando aut nullas velle ostendere, aut leues, & paucas. Hæc Origenes. Vnde iusti ab auditione mala non timebunt, lib. 9. cap. 9. nume. 65. 10 *Orig. ho. 34. in Matth.*

Venite benedicti patris mei, &c. De iustorum beatitudine, lib. secundo, capit. primo, & 4. 11

Ite maledicti, in ignem æternum. In morte pœna æterna punitur malus, quia de illo optime dicitur: Quod consummatus in breui expleuit tempora multa, lib. quarto, capit. primo, numer. 67. Gregorius aiebat: Qualem Deus primum Angelum condidit omnibus pulchriorem, maiori gratia donatum, nihilominus tot mira, in quibus illum excellere voluit, quæ tamen amisit, nobis demonstrant cum ab illo celsitudinis gradu in tartara coniectus sit, qualis nos exitus maneat, quæ pœnæ, si in superbiam elati nos Deo subdere noluerimus. Hac enim de causa parcere Deus noluit, quem tot ornamẽtis insignierat, vt vermiculus paueret, & contremiscat. Quare in Esaia dicitur: Inebriatus est in cælo gladius meus, vt inde agnoscas qualem Deum in hominum terrenorum punitione debeas existimare, qui talem se præbuit in eorum sceleribus uindicandis, quos sibi coniunctissimos in cælo crearat. Ignem hunc paratum dicit diabolo, vt inde colligatur ingens pœna, & quod hæc manet Christianos super alios. Christianus & magis, & periculosius peccat, quam alij, lib. 3. capit. 15. nume. 11. 12. 14. vsque ad 16. cap. 16. numer. 13. lib. 6. cap. 11. num. 13. qui & in inferno visi sunt cruciari a quodam intolerabilius, quam omnes pagani, libr. tertio, capit. quinto decimo, numer. 13. *Greg. 32. mor. ca. 18. in Ezech.* *Esa. 34.*

Et ibunt hi in supplicium æternum. In quibus verbis perpenditur virtus diuinæ sententiæ, quæ executioni mandabitur, omni posthabita suplicatione, appellatione, & dilatione. Dicitque ituros prius malos in ignem æternum, quam iustos in cælum, ut augescat horum gaudium, dum illorum perspectant pœnas, & mala. Horum autem recensetpœnas damni, & sensus, damni dum ait: *Ite*, sensus, dum *ignem æternum* memorat. Vide in loco citato, libr. nono, capit. tertio. 12

FE-

FERIA TERTIA POST primam Dominicam Quadragesimæ.

Euangelium.

Cum intrasset Iesus Hierosolymam, commota est vniuersa ciuitas. Matth. 21.

1 Fer. 3 Domi. 1. in Quadrag.

SOLEMNI illo in Hierusalem peracto itinere, quando ramis palmarum, oliuarum, depositisque indumentis processit populus obuiam Christo Domino, eumq. acclamauit Regem filium Dauid, a quo salus omnis nõ temporalis, sed æterna expectanda erat, ingressus est Dominus in Hierusalem, venit in templum, verbis, factis egregiis, miraculis stupendis intentus, maxime his, quæ Dei patris concernebant honorem, & hominum salutem: laudatus ab infantibus, reprehensus a Pharisæis & Scribis, abiit extra ciuitatem in Bethaniã, ibique mansit. In toto hoc Euangelio illud multum relucet, quod & attente considerandum est, qua veritate, qua cura, quam diligenter Deus ea curauerit, quibus hominum & necessitatibus, & vtilitatibus prouideretur, quã vere ea perfecerit, quę homines expostularunt; isti autem quam tepide, verbis solis, solum in facie, & ficte ea, quæ Dei cultum, & seruitium conferunt, gerant. Circa primum res esset prorsus inexhausta, si ex tota sacrarum litterarum serie edocere vellemus, nusquam Deum ficte gessisse ea, quę hominibus conuenientia sunt. Cum enim nulla prorsus cogente causa, considerata propria vtilitate, aut necessitate, ad id moueri Deus possit, sed sola bonitate sua, & hominum necessitate perspecta, sitque ratio misericordiæ, quę in Deo relucet maxime, alienæ miseriæ subleuatio in eo, qui potens, & misericors est, nihil vsquam per fictionem fiet. Sed quæ in veritate ab æterno prouidit hominibus bona, hęc in tempore eadem veritate executioni mandauit, sicque semper efficiet, vt finis, & media exordiis respondeant. Cum primum Deus homines condidit, nihil prætermisit eorum, quæ hominũ saluti essent necessaria. Ad id homines gratia, & iustitia originali plenos creauit, Angelis custodibus eorum cura commissa est, Dei auxilia inseparabilia comitantur homines, dum viuunt. Ludens in orbe terrarum condidit mundi huius machinam, cęlum, terram, arbores, &c. creaturus autem hominem lusus cessauit, & dixit: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Creatum illum statim introduxit in Paradisum terrestrem, vt illo potiretur. Parum id fuit, quando hominum mala maiori indigebant remedio, Deus homo factus est, &c. Nihil intactũ reliquit, vtque eius maxima cura dignosceretur, iam vocabatur paterfamilias, agricola, pastor, gallina congregans pullos sub alas. Euangeliumque hodiernum pulchre edisserit istã veritatem. In quo ostendit patientiam, & potentiam, ignoscens & puniens, & vtrumque ordinat in bonum hominum, lib. secundo, ca. 11. numer. 10. vsque ad 13. 18. 21. usque ad 26. 29. 30. 33. vsque ad 35. lib. tertio, capit. 10. numer. 100. lib. quarto, cap. octauo, nume. 10. 14. 17. cap. 11. num. 10. Deum misericordem, & iustum imitari nos debemus, lib. 4. capit. 11. num. 21. & 23. Deus, antequam templum, & ciuitatem ingrederetur, fleuit, verbisque compassione miranda plenis dixit ciuitati Hierusalem: *Quia si cognouisses & tu, &c.* Vbi ineffabilis eius amor innotuit, & post paululum *ingressus in templum cœpit eiicere uendentes, & ementes*, dilectionem ostendens hominum, odium autem vitiorum Deus, qui vitiis irascitur, nõ hominibus, si illa non sint, non punit hominẽ, qui iam mutatus est, lib. quarto, capit. 25. nu. 4. & 5. Eiecit vendentes, quoniam aliquando Deus iram ostendit misericordiam occultans in hominum bonum, lib. secundo, cap. 11. num. 10. 21. 29. & 30. lib. quarto, cap. octauo. nume. 4. cap 26. nume. 3. Deus enim rigidus in punien dis peccatis semper fuit, lib. quarto, capit. 18. num. 1. vsque ad 12. 15. vsque ad 20. & 25. Deus dicitur indurare cor Pharaonis, id est, non flagellare in suum malum, lib. 6. capit. 9. num. 34. Hæc homines a Deo discere debent, quæ raro efficere sciunt, vt, scilicet, dilectionem hominũ coniungant punitioni criminũ, & punitionem amori. Qui filium tenere diligit, perspiciens illum multis sceleribus immersum, licet is domum Dei fecerit spelunca latronum, & sicut filij Heli sacrilegi in his, quæ diuinum concernunt cultum, templum violauerit, & homines retraxerit a sacrificio, ne eum contristet, vindictam, & correctionẽ omittet, & ne homo contristet Euam suã non aduertet, quod manum porrigens ad cibum vetitum vtrumque misere perdit. Nimius. n. amor coniungere nescit dilectionem cum flagello. Lege Prophetas, & aperte conspicies Deum flagellare volentem, demonstrantem id quasi coacte efficere. Deus punit prouocatus peccatis, & quasi inuitus, ideoq. minatur antequam flagellet, lib. quarto, cap. 12. num. 1. & infra. Cum enim peccata hominũ, quando omnis caro corruperat uiam suam, Deum cogerent, vt se de hostibus vindicaret, antequam aquis diluuij perderet omnem carnem, per centum annos & verbis Noe, & arcæ fabrica homines commonefaciebat, vt resipiscerent, & eius indignatio, & inundatio aquarum non sequeretur. Niniue miserandam calamitatem iussit Ionæ vt prædiceret, & cunctis habitantibus vrbem clamaret: Ab hinc quadraginta dies & Ninive subuertetur. Iudæorum captiuitatem, antequam potentissima manus Nabuchodonosor Iudæam ingrederetur, Ezechiel, Hieremias, & Esaias prædicabant, *Luc. 19.* 2

dicabant,

dicabant,& vt, amore Dei cognito, populus a via mala auerteretur,vt Babylonica captiuitas non sequeretur,se vocabat Deus nutritium,matrem educantem filios, aquilam super se portantem filios,principem pacis.Fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me. Et Esaias: Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini a meo vtero, qui gestamini a mea vulua,vsque ad senectam ego ipse,& vsque ad canos ego portabo. In infantia, in adolescentia,& vsque ad vltimam senectutem miserias vestras portabo,vt amor meus ad vos hinc cognoscatur. Cumque necessitate cogente flagellum fecerit de funiculo, & percusserit ipsius viscera,commouentur,& dicit: Ventrem meum doleo,ventrem meum doleo,sẽsus cordis mei turbati sunt in me,non tacebo, quoniam vocẽ buccinæ audiuit anima mea, clamorem prælij,contritionem super contritionem,vocata est,& vastata omnis terra. Edisserens hunc locum Hieronymus,ait: Hac metaphora viscerum dolentium sensus turbatos explicat,quæ ipsum cruciabant, quando proprias iniurias erat vindicaturus. In Deo enim ira, furor, & aliæ passiones non reperiuntur, sed his nominibus secundum ea,quæ hominibus accidere solent,eius exprimitur affectus, lib.quarto cap.12.numer. 3. Et in eodem Propheta etiã animaduertit Hieronymus, quod Dominus vt & amorem ostenderet, & in puniendo dolorem cũ populi illius scelera iã dissimulari non possent, dixit: Filia populi mei accingere cilicio, & conspergere cinere, luctum vnigeniti fac tibi planctum amarũ,quia repente veniet vastator super nos. Super nos aiebat Deus,vt doceat,quod quidquid super suum venturum est populum,super se quoque venire testetur. Et super contritione filiæ populi mei contritus sum,& contristatus, stupor obtinuit me. Vbi contritionem illius populi tristitiam, & stuporem proprium dicebat Dominus,quasi immortalem,& impassibilem Deum ea contingerent, quæ populum in captiuitate,& ruina, & paupertate, & lacrymis contingebant. Sed tamen etsi Deus & mala populi sentiat, & flagella ad tempus dissimulet,si tamen homo non corrigatur, flagellum facit,& castigat. Deus patienter fert peccantes,sed completo numero peccatorum rigide punit,lib.secundo. capit. 11.numer. 8. 9. 22.vsque ad 24.& 26.lib.quarto,cap.sexto,nu. nono.cap.8.num.16.vsque ad 10.12.& 16.ca. 18.num.nono,vsque ad 12.18.& 19.lib.sexto, capit.decimo,numer.14. Vnde hic curat cæcos,& claudos, & etiam verbis asperis increpat vendentes & ementes,& eos e templo eiicit. Si autem adhuc amplius diuinam volueris cõiectare bonitatem in dies se prodentẽ magis; hinc facile colliges,quod non vnam Hierosolymis domum, sed innumeras in toto orbe dedit orationis domos, in quibus homines multis necessitatibus pressi a Deo consequerẽtur eorum remediũ. Reges,ac Principes,Reipublicæque gubernatores loca habẽt deputata, in quibus malefactores iudicentur,puniantur,carceres,vbi inedia macerentur, vinctiq. asseruentur tuti vsque ad supplicium. Non habent Reges & reipublicę alia media,quib paci,& bono communi prouideatur, nisi carceres,neruos,flagella,catenas,&c. At loca Dei, vbi rei audiuntur,& iudicantur,Ecclesiæ sũt, domus orationis, & misericordiæ, in omnibus locis, villulis vbique multæ, vbi homines malis & culpæ,& pœnæ premuntur, accedant Dominum rogaturi, ibi Sacerdotes, ibi Reliquiæ Sanctorum. horum intercessio, confessio, ibi sanguis Christi, diuinum Missæ sacrificium,hæc est ingens misericordia Dei. Si homo ista animaduerteret,intelligeret pro culdubio Deo obligatum propter hoc nimis, vtpote cum de excelso cęlorum habitaculo, de sanctuorio suo respicit non super domum vnam,sed super innumeras die, ac nocte, super quas oculos habet apertos, vt hominum prospiciat miserias,& mala, & aures intẽtas, vt precantibus beneficiat. In domo orationis duo fecit Dominus, & *eiecit uendentes, & ementes* zelando diuinum honorem, & infirmitates ibi degentium curauit,quia in loco isto & Deo cultus est exhibendus, & insuper vbi propriæ vtilitati homo fuerit intentus, alienis malis siue culpæ,siue pœnæ sint, intendere debet precationibus iuuans alios assiduis precibus ad Deum fusis. Itaque quanti sacras ædes intrant, sacrisque altaribus astant Angeli,Sacerdotes,diuinis mediis tuæ intenti sant,saluti,& quod huius hominis negligentia non meruit, alterius deuotione consequitur. Templum illud a Salomone ædificatum, magnificentissime,arca testamenti ornatum, sacrificiis,& oblationibus consecratum, illud fuit, vbi Salomon longa oratione a Deo postulauit,vt essent oculi eius aperti,& aures intentæ die,ac nocte. Hæc erat domus,de qua dixeras Domine: Et erit nomen meum ibi, vt exaudias deprecationem serui tui,& populi tui Israel,& cum exaudieris propitius eris. Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos, & agentes pœnitentiam, & confitentes nomini tuo venerint,& orauerint in domo hac,exaudi in cælo,& dimitte peccatum populi tui Israel, & reduces eos in terram, quam dedisti patribus eorum. Si clausum fuerit cælum, & non pluerit propter peccata eorũ, & orantes i loco isto pœnitẽtiã egerint nomini tuo, exaudi eos in cęlo,& da pluuiam super terrã tuam. Fames si obortã fuerit in terra,aut pestilentia,aut corruptus aer,aut ærugo,aut locusta, si quis pœnitens expanderet manus suas in domo hac,tu exaudies in cælo,in loco habitationis tuæ,& repropitiaberis. Nec solum Iudæus,sed & alienigena, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum (audietur enim nomen tuum magnũ,& manus tua fortis, & brachium tuum extentum vbique.) Cũ venerit ergo,& orauerit in hoc loco, tu exaudies in firmamento habitaculi tui, & facies omnia,

Esa. 46.

Hierem. 4

Hieron.

Hierem. 6

Hierem. 8

3. Reg. 8.

omnia, pro quib. inuocauerit te alienigena, vt discãt vniuersi populi terrarũ nomen tuũ timere, & probent quia nomen tuum inuocatum est super domum hanc. Quod si populus tuus captiuus fuerit in terra inimicorũ suorũ longe,vel prope, & conuersi deprecati te fuerint in captiuitate respicientes ad locũ, in quo templũ hoc ędificatũ est,exaudies orationes eorũ,& propitiaberis populo tuo. Cõpleta hac oratione,dixit ei Deus: Exaudiui deprecationẽ tuã, quã deprecatus es coram me,sanctificaui domũ hanc, quã ædificasti, vt ponerẽ nomen meum ibi in sempiternum, & eruntoculi mei,& cor meum ibi cunctis diebus. Ecce qua veritate Deus ea, quę hominũ concernunt salutem,semper curauit,& in hoc Euangelio corripiendo,infirmos curãdo,dãs domum cui ipse intentus semper esset,vt hominibus benefaceret.

3. Reg. 9.

3 In hoc autem Euangelio etiam meridiana clarius luce patet,quam tepide,& ficte solisq. uerbis ea tractant homines,quę Dei sunt, qui amati non redamant, beneficiis & multis, & magnis prosequuti nec minimũ Deo impendunt seruitium,sicut Hieronym.in hoc Euangelio aduertit,quod cum Christus & tãta contulerit beneficia, & insuper vocitatus sit Rex Israel,filius Dauid,benedictus qui venit in nomine Domini,in tanta ciuitate vbi multos curauit infirmos egressus e templo in Bethaniã profectus est,vt suæ prouideret necessitati in domo Magdalenæ,cum Hierosolymis,nec bucellã panis quis ei porrexerit. Populus.n.ille labiis eum honorans cor lõge habebat ab ipso. Clamare,cædere ramos de arboribus, bene quidem,sed esurientem pascere,aut sitiẽtẽ potare minime. Hoc semper cũ Domino egerunt homines, Cain debile, & infirmum obtulit Deo, & Esau pro esu lẽtium Sacerdotiũ primogenituræ annexum vẽdidit. Aiebat Bernardus sorori suæ: Rogo te,vt amorem Christi ostendas sociabus tuis non solum verbis, sed & operibus bonis, tunc.n.vere Deum diligis, si prõ amore illius bona,quæ potes,operaris. Vnaquæq. sancta anima debet in se mõstrare amorem Dei & verbis sanctis,& actionibus. Vnde sponsus in Cãticis animam alloquitur dicens: Pone me, vt signaculũ super cor tuũ, vt signaculum super brachium tuum. In corde sunt cogitationes, & in brachio operationes. Ergo super cor,& super brachium sponsæ dilectus in signaculũ ponitur, quia in sãcta anima,quantum ab ea diligatur & voluntate, & actione designatur. Et ita in hoc eodem iterum maledixit ficulneæ Dominus, & arefacta est,quia foliis,& non fructibus abundabat. Dixitq. Euangelista consideranter quod nõ erat tempus ficorum, vt aduerteret homo miraculum illud a Christo Domino patratum, ut intelligeremus verbis nõ moueri,sed operibus, non foliis,sed fructu. Fidem & opera habentes iusti,tamquam domestici Dei duplicibus sunt vestiti,li.18.c.10.nu.24. Fidei.n.uita charitas est,per quam operatur, li.7.c.8.num.33. Deus quærendus est,idq. nõ solis uerbis,sed & operibus,li.4.c.16.nu.5.14.15.17. vsque ad 19. ca. 19.num.5. Amandus Deus corde,& operatione,non solis uerbis,li.1.c.11.num.6. Anima iusti fructifera locus est,quem Christus ædificat & in quo habitat,li.18.c.15.num.7. Verbis quidem frequenter decipimus homines, & illis nostra peragimus negotia mentientes, & vana loquentes, iniquitatem,& nequitiam seruantes in corde, & mellita propinantes eloquia,at cum Deus,qui intuetur cor,verbis parum attendit, impossibile est verba sola alicuius esse momenti,nisi forte illa in malã hominum audiat,& exaudiat: Non omnis,qui dicit mihi,Domine,Domine intrabit in regnũ cęlorum,immo nec qui dixerit,Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, dæmonia multa eiecimus? nescit hos,sed illos, qui fecerint voluntatem patris sui. Indignabatur recte factis Phariſæorum,ieiuniis,orationibus, eleemosynis, quibus rectum cor non coniungebatur, quid expectabit homo, qui solis verbis bene se simulat operari, cum nec opus vllum adsit Deo gratũ? Hæc est nostrorum temporũ miseranda calamitas,& perditio, quod solis verbis ficte, tepide,& negligenter,quæ Dei cõcernunt cultum,negotiamur. Ea,quę re vera neniæ sunt, & risu digna maxima diligentia, & veritate tractamus, dum temporalibus incũbimus diuitiis,& honoribus,& voluptatibus inhiamus,hæc sola,& omnia summa cura exquirentes. Ea autem,quæ summæ sunt vtilitatis,& necessitatis, æterna tamquam lusus puerorum tractamus. Puerorum lusibus cõparatur,quæ mũdani hoſes gerũt in hac vita,lib.2. c.15.nu.17.vsq; ad 20. Ephraim pascit ventũ, & sequitur æstũ. In desiderio animæ suæ impius attrahit ventũ amoris sui,nullus auertet eũ. Intollerabilia ista sũt, & quę homines religiosos,& cordatos sẽsu priuãt,cætera autem omnia,ac si neniæ essent ridiculæ, & puerorũ deliramẽta,sic tractamus,assistimus sacris,vacamus Deo,oramus,ieiunamus,ac si nihil tale ageretur. Omniũ rerũ incredibilis est tepiditas,& distractio, quæ magis indiget lacrymis,quã probatione, quæ luce clarius videt quisquis oculos nõ habet clausos,expertus & in causa propria,& in aliena. Immo quod amplius dolẽdũ est,cõfessiones,cõmuniones quauis occasione nerelinquimus, & nulla adhibita cura id fit, leuicula occasione ieiunia relinquimus,præcepta,festorum obseruãtiã, sacrarũ frequentationẽ ædiũ. Malũ hoc non tempore Iudæorum tãtum reperit Dominus, qui applaudentes ipsi,& eius regnũ cõclamãtes,quẽ Regem cognoscebant,nec in domũ introducebant,nec frusto panis sustẽtabãt, ipso fame periclitãte,& presso, qui quadraginta annis pane eos pauit cælesti in deserto. Hæc tũc cõtigerunt inter Iudæos, nec his inferiora accidunt modo inter Christianos,&c. Immo sicut tunc non solũ hoc malũ repertũ est, quod Dominum egentem non pascerent, quod ipse patientissime tulit, sed quod templum diui-

Serm. 51. ad Seruor.

no cultui consecratum spelunca latronum factũ esset. Et locus ille, in quo precatus fuerat Salomõ, idq. a Domino exauditus obtinuerat, quod futurus esset in remedium captiuitatis, bellorũ, siccitatis, pestis, famis & Iudæis, & aduenis, iam spelunca latronũ erat, iã sacrificia lucra habebant pro fine, non animarũ salutẽ: in templo erant campsores, nummularij, emẽtes, & vendentes, & ea gerebantur in templo, quæ vix licerent in foro, & vix absq; periculo animæ exerceri potuissent. Omnia tam misere erant iam corrupta, vt sacrificia, & incensum, & libationes abominabiles dicerẽt Prophetæ esse coram Deo. Templa prophanata erant, licet non eo modo, quo tẽpore Machabæorum a Regibus barbaris, quando virgulta, & herbæ nascebantur in ianuis, dũ nec tẽplum frequentabatur, nec sacrificia offerebãtur, sed in templo turpitudines horrẽdæ, quãdo templum plenũ erat illicitis. Non hæc reperiebantur tempore Christi, sed fortasse iis peiora. Olim.n. etsi a barbaris tanta fiebãt mala, impietate Antiochi grassante, & depopulãte sacra, tunc Sancti reperiebantur multi, qui hæc flerent, & animas darent pro testamento patrũ, qui flentes dicerent: Melius est nobis mori in bello, quã videre mala gentis nostræ, & Sanctorum, qui confoderent eos, qui turpitudini vacabant in templo. Aderat qui clamaret Matathias: Filij æmulatores estote legis, & date animas vestras pro testamento patrum. Qui dicerent: Ecce contriti sunt inimici nostri, ascendamus nunc mundare sancta, & renouare. Hæc quidem mala, hæc templorum ir reuerentia, hæc profanatio a barbaris efficiebatur. At a fidelibus tunc domus orationis habitabatur, ac si latronũ esset spelunca, vbi tuti & absq; damno aliquo asseruarentur, tamquã diuino cultui vacantes, vel quia non minora ibi fierent mala, nec maior reuerentia haberetur loco sacro, quam quæ exhiberetur spelunca latronibus in ea latentibus. Sic & in populo Christiano contingit, non in tẽplis nostris ea perspicimus, quæ Constantinopoli, vbi in domo celebri Diuæ Sophiæ, tamquã in equili equi Turcarum Regis aluntur, & seruãtur, vbi quondam a Chrysostomo, & aliis Missæ celebrabantur, populo prædicabatur, non quæ in templis ab hæreticis combustis & profanatis contigerunt. Pauent aures, dũ audiuntur ea, quæ a Lutheranis Angliæ, Scotiæ, Saxoniæ, &c. gesta sunt in templis. Gratias Deo, nõ hæc apud Hispanos contingunt, sed tamen peius multo illud est forte, quod a Catholico viro, qui credit & Christi Domini maiestatẽ in Ecclesiis existentem, Angelos ibi seruiẽtes inter Missarum solemnia, agitur. Illi enim, dũ nullũ horum credunt, stultum credunt tẽplis exhibere reuerentiã, nec mirandũ ita, maxime autem graue, quod in templis sunt iudicia, murmurationes, periuria, ibi lasciue prospiciuntur feminę, sollicitantur, &c. Nam si illa quæ ex natura rei erant indifferẽtia in ingressu & porticu tẽpli Salomonis, cuiusmodi erat pecunias cambire, vendere, aut emere ea, quæ sacrificiis erant conuenientia, tam acriter inuehit Dominus in eos, qui ex circumstantia loci sacri hæc agebant illicita, quid de manifestis, & grauibus dicemus peccatis, quæ in Christianorum Ecclesiis semper contingunt, quæ intra priuatos parietes non licerent? Templum adire ad sollicitandam feminam, quod in lupanari licitum non est. Quid est quod dilectus meus in domo mea facit scelera multa? Numquid carnes sanctæ auferent a te malitias tuas? Narratque Hieremias post hæc verba innumera mala, quibus se præcipites dederunt Iudæi ex eo, quod dilectus a Deo, & qui Deum mille titulis diligere tenebatur, in domo Dei fecisset scelera multa: Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius. Et post pauca: Videam vltionem tuã ex eis. Quia tantorum malorũ vltionem differre non expedit, eam postulat Christus Dominus a patre contra eum, qui barbarus non est, & infidelis, sed dilectus, & Deo obligatus, & talis cum sit, facit in domo Dei scelera multa, vbi sacris vacandum esset, vbi diuina esset misericordia imploranda. Qui domum misericordiæ cõtemnit ad id mali dilabitur, vt illi domus iustitiæ efficiatur. Est res lamentabili stultitia plena, quod in domibus, in quibus specialiter agitur de his, quæ hominum concernunt salutem, domus ad hoc Dei bonitate inuentæ, vt nostris necessitatibus prouideatur, quas adire iubet Deus, vt æterna bona nobis largiatur, vt peccatis, & animæ ægritudinibus proprio sãguine medeatur, &c. quod ibi narrentur rumores, verba veniant, & proferantur in ventum ibi cachinni, risus: immo, quod peius est, ibi iuramenta, detractiones, verba sacrilega, &c. Multa alia erant loca, dubitari non potest, in quibus grauia committebantur peccata, quibus derelictis ad tempus, illorum remedio prouidit Dominus, quæ in templo fiebãt summa cura, quoniam, vt aiebat Chrysostom. diuinæ iustitiæ conuenit, ut fulgure e cælo misso pereant, qui in templo peccant. Quoniam, qui in foro in Deum, vel proximum cõtumeliosus extiterit, spes illi residua est, vt in templum vadens diuinam & imploret misericordiam, & veniam criminum obtineat, sed qui templo abutitur, in propriam perditionem adibit forum, vt veniam commissorum precetur? Ex dictis constat, quod Sancti, qui Deo similes sunt, non uerbis, & lingua, sed opere & veritate, saluti, & bono proximorum inuigilant. Sancti enim exemplo summi Sacerdotis habent nomina duodecim tribuum filiorum Israel sculpta in pectorali, & superhumerali, quia illos portabant in pectore, dum eos diligebant, & super humeros, dum illorum prouidebant necessitati. Os meum, aiebat Paulus, patet ad vos o Corinthij, cor nostrum dilatatum est, non angustiamini in nobis. Sẽsu parabolico os patere

Hiere. 11

2. Cor. 6.

tere dicit exemplo illorum, qui magno calore æstuantes aperto ore aerem attrahunt, & colligunt, quo viscerum suorũ ardorẽ possint refrigerare. Sic Paulus proximorũ amore accensus, & ardens desiderio salutis ipsorũ nec verba, nec carceres ab eorum amore poterant ipsum reuocare. Et quia adhuc maiora desiderabat proximis impendere dilectionis signa, os aperit, tamquam desiderãs plura pati, & subdit: Dilatamini & vos. i. sic sit & amor vester in fratres non verbis solis, sed & operibus exhibitus, & manifestatus. Qui autem Sãcti non sunt, quæ proximos concernunt, tepide, & ficte, soloq. ore amorem confitẽtur proximorum mentientes. Proximos miro modo diligebant Sancti, li. 1. cap. 14. num. 2. vsq. ad 5. 9. 10. 13. 15. vsque ad 29. li. 9. ca. 7. nume. 18. ca. 16. num. 5. 6. 10. & 11. lib. 16. cap. 7. num. 3. 4. 11. 14. 17. 24. & 25. Amicitiæ in necessitatibus dignoscuntur, li. 1. ca. 15. nu. 18. c. 19. nu. 11. 13. & 14. li. 6. ca. 8. nu. 8.

5 *Cum intrasset Iesus Hierosolymam, commota est uniuersa ciuitas, &c.* In quibus verbis illud cõsiderandum est, quam sint ludicra, & contemnenda dicteria vulgi, cum quæ celebrant hodie, crastina die abominantur. Hodie cum ingrediuntur Licaoniam Paulus, & Barnabas, alterum vocant Mercurium, & alterum Iouem, ipsosq. vocant Deos, qui hominibus similes descenderent ad ipsos, & post paululum lapidantes eos extra ciuitatem eiecerũt. Laudes humanæ contemnendę sunt, li. 1. c. 20. nu. 2. & 29. cap. 3. num. 8. & 17. li. 8. cap. 9. num. 9. 16. 19. 20. 22. vsque ad 24. & 26. li. 9. c. 6. num. 15. cap. 23. num. 8. li. 11. cap. 14. nu. 2. 3. 6. & 7. li. 12. c. 1. num. 9 vsque ad 11. Laudes humanę contẽnendæ sunt, quia puncto temporis vix præterito omnium obliuiscuntur, quæ non distãt a graculis garrientibus, quorum præconia aranearum sunt textura, quæ & coronæ sunt paruulorum, coronatumq. semper post tergum irridentur, li. 11. c. 14. nu. 6. & 7.

6 *Et intrauit Iesus in templum Dei, & eiiciebat omnes uendentes & ementes*, quod factum duo docet in templo esse agenda, aut quæ Dei cõcernunt honorem, aut populi vtilitatem. Tẽplũ ingrediens cogitationes noxias relinquat in ianuis, li. 3. c. 16. num. 16. In Ecclesia sacris cõcionibus, & Missæ intenti, & reuerenter adsint homines, li. 5. c. 2. n. 3. 6. vsque ad 8. 10. 11. & 13. ad quæ multa sunt, quæ mouere nos debẽt, nu. 12. Ecclesiis dæmonum suorum reuerẽter astabant gentiles, ibidem nume. 13. Ideo. n. eiiciebat Dominus ementes & vendentes docẽs nos, qua ratione loca sacra debeamus honorare. Videbat Iacob scalam, & Angelos ascendentes, & descendentes, & pauens, & tremẽs aiebat: Quam terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cæli, ut sacris templis, vbi Rex Angelorum Dominus Iesus corporaliter assistit exercitu Angelorũ comitatus, reuerenter assistat homo. Vnde in Leuit. 26. Num. 17 uit. Sanctuariũ meũ timete, aiebat Deus, & in Numer. Omnis, qui accedit ad tabernaculum Domini moritur, vt ex his perpendas Christianorum Ecclesiis quæ sit reuerentia exhibẽda, & quod rubum ardentem & non combustum perspecturi ingredi debemus absq. calceamẽtis carnalium affectionũ. Huius rei pulchrum audi exemplum. Cũ Philistęi captam arcã Domini ponerent in templo Dagon Dei sui, & manu truncũ eum inuenirent super pauimentũ, in reuerentiam eius de cætero non calcabant loca, quæ caput idoli tetigerat, limẽ, scilicet. Si ergo idololatræ tanti faciunt loca, quæ mẽbra idoli tetigerunt, quanti a Christianis facienda sunt sacra? Ecclesiã, in qua laudandus est Deus, multi intrant mente distracti loquẽtes, quæ non conueniunt, li. 5. ca. 2. nu. 1. 2. 3. 7. 8. 10. 12. & 13. li. 9. c. 1. nu. 24. li. 13. ca. 11. nu. 5. In Ecclesiis nihil iam spirituale meditãtur homines, sed fori negotia introducuntur, quod maxime est flendum. li. 5. ca. 2. num. 3. 5. vsque ad 8. Ecclesiæ nostræ, quæ quondam domus erant orationis, latronũ spelunca factę sũt, ibi. nu. 5. Ita vt Ecclesia a balneis, & foro non differat, sic irreuerenter in ea sunt homines, nu. 7. 8. 9. & 10. Ecclesiam adeunt multi modo, vt feminas contemplentur, non vt Deo vacẽt, aut ab ipso misericordiam postulent, num. 4. & 8. In templum Salomonis venit Dominus *& inuenit uendentes & ementes* ait Augustinus, qui figura erant multorum, qui in Ecclesia Catholica erant futuri, quærentes quę sua sunt, non quæ Iesu Christi. De quibus aiebat Paul. Multi ambulant, quos sæpe dicebam vobis, nũc autem & flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus vẽter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Bona tẽporalia magnifaciunt peccatores, & contemnunt spiritualia, quia paruuli sensibus sunt, li. 1. c. 2. nu. 2. & 7. li. 2. c. 16. n. 24. vsque ad 26. & 28. c. 19. nu. 13. 22. vsq. ad 25. li. 4. c. 28. nu. 20. Bona tẽporalia magna dãna cau sant, quæ impij propterea non sẽtiunt, quia ebrij sunt, li. 1. ca. 17. nu. 22. & 23. Chrysost. aiebat, quod super omnia miracula, quæ Christus Dominus operatus est in terra, hoc fuit eorũ maximum, dum homo, qui in Iudæorum opinione nec Rex erat, nec iudex, aut Sacerdos, sed filius fabri credebatur nemine contradicente, aut loquente (Hieronymus) eiecit vendentes, & ementes homines, qui in nullo Christo Domino erant affecti, sed eum sũmopere oderant, & tamen omnium mensas euertens, æs effundens auarorũ, sęquientibus Pharisæis, & Scribis, lucris maxime inhiãtes tacẽt, quod profecto miraculum est maiorẽ habens difficultatem, quã apertio oculorum in cæco nato, aut vero Lazari resurrectio. Hæc Hiero. Moderari.n. & cohibere horũ auaritiam, irã, odium, & passiones omnes, quibus contra Dominũ afficiebantur, ingens miraculũ fuit. Sed tamen modo eadem perspicimus mala, auaritia enim Sacerdotum, altaria non sunt altaria, sed mensæ nummulariorum. O infelicitatẽ nostrã. O nos omni lacrymarũ fonte plãgẽdos. Domus Dei spelunca latronum facta est,

Exod. 3.

Aug. in Psa. 130.

Phil. 2.

Chry. ho. 13. in Mar.

Hie. Mar. 12

Chr. ubi sup.

Vtinã de Iudæis tantum hoc diceretur, nõ de Christianis; ploraremus quidẽ illos, sed de no bis gauderemus, quod non accidit, cũ illis simus peiores. Sacerdotes, & Prælati negotiationibus dediti taxantur, li. 14. ca. 16. nu. 5. 11. & 12. Sacerdotibus ministraturis in tẽplo prę cipiebatur olim, vt vinũ & siceram non biberent, ne curis huius sæculi prægrauarẽtur, li. 16. c. 1. nu. 21. Ideo n. offeruntur Sacerdotibus ciborum primitię, vt liberi, & securi seruiant Deo, ibid. Sacerdotum. n. & Clericorũ pars Dominus esse debet, nu. 24. 27. & 36. Sacerdotes caput radunt, quia cogitationes terrenas, & superfluas a mente resecare debent, li. 16. c. 1. num. 36.

7 Christus Dominus templum ingressus est, ait Chrysol. propter duo. Primũ, vt te doceat quod hęc visitatio Ecclesiarũ prima futura est inter omnes a viro Christiano, qui primum quęrere debet regnũ Dei, & iustitiã eius. Bona tẽporalia, vt præcipua, primo diligunt reprobi, iustis autem hæc sunt accessoria, li. 1. c. 17. nu. 20. c. 18. nu. 14. li. 2. c. 16. nu. 12. 16. 24. vsque ad 26. c. 19. nu. 22. 24. & 25. Secundo, quoniã ad modum periti medici id primum curat, vt in corpore hoc mystico mille ægritudinib. presso inter omnia cõualescat cor, & stomachus, quo nomine Sacerdotes significantur. Cum. n. Sacerdotes valent, Ecclesia proculdubio floret, si autem hi corrupti fuerint, omniũ fides marcida est. Vnde quia a corde motus, & vita corporis totius procedunt, a stomacho cibus traiiciendus est in reliquas corporis partes, vt alantur, & reparẽtur; sic motus vitales, & reparatio sæcularium a Sacerdotibus procedit. Hi quidẽ, etsi male uiuant, audiẽdi sunt, li. 14. c. 29. nu. 11. & 12. Sacerdotes tamen inferiores esse laicis, aut æquales in vita, & conuersatione etsi frequẽtissimum id sit, magna est illorum confusio, li. 14. ca. 16. nu. 6. 7. 13. 22. 23. 25. & 26. li. 16. c. 2. nu. 8. Sacerdotes, & Prælati, qui populum errantem regere debẽt, laqueus aliquando sunt populi. nu. 14. Ideo eorũ peccata acrius puniuntur, quam plebis, vt Dominus fecit, li. 14. c. 16. nu. 16. & 25. li. 16. ca. 1. nu. 31. & 32. Sacerdotum, & Ecclesiasticorum creuit numerus, meritũ autem diminutũ est, li. 14. c. 16. nu. 19. 20. 25. & 26. Sacerdotes multi sunt nomine, & pauci opere. Cathedra enim non facit Sacerdotem, sed Sacerdos cathedrã li. 14. c. 26. nu. 11. Sacerdotes nihil populare debẽt habere, cum Pythagoras discipulis suis prohibuerit communem ingredi viam, lib. 16. c. 1. nu. 28. & 29. Sacerdotes ab humero, & supra excedere debent populum, nu. 38. Si Sacerdotes iusti sint, Ecclesia valet, si ægri sint, ipsam ægrotare est necesse, li. 16. c. 2. nnm. 3. 11. & 12. Mali Sacerdotes aceto, & fumo recte cõparantur propter nocumentũ, quod inferunt fidelibus, num. 7. Sacerdotes substituti antiquis in officio nõ substituuntur in virtutibus, quibus carent, sicut filij Aaron figurauerũt, qui non iisdem uestibus ad fungendũ Sacerdotio induebantur, quibus pater vestitus est, li. 16. c. 3. num. 1. Sacerdotum ordo iam senuit, dum multi Sacerdotes amorem sæculi sequũtur, iuuenescit autem, dum Sacerdos recte cõuersatur, nu. 13. & 14. Sacerdotes & Prædicatores falsi scandalizant eos, qui extra Ecclesiã sunt, fideles autem fame perire patiuntur, li. 18. c. 3. nu. 10. Vt ergo Dominus malo Sacerdotũ mederetur, & id ad Reipublicæ reparationem faciendum doceret, ante omnia Hierosolymam aduenies templum ingressus est.

8 *Videntes principes Sacerdotum, & Scribæ mirabilia, quæ fecit, dum cæcos, & claudos curauit, & pueros clamantes in templo & dicentes: Osanna filio Dauid, indignati sunt & dixerunt: Audistis quid isti dicunt? &c.* In quibus verbis illud perspicuũ est, quod Pharisæi, gloria Christi visa, dum lætari debuissent, cruciabantur, & qui moueri debe rent ad bonum miraculis talibus perspectis, & exemplo puerorum laudantium Dominum, peiores effecti sunt. Maiores eorum, cũ ex Aegypto egressi essent, euasissentq. miserandam calamitatem Deo laudes canere cęperũt. Decantauerunt Domine, ait Sapiens, nomen sanctum tuum, & victricem manum tuam laudauerunt pariter, quoniam sapientia aperuit os mutum, & linguas infantium fecit disertas. Vt illi, qui in Aegypto ad modum infantium fari non audebant, iam magna voce dicerent: Cãtemus Domino, gloriose enim honorificatus est, &c. Hi videntes pueros clamantes, Deum non laudant, qui summa bonitate sua linguas infantium fecit disertas, ut ipsi viri, immo & Ecclesiastici, & Religiosi vocibus infantiũ ad diuinas laudes excitarentur: quod non fecerant, quoniam sicut diligentibus Deũ omnia cooperantur in bonum, ipsum odientibus omnia sæpe cedunt in malum: sicut apis quidquid acceperit, etiam amarum, in mel conuertit, aranea autem in venenum. Sicut cibus cũ traiicitur in stomachum non recte valentem, ibi perit, vt nulli rei, nisi morbo generãdo, sit aptus. Cumq. Dominus his respondisset, pueros clamasse, vt ex ore infantium, & lactentiũ diuina perficeretur laus, ne irritarentur, sed ædificarentur, non adiecit, quæ sequuntur in Psalmo: Ex ore infantium, &c. propter inimicos tuos, vt destruas inimicum & vltorem. Hebræa sic habent: Ex ore infantium, & lactentium fundasti robur, aut virtutem, quod fit, cum laus Dei inuicta cũctis hostibus Dei prædicatione euulgatur ab infantibus. Cumque tam esset potens horum laus, Pharisæi in nullo meliores effecti sunt, quoniam Ecclesiastici, dum peccant, difficulter redeunt ad Deum, lib. 14. cap. 16. nume. 7. Sacerdotum peccata maiora sunt, quam populi, maioriq. medicamine egent, vt curentur, li. 14. ca. 16. nume. 8. 10. usque ad 13. 17. 19. 20. & 24. lib. 16. c. 1. nu. 18. 24. & 32.

Chry. ho. 38. imper. *Sapien. 10* *Psalm. 8. Iansenius.*

FE-

FERIA QVARTA
post primam Dominicam Quadragesimæ.

Euangelium.

Accesserunt ad Iesum Scribæ, & Pharisæi dicentes: Magister, volumus a te signum videre. Matth. 12.

1 *Fer. 4. Dom. I. in Quadr.* GENERATIO *mala et adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ.* Patrauerat Dominus miraculum miserando homini vtilissimum, in quo tria generalia signa Domini beneficio contigerunt, quod mutus loqueretur, surdus audiret, & possessus a dæmone euaderet liber, quidam qui in profundum malorum iam venerant in Belzebuth id factum & credebant, & prædicabant. Alij his vel equales, aut paulo inferiores, alia expostulabant signa similia his, quæ quondam effecerant Prophetæ in aere, vel in igne, aut in cælo, vt his visis, Dominum Messiam crederent. Contra quos dixit Christus grãdi cõsideratione: *Generatio mala, &c.* In quibus verbis duo sunt aduertenda, alterum, cur Dominus tam acriter sit indignatus, qui in ferendis iniuriis tam fuit semper mansuetus, vt de ipso dixerat Esaias: Calamum quassatum nõ conteret, & linum fumigans non extinguet, non audietur in excelso clamor eius, & qui maiora tam patienter semper tulit, in re hac, quæ ex vna parte minima videbatur, & ex altera ad credendum eos posset impellere, & indignatus est vocans eos adulteros, quod postulabant, efficere nullo pacto voluit. Sed tamen signum, quod ipsis promisit, in maximam cederet vtilitatem illorum, si vellent, sicut cessit in ingens bonum fidelium. Circa primum. Summa Domini mansuetudo talis fuit semper, & talem futuram intellexerant Prophetę, vt hominum insolentiam moderari curarent, qui cum Dominum patientem alacriter iniurias viderent, ad maiores inferendas mouerẽtur. Vnde aiebat Esaias: Quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius est, quoniam excelsus reputatus est ipse. Hieronymus, id est, quamuis sustinentia eius vos stultos moueat, vt ipsum paruipendatis, re vera excelsus est. Et cum Paulus ea vellet docere, quæ mouere maxime possent homines ad ferendas iniurias dixit: Recogitate eum, qui talem sustinuit aduersus semetipsum contradictionem a peccatoribus, vt ne fatigemini animis vestris deficientes: nondum enim vsque ad sanguinem restitistis. Cum ergo hæc ita sint, considerare multum debemus, quare Dominus tam acriter tulit, quod isti signum nouum postularent, vt crederent. Chrysostomus ait Dominum hac occasione ira non modica motũ, quia cum actu ipsis benefaceret, diceret se venisse in mundum, vt fortem armatum spoliaret dæmonem, & orbẽ ab eius tyrannide eriperet, quando verbis, & operibus suum in homines amorẽ declarauerat, qui & sermonibus, & miraculis Domini moueri debuissent, vt eũ diligerent, & crederent, tunc noua poscunt signa peiores Niniuitis effecti, a quibus, & a Regina Saba damnandi essent. Hæc cũ perpẽderet Dominus, & quod Prophetæ prædicatio vna breuis, nullo præmisso miraculo, ab illis, qui nusquam audierant: Pœnitentiam agite, appropinquauit. n. regnum cælorũ, immo dubij dicebãt: Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus? Ionas semel illa protulit verba, quę ad desperationem potius, quam ad pœnitẽtiã Niniuitas excitare videbantur. Nullus dicebat: Pro Christo legatione fungimur, tãquam Deo exhortãte, per nos obsecramus, pro Christo reconciliamini Deo, & nihilominus pœnitentiam egerunt illi mirabilem, hi autem in nullo moti sunt, cũ Prophetarũ omniũ Dominus per tres annos assidue prædicauerit, & miraculis, & doctrina eos ad se trahere curauerit. Mundus, dixerat Paulus, ego sũ a sãguine omnium, qui per tres annos cum lacrymis nõ cessaui nocte, ac die annuntiare omne consilium Dei vobis, quod melius multo cum effeciisset Christus, hi lapidei remanserunt, & digni, qui audirent: *Generatio mala, & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei.* Dixerat Iob Deus. De cuius vtero egressa est glacies, & gelu de cælo, quis genuit? In similitudinẽ lapidis aquæ durãtur. Præmiserat Dominus: Quis dedit vehemẽtissimo imbri cursum, & viã sonantis tonitrui, vt plueret super terrã absque homine in deserto, vt impleret inuiã, & desolatã, & produceret herbas virentes? Christus Dominus, eiusq. prædicatio, & Euãgeliũ, Hieron. attestãte, pluuiæ vehemẽtissime cõparatur, quę emissa est, flãte aura Spiritus sãcti, cui viã præpararũt miraculorũ tonitrua. Ipse pater pluuiæ fuit, qui diuinã gratiã amplissime hominib. cõmunicauit. Ipse genuit stillas roris, cũ id effecit, vt diuinã gratiã humana corda imbiberẽt. Quãdo & doctrina, & miracula horũ corda ad Deũ trahere debuissent, illaq. tunc in similitudinẽ lapidis obdurescerent, & gelu frigidissimo essent quã similia, his mouetur Dominus, vt dicat: *Generatio mala, & adultera, &c.* Quoniã facta est meretrix ciuitas fidelis Siõ. Digni qui audiãt. Vos autem accedite huc filij auguratricis, semẽ adulteri, & fornicarię, super quẽ lusistis? Super quẽ dilatastis os, & eiecistis linguã? &c. Vos estis qui cõsolamini in diis subter omne lignũ frõdosũ. Quẽ illusistis, & cui detraxistis? ait Propheta. Illi a quo ĩnumera reportabatis cõmoda? De vobis scriptũ est: Neq. facta est quasi meretrix, sed quasi adultera mulier, quæ supra virũ suũ alienũ ĩducit, quasi dicat, adulterę vxoris propriũ

Esa. 42. *Esa. 2.* *Hebr. 12.* *Hier. Iob 38* *Esa. 1.* *Esa. 57.* *Ezech. 16* *Chry. ho. 44. in Matth.*

est signis externis, & verbis virum deludere, totum vero amoris affectum in pectore latentem adulterio impertiri, illum ficto, istū vero amore prosequitur, illi verba, huic animum, illi faciem, huic pectus seruat. Vtrumque hoc optime prophetauerat Dauid futurum: Et dilexerunt in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. Hieronymus vertit: Et lactauerunt eum in ore suo, &c. Cor autem eorum non erat rectū cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento suo. Lactandi enim verbo dulcissima nomina, quibus Christum compellabant, significauit, eum vocitantes magistrum veracem, nō accipientem personas, cum tamen cordis eorum studium, & amor in adultero dæmone posuissent. Hæc indignationis prima est ratio, eademque, aut etiam maiori digni sumus nos, qui fide iam concepta tot Dei monita, tot promissa, tot minæ, tot terrores illati, tot supplicia improbis constituta, tot exhibita beneficia, tot diuini amoris argumenta, tot infirmitatis humanæ remedia, tot Ecclesię voces, tot denique flagella, quibus quotidie corripimur, & excitamur a Deo, apud nos nihil prorsus efficiunt, vt nihil peccemus minus, quam si ea omnia mera esse figmenta, & sōnia crederemus. Vnde Iacobus eodem nomine mundanos notat, quo isti notati sunt a Domino, dum dicit; Adulteri nescitis quod amicitia huius mundi inimica est Dei? Adulterium spirituale, quo anima sponsa Christi eum deserit, malum est grande, & flendum maxime, lib. 1. c. 4. nu. 13. & 14. c. 5. nu. 3. 4. 9. & 12. Adultera anima filios generat ex adulterino diaboli coniugio lib. 1. cap. 5. nu. 14. lib. 3. c. 21. num. 5. 6. 8. & 17. Peccatores aliqui obliuionis Dei frigore obriguerunt ita, vt ad Deum respirare vix possint, lib. tertio, cap. quarto, nu. octauo, lib. 14. capit. 7. num. 17. Peccatores obstinati multa cum difficultate ad Deum redeunt, lib. tertio, cap. quarto, nume. 8. lib. 4. ca. 19. num. 13. lib. 14. capit. sexto, num. 18. cap. 7. nume. 2. 8. 12. & 17. cap. 8. numer. sexto, & 7.

Hieron.

Et quia hi sicut peccatores ægri iam erant, quibus non proficiunt medicamina, ideo noua miracula his non concedit, lib. secundo, ca. 10. numer. 2. usque ad 4. lib. 4. cap. 19. nume. 2. Non etiam facit, quæ optant, & insuper indignatur, quoniam ingratorum hominum genus est nihili facere, quę illis contuleris, nisi quæ cupiunt, addideris, similes effecti Abrahę, qui postquam multa acceperat a Deo bona, aiebat: Domine Deus, quid dabis mihi? Ecce ego liberis priuatus incedam. Multa, & præclara munera Dominus sancto seni contulerat, in Aegypto ipsum, & vxorem eius tutatus fuerat a Rege, & hunc plagis maximis flagellauit, tantam substantiam dedit, ut ad debellandos Reges serui eius vernaculi sufficerent, cum tamen ille patrem, & patriam tantum mercede præuia reliquisset, sed quasi hęc nulla essent, noua postulabat, ita & isti cū tot ad credendum accepissent miracula, noua semper optabant. Præterea indignatus Christus, quia diuino suo amori isti & scelerati, & stulti contradicere nitebantur. Patrauerat miraculum dudum in muto, & demoniaco, cæteraque innumera, quæ cederent in maximam hominum vtilitatem, & hi velut humanæ naturę hostes, domesticorum, amicorum, & consanguineorum inimici, immo sibiipsis effecti hostes ea miracula respuebant, quæ sibi, & aliis vtilia forent, non sentientes de Domino in bonitate, nec in simplicitate cordis quærentes illum, non scientes quod inuenitur ab his, qui non tentant illum, sed vana curiositate allecti, & malitia, diabolo aperiente os ipsorum, qui ut est hominum inimicus ingens, miracula illa, quæ in hominum cedebant vtilitatem, illum vehementer cruciabant, & istos, qui filij diaboli erant. Obsecro, vt consideres, si quando Moyses potestatem acceperat a Deo, vt miracula patraret in Aegypto, quibus Pharao moueretur, ut filios Israel liberos relinqueret, illis esset data optio, vt ea eligerent, quæ magis placerent, nonne elegissent, nisi stulti essent, vt diuina elucesceret potentia in resurrectione virorum, aut vxorum, aut filiorum, qui iam obierant, vt visus cæcis porrigeretur, surdis daretur loquela, iussioni eius continuo omnes cederēt morbi, quam quod aquæ verterentur in sanguiné, quod tenebræ palpabiles essent in Aegypto, quod vesicæ tumentes, cinifes, muscæ eos cruciarent. Signa hæc Aegyptiis intoleranda, sed Iudæis non erant proficua, quia cum hostes essent Aegyptij idolatræ, & scelerati, ea signa porrigebat Deus, quibus cruciantibus mouerentur, infirmitatibus, & mortibus, & malis potius, quam bonis, aut beneficiis. Iudæorum populus in profundum venerat malorum, indignus qui ad fidem moueretur beneficiis, & miraculis tam sibi proficuis, & cum alij possent adduci ad fidem miraculis similibus his, quæ in Aegypto patrauerat Moyses, noluit Dominus, sed sola bonitate sua, nec considerata hominum malitia, per ea miracula huic voluit innotescere, quę in proprium cederēt bonum. Mira res, id Deus vult, vt media illa, quibus fides suadenda est, remedia sint infirmitatibus, & necessitatibus, & miseriis hominum conuenientia.

Exod. 7. & 8.

3 Circa secundum illud idem, quod Dominus comminatus est signum daturum Ionæ Prophetæ. Hoc ingens beneficium est hominibus exhibitum. Signum dicit non velle dare, & dat signum, quo nullum est maius, scilicet Ionæ, cuius actis mortem, & resurrectionem suam figurauit. Audi, cum signum Ionæ Prophetę audieris, oculos conijce, & perpēde Prophetæ huius gesta omnia, & Niniuitarū, & colliges inde diuinam in homines bonitatem. Cur fugit Ionas, nisi quia Dei considerans bonitatem, eum dicentem: Ab hinc quadraginta dies & Niniue subuertetur, miratur, & cogitat, quod si hæc prædicauerit, & populus non peribit, & ipse delusor censebitur, sicut postea dixit? Ideo nauim ingreditur,

ditur, & fugit. Mare intumescit, consurgūt horribiles fluctus, vt Ionas iter arripiat, & prædicet ea, quæ diuinam decent bonitatem. Si in mari proijcitur, ne nauigantes, & nautæ pereant, continuo prouidit Deus beluam in mari, quæ seruaret Ionam incolumem. In quibus Dominus Iesus significatur, qui sæuientibus Iudæis, & gentibus, in mare præcipitatus est, & tempestas demersit eum, seruatusq. est in sepulcro, vt saluti hominum prouideret, vt mundi fluctus quiescerent, & conuersi sunt homines ad Deum, quem timuerunt timore magno, sicut timuerant illi, qui cum Iona nauigabant. Expulit Ionam piscis, & tam celeriter pergit, vt diuinam impleat voluntatem, quod ciuitatem ingressus, cum hæc tam magna esset, vt itinere dierum trium vix posset perfici, ille viam trium dierum (ait Hieronymus) vnius diei festinatione compleuit, quia diuina misericordia eum impellebat, vt saluti populi prouideret, vt factum est, vnde aiebat Ionas: Obsecro Domine, numquid non hoc est verbum meū, cum adhuc essem in terra mea? Propter hoc præoccupaui, vt fugerē in Tharsis, non ignorabam misericordem, & propterea seuerum nuntiare nolebam. Si misericordem dicerē, nullus ageret pœnitentiam, si seuerum, sciebam hoc tuæ non esse naturę, ideo malui fugere, quam aut pœnitentes lenitate decipere, aut te prædicare, quod non eras. Hæc Hieronymus. In his omnibus id volebat Deus, vt eum homines proniorem intelligerent ad benefaciendum, quam ad vindicandum. Origenes: Propterea his prędicat, vt resipiscāt, & mortem non inferat iam conuersis. Sodomam Angelos mittit, vt Loth dicant, quod futurum erat incendium, vt homines effugiant, si velint, vel generi eius saltem. Et imminēte Babylonica captiuitate, Hieremiam mittit, qui pœnitentiam prædicet, vt euadant, immo cum iam captiui ducerentur, aiebat: Ecce captiui facti estis, agite pœnitentiam, rogate me, & parcam vobis. Hæc omnia signum Ionæ Prophetæ sunt. Augustinus dicebat: Ingressus est Ionas vrbem, vt illius euersionem ediceret: venit Christus in mundum, vt finem mundi omnibus præmonstraret. Fuga Ionæ in Tharsis, velox transitus Christi in hoc mundo est. Ascendit nauim Propheta fugiens, lignum crucis Christus ascendit per mare huius sæculi transiēs. Si ergo Dominus ira percitus ait: *Generatio mala, & adultera, &c.* factis illam moderatur, cum promittit se daturum signum Ionæ, id est, mortem suam in bonum hominum.

Hieron.

Orig. ho. 14. in Hiere.

Aug. lib. 4. de Symbo.

4 *Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce plus quam Ionas hic.* His verbis & Euangelica lectione pœnitentiam Niniuitarum refert Dominus, qua condemnādi essent Iudæi, & quia id ad Christianorum salutem conducit multum, considerandum est, quibus titulis persuadere Dominus voluit iustam Iudæorum condemnationem, vt si forte in eadem simus Christiani damnatione, huic prouideamus malo. Docendum est qui fuerint Niniuitæ, qualis eorum pœnitentia, qua Deum propter eorum scelera iratum placauerunt. Quis fuerit Ionas, qualis eius prædicatio. Quis Dominus Christus, quæ eius doctrina, quales Pharisæi, & sententia, quæ contra ipsos lata est. Nitue, vt Iosephus refert, tantæ fuit magnitudinis, vt nunc illam vocet ciuitatem, iam prouinciam, aut regnum. Hanc Ninus ædificauerat tantæ multitudinis, vt nulla in toto orbe illi esset æqualis. Historiæ docent ambitum murorum protendi per sexaginta miliaria, muri extendebātur in latitudine centum pedum, centum viginti turribus fortissimis ornata erat, & vltimo capite Ionæ colligitur, eam fuisse munificentissimam, in qua illo tempore centum viginti millia infantuli viri reperiebantur ab vberibus matrum pendentes. Gens hæc tanta idola colebat, verumq. Deum ignorabat. His misit Deus Ionam Prophetam mille imperfectionibus plenum, & talem, quod cum ei præcepisset, vt proficisceretur, & diceret: Ab hinc quadraginta dies & Niniue subuertetur, & ire recusauit, & insuper credidit diuinam posse fugere præsentiam, & sic fugit, & nauim ingressus pondere suo venti concitati nauim impellebant, vt periret. Cumq. nautæ gentiles essent, in ingenti periculo constituti Deos suos inuocare cœperunt, & dum hæc agerentur, Ionas in naui stertebat similis lapidi insensibilis existens, & talis, qui in admirationem raperet nauigantes, dum eum dormientem viderent, pereuntibus cunctis. Cumq. excitatus referret Dei voluntate, & ipsius malitia hæc contingere, in mare proiectus est, & a pisce deuoratus, quem tertia die in littore euomuit, & talis ingressus est ciuitatem. Hæc erat prædicatoris conditio, cui cum esset Propheta, datū erat Deum agnoscere, quem mira stultitia præditus effugere se posse putauit. Denique talis erat, quod vt Deus placaretur, in mare proiectus est, & a pisce immundus proiectus perrexit in ciuitatem clamans: Ab hinc quadraginta dies & Niniue subuertetur. Doctrinam hanc miraculis non cōfirmauit, qui virgis cædi potuisset, quasi illusor. Idolatræ illi erant, & barbari, & tamen simul statim totus populus cōcitatus, ac timore stupefactus flere cæpit, pœnitentiam agere. Peruenit verbum ad Regem in palatio morantem, qui indumenta aurea, & serica, regiū diadema, & sceptrum relinquens, & sacco, & cinere indutus, & aspersus ipse, & magnates regni, virgines, & feminæ nobiles, & nubiles barbaræ, quæ in Palatio morabantur. Voce præconis iubet sub pœna capitis, vt omnes ieiunent, nec solis hominibus interdicitur cibus, sed & infantibus, ne sugant vbera matrum, ne agni, aut hædi lactantes ad matres accedant interdicit,

9. antiquitatum c. 11.

dicit, ne hordeum concedatur equis, aut bobus paleæ. Totus populus cœpit imponere cinerem capitibus, vestes exuunt pretiosas, induuntur omnes saccis,& hinnitu equorum, lacrymis infantium, boum mugitu, balatuq. ouium ciuitas timoribus, & vocibus concutiebatur, quasi iam totus periret populus, quasi iam mœnia subruerentur, & domus solo coæquarentur. Cumq. in tantis periculis, in tanta mœstitia, & lacrymis omnes essent, aiebant: Quis scit, si cõuertatur Dominus, & ignoscat, & non peribimus? In hoc tam ingenti periculo positus fuit populus tantæ magnitudinis, motus vno solo verbo Prophetæ, quem ipsi barbari non agnoscebant. Hæc fuit Niniuitarum pœnitentia prudens, admirabilis, & Christiana, quamuis ipsi Christiani non essent, quam Deus ore suo & laudauit, & commendauit. Laudata primum, quoniam cum primum vocem audierunt Prophetæ, nihil aliud expectantes, nec per horam eam differentes, statim pœnitentiam egerunt. In pœnitentia Christiana illud valde commendandum est, ne differatur: sed cum primum quis peccata sua cognouerit, illa deleat per pœnitentiam, cum primum a Deo fuerit uocatus, vt isti fecerunt, ne dicat, vt Augustinus de se refert: Cras, cras,& numquam veniebat istud cras. Et cum Deus illi multum suaderet, vt anteactam vitam relinquens rediret ad sanam mentem: Surge qui dormis, & illuminabit te Christus, ipse respondere non poterat, nisi verba lenta, & somnolenta: Modo ecce, modo, sine paululum, sed modo, & modo non habebant modum, & sine paululum, in longum ibat. Et infra: Clamabã ego flens, & dicebam: Quamdiu, quamdiu? cras, & cras? quare non modo, quare non hac hora finis turpitudinis meæ? Aiebat Basilius. Hæc maxima diaboli cura est, maximum eius lucrum, cum hominibus persuaserit, vt hodiernum diem eius consecremus seruitio, offerentes crastinum Deo, & cum cras idem persuaserit, aduenit mors, antequam homo pœnitentiam agat, & cum sera fuerit pœnitentia, in tartara trudetur peccator. Non voco pœnitentiam seram illam, quæ post mortem fit, quãdo impij cruciabuntur in inferno pœnitentes, & præ angustia spiritus gementes. Illorum enim pœnitentia nec odio peccatorum fit, nec diuinas plangunt offensas damnati, qui Dei odio pleni sunt, sed tamquam rabidi canes lamentantur, Deum blasphemantes, & peccata non odientes. Pœnitentia sera malorum post hanc vitam deridetur a dæmonibus, lib. 14. cap. 21. num. 29. 30. 37. & 42. Non etiam voco pœnitentiam seram eam, quæ in articulo mortis inchoatur, hanc enim semper crediderunt Sancti esse suspectam. Quoniam cum pœnitentia postulet nouam vitam, odium ingens peccati, dolorem maximum, hunc habere in mortis articulo, vbi febre, & doloribus mille homo vrgetur, præ-

Lib. 8. conf.

Sapien. 5.

sentia filiorum, vxoris, viri, &c. Raro continget inter omnia liquescere cor, plangere, diuinam agnoscere offensam, & eam vehementer detestari. Pœnitentiam quidem Deus non negat hominibus, dum viuunt, vnde cito, & confidenter est agenda, lib. 14. cap. 21. numer. 17. 20. 22. vsque ad 25. & 27. capit. 22. num. 46. cap. 23. numer. 6. 8. 25. & 26. Sed tamen quæ fit, morbo ingrauescente, non probatur a Sanctis, quia etsi possibile tunc sit pœnitere, raro id contingit, lib. 14. cap. 21. nume. 45. 46. 50. 51. & 60. capit. 22. numer. 56. Eam igitur voco pœnitentiam seram, periculisque plenam, quæ, cum nunc fieri possit, relinquitur vsque ad diem crastinum, immo vsque ad horam sequentem. Vt enim aiebat Basilius: Sicut stultum esset ægro, qui modo sanitatem recipere potuisset, si vellet, quia præsens est medicus, qui illam modo infallibiliter præstaret, ignoraretq. æger an post horam medicus discederet, si diceret medicus: Vis sanus fieri? responderet: Volo, sed crastina die, aut perendie, sic &c. Aut si forte Rex potens diceret se libertatem concessurum omnibus captiuis, qui egredi vellent, continuo insanus solus illam occasionem relinqueret, quam habebat, &c. Quid, quod etiam si procrastinet homo pœnitentiam, cũ tempus nullum illi sit certo signatum, nisi instans, in quo est, qui illud relinquit forte non id cogitans, non confitens peccata, morietur, vt sæpe accidit multis, qui hac falsa spe delusi perierunt. Pœnitentia differenda non est spe longioris vitæ, cum periculum sit in mora lib. 14. cap. 21. numer. 7. vsque ad 20. 23. 37. usque ad 39. 42. 44. vsque ad 46. 50. 51. 56. vsque ad 58. Pœnitentiam differens dicit captiuus in Babylonia: Nondum est tempus domus Domini ædificandæ libr. 14. capit. 21. num. 38. Peccatorum remissionem offert nũc Deus, non parciturus postea contemnenti lib. 14. cap. 23. num. 23. 27. & 28. Et tandem, cum homo distulerit pœnitentiam, sæpe redditur inhabilis ad eam agendam. Cum enim homo multiplicauerit peccata assiduitate peccandi, insensibilis redditur Deo vocante. Sicut contingit his, qui vsu ad ictus frequentes mallei in domo fabri ferrarij dormiunt, vsu enim factum est id, quod impossibile credebatur illi, qui clausis ianuis summa quiete antea dormiebat in lecto. Sic contingit hominibus, qui dum frequenter peccant, diuinis clamorib. insensibiles efficiũtur, siue cõcionibus, siue inspirationibus, minis, aut beneficijs Deus eorũ animos pulset, vt pœnitentiã agãt. Vt enim aiebat Seneca: Aegritudines corporales, quo maiores sunt, vehemẽtius sentiuntur, & dolent, animæ autem ægritudines, quo sunt maiores, sentiuntur minus, vt experientia teste cognouimus. Vnde cum non sentiantur, non prouidet homo de remedio. In tota serie sacrarum litterarum illud mirandum est maxime, quod tempore Noe contigit, & refert illud Petrus prima

Genes. 6.

cano-

canonica cap. 3. Quod cum iustus in fabricanda arca centum annis insudauerit, populum docens, quæ a Deo ventura essent mala, prædicans totius orbis inundationem in diluuio, & inchoante diluuio, præsentibus alijs, Noe ingressus est in arcam haud dubium, quin commonefaciens alios, vt cum ipso ingrederentur, vt salui fierent, cumq. inundarent flumina, cataractæ cæli aperirentur, nullus arcam adijt pro remedio. Mirabile dictu, quod vix credibile videretur, nisi diuino id esset testimonio confirmatum, quod octo tantum animæ in arca ingressæ fuerint. Idem accidit & Loth, quem nullus secutus est, dũ vrbem egressus est, vt incendiũ euaderet. Sic multis cõtingit modo, qui singulis annis, immo frequenter audiunt prædicãtes, vt pœnitentiam agant, qua animæ possint euadere condemnationem, & diuinam iram vitare, quod non audiunt, nec corde intelligunt, nec redeunt ad cor, vt conuersi sanet eos Deus. Hęc fuit pœnitentia Niniuitarum, qua damnabuntur multi Christianorum pœnitentiam differentes, & contemnentes, cũ tamen isti quam primum audierunt Ionam dicentem ciuitatem propter eorum scelera euertendam, continuo induti sunt saccis, & pleni cinere Deum iratum placauerunt.

6 Præterea vt Deum iratum per pœnitẽtiam flecterent ad misericordiam nihil omiserunt eorum, quæ ad placandum ipsum conducere sunt arbitrati: non solum ieiunauerunt, saccis vestiti sunt, cinere asperserunt capita, sed etiam a bestijs pabulum abstulerunt, vt earum balatu, mugitu, & hinnitu dolor accresceret. Vt enim aiebat Ambrosius: Sapienter multum in re hac Niniuitarum se habuit Rex, qui dum perspiceret Deum placandum fore, humiliauit se, & ambulauit in cinere, & cilicio, demisso capite tristis. Si enim cum altero esset Rege congrediendum, consultum illi foret arma parare offensiua, & defensiua, ciuitatem munire, alimenta præparare, milites armare, comedere, & bene tractare milites, vt fortiter certarent cum hoste, ne fessi fame statim deficerent, & terga verterent inimico. Sed tamen, cũ perpenderet Deum minantem, non hominem, vt eum vinceret, & placaret, non arma quæsiuit, sed lacrymas, & ieiunia, oblitus quod Rex esset, dum recordaretur peccasse. Et quamuis verum sit, quod pœnitentia consistit præcipue in dolore cordis, quo dolet homo peccasse, & in peccati summo odio, & in firmo proposito cauendi in futurum, nihilominus tamen postquam pœnitens præ confusione displicuerit sibi lib. 14. cap 22. num. 15. 20. 21. & 32. licet sciat, quod pœnitentiam certam non facit, nisi odium peccati, & amor Dei num. 42. cor de contrito, operibus exterioribus iuuatur homo ad internum dolorem. Vnde tempore pœnitentiæ indumenta pretiosa, risus, ludi, conuersationes, &c. omittenda sunt. Deo enim gratissimum est, vt dum per pœniten-

Ambros. ser. 40.

tiam conteritur cor, & mutatur, mutentur etiam exteriora, etsi ad id hæc mutatio hominibus non multum conducere videatur. Quod optime adnotauit Hieronymus Oseæ enarrans illa verba: Et erit in die illa ait Dominus: Vocabit me vir meus, & non vocabit me vltra Baalim. Baalim lingua Sira, & Hebræa idem significat, quod vir meus. Dicit ergo: Non vocabis me vir meus, nomine hoc Siro Baalim, vt intelligas nomina idolorum sic esse mihi infensa, vt etiam quod bene dici potest propter ambiguitatem, & verbi similitudinem nequaquam velim dici, ne dum aliud loquitur, alterius recordetur, & virum nominans idolum cogitet, & si ista fecerint, percutiam cum eis fœdus in die illa. Hinc colliges id Deo multum placere, si pœnitentiæ tempore ea relinquantur, quibus aliquando Deum offendistis, sicuti sunt vestimenta pretiosa, torti crines, facies composita, suauis odor, fascia pectoralis, cibi delicati, indumenta immoderata, ludi etiã illi, qui alias licerent. Sicut Niniuitæ fecerunt, omnia accipientes, quæ possent iuuare ad pœnitentiam eos quoquo modo, & reliquerunt illa, quę possent eorum animos a dolore abducere. Qui pœnitentiam agit, incedit tristis: vnde vestes hanc debent tristitiam repręsentare. Indecorũ enim esset valde, si femina, qua die maritum tradit sepulturæ, & flet eius mortem, induatur veste pretiosa, crispet capillos, faciem componat, & depingat purpurisso. Mortua est anima hominis Christiani, qua die peccauit, Deum amisit, & dies lacrymarum, & pœnitentiæ, in quo id dolere debet homo super omnia, curiose vestietur? Minime, sed erit pro suaui odore fętor, pro zona funiculus, pro crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali cilicium, id propria voluntate actum, ne id diuina sit pœna illius, qui sic pœnitere noluerit relinquendo ea, quæ habitum pœnitẽtis non decent. His omnibus minus erat multo quod bestiæ comederent, aut non, quod lac porrigeretur infantibus, aut non daretur, sed id tam erat necessarium, ait Basilius, vt si hæc non fecissent Niniuitæ, eorum pœnitentiam Deus non acceptaret, quia eiulatu infantium, & vocibus bestiarum internus excitabatur dolor, vt sic ardentius diuinam implorarent clementiam. Sicut enim in prœlio, cum equus audierit buccinam, exultat audacter, & in occursum pergit armatis, sic Niniuitæ bestiarum vocibus concitabantur ad flenda peccata. Concitaturq. dolor in homine pœnitente, cum vilibus indutus fuerit, cinere aspersus. Vnde cum tempus agendæ pœnitentiæ dicatur, vacare debent homines soli Deo, & ea relinquere, quæ alias licerẽt. Vnde temporibus quadragesimæ dicebant Sancti a rebus etiam licitis abstinẽdum esse. Matrimonia contrahere sancta res est, & tamen iure cautum est, & in Concilijs voluit Ecclesia, ne tempore quadragesimæ pœni-

Hieron. Oseæ. 2.

Esai. 3.

tentiæ

tentiæ consecrato celebrarentur. In Concilio quodam Granatensi trecentis annis, vel eo circiter, post ascensionem Domini celebrato, statutum est, vt coniuges separarent thorum tempore, quo agenda esset pœnitentia. Sicut Ioel dixerat: Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Et Leo Pontifex huius nominis primus dicit, vt hoctempore emptiones, aut venditiones non fiant, ne distracti homines ab agenda pœnitentia reuocentur. Et alius Pontifex præcipit, vt nullus extra propriam domum comedat, aut discoloria induat vestimenta, sed nigri coloris. Quid erit his diebus, ludis, conuersationibus, conuiuijs, & eis rebus vacare, in quibus nouæ efficiuntur Deo offensæ? Reliquerat Sodomam vxor Loth, sed cũ terga vertit ad aspiciendum incendium in statuam salis versa est; sic & his contingit, qui redeunt ad eadem pericula, quo tempore ea deberent fugere, & detestari per pœnitentiam, vnde absque pœnitentia moriuntur. In pœnitentia vestes, cinis, lacrymæ, &c. dignæ sint homine peccatore, lib. 14. capit. 22. numer. 16. 20. 25. 27. 30. 32. vsque ad 34. Pœnitentiam comitetur humilitas, & propriæ fragilitatis cognitio numer. 19. & 35. Pœnitentiam agit in cilicio, & cinere, qui cognoscit, quid per culpam fecit, & quid per illam factus est, numer. 19. Pœnitentiam agens ea relinquat homo, quibus antea seruierat vanitati, vestium superfluitatem, tortos crines, comam, cibos, &c. num. 23. 26. 30. & 31. Pœnitentiæ arma ieiunium, & saccus. Antea inchoatur ieiunium, & post induatur homo sacco, quia primum debet esse id, quod occultum est, secundo id, quod est palam, num. 26. 52. & 53.

Ioël. 2.

7 Hæc omnia Niniuitæ fecerunt flentes, ieiunantes, cinere, & cilicio incedentes, quæ omnia non sufficerent, nisi in pœnitentiæ cõfirmationem dicerent ex ore Regis clamante præcone: Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Dominus, & reuertatur a furore iræ suæ, & non peribimus? Præcipua pœnitentiæ pars hæc est, quod cogitet homo, an lacrymis, & tristitia placandus sit Deus. Non quidem desperans, sed timens. Quoniam quamuis certo id sciat, Dominum placandum vera hominis pœnitentia, tamen meticulosus semper esse debet, an vera sit pœnitentia, quam ipse agit. Cum Deus misit Ioelem, qui populo prædicaret: Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu, & scindite corda vestra. Egrediatur sponsus de cubili suo, &c. Congregate paruulos, & sugentes vbera, post illa omnia subdit: Quis scit, si conuertatur, & ignoscat? Cum tanta præcepisset Propheta, vt scinderent corda, vt fletibus compungerentur, &c. nondum securus de venia, ait: Quis scit? Vnde colligitur hominum Christianorum insania, qui Deum placatum continuo credunt, cum primum vel leuiter peccata cogitantes ea dixerint confessori. Sic & Daniel cum Nabuchodonosor Regi consuleret, vt eleemosynis Deum iratum placaret, & misericordijs pauperũ peccata redimeret, addidit: Forsitan ignoscet delictis tuis. Et cum persuaderet Petrus Simoni Mago, dixit: Pœnitẽtiã age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui: qua. s. voluit donum Dei pecunia possidere. Hoc metu agenda est pœnitentia, cum huius rei cognitio Deo ipsi sit reseruata. Vnde Augustinus in illa verba: Incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi, ait. Quæ sunt ista incerta, & occulta, diuinę sapientiæ reseruata, quæ Deus Regi Dauid reuelauit? Vtique illud quod pœnitentiã agenti peccata dimiserat Deus: sicut illi dixit Natham Propheta: Dominus transtulit peccatũ tuum a te. Vnde Niniuitæ maiorem, acrioremq. agebant pœnitentiam hac cogitatione acti: Quis scit, &c. Vnde quamuis fides doceat pœnitentia deleri hominum peccata, tamen quia qualitatem suæ pœnitentiæ cognoscit ex vna parte exemplis aliorum pœnitentium, moueatur ad sperandum, sed timens per totam vitam pœnitentiam agat de propriato peccato non existens sine metu. Pœnitentibus Niniuitis sententia Dei lata executioni non mandatur, vt nullus diffidat veniam, lib. 14. cap. 23. num. 8. Ad pœnitentiam agendam mouere nos debent exempla peccatorum pœnitentium num. 16. Pœnitentiam sic agere debent homines, vt securi non sint, sed meticulosi de venia, lib. 14. cap. 22. num. 25. 50. 56. & 58. cap. 23. nume. 8. Pœnitens cogitans qualis fuerit factus per peccatum, pœnitentiam agat non verbo solum, sed facto, sui effectus iudex rigidus, & castigator, libr. 14. cap. 22. num. 16. 25. 29. 30. 32. 52. 56. vsque ad 58. Pœnitentia Niniuitarum miranda fuit consilio, & sapientia plena, lib. 13. capit. 6. num. 2. & 3. lib. 14. cap. 12. nu. 6. & 7. cap. 21. num. 21. cap. 22. num. 26. cap. 23. numer. 8. Et cum talis esset, timuerunt, idq. non sine ratione. Vnde docet Hieronymus in prologo Ionæ historijs Hebræis, & Græcis constantissimum esse, docente etiã Herodoto, quod Niniue tempore Iosiæ, regnante apud Medos Astrage, funditus est euersa, cum post peractam pœnitentiam hanc tã a Domino, tamq. merito celebratam in pristina vitia lapsi fuerint, quibus Dei contra se prouocauere sententiam, vt curet homo, ne securus sit, dũ viuit. Pœnitentia duret tota vita, lib. 3. cap. 25. num. 16. & 17. lib. 14. cap. 17. num. 9. vsque ad 11. cap. 21. nu. 51. ca. 22. nu. 7. 11. vsque ad 13. 18. 35. 43. 47. 48. & 58. cap. 24. num. 3. Ex his, quæ diximus, manifestissime constat, quam iuste damnandi sint homines Christiani hoc Niniuitarum exemplo proposito, hac mirabili pœnitentia, quam vno solo medio, quod potius desperationem inducere videbatur, cum nulla adhibita conditione, proposito, eos a malo reuocauerit, hæc sola verba reperẽs:

Cap. 4.

Act. 8.

Augustin. in Psal. 50.

Hieron. in Ionam.

Cap. 2.

Ab

Libr. 18. de ciuit. ca. 44.

Ab hinc quadraginta dies. Vel vt Hebræi ligunt secũdum Augustinũ: Ab hinc tres dies, & Niniue subuertetur. Sacras litteras non legerant, quibus eis diuina bonitas innotesceret, vbi legerent: Quacumque die ingemuerit peccator, iniquitatum eius amplius non recordabor. Spes illorum attolli non poterat illis verbis: Numquid voluntatis meę est mors impij, & non magis vt conuertatur, & viuat? Etsi aliqua facta fama prodiderat, quia celeberrima fuerant, cuiusmodi erant diluuium, incendia Sodomæ, &c. plagæ Aegypti, hæc potius, & alia his similia, quæ potius Dei iram, quam clementiam suadebant, & nihilominus Rex, magnates, viri, feminæ, nobiles & plebei pœnitentiam egerunt vix credibilem. At nobis sæpe prædicit futura supplicia, vt pœnitentiam agamus, & resipiscamus, lib. 2. cap. 11. nu. 4. vsque ad 7. 25. & 26. lib. 4. cap. 9. num. 10. & 11. cap. 10. num. 10. ca. 12. nu. 10. vsque ad 12. 14. & 25. cap. 18. nu. 11. & 12. lib. 14. cap. 21. num. 21. 22. 35. & 37. Nos audimus Deum clamantem: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, commendemus nosmetipsos in multa patientia, in ieiunijs multis. Et iterum: Tribularer, si nescirem misericordias tuas Domine, tu dixisti: Nolo mortẽ peccatoris, qui Chananæam, & Publicanum vocasti ad pœnitentiam, & Petrum lacrymantem suscepisti misericors Domine. Hodie proponit Ecclesia filium prodigum, iam Samaritanam fornicariam, adulteram, quibus exẽplis pœnitentiam fidelibus cupit persuadere. Cumq. Niniuitæ, ait Chrysostomus, aliorum exemplis visis, aut lectis moueri non possẽnt, nihilominus pœnitentiam egerunt, qualem retulimus, immo qualis dici non potest: in nobis autem tot monita, tot promissa, tot terrores, tot illata supplicia, tot exhibita beneficia, quibus non mouemur audientes, *viros Niniuitas surrecturos in iudicio cum generatione hac pessima, & condemnabunt eam, &c.*

Chrysost. ho. 1. ad popu.

9 *Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam, quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & ecce plus quam Salomon hic.* Vt Iosephus docet duplex fuit Saba, vna in regione Arabiæ prope Hierusalẽ, altera in Aethiopia, quæ multũ distabat ab Hierusalem, a qua Regina venerat, sapientia Salomonis audita, innumeris gentibus comitata, plena diuitijs, & camelis portantibus aromata: portauit aurum infinitum nimis, & gemmas pretiosas. Cumq. postmodũ vidit Salomonis ordinem ministrantium extra se posita dixit: Beati serui tui hi, qui stãt coram te semper, & audiunt sapientiam tuã. Horum condemnatio Iudæorum in hoc constitit, quod diuini nostri Salomonis præsentia male vsi sunt, qui cum Rex pacificus magnificatus esset, cuius vultum desiderat omnis terra, sicut Ecclesia celebrans ipsius natiuitatem clamauerat. Aiebat Origenes. Proposuerat primum Christus Dominus Ionæ signum, mirandã Niniuitarum pœnitentiam, & statim refert aduentum Reginæ Saba. Vt si virile Niniuitarum opus ad virtutẽ hos non extimularet, id efficeret mirabile factum Reginæ. Femina erat illa, & Regina, diues multum, & delicata. Poterat Iudæus, aut Christianus dicere exemplo priori proposito, venit Propheta a Deo missus, a magnis periculis liberatus, Deo causam ipsius, & illorum agente, qui daret voci illius vocem virtutis illorum mouens, & excitans corda & præterea ea, quæ Ionas prædicabat, in proprijs conscientijs legebant Niniuitæ, cum merito aspicerent iratum Deum ob grauia ipsorum scelera, quibus super alios barbaros dediti erant, & ex altera parte metu ingenti pulsati, ne amitterent liberos, vxores, viros, proprias facultates, pœnitentiam egerunt, maxime cum pœnitentiam hanc toti populo indiceret Deus interne, & eam Rex tam rigide cunctis præciperet. Ne quis in re hac excusationem afferret, refert Dominus Reginã Saba, quæ audita fama Salomonis venit, a Prophetis non vocata, nec minis, aut promissionibus acta. Nullus ei dixit Deum id iubere, diuinam indignationem, aut certe Regis Salomonis inuenturam nisi pergeret, non necessitate compulsa, non vt ditescceret profecta est, longamq. aggressa peregrinationem periculis plenam, magnis sumptibus peragẽdam viam, periclitante salute in tanto itinere, frigoribus, niuibus, ardentissimo sole, &c. Cumq. veniset, obstupuit contemplata & sapientiam Regis, & apparatus seruorum, & ordinem ministrantium, & non habebat vltra spiritum, quæ & magnifica dona Regi obtulit. Hæc in condemnationem Iudæorum adducit Dominus, quæ & cedunt in Christianorum condemnationem. Vidimus tantas Domini opes, gratiam in labijs ipsius diffusam, infinitam eius sapientiam, cui comparata omnis Salomonis sapiẽtia stultitia est. Viderunt Dominum tam sibi proficuum, quærentem infirmos, & rogantem: Vis saluus fieri? Quid tibi vis faciam? &c. Christus Dominus Iudæis erat præsens, de quo tanta audierant, cuius tam miranda viderant gesta, non longo menso itinere quærenda esset animæ salus, Domino inter ipsos conuersante, & tamen multi eorum solũ eum quærebant, vt calumniarentur, vt occasiones quærerent ad perdendum eum. Regina Saba a lõginquis venit, vos præsentem habetis Christum, illa cũ labore, vos sine difficultate; illa laudauit alienigenam, vos condemnatis terrigenam; illa ad ipsum venit, quem sola fama cognouit, vos probatum miraculis contempsistis; illa cum muneribus, vos cum opprobrijs; desiderio sapientiæ acta illa venit, licet Salomon ea doceret, quæ naturas, & proprietates rerum concernebant, a cedro Libani vsque ad hyssopum disputans; Christus Dominus ea docebat, quæ hominum concernebant salutem. Et tamen illa venit, isti eiecerunt cælicũ magi-

Ioseph. lib. 2. Antiquit.

3. Reg. 10. & 2. Paral. 9.

Orig. ho. 39. in Lucam.

strum

strum Deum ipsum; illa innumera cõtulit Salomoni, vt gratitudine moneretur; isti gratis audiebant, quæ a diuino illo sapientiæ fonte procedebãt; ipse eos quærebat, ipse rogabat, ipse dona pollicebatur, vt audire ipsum vellent (Chrysost.) Illa a finibus terræ venit, Christianus nec passum dat, vt ipsum audiat loquentem, immo si ipse portas tuas ingredi voluerit, turpiter ejicietur.

Cum immũdus spiritus exierit ab homine, &c. Iste locus differitur late Dom. 3. in Quadrag.

10 *Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres stabant foris quærentes loqui ei. Cum hoc ei quidam nuntiasset, dixit: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? &c.* Hoc dixit, inquit Augustinus, vt terreni generis necessitudinem propter regnum cælorum contemnendam doceret. Parentes diligendi, sed ordinate postponendo illos Deo, lib. 1. c. 11. nu. 9. ca. 16. nu. 17. lib. 3. ca. 9. nu. 41. lib. 6. c. 8. per totũ. In his etiã verbis occasione, qua prolata sunt a Domino, eius eximius amor perpendẽdus est. Cum enim Pharisæos, & Scribas tam iuste vocasset *generationem malam, & adulteram*, cum dixisset, *septem alios dæmones adventuros, qui eorum animas habitarent*, continuo adiecit: *Qui fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, & soror & mater est.* Fratres & sorores vocat, qui cohæredes cum ipso futuri essent, diuinã facientes voluntatem, mater autem quia fecundissima charitate verbis, & exemplis parturiunt eos, qui fratres sunt Christi, ait Augustinus. Vide bonitatem, qua Christos ad se Dominus voluit trahere, vt vinceret affectio, suaderet humanitas, attraheretq. charitas eos, qui tam longe errauerant ab ipso. Quando exemplum Niniuitarum non prodest, omnium nationes diuini iudicij, in quo accusandi sunt a barbaris amore hoc eximio hos ad se vult trahere dicens: *Qui meam perfecerit voluntatem*, benevolus ero ei, sicuti fratri, aut sorori charissimæ, aut vero matri. Quod clare monstrauit, dum matrem charissimam volentem loqui sibi foras reliquit, vt benefaceret hominibus, qui indigni erant, qui vel audirentur. Amor Dei ingens similitudine nutricis ostenditur, & etiam matris, dũ nutrix, & mater vocatur hominum lib. 1. ca. 6. nu. 2. 3. & 11. Sed tamen, cũ iustos diuinam facientes volũtatem fratres, & matrẽ vocat, similẽ declarat amorem, dicens: Dilectus meus mihi, & ego illi, ibid. nu. 22. Vt ergo diuinam ostenderet dilectionem, & bonitatem aspera locutus statim blanda dicit: *Qui fecerit voluntatem meam meus frater, & soror erit.* Redite prævaricatores ad cor, si minis non mouemini, vel his saltem pollicitationibus volũtatẽ Dei facite. Amor Dei maximus probatur, cum minatur, & statim quasi eum pœniteret, more hominum, reuocare videtur sententiam, lib. 1. c. 6. nu. 13. & 14. In hoc q. ostenditur eius bonitas, ingensq. dilectio, quoniam læsus cum sit, & contẽptus, ipse nos rogat, nec aspernatus a beneficiendo desistit, lib. 1. cap. 6. num. 31. & 32. cap. 5. nu. 4.

Aug. lib. 7. contra Faustum.

Lib. de sanc. virginitate.

FERIA QVINTA
post primam Dominicam Quadragesimæ.

Secundum morem Romanum.

Euangelium.

Egressus Iesus secessit in partes Tyri, & Sidonis, & ecce mulier Chananæa. Matth. 15.

1 SANCTI in enarratione huius Euangelij, inter quos Chrysostom. hom. 16. inter varias secundi tomi, mirãtur maxime cõsiderantes Dominum, vt prouideat necessitati feminæ male a dæmonio vexatæ, mutum, & præcationibus miseræ mulieris veluti surdũ effectum, eo maxime tempore, in quo expertus Iudæorum scelestissimos mores ad gẽtes confugerat, vt reperiens vel botrum in vite maturum, vel granum saltem læterur, & huius consideratione indignatio moderetur, sicut scriptum est: Hæc dicit Dominus: Quomodo si inueniatur granum in botro, & dicatur: Ne dissipes illud, quoniã benedictio est, sic faciam propter seruos meos, vt non disperdam totum: cum præmisisset: Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur via non bona post cogitationes suas. Hos reliquerat, & secedens in partes Tyri, & Sidonis audit mulierem gentilem, & idolatram misericordiã postulantem, & non respondit ei verbum. Centurio cum primum salutem postulauit a Domino, vt seruum illius curaret, continuo gentili respondit. Ego veniam, & curabo eũ, & exultans maxime dixit: Multi ab Oriente, vt Occidente venient, & recumbent cũ Abraham in regno cælorum, filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores: vbi horum miserandum statum perspiciebat, gentium salute consolabatur, huic autem mulieri post tantam importunitatem nec verbum respondit. Duo ergo in re hac consideranda sunt. Primum, quod in re hac difficile videtur, & nouum. Secundo, quod Christus Dominus in re hac intendebat.

Feria 5. Dominicæ 1. in Quadrag.

Esai. 65.

2 Circa primum nec pauca, nec parua sunt quæ hominum animos mouere possunt, vt rei nouitatem admirentur, considerantes Deum semper fuisse paratum, vt his, qui in veritate quærerent illum, adesset & vocantibus, deq. illo loquentibus astans respõderet. Deus amplius dat, quam rogatur, & promittit, lib. 3. cap. 10. nu. 105. lib. 4. ca. 9. num. 11. ca. 25. num. 1. Dies festi Dei dicuntur illi, in quibus hominibus benefacit, lib. 4. cap. 7. nu. 1. & 2. Deus effundere cupit suam misericordiam, sicut

ficut qui doloribus partus cruciatur, femina desiderat fœtum emittere, ibid. nu. 9. & 19. De qua re disseritur, li. 4. c. 16. quod Deus velociter adest his, qui in veritate quærunt illum, & vocant, & lib. 5. ca. 10. nu. 20. Deus inuenitur, si quæratur, sicut oportet, & vbi oportet, & quando oportet, vt mulier hæc fecit, lib. 4. ca. 16. nu. 18. & 19. cap. 19. nu. 3. Moram in Deo, vt benefaciat, quãdo aut vidimus, aut experti sumus? Vt puniat quidem lento procedit gradu, dissimulatq. id frequenter. Vnde cum Dominum intra vrbẽ Samaritani nollent recipere indignati Apostoli hac hominũ insolentia dixerunt: Vis, vt descendat de cælo ignis, qui tantã hominum impudentiã feriat? Continuo audierunt: Nescitis cuius spiritus estis, filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Nec id solũ de Deo in lege noua intelligere debemus, vbi Deus miserationum, & Deus totius consolationis venit vnguentis delibutus, vt hominũ necessitatibus medeatur, sed generaliter, & semper, ait Chrysostomus, id de Deo animaduertere debent homines, quod velox est ad ædificandũ, & tardus ad destruendũ, quod ædificatũ est. Vt mundi machinam conderet, cælum, terrã, aues, pisces, &c. sex diebus opus immensum peractum est. Vt solam destrueret ciuitatem Hiericho septem diebus id factum est, cõcrepantibus tubis, circumeunte arca, clamantibus Sacerdotibus, vociferãte populo. Vt Adã grauissimum scelus, & primũ, quod homines cõtra diuinam bonitatem patrarunt, puniret, deambulans ad aurã post meridiẽ venit Deus interrogans: Vbi es Adam? In figura veniens humana, vt misereretur illius, quẽ punire cogebatur. Et vt destruat mundũ aquis diluuij, centum annis, antequã iustitiam executioni mandet, in omnem carnem, quæ corruperat viam suam, id prædicit, ignosciturus, si resipiscere vellet mundus. Vt Sodomam comburet multa intentauit media, vt ignosceret, & dixit: Descendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, hac phrasi indicare volẽs, quam tarde ad castigandum moueretur, malis, vt id efficeret, compellentibus. Vt Esaiam mundaret, Seraphin volauit quam citissime id effecturus, non ambulans, sed volans, vt Ezechiam Regem puniat, & morte priuet Esaiam, mittit tempus, concedit in quo disponat domui suæ, antequam moriatur, immo in quo Dominum precetur, ne moriatur, & prima lacryma a Domino considerata, antequam Esaias palatium egressus esset post nuntiatam mortẽ futurã Regis, diuinum accepit mandatum, vt rediret, & diceret Ezechiæ: Hæc dicit Dominus. Vidi lacrymam tuam, multas effudisti, sed prima motus sum, non morieris. Hæc Chrysostomus. Adhuc te loquente dicam: Ecce adsum, id quod dilationis habere potest, si expectem finitam orationem, non faciam, sed adhuc te loquẽte prẽsto ero. Et si id tibi parum videtur, cum homo factus est,

Chrysost. ho. 5. de panit. Genes. 3. Iosue. 6.

illum, qui in piscina triginta, & octo annos habebat in infirmitate sua, ipse quæsiuit, cęcum a natiuitate curauit non rogatus, Samaritanã, Zachæum, &c. immo vero quando Samaritana in fonte ipso existens aquę calicem porrigere noluit, ipse Dominus fontem aquæ viuæ infimæ, & peccatrici mulieri liberaliter concessit. Vnde cũ semel in sabbato mulierem a dæmonio liberasset, indignationẽ sentiens Iudæorum dixit: Nonne in sabbato vos bestiã soluitis, & ducitis adaquare? Cur ergo hanc filiã Abrahæ alligatam decẽ & octo annis non oportuit solui a vinculo isto die sabbati? Cumq. Deus factus est homo, continuo hominũ saluti fuit intentus, nec ad id maturam expectauit ætatẽ, vt homines a potestate diaboli eriperet, sicut scriptũ est: Quia antequam sciat puer vocare patrem, aut matrem, auferet fortitudinẽ Damasci, & spolia Samariæ coram Rege Assiriorum, vocaturq. nomen eius, Accelera, spolia detrahe, festina prædari, propter velocitatem, qua a potestate dæmonis eruturus erat homines. Immo quãdo hominum aut pigritia, aut vero debilitas tanta sit, vt ad ipsum accedere nec valeãt, nec velint, ipse veniet, vt sicut pastor gregem suum pascat in brachio suo, cõgregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas oues ipse portabit. Qui ergo quondã transiens viderat feminam conculcatam in sanguine suo, & cõtinuo illi, quæ sceleribus erat plena, nihilq. de remedio cogitabat, dixit: Viue, & eam monilibus, & mille donis decorauit, & diadema regium capiti imposuit, effecta pulchra vehementer nimis, quæ propria fœditate erat contenta. Modo ciuitatem Chananæorum ingressus, & latens in domo inquiritur ab hac muliere, postulat salutẽ filiæ, postulat vt miserandam illius calamitatẽ aspiciat, nec auditur. Egreditur domũ Dominus, egreditur & ipsa, egreditur ille ciuitatem, sequitur ipsa, etsi a Domino cõtempta; egreditur fines Tyri, & ipsa non lassatur, quia de illa scriptum est (Augustin.) filiæ Tyri in muneribus vultum tuũ deprecabuntur. Vbi Domine, inuenitur felicissima illa promissio: Apparui his, qui me non quærebant, inuentus sum ab his, qui me non interrogabãt? Chrysostomus: Dixerat Deus nihil tibi, & Chananæis, sed esto in finibus tuis, & in gẽte tua negotia exerce, & connubia iunge, quia linguã tuã habes, & legẽ Moysi, quam sicut maceriã inter nos, & illam posui. Ne imperfecti Iudæi seducantur, cõnubia, negotiationes, & amicitias Chananæorum ipsis vetuit. At Christo Domino hominũ sanctificatori ista prohibẽda erant? Petro dictũ est: Quod Deus sanctificauit, tu ne commune dixeris, vt a diuinis beneficijs, a fide, ab Ecclesia non arcendos infideles doceret. Et auibus præceptum est, vt comederẽt carnes equorum, seruorũ, &c. Vt idẽ etiam doceret & Dominus noster, nõ omnibus quærẽtibus ipsum prouidebit de remedio. Indignatur Deus acriter contra Iudæos,

Luc. 13.

Esai. 8.

Esai. 40.

Ezec. 16.

Marc. 7.

Augustin. in psal. 44.

Esai. 65.

Chrysost. Exod. 23. & Deut. 7.

Act. 10.

Apoc. 19.

Esai.30. dæos, & ait: Vę filij defertores, vt quid additis peccatũ ſuper peccatũ, qui ambulatis, vt deſcendatis in Aegyptum, & os meũ non interrogaſtis ſperãtes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciã in vmbra Aegypti, & erit vobis fortitudo Pharaonis in confuſionẽ, & fiducia vmbræ Aegypti in ignominiam. Ecce diuinam indignationẽ contra Iudæos, quia ab ipſo auxiliũ, & conſiliũ non

4. Reg. 1. eflagitabant. Miſit Rex Ochozias, qui ceciderat per cancellos cœnaculi ſui, vt cõſuleretur Belzebub, vtrum viuere poſſet de infirmitate illa. Et cõtinuo miſit Deus Eliam in occurſum nuntiorũ, vt diceret: Numquid non eſt Deus in Iſrael, vt mittatis ad conſulendũ Deum Accaron? Quamobrem hæc dicit Dominus. De lectulo, ſuper quẽ aſcendiſti, non deſcendes, ſed morte morieris. Indignatus Deus iuſte, & licet ægritudo de ſe mortalis non eſſet, moriturum dixit infeliciter, quia Deũ non conſuluerit, ab ipſo aut conſiliũ, aut remedium non poſtulauerit. Mulier hæc gentilis erat, Deos colebat, & tamen his omiſſis, fide mirabili acta Chriſtum Dominũ quærit, vt illi prouideat de remedio, *& non reſpondit ei verbum.* Denique ſi filiæ illius ægritudo altera eſſet, non mirarer, quoniam ſæpe expedientiſsimum eſt, vt Deus indulgeat vtilitatibus noſtris, & non guſtui noſtro. Quoniam frequenter homo, dũ infirmatur, fortior fit, & potens, & vermibus plenus clamat Iob: Quis mihi det, vt veniat petitio mea, & qui cepit ipſe me conterat? Soluat manũ ſuam, & ſuccidat me, & affligẽs me dolor non parcat. Et diabolus, qui Paulũ colaphizabat corporeis infirmitatibus, id efficiebat, ait Hieronymus vehementiſsimo capitis dolore eum premens, & audiuit ab ægritudine liberandũ non eſſe, quia virtus in infirmitate perficitur. Aegritudo corporis multa habet conuenientia, quibus infirmi conſolandi ſunt, libr. quinto, cap. nono, numer. 1. per totum caput. Aegrotãtes Sancti fortiores, & meliores erant, quam cum ſani degerent. Vnde ęgrotantes diſcipulos cum curare poſſet Paulus, noluit, ibi. num. 7. 8. 18. 23. & 24. Præterea in Sanctis, etiamſi dæmon eos vexet, nullũ nocumẽtum infert animabus, vt docet Gregorius

Greg 33. mora. ca 13. Iob. 40. explicans locum Iob: Numquid feriet tecum pactum, & accipies eum ſeruum ſempiternũ? Pactum cum Domino, inquit, facit Leuiathã, qui iuſtos maleuole tẽtare appetit, ſed tamen id Deus in vtilitatem iuſtorũ ordinat. At filia mulieris huius male a dæmonio vexabatur. Tota enim diaboli cura eo tendit, non vt corpus poſſideat, aut in facultatibus, aut ſalute lædat, ſed vt animã hominis perdat, li. 4. c. 31. nu. 13. ca. 36. nu. 13. Vbi docetur, quod in perſecutione Eccleſiæ animas volebat iugulare, non corpora. Diabolus animabus perdendis intentiſsimus eſt, ad quod omnia alia ordinat nocumenta, lib. quarto, cap. 35. numer. 1. 11. 12. 15. Diabolus in ſiti currit, vt pretium noſtrum, ſcilicet, ſanguinem Chriſti nobis tam proficuum repellat, libr. quarto, cap. 35. nume. 3. cap. 37. nu. 11. Diabolus eos, quos inhabitat, ſimiles ſibi facit, lib. 4. c. 34. nu. 9. Hãc feminã male vexabat dæmon, quia cũ peccatrix eſſet, & idolatra vmbræ, & calamo comparata, ibi dormiebat, lib. 2. cap. 8. nu. 28. li. 4. cap. 32. nu. 1. ca. 34. num. 1. 2. 4. 6. 8. 18. & 19. Iuſtis enim tantum eſt miniſter Dei ad eorum probationem datus, lib. 2. ca. 8. nu. 34. lib. 4. ca. 29. nu. 7. ca. 34. nu. 14. & 21. cap. 35. nu. 9. & 14. cap. 36. nu. 3. 10. 12. & 15. Vnde non lætatur dęmon, ſed triſtatur in perſecutionibus Sanctorum, cum ruina non ſequitur libr. 2. cap. 6. nu. 12. c. 7. nu. 39. li. 4. ca. 37. nu. 3. vſque ad 5. 7. & 10. lib. 6. c. 9. nu. 41. Vnde ſi illis nocet, in minimis nocet, non in magnis, lib. 2. ca. 8. nu. 27. 28. & 30. lib. 6. cap. 9. nu. 41. Immo in magnum bonum tentat eos, quos non deijcit, lib. 2. ca. 8. nu. 3. Cum ergo mulieris huius infirmitas tã eſſet grauis, & peſtilens, quia dęmoni crudeli tyranno ſubdebatur, nec per horam diſſimulãda videbatur, tali hoſpite comitata, ex vna parte gentilis erat, ex altera male a dæmonio & corpus, & anima vexabatur, inferno proculdubio quam ſimilis exiſteret. Hæc ſunt, quibus admiramur Deum miſericordẽ occaſiones quærentem, vt benefaciat, qui velox eſt in ædificando, & tardus in deſtruẽdo, & quod ex altera parte non ſicut iuſti dæmoni tradita ſit femina, ſed quod *male a dæmonio vexatur*, & rogatus tam inſtanter curam diſſimulet, quibus rationibus acti illud inquirere debemus, quibus rationibus motus ſit Chriſtus Dominus, vt in curanda triſtitia & matris, & filię ſic ſe geſſerit.

Vt arbitror curationem diſtulit Dominus. 4
Primum, vt infirmitatis grauitas cõſideraretur, & difficultas remedij, vt in poſterũ mater, & filia tanto malo prouiderent. Indubiũ videtur ſane flagellum hoc irregulare in muliere pagana, cui in multis ſimiles erant reliquæ illius populi & idolatræ, & peccatrices, quod inter alias hæc a dęmonio male vexaretur, hęc tã rigida Domini animaduerſio & cauſas, & remedia eiuſdem generis haberet. Fornicariũ Corinthium, quia cum nouerca fornicabatur, & eam habebat concubinã, Paulus poſt multũ conſilium decreuit tradere huiuſmodi hominem Sathanæ in interitum carnis ſuæ, vt ſpiritus ſaluus fieret in die Domini. Morbi enim tam graues, qui tam difficulter curãtur, poſtulant remedia difficilia, & rara. Sicut & in ægritudinibus corporeis accidit, vbi quæ leuiculæ ſunt, leui potione, aut minutione curantur, graues autem vix multis, & nouis adhibitis remedijs, ſanantur, quod & ſimiliter in morbis animę contingit, quando leuia, & communia peccata leuibus etiã diligentijs curãtur, grauia grauibus, grauiſſima maioribus indigent medicaminibus, vt ad ſanitatem perueniant. Saulis mala eos habuerunt gradus, quos ſacræ litterę produnt, quæ cum in profundum eum traxerunt perditionis, non communibus remedijs

dijs curatus eſt, ſed ſpiritus Domini malus exagitabat eũ, vt vel ſic ad ſanã mentem rediret, & pœnitentiã ageret, quo malo preſſus quæſiuit Dauid bene pſallentẽ, vt leuius nocumentũ ſentiret, quęſiturus Dominũ (ſi ſaperet & intelligeret impius Rex) cuius diuino conſilio, & prouidentia hæc agebantur, vt reſipiſceret ille. Frequenter Deus alia intentat remedia regularia, quibus communiter medẽtur peccatores, calamitates, ęgritudines, paupertates, flagella, alia adhibentur, vt reſipiſcant, ſicut cum Iuda actũ eſt. At poſtquam parricidalis animus & Dominum vendidit, & ſacrum cibum mens perfida tetigit, poſt buccellam introiuit in eum ſathanas. Et Himenæus, & Alexãder poſt multa patrata ſcelera fidem reliquere Catholicam, quã ſuſceperãt, & ne gentes nouiter cõuerſæ hoc exẽplo mouerentur, vt ad idolatriam redirent, quã dimiſęrant, hos Paulus ſathanæ tradidit, vt diſcant non blaſphemare. Erat filia Chananeę gentilis, & hac parte apertiſsimũ eſt tot adorans delubra, & ſimulacra Deorũ, ſeu dęmonum, qualis eſſet, cumq. Dei non haberet cognitionem vllam ſupernaturalem, & contra legem naturalem multos habuiſſe errores in dubium eſt. Deos ſuos, & idola irridebãt aliqui gentiles, lib. 4. cap. 15. num. 19. Sed etiam pauci hi erant. Vnde innumera recẽſet Paulus mala, in quæ præcipites ſe dederunt Philoſophi gentiles, cum primum obſcuratũ eſt inſipiens cor eorum, traditi in reprobũ ſenſum, vt faciant ea, quæ non conueniũt, & mutauerũt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium, propter quod (ecce cauſam) tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, tradidit illos in paſsiones ignominiæ, &c. repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, plenos inuidia, homicidio, nullumq. peccatũ in prætermiſſum docet Paulus, quorum omnium caput idolatriam facit. Cum ergo mulier hæc huiuſmodi eſſet, eſſent proculdubio peccata ipſius illa, quæ regulariter conſequuntur miſerrimum hunc ſtatum, & maiora certe, cũ inter tantos male a dæmonio vexaretur. Quod enim Eccleſiaſticus dixerat: Sunt ſpiritus qui ad vindictã creati ſunt, & in furore ſuo confirmauerunt tormenta ſua, in femina hac impletum cernimus. Et Marcus: Acceſsit quidam ad Chriſtum Dominũ ingẽti mœſtitia preſſum filium ſecũ portans, qui ſic a dæmonio vexabatur, quod cum primũ vidit Chriſtum Dominũ ſtatim ſpiritus conturbauit eum, & eliſus in terram volutabatur ſpumans. Dixitq. pater, hæc illi ab infantia accidere, & quod frequenter eum in ignem, & in aquã mitteret. Et cõminatus eſt Ieſus ſpiritui immundo, præcipiens vt exiret ab eo, & amplius ne intraret in eũ. Et exclamãs, & multũ diſcerpens eum exijt ab eo, & factus eſt ſicut mortuus, ita vt multi dicerẽt: Quia mortuus eſt. Ieſus autem tenens manum eius eleuauit

Ioan. 13. 1. Tim. 1.

Rom. 1.

Eccl. 39.

Marc. 9.

eum, & ſurrexit ſanus. Flagella erant hæc ingentia, quibus digna erant peccata matris, filiæ, vel in vtraque, & ideo vt multũ animaduerterent, & in poſterũ prouiderent, ne deterius aliquid contingeret eis, moroſe, & difficulter miſericors Deus ad curã huius venit.

Præterea cum ſpirituũ ponderator ſit Do- 5
minus nõ omnibus æqualiter prouidet de remedio, alij imbecilles, ne deſiſtãt ſtatim, exaudiuntur, quęrit Deus eos frequẽter, quos ſcit ipſum non quęſituros, at ipſo monente, & inſpirãte, perpendebat mulierẽ hanc repulſam paſſam non ceſſaturã, quo minus Dominum interpellaret, & precaretur. Domini ſilentiũ non eam mutam faceret, nec fuga Chriſti eã remoraretur, nec vero canis vocata irritaretur, & ex altera parte, vt dictũ eſt, hoc medio conuenientius prouideret futuro bono, ideo diſſimulat, qui velox ſemper eſt in prouidẽdo bono hominibus, qua ratione expediẽs iudicauerit. Viginti & vno diebus Daniel in ora- *Dan. 10.*
tione iacẽs non exauditur, & alibi dicit Dominus: Homo, homo de domo Iſrael, qui poſuerit immũditias in corde ſuo, & venerit ad Prophetam interrogans eum: Ego Dominus reſpondebo ei in multitudine immunditiarũ ſuarũ, vt capiatur domus Iſrael. Frequenter *Ezec. 14.*
Deus morbis, paupertate, laboribus hominũ incipit punire peccata, & cum primum clamant, iſta moderatur in ipſorum malum. Peccatis Pharaonis id poſtulãtibus Deus acriter *Exod. 9.*
ſæuiebat in eũ, plagis grauibus ipſum percutiens, cum premebatur, ad Moyſem cõfugiebat, & cum tam facile remediũ aſpiceret aduenire, orante Moyſe, & rogante Rege, hinc innumera conſurgebãt mala, ſtatim cor eius indurabatur, mortua ſunt totius regni primogenita, ipſe, totus exercitus eius, nobiles, &c. in mari ſubmerſi ſunt: quoniam illud ipſe miſericordiã credebat, quando plagæ ceſſabãt, re uera miſericordia non erant, ſed maior Domini indignatio. Deus ergo ſumma bonitate ſua laborẽ non aufert, quando id viderit hominibus expedire, vt cũ hac muliere geſtũ eſt. Labores multis de cauſis perpetiũtur Sancti, lib. 9. ca. 15. nu. 5. vſque ad 9. 12. 14. 23. 24. 42. & 43. lib. 10. c. 1. nu. 4. & 15. In laboribus laborat corpus, anima autem expectat reuelationem filiorum Dei, lib. 9. c. 15. nu. 24. In laboribus, & tribulationibus multo melius iuſti ſe habent, quam in delicijs li. 10. c. 1. n. 6. Labores malorũ incipiunt hic duraturi ſine fine nu. 14. At quãdo flagellat Deus peccatores vt reſipiſcãt, lib. 4. c. 6. nu. 4. 6. 14. 15. & 17. ca. 7. nu. 3. & 4. cap. 12. nu. 23. & 24. c. 22. nu. 7. cap. 23. nu. 9. c. 26. nu. 3. lib. 6. ca. 9. nu. 22. vſq. ad 28. ca. 10. nu. 7. 15. & 16. eius bonitate non tolluntur, vt emendetur homo. Flagella Deus præuenit, quando videt peccatores in maiora mala lapſuros, ſi autẽ ſuſpendit ea, in eorum malum id facit, lib. 4. ca. 6. nu. 12. ca. 8. num. 22. cap. 12. nu. 25.

Alij aiunt hanc matrem indignã, vt audi- 6
retur, quæ tã tenere filiã educauit, vt in ma-

nus diaboli mereretur venire. Indigni enim sunt parētes felici filiorum suorum successu, quos cōtra Domini voluntatē educauerunt; quos vix post modum possunt a malo reuocare. Vnde aiebat Hieronymus Lætæ, quā hortatur, vt ab incunabulis bene educet filiam: Caue ne capillos filiæ flauos reddas arte, ne in pronostlicum sint illis flaui ignis, quo in inferno cruciandi sunt. Caue ne tibi cōtingat, quod Prætextatę accidit nobilissimę feminę, quæ Eustochij virginis habitum, & cultū mutauit, & neglectum crinem mundano more pexuit, vincere cupiens virginis propositū. Et ecce eadem nocte cernit in somnis venisse ad se Angelum terribili voce minitantem pęnas, & hæc verba dicentem: Tu ne ausa es viri imperium præferre Christo? Tu caput virginis Dei tuis sacrilegis attrectare manibus, quæ iam nunc arescent, & finito mense quinto ad inferna duceris? Sin autem perseueraueris in scelere, & marito simul orbaberis & filijs. Omnia per ordinem expleta sunt. Sic vlciscitur Deus violatores templi sui, &c. In pueritia bona, & mala filiorū, parentibus imputantur. Nihil in te, & in patre suo videat, quod imitando peccet. Hęc est tantorum malorum radix, mala filiorum educatio. Filijs edocenda sunt ea, quæ a parentibus audiuntur in Ecclesia eorum salutem concernentia, lib. 16. cap. 10. num. 19. Filij puniuntur peccātibus parentibus, quia eorum malam vitam imitantur, lib. 6. cap. 7. num. 9. vsque ad 11. Filij, si non corrigantur, in magna incidūt mala, libr. 1. cap. 1. num. 22. cap. 2. nu. 1. lib. 6. cap. 6. num. 34. & 35. lib. 9. cap. 11. num. 43. De re hac late disseritur, lib. 6. cap. 6. per totum. Dilatione ergo Christus Dominus flagellat matrem, & filiam, vtriusque crimen considerās, matris, quæ male educauerat filiam, & huius, quia perditos mores matris secuta est.

Tyrii ad Lætam Hieron.

8 His, quæ hactenus diximus, explicatū est, quibus rationibus adduci potuerit Dominus pius, & misericors valde, vt Chananæam clamantem negligeret, & tam graui morbo vrgente de remedio non prouideret. Restat, vt expendamus in femina gentili prudentiā, sanctitatem, circumstantias, & ordinem in petendo rem, quæ ipsi, & filiæ expedientissima erat. Duas in quadragesima legimus mulieres gentiles, & idolatras, ad quas non mirum si duriuscule loqueretur Dominus. Sed tamen earum primam multa cum & vrbanitate, familiaritate, ac liberalitate tractauit, ita vt discipuli mirarentur quod cum muliere loqueretur vtique tā amicabiliter, & more, cum altera nec verbum respondit ei, & cum Apostol., quos Dominus tanti pendebat, intercessissent, respondit: *Non sum missus nisi ad oues, &c.* cum mulierem & loquentem, & rogantem propter vrbanitatem feminis debitam alloquendam saltem amicabile verbum largitus non sit. Harum vna cū Domino recusat sermones conserere, vbi aquam quærēti respondit: Quomodo tu Iudæus cū sis poscis a me bibere, quę mulier sum Samaritana? Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis, vt vel sic confusus Dominus vel taceret, vel discederet, & neutrum hoc factum est, sed repudiatus, & reiectus, qui paululum aquę in vase non acceperat, obtulit ei aquæ viuæ fontem, vt dicebamus. Et cum de Messia mentionem ipsa faceret, protinus audiuit: Ego sum, qui loquor tecum. Hęc nihil postulans tanta recepit, hæc repulsam pati videbatur, cum tamen vtriusque bonum maxime Christus Dominus optaret, & hanc Chananæam in exemplum, & admirationem, ac stuporem toti orbi dedit. Chananæi in mundo notissimi erant, in quibus perpenderent alij qua animaduersione in filijs Deus peccatum Cham, qui discooperuerat verēda patris sui Noe puniretur, vt cuncti agnoscerent diuinam iustitiam in re hac tā acriter sæuientem. Quorum miserandus status, sic omnibus innotuerat, vt volente Deo prodere alicuius nephariam vitam, cum vocaret Chananæū: sicut seni illi, qui ex vna parte concumbere voluit cum Susanna, & ex altera in eam falsum protulit testimoniū dixit Daniel: Semen Chanaā, & nō Iuda, species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum. Tam grande enim facinus, quale tu patrasti, solo homine, qui Chananæus esset, dignum videbatur. Et quando in Ezechiele ostendere Deus voluit post tot beneficia, quo illius populi deuenerat perditio, cum nullis eorum meritis, sed sola bonitate sua ipsis Dominus multa cōtulisset bona, sic ait: Fili hominis, notas fac Hierusalē abominationes suas, & dices: Hæc dicit Dominus Deus Hierusalem: Radix tua, & generatio tua de terra Chanaā, pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cætea, &c. Innumera refert mala, quibus respublica illa abūdabat, quibus Dominum coegerūt, vt eos in captiuitatem traderet miserandam, quorum omniū illud dicit principiū, quod Chananæi essent eorū malitiam imitantes, quoniā genere Chananęi non erant, quoniā tantū id reputabatur malum, ut Abraham iam senex, cū morti proximus crederetur, vocauerit seruū suū, cui dixit: Iura mihi quod non accipies filio meo Isaac vxorem de filiabus Chanaan, vbi ego habito. Vocat ergo Iudæos in Chanaan natos, hoc est, filij & imitatores abominationum, quæ sunt in illa gente. Vt vno verbo illorum ediceret mala Propheta sanctus: Talis, inquit, extitisti, ac si genitus fuisses in Chanaan. Et sicut Esaias quando voluit proferre infelicissimā suæ gentis miseriam, vltimam perditionem eorum, profundum malorum, in quo erant, dixit: Audite verbum Domini principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei nostri populus Gomorrhæ. Quasi nihil dicere valuisset, quo miser ciuitatis illius status dignosceretur, Sodomæ, & Gomorrhæ ciuitatibus infamia plenis eos comparauit. Sic & Ezechiel, & Regius Vates de Iudæis ait: Cōmixti sunt inter gentes

Luc. 4. *Dan. 13.* *Ezec. 16.* *Genes. 24* *Esai. 1.*

Psal. 105. tes, & seruierunt sculptilibus eorum, & effuderunt sanguinem innocentem, sanguinē filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan, & infecta est terra in sanguinibus. Erant enim Chananæi tales, qui non minora inferrent nocumenta fidelibus cum ipsis conuersantes obiter, quos ad idololatriā traxerunt. Ecce quales illi forent, qui tales reddebant eos, qui vel semel inter ipsos essent. Hanc terrā ingressum Dominum narrat Euāgelica lectio, quem nescio, an aliquis pro remedio interpellauerit, hac muliere excepta. Virtus ergo mulieris, quæ & Chananæa est, & inter Chananęos morabatur, ostenditur, dum ad Deum accedit talis mulier in tali terra, quæ nullo exemplo aliorū moueri potuisset. Per Esaiam aiebat Deus: Cum orbis fini appropinquauerit, quando attrita fuerit ciuitas vanitatis, quando clausa est omnis domus, nullo introeunte, &c. relicta est in vrbe solitudo. Quia hæc erunt in medio terrę, in medio populorum, quomodo si paucæ oliuę, quę remanserunt, excutiantur ex olea, & racemo, cū fuerit finita vindemia. Hi leuabunt vocem suam, atque laudabunt. Ingreditur Dominus ciuitatem, immo prouinciam, vbi vnam, aut alteram reperit oleam, racemum vnum, cum iam fuerit finita vindemia, cum diabolus innumeros vindemiasset Chananæos, mulierecula vna ad ipsum accedit clamans: *Miserere mei Domine fili Dauid.* Mirandum certe opus in muliere Chananęa.

Esai. 24. *Hieron.*

9 Alia etiam mirabilis circūstantia, vt exaudiretur, illa fuit, quod filiæ malum propriū nominauit. *Miserere mei*, misericordiam propriā uoco eam, quæ proximi est. Hęc enim conditio Sanctorum est, proximorum mala lugere maxime, lib. 1. cap. 14. nu. 5. vsque ad 8. 13. 21. vsque ad 23. 27. vsque ad 29. lib. 9. cap. 16. nu. 9. vsque ad 11. lib. 16. cap. 7. nu. 3. 4. 14. & 17. Proximos malis oppressos orationibus apud Deum iuuabant Sancti, lib. 1. cap. 14. nu. 8. 9. & 18. quorum mala propria vocabant, lib. 1. cap. 14. num. 9. 12. 13. 19. vsque ad 23. lib. 9. ca. 16. num. 6. In Iudæa, vbi fides, vbi Dei cognitio, religio, diuinusq. cultus pollebant, vbi lex, & doctrina, accessit quidam cum filio, quem possidebat dæmon, tamq. crudeliter illum vexabat, vt in ignem, & aquam eum conijceret, rogauit Dominum pro eo, & non dixit: Miserere mei, sed: Miserere filio meo quia lunaticus est. At hæc gentilis, vexatur filia, & dicit: *Miserere mei.* Proximorū amor grandes parit vtilitates, lib. 1. cap. 15. nu. 5. vsque ad 9. 17. & 20. Proximis compati debemus, etiam quando a Deo puniuntur, libr. 1. cap. 15. num. 16. Non miror quod Hieremias leuet manus ad Deum pro anima paruulorū, qui defecerunt fame in capite omnium compitorum. Deduc quasi torrentē lacrymas per diem, & noctem, non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. Nō miror quod Paulus coniectus in vinculis iam iam moriturus, sui oblitus, de salute Onesimi serui sollicitus scribat Domino suo: Tu illum, vt mea viscera, suscipe. Si ergo habes me socium, suscipe illū sicut & me, refice viscera mea in Christo. Nec etiā admirandus venit Ioannes Baptista, qui propriæ oblitus necessitatis, in carcere coniectus, mittit discipulos ad Christum dicens: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Vbi discipulorum ignorantiam propriā vocat. Hi enim dati sunt, vt lux essent totius orbis, miror autem id dū lucet in gentili, quod optime animaduertit Ionas in viris gentilibus, qui nauigabant cum Iona, qui cū cognouissent propter illum fluctus consurgere, nauim impellere, ventus flare, vt omnes perirent in ictu oculi, remigabant viri, vt reuerterentur ad aridam, quia proprium periculum negligētes gentiles solliciti sunt de salute hominis peccatoris, quem fugientem Deum suū cernunt. Periclitantur ipsi, & pro alterius anima deprecantur, & dicunt clamantes: Quæsumus, Domine, ne pereamus in anima viri istius. Vbi nihil neglexerunt eorum, quæ iuuare possent Ionā, & perire in anima viri istius dixerunt: Non curare ipsius remedium efficaciter. Sic & in femina Chananęa, id mirandum est, quod miseriā propriam dicit eam, quæ in filia erat. Timendū profecto valde est viris Christianis, qui vidētes fratres infamijs, paupertate, peccatis, ægritudinibus grauari, nec dolemus, nec illorum remedio prouidemus, peiores multo effecti, quam illi, qui cum Iona laborabant remigando in mari.

Matth. 17

Tremorū 2. ex Hieron.

Hieron. ad Philem.

Matth. 11

Hieron. in Ionam.

Tertia circumstantia occasio, & tēpus est, in quo mulier hæc Christū adijt, vt ab eo posceret misericordiam, quādo egressus fuerat a Iudæa ira, & indignatione plenus, quando sui ei contradicebant, & vt consolationē recipiat, qui contristatur, hæc accedit, & poscit ei, qui semper paratus est benefacere, velut fluuius .n. maiori impetu diffunderetur, qui detentus a Iudęis fuerat. Pertransibat Dominus benefaciendo, & sanando omnes oppressos a diabolo, modo huc consulto accedit, vt benefaciat gentibus, quando Iudæi omni beneficio indigni reddūtur. Venerat Dominus vt ablueret sordes filiarum Sion, & sanguinē Hierusalem lauaret de medio eius in spiritu iudicij, & spiritu ardoris. In spiritu iudicij, dū non respōdit verbū, & hanc vocat canem, sed statim in spiritu ardoris suauitate, & incēdio amoris sui mirabili ei benefaciens. Et vt quōdam vt diabolus ea intelligeret in Iob bona, quæ tot calamitatibus prodirēt, in manus diaboli datus est; sic & in hac muliere, eam reliquit, illi aspere respondit, vt eius fide visa dæmon cruciaretur. Hæcq. mirabilis lucta, quæ inter magni consilij Angelū, & mulierē, & lōga concertatio facta est, non casu accidit, sed vt a Domino benedictionē, & contra diabolū simul victoriam reportaret. Voluit etiā Deus, vt id de ipso intelligerent homines, quod isti aliquando, immo frequenter mel habent in

Esai. 4.

10

lingua, & ſub lingua aculeum, latet anguis in herba: Deus e contrario, etiamſi aliquando verbis mollibus non reſpondeat, operibus in promptu eſt, vt benefaciat, &c. In lingua aliud, & aliud in corde communiter habent homines lib.10.cap.8.num.2.& 3. Mali diabolo ſuadente lites, & diſcordias vſque ad mortem excitare inter ſe non ceſſant, libr.4. ca.31.num.23. Mali veritatem dicunt in ore, quã non habent in corde, lib.14.ca.19.nu.18.

FERIA SEXTA
poſt primam Dominicam Quadrageſimæ.

Euangelium.

Erat dies feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam: eſt autem Hieroſolymis probatica piſcina. Ioan. 5.

1 *Feria 6. Dominica 1. in Quadrag.*

IN exordio Euangelij huius illud fortaſsis videbitur alicui & nouum, & Chriſti Domini bonitate indignum, quod cũ locus hic piſcinæ ægrotãtibus eſſet plenus, & ita id eſſet omnibus perſpicuũ, vt quinque porticus ædificatæ a republica eſſent, vel domus, vbi conueniret multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, & aridorum, qui ibi aderant expectantes aquæ motũ. Aegris autem cum incertũ eſſet tempus deſcenſus Angeli, nec per horam diſcedere licebat, ne forte qui per annũ expectauerat, illa occaſione deſcendẽte Angelo optata non potiretur ſalute. Cum ergo omnibus eſſet certũ, & quod infirmis plenus erat locus ille, & quod omni tempore id contingebat, quod Dominus ſemel tantum in tota vita locum illum adierit, in quo vnum tantum ægrum ſanauerit, qui frequenter omnes curaſſet, quotquot illum tangere contigiſſet. Venerat Dominus in mundum animarum medicus, & corporum, qui Meſsias dignoſcendus erat, dum ęgrotantibus prouideret, ſicut dixerat Propheta: Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt: tũc ſaliet, ſicut cervus, claudus, & aperta erit lingua mutorum, quia ſciſſæ ſunt in deſerto aquæ, & torrentes in ſolitudine. Quod & Dominum feciſſe memorat Matthæus, cum Baptiſtæ diſcipuli veniſſent interrogaturi, an ipſe eſſet Meſsias venturus, an potius alius expectandus eſſet. Quibus reſpondit curatis ægris, qui reperti ſunt prȩſentes. Immo frequenter alienas ingrediebatur prouincias, etiam gentiliũ, Tyrum, Sidonem, Samariam, vt ægris mederetur. Immo cum primum Euangelium cȩpit prædicare ingreſſus ſynagogam in Gallilæa,

Eſai.35.

Matt.11.

Luc.4.

non caſu, ſed conſulto, librum legis aperuit, & legit vbi ſcriptũ erat: Spiritus Domini ſuper me, eo quod vnxerit me ad annuntiandũ manſuetis; miſit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiã, & clauſis apertionem: vt prædicarem annum placabilem Domino, vt conſolarer omnes lugentes; vt darem coronam pro cinere, oleũ gaudij pro lũctu, pallium laudis pro ſpiritu mæroris. Quem locum docuit impletum iam eſſe, & aduenientes Capharnaũ curauit homines infirmos varijs languoribus omnes, quotquot adducebantur. Præterea hi, qui in piſcina erant, ſalutem requirebãt a Deo: expectabant enim Angelum deſcendentem de cȩlo, qui turbaret aquam, quæ diuina virtute eum, qui primus deſcendiſſet, priſtinæ reſtitueret ſanitati. Non conſulebant Beelzebub, vt impius Rex Ochozias in lecto, aut ſicut Saul Phitoniſſam adibant, ſed remediũ a Deo conſtitutũ requirebant. Aduenit ergo Dominus tantum ſemel, & vnum ſolũ curauit, nec alij, viſo miraculo, tã grandi, tam liberaliter, & tam facile patrato, acceſſerunt ad poſtulãdam ſalutem. Dubium nõ eſt, quin Dominus Ieſus grauibus rationibus ſit motus, vt vnum ſolum eorum, qui degebant in piſcina, curauerit, & ſemel tantum referant Euangeliſtæ illuc Ieſum ingreſſum, quarum hæc contemnẽda non eſt, quod indigni viderentur ſalute, qui tam ardenter, tam ſollicite, tot adhibitis medijs, illam quærebant, quæ licet quærenda ſit, minori tamen diligentia, nec præponendo illam animæ ſaluti. Alij infirmi, occaſione perſpecta, ad Ieſum accedebant, & clamabant decẽ leproſi: Ieſu præceptor miſerere nobis, deſcendente ipſo de monte, erat multitudo magna languentium, qui venerant primũ quidem, vt audirent eũ, deinde vt ſanarentur a languoribus ſuis. Erãt in templo cæci, & claudi audientes Dominũ docentem, & curauit eos. Sed hi, qui in piſcina iacebant, in re tam dubia, quando vnus ſanabatur inter innumeros, omnium rerum quaſi obliti, ſalutem corporis potius, quã animæ & exoptabant, & quærebant, vt in paralytico hoc peccatis preſſo clare conſtat. *Qui cũ octo, & triginta annos haberet in infirmitate ſua,* miſer hominem non habens paralyticus, qui a lecto vix exilire potuiſſet, cui fere impoſſibilis erat ſalus, piſcinę indefeſſe aſtabat, iam ſenex ſitibunde ſalutem deſiderans, quæ res tam parui eſſet momenti, vt periturę vitæ pluſculum aliquid adijceret, cũ tota vita talis ſit, vt Ariſtoteles interrogatus: Quid eſſet homo? reſponderit: Imbecillitatis exemplũ, temporis ſpolium, fortunæ luſus, inconſtãtiæ imago, inuidiæ & calamitatis trutina, reliquum vero pituita, & bilis. Cum vita talis ſit, is nec animaduertens remedij difficultatem tot annis, & tam diligẽter expectabat aquę motum, animæ autẽ curationẽ tã facilẽ non curabat. Aegrotantes quãta ſollicitudine a medicis, & ſeruis Dei ſalutẽ quærũt, qua

Eſai.61.

Matth.21

obtenta, in priſtina relabũtur mala, lib.5.cap. 9.num.17. Aegros quæ ſolent in morbis contriſtare referuntur, & refelluntur, nume.2.vſque ad 4. Non aduertunt peccatores, quod dum in hac vita abundant bonis, quaſi pecora ſaginantur ad victimam, lib.18.ca.16.nu.8. Peccatores recte torrentibus comparantur, quia recte tranſeunt, & ſiccabuntur poſt hanc vitam, lib.12.capit.4.numer.22. Vita breuis increpat longa hominum deſideria, lib.18.capit.17.num.22. Vita hæc, & omnia, quæ in ea ſunt, tibi debent eſſe tamquam ſtabulum viatori, non vt domus habitatori, num.17. Vitam hanc intelligere debet fugitiuam, periculosã, breuem, qui nouiſſima prouidere debet. libr. 18.cap.16.num.24. Vita hæc fœno merito cõparatur, quæ cito mutatur, & tranſit, nume.7. & 28.cap.17.nume.14. Mali in implendis carnis deſideriis toti verſantur, anima neglecta, lib.2.capit.17.num.23. lib.12.cap.4.numer.13. Mali inſipientes ſunt, dum ſola præſentia vident, futura autem non conſiderant, li.9.cap. 17.num.13. Mali rotæ comparantur, quia ex poſterioribus eleuantur, & in anterioribus cadunt, uentura negligunt, & præſentia amãt lib.12.capit.4.num.25. Mali gemunt a gemitu carnis, cum de temporalibus lugent, iuſti autẽ a gemitu cordis propter ſpiritualia tãtum plorantes, li.17.cap.6.num.8.

2 *Vis ſanus fieri? Reſpondit ei languidus. Domine hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam.* Hæc verba multa animaduerſione ſunt digna, vt videamus, cur interrogatus miſer hic homo a Deo, an ſalutem vellet, reſponderit, hominem non habere, & quid id ſignificauerit, ob defectum cuius ſalutem nõ habuit *triginta & octo annos habens in infirmitate ſua* qua perpetuo caruiſſet, ſi Dominus ſolita bonitate ſua illum non curaſſet. Non dubium quin paralyticus hic ſalutem vehementer exoptarit, niſi enim illius grandi ageretur deſiderio, in piſcina non moraretur, vbi illi ſalus fere erat impoſſibilis. Cum enim tanti ibi eſſent diuites, & potentes multo comitati famulatu, qui paralyticus erat, & hominẽ nõ habebat, qui iacentem erigeret, & portaret in piſcinam, in qua ſalus diligentiſſimo, & qui primus omnium deſcenderet, dabatur, procul dubio triginta & octo, immo millibus annorum, ſi viueret, abſque remedio ibi iaceret, & tamen deſiderio ſalutis, quod non accideret hodie, nec heri nec hoc anno, nec anteriori poſſibile, immo futurum aliquãdo credebat, & ideo expectabat. Sed tamen quia viribus deſtitutus erat, ut ipſe deſcenderet, nec hominẽ habebat, qui eum mitteret in aquam, propterea in piſcina erat ſemper æger, & ſemper deſiderans ſalutem, vt doceret in Eccleſia futuros multos, qui deſiderio bene operandi, inefficaci tamen tenerentur, qui tandem ad inferna deſcenderent ob defectum virilis animi, hominem non habentes, fortitudine carẽtes ad aggrediendam difficilis virtutis viam, qua, quod recte deſiderant, exequantur. De his dixerat Salomon: Sicut oſtium voluitur in cardine ſuo, ita piger in lectulo ſuo. Oſtium quippe cum aſſidue huc, illucque vertatur, & moueatur, ſemper tamen in eodem loco manet. Sic ergo pijs quidem deſideriis piger agitatur, quæ tamen propter languorum, & inertiam, & puerilem laborum metum non illum ex vili carnalium voluptatum lectulo extrahunt. Et idem vt explicet formidinem animi eius ait: Dicit piger, leo eſt in via, in medio platearum occidendus ſum. Paruulo enim, & meticuloſæ feminæ leones apparent locuſtæ, vnde ſequitur quod vult, & non vult piger. Vult enim cum excellentiſſimæ virtutis præmium cogitat, non vult autem, cum manum extendendam viderit ad ea, quæ laborioſa multum arbitratur. Vnde cum virtus etiam ſecundum Philoſophorum doctrinam verſetur circa difficile, non ſatis eſt ad eam capeſſendam huiuſmodi deſideriis abundare, niſi fortitudo adſit, quę vi ſua virtutis difficultatem ſuperet. Oportet enim repugnantem carnem ſpiritui ſubiicere, & variarum cupiditatum impetum frenare, ſenſuum licentiã, atq; laſciuiam comprimere, linguę petulantiam cohibere, mundi uoces, & minas ſpernere, ſe ipſum abnegare, quæ omnia nemo, niſi qui hominem habet, valet præſtare. Vnde inter laudes fidelis animæ ea præcipue numeratur. Ac cinxit fortitudine lumbos ſuos, & roborauit brachium ſuum, & illud: Fortitudo & decor indumentum eius. Vbi bene quidem fortitudinem indumentum vocauit, quia ſicut totum corpus tegit indumentum, ita fortitudo non vnam, aut alteram uirtutem iuuat, ſed omnes. Sine illa enim homines in eo eſſent periculo, in quo ſunt milites inter potentiſſimos hoſtes armis carentes. Vnde Chio Philoſophus de Hercule refert (Baſilius) quod cũ adoleſcens ſecum conſultaret, an virtutis viam difficilem ingrederetur, aut vero vitiorum facilem, & delectationibus abundãtem, duas continuo in uiſu contemplatus eſt feminas virtutem, & vitium. Altera, quæ facie pulchra, & hilari, & quæ illi dulcia promitteret, altera vero vultu rigido, ſquallenti, mæſtoque ore, nihil iucundum, nihil amænum, oſtendebat, ſed mille pericula, laboreſque immenſos, ſed quæ promitteret eum ſecutura poſt mortem, interque Diuos relaturum. Fortitudo in iuſtis neceſſaria, vt proſequantur brauium ſupernæ uocationis, lib.6.capit.13. numer.1.2.4.5.& 9. Fortitudo eſt, quæ defendit ornamenta virtutum omnium, numer. 7. Fortitudo virilem animum præſtat ad uitia perſequenda, num.19. Virtutem remiſſe quærunt homines, cum peccata, & cætera omnia ardentiſſime quærant, lib.2.capit.17.nume.4. vſque ad 10.15.vſque ad 18.& 24. lib.6.cap.1. nume.2. lib.9.cap.22.num.14.& 15. lib.18.ca. 11.num.25. In virtute acquirenda labores ferendi ſunt, lib.9.capit.15.nume.2. lib.18. cap. 8.num.8.9.& 17.cap.11.num.4.ca.12. num.3. Virtutem vellent homines, ſed abſque labo-

Prou.26

Cap.22.

Cap.13.

Prou.31.

Baſil.ho.24 variar.

re,

re,lib.14.cap.19.num.21.& 22. Omnes volunt virtutem,sed voluntas aliquando adiacet, & inefficax est,lib.18.cap.14.num.23. Quæ omnia obumbrata cernimus in paralytico hoc, qui & salutem optabat, & illa nō potiebatur, quia hominem non habebat.

3 Præterea dicit: *Hominem non habeo* qui me adiuuet ad consequendam sanitatem,& idcirco tot annis hic existens illam consequi non potui.Quod in re hac maxime mirandum videtur,illud est,quod *triginta & octo annos habens in infirmitate sua*, qui multis annis, si non illis omnibus in piscina extiterat,nullus repertus sit homo,qui illum iuuerit,vel seruum mittendo,qui eum mitteret in piscinam. Impietatē, & crudelitatem illius Reipublicæ explicare nullus poterit in loco,ubi cultus erat *Dei*,vbi *Sacerdotes* frequentissime conueniebant,vbi diuites,& nobiles, vt consanguineos ibi morantes visitarent, confluebant quotidie, vbi aliqui diuites curabantur, & tamen inter tā multos nullus repertus est, qui miseri huius hominis misereretur. Hominem non solum non habebat,sed nec viderat,cum hoc nomine indigni essent bestiarum induti naturam, qui sine affectione,& sine misericordia erant. Mira res, sed quæ modo inter homines Christianos reperiatur æqualis, aut maior, ante quorum oculos continget frequenter, vicinum hominem ægrum, ac viduam fame perire in lectulo,aut certe humi exhalantem animam non iuuare, nec visitare, qui si diues esset,inuiseretur ab omnibus, consolaretur ab omnibus, donarentur illi non necessaria, sed & illa,quę possent ipsum lætitia afficere. Is in triginta & octo annis nullum reperit adiuuātem,hoc vnum certo scio,quod si ille feminas vellet ad malū & quærere, & sollicitare,quod non diceret: *Hominem non habeo*, haberet.n. multos,qui ad malum & consiliis,& pecuniis iuuarent, ad salutem autem conquirendam nullus eum iuuat.Ad ludum,ad ornatum, ad superflua alia ea inueniunt homines, quæ appetunt,at si pecuniæ conquirantur, vt ære alieno oppressus a vinculis egrediatur, aut vt femina egens, quę est in euidenti periculo incontinentiæ nubat,aut monasterium ingrediatur,nec obolum reperitur. Sed quod absq; graui animi consternatione dici non potest, illud est,quod homo iste,ut miserandam calamitatem,quam patiebatur,& hominum crudelitatem proderet,dixit: *Hominem non habeo*, qui in me beneuolus sit, qui meæ prouideat necessitati.At modo ea est diuitum impietas, ac rapacitas,quod pauperes contenti essent hac miseria,quod illis bene non facerent, dū tamen diuites emptionibus,ac venditionibus ad maiorem non traherent paupertatem. Hæc est nostri temporis infelicitas, quod pauci reperiuntur, qui nobis benefaciant,inuenientur autem innumeri, qui malefaciant. Proximos circumuenire, & decipere non debemus,lib.1.capit.14.num.32.capit.16.nu.13. Proximorum vtilitatem vt respiciamus, varia sortiti sumus nomina Christiani, lib.1.ca. 15.nume.4.capit.16.nume.12.Cumq.ad proximum diligendum natura nos inclinet, libr. 1.cap.15.num.12 nihil minus curamus.Proximus sincere diligi non potest ab amatoribus huius mundi,& honoris,&c.lib.1.cap.16. num.6.8.& 9. Pauperes artificia mille cōmentari coguntur,vt diuitum duritiam valeāt emollire,lib.5.capit.10.nume.29. & 31.Pauperes qui non iuuant, auibus sunt crudeliores, lib.eodem,num.74.Diuites auari, crudeles in fratres acriter taxantur a Sanctis,libr.1. cap. 24.num.1.10.& 27. lib.2.cap.18.num.1.vsque ad 8 lib.4.cap 38.nume. 14.cap.39. numer.24 vsque ad 26. Diuites per potentiam opprimunt pauperes,lib.4.ca.39.num.10. vsque ad 12.14.15.17.23.& 29. Diuitum mensæ multorum pauperum constant sanguine, nume. 32. & 33. Miser hic homo nec vnum habuit hominem iuuantem, dum in lectulo iacebat; sanatus a Domino multos inuenit non iuuantes,sed clamantes: *Non licet tibi tollere grabatum tuum.* Triginta & octo annis iacuit in grabato, quem nec aspicere dignabantur Iudæi, cum primum sanitatem recepit,aiebāt: *Sabbatum est,&c.* Clamantes ne id faceret, quod Dominus illi iam sanato præceperat. Infelicitas ingens, si in peccatis esset homo, si adulter, si ebriosus omnes id aspicientes pariter tacerent,si non ad malum traherent. At si sanatus a Domino templum adis,orationi, ieiunio,aut eleemosynæ inuigilas,innumeri consurgent ista calumniantes, vt aiebat Gregorius edisserens verba illa Iob: Mandebant herbas,& arborum cortices. Herbæ sunt,ait, tenera, ac terræ proxima bene inchoantium vita, bona desideria ea, quæ proponit homo bona arborum cortices, exteriora bona eorum, qui iam sublimia appetunt. Mandere ergo herbas, & cortices est pestiferis persuasionibus, vel minis, quasi malitiæ suæ dentibus dissipare. Inuenietis triturantes in plaustris ferreis prægnantes in Galaad scelus maximum, quod Deus grauissimum exprimens dixit: Et super quatuor non cōuertam eum. Hi similes sunt diabolo, qui cum primū e cælo præcipitatus est, cernens mulierem prægnantem,ibi aderat,ut filium necaret natum,alæ autem datæ sunt illi,ut damnum hoc effugeret,quas & accepit homo iste, dum hominum contemnens dicteria dixit: *Qui me sanum fecit,ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula.* Non audienda est Michol, quę Regem coram arca testamenti ludentem contemnit,sed dic: Ludam, & vilior fiam, plus quam factus sum. Mali ministri diaboli ad persequendos iustos,lib.2.capit.6.numer.23. lib.4.cap.36.num.1.& 2.lib.12.cap.4. num.19. Mali persequuntur iustos, quia non illis consentiunt ad malū,li.5.c. 4. nu.12. Mundani ui tia palliāt appellatione uirtutum,li.11. c.14. nu.1.Mundanorū iudicia cū sint corrupta.& ridicula,contemnenda sunt, num.4. vsque ad 6.8.10.12.& 14. Mali enim peccatis habent cor-

20.moral.c. 15.

Amos 3.

Apoc.12.

corruptum iudicium rationis, nume.5.8.11. & 14.Mali apes dicuntur, & scorpiones,quia dulces,& blandi in facie videntur,sed re vera aculeum,& venenum portant. *Sabbatum est*, ecce dulcedo,& tamen volunt a bono & a diuina voluntate implenda hominem retrahere,lib.11.capit.15.num.25.cap. 16. nume.10. Sed murmurationes,& iudicia malorum contemnenda sunt,lib.3.capit.11.nume.37.& 45. cap.12.num.13.lib.9. cap.15.num.21.li.11.c. 14.nu.2.vsque ad 4.9.vsque ad 11.c.15. n.7.9. vsque ad 13.22.vsque ad 25.

5 Dixit etiam: *Hominem non habeo*, quoniam in vultu hilari Domini signa humanitatis prodibant ingentia,quibus ducebatur, vt crederet eum ad opitulandum paratum. Vnde aperit illi tanti mali causam, & quo medio illi posset prouideri, si forte Dominus eum ad aquam baiulare uellet.Dicamus huic paralytico: *Si scires donum Dei*,& quis est, qui dicit tibi: *Vis sanus fieri?* non dubitares quod te super humeros gaudens ad piscinā portaret, qui ouiculam vnam errantem super humeros ad caulas gregis venit reducere. Qui enim ad ferenda onera, & ea quidem importabilia peccatorum totius generis humani homo factus est,dubitas an vsque ad piscinam portare te uelit? Iste est,de quo pronunciauerat *Esa.46.* Propheta: Audite me domus Iacob,& omne residuum domus Israel,qui portamini a meo vtero,qui gestamini a mea vulua,usque ad senectam. Ego ipse & usque ad canos portabo, ego feci,ego feram,ego portabo,atque saluabo. Quid blandius? quid dulcius? quid amātius potuit dici? Non ista retulit quasi in *Deo* sint membra,ait Hieronymus,sed quo nos affectum Dei per nostra verba discamus. Ab infantia vobis mira beneficia contuli, ac si infantes gestaremini in meavulua eo desiderio, eo amore, etsi aliquando dolores me parturientis feminæ angerent, portare non destiti. Respice aquilam illam, quæ expandens alas suas assumit filios suos, & in humeris suis portat. Amor *Dei* ad nos exemplo aquilæ monstratur,lib.1. cap.6. nume.4. Si dubitas,an ad turbidam istam piscinam perferre velit, scias eam esse clementiæ eius magnitudinem,vt in ipso corpore suo quinque piscinas tibi, non aquę,sed sanguinis sui aperire paratus sit, vt facili negotio saluti animæ tuæ prouideatur in præsenti,& corporum in futuro.

6 Quia homo hic & corpore,& multo magis anima ægrotabat, postulat ab illo *Dominus* an salutem velit, vt doceat eos,qui longa peccandi consuetudine detinentur in peccatis, raro illam velle efficaciter. Vnde si dicas fornicario,an salutem animę velit, vtique respōdebit: Volo. Sed si ad eam consequendam cōcubina relinquenda est, proculdubio salutem negligit. Idem contingit, si auaro restitutionem mandes, aut si iracundo consulas iniurias esse remittendas. Vnde *Deus*, qui ad miserendum tam pronus est, vnum in piscina sanauit,& illum non postulantem, nec quærentem ab ipso salutem,nec rogantem ipsum. Tales sunt,qui longa peccandi consuetudine detinentur, qui nisi rara quadam *Dei* misericordia pręuenti somno grauissimo detenti excitentur,& pœne mortui ad vitam reuocētur, a peccatis non surgunt. Vnde in piscina illud erat certum, quod qui primus ad piscinam descendisset,proculdubio sanitatem consequebatur,qui vero tardior erat, ac negligentior,frustra properabat post illum. Veteres olim occasionem capillata fronte, occipite vero decaluato pingebant, quo significarent rerum gerendarum occasionem nullo modo esse prętermittendam, quia cum prætexerit,reuocari vix potest. Frequenter *Dominus* mouet aquam piscinæ nostrę,cum scilicet ad ostium cordis nostri pulsat,cui si non aperuerimus, aufugit, & multa cum difficultate inuenitur ab his, qui non inuocant eum, dum prope est. Vnde cum Dominus Iesus non fluuius,sed fons hortorum vocaretur,quia destinatus ad hoc erat,non vt quos casu reperiret, rigaret,vt fluuius,sed vt fons in horto, qui ad omnes plantas rigandas ducitur, eratque vt fons in medio Paradisi in Iudæa scaturies, qui spiritus sui vnda rigabat, fœcundabat. Vnde dicebant Prophetæ: Plena est terra scientia *Domini*,gloria *Domini*,misericordia Domini,quia omnibus præsto aderat: at vero huic, qui longa peccandi consuetudine detinebatur,tam difficulter prouidit. Vnde illud intelligere debetis, hoc diuina prouidentia fuisse gestum, quod ad motum Angeli non seruabatur ad piscinam descendens,qui pauperior erat cæteris, qui ditior, qui sanctior, qui maiori premebatur infirmitate, aut longiori,sed curabatur ille, qui prior descendisset, qui diligentior foret cæteris, ne tepide, aut oscitanter ea quærerent homines, quæ animæ concernunt salutem. Basilius aiebat: *li. regularū fusius disputa.* Quis in plantanda vinea negligens fructum illius edidit? Illorum enim sunt fructus,quorum & labores, sicut coronæ eorum, qui victores euaserunt. In peccato varij sunt gradus, sed tamen illud in exordio extinguere expedit,lib. 1. cap.22.num.20.& 21. lib. 14.c. 8.num.3.5.vsque ad 7.13.15.18. usque ad 20. 30.vsque ad 33. Peccata in exordio trucidanda,lib.2.cap.7.num.35.cap.8.num.7.capit.11. num.2. lib.4. cap.31.num.9.10.& 37.libr.14. cap.7.num.26.cap.8.nume.1.2.4. vsque ad 9. 12.16.18.19.22.& 29.Peccatores passionibus suis ebrij quam recte dicantur,lib.2. cap. 17. num.2.3.& 13.lib.7.cap.2.num.18. Peccatores spe pœnitentiæ agendæ peccare non debent,lib.14.capit.7.numer.13.vsque ad 15. Peccans in rete mittit pedes, ne facile egrediatur,lib.2. cap.18.numer. 21. vsque ad 23. Peccatores non respiscentes,sed contemnentes minas acriter punit Deus,li.4.ca.18.num. 6.vsque ad 22.& 25.li.6.cap.10.num.11.12.14. & 17.

Cant. 5.

Esa. 55.

7 *Surge, tolle grabatum tuum, & ambula.* Hoc præcipit Deus languido, vt lectulum, in quo quie-

quiescebat, tollat, & arma, quæ seruierant Goliat, seruiant Dauid, & membra, quæ seruierant iniustitiæ, & iniquitati, seruiant iustitiæ
Hester 14 in sanctificationem. Sicut de Hester scriptum legimus, quod vt Deum Iudæorum populo iratum placaret, deposuit vestes Regias, fletibus, & luctui apta indumenta suscepit, & pro vnguentis variis cinere, & stercore impleuit caput, omniaque loca, in quibus antea lætari consueuerat, crinium laceratione compleuit. Iustitiæ, & gratiæ restitutus Dauid oculos, quibus uxorem proximi turpiter aspexerat, luctui perpetuo destinauit. Hunc sanitati restituit, vires præstitit, occasiones abstulit. A peccatis enim tribus modis conseruat Deus, occasionis subtractione, resistendi data virtute, affectionis sanatione, lib. 2. cap. 13. num. 23. lib. 4. capit. 7. num. 30. Pœnitentiam Deo gratissimam explicuit Regius Vates in Psa. 37. li. 3. cap. 25. numer. 2. vsque ad 7. & 17. libr. 14. cap. 22. num. 29. Peccatorum dolor non admittit oleum lætitiæ, nec thus suauitatis, lib. 3. cap. 25. num. 1. & 8. Pœnitentia, & compunctio vigere in deliciis non potest, ibidem nu. 12. 21. & 22. lib. 14. cap. 22. nume. 54. Pœnitẽtia perfecta dulce facit carere delectationibus anteactis, lib. 3. capit. 25. num. 14. lib. 14. capit. 21. num. 48. cap. 22. num. 42. 44. & 51. Peccata taliter abolenda sunt a nobis, ut etiam bona operemur. Vnde huic dictum est, vt ambularet, lib. 4. cap. 14. num. 14. Peccata nostra punienda nunc sunt, ne in sæculo futuro puniantur, lib. 6. capit. 13. num. 19. *Ambula.* Virtus enim incessanter quærenda est, ita vt in ea proficiamus semper, lib. secundo, cap. 17. numer. 4. vsque ad 6. lib. 4. capit. 1. num. 66. & 67. lib. 6. cap. 1. num. 2. 6. & 7. lib. 9. cap. 22. num. 1. vsque ad 17. 21. vsque ad 34. libr. 14. capit. 24. num. 6. lib. 18. cap. 8. num. 5. 11. & 18. In virtute alij ambulant, alij currunt, lib. 18. capit. nono, nu. 10. Et vt iste voluptatibus renuntiet, audit; *Tolle lectum tuum.* Voluptas nusquam Deo placet, & ideo mel in sacrificiis numquam voluit, lib. 7. capit. 2. num. 2. & 7. In voluptate enim præstantissima pars hominis seruit, imperat autem abiectissima, nume. 5. Voluptatem, & luxum multi Philosophi fugerunt, ne animi fortitudo mollesceret, ibidem numer. 8. quæ insatiabile malum est, & sicut ebrietas aufert cor, num. 9. Ideo hic ne curatus molle scat, audit: *Tolle lectum tuum.* Quod vt tulit, fluctus insurrexerunt clamantium: *Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum,* Deo disponente, gestum est, vt homine ad Deũ conuerso, securitas, & negligentia eum sternant, tẽtationes nouę, & noui hostes insurgũt, lib. 7. c. 4. nu. 12. 13. & 16.

8 *Ecce sanus factus es: Iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* In quibus verbis mirari satis non possum, cur deterius contingere dixerit Dominus, si rursus peccans maiori puniretur ægritudine, cum id diuina misericordia fiat. Peccatores enim prosperantur in grande ipsorum malum, lib. 14. cap. 20. nu. 14. 15. 17. 18. & 20. Peccator enim desperandus non est, signa enim salutis ostendit, dum patrata culpa flagellum exoptat, li. 4. capit. 5. num. 4. & 38. capit. 11. num. 11. cap. 12. nume. 21. & 22. Peccatores enim flagellans Deus misericordiam ostendit, non seueritatem, lib. 2. cap. 10. num. 13. cap. 11. num. 29. lib. 4. capit. 5. num. 1. vsque ad 13. 15. 17. 18. 20. vsque ad 37. lib. 14. cap. 20. num. 20. Peccatoribus enim nec irascitur Deus, nec eos flagellat cum irascitur multum, lib. 2. cap. 10. nume. 16. & 17. ca. 11. nume. 28. cap. 8. numer. 19. & 22. lib. 6. cap. 9. num. 24. 27. & 34. *Ecce sanus factus es, &c.* Reduc in memoriam tam longa infirmitate pressum fuisse ob scelera tua, quod si his rursus fueris inuolutus, etiam maiores pœnas. lues. Diuinam indignationem explicuit Hie- *Hiere. 11.*
remias, cum hominum peccata commemorans, dixit Deo: Prope es tu ori eorum, & longe a renibus eorum. Prope enim dicitur esse ori impiorum, cum ea, quæ postulant, accipiunt. Si salutem exoptant, eam accipiunt cumulatissimam, si salutem filiorum, si diuitias, si honores, si officia, ad nutum cuncta porriguntur, cum Dei indignatio sæuit. Vnde cum Hieronymus Castrutium consolaretur in cæcitate oculorum, dicit: Animaduerte Dei irã tunc esse magnam, cum peccantibus non irascitur. Sicut enim ea dat medicus ęgrotis, quę postulant, nec iam amaram porrigit potionẽ, actum de illo credendum est. Sicut quod magister discipulum tardum non castiget, eius ruditate ingenij fit, qua desperat eum in litteris profuturum, &c. Bene tamen, cum dicit: Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, verumtamen misericordiam meam non dispergam ab eo. At vero *Ezec. 14.*
summa Dei ira illa est: Homo, homo de domo Israel, qui posuerit immunditias in corde suo &c. Ego Dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum, vt capiatur domus Israel, illi præbens, quæ uoluerit. *Ose. 4.*
Vnde cum retulisset Oseas innumera populi Iudæorum flagitia, uehemens peccandi desiderium, inundantia scelera, quando sanguis sanguinem contingebat, Dominus acriter dolens id pro summo malo facturum minatur: Non visitabo super filias uestras, cum fuerint fornicatæ, & super nurus vestras, cum adulterauerint. Hieronym. Grandis enim offensa *Rom. 1.*
est, postquam peccaueris, iram Domini non mereri, traditus in desideria cordis tui sceleribus tuis id expostulantibus. Cum ergo hæc ita sint, cur dicit huic languido maiori ægritudine puniendum, si in eadem, uel similia peccata labatur? Scitis quare? Cum per triginta & octo annos in lectulo paralyticus iacuisset, nusquam intellexit peccatis suis id postulantibus grauari, cum enim causam ignoret morbi, uerum remedium non procurat, vnde aiebat Gregorius: Tunc in hominibus grã- *Ore in pastoral. admonit. n. 14.*
di malo suo impleri, quod ĩ Prouerb. c. 27. scriptum est; Si contuderis stultum in pila, quasi ptisanas, feriente desuper pilo, non auferetur

Prou. 27. ab eo stultitia eius. De his scriptum est etiã:
Hiere. 5. Attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam. Et:
Cap. 51. Curauimus Babylonem, & non est sanata, relinquamus ergo eam, & abeamus. Antiochus, & Herodes a vermibus consumpti in nullo meliores effecti sunt. Chrysostomus: *Iam sanus factus es, &c.* beneficij memoria, & futurorum málorũ metu in sanitate cõfirmat. Quod si peccatorem non flagellis, sed misericordia Deus pulsat, recordare peccator, quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit, tu autem secundum duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram. Docere ergo istum voluit Deus, frequenter contingere morbos corporum, & alia mala propter hominum peccata. Aliquando enim peccatum ui, & exuberantia sua etiam corpora inficit. Ne forte, quia non cito profertur contra homines sententia, illi absque ullo timore perpetrent mala, dum dicunt: Peccaui, & quid mihi accidit triste? Quamdiu enim iudicamur a Domino corripimur infirmitatibus, ait Paulus, ne cum hoc mundo dãnemur. Aegritudines ad peccata diluenda dat Deus, lib. quinto, capit. nono, numer. 11. 13. 14. 21. & 22.

9 *Ecce iam sanus factus es, &c.* Vbi blanditiis animum huius pulsat, ut in animæ sanitate cõ-
Lib. 7. c. 4. nu. 13. 14. & 15. seruet. Cum enim virtus tenera est in exordiis, pulsanda non est minis, sed lactanda blãdimentis, & multa de vetusta consuetudine per discretionem dissimulanda erant ad tempus in spiritu mansuetudinis. Tamquam paruuli in Christo lacte potandi sunt. Sic Iudæis Deus non in Aegypto legem rigidam dedit, sed signis, & prodigiis eos delectabat, dum Aegyptiis tenebris pressis, ipsi in luce morabantur, &c. In mari rubro siccum iter præbebat eis, & cum primum Aegyptum sunt egressi, non terram Philistinorum ingrediuntur, ut coacti pugnare, deficiant: sed per viã deserti pergunt. Et cum longe ab Aegypto sũt, eis indicitur contra hostes cruentum bellũ.
Deut. 28. Legem accipiunt fumante monte Sina, cum tonitrua, & fulgura, & ignem pauẽs videret, & audiret populus. Sex tribus montem Hebal ascendunt, vt cum maledictiones legerentur contra legis transgressores, ipsi respondere̅t: Amen, &c. Sic Deus renascentem in Christo infantiam animarum blande consolatur. Vn-
Hier. in Esa. 16. de primo Dauid præmiserat: Suauis Dominus vniuersis, &c. Alleuat Dominus omnes, qui corruunt, &c. Custodit Dominus omnes diligentes se, & statim subdit: Omnes peccatores disperdet. Sic hunc paralyticum primo blande alloquitur (Rupertus) Dominus, post-
Iosue 2. minatur, ne iterum peccet. Et sicut quondam postquã muri Hierico corruerũt, dixit Dominus: Maledictus qui reædificauerit Hierico, quid expectabit, qui regnũ peccati per passionem Domini destructũ, & per pœnitentiam itẽrũ reparauerit? Rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei & ostentui habẽtes. De reincidentia differitur Domin. 3. sequenti.

Sed quid dicemus nos miserã huius tẽporis 10
calamitatẽ considerantes? Olim quinq. porticus Ecclesiæ, in quibus omnes status hominũ Christianorum significantur, plenæ erant hominibus, & ualentibus & robustis. Reges sancti, Episcopi sancti, viri magnates, & nobiles sancti, Sacerdotes sancti, plebei sancti, religiosi sancti, diuites sancti, pauperes sancti, virgines sanctæ, coniugati sancti, modo autẽ porticus hæ, & status ægrotãtibus pleni sunt. Sacerdotes multi sancti nõ sunt, & Reges, & Episcopi, & religiosi pauci, qui morbis spiritualibus careant, &c. Cum tamen remedium nõ in vno sit loco constitutum, non in certis, signatisque temporibus, non uni tantum languenti constitutum, sed in omni loco, in omni tempore, omnibusque personis remedia sunt patentia, non vno Angelo descendente de cælo, secundum tempus, sed tot Angelis existentibus in terra, quot sunt Sacerdotes, qui homini dent salutem, quotiescumque ille eã voluerit efficaciter. Res mira est, Iudæorum lãguentium cura, qui immoti in piscina perseuerabant, rem expectantes omnino incertã, in qua uno integro anno vnus, aut alter sanitatem recipiebat, & nihilominus *iacebat ibi multitudo magna languentium, claudorum, &c. expectantium aquæ motum.* Modo autem, cum salus sit animæ illa præstantior multo, remediũque præsentaneum, & facile, uix unus, aut alter accedit. Cum tamen sit fons patens domui Iacob in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Quid est dicere in innumeris locis per singulos dies: Ego te absoluo, nisi dicere, quod huic dixerat Dominus: *Tolle grabatum tuum, & ambula.* Modo omnes audiunt *Vis sanus fieri?* Sit Deus in sęcula benedictus, qui non semel, aut iterum in anno Angelum mittit, qui salutem corporibus præstet, sed Christus Dominus magni consilij Angelus præsẽs est semper toti Ecclesiæ, vt sanguine suo sancto sanitatem consequamur, etiamsi peccata nostra rubra fuerint, vt coccinum, & quasi vermiculus, lota in sanguine eius, quasi nix alba erunt Christiani hominis indumenta.
Ipse Angelus est, qui mouet aquam, & uirtutem præstat Sacramentis, qua sanemur, ipse & homo est, nec quis dicere valet: *Hominem non habeo.* Sed dices: *Si* tanta vis remediorũ in Ecclesia est omni loco, & tempore, & omni personæ parata, quomodo iniquitas sic in mundo dominatur? Quomodo a planta pedis vsque ad verticem non est in mystico hoc corpore sanitas? dicente Domino: Væ populo graui iniquitate, semini nequam, filiis scelera tis. Omne caput languidum, & omne cor mœrens. Id est Ecclesiastici, & sęculares, &c. iniquitatibus pleni sunt. Vbi illa magnifica Prophetarum oracula: Repleta est terra sciẽ- *Esa. 11.*
tia Domini, sicut aquæ maris operientis? Vbi admirandus ille passionis fructus a Daniele *Dan. 9.*
prædictus, vt consumetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna? Saluta-

uit olim Angelus Gedeonem dicēs: Dominus tecum virorum fortissime. Cui ille: Obsecro Domine mi, si Dominus nobiscum est, quomodo inuenerunt nos mala hęc? Idem modo si Angelus, qui semel descendit de cælo, nobiscum est vsque ad consummationem sęculi, & virtus piscinæ, quam mouit, iam omnibus simul infirmitatibus curandis potens est, vnde tanta & morborum vis, & copia? Vtique quia languidi sanitatem nec exoptant, nec quęrūt. Caleni enim scientia, & remediorum, medicaminumq. efficacia impertinens est his, qui illis vti nolūt, nec medicari curant. Non refert quod horrea in Aegypto & aperta sint, & frumento redundantia, si homo negligat eo pergere, & triticum emere, clamante Domino: Venite, emite, & comedite, emite absque argento, & absque ulla commutatione vinum, & lac. Sicut enim aliud est Salmanticæ viuere, aliud ibi litteris operam dare, sic aliud est gratiæ tempore uiuere, aliud gratiæ beneficiis, & adiumentis vti. Lux non prodest, si homo oculos aperire noluerit, si raro, & oscitanter Sacramentis veteris, culpa tua hæc tibi non prōderunt. Christus nondum passus dicitur his, qui labores fugiunt, lib. tertio, capit. sexto, numer. 28.

Iudicū. 6

SABBATO POST Primam Dominicam Quadragesimæ.

Euangelium.

Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannē, & duxit eos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos.
Matth. 17.

In Euangelio hoc de beatitudine differūt Doctorēs, de quare late agitur lib. 2. capit. 1. 2. 3. & 4. In primo, quod beatitudinis ingentia sint bona. In secundo, quod beatitudinis desiderium grande, & efficax in solis iustis est. In tertio, quod beatitudinis assidua meditatio, & desiderium ad multa iuuant, si tamen propinqua, & in ianuis considerētur. In quarto beatitudinis essentia in quo sita sit, quibusque medijs sit acquirenda.

Sabbato post Dominicā I in Quadrag. 1

IN enarratione huius Euangelij illud in primis diligenter examinandum est, quod & Christus Dominus in capite anteriori Matthæi legē statuerat credentibus difficilem sane multum, cum dixit: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucē suā, & sequatur me, quam vt facilē redderet, trāsfiguratus est, vt spe præmij labor facilis redderetur. Et Ecclesia etiam, quæ Christi fidelibus in sacro hoc quadragesimæ tempore multa indicit, quæ & carni sunt contraria, & laboriosa multum, abstinentia carnium, ieiunia multiplicata, &c. Quapropter vt prompti reddamur fideles ad hæc subeunda corporis incommoda, sacrum legit transfigurationis Euangelium, vt considerata felicitate, quæ laborantes manet, hæc operemur libenter. Bene quidem vtrumque factum esset, si Dominus ingentia beatitudinis indicasset bona, illam magnam dulcedinem domus Dei, qua cū diuina essentia intellectu beati vnita inebriaretur totus ab vbertate domus Dei, & torrente eius potaretur, apud quem est fons vitæ, vbi solummodo magnificus dicitur Dominus noster, qui in hac vita tam multa operatus est summa ipsius mągnificentia digna. Si bona illa ostensa essent, de quibus colloquebatur Augustinus cum Monica matre sua, & inhiabant valde dulciter loquentes, ore cordis pariter in superna fluenta fontis uitæ, vilescebatque mundus iste inter verba cum delectationibus suis. Clamabat Dauid a longe diuina illa considerans bona, & quia illorum qualitatem explicare non valebat, dicebat: Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini, &c. Altaria tua Domine virtutum, Rex meus, & Deus meus. Si illa patuissent Apostolis, & nobis manifesta fierent, quæ Ioannes vidit in cælum raptus, Angelos omnes stantes in circuitu throni, & seniorum, & quatuor animalium, & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum dicētes: Amen, benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in sęcula sæculorum Amen. Si nō in monte terreno spinis consito, claritatem solam corporis Christi conspexissent Apostoli, aut contemplaremur nos, sed ipsius diuinitatem in monte coagulato, & pingui, in monte, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Si sustuliset nos Deus in spiritu in montem magnum & altum, vt ostenderet ciuitatem sanctam Hierusalem habentem claritatem Dei, &c. Fluuium aquæ uitæ, tamquam crystallum procedentem a sede Dei, &c. & omne maledictum non erit amplius. Et videbunt serui eius faciem eius, & nomen eius in frontibus eorum. At gloriæ Christi merum consideramus accidens, claritatem, scilicet vultus eius. Cumque quatuor sint corporis glorificati dotes, agilitas, subtilitas, impassibilitas, & claritas, hæc sola discipulis ostensa est. Labores tolerandos facit beatitudinis cōsideratio, lib. 2. capit. 3. numer. 2. vsque ad 11. 17. 25. vsque ad 27. lib. 3. cap. 13. numer. nono, usque ad 11. lib. 6. capit. 9. nume. 17. usque ad 19. cap. 11. nume. 23. 24. & 26. libr. 9. capit. 15. num. 24. 28. 29. 33. 34. 36. 38. & 41. Beatitudinis bona nariis similitudinibus explicant Sancti, sed quæ minus plene eam explicent, lib. 2. cap. 1. nume. 7. 8. 10. 11. 15. 20. 21. 27. & 43. c. 4. num. 1. vsque ad 3. & nume. 26. lib. 4. capit. 15. nume. 12. Beatitudinis bona enarrantur, li. 2. cap. 1.

Psalm. 31

Esa.

Psalm. 83

Apoc. 7

Apoc. 21 & 22.

c. 1. nu. 6. vsq. ad 16. nu. 19. vsq; ad 24. 28. & 40. Beatitudinis imago īperfecta fuit ī trāsfiguratione Christi, lib. 2. c. 1. nu. 11. cap. 4. num. 25.

2 Præterea si excitare Dominus homines voluit ad opera virtutum, non id conuenientius efficeret, si inferni pœnas hominibus ostenderet, si magnum chaos inferni, sulfureos ignis globos, dæmones, & animas cruciantes, monstra illa tæterrima hiatu terrę aperto demonstraret. Quis. n. tam esset insanus, qui his nō reuocaretur a malo, & ad virtutē excitaretur? Diuiti auaro visum fuit indubie futurū, quod si ipse, aut alter ad suos rediret, & diceret experiētia teste, quæ ibi grassarētur calamitas, ipsi proculdubio vitam in melius reuocarēt. Quid si ista propriis oculis conspicerent mala, utique exaltarentur de portis mortis, & annuntiarent omnes laudationes Dei in portis filiæ Sion? Et sicut Deus infelicissimi huius status pœnas verbis explicuit, ostenderet ad sensum horrendum damnatorum carcerem, quoniam stultorum infinitus est numerus, vt hi timore acti manuducerētur ad bonū, videtes quod in inferno intercidit Deus flammā ignis, dum is vrit, & non lucet, vt nec minima hæc sit damnatis consolatio, li. 9. ca. 3. nu. 4. 12. 17. 18. & 20. Inferni pœnas, qui considerat, ad Deū cōuertitur, emēdat vitā, cautiorq. efficitur ī posterū, n. 6. 8. & 21. In inferno caro simul cū aīa merito cruciāda est, nu. 16. & 18. Infernus terra tenebrosa, lacus, locus miseriæ & tenebrarū optime dicitur, n. 17. & 18. Timor. n. initium est, quo mouentur homines ad bene operandum, li. 1. c. 9. num. 12. li. 4. c. 27. num. 9. li. 17. c. 3. nu. 1. 2. 5. 7. 18. & 25. Cum ergo pœnæ inferni etiam considerate moueant, quid oculis ostensę hominibus, qui timore mouentur, vt faciant bonum? Hæc, quæ hactenus diximus, leuiter rem hanc consideranti videbuntur sic certa, vt perfectam beatitudinem Apostolis in transfiguratione ostendendam crederent, aut tenebras exteriores inferni. Sed tamen illud considerandum est, quod quamuis corporis Christi claritas, quæ Apostolis patuit in transfiguratione supernæ patriæ, diuinæque felicitatis, accidens esset, hinc dum illius status gloriam sapienter coniectant Sancti. Si enim illo tantillo bono, quod futurorum bonorum modica umbra est, Apostoli in terram corruerunt, Petrus ebrius dulcedine hac clamauit omnium, quæ in toto erant orbe oblitus: *Bonum est nos hic esse*, & quasi nihil iam appetendum restaret, qui tam mira docentem audierat Christū de beatitudine cælesti, uoluit ut tria fierent tabernacula in quibus perpetuo degerent. Et sicut mercator pannum venditurus ostendit modicum eius, licet id, quod melius est, ut homo emat Christus Dominus hominum incapacitate considerata, modicam gloriam corporis ostendit, qua manuducātur homines ad maiora bona consideranda. Beatitudo enim etsi diaria illa esset, & non æterna, taliter concupiscenda esset, ut propter eam innumeri anni pleni circumfluentia bonorum temporalium recte, meritoque contē nerentur, lib. 2. cap. 1. nume. 16. Et quia beatitudinis status in hac vita a nullo intellectu creato ualet perfecte intelligi, libr. secundo, capit. primo, numer. decimo septimo, vsque ad 20. 28. 33. 34. 37. & 41. cap. 4. numer. 20. ideo modicam guttam sic inebriātem superni illius fontis ostendit, ut aliquo pacto statum illum omnium bonorum aggregatione perfectum consideremus, lib. 2. capi. 1. numer. 21. 22. 24. vsque ad 30. 34. & 37. cap. 4. nume. 1. vsque ad 3. & numer. 26. Beatitudinis status felicissimus coniectatur ex his, quæ a Deo acceperunt homines in hac vita, lib. secundo, capit. primo, nume. 24. 31. 32. & 41. cap. quarto, numer. 1. vsque ad 3. lib. 4. cap. 15. nume. 12. Et sicut beatitudinis bona multo maiora erunt in cælo, quam sint illa, quæ in sacris litteris dicuntur explicantia felicitatem illius status, libr. 2. capit. 1. numer. 34. tamen his manuducimur ad aliquid cognoscendum, sic per ea, quæ in transfiguratione gesta sunt, maiora considerantur in cælo futura, quæ inde coniectantur grandia, ut his ad bene operandum hominum excitetur mens. Beatitudinis enim bona dum considerantur a Sanctis, grādem desiderii stimulum in eis relinquunt, libr. 2. capit. 2. nume. 2. 3. 13. 16. 17. & 26. Vnde quia beatitudinis appetitus naturaliter est nobis inditus, sicut bonarum, & pulchrarum rerum, libr. 2. capit. 2. numer. 23. & 27. Ideo Ecclesia ad labores ferendos quadragesimæ, ad labores pœnitentię, transfiguratione Domini proposita, alia maiora obumbrat bona, quibus ista facilia reddantur, libr. 2. capit. 3. num. 1. vsque ad 11. nume. 17. 25. vsque ad 27. Beatitudinis cognitio facit, vt virtutem amplectamur, lib. 2. cap. 3. numer. 2. 6. vsque ad 8. 10. 18. 21. vsque ad 23. 26. & 27. Nec mirū, hoc est enim hominum ingenium, vt spe præmij consequendi ad ea, quæ agenda sunt, moueātur. Vnde cum in exordio quadragesimæ iusserit Dominus, ut conuertamur ad ipsum in 3
ieiunio, & fletu, & planctu: bellum nobis cum dæmone indixit tam acre contra potentissimum hostem furentem nimis, sciens quia modicum tempus habet, ne ergo tanta difficultate visa deficiamus, coronam nobis proponit, quam & Christo offert Ecclesia, posteaquam contra diabolum certauit, & eum vicit. Cum Dauid Goliath cerneret, cuius 1. Reg. 17
solo visu vniuersus Israel pauore concussus fugiebat, aiebat: Quid dabitur viro, qui percusserit Philistæum hunc, & tulerit opprobrium de Israel? Cui dicebant: Virum qui percusserit, eum ditabit Rex magnis diuitiis, & filiam suam dabit ei, & domum patris eius faciet absque tributo in Israel. Hoc audito, pergit ad Saul Regem, & ait: Non concidat cor cuiusquam, in eo ego seruus tuus vadam, & pugnabo aduersus Philistæum, &c. Considerate in exordio quadragesimæ tæterrimum gigantem diabolum, & di-

Luc. 16.

cite: Quid dabitur viro, &c. & statim cum Dominus in montem ducitur, & transfiguratur, considerate tale præmium, immo aliud longe maius victori propositum. Cum Moyses ad *Num. 13. & 14.* explorandam terram promissionis misisset uiros, præcepit eis, ut qualitatem terræ diligenter considerarent, ciuitates, &c. venerunt exploratores dicentes: Venimus in terram, ad quam misisti nos, quæ re vera fluit lacte, & melle, vt ex his fructibus cognosci potest; sed cultores fortissimos habet, & urbes grandes, atque muratas. Terra, quam lustrauimus, deuorat habitatores suos, quia multos uidimus morientes, populus, quem aspeximus, proceræ staturæ est, ibi uidimus monstra quædam filiorum Enac de genere giganteo, quibus comparati quasi locustæ videbamur. Igitur vociferans omnis turba fleuit, & murmurati sunt contra Moysem, & Aaron dicentes: Vtinam mortui essemus in Aegypto, & non in hac uasta solitudine. Dixerũtque alter ad alterum: Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum. At uero Iosue filius Nun, & Caleph, qui & ipsi lustrauerũt terram, sciderunt vestimenta sua, & ad omnem multitudinem filiorum Israel locuti sunt: Terram, quam circuiuimus, valde bona est, & Dominus tradet humum lacte, & melle manantem. Ne timeatis populum terræ huius, quia sicut panem, ita eos possumus deuorare. Si quidem difficultatem aspexerit homo, & audierit quia cælorum regnum uim patitur, & quod uiolenti rapiunt illud, si quæ in ieiunio, cilicio, &c. cruciant, tantũ considerauerit, reuertetur in Aegyptum, congredietur autẽ cum hostibus, ut Iosue, & Caleph, si considerauerit terram lacte, & melle manantem. Cum *Psal. 83. Augustī.* pro torcularibus Psalmum Dauid cõposuit, quo contundendos dixit iustos, ut oliuæ, &c. & vuæ in torcularibus multis tribulationibus, &c. exordium Psalmi, quo consolarentur iusti, illud fuit: Quam dilecta (vel amabilia, ut Augustinus legit) tabernacula tua Domine uirtutum, concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. In torcularibus sunt iusti spe gaudentes, & ideo subditur: Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum; altaria enim tua Domine virtutum ea sunt, in quibus mente habito, quorum desiderio teneor, ne in torcularibus deficiam. *Aug. libr. de spir. & aïa.* Quoniam illud considero, quod si delectat pulchritudo, ibi iusti fulgebunt tamquam Sol; si delectat longa, & salubris uita, ibi est sana æternitas, & æterna sanitas; si satietas, satiabuntur, cum apparuerit gloria tua; si sapientia, ibi omnes erunt docibiles Dei; si amicitia, diligent Deum supra se, & omnes sicut se; si diligitur concordia, ibi una tantum erit uoluntas Dei, si potestas, introibunt in potentias Domini. Ecclesia ergo diuina consideratione mota, ne deficiamus, spe præmij proposita, nos in bono confirmat. Christus autem Dominus horrendum Chaos inferni non aperuit, ut operemur spiritu Dei acti, ut filij. Cælum apertum semper patet, elementa, quæ inter nos, & ipsum collocantur, transparentia sunt, & nos non vt bruta conditi sumus terrã respicientia, sed erecti, ut cælum semper aspiciamus, quo ad bene operandum moneamur. Infernum autem in centro terræ collocauit. Vnde Abraham dixit diuiti in inferno sepulto: Habent Moysem, & Prophetas, id est, operentur amore legis, uel spe præmij. Licet enim bonum sit metu moueri inferni, & timore pœnæ detestari peccata, timore enim pœnæ incipit homo bonum, & timore casto carnalia desideria comprimuntur, lib. tertio, cap. primo, num. 39. lib. 17. capit. 3. numer. 1. 2. & 22. Timor autem hic seruilis primus est, quem perfecta dilectio foras mittit, & succedit timor Domini sanctus, & perpetuus, lib. 17. c. 3. numer. septimo, decimo, 23. vsque ad vigesimumseptimum.

Præterea cum Dominica anteriori Eccle- 4
sia congressum Domini cum diabolo in monte, & deserto legerit, in monte etiam modo pater Moyse, & Elia, & tribus Apostolis præsentibus acclamat victori, & occurrit, ut olim populus victoriam Dauid celebra- *Leuit. 16.* uit, Golia interfecto, ut si illum oculi carnis contemplantur Benoni, hoc est, filium doloris mei, testimonio patris uocatur, Beniamin, hoc est, filius dexteræ. Et si Dominica prima quis Christum Dominum crediderit caprum emissarium, cui summus Sacerdos imposuit omnes iniquitates filiorum Israel, immo omnium hominum, & ea propter audax Dæmon, quem pilosum credidit Esau aggressus est, hodie Ecclesia vult, ut omnes illum intelligant agnum sine macula, Deoque gratissimum, qui peccatis hominum impellentibus in desertum ductus, est, qui in montem excelsum vadens transfiguratus est. Item ut ostendat Deus, non quibuslibet fauoribus, & bonis, quauis dulcedine uelle amicos suos prosequi, posteaquam pugnantes cum diabolo ipsum uicerint, propterea in monte transfiguratur Christus, cui pater astat, quem sibi ostendit dilectissimum, & gratum. Quoniam etiamsi peracta tentatione continuo uenerunt Angeli multi, qui ministrarent ei esurienti, sed hoc non contentus Deus, ipsemet honorare vult humanitatem Christi. Ipse, qui in hoc sæculo ministrat Sanctis, ut dulcedine fruantur interna, in alio sæculo bona ineffabilia animę, & corporis largitur. Vnde *Cant. 1. Orig. hom. 1. exposit. 2. in cant.* sponsa aiebat: Osculetur me osculo oris sui. Oratio hæc est sponsæ æstuantis uero desiderio sponsi, & interno uulneris amore agitata, uidens dilectum tardantem, impatiens moræ illius, quem tantopere cupit aspicere manus leuans clamat, postulans oscula oris sui. Quasi diceret, hactenus sponsaliorum susceperi arras, legem, Prophetas, Angelos, qui sponsi pulchritudinem

nem enarrarunt, vnde iam ipsum postulo, qui me osculetur, & dicam; Meliora sunt vbera tua vino, introduxit me Rex in cellaria sua, exultabimus, & lætabimur in te memores vberum tuorum super vinum. Grandique consideratione non dixit: Frater, aut dilectus, aut sponsus introduxit me in cellaria, sed Rex. Quia enim cellaria dictura erat, vt hoc nomine ostenderet regium cubiculum multis, atque immensis opibus referrum. Hæc bona anima Christi in portione inferiori recipit, cui congratulantes dicimus: Exultabimus, & lætabimur in te, id est, obsecramus Domine, vt nos introducas in cubiculum, ut te transfiguratum conspiciamus. Dum sumus in hac vita Nardus uocatur sponsus, arbusculus licet aromaticus, paruus tamen, immo interdum fasciculus myrrhę, qui inter ubera commoratur, post hæc autem balsamum eum vocitat fragrantissimum in uineis Engadi existens. Dum viuunt iusti, pulchritudinẽ agnoscunt sponsi, & dicunt: Ecce tu pulcher es dilecte mi, at in monte clamant: Lectulus noster floridus, ubi sponsa lectulum habet communem cum sponso, cuius dia iam cupitis amplexibus fruitur. In tentationibus venit saliens in montibus, ut læua eius sit sub capite meo, ne corruat, sed in altero monte dextera illius amplexabitur me. Hæc Origenes: Beatitudo hic stillæ, & guttæ, in futuro fluuio cõparatur, lib. secundo, cap. quarto, num. 6. & 25. Beatitudo Sanctorum incipit in hac vita, lib. secundo, cap. primo, num. quarto, cap. 4. num. 23. vsque ad 25. Beatitudo in hac vita perfecta esse non potest, sed in cælo, libr. 2. capit. 1. num. 1. 2. 4. 37. vsque ad 40. cap. 4. num. 1. vsque ad 8. numer. 12. 14. usque ad 16. 20. 21. 23. 28. *Aug. in psal. 41.* & 29. libr. 18. capit. 17. numer. 25. Vnde Augustinus enarrans verba illa: In voce exultationis, & confessionis sonus epulantis, sic legit. Soni festiuitatem celebrantis & ait moris fuisse apud Iudæos, ut quando festa in domibus celebrabantur nuptiarum, aut ortus filiorum, uel natalitij dies, conuiuia quidem intus erant splendida intra domum, sed tamen ut aliquo pacto illud omnibus innotescerent, instrumenta musica extra domum sonabant, ut transeuntes sic coniectarent, quæ intus erant conuiuia, ludi, gaudia, &c. In domo Dei festiuitas sempiterna est, lętitia sine defectu, de illa perpetua festiuitate in hac vita nescio quid canorum, & dulce auribus cordis insonat. Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Non vis ut te conturbem, dicit anima posita in sæculo, & peregrina adhuc a domo Dei mei? Sed licet ingemiscas expectans adoptionem filiorum Dei, spera in Deo, salutare enim uultus tui Deus tuus. Itaque Dominica prima Angeli ministrant, sed cum filius prodigus in domum patris fuerit ingressus, induitur uestimentis gloriæ suę, vitulusque ei occiditur saginatus. Festiuitas in monte agitur, ubi Apostolus extra se positus dicit: *Domine bonũ est nos hic esse.* Hæc Augustinus. Origenes: Balac Rex Pro- *Orig. ho. 17. in Numer.* phetam Balaam ducere nititur super verticẽ montis Phogor, Deus homines cupit trahere super verticem montis Sina, diabolus autem ad verticem Phogor, qui interpretatur delectatio. In vertice autem delectationis, & libidinis ponit eos, ut excludat a Deo, excludens enim, & deuoratio interpretatur Balaac. Delectationes autem iustorum licet hic incipiant, cum finitis tentationibus Angeli accedunt, & ministrant, sed perfectæ erũt in cęlo. Hæc diximus, vt mentem & ordinem Ecclesiæ aperiremus, iam ad Euangelicam narrationem accedamus.

Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem 6
fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, &c. Tres montes ascendit Christus Dominus, ait Bernardus, vnum in transfiguratione, vt scires quo tenderes; in secundo verba vitæ loquutus est, quando prædicatione mirabili legem dedit Euangelicam, felicitatemq. Christianam octo beatitudinibus clausit, ut qua eundum sit, scires, & patriam & viam; orauit in tertio monte, vt eundi, & peruenięndi bonam obtinere studeas voluntatem, & cõua lescas ad ea agenda, quæ videris conueniętia saluti. Ideo Christus Dominus venit saliens, non in monte, sed in montibus, & transiliens colles, lib. 18. cap. 10. num. 30. In monte, & solitudine transfiguratus est. Est enim locus deserti multum commendatus a Sanctis. Ad desertum enim ducit Deus Sanctos, ut dum mũdi tumultibus caruerint, Deum loquentẽ audiant, lib. 4. cap. 2. num. 1. 2. 4. usque ad 8. & nu. 13. lib. 11. cap. 12. nume. 7. vsque ad 12. 16. 17. 22. & 25. Desertum non prodest, si solitudo defuerit cordis, in qua qui viuit, etiam si corpore sit in mundo, in deserto est, libr. 4. capit. 2. num. 9. & 10. lib. 11. cap. 12. num. 13. In monte ergo Thabor (vt creditur) clarus victoria Barach in libris Iudicum, qui duabus leucis distat a Nazareth, trãsfiguratus est Dominus, vt modicũ consolationis carni suæ præstaret in tertio prędicationis suæ anno. Diabolus. n. vt homines ad malũ pertrahat, si quid prętat delectationis, vel anticipata solutione, vel stabilitatim exhibita delectatione, vel vtilitate uera, aut vero (quod certũ est) imaginaria id dat, nouissima. n. eius amara sũt, quasi absynthiũ. Deus autem hominum fere omniũ fallaci iudicio animã emit credita pecunia, & dilata solutione in futurum. Quod ne quis credat, in mõtẽ venit Dominus, cui astat pater, & dicit: *Ipsum audite*, ipsi obedite, etiã si inimicorum dilectionẽ præcipiat, paupertatẽ suadeat, mũdi contemptũ. Id. n. præmium habet & in hoc sæculo, & in futuro. Is hominũ frequẽs error est, quem Dominus commemorat his uerbis: *Malac. 3. & 4.* Dixistis, vanus est qui seruit Deo, & quod emolumentũ, quia custodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus tristes corã Domino exercituũ? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes, si quidẽ ædificati sunt facientes impietatẽ, & tentauerunt Deum, & salui facti sunt. Hac in-

iuria se a Iudæis lacessitũ, ait Dominus, quod dixissent: Vanus est, qui seruit Deo, a quo operum nostrorum nullum vidimus præmiũ cum impiorum etiam scelera appareant remunerata, & quidem in cap. 4. Malachię, quẽ Hieronymus de secundo Domini aduentu interpretatur (licet Theodoretus de primo illo intellexerit) ea recensęt, quæ in sæculo futuro præmia erunt meritorum dicens: Et orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius, & egrediemini, & salietis sicut vitulus de armento, non solũ istud, quod certũ est, continget, sed & in hac vita est merces operi tuo. Et ideo Apostoli ducuntur ad
Leuit. 23. montẽ. Lex quondam, cum Deo festiuitates cõsecrarentur tabernaculorum Phase, id præcipiebat, vt per octo dies agerentur solẽnes, ita tamẽ, vt primus, & octauus dies esset celeberrimus, & sãctus, in quibus labor interdicebatur Iudæis. In prima cõuersionis die si homo nõ deficiat ab incepto, cõsolationes incipiũt, vt istis contigit. Cum. n. sexto ante octo die illis prædicaret Dominus, ut cruẽ tollerent,
Esa. 32. hodie dulcedine mirabili trãsfiguratus illis ostensus est. In cælo ingentia sunt bona, sed tamen etiã in hac vita sedebit populus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, & in requie opuléta. In cælo magnificus Dominus noster est, in terra autẽ liberalis. Sicut. n. abũdant passiones Christi in nobis, ita & per ipsũ abundat consolatio nostra. In alio sæculo iubẽtur Sãcti quiescere a laboribus suis, sed dũ viuunt, dicunt: Secundũ multitudinẽ dolorũ tuorum in corde meo cõsolationes tuæ lętificaue
Exod. 20. runt animã meã. In lege veteri, quãdo Dei gloria innotescere cœperat hominibus, adnotauit
Hom. 57. in Matth. Chrysost. in Exodo, quod in obscura nube, & tenebrosa Dominus apparuit, in nube autẽ lucida apparet in diuina trãsfiguratione, ut promissionibus, & dulcedine nõ futura solũ, sed etiã præsenti discipulorũ, & Christianorũ animos pulset. Vnde clamabant Iudæi, & timore perterriti dicebant Moysi: Loquere tu nobis, non loquatur nobis Deus, ne forte moriamur. At in monte discipulis dicitur: *Ipsum audite* vtiq. loquentẽ pacẽ in plebẽ suã, & super Sanctos suos, & in eos qui cõuertũtur ad cor.
Augu. in Soliloq. Vnde aiebat August. loquens Deo: Peto, vt oia mihi amarescant, ut tu solus dulcescas, qui es dulcedo inæstimabilis, per quã cuncta amara dulcorantur. Tua dulcedo Stephano lapides torrentis dulcorauit. Tua dulcedo craticulã B. Laurentio dulcẽ fecit. Ibat Andreas ad crucẽ securus, & gaudens. Vt hanc emeret dulcedinẽ Bartholomeus pellẽ dedit. Pro hac gustãda venenum Ioãnes intrepidus gustauit. *Hãc* gustauit, qui dixit: *Bonum est nos hic esse* omnem aliã fastidiens dulcedinem. Et longe ante Regius Vates dixerat: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te. Hæc August. Quæ iustis in hac vita contingebant, docuit Esaias sub nomine
Esai. 66. Hierusalẽ dicẽs: Gaudete cũ ea qui in tristitia fuistis, ut sugatis & repleamini ab uberibus cõsolationis eius, vt mulgeatis, & deliciis affluatis ab omnimodo gloria eius. Sicut. n. ifantulus in vberibus matris suę totus requieuit, in quibus & nutrimentũ, & solatiũ habet, ita anima fidelis omnia solatia in his diuinis vberibus posita habet. Quæ vbera melioravino esse dicũtur. i. omnibus humanis cõsolationib. Aliquando autẽ hæ animarũ Sanctarum deliciæ ita exuberãtes sunt, vt alienatę a se quodã modo animæ dicant Deo, quod beatus aiebat Ephrem: Domine cõtine vndas gratiæ tuę, Domine recede a me, quia nõ possũ sustinere magnitudinẽ dulcedinis tuæ. Spiritus. n. Domini super mel dulcis, hæreditas autem eius super mel, & fauũ. In mõte trãsfiguratur Dominus in his, qui cũ Sancti sint, montes dicũtur. Ver- *Orig li. 3. expos. 2. in Cãtic. & ho. 3. in Matth.*
bum. n. diuinũ varias habet formas, & vnicuique in illa transfiguratur, quæ illi magis expediens fuerit. Pusillanimi blanditur, ut consoletur, tristi lætus apparet, pauperi, &c. omnibus omnia factus, ut omnes faciat saluos. Christus Dominus quinque sensibus animæ percipitur, li. 1. ca. 22. nu. 12. Qui autem Oriẽs vocatur, non mirum quod splendeat, tanquã lux, li. 3. c. 10. num. 29. & 30. Christus decorem induit, & fortitudinẽ, decorus erat his, qui eũ audiebant, fortis his, qui eũ contẽnebant, lib. 3. c. 8. nu. 10. Deus secundũ variam dispositionẽ gustuũ, diuersos videtur habere sapores, libr. 4. c. 24. num. 18. & 20. Deus est Sanctis quid quid illi desiderãt, li. 4. c. 15. nu. 13. c. 28. nu. 19.

Duxit illos in montem excelsum seorsum & trãsfiguratus est. In monte tentatus, vt nullus de loco confidat, in monte transfiguratus, ut intelligas quod locus ad virtutem multum iuuat, li. 6. c. 4. nu. 9. li. 8. c. 7. nu. 9. lib. 10. c. 9. num. 2. 5. & 6. Loci perfectione nullus securus sit, cum Eua in Paradiso creata peccauerit, priusquã Adã, qui extra creatus melior fuit, li. 10. ca. 9. num. 2. In loco non fidant homines, cum Iob in stercore melior fuerit, quam Adã in Paradiso, num. 3. Loca mentem non mutant, unde si desit spiritus, non adiuuat locus, maxime cũ omnem locum diabolus circumeat, nu. 5. & 6. libr. sexto, capit. quinto, num. 9.. In iisdem enim locis, in quibus suis Deus beneficia cõferre consueuit. In deserto Iacob scalam vidit, cum Angelo luctatus est; in desertum duxit Deus Abraham, ut audiret: Suspice cælum, & numera Stellas si potes, sic erit semen tuum; & tamen in deserto Israeliticus populus innumera patrauit scelera. In monte tentatio fuit, ut nullus in quouis loco securus sit, sed quia regulariter cum hominum sæcularium uitamus frequentiam, beneficia recipimus a Deo, in monte Christus transfiguratus est. Mundum, patriam, ac parentes relinquens Abraham nouum accepit nomen a Deo, & circumcisionem, libr. vndecimo, ca. 12. num. 1. Mundo, & mundanis cohabitans iustus cum aliorum inspicit multa mala, de virtute, quam habet, sibi blanditur, nec in melius proficit, ibidem numer. 6. Mundi curis distracta mens veri-

veritatem cernere vix potest, nume. 13. & 28. Mundum relinquere, est Chaldæos relinquere, & Babylonios, numer. 16. 18. & 37. Mundus fugiendus, vt Deus videatur, quod qui alas nõ haber, facere non potest, num. 24. Mundus velociter fugiendus, & deprædandus, vt Hebręi fecerunt in Aegypto, num. 25. Hæc enim miseranda erat (Hieronymus) calamitas, quam
Hiero. ep. ad Damasum. Psalm. 25 Esaias flebat: Et in medio populi polluta labia habentis ego habito. Vnde Dauid aiebat; Non sedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo, odiui Ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo. Ad hoc autem sequetur: Lauabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum Domine. Vita enim semper lauatur, & purior redditur, dum vitam Sanctorum,
Num. 16. quibus conuiuimus, consideramus. Et vt olim, quando populus furens lapidare voluit Moysem, & Aaron, fugerunt in tabernaculum Domini, quod cum ingressi fuissent, operuit eum nubes, & apparuit gloria Domini. Qua re visa, in bonum inimicorum consilio Moysi, Aaron cum thuribulo aureo in medio incendij positus est, vt indignationem Domini moderaretur, & qui ante lapides timuerat, iam non timet incendium, quia gloria Domini apparuit; ita Dominus gloriam corporis sui tribus Apostolis ostendit, vt intrepidi inter hostes Domini honorem, & proximorum respicerent utilitatem.

8 *Domine bonum est nos hic esse, si uis faciamus hic tria tabernacula.* Nesciebat Petrus, quid diceret, quia præponebat bonum proprium bono communi; cum vnusquisque proximo suo placere debeat ad ędificationem, & non sibi.
Chry. ho. 25. in 1. ad Cor. Nondum intellexerat Petrus, quod ad bonum peculiare peruenire non potest homo, nisi bonum sectetur commune. Gubernator nauis tunc incolumis euadit, cum bono omnium nauigantium attendit. Miles, dum uitam cõmilitonis defendit, tuetur & suam, & agricola, dum seminat, & omnibus prouidet, & sibi. Bono communi, non soli proprio intenti debent esse homines, lib. 1. capit. 15. numer. 4. 6. vsque ad 9. cap. 16. num. 17. & 18. Infelix & miseranda hominum sors, si quæ Petrus volebat efficeret Dominus, ut lux mundi absconderetur in monte, & lucerna poneretur sub modio, mundo in tenebris existente. Si redẽptio captiuo & salus ęgro, & fons immundo & sitienti prohiberetur. Ianuæ cælorum non aperirentur, nec sanguine ipsius remissio fieret peccatorum. Hęccine cura capitis est, aut pastoris oues relinquere inter lupos, & membra morbis innumeris plena? Hæc parentis dilectio, filios reliquere remedio destitutos? Diceretur melius multo: Si adhuc populo tuo sum necessarius non recuso laborem, fiat voluntas tua. Et illud: Et si mori multo magis melius, permanere autem in carne necessariũ propter vos, manebo ergo, & permanebo ad profectum vestrum. Memento quod Loth sibi elegit regionem Sodomorum vberem, omisso bono auunculi sui Abraham, quo cũcta eius incendio sunt uastata. Et Ionas dum sibi prospicit, Niniuitarum contempta salute, naufragium passus est, quod & tibi continget Petre, si quæ tibi soli sunt vtilia eligens totius orbis redemptionem contemptoris & salutem; nec claues accipies ligandi, atque soluendi si alio
Act. 10. rum neglexeris curam, cui Dominus dicturus est: Occide, & manduca. Præterea in hoc errabat Petrus, quod prius de retributione, quã de labore, prius de Regno, quam de cruce, prius de corona, quam de militia, prius metere, quam seminare cogitabat. Beatitudinem concupiscere, & bonum non operari peccatorum est proprium, lib. 2. cap. 2. numer. 3. 6. 23. & 28. Beatitudinis desiderium efficax est in solis illis, qui bene operantur, ibidem & num. septimo. Beatitudinis acquirendæ gratia stulte mali mala operantur, lib. 2. cap. 4. nume. 19. In beatitudine velle regnare cum Domino, & non pati pro eo volunt peccatores, libr. 14. cap. 19. num. 10. *Bonum est nos hic esse.* Hoc est hominum ingenium, cum se in sublimitate vident, alios obliuiscuntur, sicut pincerna Pharaonis Ioseph est oblitus, cum dignitati pristi
Gen. 40. næ restitutus fuit.

Faciamus hic tria tabernacula. Gregorius in 9
illa verba; Tabernaculum impiorum nõ sub- *Li. 8. moral. cap. 32.*
sistet, docet Petrum dignum fuisse reprehensione, vtpote qui in hac vita tabernaculum postulet, id est, ædificationem felicitatis terrenæ, lib. 9. capit. 14. nume. 17. & 18. cum iusti peregrini sint dum viuunt. Iusti peregrini dicuntur in hac vita, quia futuram inquirunt, nec temporalia quęrunt, lib. 2. cap. 2. nume. 5. 8. 9. & 25. lib. 4. capit. 19. nume. 1. lib. 9. cap. 14. num. 6. 8. 9. 11. 12. 14. 15. vsque ad 19. Iusti uiatores dicuntur, quia præsentem vitam viam essę, & non patriam agnoscunt, libr. 9. capit. 14. num. 19. *Nemini dixeritis uisionem, donec filius hominis a mortuis resurgat.* In his verbis considerãdum est, quibus rationibus Christus Dominus potuerit adduci, ut Apostolis iuberet, ne hoc factum, dum ipse viueret, prædicarent, quod nec per horam silendum videbatur. Sicut
Gen. 28. enim quondam dum Iacob in Mesopotamiã pergeret, viam aggressus difficultatibus plenam, quando iram fratris fugiebat, terram adibat, in qua innumeri eum expectabant labores, qui æstu vrgebatur, & gelu oues pascẽs, parentes tam sibi dilectos relinquens, dum iret, scalam vidit, Angelosque ascendentes, & descendentes. Quo diligenter considerato, euigilans dixit: Quam terribilis est locus iste, non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cæli. Videtque Dominum innixum scalæ dicẽtem: Ego sum Dominus Deus Abrahã patris tui. Terram, in qua dormis, tibi dabo, dilataberis ad Orientem, & ad Occidentem, &c. & ero custos tuus, quocumque perrexeris. Vir sanctus erat Iacob, & tamen beneficio hoc potitus est, quo promptior ad ferendos labores redderetur. Cur ergo quæ in exercitio virtutum contingunt difficilia, non mo-

derata sunt, Domino cælum aperiente empyreum, & ostendente quæ in eo obueniunt felicissima præmia his, qui virtuti operam dant, vt a malo reuocarentur peccatores, & iusti proficerent in melius? Et quando Dominus non id iudicauit expediens, cur his tribus discipulis, qui futuræ beatitudinis vmbram viderant in transfiguratione, non præcepit, ut clamarent, sicut & Paulus, se ad horum bonorum contemplationem raptos, quæ non liceret homini loqui? Et tamen non id mandat, *Sed descendentibus de monte ait; Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis a mortuis resurgat.* Ioannes vnus horum trium in monte vidit diuina mysteria cum ab Angelo duceretur, qui
Apoc. 21. cum ei diceret; Veni, ostendam tibi nouam nuptam sponsam Agni, & sustulit me in spiritu in montem magnum, & altum, & ostendit illi ciuitatem cælestem, quod continuo scripsit septem Ecclesiis, quæ in Asia receperant fidem, ut ad recte operandum mouerentur. Quod & hodie faciendum videbatur. Nihilominus conuenienter Dominus discipulis præcepit, vt tacerent, quoniam cum duplex esset tunc apud Iudæos hominum genus, alterum discipulorum, qui dum futuram crederent beatitudinem, illius amore ad bene operandum mouebantur. Alij perditissimi homines, qui pulsandi erant terrore inferni, & futurorum malorum, vt resipiscerent, sicut Dominus fecit comparationibus, & rationibus, quibus mouerentur metu acti ad bene operandum. Iussit autem, vt quem a Deo receperant fauorem, quando eis ostendit humanitatem suam fulgentem sicut Sol, reticerent. Conueniens enim multo est, vt in exordiis diuinæ
Gen. 40. reticeantur reuelationes, &c. Sicut Ioseph fecit, qui cum pincernam Regis Pharaonis alloqueretur in carcere, ut cum Rege de ipsius libertate tractaret, id solum dixit, quod furtim sublatus esset, & innocens in latum missus, reticens secreta omnia, quæ quoquomodo eius possent sanctitatem commendare. Somnia stellarum, & manipulorum, quod a patre plus cæteris fratribus diligeretur, non suam castitatem prodit, omnes Dei fauores siluit, retulit autem ea tantum, quæ illius animum possent mouere, ut iuuaret eum apud Regem.
Hom. 57. in Matth. Vnde, ut Chrysostomus docet, cum Lucas dixerit: Quod discipuli grauati erant somno, intelligit nomine somni magnam resolutionem virium, quę ab illa visione facta fuit. Splendoris enim excellentia imbecillitatem oculorum grauabat. Virtus iam perfecta secura est, ne hominum laude pereat, etsi publice fiat, aut manifestetur, libr. 9. cap. 24. numer. quinto, vsque ad septimum.

DOMINICA SECVNDA in Quadragesima.

Secundum morem Romanum.

Euangelium.

Sicut in Sabbato immediate præcedenti.

DOMINICA SECVNDA in Quadragesima.

Secundum morem fratrum Prædicatorum.

Euangelium.

Egressus Iesus secessit in partes Tyri, & Sidonis. Matth. 15.

Sicut in feria quinta præcedenti.

FERIA SECVNDA post Secundam Dominicam Quadragesimæ.

Euangelium.

Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Ioan. 8.

IN huius sententiæ prolatione tam aspera, & metu plena multa sũt, quæ grandem postulãt animaduersionẽ. Quibus colligitur aperte miserandus Iudæorum status, qui rem, quæ insensibilem hominem graui metu concuteret, nec senserunt quidem: qui enim in profundum venit malorum, contemnit. Quando hominibus, quorum tota spes feliciras, ac cura in rebus huius sæculi, in quærendis diuitiis, in ambiendis honoribus, in explendis voluptatibus sita erat, nihil aliud diceret, quam quod breui vitam finirent, etiamsi futuri status incertam, ac dubiam reliquisset causam, id solum & sollicitos, & meticulosos eos reddere deberet. Morte enim omnia, quæ delectant in mundo, finem faciunt, quibus cum scelerati homines sint immersi, cum finem breuem audiunt, metu concutiuntur dicentes: O mors, *Eccl. 49.* quam amara est memoria tua homini pacem habenti in diuitiis suis. O mors, quam bonum est iudicium tuum homini pauperi. Illis enim vel sola memoria illius, quod debet accidere amarescit, cum illius iudicium, & exe-

Feria 2. Dominica II in Quadrag.

executio bona sit, & dulcescat homini pauperi. Et quidem in homine scelerato innumera sunt, quæ dum cogitantur, premunt, Dum enim considerat Deum iratum in illa hora iudicem futurum vitæ suæ, in qua tanta contra ipsius voluntatem operatus est, contremiscit. Immo mortem audientes timent homines. Quapropter cum Dominus primis parentibus mandare decreuit, ne ci-
Genes. 2. bum contingerent vetitum, dixit: Qua die comederitis morte moriemini. Huius autẽ sententiæ metus ita illos terruit, vt nec arboris pulchritudine acti, nec aquæ furtiuæ, quæ dulciores sunt, nec desiderium sciendi naturæ tam inditum eos potuit commouere, quo vsque falsitatem hanc persuasit dæmon, illos neutiquam morituros. Mortis enim timor etiam iustos concutit, sceleratos autem am-
1. Reg. 28. plius multo. Vnde cum Phytonissa rogatu Saul suscitauit illi Samuelem, cum primum audiuit: Tu, & filij tui mecum eritis cras, cũ quid post mortem futurũ esset tacuisset, statim Saul cecidit porrectus in terram, & robur non erat in eo, conturbatus enim erat valde, nec volebat edere. Coegerunt autem eũ serui sui, & mulier, & tandẽ, audita voce eorum, surrexit de terra, & sedit super lectũ
Genes. 4. & comedit, ita metu coercitus mansit, cum audisset breui moriturum. Cum primũ Cain sceleris magnitudinem considerauit in morte viri iusti, & fratris, absque vlla ratione homicidium, immo fratricidium perpetratum, cum dignam tanto scelere pœnam sibi imponeret, dixit: Quicumque inuenerit me, occi-
2. Macb. 9 det me, tanta enim pœna dignum est tãtum facinus. Et cum ex vna parte Antiochus rex odio insanabili contra Iudæos fureret, & ex altera grauissima vermium, ac mortali infirmitate quateretur, ita vt breui e vita discessurum crederet (sicut & factum est) innumera & Deo donaria promisit, & Iudæis bona pollicitus est, diuitias, libertatem, honores, &c. Quando horum orationibus iuuari se credidit, ne moreretur, qui feminas, & infantes occisurũ, omniumq. cadauera bestijs, & auibus deuoranda daturum iurauerat, qui ad id feritatis peruenerat, hos, quos summo prosequebatur odio, ingenti prosequitur beneuolentia, si forte hoc medio mortem effu-
4. Reg. 1. gere valeret. Et Ochozias quando cecidit per cancellos cœnaculi sui, & ægrotabat, nuntios misit, vt consuleret an viuere posset de infirmitate illa. Et non miror, cum miseranda horum infelicitatem, quæ in morte futura est, perpendunt, vbi vermis Ionæ omnem
Iob 5. hederæ virorem consumet, de quibus & scriptum est: Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim, cuius messem famelicus comedet, & ipsum rapiet armatus, & bibent sitientes diuitias eius. In morte enim ea destruit diabolus, in quibus confidebat iniustus. Immo cũ omnibus bellum inditũ tam sit formidolosum, incertaq. victoria, omnes congredi in morte cum hoste

timent, considerantes quod vbique ceciderit lignum siue ad Austrum, siue ad Aquilonẽ ibi erit. Mors peccatorum flenda est, li. 4. ca. 1. numer. 8. 9. 18. 22. 45. 46. 59. 60. 70. & 82. In morte multa sunt, quæ terrere nos debent, num. 47. 59. & 60. lib. 11. cap. 9. num. 11. 12. & 26. Mortẽ quare malam arbitrantur peccatores, lib. 11. cap. 9. num. 19. Mortem naturaliter refugiunt & bruta, & homines, num. 21. & 24. Mors quasi interitus calcat super impios, quia dum moriuntur, potestati dæmonis subiugantur, num. 28. Mortem crastinã cogitantes impij quam stulte dicant: Comedamus, & bibamus lib. 11. cap. 10. nu. 12. Cum ergo homines isti, de quibus Dominus loquitur in Euangelio, perditissimi essent, & his Dominus ediceret & certitudinem, & breuitatem suæ mortis, res hæc, quæ Sauli, Cain, Ochoziæ, & Antiocho tam fuit horribilis, illos in nullo mouit. Hi enim sunt, de quibus scriptum legimus: Sed & cani effusi sunt in *Oseæ.* eo, & ipse ignorauit, qui factus est velut columba seducta non habens cor, facti subcinericius panis, qui non reuertatur, dum in nullo mouentur, vt peccatorum recordentur, & pœniteant. Hi sunt, qui in illo viuunt peri- *Zach. 5.* culo, de quo locutus est Zacharias, quando vidit amphoram, & in medio eius mulierem sedentem, & habentem in ore massam plumbeam. Cumq. ipse amphoram aspiceret, dicit eam contremuisse, & mulierem in medio illius cecidisse. Mundus iste amphora est vacua totius virtutis & veritatis, & anima, sicut mulier debilis, sedet super eam vacuam. Porro in ore, hoc est, in voluntate grauissimum est pondus, maximus, scilicet, rerum sęcularium amor. Sedentq. in mundo, nec surgere valent. Ista autem massa plumbea te ad infernum descendere compellet. Non mirũ quod hi nec terroribus pulsati resipiscant. Bernardus enim horum memoriã egisse ait *Bern. ser. 38. ex variis.* Dauid, cum dixit: Multiplicatæ sunt infirmi- *Psal. 15.* tates eorum, postea acceleraverunt, non congregabo cõuenticula eorum de sanguinibus, id est, qui in sanguine perseuerant, donec multiplicentur infirmitates, non magna taliũ conuenticula congregabo. Etsi enim aliqui horum salutem consequantur, pauci hi erunt. Vnde quando Samuel ea dixit Sauli, quæ retulimus supra, morituru, scilicet, cras, ruit quidem in terram exanimis effectus, nec cibum sumere volebat: tamen de placando Deo nec verbum protulit, nec lacrymis, singultibus, & pœnitentia diuinã reparare amicitiam curauit. Sed neque dies ille Euange- *Luc. 12.* licus, cum audisset: Stulte hac nocte repetẽt a te animam tuam, quæ autem parasti, cuius erunt? nihil de venia cogitauit. Mala enim vita, & malæ mortis certissimum est indiciũ, in qua raro reuertuntur ad Deum, sicut ad- *Hieron. Prou. 6.* notauit Hieronymus edisserens verba illa: Vsquequo piger dormis, quando consurges a somno tuo? Id frequenter repetis: Paululum dormio, paululum dormitabo, cras a somno consur-

consurgam, cras peccata relinquam, & ea non dimittes, quousque veniat quasi viator egestas, & pauperies quasi vir armatus. Egestas, & pauperies pœna est vltima, quæ ita veniet, ne aspiciatur, aut futura calamitas vincatur. Cum qui sciant quod oportet ardere, vel regnare, id negligunt, cumq. audiant: *Et in peccato uestro moriemini*, vt perpetuo pereatis, qui metu, & dolore exhalare deberent animas, auditis verbis, in quibus omnis salutis spes videbatur abolita. Mors, qua anima separatur a corpore, vmbra est mortis, vera, qua anima separatur a Deo, & cum hi in perpetuum veniant separādi, & ter in hoc capite audiunt: *Et in peccato uestro moriemini*, nec tristantur, lib. 4. cap. 1. num. 57. libr. 11. cap. 9. num. 27. Peccatum vuæ acerbæ comparatur, quia sensus hominum ligat, ne operentur bona, lib. 3. cap. 4. num. 6. lib. 14. cap. 6. num. 39. cap. 13. num. 4. Peccatores obstinati difficulter multum redeunt ad Deum, libr. 3. cap. 4. num. 8. lib. 4. cap. 19. num. 13. lib. 14. ca. 6. num. 18. cap. 7. num. 2. 8. 12. & 17. cap. 8. nu. 6. & 7. Sed hi a tenebris somniorum venient ad tenebras tormentorum, lib. 3. cap. 4. num. 10. 11. & 14. Peccatores alij habent conscie-tiam malam, sed turbatam, pessimi autem, quales hi erant, malam, & tranquillam, lib. 3. cap. 24. numer. 16. Peccatores hi luctabantur contra diuinam misericordiā, & ideo audierunt: *In peccato uestro moriemini*, lib. 4. c. 7. nu. 6. Peccator fit tanto securior, quanto peior, lib. 4. cap. 19. numer. 13. capit. 31. nume. 39. Peccatoribus Deus non sapit nec timorem, nec amorem, li. 4. cap. 24. nu. 18. Peccator dicitur lapis caliginis, quia durus, & nebulosus lib. 12. c. 4. nu. 27. Peccato obnoxius non considerat illius damna, cui nec admonitiones prosunt lib. 14. cap. 6. num. 2. vsque ad 4. vt istis contigit. In peccato viuere vel per horam graue damnum, sed extremum malum est in eo mo-
Leuit. 22. ri, sicut scriptum est in Leuitico: Non portent super se peccatum, & moriantur in eo, cum polluerint illam, videlicet sanctitatem: vt hic discas eos vt plurimū in peccatis mori, qui Dei sanctitatem polluere ausi sunt. De quibus & dicitur: Scitote quoniam peccatū
Num. 32. vestrum inueniet vos. In peccatis diu manere in innumera mala hominem conjcit, quæ explicari non possunt: vt hinc aduertas in peccato mori, quale sit damnum. Cum inclytæ ciuitatis Babyloniæ miserandam calamitatem explicare vellet Esaias, quæ funditus subuertenda esset, dixit: Nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi, sed
Esai. 13. requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi struthiones. Mirabile dictu, quod nec magalia pastorum, nec barbarorum tabernacula erunt in potentissima vrbe, vbi quondam magnifica erant Regum palatia, sed solis immundis animalibus erit ibi locus, vbi tāta prius erat
Apoc. magnitudo. Cecidit cecidit Babylō illa magna, & facta est habitatio oīs volucris immdi.

Quod & illis contingit, qui male viuunt, in quibus expulso Deo dæmones habitant, dicēte Propheta: Terra vestra deserta, ciuitates *Esai. 1.* vestræ succensæ igni, regionem vestram coram vobis alieni deuorant, sicut in vastitate hostili, cum derelicta fuerit filia Sion, sicut vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas, quæ vastatur. Miserandus hominis peccatoris status nec dici, nec intelligi potest, etsi varie in sacris litteris exprimatur, lib. 1. cap. 22. num. 9. lib. 2. cap. 10. num. 17. vsque ad 20. cap. 14. num. 9. cap. 17. num. 2. 3. & 13. cap. 19. num. 27. vsque ad 29. lib. 4. cap. 19. num. 6. 8. & 14. lib. 14. cap. 6. num. 38. & 42. capite 17. late per totum. At quando in peccato iacent, nec a peccato surgunt, specialem experiuntur difficultatē ad resurgendū, sicut scriptum est: Lapsa est *Tren. 3.* in lacum vita mea, & posuerunt lapidem supra me, vt homo vix possit euadere sicut docet Gregorius explicans verba illa: Non me *Lib. 26. moral. c. 24.* demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum. Peccatores derelinquit Deus derelictus ipse prius, & peccatis prouocatus, lib. 4. cap. 21. num. 3. & 5. Peccatis assuefacti difficile redeunt ad sanam mentem, lib. 6. cap. 6. num. 18. 19. & 22. Peccatori dicitur: Descende, sede in puluere virgo filia Babylonis, non est solium filiæ Chaldæorum, non vocaberis vltra mollis, & delicata, &c. vt eius miserandus status aperiatur, lib. 12. cap. 4. num. 20. & 21. Peccandi longa consuetudo vim quodammodo videtur habere naturæ, vt nos non resipiscamus, lib. 14. cap. 6. num. 18. cap. 7. nu. 8. & 20. Peccator, qui liberari non vult a peccato, perpetuus seruus erit, lib. 14. cap. 7. num. 1. Vnde isti in peccatis perseuerantes Deum irritant contra se, & quodammodo mansuetissimum in ferarum rabiē cōuertunt, vt dicat ira concitatus: *Et in peccato uestro moriemini*, lib. 2. cap. 14. num. 2. ca. 17. num. 11. lib. 4. cap. 8. num. 6. cap. 9. num. 5. 6. 9. 11. & 12. cap. 11. nume. 9. vbi docetur, quod peccatores Deum dulcem amarum faciunt, quodq. peccatores clementissimum Dominum in ferarum rabiem sibi conuertant, li. 4. cap. 18. num. 20. quod autem perseueranus in peccato Deum mitem irritet, libr. 14. cap. 7. num. 3. 7. 10. vsque ad 12. 14. & 16. In peccatum cadere luctantem mirum non est, sed iacere deiectum, nec in bello vulnera recipere, sed ea non curare, lib. 14. cap. 7. num. 6. 9. 11. & 18. cap. 8. num. 1. & 15. Et quia peccata confirmantes ex illis funiculum faciunt homines, vt suspensi pereant, lib. 14. cap. 7. nu. 9. cap. 13. num. 3. & 7. ideo istis duo dicit Deus, & quod eum non inuenient, quod maximum est malum. Cum enim peccata, dum continuantur, inclinationes & bonam propensionem naturæ, si non interimunt, debilitant, difficulter redeunt, vt quærant Deum lib. 14. cap. 7. num. 16. Peccator abit, stat, & sedet in peccatis, cum recedit a Deo, delectatur in

culpa

culpa, & confirmatur in ea lib. 14. cap. 8. nu. 20. Inuenitur semper Deus in hac vita, si quæratur, sicut oportet, & vbi oportet, & in tempore debito, lib. 4. cap. 16. num. 18. & 19. cap. 19. nu. 5. si quæratur non verbis sed operibus, lib. 4. cap. 16. num. 5. 14. 15. 17. vsque ad 19. Deus semel quæsitus semper est inquirendus, lib. 14. cap. 16. num. 5. Et quia Iudæi sceleribus pressi nec operibus, nec sicut oportebat, Deum erant quæsituri, hoc primum malum edicit eis quod eum non inuenirent. Alterum vero terribile malum, quod hoc consequitur, illud est, *Et in peccato uestro moriemini*. Licet enim locus hic hūc patiatur sensum proprie: *In peccato uestro moriemini* hoc est, propter multa scelera vestra Romani interficient vos propter odium, quo me prosecuti estis, quo acti occidetis me. Sed conuenientius de morte æterna verba hæc accipienda sunt, quod supremum omnium malum istos maneret, vt in peccato suo morerentur. Acris sane, & stupenda comminatio, cui similis alia forte in toto Euangelio non reperitur, qua propriā indignationem in Iudæos Dominus manifestauerit: nec mirandum id sane erit ei, qui diligenter considerauerit iustā indignationis causam, & Iudæorum insensibilitatem, & stultitiā, in qua inimici sibi ipsis efficiebantur. Deprehensa fuerat mulier in adulterio, quā Domino obtulerunt, & post multa summa Dei bonitas dixit illi: Nemo te cōdemnauit? Nemo Domine. Nec ego te condemnabo: vade & iam amplius noli peccare. Poterat excogitari factum, vel dictum huic simile, quo moueri possent Iudæorum perditæ conscientiæ? Ne-
4 quaquam. Id enim summa hominis felicitas est, quod ægrotante ipso medicus adsit, qui morbis omnibus, quantumuis desperatis, valeat mederi. Et in Republica, in qua omnes ægrotarent homines, nihil contingere posset desiderabilius, quam medicum aduentare peritissimum, medicamina adducentem omnibus ægris curandis efficacissima, dum tamē illi sanitatem vellent, & medicamenta reciperent, esset q. insanus, qui fureret contra medicum graui morbo laborans. Tales erāt Iudæorum proceres, qui & morbis abundabant innumeris medico indigentes maxime, & tamen furebant contra Dominum, qui animarum medebatur languoribus. Horum patres multis quidem sceleribus erant pleni, sed tamen nec medicos, nec medicinas con-
Hiere. 8. demnabant, licet his non bene vterentur. Vnde aiebat Hieremias: Super contritione filię populi mei contritus sum, & contristatus, stupor obtinuit me. Numquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare igitur non est obducta cicatrix filiæ populi
Hier. 9. mei? Cumque & medici essent, & medicinæ, quibus ægri non conualescerent, subdit: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo interfectos filiæ populi mei die, ac nocte? Interibant sane qui medicis, & medicinis abutebantur, digni vt audirent: Ego cibabo populum istum absynthio, & potum dabo eis *Hier. 51.* aquam fellis. Et infra: Subito cecidit Babylon, & contrita est, vlulate super eam, tollite resinam ad dolorem eius, si forte sanetur. Curauimus Babylonē, & non est sanata, derelinquamus eam, & abeamus vnusquisque in terram suam, quoniam peruenit vsque ad cælos iudicium eius. Merito sane quæ medicos, & medicinas habens illis adhibitis sanitatem non recepit, a Domino relinquitur. At qui lethargico morbo laborantes Iudæi horum filij & medicum discerpere conantur, & ægre ferunt quod languores sanet animarum, digni sunt qui audiant: *Et in peccato uestro moriemini*, cum certū id esset, quod si Dominus medicare, & mederi primum non veniisset, omnes perirent homines, lib. 2. ca. 11. num. 32. Ipse enim peccata auferens siccauit venas mortis, lib. 3. cap. 5. nu. 37. cap. 10. num. 18. Lignum erat vitæ in medio Paradisi Ecclesiæ, cuius fructus vitam porrigebant cunctis, si vellent, & folia erant ad salutem gentium, lib. 3. cap. 5. num. 41. cap. 9. num. 37. lib. 5. cap. 3. numer. 11. Venerat in mundum Dominus nostra vulnera curaturus lib. 3. ca. 7. num. 22. 29. vsque ad 31. Cumque semper Christus Dominus summopere optauerit habere, quos saluet, lib. 14. cap. 23. numer. 5. & ideo tam acriter indignatur, & tam iuste cōtra Iudæos, qui quando adulteram absoluit a peccato, quando domum Matthæi, & Zachęi peccatorum ingressus est, quando Magdalenæ peccata tam multa condonauit, eo quod id reprehenderēt in eo, propter quod Agnus venerat, vt peccata auferret mundi, vt animarum malis prouideret, qui venerat peccatores ad pœnitentiam vocare. Vnde reprobatus a Pharisæis cōuertit peccatores ad se, & factus est eorum princeps lib. 3. cap. 9. nu. 21. Peccata sicut vulnera & vulnerant, & confringunt animam, lib. 14. cap. 17. num. 2. Vnde si desit medicus pereat homo necesse est. Peccatores vt squammæ Behemoth diabolo maxime copulantur, vt nec locus sit ad Deum respirandi, lib. 14. cap. 17. num. 20. Hi ergo non solum peccatorum damna non sentiebant, sed indignabantur Domino, & ideo tam longe facti erant a consequenda salute, vt audirent: *In peccato uestro moriemini*. Qui enim conscientiæ flagella sentiunt viciniores sunt saluti, libr. 14. cap. 18. numer. 1. Illudq. in his mirandum maxime est, quod tot mala facientes pœnam futuram non cogitabant, libr. 14. cap. 20. numer. 4. 21. & 22. Vnde peccatorum remissio his tam erat difficilis, quia eorū peccata scripta erant stylo ferreo in vngue adamantino, libr. decimo quarto, cap. vigesimo primo, num. 6. Et licet pœnitentiam numquam Deus neget, dum viuimus, non quia ei placent peccata, sed quia maxime displicent, lib. 14. cap. 21. nu. 50. quæ reuocat etiam sceleratissimos homines ad

Deum

Deum; sed quia hanc nesciebant isti, de quibus hodiernum loquitur Euangelium, damnandi erant, lib. 14. cap. 29. num. 9. 10. 12. 13. 16. & 29. Hoc vltimum malum: *In peccato uestro moriemini.* Vita dum fuerit comes, nusquam peccator tam grauibus culpis immersus est, vt respirare ad Deum non valeat, liberum arbitrium, libertatem non amittit, vt necessario iniquitatibus seruiat, Dei auxilia, quæ ad salutem sufficientia sunt, Deus non negat, immo nec efficacia, quibus pulsatus humanus animus ad Deum redeat, & peccata detestetur. Sacramenta non negantur peccatori, quantumvis sit sceleratus, si ad Deum reuerti velit, & a peccato surgere. Sanctorum, & eorum, qui inter nos adhuc viuunt, & potissime eorum, qui sunt in cælo orationibus iuuantur in terra, nec Hieremias Propheta sanctus solus est, qui multum orabat pro populo Iudæorum, vt Machabæorũ narrat historia, sed tot sunt in cælo Hieremiæ, quot Sancti. Non Daniel solum captiuitatis Babylonicæ exoptat libertatẽ in terram prostratus, multis diebus ieiunans, & flens, & orans, sed iusti omnes hoc desiderio aguntur; etsi non concionibus, non verbis, non exhortationibus, internis animorum motibus Deum interpellant, vt hominum dimittantur peccata. Angeli denique custodes & terroribus, & minis, consilijs, precationibus, & blanditijs, & promissionibus eorum animos pulsare nõ desinunt, quos custodiũt, dum in hac vita degunt, in qua non vt olim seruo, qui septimo anno libertatem oblatam contemnebat, perpetua seruitus indicitur, sed quam contempsit libertatem illo anno, sequenti offert Deus: nec subula auris perforatur, dum viuit homo, sed pulsatur potius varijs modis, vt redeat homo nec desperet, quousque vltimum exhalauerit spiritum. At dum peccator vitam in sceleribus finierit, infernus non confitetur Deo, nec expectabunt quidescendunt in lacum, veritatẽ suã: Viuẽs homo confitebitur Domino. Liberum quidẽ arbitrium vsu peccandi debile est, & infirmum in vita, at hac finita, voluntas in malo confirmata veniam nec postulat, nec desiderat. Iustis autem iam nulla est cura de horum salute, sed lætantur potius videntes vindictam, lauantq. manus in sanguine peccatorum. Diabolus, dum homo viuit, moderatione, quam ei Deus imponit, vtitur in perdendis peccatoribus, sed vita finita, clamat miser gaudens, vel eiulans potius, non tamen peccatori in aliquo compatiens, sed dicens: Ista est dies, quam expectabamus, vidimus, inuenimus. Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui, sibilauerunt, & fremuerunt dentibus & dixerunt: Deuorauimus, fecit Dominus quæ cogitauit, destruxit, & non pepercit, & lætificauit super te inimicum. In vita numquam dæmon contentus est, semper Deum timet misericordem, potẽtem ab ore eius prædam eripere, & frequenter qui sapiẽs sibi videbatur, in nouissimo erit insipiens, dum vt perdix, quæ sua non sunt, congregat, quæ Deus aufert ab eo, etiam ea, quæ tuto possidere videbatur, lib. 4. cap. 35. num. 2. Licet enim dicat: Peccatum peccauit Hierusalem, propter quod instabilis facta est, omnes qui glorificabant eam, spreuerunt illam. Sed ipsa dicente: Vide Domine afflictionẽ meã, quoniam erectus est inimicus. Vide Domine, & considera quoniam facta sum vilis. De excelso misit Deus ignem, & erudiuit me, reuertitur ad Dominum, & extrahitur a dura inimicorum potentia. At vita finita, infirmata virtute, animæ solum id dicere valet. Dedit me Dominus in manu, de qua non potero surgere. Abstulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei. Mandauit Dominus aduersus Iacob, in circuitu eius hostes eius. Audierunt quia ingemisco ego, & non est qui consoletur me. Omnes inimici mei audierunt malum meum, & lætati sunt, id est, omnia, quæ me quoquo pacto poterant iuuare, finita sunt, quoniam fletus, stridor dentium, lacrymæ, tormenta immania nec culpam minuent, nec pœnam, nec vllo modo eum, qui vna lacrymula in hac vita moueba tur, in illa miserrima tangent, aut misericordiam eius pulsabunt innumeri eiulatus, lacrymæ, & cruciatus. Peccatum mortale absentem reddit Deum ab anima hominis, sed absens bonitate sua transiens, & videns eam ipsi proprio sanguine volutari misericordia motus dicit: Viue, & viuificatur, & ad animam adulteram reuertitur iterum, & ait: Amodo voca me pater meus dux virginitatis meæ tu es. At in illa infelici dãnatorũ sorte illud verũ erit: *Quæretis me, & nõ inuenietis:* nõ quod eum miseri quæsituri sunt, sed quo significet, quod, etiamsi illum quærerent, non inuenirent. Sed quia hos audientes a Domino: *In peccato vestro moriemini*, putare quis posset in nullo motos fuisse, aut compũctos non exhorruisse, & expauisse asperrimum omniũ verbum audientes ab eo, quem ipsi confitebantur veracem, & quod viam Dei in veritate doceret, eo quod crederent verba illa falsa esse, Christiq. Domini sõnia, vt huic preuideret malo, probat eos in peccato suo moriturõs, & in malo statu, in quo erant: quia cum erant quæsituri non autem inuenturi, cum tunc tam cum haberent ad manum in quocumque negotio illo indiguissent, qua occasione amissa, re uera cum non inuenirent, cum dixisset: Omnis qui petit accipit, & qui quærit inuenit. Quapropter Dominus ait: Quærite Dominum, dum inueniri potest, inuocate eum, dum prope est. Ne de vobis dicatur, quod Prouerbiorum primo scriptum est: Mane consurgent, & non inuenient me eo quod exosam habuerint disciplinam. Primum quidem id mecum egit Deus, quod dixerat Hieremias: Ne ab eo discederem ædificauit in giro meo, in tenebrosis collocauit me, quasi mortuos sempiternos circumædificauit

Dan. 9. *1. Mach.* *Tren. 2.* *Tren. 1.* *Hiere. 3.* *Esai.* *Prou. 1.* *Tren. 3.*

cauit aduersum me, vt non egrediar, aggrauauit compedem meum. Concluſit vias meas lapidibus quadris semitas meas subuertit. In munitissima turri clausum me retinere cupiebat Deus, ne fugerem ab illo velut alter Beniamin vinculis Ioseph fratris mei dulciter alligatus. In neruo posuit pedem meum; flagella enim, minæ, & beneficia, compedes mihi erãt, qui me in ligno astringebãt, ne discederem ab eo. Et concludit: Non enim humiliauit ex corde suo, & abiecit filios hominum, sed innumera potius quæsiuit, & adinuenit media, vt ad ipsum tracti venirent, & in odorem vnguentorum suorum currerent, & ipsi noluerunt venire. Peccatores vocat Deus ad pœnitentiam, lib. 4. ca. 4. nu. 6. vsque ad 8. lib. 14. cap. 18. num. 16. Misericordiaq. sua grandi tollit ab illis peccandi occasiones lib. 4. cap. 6. num. 7. & 8. cap. 10. num. 1. vsque ad 3. 6. 8. & 9. Sed si non resipuerint, dæseuit ira Dei in illos, sicut ignis in stuppam lib. 2. cap. 10. num. 20. lib. 4. cap. 8. nu. 12. cap. 18. nu. 6. & 7. Cum enim peccatores visa Dei patiẽtia obdurentur magis culpa sua lib. 2. cap. 10. num. 26. vsque ad 28. cap. 14. num. 3. lib. 4. ca. 8. num. 1. 18. vsque ad 22. cap. 11. numer. 3. Isti quia Dei misericordia abusi sunt, audierunt, & quod non quærentes, vt decet, & qua conueniret cura, & non inuenirent, & in peccato suo morerentur. Etsi Domino, quem veracem confitebãtur, non credebãt, vel crederẽt illud simile vero dum proprias contemplarentur conscientias, sicut Niniuitæ fecerunt non considerantes prædicantis qualitatem, sed propriam malitiam. Non his similes extiterunt, sed Achab, qui in Micheam indignatus est, cum mala ei prophetaret, &c. Et eum supplicia prædicat Deus peccatoribus, vt resipiscãt isti, cum tot audierint a Domino comminationes in nullo meliores effecti sunt, lib. 2. cap. 11. num. 4. vsque ad 7. 25. & 26. lib. 4. cap. 9. num. 4. 10. & 11. cap. 10. num. 10. cap. 12. num. 10. vsque ad 12. 14. & 25. cap. 18. num. 9. vsque ad. 12. 15. 16. 18. & 19. lib. 6. cap. 10. nu. 11. lib. 14. cap. 21. nu. 21.

6 *Vos de deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo.* Iudæi de deorsum, & de hoc mundo sunt, quoniam inferiora, & terrena sapiebant, Christus vero de sursum, & de cælo, cui sola cælestia sapiebant, de quo & dixerat Paulus: Primus homo de terra terrenus; secundus vero de cælo cælestis: qualis terrenus, tales & terreni: qualis cælestis, tales & cælestes. Duabus meo iudicio rationibus adductus est Dominus, vt diceret Iudæos de deorsum, & de mundo esse, ipsum vero de supernis: altera, vt terrenorum amorem, ac gustum, & saporem, omnium malorum in ipsis causam explicaret, quibus & Domino erant inimici, & eum acriter persequebãtur, cui indignabantur, quia eorum auaritiam, ambitiones, & cætera, quæ diligebant, terrena, magister, qui de cælo venerat, taxabat: Vnde nimius rerum terrenarum amor in tanta scelera hos impulerat, & qui de terra erant, de terra loquebantur, cætera omnia contemnentes, immo & eos omnes odientes, qui quoquo pacto impedimento essent his, quæ ipsi desiderabant. Bona terrena nisi contemnas, ad cælestia animus non attollitur, lib. 1. ca. 17. num. 14. vsque ad 17. 21. & 26. cap. 18. num. 5. lib. 2. cap. 15. num. 60. & 61. cap. 16. num. 10. & 16. Bonis temporalibus inescantur, & illaqueantur homines multum ea diligentes, lib. 2. cap. 15. num. 8. 45. & 64. cap. 18. nume. 21. & 22. Bona temporalia contẽnentes spiritualibus accipiendis redduntur habiles, libr. 2. cap. 15. num. 14. 15. 36. & 37. cap. 16. nu. 1. vsq. ad 5. & num. 16. Et sicut bonorum temporalium contemptus primos Christianos Angelis coæquabat, lib. 2. cap. 15. numer. 24. 25. & 34. Secundo, vt Dominus doceret rationem, qua Iudæi mouebantur, vt ipsi essent inimici, vtpote cum amor in terrenorum amatoribus reperiri non possit. Sicut enim bonorũ temporalium contemptus est concordiæ & charitatis auctor lib. 2. cap. 15. nu. 24. & 25. li. 4. cap. 40. nu. 4. ita eorum amor nimius rixarũ, & odiorum pater est, vtpote cum mali crucientur maxime rerum temporaliũ amissione, lib. 2. ca. 15. nu. 52. 57. & 58. cap. 16. nu. 19. Bona temporalia amantes multum, incuruati sunt, vt & dæmones transeant, & illi sursum non respiciant, lib. 2. cap. 15. nu. 60. & 61. lib. 3. cap. 1. nu. 21. Iusti de sursum sunt, bona temporalia contemnunt, cum supra se eleuantur lib. 2. cap. 16. num. 32. 33. 39. vsque ad 42. cap. 18. num. 25. Ideo Christus Dominus ab his, qui auari, & cupidi erant, odio prosequebatur, non solum quia temporalia contemnenda doceret, quæstus ab eis tolleret inordinatos, sed etiã quia dissimilis illis erat vita ipsius, a quorum vijs se abstineret, tamquam ab immunditijs. Id enim impiorum hominum proprium est, vt iustos sibi dissimiles, & quos contrarios iudicauerint & odiãt, & persequantur. Odit mundus iustos, quia huic sæculo non conformantur. Id enim significat Iesus dicẽs: *Vos de deorsum estis, ego de supernis sum*, lib. 1. ca. 18. num. 18. lib. 2. cap. 6. num. 20. & 21. lib. 11. cap. 14. nume. 10. & 11. cap. 15. num. 18. Mundo huic, & sæculo conformantur mali, boni autem futuro, & ideo illi sunt de mundo, non isti libr. 1. cap. 18. nu. 18. Mundus eos odit, qui prædicant veritatem contrariam operibus suis, lib. 11. cap. 14. nu. 13. & 15. Et quia talis Christus Dominus erat, ideo qui de mundo erant ipsum persequebantur.

Sap. 2. *1. Cor. 15.*

Multa habeo vobis loqui & indicare. Sed qui 7
misit me verax est, & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Ac si diceret, multa quidem in vobis reprehendere possem, & in multis cõdemnare, sed omissis alijs hoc vnum vobis dicam, quod cum auctoritate patris mei, qui verax est, vera vobis prædicem, credere, & obedire recusatis. Hoc magnum malũ veri-

tatem

tatem dicenti non credere, nec illi obtemperare. Hoc peccatum magnum est, & præcedentium peccatorum effectus, & multorum, quæ sequuntur, causa. Egrediar & ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum, & quod diabolo hæc dicenti obediat Achab, & non Micheæ originem traxit a multis sceleribus, quibus Rex inuolutus erat, propter quod & perijt. Veritas apud stultos odiū parit, & adulatio amorē, sed non apud sapientes lib. 1. cap. 3. nu. 6. & 8. Verbum Dei male recipiunt peccatores, dum contradicit peccatis suis lib. 2. cap. 17. nume. 18. Veritas non recipitur a malis, quod & peccatum est, & pœna peccati lib. 11. cap. 14. nume. 15. Cumq. verbum Dei vrens ventus sit, quo errores arescunt lib. 18. cap. 2. num. 26. cum his tam assidue, tamq. efficaciter prædicaretur a Domino, merito dicit Christus, quod cum propter multa digni essent reprehensione, & condemnatione, propter hoc vnum ab ipso acriter taxantur, quod diuinis ipsius verbis nec credant, nec obediant in grandem ipsorum perditionem, & malum.

FERIA TERTIA
post Secundam Dominicam Quadragesimæ.

Euangelium.

Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi. Matth. 23.

1 *Feria 2. Dominicæ 2. in Quadrag.*

CVM Scribarum, & Pharisæorum esset iam desperata correctio, reliquum vnū erat, vt reliqui admonerētur, ne illorum prauis moribus, & exemplo corrūperentur. Vnde varia Dominus in sequentibus detegit vitia, vt ab his omnes caueant, potissime autem eius discipuli. Sed ne hinc etiā simul periret auctoritas doctrinæ ipsorum, ne eorum præcepta, qui male viuerent, negligenda putarent, auditores illos docet audiendos, sed non imitandos. Et quia Sacerdotum, Prædicatorū, ac Prælatorum mores raro, aut numquam in concionibus sunt taxādi, id tamen vel semel in vita dicendum est, quando Ecclesia hoc vtitur Euangelio, in quo Christus Dominus ex professo egit de re hac. Duo ergo conformiter ad Euangelij huius doctrinam cōsideranda sunt. Primū, omnibus Christianis expedientissimum fore, quod Sacerdotum, Prælatorum, & Ecclesiasticorum (quantum humanæ fragilitati conceditur) inculpabilis sit vita, ingensq. Dei beneficium esse, quod concedat Reipublicæ eos Sacerdotes, qui secundum cor ipsius effecti ea operentur, quæ dicunt: sed tamen quando contigerit Sacerdotes esse minus bonos, aut vero sceleribus non leuibus, aut modicis inuolutos, non propterea, quam a Deo acceperunt potestatē in bonum Reipublicæ amittunt, dicente Domino: *Quæcumque dixerint nobis seruate & facite, secundum autem opera eorum nolite facere.* Secūdo, attente considerāda sunt, quæ Dominum mouerint, vt in omnium oculis horum malam vitam proderet, cū illud expedientissimum videatur, vt Ecclesiasticorum mores perditi celentur, & quantum possibile fuerit, in cōspectu plebis bono gaudeant nomine etiamsi illo indigni sunt, dum male viuunt.

Circa primum expedit summopere omnibus fidelibus, immo & toti orbi, vt qui in dignitate sunt Ecclesiastica, recte viuant, quoniam cum sint ex hominibus assumpti, & pro hominibus constituti in his, quæ sunt ad Deū, vt aiebat Paulus; Qui enim heri homo erat, & perendie, hodie vero sacros ordines suscipit, iam Angelus futurus est conuersatione, inculpabili vita, animarū zelo, qui homo existens hominum agnoscebat miserias, pericula, & mala, eleuatus, extractus ab illo infimo statu terreno inculpabilis iam sit, quantum possibile est. Animalium, quæ in medio ignis oculis plena vidit Ezechiel, inquit Hieronymus, similitudinem tantum hominis habuisse memorantur: Et similitudo hominis erat in eis. Quasi diceret: Prædicatores, & Prælati similitudinem quidem habent hominum, loquuntur quidē, comedunt, rident aliquando, induuntur, & dormiunt, vt homines. Sed tamen cum ea, quæ sunt patentia, cōmunia sint cum alijs, reliqua, quæ interna sunt animæ bona, communia non sunt cum sæcularibus hominibus, quos ab humeris, & supra excedunt; sicut de Saul, cū ad regni principatum assumptus est, memorat scriptura. In signum huius præcepit Deus Sacerdotibus, vt arcam fœderis tollerent, & populo dictū est: Quando videritis arcam fœderis Domini Dei vestri, & Sacerdotes portantes eā, vos quoque consurgite, & sequimini, sitq. inter vos, & arcam spatium cubitorum duum millium. Dixitq. Iosue ad Sacerdotes: Tollite arcam fœderis, & præcedite populum. Explicās locū istum Origenes ait: Quia portamus arcā fœderis, & mortificationem Domini in corpore nostro, alios præcedamus. Sacerdotes veteris legis diuina præcepta in manibus, & in fronte pendentia portabant, sacrumq. & ineffabile nomen Iehoua in lamina aurea pendens in fronte, nominaq. tribuum duodecim sculpta in superhumerali, & in rationali. Amor Dei, & proximi, diuini nominis reuerētia, in quibus tota legis plenitudo consistit, omnia hæc maximam sanctitatem redolētia, quibus commonerentur & officij, & obligationis. Sacerdotibus indicebatur, vt sancti essent. Immo & in summitatibus vestis, ait Hieronymus, in quibus quatuor portabant Hia-

Hebr. 5.

Ezec. Hieron.

Iosue 3.

Orig. hom. 9. in Iosue.

Hiacynthinas fimbrias, vt colore hoc cælum imitantes cælestes horum cogitatus futuros doceret. Vnde aiebat Chrysostomus: Necesse est sic Sacerdotem esse purum, quo modo si in ipsis cælis collocatus inter cælestes illas virtutes medius staret. Et infra: Talis sit Sacerdos, vt solaribus radijs clarior, & superior dicere valeat: Viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Christus. Nonne talis futurus est Sacerdos, cui quasi totus concreditus est mundus? Non casu certe præceperat Deus, vt Sacerdote vno peccante, idē prorsus sacrificium offerretur, quod pro toto populo simul, si totum peccare contigisset, nisi profecto vt intelligeretur, quod vnius Sacerdotis noxa & grauis est multo, & grandi indiget remedio considerata peccantis dignitate. Propterea, inquit Augustinus, iusserat Dominus vt in Sacerdotali veste tintinnabula penderent aurea, vt clara Sacerdotis conuersatio futura dignosceretur. Sicut enim in Republica, quæ vestis agricolæ conueniēs est, ciui turpis esset, & quæ huic esset præclara, Principi, & Regi vilis esset, sic conuersatio viro plebeio, & sæculari conueniens, viro Sacerdote indigna est. Quod lumine naturæ dictante, ita conspicuum est, vt gentes omnes, & barbari, quam primum homines segregant, vt Dijs suis offerāt sacrificia, & delubris dęmonum cultum exhibeant, sintq. Sacerdotes Iouis, aut Iunonis, continuo animaduertunt horum vitam reliquis de plebe præferendam maxime. Vnde docet Augustinus, in parte inferioris Aethiopiæ, in qua homines monoculi erant, se vidisse horum Sacerdotes omnem fugere hominum reliquorum conuersationem, & in septimana, in qua sorte veniente, Dijs suis sacrificare debebant, non sumebant nisi metretam aquæ per diem, vt mundi sacrificia offerrent. Et Hieronymus refert ex Euripide, quod Cretenses Sacerdotes Iouis non solum a carnibus, sed etiam a coctis cibis abstinebant. In Panchaia non licet Sacerdotibus extra locum sacrum proficisci, vltraq. deprehensum occidere licet. Et Plutarchus in problematibus ait, quod Romanorum Sacerdotibus, qui Flamines vocabantur Diales, iramenta extorquere non licet, vtpote cum tales hi futuri essent, vt horum verbo ea fides adhiberetur, quæ iuramento aliorum esset adhibenda. Talis exigitur sanctitas a Sacerdotibus, siue gentiles illi sint, siue Christiani, siue Iudæi, a qua multa dimanant populo bona, dicente Domino (in expositione Hieronymi) per Hieremiam: Inebriabo animam Sacerdotum pinguedine, & cum tanta polleant Sacerdotes sanctitate, populus meus bonis meis adimplebitur. Sacerdotes idolorum a malis abstinent in confusionem Sacerdotum Christi, libr. 5. cap. 12. num. 34. Sacerdotes vacantes nugis, & otiosis assuescentes acriter taxantur, libr. 14. capit. 16. num. 24. Sacerdotum vitam virtutes, & doctrinam significant ornamenta Sacerdotalia veteris legis, lib. 14. cap. 28. num. 9. 10. & 37. cap. 29. num. 4. 5. 14. 15. & 17. lib. 16. capit. 1. numer. 7. & 23. Sacerdotes cogitationibus sint mundi, veterum exempla habentes semper in memoria lib. 14. cap. 31. numer. 14. Sacerdotes arcam portant, cum ea seruant, quæ in lege scripta sunt lib. 16. cap. 1. num. 3. Qui & tigna cedrina in domo Dei recte dicuntur, numer. 4. Sacerdotium in terra peragitur, sed in rerum cælestium classem referendum est, vnde Sacerdos sic pure viuere debet, si possibile est, ac si in cælo degeret, lib. eodem num. 7. vsque ad 10. & numer. 17. Sacerdos purior sit solaribus radijs, qui legatus, & precator intercedit pro toto orbe nume. 16. Sacerdotes olim varia habebant indumenta, quibus virtutes eorum significabantur, lib. 16. cap. 1. nume. 23. Sacerdotes intrantes sancta tintinnabulis vtebantur in lege veteri, vt docerent, quod hi exemplo futuri essent toti populo libr. 16. cap. 1. num. 34. 37. & 38. Prædicatores, & Prælati speculatores dicuntur, quia in mentis altitudine debent sedere lib. 14. cap. 29. nume. 29. & 30. Pastores legem transgredientes criminandi sunt super omnes homines, lib. 14. capit. 30. numer. 2. Prælatus prius bonus sit miles, vt dux factus militet bonam militiā armis virtutum, quibus munitus esse debet, libr. 14. cap. 31. numer. 3. Prælati tantum excellere debent subditos, quantum pastores ouibus superiores sunt num. 8. & 24. Prelatis magna sanctitas necessaria est, vnde pleriq. viuunt subditi, qui moriuntur Prelati num. 21. & 28. Prælatus sublimitatē dignitatis suæ adæquare debet splendore conuersationis, lib. 14. ca. 31. num. 22. Idcirco cum Sacerdotum sanctitas talis futura esset, & tā essent proficui Reipublicæ, qui tales erant, Sancti quam primū Sacerdotes conspiciebāt perditos, acerrime lamentabātur id. Chrysostomus in re hac mirandus est, & rarus epist. 5. ad Theodorū monachum lapsum sic incipit. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarū, animā tuam deploro, teq. ipsum, qui a tāta ruisti dignitate, prophanasti sacrū templum, & sancta sanctorū, vbi sacra erat arca, Cherubin, manna, virga Aaron, Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Semper plorabo, donec te reparet bonitate sua, qui suscitat a terra inopem, & de stercore erigit pauperem, vt sedeas cum principibus, & solū gloriæ teneas. Sabiniani Diaconi ruinam misere flebat Hieronymus inquiens: Prorūpunt lacrymæ, antequam verba. O funestos oculos meos, qui litteras, quas virgini scriptas misisti, viderunt. O diem illum omni maledictione dignissimū. Hæccine Diaconum, non dicā loqui, sed scire potuisse? Vbi miser ista didicisti, qui in Ecclesia te nutritū esse iactabas? Sacerdotū, & Sanctorum lapsus flēdus maxime ab ipsis, & ab omnibus, lib. 10. ca. 2. nu. 1. & 2. Flebant autem tantopere id Sancti, quia ob

Lib. 3. de Sacerd. & li. 6.

Leuit. 4.

Aug. lib. 2. q. in Exod.

Lib. q.i. noui Testamenti.

Hier. Hieron.

ferm. 37. ad Fratres in ere.

Hiero. lib. 2. cōtra Iouin.

Chryso. epist. 5.

Hieron. epist. 48.

peccata Sacerdotum irascitur Deus sæpe in populum. Vnde Principes, & Sacerdotes mali dantur, quando peccata populi ingentia id meruerunt, lib. 2. cap. 14. num. 2. & 3. lib. 9. capit. 8. num. 4. & 14. lib. 14. cap. 28. num. 1. & 13. Cum enim Sacerdotes medij constituti sint inter plebem, & Deum, qua ratione id conuenienter efficere potuerunt illi, de quibus scriptum est: Propter peccata Prophetarum eius, & iniquitates Sacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum, non crediderunt Reges terræ, & vniuersi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hostis, & inimicus per portas Ierusalem. Et quod incredibile videbatur, in vrbe, quam Deus semper protexerat, & tutauerat ab hostibus imminentibus, peccatis Sacerdotum id effectum est. Vnde aiebat Bernardus in conuersione S. Pauli: Inuaserunt hostes mœnia, & turres Sion, hoc est, Sacerdotes, quia vt populus, sic Sacerdos, facillimo negotio tota concremabitur ciuitas. Misera eorũ conuersatio plebis tuæ miserabilis subuersio est. Sacerdotes enim, & Prælati sunt a quibus maius præiudicium tolerat Deus, libr. 16. capit. 3. numer. 10. vsque ad 12. Quoniam si Iudas Machabæus Sacerdotes elegit sine macula voluntatem habẽtes in lege Dei, tales eligit, vt mundent, & renouent sancta a gentibus misere profanata, vt Sacerdotes buccinas concrepantes muros proſtrẽt Hiericho. Sacerdos est medius inter Deum & populum, illinc venientia beneficia ad nos deferens, & nostras petitiones illuc perferens, Dominumq. iratũ reconcilians. Si ergo perdite Sacerdos viuat, irritare potius videtur Deum contra populum, non ipsum iuuare. Flendum, quia obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum. Lapides sanctuarij, qui in templo tamquam lapides ibi cõstituti morari assidue debuissent (ait Gregorius) vt inter vestibulum, & altare plorarent Sacerdotes ministri Domini, dicentes: Parce Domine, parce populo tuo, & ne des hereditatem tuam in perditionẽ, morantur foris in capite omniũ platearum, negotia tractantes sæcularia. Et qui Angeli dicuntur, quia Dei, & hominum sequestres sunt, lib. 16. cap. 1. num. 26. capit. 2. numer. 1. mutatum habent colorem pristinum. Et filij Sion inclyti, amicti auro primo, reputati sunt in vasa testea, opus manuũ figuli. Aliud etiam nocumentum grande inferunt Reipublicæ Sacerdotes, dum iusti non sunt, quod ipsorum malo exemplo misere ruit populus. Vnde Hieronymus edisserẽs verba illa: Principes eius in medio eius, quasi leones rugiẽtes, iudices eius lupi vespere, seu vespertini non relinquebant in mane. Vehementer timeo, immo scio certo, ait, multos acriter contra me indignandos, si audierint quod leones rugientes Sacerdotes vocitem, & Prælatos Ecclesiæ lupos vorantes, id enim iustis præiudicium non generat, sed sceleratis id dicitur, vt resipiscant, & populus timeat, quod subditur. Prophetæ eius vesani, Sacerdotes eius polluerunt sanctum, iniuste egerunt contra legem. Vnde concludit: Effundam super eos omnem indignationem meam, iram furoris mei, in igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra. Prouerb. 10. de Sacerdotibus intellexit Hieronymus illa verba: Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, sic piger his, qui miserunt eum in via, id est, sicut acetum obstupescit dentes, & fumus oculos obcæcat, ita Sacerdos prauus est in Ecclesia, qui acidam reddit virtutem, ne viris sæcularibus suauis sit. Cum tamen his dicat Paulus: Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum, &c. in multa patientia, in ieiunijs multis, per arma iustitiæ a dextris & a sinistris, &c. in charitate non ficta. Sed tamen etiamsi hoc sit verum, huic est etiam consonans, quod etiamsi impij illi sint, dum tamen tolerantur ab Ecclesia, audiendi sunt, dicente Domino: *Quæcumque dixerint vobis seruate, & facite.* Si Dominus noster istud non ita constituisset, omnes nos incredibili & anxietate, tristitia, & metu ageremur. Quis in orbe maior posset reperiri cruciatus, si sermo, si absolutio, si consecratio, si Missa, si Sacramẽta reliqua mali Sacerdotis & inualida essent, & nobis non proficerent? Vtique fidelis omnis suæ salutis sollicitus, metu concussus, aut amens efficeretur, aut terrore tanto pulsatus interiret. Sed in Ecclesia illud indubitatum est, quod Diogenes aiebat de Sacerdotibus, qui ea, quæ dicunt bona, non faciunt, quod citharæ similes essent, quæ suauem sonum reddit audiẽtibus, quos delectat, licet illa nec audiat, nec sentiat, nec dilectetur consonantia, qua alij delectantur. Sic Sacerdos malus absoluit peccatorem, Eucharistiam porrigit, Missam, qua ego iuuer apud Deum, celebrat, & ipse quidem illa non iuuatur, sed misere perit, ipse celebrans diabolo se subdit, vt post buccellam in eum intret, & in tartara detrudat, me autem a diaboli faucibus liberat, & a gehenna. Cibus delicatus homini propositus edendus illum cibat, in quocumque sit catino, fictili, vel aureo, est q. stultum illum non comedere, quia cyphus argenteus non est; sic Euangelica doctrina, & Sacramenta efficacia sunt ex se, instrumentaq. diuinæ gratiæ. Et hæc diuina bonitas est, vt instrumento tali, vt hominem saluum faciat, vtitur, quo ad ignem, postquam tibi profuerit, mittendum est. Sacerdotes senes sunt, & prophetant cum benedocent, sed male viuunt libr. 16. capit. tertio, num. 14. Sacerdotes etiamsi male viuant audiendi sunt, lib. 14. capit. 29. numer. 11. & 12. Prælati mali similes sunt aquæ Baptismi, quæ alios abluit, & ipsa in cloacam descendit, libr. decimo sexto, cap. tertio, numer. 12. Prælatis Ecclesiæ subdi debent omnes, etiãsi illi

Tren. 4.

Bern. in Conuers. Pauli.

Chryſoſt. ho. 5. in Eſai. 6.

Greg. ho. 13. in Euang.

Tren. 4.

Hieron. Sopho. 3.

illi tales non sunt lib. 14. cap. 30. nu. 11. Prædicatores mali Christum annuntiant, non ex virtuto, sed ex occasione, quia non ex animo pure, & sincere id faciunt, lib. 14. cap. 29. nu. 24. Prædicator loquens, & non operans, sed is, qui eum audit ieiunus manet, & scrit, vt alius satietur, lib. 14. cap. 27. nu. 24.

Sed secundo id inspiciendum est, cur Dominus horum vitam coram omnibus taxauerit, cum Prælatorum vitam, & Sacerdotum discutiendam suo examini reseruauerit, non populi, lib. 14. cap. 30. num. 11. Et is fuerit regulariter a Domino ordo seruatus, qui murmurationẽ contra Moysem prolatã a Maria, & Aaron fratribus vnam publica lepra castigauerit cunctis videntibus sororem, fratris vero causam, quia Sacerdos erat, Deus secreto reprehenderit. Cum Iob reprehendere voluisset Deus, cum ab amicis separauit, & solus cum ipso insciẽtiam eius reprehendit. Sicut & Ioseph cũ fratres suos vellet alloqui, noluit vt extraneus quis cognitioni mutuæ interesset, ne forte Aegyptiis publica fierent peccata, quæ isti in fratrem commiserant. Isti autem Pharisæi, qui re uera Deum labijs honorabant, licet cor eorum ab ipso longe esset, dilatabant phylacteria, magnificabant fimbrias, ieiunijs, & orationibus, & eleemosynis dediti, præ se ferentes non modicam sanctitatis imaginem, qua visa ædificabantur populi. Licet enim hypocritæ ea sola curent, quæ videntur, cor & conscientiam negligentes similes sepulcris dealbatis, lib. 8. cap. 9. num. 2. vsque ad 4. 8. 10. & 28. Sed tamen pateſcerent illa non statim, sed cum detexauerit Dominus verticem filiarum Sion, & crinem nudauerit, num. 19. Hypocritæ folia quærunt verborum, vt nuditatem tegant operum, primis parentibus similes, qui consuerunt folia ficus, quibus nuda protegerentur, lib. 8. cap. 9. numer. 15. Isti, qui in oculis quidem hominũ iuste viuunt, nec nudi apparent, faciunt fructum, licet non suum nu. 30. Proficiunt exemplis, atque expedientissimum Reipublicæ, vt horũ crimina, quo ad fieri potest, populũ celentur, & quod bonum horum nomen, licet immerito eo potiantur, conseruetur, ne eorum pessimis exẽplis ad malum pertrahatur populus. Est q. diaboli officium Sacerdotum peccata reddere publica, nec eo contentus est, quod isti ruerint, sed quod horũ miseranda ruina omnibus sit conspicua. Quando in montibus Gelboe interijt Saul misere, Philistæi huius morte non contenti, eius caput amputarunt, & arma abstulerunt, & miserunt in terram Philistinorum per circuitum, vt annuntiarentur in templo idolorum suorum, & in populis, & posuerunt arma eius in templo Astharoth, corpus vero eius suspenderunt in muro Bethsa. Hoc diaboli ingenium est, hæc eius pessima machinatio, cum Sacerdotem, aut religiosum tentando deiecerit, eius casum publicum cunctis reddere, vt clamante præcone, miseranda eius calamitas alijs cum innotuerit, occasio fit ruinæ. Virorũ qui sunt in Iabes Galaad hoc officium est, suspensum corpus tollere, illudq. sepulturæ mandare, illius q. miserandam ruinam flere, quod opus pietate, & virtute plenum verus Dauid Christus Dominus plenissime remunerat. Sicut & illos luere pœnas facit, qui in igne, in mensa, in foro, in ludo, & in omni loco male gesta Ecclesiasticorum produnt, vt triumphum diaboli contra Christum Dominum & magnifaciant, & celebrent. Quod alienum & a Deo, & ab his, qui spiritu eius aguntur, videtur. Quando Moyses, & Aaron negligentiæ correptione indigebant, Dominus seorsum eos corrigens dixit: Quia non me sanctificastis coram filijs Israel non introducetis hos populos. Vnde optime aiebat Nicolaus Pontifex 96. distinctione cap. In scripturis, quod quando videret quis in Sacerdote ea, quæ reprehẽsione digna forent, imitari non deberet Gham, qui maledictus fuit, dum verenda nudauit patris sui. Constantini magni celebre gestum narrant historiæ, qui accusationes contra Ecclesiasticos sibi in Concilio Nicæno oblatos recipere noluit, sed in conspectu 318. Episcoporum, qui conuenerant, eas igni combussit, & dixit: Si forte Episcopum inuenissem cum femina iacentem, purpura Imperiali exutus illum cooperirem, ne peccatum illius quoquo pacto posset sciri. Optime nouerat Samuel reuelante Deo, reprobatum Sacerdotem Heli a Deo, ait Gregorius, & tamen celauit semper omne illud, quod minus congruum videret eius honori conseruando. Quando Sacerdotum peccata cunctis publice patuerint, in omnium oculis punit ea Deus, sicut in Chore, Dathan, Abyron, & filijs Heli feciſſe memoratur, at peccatum Sacerdotis, qui infamia non laborat, prodere nec legimus, vt adhuc in Iuda ipso perspicere licet sacrilego, & impio. Religiosorum maxime prædicatorũ lapsus ab omnibus flendus est, vtpote omnibus nociuus, libr. decimo quarto, cap. decimo sexto, num. 3. 4. & 9. Sanctos, & religiosos infamare maxime curant homines scelerati, libr. 9. cap. 15. numer. 21. Hæc certa sunt, sed tamen quia translato Sacerdotio, legem nouam venerat Dominus prædicaturus, horum crimina publice arguit, ne si Sanctos eos crederet populus, impedimento illi essent nouæ legi suscipiendæ. Deiq. misericordia fit, vt Sacerdotum peccata aperiantur, ne nocumentum inferant plebi, præponderatq. bonum cõmune, horum honori: secundum enim ordinem charitatis id fit, vt bonum spirituale fratris præponatur honori, & famæ Sacerdotis, qui etiam deponendus est, ne noceat, dum id non cuiusuis de plebe arbitrio fiat, sed Domini, qui in re hac nec falli potest, nec fallere. Prophetas, & Prædicatores falsos priuat Deus misericorditer hoc munere,

1. Reg. 3.

1. Reg. vlt.

ne populum decipiant, lib. 14. cap. 28. nu. 16. Prædicatorum falsorum deceptiones aperit Deus iustis lib. 14. cap. 27. num. 22. Sacerdos hoc nomine indignus est, nisi pectus habeat plenum sapientia, & scientia a Deo, lib. 16. cap. 1. nu. 2. & 21. Et sicut Sacerdotes, & Prælati disponente Deo contemptibiles sunt in populo propter peccata sua lib. 14. ca. 30. nu. 10. ita Deus eorum peccata prodit, ne noceant. Prædicatores qui bene non viuunt, vmbris, & histrionibus, & musicis discordãtibus comparantur, lib. 8. cap. 9. num. 6. 10. 16. Ne ergo hæc nocumenta facerent Scribæ, & Pharisæi, tam acriter, & tam frequenter, & publice a Domino reprehenduntur. Sed tamẽ hoc argumento esse non debet, vt Prælatorũ, & Sacerdotum peccata aut publicent, aut taxent sæculares, sed ipsos corrigere, eorumq. mala flere, & pro ipsis Dominum debent precari, cum eorum mala toti Reipublicæ tã sint nociua. Quod vt doceret Iesus, conuenientissime cum multi horũ, qui sub nomine Scribarum, & Pharisæorum hic acriter taxantur, Sacerdotes essent, Pontifices, & Leuitæ, non dixit: Super cathedram Moysi ascenderunt Pontifices, & Sacerdotes, propter reuerentiam ordinis Sacerdotalis. In toto enim Euangelio non reperitur, vbi Dominus taxet Sacerdotes sub nomine Sacerdotum, suo exemplo nos instruens, quid debeatur nomini Sacerdotali, quibus & perfecte obediendum docet, cum ea, quæ cathedræ conformia sunt docuerint, siue docendo, siue præcipiendo.

6 *Dicunt enim & non faciunt.* Hoc primum narrat Dominus peccatum, quod alijs iubeant, quæ ipsi non faciunt. Tripliciter autem peccat, qui dicit, & non facit. Primo generali ratione, quia transgressor est rei, quã tenebatur facere, & non facit. Secũdo, quia alios debet corrigere, vnde implicatus esse non debet his peccatis, quæ in subditis debet taxare, dicente Paulo: Qui prædicas non furãdum furaris? Qui prædicas non mæchandum mæcharis? Qui abominaris idola sacrilegiũ facias? Cum dicere potius debuisset Sacerdos, & Prælatus: Non audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non effecit Christus, lib. 14. cap. 27. num. 4. Tertio, quia nocet discipulis, dum non operatur, quæ loquitur, sed his contraria operatur, & quod verbis prædicat, moribus impugnat, lib. 14. cap. 28. nu. 2. 7. & 19. Cum Prædicator sanctificare debeat Euangelium Dei, se ipsum primum immolans Christo, vt doctrina, & opere aliorum saluti inuigilet, lib. 14. cap. 28. nume. 3. Prædicatores enim non bene viuentes multorum malorum sunt causa num. 8. Prædicator destruens opere, quod verbis docet, similis est Pharisæis, qui proselitum faciunt duplo quam se, filium gehennæ, dum quẽ verbis traxerunt ad fidem, vel rectam vitã, malis exemplis reuocant ab incepto, li. 14. c. 28. num. 19. Tunc enim Prædicator loquitur ea, quæ sanæ doctrinæ conueniũt, cum doctrina simul, & vita consentiũt nu. 21. Ad hoc enim in lege os turturis ad ascellas eius retorquebatur, vt intelligerent Doctores quod os ab opere separandum non esset, ibid. num. 29. Prædicatoris progenies eradicatur, quando is, qui per verbum nascitur, per exemplum necatur, nu. 24. Prælati custodes positi vinearum a Deo, & propriã vineam non custodientes præiudiciũ super omnes Deo, & Ecclesiæ faciunt num. 31. Prælati aliorum bono intenti, se ipsis neglectis, taxantur, num. 37. Non est prætereundum hoc loco Augusti factum, qui cum contra legem a se de adulteris latam, per iræ impetum irruisset in adolescentem delatum, quod cum Iulia eius filiarem habuisset, adolescente exclamante: Legem tulisti, o Cæsar, adeo doluit, vt ea die recusaret cænam capere, a se ipso pœnas sumẽs, quod legi, quã alijs prodiderat, non per omnia paruisset. Vt merito pudere debeat eos, qui inter Christianos alijs præcipiunt, quæ ipsi præstare negligũt. Vnde Prælati, & Prædicatores dicuntur nasus Ecclesiæ, sicut turris Libani, quia multa esse debet eorũ discretio, debentq. in altitudine consistere, lib. 14. cap. 29. nu. 30. Et quia in Scribis, & Pharisæis hoc vnum peccatum graue erat, multorumq. causa, ideo Dominus eorum malã vitam volẽs plebi patefacere, ab hoc primum exordiũ sumpsit, cum dixit: *Dicunt enim, & non faciunt.*

7 *Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere.* Chrysostomus in his verbis duplicem eorum nequitiam ostendit, tũ quia sine venia exquisitissime aliorum culpas castigant, eos in omnibus nolunt inculpabiles, & quod absque vlla dispẽsatione legi grauissimæ, de qua dixit Petrus: Quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus, obtẽperarent in omnibus, etiam minutissimis cæremonijs, ipsi autem summa uolebant vti legis dispensatione, vel potius dissipatione. Quorum opposita in optimo principe requiruntur, vt sibi ipsi seuerus sit iudex, erga subditos autem sit mitior, & ad dãdam veniam pronior. Exemplo sibi existens Iacob, qui viriliter præcedens in itinere ouiculas uoluit lento procedere passu earum imbecillitati cõpatiens. Prælati in se ipsos seueri esse debent, in subditos mites, quorum oppositum pleriq. faciunt, lib. 14. cap. 30. num. 2. cap. 31. num. 27. Prædicatores per boues, & leones designantur, quia & boum mansuetudinem, & fortitudinem Leonum debent habere, paterna dulcedine moderantes zelum, libr. 14. capit. 29. numer. 31. Prælatus habere debet vitæ propriæ altitudinem, & descendere alienæ infirmitatis compassione numer. 33. In Prælatis regat disciplinæ vigor mansuetudinem, & mansuetudo ornet rigorem, libr. 14. cap. 31 num. 11. vsque ad 13. 29. & 30. Prælati aliquãdo subditorũ peccata dissimulare debent, aliquando leniter arguere, aliquando vehementer increpare lib. 14. cap. 31. nu. 18. vsque ad 20. Prælatis sit mista & regendi auctoritas, & benignitas consolãdi lib. 14. c. 31. num. 12. 13. 29. & 30. Hi, qui tales non erant, a Domino reprehenduntur austeri, & seueri in subditos, onera eis imponentes grauia, & importabilia, quæ digito nolebant ea mouere, etsi aliquando decimabant mentam, & rutam, & anetum, & ciminum, prætermittebant grauiora legis, quibus similes sunt Prælati, qui in minimis faciendis diligentiã exhibent, cum in magnis remissi sint. Hoc ergo vnũ est ex duobus peccatis, quæ animaduertit Chrysostomus in Pharisæis vigere, alligare onera grauia, & importabilia, &c. de secundo autem sequitur.

8 *Omnia vero opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias*, id est, si aliquando opus fecerint studiosum, vana gloria ducti illud exequuntur. Dilatant phylacteria, id est, externo ipso habitu volunt videri, & haberi insigniter religiosi. In Deuteronomio enim præceperat Moyses post præcepta decalogi ad hortans ad perpetuam eorũ recordationem: Et ligabis ea, quasi signũ in manu tua, erũtq. & mouebuntur inter oculos tuos. Verba hæc nimis verbaliter intelligentes Iudæi scribebant in membranis decalogũ, membranasq. istas partim brachijs alligabãt, partim ligabant in fronte, quasi coronam capiti facientes, vt semper ante oculos mouerentur. Quẽ morem a Iudæis seruatum vsque ad suũ tempus docet Hieronymus. Membranæ autem illæ sic depictæ græco nomine dicebantur phylacteria, id est, conseruatoria, eo quod adhiberentur ad sui ipsius, & legis diuinæ custodiam. Cum tamen Moyses id solũ præcepisset illis verbis, ne legis Dei obliuiscerentur, sed præceptorum Dei sic essent memores, quomodo rem in manu existentem, & ante oculos positam nõ facile obliuiscimur. Has autem mẽbranas Pharisæi, quo præ alijs uiderentur religiosiores, & mandatis Dei recogitandis, & faciendis diligentiores, membranis vtebantur maioribus, quam illę essent, quæ ab alijs ferebantur, vt eorum maior crederetur virtus, & diligentia. Fimbriæ autẽ quatuor erant hiacynthinæ, quas portabant in angulis palliorum Iudæi iubente Moyse, quibus ab alijs discernerentur nationibus: & in Numeris scriptum est, eas positas, vt cum eas vidissent, recordarentur mandatorum Domini. Erantq. hiacynthinæ cælici coloris, quibus admonerentur cogitationes non in terra futuras, sed in cælo. Has fimbrias in Pharisæis fuisse maiores ait Hieronymus, quod acutissimas in eis spinas ligabant, vt ambulantes, & sedentes interdum pungerentur, & hac admonitione retraherentur a malo. Quod & in Christianis reperitur, qui cum in rebus grauibus vitam negligant Sanctorum, in his, quæ parum, aut nihil referunt eorum efficiuntur sectatores. Sanctorum patrum imitari non debemus leuia, & boni apparentiam tantum, sed fortia, & interna bona, vt Pharisæi faciebant, lib. 16. cap. 6. nu. 19. multoq. minus sectandæ sunt eorum negligentiæ, ibid. numer. 14. Verba legis pendebant ante oculos, & in manibus olim, vt homines non obliuiscerentur Dei, lib. 2. cap. 12. numer. 18. lib. 11. cap. 2. num. 9. Verba legis memoranda docuit Dominus, cum ea scribere iusserit in superliminaribus domorum Iudæis lib. 16. cap. 10. nu. 30. Iudæi his, quæ iubebantur, abutebantur, dum propter vanam gloriam vtebãtur phylacterijs, & fimbrijs, *dilatabant autem Pharisæi phylacteria & magnificabant fimbrias*, vt sanctiores reliquo populo crederentur, spiritu inanis gloriæ agitati, quod vitium in his verbis arguit Dominus. Hypocritæ pleni vitijs virtutes simulant, vt laudentur, lib. 1. ca. 3. nu. 2. Hominibus velle placere ad eos ædificandos bonum est, non autem, vt gloriã ab eis quæramus, lib. 8. cap. 9. num. 5. 9. 14. & 16. Hypocritarum vita scirpo, vel carecto similis est, quæ speciem viriditatis habet, sed sterilis est lib. 8. cap. 9. num. 17. 18. 21. vsque ad 24. Hypocritæ dum bonorum vitã simulant, & non habent, penas habent strutionis similes pennis Herodij nu. 29. Vanam gloriam sectantes frequentissime non gloriam, sed vituperationem hominum consequuntur, vt istis contingit, quorum perditam vitam Dominus aperuit lib. 18. cap. 1. nume. 8. Vana gloria in Iudæis, & gentibus malorum omnium fuit causa, num. 16. & 17. Vanæ gloriæ seruire virtutes turpissimum est, & stultum num. 25. & 26. Vana gloria inanis recte dicitur, quæ crudelitatis, & violentiæ plena est, a viliq. animo originem trahit, lib. 18. cap. 1. num. 13. 14. & 22. De qua multa alia differuntur in isto capite, & de hypocrisi vitio huic perquam simili, lib. 8. cap. 9.

Amant autem primos recubitus in cœnis & primas cathedras in synagogis, &c. vsque ad finem Euangelij, in quibus verbis suos vult Dominus inuitare ad humilitatem, quæ radix est, fundamentumq. virtutum, superbiam dissuadere, vtpote quæ omnium malorum sit principium, de qua re latissime differitur li. 8. cap. 5. & 6. 7. & 8. De humilitate: de superbia vero, li. 16. cap. 13.

Leuit. 1.

Deut. 6.

FERIA QVARTA
post Dominicam Secundam in Quadrageſima.

Euangelium.

Aſcendens Ieſus Hieroſolymam aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto. Matth. 20.

De prima parte huius Euangelij, in qua aſcenſum in Hieruſalem, ut Dominus pateretur, Apoſtolis indicauit, diſſeruimus Dominica in Quinquageſima. Secunda autem pars ſic habet.

1 *Feria 4. Dominicæ 2. in Quadrag.*

TVNC acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filijs ſuis adorans, & petens aliquid ab eo. Illud in primis in hac petitione conſiderandum eſt, feminas exaltationem, & honorem filiorum ſic ambire ardenter, vt innumeris & ſe, & filios exponant periculis, dum tamen ea conſequantur, quæ ipſorum honori iudicauerint expedire. Vnde cum Neronis matri retuliſſet quis, filium ſuum inimicorum manibus indubie occidendum fore, ſi Romanum conſequeretur imperium, reſpondiſſe memorātur: Occidatur, nec id refert, dummodo regnet. Rebecca, cum ſancta eſſet femina, filio ſuaſit, vt mutatis veſtibus Eſau, benedictionem primogenito debitam procuraret, illeq. cum rei magnitudine conſiderata, & periculorum qualitate perſpecta, id efficere recuſaret, timens prudenter maledictionem patris, illa reſpondit: In me ſit fili mi iſta maledictio, tantummodo acquieſce conſilijs meis. Berſabee, vt regnum aſſequeretur Salomon filius eius, cum iam Adonias a populo eſſet acclamatus, illa mille modis multis ſe & filium ſubdens periculis non quieuit, quouſque vir eius Dauid iam ſenex modum adinuenit, vt ſuper mulam regiam impoſitus in Regem a populo præficeretur. Hoc etiã animo acceſſit hæc filiorum Zebedæi mater poſtulans a Domino, vt in regno eius duo filij eius primas obtinerent ſedes. Et quia hanc matrum conditionem optime nouerãt, hi ex vna parte, & ex altera media muliere crediderunt ſe certo poſſe conſequi, quæ poſtularent, quantumcumq. illud eſſet difficile. Semper enim mulierum & blanditiæ, diligentia, & ſollicitudo hominum conſueuerunt mouere pectora, quæ nullus alius mouiſſet; ſicut Adami virtutem, & firmitudinem in bono quam aggredi non eſt auſus dæmon, per mulierem & aggreſſus eſt, & deiecit, ne delicias ſuas contriſtaret. Nec Sanſon ſic eſt fortis, vt eius caput non cõcutiatur femineis manibus attrectatum, etiamſi ea proditurus ſit ſecreta, quibus viliter, & miſere pereat. Quoniã vt Eccleſiaſticus aiebat, Vinum, & mulieres apoſtatare faciũt ſapientes. Nec lõge aberat a veritate adoleſcens regis Darij, qui interrogatus: Quæ nam eſſet res omnium fortior in tota natura, reſpõdit: Inter omnia fortiores eſſe mulieres. Et propter hanc rationem Dominus indignatus reſpondit, nec ea, quæ filij matris ſupplicatione poſtulabãt, effecit. Grandi enim periculo ſe exponunt feminæ, quæ litteris, moleſtijs, importune, & opportune Iudices, Principes, Electores rogant, quo & illi ea faciant, quæ non expediunt, & ipſę ſimiliter. Quod antiquũ eſt malũ, ita vt Sancti docuerint, Sacerdotes, & clericos ordinãdos non eſſe precibus mulierũ, nec ignorantes, aut domeſtici, lib. 16. cap. 3. num. 6. In quibus etiam verbis cõſiderare debemus vanam ſollicitudinem parentum, vt filios ditẽt, & ad mundanos honores promoueant. Qui vtinam ſanctũ Moyſen imitarẽtur, qui mortem corã oculis proſpiciens non ſollicitatur pro filijs, ſed ad Dominum dicit: Prouideat Dominus Deus ſpiritum omnis carnis, virũ, qui ſit ſuper multitudinem hanc magnam, ne ſint vt oues abſque paſtore. Audiuit ſanctus vir Samuel, quod eſſet moriturus, principatumq. tam amplum relicturus, non filijs, non conſanguineis, ſed cui ignorabat: & tamen id ſolum curauit, vt loco illius rectus ſubſtitueretur Princeps, cum ægre tuliſſet populum non permiſiſſe filios ſuos illi ſuccedere. Et aiebat Salomon: Deteſtatus ſum omnẽ induſtriam meã, qua ſub ſole ſtudioſiſsime laborauí habiturus hæredẽ poſt me, quẽ ignoro. Hæc eſt parentum ingens ſtultitia, non curare vt filij poſt ipſorũ mortem relinquãtur ſtudioſi, ſed diuites, cum tamen id officium ſit inditum parẽtibus virtutes in hæreditatẽ relinquere filijs, non diuitias, virtutibus contẽptis. Parentes filijs relinquant virtutem, & amicos potius, quã diuitias, lib. 6. ca. 6. nu. 4. 9. vſque ad 13. Parẽtes regulariter corpus filiorum amãt, non animã, terrena illis optãt, non cæleſtia, nu. 9. & 13. Vnde eorũ amorem moderari expedit, nu. 8. Diuites ditãdis filijs intẽtiſsimi diuitias auide quærũt, quod Sancti olim non faciebant, li. 4. c. 40. n. 5. & 6. Tobias in ciuitate Niniue ſeruus erat cuius cura non ferebatur, vt de libertate filio prouideret, ſed eũ ab infantia timere Deũ docuit, & abſtinere ab omni peccato. Et quãdo iam morti propinquus credebatur, hęc in teſtamẽto illi mandauit verbis blãdis, & amore plenis: Fili omnibus diebus vitæ tuæ in mẽte habeto Deũ, & caue ne aliquãdo peccato cõſentias, & prętermittas pręcepta Domini Dei noſtri. Item mãdo: Noli auertere faciẽ tuam ab vllo paupere, quomodo potueris, eſto miſericors. Si multũ tibi fuerit, abundanter tribue, ſi parũ, & illud libenter impertiri ſtudẽ. Omni tẽpore benedic Deum, & pete ab eo, vt vias tuas dirigat. Et his omnibus enarratis, tamquam rẽ illi diceret acceſſoriã debitum Gabelli in Rages ciuitate Medorũ illi edixit, vt ab eo pecuniã creditã recuperaret. Chryſoſtomus recenſet miram mulieris Machabeæ

Eccl. 19.

3. Eſdræ 4.

Num. 27.

Eccleſ. 2.

Tobiæ 1. & 4.

Chryſoſt. hom. vlt.

beæ ſollicitudinẽ, quo filij ſeptẽ in obediẽtia legis morerentur, cumq. diris cruciatibus in eius præſentia interempti eſſent ſex, minoris timens inconſtantiam dixit illi: Fili mi, miſere mei, quæ te in vtero nouem menſibus portaui, & lac triennio dedi, & alui. Peto nate, vt aſpicias ad cælum, & ad terram, & cogites Deum omnia iſta ex nihilo feciſſe, & non timeas carnificem iſtum, ſed dignus fratribus tuis effectus ſuſcipe mortem, ut te felicem in alio ſæculo recipiam. Vnde optime animaduertit Chryſoſtomus, vt probet Deum magna conferre beneficia his, qui rectæ educationi filiorum inuigilant. Vnde dixit Dominus Abrahæ: Ex ſemine tuo egredientur Reges, innumerabiliſque poſteritas, & tu ergo cuſtodies pactum meum, & ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis. Quem locum ſic legit Chryſoſtom. Noui quod conſtituet Abraham filiis ſuis, & obſeruabunt vias Domini Dei, ut faciant iudicium, & iuſtitiam. Gentiles in re hac recte ſe geſſerunt. Philippus Macedo, cum accepiſſet genitum ſibi filium Alexandrum, ad Ariſtotelem ſcripſit, ſe Diis gratias habere, non tam quod ſibi filius natus eſſet, quam quod tali eſſet natus tempore, in quo ipſum habere poſſet præceptorem, qui eum educaret, ſic vt tali patre dignus eſſet filius, & tali regno Imperator. Et Chrates Philo aiebat, id ardenter deſiderare, in plateis alta uoce clamare, ſi liceret, vt omnes patrum ſtultitiam audirent, qui tãta ſollicitudine diuitias, quas filiis relinquerent, quærebant, obliti omnino filiorum, qui eas erant recepturi. Mulier hæc filiorum Zebedæi mater, vt filiis relinqueret honores, regias ſedes, Dominum adiit, & ait: *Dic ut ſedeant hi duo filij mei, &c.* Ambitioſi. n. & ſtulti homines dignitates ſumma diligẽtia requirunt, ſed cordati, quas habent, a ſe abdicare deſiderant. Prælaturam, & regnum non appeterent homines, ſi cogitarent pro aliis reddendam eſſe rationem, cum uix ſibi homo ſufficiat, lib. 5. cap 11. num. 1. 4. 8. uſque ad 11. 16. & 21. lib. 8. cap. 4. num. 5. Prælaturam renuit Moyſes verecũdius quã Eſaias, qui illi ſe obtulit, illumque imitari debemus, non iſtum lib. quinto, cap. 11. num. 2. lib. 8. capit. 4. num. 6. & 7. Prælati neceſſitate compulſi ad onus offi cij ſubeundũ magno ſubduntur periculo, maiori autem multo, quando homo officio ſe ingerit, lib. quinto, cap. 11. num. 4. 8. & 9. & 14. lib. 8. cap. 4. num. 4. vſque ad 7. Prælaturam deſiderare, & dominationem lethale virus eſt animę, lib. quinto, cap. 11. num. 7. vſque ad 12. num. 14. 15. & 18. libr. 8. cap. 4. numer. 4. vſque ad 7. Prælati, vna dignitate adepta, ad plures & maiores ſemper anhelant, ſicut hi, qui cum pauperculi eſſent piſcatores, & ad ſupremam Apoſtolatus dignitatem aſſumpti, his non cõtenti primas optabãt ſedes inter duodecim, lib. quinto, cap. 11. nu. 20. Præſulatum ſummũ datum Eugenio tertio flebat maxime ſocius illius Bernardus, lib. quinto, cap. 11. nume. 21. lib. 8. cap. 4. num. 11. Prælaturæ ideo tantope re appetuntur, quia homines non cogitant eſſe onera, ſed honores, li. 14. cap. 31. numer. 26. Honores contemnendos quibus rationibus perſuaderi debet homo, lib. primo, capit. 20. n. 17. 20. 21. 23. vſque ad 25. & 28. li. 8. ca. 4. n. 9.

Chry. li. 3. contra inuper. mõaſt. Gen. 17.

Nescitis quid petatis. Si quis leuiter conſideret, quæ poſtulauit mulier hæc deſiderio filiorum mota, non videntur tanta reprehenſione digna, ſicut in his verbis edicitur: Si quidem honor, & diuitiæ ad recte viuendum non parum conducere uidentur. Et Salomon poſtulauit: Mendicitatẽ ne dederis mihi, ſed tribue victui meo neceſſaria, ne egeſtate compulſus furer, & periurem nomen Dei mei. Cumq. orationem hanc a ditiſſimo Rege omnium nomine ſuo fuſam credere non debeamus, tamquam rem omnibus neceſſariam ab omnibus poſtulandam a Deo voluit docere. Notiſſimum enim, omnibuſque compertum illud eſt, innumeris ſceleribus mendicos inuolutos eſſe, vtpote qui iam & honoris, & famæ legibus renuntiauerint, ruuntq. in omne facinus, dum in hac vita nihil habent, quod amittere valeant, niſi Reges, regijque miniſtri huic ſe opponant malo. In carceribus publicis, in Regijs Cancellarijs, in Regia curia vix vnus, aut alter in vinculis detinetur, qui diues ſit, & nobilis, niſi forte aliquo inopinato caſu, aut aliqua vehementi paſſione, aut homicidium patrauerit, aut adulterium; loci autẽ illi pleni ſunt mendicis, & his, qui in Republica vagantur. Nec modica malorum pars, quæ contingit in orbe horum perdita vita cauſatur, ita vt tempore Caroli Quinti maximi Imperatoris conſiliis multis coactis actum ſit de medijs, quibus tanto damno prouideri potuiſſet; & Philippus Secundus Hiſpaniarum Catholicus Rex pragmaticis iuſtiſsime ſtatuerit leges, quibus arceri potuiſſet hoc hominum genus a tantorum patratione ſcelerum, quæ toti Reipublicę maxime ſunt nociua. Raro, aut numquam inter hos, aut virum, aut feminam reperies, qui non perdite viuant, omnique peccatorum generi ſint diditi, periuri, blaſphemi, fures, homicidæ, inhoneſti, qui nuſquã aut ſermonibus interſunt, aut Miſſis, nec ſemel ſaltem in anno legibus obediunt diuinis, de confeſſionibus faciẽdis, de recipienda Euchariſtia, &c. & vt vno verbo finiam, talis eſt horum vita, ac ſi animæ immortalitatem, futura præmia, aut ſupplicia nullatenus crederent. Quoniam cum, vt dicebamus, legibus renuntiauerint, & honoris, & famæ, omni abiecto freno in omne feruntur malum. Quod ſi aliquando aut illi non furantur, aut illę adulteræ non ſunt, modumq. ſeruant in malis patrandis, non illud virtuti tribuendum eſt quoquo pacto, nec oderunt peccare virtutis amore, ſed formidine pœnæ, nõ æternæ, ſed ſupplicij, flagellorum, triremium, aut patibuli, nulla enim alia conſideratione detinentur. Sicut enim in Hieremia ſcriptum eſt: Inuerecundia homines in hęc inuoluit ſcelera. Leua oculos tuos in directum, & vide

2 *Prou. 30.*

Hierem. 3

vbi

vbi non proſtrata ſis, in vijs ſedebas expectãs eos quaſi latro inſidians in ſolitudine, & polluiſti terram in fornicationibus tuis, & in malitiis tuis. Vnde tanta ſcelerum multiplicatio? *Sequitur*. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Ab hoc enim fonte innumera prodiere mala. Peccans cum verecundia ſepulcrum eſt opertum, qui autem vſu ſcelerum inuerecundus eſt, ſepulcrũ eſt patens, lib. 10. cap. 8. numer. 1. & 2. Peccans inuerecunde meretrici comparatur, lib. 1. capit. quinto, num. 4. 7. 12. & 16. lib. 14. capit. 15. nume. 16. In omni loco proſtrari, in uiis ſedere, amaſios expectare, terram corrumpere fornicationibus, & malitiis, ad malũ ſemper paratum eſſe, inde prouenit, quod homini data ſit mulieris meretricis frons, & inuerecundia. Quotidie cernimus diuitias, & honores virtutibus multis comitatas. Cæcilia cilicio corpus domabat, & Deum gemitibus exorabat, cum pretioſis indueretur veſtibus. Quando Iacob benedictionem poſtulauit, & obtinuit ab Iſaac patre ſuo, vt ait Bernardus, ſpiritualia bona ei precatus fuerit, quæ ſignificauit, cum dixit: Det tibi Deus de rore cęli, etiam addidit: Et de pinguedine terræ abundantiam, in quibus temporalia ei danda bona dixit. Honores etiam maximos ei exoptans, *Gen. 27.* vel prophetãs addidit: Seruiant tibi tribus populi, eſto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ. Qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus, & qui benedi- *Cap. 28.* xerit tibi, benedictionibus repleatur. Cumq. Meſopotamiam pergeret rogatus a patre, iã profecturus proſpera illi imprecans dixit: Deus omnipotens benedicat tibi, & multiplicet te, vt ſis in turbas populorum. Et det tibi benedictiones Abrahæ, ut poſſideas terram peregrinationis tuæ. Cumque profectus in ſomnis ſcalam vidiſſet ſtantem, vidit etiam Dominum innixum ſcalæ dicentem ſibi: Terram, in qua dormis, tibi dabo, dilataberis ad Orientem, & ad Occidentem, & Septemtrionem, & Meridiem. Cumque multis diebus genero ſeruiſſet, virgas decorticatas poſuit in canalibus, haud dubium, quin docente Deo, vt dines efficeretur valde. Abraham terram dereliquit, quando diuitias illi, & honores permultos, & maximos promiſit Deus. Ioſeph ſecundus erat a Rege in Aegypto, nec minori virtute poilebat, quam cum ſeruus & in domo heri, & in carcere detinebatur. Cumque audiſſet: Tu eris ſuper domum meam, ad tui oris imperium cunctus populus obediet, præcepiſſetque Pharao, vt coram Ioſeph veſtibus pretioſis induto omnes genuflecterent, & præpoſitum eſſe ſcirent vniuerſæ terræ Aegypti: Abſque tuo imperio non mouebit quiſquam manum, aut pedem in omni terra Aegypti, tantis potitus honorum titulis, & diuitiis, ſanctitate inſignis fuit. Cum hæc ita
3 ſint certa, non mirum ſi reſponſionem Chriſti Domini conſiderantes, inquiramus, cur poſtulantibus ſedes in regno ſuo dixerit: *Neſcitis quid petatis*, petentibus & diuitias, & honores, quæ in hominibus morigeratis, quales illi erant, hæc inſtrumenta eſſent ad bonum. Quod enim ſceleratis hominibus diuitiæ, honores, & officia gladius ſint in manu hominis furioſi, quo pereat miſere, dubium non eſt, ſicut etiam paupertas, ſanitas, ægritudo, omnia denique ſiue bona illa ſint, ſiue mala, talia ſint, vt illis abutantur in propriã perditionem. Sicut contigit Saul, qui cum ab humero, & ſupra reliquos antecelleret, honorem conſequutus regium, multis potitus diuitiis, fæde lapſus eſt, & periit. Et Salomon cũ regno, maximiſq. honoribus potiretur, in ima corruit. At Dauid, Ioſias, Ezechias, Regeſque multi, Pontifices Summi, Epiſcopi, viri nobiles honoribus, & facultatibus gaudentes, ſalui ſunt effecti. Sicut enim vinum imbecilli capiti propinatum continuo ebrium eum reddit, & miſerum, quod ſano, & robuſto capiti non contingit; ita diuitiæ, & honores, quæ malos, non recto capite gaudentes, perdunt, iuſtis vtiles ſunt, quibus omnia cooperantur in bonum his, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt Sancti. Ita hæc ſe habent, nec ambitioſi dicendi ſunt, qui honores concupiſcunt, ſicut nec auari, qui diuitias deſiderant, ſed auaritia, aut ambitio in appetitu deordinato diuitiarum, & honorum conſiſtit, quando mediis, quæ non licent, iſta expetunt homines. Honor enim, & diuitiæ, quæ & Mardochæum conſecutæ ſunt, & Heſter conſobrinam ſuam, quæ captiua cum eſſet, centum & viginti ſeptem prouinciarum Regina effecta eſt, in præmium virtutum data, dono Dei ea acceperunt, ſicut & de Ioſeph dicendum eſt, de Abraham, & Iacob, non autem fauores, & honores, quos Aman ab Aſſuero conſecutus eſt. Recte quidem, ſed tamen Dominus id docere *prima ratio.* voluit meritis, & virtutibus, non fauoribus quærendos eſſe honores. Honor enim præmium eſt virtutis, hanc ſequens, ſicut vmbra ſequitur corpus, niſi impediatur vanis fauoribus, tamquam catenis validiſſimis, quibus honor ligatus ſequi non valet ſtudioſum, ſed peccatorem, ſi fauoribus potiatur. Sic intelligunt multi ſubobſcurum Prouerbiorũ locũ: *Prou. 26.* Sicut qui proiicit lapidem in aceruum Mercurij, ſic & qui tribuit inſipienti honorem. Quæ verba ſic in Hebræo ſunt: Sicut qui ligat in funda lapidem, ſic qui tribuit inſipienti gloriam. Quoniam vt lapis natura ſua grauis cum ſit, qui & ſumma propenſione in ima tendit, tamen in funda poſitus, brachiique potentia actus ſuper altas proiicitur turres, ita modo homines, vt plurimum, qui in honoribus ſunt, non virtutibus ad illos aſcenderunt, ſed potentiſſimo brachio iactati, vnde fortaſſis hac occaſione Hiſpano ſermone cum explicare uolumus alicuius fauores dicimus, *ſuſano tiene buenos braços*. Quondam arborem *Dan. 4.* vidit Nabuchodonoſor nimia altitudine fulgentẽ, cuius proceritas contingebat cælum, ſubter eam habitabant animalia, & beſtiæ, &

in

in ramis eius conuerſabantur volucres cæli, in dignitatibus enim illi conſtituebãtur, qui uolatus dignitate, virtutibuſque pollebant, peccatores autem beſtiis effecti peiores ab his exploſi in terra morabantur officiis carẽtes. Sed modo, proh dolor id quod innumerabilium malorum cauſa eſt, beſtiæ commorantur in ramis, dum homines omni virtute carẽtes principantur aliis, hi occupantur in officiis, & dignitatibus temporalibus, ne dicam ſpiritualibus, & multa prædíti virtute, qui ad hęc volatu citiſſimo conſcendere debuiſſent, in infimis iacent, ac ſi omnibus eſſent bonis deſtituti. Quam temporum noſtrorum miſe- *Eccleſ. 10.* randam calamitatem longe ante Salomon & fleuerat, & retulerat dicens: Eſt malum, quod vidi ſub Sole, quaſi per errorẽ egrediẽs a facie Principis, poſitum ſtultum in dignitate ſublimi, & diuites ſedere deorſum. Vidi ſeruos in equis, & Principes ambulare ſuper terram, quaſi ſeruos. Dicit ergo: *Neſcitis quid petatis*, nec quod poſtulant concedit, quia nõ *2. Ratio.* fauoribus, & interceſſionibus, ſed virtutibus, & meritis iſta ſunt conſequenda. Secundo Dominus quæ expoſcunt non dat, quoniam licet illud malum non eſſet, vt dictum eſt, nec honores, & diuitiæ condemnatæ ſint, quæ multis inſtrumenta ſunt ad virtutem multũ accommodata, tamen indubie iſta periculis ſunt plena, periclitaturque virtus non modicum inter honores. Hi enim, qui aſcendunt *Pſal. 106.* vſque ad cælos, & deſcendunt vſque ad abyſſos, anima eorum in malis tabeſcit, turbati ſunt, & moti ſunt, ſicut ebrius, & omnis ſapiẽtia eorum deuorata eſt. Dominandi libido multa damna adfert, vnde eam moderari expedientiſſimum eſt, lib. primo, cap. 20. num. 6. 8. 13. 16. 25. & 32. Honor mundi bonus eſt,
4 alias illud amicis ſuis Deus non daret, ſed tamen frequenter nauiculæ paruæ ſimilis eſt homo, illi enim ſi ſuſpendas, & expandas vela, aut linteamina magna, dum nimiũ recipiunt ventum, nauiculam mergunt, & perdunt. Vela quidem ad proſperam nauigationem vtilia ſunt, & conuenientia, vt ad portum celerius nauis perueniat, ſed tamen parua nauis, paruis, aut nullis vti debet linteis, ſcapha. n. remis potius, quam velis agitur. Sic & honores homines multos, qui voluntatem eleuant, & expandunt ad mundi vanitates, mergunt in ſcelera, & in interitum. Honor vino optime comparatur, quo & viribus conſulitur, & infirmitati ſtomachi prouidetur, at capita aliqua tam ſunt debilia, quod illius exhalatio nes non ferunt, quibus valde nociuum eſt, dũ inebriati nulli rei ſunt apti. Quando honores in illis apparebant, qui naues erant magnæ de longe portantes panem ſuum, vela expaſſa illos magna cum velocitate ferebant ad cæleſtem portum, ſicut de Cæcilia, Abraham, Iacob, Ioſeph, & Heſter dicebamus, & aliis; horum enim capita modico hoc vino non perielitabantur: ſtultum autem eſt hinc colligere eoſdem honores mihi miſero, & alteri imperfecto profuturos. Sicut ſtultum eſt ex eo, quod ſtrutio ferrum digerat, illud omni ſtomacho iudicare conueniens, cum aliqui ſint ita calore deſtituti, vt nec vuam paſſam valeant digerere. Vnde Mardochæus in honore deiectus non eſt, bene autem Aman. Dauid in regno miſere corruit. Iacob loco benedictionis audiuit: Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam, hęc eadem verba, licet non eodem modo diſpoſita, audiuit Eſau, cui dixit Iſaac. In pinguedine terrę, & in rore cæli deſuper erit benedictio tua, & tamen alteri diuitiæ profuerunt, alteri vero minime, ſed ad malum illi ſunt datæ. Et quia diſcipuli imperfecti erant, quibus & iuſte timeri debuiſſet, ſi has acciperent ſedes, audierunt: *Neſcitis, quid petatis*, vel quia honoribus non bene eſſent vſuri, vel etiam ſi illis non noceret, maiori potiuntur beneficio dum eis honores, & diuitię negantur, quam ſi concederẽtur. Audite, ſi ægrotans, dum febre aduritur ingenti, poſtularet a medico aquam clamans quod ſiti cruciaretur, & moritur, & ille aduertens quot imminerent pericula ægroto, ſi in tali occaſione biberet, & ea propter ne maiorem pateretur ardorem, ne creſceret amplius ſitis, non maiori beneficio afficeret infirmum poſtulantem aquam ſibi noxiam, ſi ab eo continuo & febrem tolleret, & cum ea ſitim? Vtique maius beneficium hoc eſſet, immo primum inter beneficia numerandum non eſſet, ſed inter nocumenta. Sic & his diſcipulis, vtpote imperfectis honores, quos poſtulabant, quibus extirpanda non eſſet ſitis, ſed augenda, non concedit. Sicut enim creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit, ſic & honoris deſiderium augetur, dũ conceditur. Vnde Cyneas, vt Pyrrhum a belli ſtudio reuocaret, ſic cum illo collocutus eſt: Romani feruntur bellaciſſimi, ſed his ſuperatis, quid deinde agemus Pyrrhe? Tum Italiam, inquit Pyrrhus, totam occupabimus. Hic denuo Cyneus: Quid Italia ſubacta? Sicilia, inquit Pyrrhus, proxima eſt. Tum Cyneas: Num hic erit militiæ finis? Nequaquam, inquit Pyrrhus, ſed hæc tantum præludia ſunt ad res maiores. Supereſt Libya, & Carthago. Recte, inquit Cyneas, nam his potitus facile & Macedoniam recipies, & Græcię dominaberis. In quibus humanæ cupiditatis morbus oſtenditur, qui facit, vt ſemper irrequietis motibus homines circumagantur, nec otiũ, aut quietẽ dominandi libidine pati poſſint. Quod facilius in noſtris cordibus, quam in codicibus legimus tum Eccleſiaſtici tum ſæculares, qui hoc peſtifero detinentur morbo. Et quidem Lucifer, & Adam in gratia conditi, mille ornati bonis, & naturalibus, & gratuitis, ſi maiores honores appetentes lapſi ſunt, aliqua excuſatione digni ſunt, ſed quod mirari ſatis non poſſum, illud eſt, quod hi duo diſcipuli in ſcapha erant reficientes retia, quando ad ſupremam Apoſtolatus dignitatem vocati ſũt, quando poteſtatem acceperant calcandi ſu-

per

per serpentes, & scorpiones dæmones ab humanis corporibus pellendi, lux mundi effecti, Dei amici. Duodecim electi patres totius orbis familiares Christi, ipsius ad hominum salutem adiutores, & his non contenti, primas postulant in regno Christi. Vere non satiatur oculus visu. Hæc est ambitionis stultitia, quod homo reficiendis retibus occupatus, & piscatione cibum quæritans, si Apostolatus dignitatem consequatur, maioribus se dignum arbitratur. Et qui aratrum relinquēs acceperit coronam, & sceptrum, vt sibi debitum credit. Diuitiarum nimius amor ad multa ducit mala, lib. primo, cap. 17. nume. 12. 13. 17. 22. & 26. cap. 24. num. 11. 14. 22. & 31. libr. 2. cap. 18. num. 1. vsque ad 8. numer. 18. Diuites quanto plura habuerint bona, plura appetūt, lib. secundo, cap. 15. num. 10. & 23. cap. 17. numer. 24. cap. 18. num. 5. 6. & 23. lib. quarto, cap. 38. num. 1. 2. & 10. cap. 39. num. 29. & 30. Ambitio multorum malorum est exordium, lib. primo, cap. 20. nume. 11. vsque ad 18. 27. & 31. Ambitio, crescentibus honoribus, crescit & ipsa, quæ finem nescit, ibidem num. 18. & 30. Honorem mundanum inordinate cupientes in magna incidunt mala, ibidem num. 5. 7. 11. 12. & 15. Honores, etiamsi concomitentur iustos, pro magno bono habendi non sunt, num. 7. 20. & 21. Honores, & dignitates cōsequūtur peccatores, non iusti, quod magnum est malum, lib. septimo, cap. quinto, numer. 3. & 12. Honor est præmium virtutis, quem merito contemnunt Sancti, etiamsi aliquando ad officia assumantur in vita, lib. 8. cap. 4. numer. 1. vsque ad finem capitis. Vnde Gregorius ad summum Pontificatum electus fugit, Ambrosius mille cōmentatus est modos, vt Mediolanensem Archiepiscopatum non reciperet, fugit Chrysostomus ne in Sacerdotem ordinaretur. Immo quidam Asiæ Rex cum tolleret coronam lapidibus pretiosis ornatam dixit: O corona, corona, si sciret homo quantas tecum calamitates affers, & miserias, quantas molestias, & angustias, quanta pericula, & infortunia, vix homo dignaretur te tubleuare de terra. Etsi honorum, & diuitiarum, & dignitatum damna, & pericula uolueris perspicere, illud considera, quod beati Apostoli Petrus & Paulus duobus annis ante mortem Claudij Cæsaris Romam ingressi sunt, & tamen illorum visis miraculis nullus Imperatorū venit ad fidem, cum & post multi fuerint Pontifices Sanctitate insignes, quorum nec miraculis, nec doctrina, nec exēplis moti sunt ad suscipiendam fidem, cum viginti quatuor præcesserint Imperatores vsque ad Philippum, qui primus Christianam fidem professus est.

5 Audierunt etiam hi merito: *Nescitis quid petatis*, cum primas postularent regni sedes, quando Dominus dixerat se ascendere Hierosolymam, vbi flagellandus esset, conspuēdus, & illudendus; musica enim in luctu importuna narratio. Omnia, quę commemorat Christus, inhonora sunt, contumeliisque plena, & Christianus; immo Apostolus honores poscit, tunc accedit mulier fidelis inquiens: *Dic ut sedeant.* Si gentilis, si barbarus, tolerabile esset malum, non autem quod homo Christianus id petat, qui audit Christum dicentem: Non veni ministrari, sed ministrare. Debemus, sicut ipse ambulauit, & nos ambulare. Sic mortem mox futuram Christi Domini lugeris, sic compatimini illi, quem iam circumdant dolores mortis? Sic absentiam magistri doletis? Mira res, quando Dominus exēplo docebat suo omnium terrenorum cōtemptum, contemnendos honores, contemnēdas diuitias, contemnendam vitam. Chrysostomus illud animaduertit eleganter, quod cum mundus vniuersus interiisset diluuio, quando diuinæ indignationis memoria recens homines metu concussos a malo arcere debuisset, continuo illi vano honoris desiderio agitati aiunt: Faciamus nobis nomen, tamquam viri, qui relicto vero Oriente Deo morabantur in campo Senaar. Vnde digni effecti sunt, vt quam cito Dominus & eorum confundat linguas, & diuidat a se homines, qui incongruo tempore turrim ad cælum vsque pertingentē stulte volunt ædificare. Sic cum ait Dominus: *Ecce ascendimus Hierosolymam*, funditus euertere nititur inordinatos honorum appetitus, & cum dicente Domino quod tradetur, illudetur, flagellabitur, conspuetur, & crucifigetur, respondere debuissent: Domine doce nos amore tui, exemploque tuo honorū contemptum, renuntiationem omnium, quæ desiderantur in vita, non solum id non curant, sed & postulant in regno Christi manum dexteram, & sinistram. Inter multa, quæ in sacris litteris admiratione multa, & grandi narrantur digna, illud est vnum, quod quando actu Deus legem porrigebat Moysi, vt Iudeorum populo diuina innotesceret uoluntas, quod alteri nationi beneficium non est collatum, cum prima legis linea hæc esset: Non adorabis Deos alienos coram me, non facies tibi sculptile; Quandoque Moyses longissimis & ieiuniis, & precationibus humi cubans hæc a Deo beneficia populo impetrabat, tūc actu totus populus aureum conflauit vitulū, & adorauit, tunc nouum quærunt ducē, Moysē repudiato, non solum obliti eorum, quibus propter illos se ingesserat, periculorum in Aegypto (id enim minus esset malum) sed & eorum, quibus tunc in monte subdebatur, vt illis benefaceret, qua re Dominus & propriam, & Moysi serui sui causam agens vehementer indignatus est. Quæ autem Euangelium hodiernum narrat, maiori sunt considerationе digna. Quoniam tunc Deus loquebatur cum Moyse, populus autem rusticus, & ignorans hęc nec audiens, nec videns in valle peccat, at hic cum & Ioanni, & Iacobo diceret passiones, & contumelias suas, quibus legibus honorum valedicerent, tunc sedes postulant, digni ut audiāt: *Nescitis quid petatis.*

3 Ratio.

Hom. 30. in Gene.

Exod. 32.

Præ-

6 Præterea merito audiunt: *Nescitis quid petatis*, qui in rebus caducis huius sæculi, & præterfluentibus sedes postulant, cum in honoribus, diuitiis, &c. nulla sit firmitudo, nulla consistentia, quam sero agnoscent mali in morte dicentes: Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt illa omnia, tamquam vmbra, & tamquam nuntius præcurrens, & sicut nauis, cuius, cum prēterierit, non est vestigiū inuenire, aut tamquam auis, quæ transuolat in aere, cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius, sed tantum sonitus alarum verberans leuem ventum, & post hoc nullum signū inuenitur itineris illius. Quia spes impij tamquam lanugo est, quæ a vento tollitur, & tamquam spuma gracilis, quæ a procella dispergitur, & tamquam fumus, qui a vento diffusus est, & tamquam memoria hospitis vnius diei prætereuntis. Sic & nos nati continuo desiuimus esse. Hominum conditionem labilem explicare volens Iob, dixit: Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit uelut vmbra, quasi flos, qui aqua deficiente, continuo est marcidus, modico frigore, vehementi calore perit. Fugit vt vmbra: non ambulat, neq; currit, sed fugit, non quidem vt corpus, quod eius grauitate, & aere retardatur, sed vt vmbra. Contra folium, quod vento rapitur, &c. Arborum folia, quocumque aere ad diuersa ferantur, vel certe cadūt, & consumuntur. Et, quod amplius est, Dauid dixerat Deo cōfitens rerum terrenarum inconstantiam. Et substātia mea tamquam nihilum ante te. Homo bulla, similis dicitur bullæ, quæ modico vento dissoluitur. Euripides dixerat huius vitæ felicitatē durare vnum diem, & eodem gloriam in ignominiam commutari. Sed quia dixerat durare vnum diem, Demetrius Philosophus reprehēdit illum, quod instans nominare debuisset, non diem. Pindarus autem, dum amplius hominum fugacem vitam indicaret, noluit eum vmbram vocare fugientem, sicut Iob, sed vmbræ somnium. Mirabile dictu, hyperbolice dictum pulchre, quod cum vmbra solam habeat apparentiam, sit inanis, adhuc hoc nomine in dignum iudicauit hominem vocans eum somnium vmbrę, quod minus esse intelligimus. Vita hæc, etsi longa appareat, in qua mille annis viuat homo, re vera breuissima est, li. 18. cap. 17. nume. 16. 18. 20. & 22. Vita hæc perquam breuissima est, perquam vento similes transuolare dicuntur homines, num. 12. & 16. Vita hæc theatralibus scęnis similis est, vbi qui personam agit Regis, iudicis, &c. finita scæna, non apparet, num. 10. Vitæ huius dies mensurabiles posuit Deus, id est, breues, vel quatuor digitorum, vt Græca lectio habet, nu. 1. Vnde qui in hac vita sedes postulant, recte audiunt: *Nescitis quid petatis.*

Sapient. 5.

Iob 13

1 Ratio. 7 *Nescitis quid petatis* dicitur his, qui & sedes, & requiem postulant in honoribus, in officiis, in primatu, in quibus impossibile est illā reperire. Quod eleganter probat Augustinus fola experientia illud docente. Quæ patiūtur homines, ait, pro falsis honoribus, pro uanis diuitiis, quanta pro ludicris affectionibus, soles, imbres, glacies, fluctus, & procellosissimas tempestates, vt in sceleratissimo Catilina videre licet. Vnde Dido apud Virgilium dixit: Heu furiis incensa feror. Nec mirum id est, cum seruiant homines Diis alienis, qui requiem non dant eis die, neque nocte. Non id experiuntur peccatores, onus Aegypti, quod vidit Esaias Propheta, non qui in Iudęa sunt, & Babylone, sed iusti, qui in Hierusalē, & pacis visione morantur. Vnde Chrysostomus edisserens locum Psalm. 37. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, ait: Illusionibus dicit repletos lumbos, hoc est, vmbris voluptatum, quia re vera sola imaginatio, & illusio delectationis reperitur in officiis, honoribus, licet mali id non sentiant, de quibus scriptum est: Sicut somniat esuriens, & comedit, cum autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius, & sicut somniat sitiens, & bibit, & postquam fuerit expergefactus lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est; Sic erit multitudo omnium gentium, quæ dimicauerunt contra montem Sion. Cum ergo Gigantes gemant sub aquis, qui sedere in his se credunt, stulti sunt. Prelatorum onus etiam Gigantinis humeris formidabile est, & Angelicis humeris terribile, lib. 14. cap. 30. num. 12. Prælati, dum honorem assecutos se credunt, non onus, gregem Dei non pascunt, sed se deliciis occupati, ibidem num. 4. & 5. Mali sōno dediti quæ patiuntur, non sentiunt incommoda, libr. secundo, capit. 17. numer. 13. Vnde Antigonus Macedonum Rex videns filium suum in subditos ferum dixit illi: An ignoras, fili, regnum nostrum esse splendidam seruitutem? Mali in his noctes numerant, & laboriosas, & vacuas. Nesciunt etiam quid petunt, qui volunt exaltationem absque labore, libr. 8. cap. 8. num. 23. *Nescitis quid petatis*, quia omnes in cęlo stant coram Deo Angeli, seniores, &c. & vos vultis sedere, libr. primo. ca. 23. nume. 34.

Aug. libr. de patient.

Hiere. 16

Chr. ho. 5. ad Hebr.

Psal. 37.

Aeneid. 4.

Esa. 29.

Iob. 26.

Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei. Possumus. Dulce bellum inexpertis; facile quidem promittunt homines sæpe, quæ postea multa cum difficultate implent. Sicut Iudæi aiebant: Omne, quod locutus est Dominus, faciemus, & tamen cum occasio instaret id faciendi, filij Ephrem intendentes, & mittentes arcum conuersi sunt in die belli. Dei consilium in æternum stat homines autē promissi pœnitet, & mutantur, lib. 4. cap. 25. num. 1. & 3. 8

Exod. 19.

Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam, uel ad sinistram non est meum dare nobis. Dei voluntas semper est bona, beneplacens autem, & perfecta est, quando consulit tantum vtilitatibus nostris, non desideriis, lib. 13. cap. nono, nume. 3. Vtilitati autem horum consulens, non solum de calice suo bibituros eos dicit, sed bibituros calicem. 9

Iusti

Iusti enim, qui imperfecti sunt, diuina implentes mandata bibunt de calice, quoniam honorum, diuitiarum, & gloriæ bona semper in eis manent; at qui bibunt calicem inebriantur illo, & sicut ebrietas facit homines obliuisci, sic illi obliuiscuntur mundanorum operũ, & dignitatum, non diligentes mundum, neque ea, quæ in mundo sunt. Ebrietati sancta alienata mẽs oculos habet pulchriores vino, quæ & oblitionem præstat vanarum delectationũ lib. 5. cap. 1. nu. 16. vsque ad 18. Dicit autem Dominus: *Sedere autem non est meum dare uobis* ambitiosis, & imperfectis, vel titulo cõsanguinitatis, vt vos arbitramini. Hoc enim Prælatorum proprium est, ne diuitiis, & bonis, quæ habent, vt pauperibus distribuant, abutãtur, ditando consanguineos, lib. 14. ca. 30. nume. 3. & 5. Episcopi temporalia habent, non vt consanguineos ditent, sed vt pauperibus largiantur, lib. quinto, cap. 11. num. 13. & 19. Episcopi cupiditate cæcati currunt ad Ecclesiasticas curas sine cũris victuri, lib. quinto, capit. 11. nume. 20.

10 *Audientes decem indignati sunt de duobus fratribus, &c.* In duobus Apostolis, & in decem omnium imperfectionem consilerare expediens est, cum fere tribus annis in schola Christi conuersantes tanta audierint verba, tãta viderint facta, quibus ad contemnendos honores moueri potuissent. Quo Euangelio Ecclesia vtitur, vt intelligamus quod nullus repente fit summus. Nec indignari quis debet his, qui confessionibus, & communionibus exercitati non continuo Sancti sunt, si aliquas viderint imperfectiones. Non hac doctrina vti debent tepidi, & negligentes, sed is erit huius doctrinæ vsus, si in Sanctis minima videntes nec eos negligere, nec iudicare, aut eorum bona condemnare debeamus. Sancti permittente Deo peccata aliqua habent parua, quibus erudiantur, lib. 9. ca. 18. num. 8. & 9. li. 14. cap. 10. num. 6. Prius lacte vtimur infantiæ, vt deinde ad solidum deueniamus cibũ. Prius audiunt iusti: Bibite amici, post hęc autem inebriantur charissimi. Primum non tanta abundantia virtute potantur, vt in Deum transformentur statim. Sponsa dicit: Meliora sunt vbera tua super vinum, adolescentulæ autem, quæ nondum ad id perfectionis peruenerunt, dicunt; Diligemus vbera tua super vinum, vel ut nostra habet lectio; Memores vberum tuorum super vinum, id est, nondum eam perfectionem assecuti sumus, vt experientia teste innotuerit nobis meliora esse vbera tua super vinum, sed quæ vbera tua diligimus, plusquam vinum, eorum memoramur dulcedinem, ad id perfectionis speramus peruenire. Virtus perfecta quando carnalia non delectant, imperfecta autem quando repudiãtur etiamsi delectant, lib. 2. cap. 7. num. 38. In virtute alij sunt perfecti, alij imperfecti, lib. 5. ca. 8. num. 1. vsque ad 3. 11. & 12. lib. 18. c. 9. nu. 6. cap. 13. num. 4. Virtus, relictis prius vitiis, paulatim ab imperfecto ad perfectum inuestigan

illud

da est, lib. 9. cap. 22. nume. 9. 16. 23. 27. & 28. Virtus non statim est perfecta, sed paulatim perficitur, li. 18. cap. 8. num. 6. In virtute exordium, & perfectio designatur cum homini dicitur, quod ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet, li. 18. cap. 9. nu. 8. In virtute inci pientes, proficientes, & perfecti explicantur tribus nominibus Salomonis, & in tribus libris, quos edidit, num. 9. Nemo miretur, si im perfectiones viderit in Sanctis, spiritus enim Domini eleuauit Ezechielem inter terram, & cælum, non ad cęlum, sed ita, vt vtrumq. parti cipet extremum. Hęc est hominũ sæcularium stultitia, vt quam primum considerauerint virum religiosum, aut Ecclesiasticũ, aut alterũ quemcumq. qui Sacramenta frequentare nõ desinit, si illum viderint aut ludentem, aut ridentem, aut ira commotum, hoc illis prouerbium est dum irridentes dicunt: Etiam sãcti rident, indignantur. Cum tamen obtenebrentur Stellæ caligine eius. Quod contingit his, qui iam in magnis virtutibus splendẽt, quibus culpæ relinquũtur leues, vt sic melius mens ad virtutem proficiẽs se humiliet. Quã de causa in tribu Ephrain viuus remãsit Chanaan, sed tributarius. Vt inter multas virtutes peccata aliqua venialia uiuant, sed hæc tributum soluunt, quia per illa nostram infirmitatem agnoscimus, dicente Deo: Hæ sunt gentes, quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem. Hi discipuli in schola Domini imperfecti nos negligentes reddere non debent, sed consolari, ne imperfectionibus nostris visis nimium contristemur.

Hier. lib. 3. in Ezec. c. 1.

Iob 3. Greg. 4. moral. c. 22.

Iosue 6.

Iudic. 3.

11 *Decem indignati sunt de duobus*, horum taxantes ambitionẽ. *Hæc* enim est hominum miseria propria obliuisci peccata, & alienis indignari, sicut & illis accidit, qui mulierẽ accusãt adulteram, cum ipsi peccatis essent pleni, quæ Dominus scribebat in terra, vt ea perspicientes alienis non indignarentur, sed compaterentur. Falsa enim iustitia indignationem habet, vera autem compassionem. Hi duodecim etiam spiritu ambitionis agitati indignantur, quia si duobus daretur Domini sinistra, & dextera, priuarentur ipsi illa. Est enim ambitio malum ingens. Sicut enim Caietanus ait, hæc ratio Aaronem mouit, ut instante populo vitulum aureũ conflaret, ne Summi Põtificis officio pelleretur: ambitio enim nullum peccatum, quantũcumque atrox, intentatum relinquit. Coniurauerunt multi contra Moysem, & Aaron olim indignati, quod eis summus exhiberetur honor, coniuraueruntque contra illos, at modo cum duo præferri volunt aliis decem, indignantur isti ambitionis morbo laborãtes.

Ioann. 8.

Caiet. in Exodum.

FE-

FERIA QVINTA post Secundam Dominicam Quadragesimæ.

Euangelium.

Homo quidam erat diues, & induebatur purpura, & bysso. Luc. 16.

1 *Ser. 5. Dominicæ 2. in Quadrag.*

CHRYSOSTOMVS tomo 2. concione quarta de Lazaro (vbi homil. quinta. In Lucam, & per quatuor homilias sequentes eleganter enarrat Euangeliũ hoc) inter multa alia ait: Ex narratione diuitis, & Lazari plurimũ fructus nasci video, cum diuitibus, tum pauperibus, tum his, qui propter improborum felicitatem, tum illis, qui propter iustorum inopiam, & afflictionem conturbantur. Neque enim vlla res perinde solet hominum vulgus offendere, ac perturbare, vt quod diuites praue viuentes multa fruantur prosperitate, contra iusti cum virtute vitam agentes ad extremam redigantur inopiam. Verum Euangelij huius enarratio sufficit, ad prędanda remedia, diuites quidem redigens ad sobrietatẽ, pauperes vero in præsentibus malis consolans, & illos quidem admonens ne efferantur, tollantque cristas, quoties peruerse viuentes hic pœnas non dant, cum alibi eos maneat grauior cruciatus, hos uero consolans, ne alio rum felicitate conturbentur. Hanc parabolam inscribite diuites pariter & pauperes, diuites quidem in parietibus animæ vestrę; magis autem pauperes coram oculis mentis vestræ semper circumferte, & erit vobis documentum, materiaque totius Philosophiæ. Sic enim nec huius vitæ lęta poterunt vos inflare, neque tristia prosternere, sed non aliter quam afficimur picturis in pariete additis, erga hæc vtraque afficiemur. Sicut enim conspicientes in pariete pictum diuitem, ac pauperem, nec illi inuidemus, nec pauperem despicimus, eo quod quæ videmus umbra rerum sunt, non ueritas, sic & diuitiarum, & paupertatis, gloriæ, & ignominiæ, aliarumque rerum omnium, siue tristium, siue lætarum naturam si pernouerimus, liberabimur a turbatione, quæ ex harum vnaquaque in nobis gigni solet. Hæc enim omnia quasi umbra fallaciora sunt: cumque Pharisæi auari irriderent Dominum per parabolam dispensatoris iniqui, & per ea, quæ illi parabolæ subiecit blande inuitantem ad hoc, vt benignitate in egentes omnes pararent sibi ęterna habitacula, & idonei redderentur quibus uere bona, & thesaurus uitæ æternæ committerentur, quo irrisores illos iam cohiberet, & metu percelleret, terribile quoddam diuitis cuiusdam exemplum proponit, quo & a facultatum abusu deterret, & ad benignitatem quodammodo compellit. Bona temporalia velut in somnis apparent magna, cum reuera talia non sint, lib. primo, cap. 17 nume. 22. & 23. lib. secundo, capit. 19. numer. 30. & 31. Bona temporalia figura, vmbra, & somnus sunt, lib. secundo, cap. 15. num. 14. 21. vsque ad 23. & numer. 43. capit. 18. numer. 16. cap. 19. numer. nono, & 30. Bona temporalia sola magnipendunt peccatores, quę cũ a Deo acceperint ipsi grati sunt, libr. secundo, capit. 15. numer. quarto, 48. 49. 53. vsque ad 55. & numer. 62. cap. 16. num. 24. 25. & 28. cap. 18. num. 25. cap. 19. numer. quinto. 22. usque ad 25. Bona temporalia, quasi in somnis possident homines, euigilabunt, & cuncta euanescent, vt huic contigit diuiti, lib. secundo, capit. 15. nom. 50. & 51. cap. 16. numer. 22. & 23. cap. 19. nume. 9. 30. & 31. Bona temporalia bona sunt manus sinistræ, non dextræ, unde sæpe amicis negantur & dantur inimicis, ab his magni pẽduntur, ab illis contemnuntur, libr. secundo, capit. 16. nume. 24. vsque ad 26. & 28. cap. 19. num. 14. 22. usque ad 25. lib. 14. capit. 41. num. 12. & 13. Bona temporalia contemnunt Sancti, eo quod uiderint ea a Deo concedi peccatoribus, lib. secundo, cap. 16. numer. 35. & 36. Bona temporalia dat Deus peccatoribus, ut diuina ipsius bonitas pateat, lib. secundo, capit. 18. nume. primo, & secundo, lib. 14. cap. 20. num. 12. Bona sua iniusti in hac vitã habere desiderant, iusti autem in futura, lib. secundo, cap. 17, num. 20. usque ad 23. cap. 19. nume. 6. usque ad 8. 15. usque ad 19. 22. usque ad 25. capit. 20. numer. vndecimo, usque ad 14. libr. quarto, capit. 41. numer. 11. libr. nono, cap. 14. nume. 13.

2 *Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus, cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat.* In his uerbis diuitis, & Lazari, quæ concomitauerint in hac uita enarrat Dominus, in quibus id in primis considerandũ est, quod diuitem hunc luxui, & deliciis deditum hominem uocat, Lazarum uero & paupertate pressum, & ulceribus plenum, & fame tabidum, hominis nomine indignum arbitratur, Angelique appellatione dignum. Cum odia, dissensiones, & schismata Corinthiorum argueret Paulus, aiebat: Nonne cum tales sitis homines estis, & secundum hominem ambulatis? Qui si huiusmodi carerent passionibus utique nec homines compellarentur, nec secundum hominem ambularent. Bona temporalia, qui pro magnis bonis habent, homines uocantur in Euangelio, libr. secundo, capit. decimo sexto, nume. vigesimo octauo, capit. decimo nono, numer. quinto. Homines dicuntur aliquando in sacris litteris, qui humanis affectibus dediti sunt, qui vero his

non detinentur affectibus, Angeli vocantur, lib. octauo, capit. secundo, numer. septimo, 12. & decimo tertio. Homines dicuntur aliquando in sacris paginis, qui carnaliter viuunt, ibidem numer. decimo quarto. Præterea Dominus proprio nomine vocitat iustum dũ ait: *Erat quidam mendicus nomine Lazarus*, diuitis autem commemorans conditionem proprium reticuit nomen, non solum propter rationem, quam communiter docent Sancti asserentes sceleratos homines, qui præclaris in mundo gaudent titulis, apud Deum nomine carere, qui ait: Nec memor ero nominũ *Psalm.* eorum per labia mea, qui iustis dicit: In *Esa. 49.* manibus meis descripsi te, impios nec nominare dignatur, ne sceleratorum nominibus diuina bonitas deturpari videatur. Sicut enim sacrum Domini nomen polluto peccatorum *Malac. 1.* ore assumi non vult, dum ait: Nomen suum, quod magnum est in gentibus pollutum esse & contaminatum a Iudæis male viuentibus, ita nec Dominus nominibus peccatorum libenter vtitur, qui solos iustos vocat ex nomi- *Exod. 31.* ne. Peccatores Dei memoria indigni cũ sint, non commemorantur eorum generationes, lib. quarto, cap. vigesimo sexto, nume. quarto. Iusti soli numerari dicuntur a Deo, non pec- *Lib. 14. c. 3. num. 5.* catores, li. decimo octauo, ca. decimo quinto, numer. 25. Deus dicitur cognoscere iustos solos, ignorare autem peccatores, libr. quarto, capit. 26 numer. tertio, quinto, & 13. Hac ratione quasi nomen diuitis ignorasset, reticuit illud, cum Lazari iusti nomen tam gratanter commemorasset. Nec id solum Dominus in re hac intelligendum docuit, sed illud fortassis potius, quod cum diuitis perditã vitam, delicias, splẽdidam mensam, indumentorum excessum, crudelitatemque memoraturus esset, nomen reticuit, quo Dominus eius consuleret famæ, ne mala illius omnibus proderentur, cum autem pauperis patientiam, æquum in aduersis animum, tolerantiã in malis, in aduersa valetudine modestiam, tantam hominis virtutem, quod in scelerato diuite conspiciens tanta sæculi bona turbatus in nullo est, cum Regius Vates uir se- *Psalm. 72* cundum cor Dei turbatus dixisset: Mei autem pæne moti sunt pedes, pæne effusi sunt gressus mei, quia zelaui super iniquos pacem peccatorum uidens. In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, transierunt in affectum cordis. Et post multa: Existimabam ut cognoscerem hoc, labor est ante me, donec intrem in Sanctuarium Dei, & intelligam in nouissimis eorum. His mouebatur Dauid aliquibus calamitatibus pressus, cum Rex esset potentissimus, & prospectaret peccatorum prosperitatem. Et Hieremias quasi ira per- *Hiere. 12.* citus aiebat: Iustus quidem tu es Domine, si disputem tecum, verumtamen iusta loquar ad te. Quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus, qui preuaricantur & inique agunt? Plantasti eos, & radicem miserunt, proficiunt, & faciunt fructum, prope es tu ori eorum, cum tamen sis longe a renibus, & corde eorum. Hæc pauperis mendici eximia virtus fuit, ut ulceribus plenus uidens diuitem morbo carentem, cupiens implere ventrem de micis, quæ de mensa diuitis cadebant, dum epularetur quotidie splendide, nec id consequeretur, prospectans eum indutum purpura, & bysso, seque nudum, omnia æquanimiter tulit, nec verbum dixit impatientiæ: & quia tantas mendici uirtutes cõmemoraturus esset Dominus, prolaturus mirificas eius laudes, eum dicit Lazarum vocari, vt cognosceretur. Qua in re Dominus docere nos voluit, quod cum alicuius uirtutes volumus commemorare nomen eius recte exprimimus, at illud supprimendum esse, cũ alicuius exponenda sunt uitia. Sicut & cum *Luc. 7.* mulieris, quæ in ciuitate erat peccatrix, a qua & Dominus septem dæmonia eiecerat, miseram uitam commemorasset, eius nomen reticuit, cùm autem post eius conuersionem mirandas ipsius uirtutes, fidem, dilectionẽ, contemplationem, animum Deo uacantem retulisset, eam ex nomine Mariam Magdalenam uocauit. Quæ autem de diuite peccata commemorat, ea sunt, ut eum dicat indui purpura, & bysso, & epulari quotidie splendide. Hominem quendam proponit diuitem, qui diuitiis suis humano iudicio non videbatur abuti, sed ad ea, illis vtebatur, ob quæ fere homines ambiunt diuitias, & ad quę si partas, aut concessas diuitias accommodauerit quis, laudari solet ab hominibus mundanis. Si quem enim viderint non recondentem semper diuitias, sed eas expendentem in pretiosas, & pulchras uestes, & splendida conuiuia, hunc ueluti dignum fortunæ bonis prædicare solent. Tria ergo huic homini Dominus tribuit, quibus homo in hac uita iudicatur esse beatus, diuitias, & ex diuitiis paratas pretiosas uestes pertinentes ad splendorem, & gloriam apud homines, & conuiuia quotidiana pertinentia ad carnis voluptatem. At in his tribus tria illa obseruare licet, quæ Ioannes dicit esse in mundo, concupiscentiam carnis, & concupiscentiam oculorum, & superbiam uitæ. Et his tribus diuitis conditionibus opponuntur tres alterius conditiones diuersę. Nam ei, quod dicitur: *homo quidam erat diues*, opponitur: *Et erat quidam mendicus*. Et quod dicitur: *Qui induebatur purpura, & bysso*, opponitur: *Qui iacebat ad ianuam diuitis ulceribus plenus*. Pro splendore ergo, & mollitie uestium diuitis, huic aderat abominatio, & dolor vlcerum, totum corpus eius in modũ vestimẽti obtegentium. Ei autem quod dicitur: *Et epulabatur*, non certis diebus, & aliquando, sed *Quotidie splendide*, opponitur: *Cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis*. In quo notatur urgens necessitas istius men-

mendici. Tantum enim aberat vt epularetur, vt præ nimia fame cuperet vel felicitatem canum sibi contingere. Vestium luxum *Matt. 11.* nimium, & superfluũ pro crimine Dominus diuiti dat, sicut & Ioanni pro laude, quod mollibus non indueretur, sed asperrimo cilicio ex pilis camelorum confecto. Non hu- *Prou. 31.* ius vestimentis congaudet, qui dixerat. Byssus, & purpura indumentum eius, & ridebit in die nouissimo: virtutum enim ornatum Salomon commemorans finem dixit risum in die nouissimo, hunc autem indutum purpura, & bysso dum Dominus refert, cum eum ardentem commemorauit non in die nouissimo solum, sed continuo dum mortuus sepultus est in inferno. Diuitis quidem vitia hæc erant, quod diuitiis sibi ad dispensandum concessis abusus sit, expendens eas tantum ad ambitionem, & voluptatẽ, quod carnis tantum curam habuerit, non autem animæ, quod pauperis non sit miseratus, idque eius, qui tam erat calamitosus, cuiusque inopiam, & calamitatem non potuit ignorare, vtpote qui ad ianuam eius iaceret, oculis eius semper expositus, & cum tam esset potens in nullo moueretur ad subueniendum ei, qui tam erat miser, ut uel saltem idem beneficentiæ illi præstaret, quod canibus suis, inhumanior etiam canibus, qui, quod potuerunt, misero præstiterunt lingentes vlcera eius, negligentissimus salutis animæ suæ, vt qui nec de damno pereũtium micarum cogitauerit facere lucrum, quod vt faceret, mendicus cupiuit. Mendici autem virtutes fuerunt, quod summam illam & paupertatis, & ægritudinis miseriam patienti animo tolerauerit, idque non solum cum apud se esset, sed & cum coram cerneret maximam illam diuitis abundantiam, & felicitatem, atque eiusdem in se tam inhumanam experiretur immisericordiam, etiam a canum facto condemnatam, cui male precatus non est, quodque summa cum modestia tantum de micis saturari cuperet, nec tantillum quidem importunitate obtinere contendens, sed miseriæ suæ ostentatione potius, quam clamore mendicans: nec irritabatur, cum experiretur canes hominibus humaniores, sed consolabatur, cum sciret humanam felicitatem multorum malorum esse occasionem, lib. sexto. capit. nono, nume. octauo, duodecimo, & decimotertio. Micas deside rabat, vt sumpto cibo moderate, vacaret Deo, luxuriamque frenaret, lib. primo, capit. primo, numer. primo. 42. & 56. Cernens conuiuia periculis esse plena, diuiti non inuidebat, ibidem numer. 50. Caro sterilis est in iustis, fęcunda autem in peccatoribus, libr. primo, cap. vigesimo secundo, nu. vndecimo, & quod caro delicate nutrita animam consumit, libr. secundo, capit. quinto. numer. vigesimo septimo, libr. tertio, capit. primo, numer. decimo septimo, & decimo octauo, lib. 18. capit. vndecimo, numer. quinto. Carnem pascit sterilem, & viduæ bene non facit, qui animæ bonis contemptis, in desideriis corporis explendis versatur, libr. secundo, capit. 17. numer. 23. Carnis curam habebat Lazarus qualem habendam docuit Paulus in necessariis, non in desideriis, prouidere volens necessitati humanæ non voluptati, libr. tertio, capit. primo, numer. 13. 14. 17. 18. 50. & 51. Nudusq. Lazarus, dum corpus spiritui subiiciebat propter Deum, recte indutus purpura, & bysso potest uocari, libr. tertio. capit. primo, nu. 23. Carnis enim uoluptatem sequentes recte pecoribus comparãtur, ibidem numer. 37. & 59. Perpendebat mendicus, quod in carne dicuntur esse & Deo placere non possunt, qui eius concupiscentias sequuntur, libr. tertio, capit. primo, numer. 43. & 44. In qua non sunt iusti, dum eius concupiscentiis non obediunt, ibidem. Vnde quia caro eius deserta erat mundanis deliciis, & concupiscentiis, in Sancto apparere potuit Deo, lib. tertio, capit. primo, numer. 45. Caro mollibus, anima autem duris nutritur, ibidem numer. 52. Pauperes, & diuites audiant sibi dictum, quod de manna scriptum est: Qui multum habuit, non abundauit, & qui modicum, non minorauit, lib. 14. capit. tertio, numer. nono. Pauperes non minus fruuntur necessariis, nec hi superiores sunt illis in his, quæ natura concessit humanæ uitæ necessaria, ibidem nume. primo. & 2. Non inuidebat Lazarus diuiti. Qui enim diuites peccatores honorat, & pauperes Sanctos despicit ignorat iudicia Dei, lib. quarto, capit. 17. numer. quarto, & 13. lib. sexto, cap. vndecimo. numer. tertio, usque ad quintum. Lazarus non inuidebat diuiti, perpẽdẽs quod verus dives est, non qui multa habet bona, sed qui non eget multis, pauper autem nõ cui nihil esset, sed qui multa concupiscit, libr. 4. capit. 38. numer. quarto, quinto, 16. & 17. Contra diuites auaros, superbos, deliciis deditos, pauperum iniuriatores acriter inuehunt Sancti, lib. quarto, cap. 39. nume. primo, vsque ad finem capitis. capit. 41. numer. 7. Primum, cum miserandum hunc hominem 4 describere vellet Dominus, eum diuitem appellat, cui sicut multis aliis innumera mala pepererunt diuitiæ, lib. quarto, capit. 39. nu. secundo, capit. 40. nume. quarto, 7. & octauo. capit. 42. numer. quinto. Diuites periclitantes in mundo, ne iacturam patiantur bonorum, ea transferant in nauem pauperum horum miserias subleuando, libr. quinto, capit. decimo, nume. vndecimo. Diuitum duritiam vix emollire possunt pauperes necessitate pressi, etiamsi Lazarus ulceribus plenus iaceat ad ianuam diuitis, ibidem numer. vndecimo, lib. 14. capit. tertio, numer. decimo, vsq. 12. & 21. Hos damnauit mulier Sareptana pauper, quæ cum tantum haberet modicum farinæ in uase, Eliam pauit, libr. quinto, capit. 10. nume. 22. & 34. Diuites cum tanta dent parasitis, & scortis, & mensis, & luxui, si pauperem videant paupertatis metus illis inci-

dit, lib. quinto, capit. decimo, numer. 34. & 77.

Luc. 12. Cumque innumeris abundaret bonis, nec mi cas a mensa cadentes Lazaro porrigebat.

Diues alter Euangelicus, cum diuitiis, & frumento plena essent horrea, illa destruere dũ meditaretur, vt maiora faceret qui de eleemosynis erogandis nõ cogitabat audiuit merito: *Stulte hac nocte repetent a te animam tuam, quæ autem congregasti, cuius erunt?*

Sapien. 4. Et raptus est subito animaduersione magna dignus, non ut iustus, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animũ illius, sed quia alendorum pauperum oblitus, de extruendis horreis cogitabat, & de conseruandis, & augendis in futurum bonis secũ tractabat, dignus qui audiret: *Stulte hac nocte repetent a te animam tuam*, vt bonis his priuatus ad summam in morte pauperiem redigaris. Diues autem hic purpuratus epulis deditus, & luxui, cum Lazarum uideret ad ianuam & vlceribus plenum, & mendicantem, & egentem ita ut *cuperet implere uentrem de micis, nec acciperet, cum ille & indueretur purpura, & bysso, & epularetur splendide*, non certis diebus statutis, vt accidit frequenter, *sed quotidie*, diuitias habens congregatas in malum suum. Vocatur diues, indignus quidẽ hoc nomine, sed quod illi dedit Deus vt locutionem communi hominum sæcularium vsui accommodaret, cum re vera diues non esset vocitandus is, cuius anima ad summam pauperatem redacta virtutibus carens miser esset, & miserabilis, cæcus, pauper, & nudus, sicut Episcopo Laodiceæ scripserat Ioannes

Apoc. 2. suadens ei, vt emeret aurum ignitum probatum, ut locuples fieret, & vt vestimentis albis indueretur, ne appareret confusio nuditatis suæ. Diuites veri tantum illi sunt, qui virtutibus abundant, lib. secundo, cap. 15. num. nono. vndecimo. 26. vsque ad 28. 43. 62. 65. & 66. capit. 18. numer. 19. & 20. libr. quarto. capit. 28. num. quinto, nono, 12. 15. 18. & 23. Diuitiæ insufficientes sunt, vt a malis liberent earum possessores, libr. secundo, capit. decimo quinto, numer. 43. & 65, capit. 18. numer. 13. capit. 19. numer. septimo, libr. quarto, capit. 38. numer. primo, & secundo. Diuitiæ & paupertas solis nominibus inter se differunt, tristitiamque, & voluptatem pariunt tantum secundum hominum opinionem, libr. secundo, cap. 15. numer. 23. capit. decimo octauo, nume. 20. cap. 38. libr. quarto. numer. quarto, vsque ad sextum. Ex hac etiam diuitiarum abundantia aliud etiam huic diuiti nocumentum aduenerat, quod indueretur, scilicet purpura & byssо: indumentorum enim abundantia, & superfluitas in diuitibus, cum a Domino inter diuitis huius mala enumeretur merito ab omnibus debet taxari, etsi quidem in diuite purpura, & byssus damnantur, quæ habere poterat absque pauperum præiudicio propriis vtens facultatibus ad nimium corporis ornatum, qua ratione inter grandia Reipublicę & mala, & inconuenientia non connumerabitur, quod homines pauperes, plebei, horumque vxores vestium superfluitate utãtur multis quæsitis modis, qui Christianum hominẽ dedecent, vel non soluendo ea, quæ debent, iniuste detinendo, aut etiam rapiendo aliena, vsuras accipiendo, uel merces quas uili uendant pretio, contractibus, quos vulgus, *mohatras*, appellat. Horum omnium, aliorumque plurium origo est hæc, quod indui purpura, & byssо & potentes, & nobiles, & reliqui de media plebe uolunt, quos Euangelium hodie rnum acriter condemnat in Epulone hoc diuite in inferno sepulto, innumeris tormẽtis excruciato: cum gentiles solo lumine naturæ vsi docuissent indumentis, & victu vtendum esse ad necessitatem, non autem ad vanitatẽ, aut uoluptatem, libr. secundo, cap. 15. numer. nono, & 10. capit. 16. numer. 6. Indumenta serica & deaurata acriter taxabant Sancti, lib. nono, cap. secundo, numer. secundo, vsq. ad 9. In indumentorum superfluitate superbiũt diuites, pauperibus neglectis, qui nudi sunt, ibidem nume. tertio, & 19. Et late de indumento rum abusu, feminarumque ornatu, & luxu, quæ omnia acriter a Sanctis reprehenduntur, differitur toto secundo capite, libr. 9.

Tertium Diuitis peccatum illud narrat Euãgelista, quod *epulabatur quotidie splendide*. Conuiuiorum enim apparatus, quibus nacabant filij Iob, cum iusti essent, & ab optimo parente non mediocri cura educati, sanctum Patriarchã ita meticulosum reddiderunt, & timidum, vt pro ipsis conuiuantib. sacrificia Deo per singulos offerret dies. Vt. n. luxuria frenetur, vt Deo vacare possit homo, cibus moderate sumendus est, li. 1. c. 1. nu. 1. 42. & 56. Nec id solum Christiani, sed & Philosophi propter multa id & efficiendum docuerũt, & mira ipsi abstinentia claruerunt, immo & vniuersi homines ab orbe condito usque ad diluuium per bis mille, ducentos, & amplius annos carnes omnino non gustarunt, leguminibus, fructibus, & herbis vtentes, aut piscibus, li. 1. c. 1. num. 9. & 10. & 58. lib. 8. cap. 3. nume. 2. Abstinentia enim cum homine cæpit cui in paradiso esus fructuũ. neq, vero is omnium sit concessus, li. 18. c. 16. num. 1. Gulæ serui sunt, qui dediti edacitati viuunt, qui autem gulę, & crapulæ dediti sunt, inhabiles reddũtur ad bene operandum, li. 1. c. 1. num. 2. 4. 27. 29. 30. 35. 42. & 55. Lazarus autem vlceribus plenus, nudus, nec micis saturatus commendatur, qui his malis liber erat, quæ in diuite acriter condemnantur. Vlceribus autem plenus in hac graui infirmitate multa habebat conuenientia, quibus consolabatur. lib. 5. cap. nono. late de re hac differitur, titulus enim capitis is est, quod ægritudo corporis multa habet cõuenientia, quibus consolandi sunt infirmi, sed potissime consule numer. 4. 8. vsque ad 12. Aegrotantes Sancti fortiores, & meliores erant, quam cum sani degerent, rectęque ualerent, ibidem num. 23. & 24. ut in Lazaro cõspicuum est.

Fa-

5 *Factum est autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno.* In quibus verbis, eorumque ordine illud in primis animaduertendum est, quod primus Lazarus vitam finierit miseriis, & ærumnis plenam, deinde diues decesserit bonis omnibus carẽs. Descripsit Dominus in superioribus diuersas pauperis, & diuitis conditiones in præsenti tempore, nunc ostendit vtrumque eundem excepisse in hoc sæculo finem, ac post eum vices rerum in ipsis mirabiliter esse inuersas in futuro sæculo. Prius mortuus est mendicus, vt intelligamus, Deum cito ipsum huius vitæ calamitatibus exemisse, ac per nimias calamitates mortem ipsius celerem obtigisse, diuitem vero per prosperam valetudinem, & omnium rerum affluentiam matura morte decessisse, ac Deum illi diutius concessisse suã in hoc mundo felicitatem, quam pauperem in hoc permiserit mundo affligi. Magis enim festinat Dei benignitas afflictos eximere doloribus, & æterna quiete donare, quam ipsius iustitia festinat felices in hoc mundo eripere sua felicitate, & æternis tradere cruciatibus. Expectat enim eos ad pœnitentiam, cuius patientem expectationem, si negligant, efficiũt, vt diuinæ in illos vltionis innotescat magis

Matth. 25 iustitia. Sic cum Dominus apud Matthæum, variam impiorum, & iustorum sortem vellet describere, adhibita parabola talentorũ, quæ Dominus seruis suis exhibuerat, vt negotiarentur, cum creditæ pecuniæ ratio exhibenda foret, vocatus primum est, qui quinque talenta acceperat, qui & alia quinque superlucratus fuerat, vt super multa constitueretur bona, nouissimus autem omnium vocatus & damnatus is fuit, qui vno talento accepto, dormiens negotiari contempsit, quæ in propriam vtilitatem illi Dominus iusserat. In quibus id perpendere debes, Deum optimum maximum promptiorem esse ad miserendũ, quam ad puniendum, maiori propensione agi

Matth. 25 vt prius, & potius pietatis opera demonstret, quam indignationis. Sicut in iudicio prius dicturum Dominum iustis retulit Matthæus: Venite possidite paratum vobis regnum a cõstitutione mundi, quam diceret impiis: Ite maledicti in ignem æternum. Deus pronior ad miserendum, quam ad puniendum, libr. 2. cap. 11. numer. 1. 4. vsque ad 9. 19. vsque ad 21. 25. & 26. lib. quarto, cap. 6. num. 9. & 16. cap. 7. num. 3. 4. 6. 9. 12. 14. & 15. cap. octauo. num. 11. 15. & 16. cap. 9. num. 1. usque ad 4. 10. 13. vsque ad 18. cap. 11. num. 9. Deus punit prouocatus peccatis, & quasi inuitus, libr. quarto. cap. 12. Et quia ad miserandum tam est promptus Deus, Lazarum per mortem tantis bonis donauit, a tantisque calamitatibus exuit, diuitẽ vero, vt corrigeretur, in vita conseruabat: Deus enim peccatores patienter tolerat, vnde boni pœnitent malorum suorum, iniusti autem culpa sua obdurantur, libr. 2. capit. 10. num. 26. usque ad 28. cap. 11. num. 8. vsque ad 10. 26. & 28. lib. 4. cap. 8. num. 1. vsque ad finẽ capitis. cap. 18. num. 13. & 14. Peccata tanta, & tam grauia sæculi ostendunt bonitatem, & patientiam Dei, sed si homines non emendentur, ira Dei acris in illos sæuiet, libr. secundo. cap. 11. num. 8. 9. 25. & 26. lib. 4. cap. 8. nume. 1. cap. 18. num. 15. 16. 22. & 25. Peccatores quasi inuitus compellitur Deus condemnare, lib. 4. cap. 7. num. 6. 13. 17. cap. octauo. numer. nono, cap. nono, numer. sexto, decimo, vsque ad 12. & 14. capit. 11. numer. 9. capit. 12. numer. 1. 3. vsque ad 5. & num. 10. Peccatores expectat Deus, vt resipiscant, libr. 4. cap. 8. numer. 11. 12. 16. 17. & 21. cap. 18. num. 11. & 12. Dumq. peccatorum cupiditati in eorum malum concedit Deus multa, lib. quarto, cap. 24. num. 2. Diuiti huic præstitit, vt longiori potiretur vita, eaque felici. Sed postmodum in inferna sepultus dicitur is, ut immanitatem tormentorum, eorumque varietatem Dominus ediceret, vt docet Augustinus: *Sepultus dicitur,* *Li. 2. de Quæstion. Euang.* eo quod anima eius fuerit in profundo infernalium suppliciorum collocata, ac sub terrã, quasi in tumulo, concluſa & relegata, æternæque ibidem morti tradita. Sic ab Ezechiele *Ezech. 32* sepulcra Regum Aegypti, & Assur, & sociorũ dicuntur esse in inferno. Ibi, inquit Propheta, Assur, & omnis multitudo eius, in circuitu illius sepulcra eius, omnes interfecti, & qui ceciderunt gladio, quorum data sunt sepulcra in nouissimis laci. Hæc enim profunditas pœnarum est, quæ superbos, & immisericordes post hanc vitam vorat, sicut scriptum est: Exiguo conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Peccata enim potentum, quibus alij prouocantur ad malum, acriter multum punienda sunt, lib. 3. capit. 15. numer. 10. lib. 4. capit. 18. numer. 21. 23. & 24. lib. 6. cap. 11. num. 6. 13. usque ad 15. lib. 14. capit. 17. nume. 15. Peccatorum deliciæ instantaneæ sunt, quibus sempiternus sequitur cruciatus, lib 14. capit. 20. numer. 21. & 22. Peccatores, qui in malis persistentes felicitatibus potiuntur, pingui ceruice contra Deum armantur, & currunt aduersus illum erecto collo, libr. 14. capit. 19. numer. 23. 6

Sepultus autem in inferno hic est, qui propria non dedit, vt hinc perpendas, qua pœna plectendus sit, qui aliena rapit. Si damnatus est qui suis bonis vsus est ad corporis curã, nec alicuius sceleris arguitur, quid futurum his, qui sese horrendis contaminant immunditiis, impietatibus, & iniustitiis? Vide libr. 4. cap. 39. num. 22. Grauissima erat illa pœna, quam Dominus impio cuidam Regi apud Hie- *Hiere. 22* remiam minabatur, dum diceret: Hæc dicit Dominus ad Ioachim filium Iosiæ Regem Iuda: Sepultura asini sepelietur putrefactus, & proiectus extra portas Ierusalem, quia videlicet eius cadauer insepultum esset relinquendum auibus, & canibus lacerandum. Si tãtum ergo malum est sepultura asini sepeliri, quid erit inter stridentes gehennæ flammas sepultura diaboli animam condi? Dies autem

asportatus est ab Angelis. Non sufficeret mendico? ait Chrysostomus, vnus Angelus, qui eum in sinum Abrahæ duceret? Sufficeret quidem. Sed multi astant, vt in via chorum lætitiæ faciant illum ferentes, quem contingere non audebant homines vlceribus plenum. Eum, cuius vlcera canes lingebant, portant Angeli, qui libenter talibus oneribus prægrauantur. Videtis fratres, quam dissimilis tum in vita, tum in morte diuitis, & Lazari sors fuerit. Quam variam vtriusque commutationem accommodato exemplo accipitris, & gallinæ exprimi solet. Accipiter enim, dum viuit, in magno pretio habetur, & regum manibus gestatur, qui tamen mortuus in sterquilinium proiicitur, contra vero gallina, dum viuit, longe a palatio, & ab humano conspectu ad sterquilinia relegatur, vbi autem mortua fuerit, argenteis patinis Regum mensis infertur. Eadem igitur piorum, & improborum cõditio est, quod in diuite hoc, & Lazaro aperte monstratur, quorum alter ad inferos e splendida illa sua mensa detruditur, alter vero a sordibus paupertatis ad sinum Abrahæ Angelorum manibus deportatur. Cum in hac vita omnia fere diuersa sint inter diuites, & pauperes, mors tamen vtriusque communis est, quæ vt diuitibus finis omnium voluptatum, ita afflictis finis est omnium afflictionum.

Hom. 5. in Lucam.

Sed tamen id mirari satis non possum, quod cum diuitis, & pauperis tam sit finis dissimilis, cur commune cunctis fere mortalibus sit, opulentiam, delicias, & bona huius diuitis concupiscere, & inopiam, atque miseriam Lazari detestari, cum tamen per hanc iter nobis in cælum pateat, per illam uero salus nostra in discrimen vocetur. Quam quæso spem haberet medicus de ægri salute, si is omnia, quæ illi erant salutaria, vehementissime fastidiret, contra vero nocitura omnia auidissime concupisceret? Quisquis autem in hoc statu esset, non dubium quin a medicis pene desperaretur. Periculum autem est, ne nos in eodem salutis discrimine versemur, qui tanto studio diuitis huius opes captamus, tantaque contẽtione laborem fugimus. Multi mihi similes cuidam Eucrito esse videntur, quem ferunt a quodam interrogatum: Vter esse mallet, Crassus, an Socrates? Respondisse, viuẽs mallem esse Crassus, e vita vero discedens Socrates. Iudicauit is, beatam esse bonorum post hanc vitam conditionem, diuites autem, licet bonis omnibus in præsenti vita abundent, post mortem tamen ob inique partas opes, & male etiam collocatas cruciandos dæmonibus tradi. Ad hunc ergo modum existimo multos nunc, si eis optio daretur, responsuros. Velle se in præsenti quidem vita diuitis huius fortunam, & opulentiam, in morte vero Lazari felicem exitum sortiri, illi similes, qui Israelitici populi pulchritudinem contemplatus, cuius pulchra essent tentoria, & tabernacula exclamans dixit: Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. Horum nouissima, & mortem exoptabat, quorum vitã imitari non dignabatur. Et quia vtrumque eidem accidere non est possibile, vt felicitatem in hac vita consequatur, & in futura, iustorum, & impiorum sortes mutabuntur, lib. 14. cap. 30. nume. 5. vsque ad 7. cap. 20. num. quinto, lib. 17. cap. secundo, num. 7. & 8. Vnde Chrysostomus ostẽdit impossibile esse in hac, & in futura vita requie frui, vide coll. 13. & 14. vbi exemplis Abraham, Isaac, Iacob, Iob, Dauid, Pauli, Moysi, qui in hac vita magnas perpessi sunt calamitates, &c. Dei iudicia inscrutabilia, & incognita nunc peccatoribus, fient tamen aliquando ipsis patentia, etiamsi sero id accidat, lib. 4. cap. 19. maxime num. 17.

Num. 23.

Chry. citat. 3. de Lazar.

Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarũ ut intingat extremum digiti sui in aqua, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Vt enim Christi Martyres in iis membris, in quibus potissimum pro fide torti fuerũt, singularem quendam decorem, & venustatem retinebunt, ita contra impij in gehenna grauius in iis membris cruciabuntur, quibus grauius deliquerunt. Cuius rei gratia D. Gregorius diuitis huius linguam peculiariter torqueri ait, cui refrigerandę guttam aquæ postulabat, quod per eam grauius deliquisset. Loquacitatis quippe vitium voracitati, atque ebrietati adiunctum est. Vt enim feruens in vase mustum omnia, quæ in imo latent, foras prodit, ita vinum in uentre æstuans quæcumq. in imo pectore condita sunt, per os effundit. Vnde Salomon nullum secretum esse ait, vbi regnat ebrietas. O miseram, & sterilem petitionem. O miram diuinorum iudiciorum æquitatem. Non petit calicem aquæ, non vt manum intingat in aqua, non ut ipsum etiam digitum, sed extremum (inquit) digiti sui intingat in aqua, *ut refrigeret linguam meam.* Quia enim pauper Lazarus micas e mensa eius decidentes toties desiderauit, nec accepit, ideo miser iste guttam aquę in æternum desiderabit, nec accipiet, vt secundum diuinæ iustitiæ æquitatem par pari referretur, & auarus diues talionis pœna plecteretur, vt qui panis micam non concesserat, guttulam aquę non acciperet. Hinc in illo præcipue occasionem accipit immortalis illius vermis, qui huius animam incessanter lacerat, & exedit, dum considerat, quod micis e mensa decidentibus cælestes epulas mereri potuisset, quas tamen porrigere noluit. Loquacitatem voracitati esse coniunctum vitium docebant Persæ, Chaldęi, & Medi, qui loqui in mensa pro magno puniebant malo, vbi nutibus loquendum docebant, lib. 10. cap. 7. numer. 1. Inferni pœnæ variæ sunt, ordinataq. tormenta pro qualitate delictorum, lib. nono. cap. 3. nume. 1. & 19. In inferno nulla est consolatio, sed summus cruciatus, sed maximus dolor, & infructuosus de præteritis, ibidem nume. 11. Inferni pœnę ingentes, dum homo beatitudine priuatus est, innumerosq. patitur cruciatus,

Prou. 31.

tus, ibid. num. 7. vsque ad 11. 13. 14. 17. & 18. In inferno miseria super miseriam cruciari sine spe misericordię, nu. 12. 13. & 20.

8 *Dixit illi Abraham. Fili recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala, nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris.* In his verbis illud in primis animaduertit Chrysostomus, quare potius dictũ sit *recepisti*, quam accepisti, putatq. ideo dictum esse *recepisti*, ad significandum quod & diues, quamquam peccator erat, aliquam tamen habuit virtutem, pro qua bona debita adhuc viuens receperat. Nam recipere proprie ea dicimur, quæ debentur meritis. Similiter Lazarus, etsi iustus aliquod tamen vitiũ habuit, propter quod adhuc viuens debita mala receperat. Nullus enim fere hominum expers est omnis virtutis, nec quisquam immunis ab omni vitio. Ideoq. cum iam duo illi per mortem hinc migrassent, ille quidem discessit meram habens malitiam, ille vero meram habens virtutem. Secundum hunc sensum dictum esset, vt codices multi legũt, *recepisti bona tua*, id est, bona quæ tibi debebantur. Propter quam rationem aiebant Sancti manifestam esse rationem, omnibusq. peruiam, propter quam iusti hic cruciantur, vt malefactorum pœnas luant, peccatoresq. bonis temporalibus abundent, vt pro bonis debitum præmiũ in hac vita recipiant, at tunc iudicia Dei occultissima sunt. Quando iusti in vita præsenti prosperantur, & mali tribulationibus, paupertate, & ægritudinibus premuntur, lib. 4. cap. 17. num. 17. Dicit etiam Abraham recepisse diuitem non quidem bona absolute, sed sua, sicut legit Hieronymus, libr. 15. in cap. 55. Esaiæ, & Chrysostomus in enarratione huius Euangelij, in quo docet is, in hac vita diuitum nomine indigne gaudere, qui facultatibus, seruis, &c. abundant, quos diuites tantum huius sæculi appellat Paulus, quia falso hominum sæcularium iudicio hoc nomine immerito vocantur: diuitis autem nomine Lazarus dignus erat, sicut & studiosi omnes, etiamsi extreme indigeant, nec potentium micas valeant accipere, lib. 4. ca. 28. num. 5. cap. 38. num. 4. vsque ad 6. & 11. cap. 39. num. 19. lib. 14. cap. 3. num. 6. *Recepisti bona tua* (Hieronymus) id est, ea, quæ tibi erant bona, & talia tu arbitrabaris, etsi vere bona non essent. At quando Lazari vitam miserãdam memorat, non ait recepisse illum mala sua, sed mala ea, scilicet, quæ mala videbantur alijs, non ipsi, qui iustus cum esset, ea libenter patiebatur, dona credens esse Dei, de quibus scriptum est: Vobis datum est non solum vt in Deum credatis, sed etiam vt pro illo patiamini. Vbi donum Dei vocat Paulus laborum perpessionem pro Deo sicut ipsius donum est fides. Bona temporalia nec nostra, nec vera sunt bona, lib. 2. cap. 15. num. 62. cap. 17. num. 11. & 13. cap. 18. num. 14. & 16. c. 19. num. 5. & 12. lib. 4. cap. 28. num. 20. Vnde bona spiritualia sunt, quę benedictionis loco Deus largitur amicis suis, & promittit, lib. 2. cap. 16. num. 17. 24. & 25. lib. 4. cap. 41. num. 12. & 13. Bona sua in hac vita stulte habere desiderant scelerati homines, iusti autem sapienter ea exoptant in sæculo futuro, vbi vera bona sunt, lib. 2. cap. 17. num. 20. vsque ad 23. ca. 19. num. 6. vsque ad 8. 15. vsque ad 19. 22. vsque ad. 25. cap. 20. num. 11. vsque ad 14. lib. 4. cap. 41. num. 11. lib. 9. cap. 14. numer. 13. Terrena bona & his, quæ sunt contraria nec bona, nec mala vocanda docebant Stoici, sed inter indifferentia recensenda, lib. 2. c. 18. nu. 9. vsque ad 11. 13. 14. & 16. cap. 19. num. 3. & 5. lib. 4. cap. 40. num. 17. Bona temporalia si aliquando in sacris litteris vocitantur bona, illud cõtingit quoniam vulgi opinioni sermonem accommodant: loquendum enim est vt plures, licet sentiendum vt pauci lib. 2. cap. 14. num. 14. cap. 19. num. 3. Bona temporalia, & mala voluit Deus esse communia iustis, & peccatoribus, vt nec bona inordinate diligantur, nec mala temporalia, nimis timeantur, lib. 2. cap. 18. nu. 15. & 16. Temporalia bona cõcedit Deus perditis hominibus, quoniam reseruantur ad diem malũ, ibid. nu. 17. 18. & 24. cap. 19. nu. 20. lib. 14. cap. 20. num. 5. vsque ad 7. 11. 14. & 15.

Recordare quia recepisti bona in vita tua, &c. In 9 his verbis diligẽter consideranda est vtriusque huius hominis conditio, dum viuerent, & quod post mortem funes ceciderunt iusto in præclaris, cui hęreditas Domini præclara fuit, peccatori autem miseranda infelicitas contigit, terrena felicitate iã amissa. Estq. secundum Chrysostomi, & Ambrosij sententiam non parabola, sed res, quæ, vt narratur, duobus accidit hominibus, Christo Domino inter homines conuersante. Primo accidit dum viueret, vt breui potiretur voluptatula, sed misere in inferno cruciãdus venit. Cuius miseriam non solum non leuat Abraham, sed vt miserius crucietur, ei in memoriam reducit bona, quæ, dum viueret, receperat, vt acrius torqueretur, perpendens quod multis delicijs abundans, his omnibus priuatus, nec guttam aquæ consequi dignus fuit, etiam a patre Abraham, cuius misericordiæ sacræ litteræ plenæ sunt. Hos miserandos impiorum cruciatus narrat Sapiens peccatorum nomine, qui in memoria retinentes quæ in vita cõsecuti fuerant bona, aiebant: Quid nobis profuit superbia, & diuitiarũ iactantia quid contulit nobis, cum illa omnia transierint, tamquam vmbra, & tamquam nuntius præcurrens, & tamquam nauis, quæ pertransit fluctuantem aquam, cuius, cum præterierit, non est vestigium inuenire, aut auis, quæ transuolat in aere, cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius, sed tantum sonitus alarum verberans leuem ventum? Sic & nos nati, continuo desiuimus esse. Hac recordatione maxime torquentur impij, sicut torqueretur, qui cum ad regiam curiam vocatus esset, vt diademate regio coronaretur,

Sap. 5.

illud

illud ſtultiſsimus virorum contempſit, vt ad horam in itinere coram cerdonibus, aut mulionibus, honore, vel delicijs breuiſsime potiretur, ex quo merito per totam vitam & a curia excluſus, & omnibus bonis, ac delicijs priuatus manſit, milleq. cladibus miſere affectus. Alter Lazarus ad horam & bonis, & delicijs, & ſalute priuatus eſt. Dives in alia vita ſepultus dicitur in inferno, quoniam ſicut ſepultus ſupra, & infra a dextris & a ſiniſtris terra vndique coopertus eſt, ita dives ſupra ſe Deum cõſpiciebat iratum ipſum mire torquentem, infra ignem vorantem, a ſiniſtris horribiles dæmonum intuitus, a dextris vermem conſcientiæ, qui eum rodens quieſcere nuſquam ſinit. O miſeranda ſortium commutatio. Dum viueret, purpura talari inducbatur, delicatoq. byſſo: cum vitã finiuit, igneo veſtimẽto coopertus ardebat.

Eſai. 3. Illi pro ſuaui odore fœtor datus eſt, & pro zona funiculus. Sicut & filiabus Sion comminatus fuerat Deus dicens: Pro eo, quod eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, &c. decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & crinem earum nudabit, in

Iob 27. illa die auferet Dominus ornamentum calceamentorum, &c. Dies eum dormierit, nihil ſecum afferet, aperiet oculos ſuos, quos hactenus clauſos a dæmone habuit, & nihil

Iob 11. inueniet. Ducunt enim hi in bonis dies ſuos, & in momento ad inferna deſcendent. Qui hic ab omnibus adorabatur, & magnificabatur, modo ab omnibus contemnitur is, de

Eſai. 14. quo ſcriptum eſt: Detracta eſt ad inferos ſu-
Chryſoſt. perbia tua, concidit cadauer tuum, ſubter te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Cum eſſet in tormentis, non in vno, ſed pluribus, quoniã intellectus miſere cruciatur, dum mala, quæ patitur, miſer cogitat æterna, memoria, dum breuitatem recordatur anteactæ felicitatis, voluntas, ſempiterno Dei odio. Oculi, qui clauſi, dum vixerat, remanſerant, ne Lazarum viderent, cui miſereretur, modo aperiuntur, vt ipſum longiſsime diſtantem proſpectent, in ſinu Abrahæ quieſcentem, cuius gaudijs eius accumularentur tormenta, dum variam vtriuſque ſortem cerneret, quam futuram Eſaias prædixerat his verbis: Serui mei comedent

Eſai. 65. & vos eſurietis, ſerui mei bibent, & vos ſitietis, ſerui mei lætabuntur, & vos confundemini, ſerui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis,

Iacob. 2. & præ contritione ſpiritus vlulabitis. Ecce
Ambroſ. iudicium ſine miſericordia ei, qui non facit miſericordiam. Chaoſq. magnũ dicit Abraham firmatum inter vtroſq. quia poſt mortẽ merita immutari non eſt poſsibile; ſed vbi ceciderit lignum, ſiue ad Auſtrum, ſiue ad

Eccleſ. 11. Aquilonem, ibi erit. Vbi peccator videbit, & iraſcetur dentibus ſuis fremet, & tabeſcet, deſiderium peccatorum peribit, dum eorum deſideria ſemper inania erunt, &c. Ex his aduerte Deum taxandum non eſſe, quia proſperantur impij, dum viuunt, & flagellantur pij lib. 4. cap. 17. num. 13. & 17. lib. 6. cap. 11. nu. 3. vſque ad 5. In expoſitione huius Euangelij eſt elegans Chryſoſtomus homilia 5. in Lucam, & etiam per quatuor alias conciones de Lazaro, quarum aliqua enarrantur, lib. 4. c. 38. num. 3. vſque ad 6.

FERA SEXTA
poſt Dominicam Secundam in Quadrageſima.

Euangelium.

Homo erat pater familias, qui plãtauit vineã. Matth. 21.

Dominica in Septuageſima de cultura vineæ diſſeritur, in qua parabola nos Dominus vinearum cultores vocauit, eoſdem autem in hac vineam compellauit, de cuius doctrina diſſeritur, lib. 2. cap. 6. num. 37. cap. 10. num. 17. & 18. li. 3 cap. 15. nu. 6. lib. 4. cap. 8. num. 6. cap. 12. num. 17. lib. 9. cap. 15. num. 40. & 41. lib. 14. cap. 24. num. 6. & 19. cap. 29. nu. 10. lib. 15. cap. 4 num. 14. lib. 18. cap. 3. nu. 7. & 8. c. 10. num. 19. & 22. cap. 15. num. 13. 15. & 45.

Feria 6. Dominicæ 2. in Quadrag.

ETSI grauiſsima ſit parabolę huius doctrina, litteralis tamen ſenſus manifeſtus eſt. Id enim Dominꝰ Ieſus docere voluit, vt cuncti intelligerent iuſtam Iudęorum damnationẽ, quorum locum gentes acceperunt. Pater iſte familias Deus eſt, vinea Synagoga; quam in terra promiſsionis plantauerat, ſicut Dauid ait: Vineam de Aegypto tranſtuliſti, &c. & Eſaias cap. 5. & Hieremias cap. 3. Sæpes lex ſcripta eſt, qua Iudæi a reliquis nationibus diſcernebãtur. Torcular altare, in quo holocauſta Deo offerebantur. Turris vero, tẽplum. Locauit eam Iudæis rectoribus, Principibusq. populi. Peregre vero paterfamilias proficiſcitur, quia poſtquã in monte Syna legem dedit, reliquit illis liberum ad operandum arbitrium, quaſi abſens. Tempus vero fructuum fuit, cum quiete in terra promiſſionis morabantur. Miſit vero ſeruos ſuos, ſcilicet, Propheras, ad quærendos de Iudæis fructus. Venit Eſaias dicens: Vinea fuit pacifico, &c. vbi beneficia vineæ a Deo collata recenſet, & increpat quod fecerit pro vuis labruſcas, aut (vt Baſilius legit) ſpinas, hunc Iudæi medium tecuerunt. Miſit Hieremiam; qui dum commemorat Dei erga Iudæos miſericordiam, horumq. ingratitudinem, quia ipſum dereliquerunt fontem aquæ viuæ, cum ipſe vineam plantaſſet electam, hunc cæciderunt. Miſit etiam Ezechielem, qui quadam para-

Cornelius. *Pſal. 79.* *Eſai. 5.* *Hiere. 2.* *Ezec. 17.*

parabola vineæ plantationem, & deſtructionem explicat, multis vero in locis fructus petit, hunc vero Iudæi contumelijs affecerũt.

Deut. Propterea de Iudæis dicebat Moyſes, vt ſanguinem vuæ biberent meraciſsimum. Quia pro vino ſanguinem Prophetarum biberunt. Tunc cęleſtis pater vidẽs tot ſeruos occiſos, velut ſi humano loqueretur more dixit: Verebuntur forte filium meum, quem cum non ſint reueriti, id ſignificat, quid fieri iuſtum eſſet, & quid merito expectari ab eis poſſet, quaſi dicat, merito verebuntur filium meũ. Vbi etiam verba hæc non perplexitatem ſignificant in Deo, ſed amorem, quo motus omnia tentare vult, ne quid eis deſit. Id vero conſideratione digniſsimum eſt, quod nec irritatus Deus tanta Iudæorum perfidia eos deſtruxit, immo quando iuſtiſsimę iracundiæ vulnera mundo infligere debebat, ineffabile

Pſal. 118. illi munus contulit mittens filium ſuum, qui fructus exquireret vineæ. Sic Dauid aiebat: Tempus faciendi Domine diſsipauerunt legem tuam, quaſi diceret. Tempus eſt tuæ ardentiſsimæ charitatis ſignũ oſtendendi, quia diſsipauerunt legem tuam. Tunc enim maxime Dei bonitas innotuit, quia eo tempore filium miſit, quo magis eum homines irritauerant.

Alio modo de Eccleſia parabola hæc aptiſsime explicari poteſt. Vinea namque Eccle-

Eſai. 62. ſia eſt, quam ipſe Dominus plantauit. Sæpes eſt Angelorum cuſtodia, de qua Deus per Eſaiam dicebat: Super muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes tota die, ac nocte, in perpetuum non tacebunt. Super muros enim Eccleſiæ Deus cuſtodes habet Angelos, qui eius continuam gerunt curam. Quamuis Ec-

Cant. 3. cleſiæ doctores, & paſtores, cuſtodes etiam dici poſsint. De quibus dicitur: En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſsimi, vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos. Ac ſi dicat Eccleſiam, quæ lectulus Salomonis eſt, in quo requieſcit, multi fortes ambiunt ſancti ſcilicet Doctores, & Prædicatores, qui fortes ſunt ad præliandum pro Chriſto, qui omnes gladio verbi Dei accincti ſunt propter timores nocturos, ſcilicet hæreſes, quæ noctu velut zizania ſeminãtur. Turris eſt fides Catholica, de qua ſcri-

Cant. 4. ptum eſt: Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortiũ. Fides eſt ſicut turris Dauid, quæ quia inexpugnabilis eſt, propterea cum propugnaculis ædificata eſt contra quam nec portæ inferi prævalere poterunt. Torcular crux Chriſti eſt, quia in ea caro eius ſicut vua calcata fuit, ex qua ſuauiſsimum vinum effluxit. Fideles agricolæ ſunt, quibus vinea locatur a Deo, quia nobiſcum de pretio paciſcitur pro bonorum operum fructibus, quos a nobis exigit. In quo mira Dei bonitas declaratur, cui cum nos propter creationis, conſeruationis, & redemptionis beneficia ſeruire teneamur, nihilominus ſine præmio id fieri non permittit, ſed ſibi veluti obligatus reſtat propter conuentionem ex locatione factam. Aiebat *Bern. ſerm de quadruplici debito.* Bernardus ſermone de quadruplici debito: Primo Chriſto Ieſu debes omnem vitã tuam, quia ipſe vitam ſuam poſuit pro vita tua. Aſpice vitæ Chriſti dignitatem infinitam, quam ab utero matris vſque ad crucem tibi conſecratam perpende: Quid tibi dirum, vel durum eſſe poterit, cum recordatus fueris quid ille in forma Dei, in ſplendoribus Sanctorum ante luciferum genitus, ſplendor & figura ſubſtantię Dei venit ad carcerem tuum, ad limum tuum, infixus (vt dicitur) vſque ad cubitos in limo profundi? Quid non ſuaue tibi, cum tibi collegeris omnes amaritudines Domini tui, & rememoraberis primum quidem illam infantilium neceſsitatum, deinde laborum, quos pertulit in prædicando, fatigationem in diſcurrendo, lacrymarum in compatiendo, periculorũ in falſis fratribus, conuitiorum, ſputorum, colaphorum, flagellorum, exprobrationum, clauorum, eorumq. ſimilium, quæ in ſalutem noſtram triginta tribus annis operatus & paſſus eſt in medio terræ? Quid pro his retribuã Domino? Nonne, ſi conferrentur in me omnes vitæ filiorũ Adam, & omnes dies ſæculi, & labores omnium hominum, qui fuerunt, ſunt, & erunt nihil eſſet ad cõparationem corporis illius, quod Angelis etiam ſtupendum eſt in conceptu de Spiritu ſancto, in ortu de virgine, in vitæ innocentia? &c. Vides igitur quia ſicut exaltantur cæli a terra, ſic exaltata eſt vita illa a vita noſtra, quæ tamen poſita eſt pro vita noſtra; ſicut nihil ad aliquid nullã habet comparationem, ita vita noſtra nullam habet ad vitam illius proportionem, cum illa dignior, iſta miſerior eſſe non poſsit. Cum ergo ei donauero quidquid ſum, nonne iſtud ſic eſt, ſicut gutta ad fluuium, lapis ad montem, granum ad aceruum? Non habeo niſi minuta duo, corpus, & animam, vel potius vnum minutum voluntatem meam, & non dabo illam ad illius voluntatem, qui tantus tantillum tãtis beneficijs præuenit, qui toto ſe totũ me comparauit? Secũdo exigũt a me præterita peccata mea futuram vitam meã, vt faciam fructus dignos pęnitentiæ, & recogitẽ omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Et ad hæc quis idoneus? Peccaui ſuper numerum arenæ maris, & multiplicata ſunt peccata mea, & non ſum dignus videre altitudinem cęli præ multitudine iniquitatis meæ, quoniam irritaui iram tuã, & malum coram te feci. Circumdederunt me ma- *Pſal. 39.* la, quorum non eſt numerus, comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem. Quomodo ſatisfaciam pro his, cum cogar reddere debitum vſque ad nouiſsimũ quadrãtem? Cum ergo quidquid viuis, quidquid habes, quidquid potes, huic vni reidedicaueris, numquid aliquid eſt? Paulo ante

vitam

vitam tuam pro vita sua Christo reddideras, & nũc iterum eam totam præcedentium exigit recordatio peccatorũ. Numquid (vt vulgo dicitur) de vna filia duos generos statuisti facere? Tertium debitum cælum est, quod emere vis. Nonne ad hoc emẽdum totum te, & quæcumque, & vndecumq. contrahere poteris dare oportebit? Quartus debitor Deus est, qui fecit cælum, & terram, creator tuus est, tu creatura, tu seruus, ille Dominus, ille figulus, tu figmentum. Totũ ergo, quod es, illi debes, a quo totum habes, illi præcipue Domino, qui te fecit & benefecit tibi, qui tibi ministrat siderum cursus, aeris temperiem, fæcunditatem terræ, fructuum vbertatem. Cum ergo tot titulis Deo seruire debeamus, ipse vineam locat prẽmium promittens pro bonorum operum fructibus. Mittit seruos, cum Prædicatores a nobis fructus bonorum operum exquirunt, sicut aiebat Paulus: Non quæro datum, sed requiro fructum abundantem in rationem vestram. Quasi dicat. Nequaquam a vobis temporalia quæro, sed requiro fructum bonorum operum, & volo, vt crescat & abundet, sicut abũdant suputationes eorum, qui dant. Fructus a nobis quærunt Prædicatores locatæ vineæ, non folia verborũ, qualia multi dant. Quod pro Philippẽsibus Paulus orabat dicens: Et hoc oro, vt charitas vestra magis, ac magis abũdet in omni scientia, & in omni sensu, vt probetis potiora, vt sitis sinceri, & humiles repleti fructu iustitiæ. Fructu repletos eos desiderat, non folijs. Serui vero missi cẽdũtur, quãdo eorum verba contemnuntur. Dei vero filium, quantum est in se occidunt, qui Sacramenta eius indigne recipiunt. De quibus ait Paulus Hebræis: Irritam quis faciens legem Moysi sine vlla miseratione duobus, aut tribus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filiũ Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutũ duxerit, in quo sanctificatus est & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Vbi malis hominum moribus docet filium hominis conculcari, eiusq. sanguinem pollui. Tales etiam angularem lapidem, scilicet Dei filium reprobant eius bonitatẽ contemnentes, iudiciumq. eius minime curantes. Hæc huius parabolæ summa est.

Philip. 4.

Philip. 1.

Hebr. 10.

2 *Homo quidam erat pater familias qui plantauit vineam.* In horum verborum expositione duo sunt consideratione multa digna, alterum est, quod in hoc capite Dominus & in anteriori homines vocauit vineam, operarios, & agricolas, quibus vinea hæc locata est, ne homo vllam posset prætexere excusationẽ, quoniam si vineam hominis pigri ingressus esset Deus, & contemplatus eam spinis horrescentem, & repletam, aut vero requirẽs in ea vuas inuenisset labruscas, vtique si conqueri vellet id operarijs non putantibus, nec fodientibus eam indignandum fore recte diceret homo, qui vineæ nomen acceperat. Et si operarij tantum nomen sortitus esset homo, excusans diceret: Quia nemo nos conduxit. At vero, cum operarij munus id sit, in vinea tota die operari, & defatigari incessanter, vt continua adhibita diligentia fructus ab debitam peruenirent maturitatem, recusaret forte iuste laborem, cum ipse laborans alter fructus excerperet, vuas ederet, & vino potaretur, cuius rei consideratione torpesceret, essetq. illi minus gratus tam frequens & eximius labor: quod ne accidat, agricola in hoc Euangelio vocatur, qui sibi laborat, & quamuis in vinea excolẽda innumeri sint labores, & frequentes in putando, & fodiendo, in vindemia, &c. qui ex his omnibus operibus redundat fructus, meus est; quoniam licet Deus Dominus sit vineæ, vsus fructus illius mihi ab ipso concessus est, sicut enim mihi nocet impietas mea, non ipsi, sic & operata virtus mihi prodest, non illi, cui sola debetur gratitudo dicentis: Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, reddimus tibi. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. In virtutum exercitio id considerandum est, quod in contractu societatis inter homines vsu uenire solet, vbi vnus pecuniam dat, qua accepta, alter sollicitudine, & industria negotiatur. Deus operibus Christianis vim, & meritum tribuit, homo autem per liberum arbitrium ieiunat, orat, &c. Vnde aiebat Paulus: Si habuero omnem fidem, ita vt montes trãsferam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest, &c. Charitas enim donum est Dei, sicut & gratia, a quibus meritum omne consurgit. Et sicut agricolæ munus id est, vineam renouare, sæpem, turrim, torcular conseruare, vineamq. ipsam, adhibita cultura, ne pereat. Sic posteaquam Dominus in Baptismo animam ornauit gratia, virtutibus, & donis, quibus aduentante rationis vsu fructus properat, velut alter Adam in Paradiso positus, vt operaretur, & custodiret illum, lib. 8. cap. 3. num. 21. cum sanguine suo Dominus ad id præstandum præbeat vires. Gratia Dei est, quod bonum delectet, & impleatur, lib. 4. cap. 17. num. 9. lib. 7. cap. 8. num. 5. Gratia enim Dei priuatus infirmus est maxime, etiamsi mille exercitibus confirmetur, lib. 7. cap. 8. num. 3. & 4. Gratia Dei rigat animas, vt floreant, fructus faciant, & radices mittant, ibid. num. 16. Gratia Dei animam nostram (quę terra promissionis fuerat tradita inimicis) vero Domino restituit, ibidem num. 27. & 28. Gratia assimilat animam æquitatui Dei in curribus Pharaonis liberãdo eam a iugo peccati, post autem eam decorem induit tamquam Domini sponsam num. 36. & 37. Gratia Dei liberum perficit arbitrium, lib. 7. cap. 9. num. 7. 10. 13. vsque ad 16. & 19. lib. 8. cap. 3. num. 22. Gratiæ Dei est bonum cogitare, velle, & perficere. Primum operatur sine nobis, secundum nobiscum, tertium per nos lib. 7. cap. 9. num. 23. lib. 8. c. 3. nu. 22.

Esai. 5.

1. Cor. 13.

nu. 22. Gratia liberum arbitriũ excitat, sanat, roborat, perducit ad actum, & seruat li. 7. cap. 9. num. 23. Liberum arbitrium cooperari debet diuinæ gratiæ, lib. 4. cap. 14. nu. 15. & 16. libr. 7. cap. nono, numer. 6. 7. 12. 13. 19. 22. & 23.

3 Vocamur etiam homines nomine vineæ, & vnusquisque nostrum huius vineæ vitis est, ac palmes fructui exhibẽdo accommodatus, vocanturq. merito fideles hoc nomine; quoniam sicut vinea, si in parte inferiori, qua terræ coniungitur, consideretur, folijs, & virore caret, deformis visui repræsentatur, nihil in ea consideratione videtur dignum, cum tamen in parte superiori veris, & æstatis tẽpore floret, visui gratissima pampinis, & vuis ornata, cuius mirus odor serpentes necat, tam olfactui suauis, vt ipsum mire recreet. Sic homines Christiani, ac iusti, si ea in ipsis consideremus, quæ hominem exteriorem concernunt, quæ habent terræ proxima, omnia marcida apparent, & despicabilia, sed tamen in parte interiori, licet is, qui foris est homo corrumpatur, interior tamen renouatur de die in diem per horas singulas, & momenta reparatur. In parte interiori, qui spectaculum facti sunt Deo, Angelis, & hominibus omnium peripsema effecti vsque adhuc, id est, quo tempore vita durauerit, tamquã purgamenta mundi, & ipsius reiectamenta existimati, qui dicunt: Vsque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & colaphis cędimur, & instabiles sumus, tales crediti a mundo, quod eorum pessimus odor, & vita pestilentia sint Reipublicæ, hi in interiori homine inspecti dicunt: Christi bonus odor sumus in omni loco. Hi in carne ambulantes non secundum carnem militant. Et sicut in vinea (ait Chrysostomus) nascuntur in parte superiori gemmæ, & de gemmis folia, & flores, & fructus, qui in vinum exprimuntur; sic interior viri iusti homo primum rectos gignit cogitatus tamquam vineæ suæ gemmas, quos a facie Dei concipiunt, hinc recta aduenitũt desideria, quæ animũ sponsi recreant, de quibus scriptũ est: Vineæ florentes dederũt odorem suum, quo & fructu tam delectatut sponsus, vt cũ a gratissimo excitãdus esset somno, id effecerit sponsa memorans fructus vinearum sibi gratiores, vnde dicebat: Veni dilecte mi, mane surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt. His rectis Sanctorum desiderijs, tamquã floribus, succedunt bonorum operum fructus, vnde aduenit vinum consolationis, & ebrietatis sanctæ, qua mirifice lætificãtur iusti etiã in hac vita. Ebrietas bona animę pro gaudio, & lætitia mẽtis accipitur, lib. 5. c. 1. n. 1. & 19. Quæ ebrietas sancta obliuionem præstat vanarum delectationũ ibi. nu. 17. & 18. Gaudiũ, quod est in testimonio bonæ conscientiæ, Paradisus Dei merito dicitur lib. 7. cap. 1. nu. 19. & 23. Gaudium iustorum in hac vita, etsi perfectum non sit, magnum tamen est lib. 7. c. 3. num. 18. 19. 21. vsque ad 23. Iusti palmæ optime comparantur lib. 9. cap. 15. nume. 38. cap. 23. nume. 17. & 18. Iusti conscientia secura quasi iuge conuiuium est lib. tertio, cap. 24. num. decimo tertio vsque ad 17. Iusti compediti sunt, dum viuunt, compedes enim sunt infirmitas, & corruptibilitas carnis libr. 9. cap. 13. num. 12. Iusti palmæ comparantur, dum in summis virideſcunt, & robusti fiunt, mali autem alijs arbustis comparantur, libr. nono, cap. vigesimo tertio, numer. 17. & 18. Præterea vineæ recte comparantur iusti, quoniam sicut hæc in hyeme oculis hominum, qui plantæ huius qualitatem ignorant, sicca apparet, nihil a se ipsa omnino differre videtur, quando a terra iam euulsa est, nullum prorsus discrimen inter aridã, & viridẽ vitem perspiciet visus. Irriderẽtq. huiusmodi homines, si multos viderent continuis diebus in ea excolẽda sollicitos, ac intentos, alios amputandis palmitibus occupatos, alijs pastinandis illis operam nauare, repastinandis iterum deditos. At qui vineæ notitiam habet, scit hyeme virideſcere vineã non debere, ne tempore veris gelu pereat, sed id necessarium esse, vt virtus intus conseruetur, quando niues illi nocumento forent, adueniet proculdubio gratissimum tempus veris, quãdo interior virtus in pampinis ostendetur, quando vitis viridis a sicca dignoscetur in folijs, & in fructu. Sic considerandus est Christianus homo, qui huius Ecclesiasticæ vineæ vitis est, cuius vita abscondita est cum Christo in Deo, & cum Christus apparuerit vita ipsius, & ipse apparebit cum ipso in gloria. Dum viuit nudus, pauer, & lacrymis plenus incedit illis similis, qui circuibãt in mellotis, & in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus cum dignus non esset mundus, isti insensati vitam illorum existimabant insaniam, & finem illorũ sine honore, sed in nouissimo videntibus, & mirantibus cunctis computabũtur inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum erit, quando absterget Deos omnem lacrymã ab oculis Sanctorum, & iã non erit amplius neque luctus, neque clamor, sed nec vllus dolor, quoniam priora transierunt. Tunc vineæ florentes dederunt odorem suum. In vita hac dies bonos habere non possumus, fallimurq. si tales credimus antiquorum dies, lib. 18. cap. 16. nu. 20. & 25. Vita hæc, & sequens optime in duobus fratribus Iacob, & Esau significatæ sunt lib. 18. cap. 17. nu. 3. In vita hac esuriunt iusti, vt saturentur, lib. 6. cap. 1. num. 10. Iusti tãquam lignum moriuntur, sed in æternæ vitæ viriditate recuperantur, lib. 12. cap. 3. nu. 32. Iusti mortui sunt sæculo, Deumq. habent patrem li. 9. c. 14. nu. 5. 12. 16. 20. vsque ad 22. Præterea recte vineæ comparãtur homines, quoniam ad eum modum, quo palmes, aut vitis, si siccentur, nulli vsui apta sunt, nisi igni, dicente Domino: Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, &c. talis

Cant.

Cant. 7.

Sapien. 5.

Apoc.

Cant. 2.

Hebr. 11.

Ioan. 16.

lis excidetur, & in ignem mittetur. Vnde
Ezec. 15. Deus dixit Ezechieli: Fili hominis, quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum? Numquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt dependeat ex eo quodcumq. vas? Ecce igni datum est in escã, &c. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Quomodo lignum vitis inter ligna siluarum, quod dedi igni ad deuorandum, sic tradam habitatores Ierusalem, ignis consumet eos, Quem locum Hieronymus etiã de Christianis interpretandum censuit, qui dum fructus non proferunt bonorum operum, diuino tãtum incendio sunt apti. Vinea est verbũ Dei in anima hominis plantatum, qua non reddente fructum aliquando accusantur coloni, aliquando homo ipse, lib. 18. cap. 15. num. 13. Vinea dicitur anima nostra, quam mire excoluit Deus, & ornauit, vt fructum produceret, ibid. nu. 15. & 47. Virtutum fructus maxime esurit Deus in homine, in cuius signum ficulneæ maledixit, & aruit, ibid. nu. 28. Vinea nostra semper putanda est, dum viuimus, quia amputata repullulant, ibid. num. 45. & 47. Vineam non habent mali, quia quã plantauerat Deus in Baptismo, siluestrem reliquerunt, & quod amplius est, eradicauerũt,
4 eodem num. 47. Secundo illud considerare conuenit, certissimum id esse, omnibusq. indubitatum, quod quam primum Deus orbem condidit, vineam plantauit, ad quod commodius faciendum ex tota hominũ massa meliores palmites eligens eos plantauit, ex quibus vinea consurgeret, & quia hæc in terra Aegypti existens pessimis barbarorum exemplis male operandi accedentibus frequenter occasionibus, cum terra fructifera in salsuginem esset versa propter malitiam
Psal. 79. habitantium in ea, hanc de Aegypto transtulit, & plantauit radices eius, & impleuit terram, extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines eius, & quia exterminauerat eam aper de silua, & singularis ferus depastus eam fuerat, sæpem circumdedit ei, ne his, & viatoribus esset peruia, sed custodibus, & turri, & sæpe fructus conseruarentur. Sed tamen cum vinea hæc in Iudæorum populo plantata esset, vix vllum fructum inueniebat Dominus, cum per Pro-
Esai. 5. phetã conquerebatur dicens: Quod decem iugera vinearum facerent tantum lagunculam vnam. Nec id solum (tolerabile enim
Deut. 32. istud videretur malum) sed quando actu in transferenda vinea Dominus occupabatur, non solum sanctissimos viros ad opus tam sibi gratum mittens, & Angelos, qui in signis, & prodigijs viæ difficultatem vincerent, sed Dominus ipsa sicut aquila eos portans in humeris suis, ad volandumq. & recte operandum prouocans cecinit per os Moysi miserãdæ vineæ illius perditionem dicẽs: De vinea Sodomorum vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ, vua eorum, vua fellis, & botrus amarissimus, fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. Quapropter cum peccata illius populi id meruerunt, vinea illa exterminata est, & eradicata, loco cuius secundam in gentibus plãtauit vineam, plures, & vberiores quæsiuit palmites, quibus vinea crescèret, non vnum Moysem, vnũ Iacob, vnum Abraham elegit, sed multos illis vberiores, & meliores, de quibus scriptũ retulit Augustinus in Psalmo 127. Vxor tua Psal. 127. sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. August. Quo nomine vineæ huius fertilitatem explicare voluit futuram in Ecclesia. In qua, etsi multi scelerati reperiendi forent homines, fures, vsurarij, concubinarij, in quibus vinea sterilis erat futura, at in lateribus domus huius, id est, in his, qui Christo Domino adhærent, vinea abundans est. Si in Iudæorum vinea decem iugera vinearum fecerunt lagunculam vnam, cum hæc Christianorum vinea illi subrogata fuit, duo iugera vinearum fecerunt lagunculas mille. Etsi illam transtulit in terram lacte, & melle manantem, ne Aegyptiorum malis exemplis visis perirent eorum recte facta, hanc nostram vineã plantauit in terra, super quã sanguis totus Christi pluit, vt fructum afferret plurimum. Et quamuis dixerit se eam tradidisse custodi- Cant. 8. Titelmann. bus, his non contentus subintulit: Vinea mea coram me est. Quoniam de vinea Salomonis dictum fuit, quod eam tradidisset custodibus, ne quis forte existimet post vineam sic illis traditam, ipsum prorsus nullã habere amodo curam suæ vineæ, neque curare vltra quid, vel quomodo cũ vinea agatur, breuissimo verbo loquens introducitur ipse Salomon vineæ Dominus, quo ostendat, non sic eam se custodibus tradidisse, vt eius curam abiecerit: Vinea mea, inquit, coram me est. Versatur coram oculis meis, habeo eam charissimam nunc, quando a custodibus colitur, sicut habebam tunc, cum ego essem colonus super terram, & excolerem eam labore, & sudore meo. In via hac, qua gradieris, etiam peregre profectus, firmabo super te oculos meos. Recte ergo dicit vineam suam coram se esse, eo quod ipse quam maxime, & solicitissime circa sustentationem, defensionem, ampliationem, & profectum Ecclesiæ inuigilat, & operatur efficacissime. Licet vigiles, & custodes in Ecclesia posuerit Apostolos, Doctores, &c. ipse nihilominus principalis manet, & infatigabilis custos, de quo Psal. 120. dicitur: Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel. Diuina quidem miseratio, quam Deus explicuit, quam primum Ezec. 17. vineam plantauit, hæc fuit in Ezechiele: In terra bona super aquas multas plantata est, vt faciat frondes, & portet fructum, vt sit in vineam grandem, vt scilicet Deo multum, & gratissimum fructum reddat, vinum bonorum operum nostrorum, diuinum lætificãs cor. Sed quod in re hac dolendum est maxime, illud est, quod cum Deus vineam plantauerit vberem in terra pingui, cui & Angeli custo-

dies sunt, & Deus ipse vineam coram se habeat, vix vllum præbeat fructum miseris his calamitosisq. temporibus. Inter male-
Deut. 28. dictiones, quibus dignos Dominus censuit eos, qui ipsius præcepta transgrederentur, hæc non modica enarrata fuit in Deuteronomio: Cum peccata tua id meruerint ad tantam peruenias infelicitatem, vt plantes vineam, & non vindemies eam: Plantabis, & fodies, & vinum non bibes, nec colliges ex ea quippiam, quoniam vastabitur vermibus. Quid mirum, si peccatis hominum exigentibus hi plantent vineam, & colant, & fructum non percipiant ex ea? Dei enim iustitia vastabitur vermibus, ne fruatur vuis, aut vino diuinæ legis præuaricator. At quod in re hac lacrymis perpetuis celebrandum est, illud est, quod cum Deus, & Dominus noster Iesus Christus infinita bonitate sua plantauerit vineam multis laboribus perpessis, quam diuino sanguine suo rigauit, sudauerit, &c. ac si diuina maledictione dignus esset, qui summe bonus est, quasi sibi dictum experimur: Plantes vineam, & non vindemies eam: Exterminauit enim eam aper de silua, & singularis fe-
Esai. 5. rus depastus est eam. Vix enim vnam, aut alteram reperies vitem, quæ fructum referat Deo, & illum imperfectum multum, dum facit labruscas, qui fructus est vuæ ex vite siluestri ortus: quæ mala inde proueniũt, quia homines scelerati occupantur semper in perdenda cultura, quam Dominus exhibet vineæ, vel quia Deo operanti non coo-
Prou. 24. perantur, & ideo scriptum est: Per vineam viri stulti transiui, & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat, vt si quis forte produceretur fructus, a bestijs, vel a transeuntibus tolleretur. Vnde merito per Michæam conqueri-
Michæ 7. tur Dominus dicens: Væ mihi, quia factus sum, sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ, non est botrus ad comedendum. Quod dicit, quia si aliqua repererit in hominibus opera, mille imperfectionibus sunt plena, similia vuis acidis, quæ finita vindemia, aduentante frigore, remanent in vitibus, quæ ad debitam maturitatem recedente sole peruenire non possunt. Quibus Greg. 16. mor. cap. 26. illa scripta est maledictio, quam Diuus Gregorius edisserens 24. caput Iob enarrauit: Maledicta sit pars eius in terra, nec ambulet per uiam vinearum. Quibus verbis non solum hæretici, sed & mali Christiani notantur, qui dum rectitudinem iustitiæ non tenent per vinearum viam non ambulant, qui a bonorum actuum rectitudine non declinat, qui sanctæ Ecclesiæ patres, velut dependentes botros, aspicit, quorum verbis dum intendit in labore itineris, amore inebriatur æternitatis.

3 *Cum autem tempus fructuum appropinquasset misit seruos suos*, &c. vsque ad illa verba, *& apprehensum eum eiecerunt eum extra vineam & occiderunt*. In toto hoc discursu, quo *Dominus misit seruos, & verberatis prioribus, misit alios, & his occisis, misit vnicum filium, quem eiecerunt extra vineam, & occiderunt* duo sunt apprime perpendenda; alterum est, in quo hominum cernitur malitia, qua homines fiunt communiter Dei patientia deteriores, sicut Pharaoni contigit, quando diuina misericordia cessabant plagæ, auferebantur a Moyse flagella, indurabatur Rex. Et per Hieremiam id Dominus ægre ferens aiebat: *Hiere. 7.* Et misi ad vos omnes seruos meos, Prophetas per diem, consurgens diluculo & mittens. Et non audierunt me, nec inclinauerunt aurem suam, sed indurauerunt ceruicem suam, & peius operati sunt, quam patres eorum. Et loqueris ad eos omnia verba hæc, & non audient te, & vocabis eos, & non respondebunt tibi. Sicut cum Moy- *Deuter. 1.* ses præcepisset, ne populus ascenderet, vt pugnaret in monte contra Amorrhæos, sed vt abirent reuertentes in solitudinem per viam maris rubri, noluerunt, sed aduersantes imperio Domini, quo amplius arcebantur, ne ascenderent, eo magis contenderunt, vt ascenderent, & perirent. Cumq. reuersi ploraretis coram Domino non audiuit uos. Deus peccatores patienter tolerat, vnde iusti pœnitent, mali autem obdurantur, libr. secundo, cap. decimo, numer. 26. vsque ad 28. cap. 11. numer octauo, vsque ad 10. & 26. & 28. lib. quarto, capit. 8. numer. primo vsque ad finem capitis, capit. 18. numer. 13. & 14. Deus bene vtitur malis operibus hominum, sicut e contra hi male vtuntur bonis operibus Dei, lib. 4. cap. 22. num. 9. 12. vsque ad 14. Sed quod adnotandum etiam in hoc loco docet Chrysostomus, id est, quod *Homil. 40. imperf.* quo amplius hominum crescèret malitia, dum seruos occidunt, mittit alios, his occisis, mittit & filium. Hæc diuina fuit bonitas, vt primum omnium plantaret vineam, & licet agricolæ solliciti non fuerint in offerendis Domino fructibus, tam ipsi debitis tot titulis, qui oblati in ipsorum cederent bonum, pro quibus vita æterna præmiandi essent, mansuetudine mira non abstulit eis vineam, sed seruos misit Prophetas, tam sibi gratos, de quibus dixerat: Qui vos tangit, tãgit pupillam oculi mei, & eorũ mortẽ sentiens, ac si proprij effoderentur oculi, nec sic eos destruxit audita seruorum nece, *sed alios misit*, vt intelligeres quanta dabit propitius, qui tanta donabat iratus, lib. 4. cap. 6. num. 16. Distulit flagella, vt resipiscerent, ibid. num. nono, cap. octauo, num. 11. 17. & 18. cap. 18. num. 15. 16. 18. & 19. Misit, audita nece seruorum, naturalem filium, quoniam Deus tam est bonus, vt hominum malitia vtatur in ipsorum bonum, occasionem enim accepturus a morte seruorum vt eos perderet, id non solum non fecit, sed misit filium suũ lib. 4. cap. vigesimo secundo, num. 1. 2. 8. 9. 11.

vsque ad 13. cap. 29. num. 6. & 7. cap. 34. num. 23. vsque ad 25. Misit illum, vt pacem inter ipsos colonos, & Dominum conciliet, sed occiditur ab ipsis. Venerat Moyses vt Hebræũ vendicaret ab iniuria, quam patiebatur ab
Exod. 2. Aegyptio viro, & occidit hunc, cui cum grati futuri esse deberent Hebræi viro, qui propriam vitam exposuerat periculo in bonũ fratris ait alter: Numquid occidere me tu vis, sicut heri occidisti Aegyptiũ? Quamobrẽ nisi aufugisset Moyses, morte proculdubio plecteretur a Pharaone. Id Christo Domino accidit, qui cum inter Iudæos, & patrem pacem cõponere voluisset, percussus est, & vul-
Zach. 3. neribus affectus dixerat: His plagatus sum in medio eorum, qui diligebant me. Diligebant inquit, pro eo quod est, ab his, qui reuera maxime odiebant me, sed multis, & pretiosis titulis me diligere tenebãtur. Credentes enim Dominum in regionem longinquam profectum peregre in ingentia venerunt inconuenientia illis similia, qui dixe-
Psal. 93. runt: Viduam, & aduenam interfecerunt, & pupillos occiderunt. Vnde tot mala? dixerat: Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob. Et alibi: Omnis homo trãsgre-
Eccl. 23. diens in lecto suo dicit. Quis me videt, parietes & tenebræ circumdant me, quem verebor? Nemo circumspicit me.

6 *Cum ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi: Malos male perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis.* Verba hæc grandi animaduersione sunt digna. In primis illud cõsiderandum est, nullum non mouendum esse lapidem, antequam peccator destruatur. Propterea horum voce tam acrem in ipsos profert sententiam, antequam eam inferat, vt resipiscant, lib. secundo, cap. vndecimo, numer. quarto, vsque ad 6. & 25. libr. quarcapit. sexto, numer. 9. & 10. capit. nono, numer. 4. & 10. capit. 18. numer. 11. & 12. Deus patienter sustinet peccantes, vt corrigantur, quod si facere neglexerint, acriter corripiũtur, lib. 2. cap. 11. nume. 8. 9. 22. vsque ad 24. & 26. lib. 4. cap. 6. num. 9. cap. 8. numer. 1. 6. vsque ad 10. 12. & 16. cap. 18. numer. 9. vsque ad 12. 18. & 19. lib. 6. cap. 10. num. 14. Vultq. Dominus peccatores ipsos prædicere, & decantare mala super ipsos ventura, sicut legimus
2. Reg. 12 fecisse Dauid quando Natan Propheta locutus est ad eum, exemplo ouis eius edicens adulterium, & homicidium, dixit enim Dauid: Viuit Dominus, quia filius mortis est
Deut. 31. vir, qui hoc fecit: Et in Deuteronomio, in qua pœnas statuit Deus contra legis transgressores, sic habetur. Postquam scripsit Moyses verba legis huius in volumine præcepit Leuitis: Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcæ, vt sit ibi contra te in testimonium. Miseri nos valde, qui portare cogimur testimonia aduersum nos, & ferre leges, quibus damnemur ore proprio recensita ingratitudine nostra dicamus: *Malos male perdet, &c.* Sicut enim dixerat Deus: Tantummodo vos cognoui ex vniuersis cognationibus terræ, idcirco visitabo super vos vniuersas iniquitates vestras. Hoc est, quia vos maiori beneuolentia, & beneficijs, quam cæteras nationes prosecutus sum, quibus abusi estis, idcirco maiores luetis pœnas. Et: Ego exterminaui ante uos Amorrhæum, ego ascendere vos feci de terra Aegypti, ego suscitaui de filijs vestris Prophetas, & de iuuenibus vestris Nazaræos, numquid non ita est filij Israel? Et Nazaræis propinabatis vinum, & Prophetis mandabatis dicentes: Ne prophetetis. Propterea quoniam occasione & diuinis beneficijs accepta peiores effecti estis, idcirco ego stridebo super vos, sicut stridet plaustrum onustum fœno, & peribit fuga a veloce, & robustus non saluabit animam suam. Quapropter & vineam illam siccauit Deus, vt iterum plantaret dicente Deo: Et euulsa est in ira, in terramq. proiecta, & ventus vrens siccauit fructum eius, & aretactæ sunt virgæ roboris eius, ignis comedit eam, & nunc transplantata est in desertum, in terra inuia, & sitienti, & egressus est ignis de virga ramorum eius, qui fructum eius comedit. Et quod olim commi-
4. Reg. 17 natus fuerat Deus dicens: Testificatus est Dominus in Israel per manum omnium Prophetarum dicens: Reuertimini a vijs vestris pessimis, & custodite præcepta mea. Qui non audierunt, sed indurauerunt ceruicem suam, iratusque est Dominus vehementer Israeli, & abstulit eos a conspectu suo, & tradidit eos Deus in manu diripientium, donec proijceret eos a facie sua. Rigida hæc Domini comminatio impleri cepit in Babylonica captiuitate, sed postmodum, vt refert Hieronymus ex Iosepho, in abditis templi vox audita est dicentium: Transea-
Esai. 1. mus ex his sedibus, & relicta fuit Iudæorum familia, sicut vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas, quæ vastatur. Miror autem in prolatione huius sententiæ dixisse Iudæorum principes, idq. Dominum confirmasse, *locaturum Dominum vineam alijs agricolis, qui redderent ei fructum temporibus suis.* Locatam quidem vineam Ecclesiæ repudiata synago-
Esai. 5. ga conspicio quidem, sed quod hi Domino reddant fructum temporibus suis, non perspicio, nec copiosiorem nunc fructum, quam habuerit, quando Dominus clamabat miserandam stragem, quod decem iugera vinearum facerent lagunculam vnam, copiosiorem nunc fructum coniectare non licet. Quando exspectante Domino quondam fructum vineæ conquestus fuit, quod faceret pro vuis maturis labruscas, edisserens, qua ratione id verũ esset, subintulit: Væ qui coniũgitis domum ad domum, & agrum agro copulatis, væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis, cithara, & lyra, & tym-

& tympanũ in conuiuijs vestris, & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis. Fructum non porrigebat Iudaicus populus, quia desiderio æstuabat multiplicandi temporalia, conuiuijs, & potationibus deditus, sic vt salutis proprię oblitus opera Domini non cõsideraret, Christianus proculdubio ijsdem detinetur malis, vnde eadẽ, immo maiori animaduersione dignus est. Reddiderũt quondam fructum Deo debitum primi Christiani, sed ad id perditionis deuenerunt modo, qui hoc nomine indigne gloriantur, vt easdem merito pœnas timere debeant. Contra nos enim eædem conuincunt rationes, quibus *vinea auferatur à nobis, vt mali male pereamus, & vineam suam locet Deus alijs agricolis* quã incultam relinquimus post maiora multo beneficia accepta, vt in exordio dicebamus. Propterea abundãtius oportet obseruare nos ea, quæ audiuimus, ne forte pereffluamus: Si enim qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis prẽuaricatio, & inobedientia iustã accepit mercedis retributionem, quo modo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? Maiorq. vltio nos manet, non solum quia eadẽ, immo maiora accepimus a Deo beneficia, sed quia perpendẽtes sæuam Dei iram in Iudæos, ad sanam mentem non redimus, & vt aiunt Hispani *no escarmentanos en cabeça agena.* Peccatis, & flagellis alienis visis non emendari grande facinus est, & acriter punitum a Deo semper lib. 14. ca. 6. nu. 4. & 5. c. 10. nu. 10. & 13. Sicut de occidente ipsum Cain scriptũ legimus: Qui occiderit Cain, septuplum punietur. Vnde Lamech ipsum casu occidens, dixit vxoribus suis: Septies vltio fiet de Cain, & de Lamech septuagies septies. Cum enim fratricidæ culpa maior multo fuerit illa, qua per incuriam occisus est impius Cain, istam mortem acrius vindicãdam Dominus dixerat, quoniam in primo homicidio homicidij damna non considerauit Lamech, ne alterum occideret. Eademq. acrior sententia Christianos expectat, digni, qui audiant: Auferetur a uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. In quibus verbis illud primum considerandum est, quod non priuat Deus aliquem aliquo bono, nisi loco eius aliquem subroget meliorem; vnde amisit Eua Abel, & ortus est ei Seth dicens: Quia posuit mihi Dominus semen aliud pro Abel. Vnde conteret multos, & stare faciet alios pro eis. Aufert Dominus spiritum suum a Saule, & ab illa die dirigitur maiori munere in Dauid. Vnde merito cum Paulus Romanis, qui ad Deum ex gentibus conuersi fuerant, suadere vellet, vt in bono cæpto perseuerarent, hoc argumento efficaci vsus est, vt eos in virtute confirmaret: Si Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat, &c. considera in eos, qui ceciderunt seueritatem, in te autem bonitatem, si tamen permanseris in bonitate, alioquin & tu excideris. In toto ergo hoc Euangelio diligenter considera duo potissime fuisse, quæ contra Iudæos Dominus recensuit, ingentia eis collata beneficia, illorumq. ingratitudinem: propter quæ regnum Dei est ipsis ablatum, auferetur. a nobis, si in eadem inciderimus mala. De Platone refert Plutarchus multum eum aliorum delictis in virtutis studio, & sui ipsius cognitione profeciſſe. Tibi dictum cre-
Apoc. 2. de: Age pœnitentiam, & prima opera fac, sin autem veniam tibi, & mouebo candela-
7 brum tuum de loco suo. Sed dices: Acris Dei indignatio, quæ in hoc Euangelio lecta est, quæ a Domino statuta est, contra agricolas lata narratur, quibus vineæ cura commissa est, eorum culpa fructus non redduntur Domino. Vtique ex hac parabola vtrique timere debemus. Nec agricola dicat: Vitis culpa fructus non dantur, quæ relicta est in manu consilij sui. Si vitis immiscuit se mille quæstionibus, quam Deus rectam produxit, sua est culpa, &c. veriti non sunt filium, liberi sunt, vt quocumque voluerint, siue ad ignem, siue ad aquam manum extendant, nec Prophetæ id potuerunt efficere mirandis operibus, ne pro vuis vineæ ferrent labruscas, etiamsi vsque ad mortem in re hac mire insudauerint. Vtrumq. verum est certe, & quia culpa Prælatorum, & Principum hæc veniunt damna, aufertur ab eis regnum Dei, & quia
Esai. 5. rursus vinea in causa est, quod vuas non ferat, merito audit: Non putabitur & non fodietur, auferam maceriam eius, & erit in conculcationem, & mandabo nubibus ne pluant super eam imbrem, &c. *Et quærentes*
Homil. 29. in Matth. *eum tenere timuerunt turbas, &c.* Quam aliter, ait Origenes, tenere eum dilectum sibi sponsum optabat sponsa, cum eum quærens diceret eo inuento: Tenui eum, nec dimittam, donec introducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Et in sequentibus, cum maiores assecuta esset perfectionis gradus subintulit: Ascendam ad palmam, vt teneam altitudines eius, vel (vt nostra habet lectio) vt apprehendam fructus eius. Inter vbera sua commorari volebat sponsum, a quo innumera reportaret commoda, isti autem vt eum perderent.

SABBATO POST Secundam Dominicam Quadrageſimæ.

Euangelium.

Homo quidem habuit duos filios, & dixit adoleſcentior ex illis patri, &c.

Luc. 15.

In expoſitionem huius Euangelij conſule librum 3. cap. 17. numer. 14. libr. 4. cap. 5. num. 21. cap. 20. numer. 16. libr. 6. cap. 10. numer. 20. & 21. libr. 7. cap. 8. numer. 10. libr. 14. cap. 6. numer. 14. & 16. capit. 18. numer. 24. & 25. libr. 18. cap. vndecimo, numer. 27.

1 *Sabbato Dominicæ 2. in Quadrag.*

TRIBVS adhibitis parabolis docere nos Chriſtus Dominus voluit ingenti potiri lętitia cæleſtes ciues, cum peccator homo ſui miſertus ad ſanam mentem redierit, egeritq. peccatorum pœnitentiam, quas propoſuit tum ad confundendos Scribas & Phariſæos ægre ferentes, ac murmurantes quod Chriſtus Dominus ingreſſus fuiſſet domum Matthæi, Zachæi, aliorumq. peccatorum, vt cum eis manducaret, ac biberet; tum etiam vt humano generi quam grata Deo, & Angelis, ac Eccleſiæ paſtoribus, qui hoc nomine digni cenſendi ſunt, ſit conuerſio cuiuſcumque peccatoris ad pœnitentiam. Et quoniam in duabus anterioribus parabolis docuerat non ſolum gaudium, quod eſt in cælo in conuerſione peccatoris, ſed etiam eximiam Domini curam, qua nititur homines a priſtino malorum ſtatu reuocare ad eum, in quo diuina amicitia reparata diuinis potiantur donis ad futuræ gloriæ felicitatem acceptati. Id enim ſuadet ſe ipſum vocans ſimilē paſtori, qui nimio ouiculæ amiſſæ amore tractus reliquit nonaginta nouem in deſerto, & non quieſcit donec inueniat eam, qua inuenta, conuocat amicos, & vicinos, vt congratulentur, non inuentæ oui, licet id in ſuum cederet bonum, ſed paſtori inuenienti amantiſsimam ouem. Eademq. ratione ſimilem ſe dixit feminæ, quæ euerterat totam domum, donec inueniret, dragmam, quam perpediderat. In hac tertia parabola, ne quis crederet negotium hoc totum relinquendum Deo, vt oſcitante homine, ac dormiente ſola Dei bonitate operante ad priſtinum gratiæ ſtatum reducendum peccatorem ſicuti parabolæ anteriores inſinuare videbantur, hac vtitur tertia, in qua perpendat *Deo* operanti cooperandum eſſe, vt qui in peccato iacuerat, reſipiſcat, miſerum perpendat ſtatum, in quo iacet, ſecum cogitet de remedio, ſurgat, & vadat ad patrem, vt rogatus is, in priſtinam amicitiam illum reſtituat. Gratia neceſſaria, vt homo reuertatur ad Deum, lib. quarto, cap. 14. numer. octauo, vſque ad 18. libr. ſeptimo, cap. octauo, numer. ſexto, libr. 14. cap. ſexto, numer. 43. & 44. At huic gratiæ cooperatores eſſe debent homines, lib. 7. cap. octauo, numer. 5. Gratia Dei neceſſaria eſt, vt homo rectum iter agat in Deum, nec ſufficit ſola propoſiti voluntas, lib. 7. cap. nono, numer. 2. 11. 12. 15. & 16. lib. 8. cap. tertio, num. 22. Gratia *Dei* principaliter operatur bonum, ei tamen cooperari debet homo, libr. 7. cap. 9. numer. 5. 6. 8. vſque ad 16. & 19. lib. 4. cap. 14. num. 15. & 16. lib. 7. capit. 9. numer. 7. 22. & 23. Vtrumque ergo hæc parabola docet, & quod diuina gratia, ſit eiuſq. auxilium, quibus homo deteſtatur peccatū, & ſurgit a malo, & quod huius coadiutores eſſe debent homines. Totum ergo Euangelium hoc quatuor præcipuis partibus clauditur. In prima miſerandum viri peccatoris ſtatum deſcribit *Dominus*, & a qua radice in tam varias, ac multiplices inciderit calamitates filius hic prodigus, qui filius cum eſſet Principis, ad id deuenit infelicitatis, vt nimia neceſsitate preſſus paſceret porcos, cupiens implere ventrem de ſiliquis, quas porci comedebant, quibus nec abundabat. Secunda pars docet, quibus rationibus motus is fuit, vt miſeram vitam, in qua iacebat, deteſtaretur, miſerrimumq. ſtatum deſereret. Tertia diſſerit, quæ iſte adhibuerit media, quibus patrem tam iuſte illi iratum placare potuiſſet. In quarta ſumma Dei bonitas enarratur, qua poſteriorum oblitus illum in priſtinum filij honorem gratanter, & hilariter admiſit, filioq. maiori, vt illi congratularetur, iuſtis rationibus perſuaſit.

Circa primum; radix, a qua in homine innumera, eaq. grauiſsima conſurgunt mala, ea eſt, vt velit is omnibus bonis frui ſine Deo, quibus vti tantum debuiſſet ſecundum diuinam voluntatem. Bonis enim temporalibus vtendum eſſe, & non fruendum docuerunt Sancti, libr. ſexto, capit. decimo quarto, nu. 1. vſque ad 7. Is filius prodigus, qui grauiſsimorum peccatorum forma eſt, frui voluit vita, valetudine, pulchritudine, diuitijs, honoribus, liberoq. hominis arbitrio pro voluntate ſua. Hæc bona, quæ a Deo acceperat, vt his vteretur in bonum, diſpenſanda perijt ſecundū liberū appetitus ſui arbitrium. Id enim ſignificat, cum dicit patri, inquit Auguſtinus: *Pater da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit.* Volo enim vt mihi libuerit viuere independenter ab omnibus, volo voluntatem meam habere

habere pro lege, vti creatura tamquam in iuuentute celeriter, vt ſit mea fortitudo lex iniuſtitiæ, alienis legibus ſubdi nolo, qui bonis multis ditatus illis vti, vt mihi vtile, aut delectabile iudicauero, concupiſco, libr. 18. cap. 4. num. 3. Hæc enim ſceleratorum hominum conditio eſt, vt *Deum* docentem contraria voluptatibus ſuis, audire nolint, lib. 18. cap. tertio, numer. 12. & 13. Cumque tota hominis felicitas, dum viuit, in hoc ſita ſit, vt *Deo* ſubdatur, vt eius voluntatem habeat pro lege, propriamq. renunciet, vtpote quæ ingentium malorum cauſa eſt, cum huius, ait Bernardus, duæ ſint filię matri tali perquam ſimiles, vanitas, & voluptas, voluntas propria id efficit, vt hominis bona ipſi bona non ſint, dum illis per propriam voluntatem abutitur, lib. 18. cap. 19. numer. decimo tertio. Qui vero volunt hanc habere pro lege, peruerſe ſuum uolunt imitari auctorem, qui ſua ſanctiſsima uoluntate utitur, tamquam rectiſsima regula, & infallibili totius bonitatis. Cum autem propria uoluntas talis eſſe non poſsit, qui illam acceperit pro regula in multa, eaq. grauia incidet mala, ibidem numer. nono, & 10. Voluntas propria eſt, quæ bellum exercet contra Deum, per quam non intendimus placere Deo, aut prodeſſe fratribus, ſed ſatisfacere proprijs motibus animorum, libr. decimo octauo, capit. 19. nume. 6. Hæc enim propria uoluntas, & proprium conſilium duplex lepra cordis eſt, & peſsima, & periculoſa, ibidem. *Deus* autem dedit illi portionem ſubſtantiæ, quam poſtulabat, dum ipſi libertatem conceſsit. Quoniam, ut Bernardus aiebat, omnia, quæ in mundo ſunt, Deo ſeruiunt conformiter ad propriam naturam, Angeli ut Angeli *Deo* famulantur, bruta ut bruta ipſius ſubduntur uoluntati, res inſenſibiles ut tales, & ita ut homines ei ſeruirent ut homines, eos minime cogit, ſed liberos eſſe vult. Noluit pater filium inuitum detinere, ita Deus a ſe recedere volentes dimittit, vt quilibet agat, vt ſibi libuerit. Propterea dicebat per Zachariam: Non paſcā vos, quod moritur moriatur, quod ſuccidit ur ſuccidatur, & reliqui deuorent vnuſquiſque carnem proximi ſui. Quaſi dicat, non vultis ſub mea eſſe protectione, quin immo iugum meum a uobis excutere voluiſtis, ideo libere uos operari relinquam, vt ſi quis moritur peccando, moriatur. Indignatur quidem Deus contra eos, qui libero abutuntur arbitrio, & ait: A ſæculo confregiſti iugum, rupiſti vincula mea, dixiſti non ſeruiā, ſubaudi, ait Hieronymus, viro, aut marito ſed in in omni colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix adultero diabolo eius ſequens voluntatem, non perpendentes homines non eſſe conditos liberos ad hoc, vt libere peccent, libr. 10. cap. 4. numer. 10. 14. vſque ad 17. Vnde ſerui Dei vere ſunt liberi, lib. 11. cap. 3. numer. 26.

Sap. 2.

Bern. ſerm. de diligendo Deo.

Zach. 11.

Vt homini eſſet gloria æterna, liberum illi arbitrium datum eſt, vt audiat: Erit illi gloria æterna, qui potuit tranſgredi, & non eſt trangreſsus, facere mala, & non fecit. Creauit *Deus* hominem, & reliquit in manu conſilij ſui, vt ad ea, quæ vellet, ſiue ignem, ſiue aquam, ad ea, quæ nociua ſunt, & quæ cruciant, & quæ refrigerant manū extendat pro libito. *Deus* n. coercet hominum petulantiam diuinis legibus, non autem eos compellit, vt etiam renitentes diuinam exequantur voluntatem, propria reiecta. Maledicti quidem, qui declinant a mandatis *Dei*, ſed liberi. Cordatus autem filius, qui id ſemper a *Deo* poſtulandum nouerat: Fiat voluntas tua ſicut in cælo, & in terra. Iuſtus is cum eſſet, noluit vti valetudine, intellectu, & libero arbitrio, & cæteris bonis naturalibus ſine Deo, ſine quo nec hædum accepit, vt cum amicis epularetur. Hæc enim iuſtorum virtus, & ſapientia eſt, vt cum primum audierint: Omnia veſtra ſunt, ſiue Pālus, ſiue Apollo, ſiue Cæphas, ſiue inſtantia, ſiue futura, ipſi aiunt cordate: Nos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei, id eſt, ſicut Chriſtus Dominus non venit facere propriam voluntatem, ſed Dei, dicat iuſtus: Ego ſum Chriſti, non quæro, quod mihi vtile eſt. In capite libri ſcriptum eſt de me, vt faciam voluntatem tuam Deus meus, volui & legem tuam in medio cordis mei. Mihi enim adhærere Deo bonum eſt, & ponere in Domino *Deo* ſpem meam. *Deo* ſubdi debet anima, paſsionibus autem dominari, libr. quarto, cap. 20. numer. 5. 9. 10. & 13. Deus derelinquit peccatores in grande ſuum malum, ſicut filio prodigo conceſsit portionem ſubſtantiæ, quæ ei contingebat, cui ſubditus fuit filius ſenior, & prudens in grande bonum, ibidem numer. octauo vſque ad 10. & 13. Totius ergo mali origo in filio prodigo fuit abuti libertate propria, nolle Deo ſubijci, ſed Domino tyranno, *Dijs* alienis, qui non dabunt ei requiem die, ac nocte. Huius execrandam miſeriam lamentabatur *Dominus* Hieremiæ verbis, cum diceret: Obſtupeſcite cæli, & portæ inferi deſolamini vehementer ſuper hoc, duo enim mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas non qualeſcumque, ſed diſsipatas, quæ aquas continere non valent refrigerij, conſolationis, aut alterius cuiuſuis boni. Quoniam cum *Deo* is ſit contrarius, ſibimetipſi factus eſt grauis, vt aiebat Bernardus libro de diligendo Deo: Id enim ſignificat Iob, cum ait: Factus ſum mihimetipſi grauis, quod lex ipſe ſibi eſſet, hanc proferens ſententiam nomine impiorum, vel propriam conſiderans miſeriam. Quaſi diceret: Iuſto iudicio tuo *Domine* id effectum eſt meritiſsime, vt qui noluit recipere pro lege diuinam, rectam, iucundamque voluntatem tuam, qua regeretur, intolerabili lege pro-

Eccl. 31.

Eccl. 15.

Hier. 16.

Hier. 2.

Iob.

Bern.

prij consilij, & propriæ voluntatis gubernetur. Hoc vtique mirabile est, sed non nouum, quod cum homo natus sit, vt ex necessitate subditus viuat, velit potius habere diabolum regem, qui rex est super omnes filios suos superbiæ, cædens populos in indignatione crudeli, nec velit, Deo id efficere cupiente, vt cesset exactor, quiescat tributum, moderetur virgam percutientium crudeliter, sed ne Deus regnet, aut diabolo subdatur, aut propriæ voluntati affectat filius prodigus, cumq. id effecerit, nihil faustum præstolari poterit. Vnde miserãda mala, quæ hinc fuere consecuta, narrat Dominus in sequentibus dicens.

Iob.

Esai.

3 *Non post multos dies, congregatis omnibus, adolescentior filius peregre profectus est in regionẽ longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè, &c.* vsque ad illa verba: *Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant & nemo illi dabat.* In his verbis multa sunt, eaq. grauissima, in quibus miseranda peccatoris calamitas aperitur, infelix culparum status. In quibus illud in primis considerandum posuit, *quod peregre sit profectus, & in regionem abierit longinquam,* qui donis a Deo acceptis abusus est. Peregre profectus est omnis, qui peccat a Deo recedẽs. Sicut Adã cum iustitia originali ornatus viueret, in Paradiso erat Deo præsens, at cum diuinum præceptum transgressus est, aufugit a Deo, vnde audiuit, Adam vbi es? Et ille: Cum me nudũ contemplatus fuissem, abscondi me. Sed & Cain, qui fratrem suum turpiter occidit, habitauit profugus in terra. Deus appropinquãtibus appropinquat, & recedit ab eis, qui ab eo recedunt lib.4.cap.19.nu.5.& 15.c.20. num.8. Deo autem recedente ab anima, funditus pereunt innumera bona lib.4.capit.19. num.6.9.12. vsque ad 14. Peccatorum miseriæ describuntur, dum dicuntur vertere scapulam Deo, aggrauere aurem, & obdurare cor lib.14.cap.17, nu.18. Peccata in grande malum nostrum, maxime elongant nos a Deo, non loco, sed animo,& volũtate,lib.14. cap.6.num.14.& 16.cap.17.num. 1. Peccatorem velle fugere Deum stultum est lib.14. ca. 6. num.6. Peccator a Deo recedens consistit in commotione cordis, lib.4. cap. 19. num.2. Peccatores a Deo recedentes dicuntur non esse, quia illi soli, qui Deo adhærent, dicuntur esse,ibid. num.1.lib.14. cap.6. numer. 38. cap.17.num.17. Peccatores alij abscondunt se a facie Dei, alij vero fugiunt: Abscondit se Adam, fugit Cain, lib.3.cap.24.num.2. vsque ad quartum,lib.4. cap.26.nume. 16. Pectores extra se commorantur, iusti si aliquando extra se vagentur, statim redeunt, lib. 1. cap.16.numer.15. Hæc tanta mala explicuit Dominus hoc vno verbo, quo dixit filium hunc prodigum peregre profectum. Nec peregre vtcumq. abijt, *sed in regionem longinquam*, in quam abeunt peccatores instabilitate magna acti, quibus Esaias dicebat: Co-

Esai.22.

ronans coronabit te tribulatione,& quasi pilam mittet te in terrram latam, & spatiosam. Eum enim qui quia a Deo recedit ab ipso deseritur, omnia veluti mala apprehendunt, ita vt tribulationibus coronari dicatur. Tales sicut pila mittuntur. Quemadmodum enim sphæra (vt ait Hieronymus) a superiori loco per accliue decidens subsistere non potest, sed in immensum voluitur, ita homines a Deo recedentes,& ad mundi vana conuersi, vt instabiles hac, itaque illac voluuntur, immo sicut pila a ludentibus huc, atque illuc emissa volitat, ita homines extra securissimam Dei tutelam positi, a superbia ad gulam, a gula ad luxuriam, ac demum per vitia circumducti huc, atque illuc agitantur. Augustinus dũ innumera retulisset peccata, quibus Deum offendisset, a Deo longe morabatur in regione dissimilitudinis. In hac regione *dissipauit substantiam suam* propter multa peccata, quibus inuolutus est, quæ intellectum cæcant, liberum arbitrium infirmũ reddunt ad recte operandum, vt dicat miser homo: Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio, vbi Paulus voluntatem adiacere dixit (inquit Bernardus) quia etsi amabile sit bonum, & voluntas in illud feratur, non est efficax, & erecta, sed iacet & inefficax est, quæ velleitas rectius vocatur, quam voluntas bene operandi, quam non habet, dum funibus peccatorum suorum peccator constringitur. *Fitq. fames valida in illa regione.* In regione dissimilitudinis, ait Caietanus, quamdiu peccatores partim inclinantur ad delectabilia, partim ad opera virtutum, minor penuria est. Sed cum totaliter inclinantur ad delectabilia scelera homines, qui in profundum venere malorum, valida penuria est actuũ virtutis. Hi in implendis desiderijs carnis toti versantur, anima neglecta lib. 2. cap. 17. num.23.lib.12. cap.4. numer. 13. *Et abijt, & adhæsit vni ciuium regionis illius*, hoc est (ait Caietanus) subiecit se totaliter dæmoni, qui vere est ciuis regionis peccati. Homo enim quamdiu viuit in regione peccati, peregrinus est non ciuis, cum voluntatem habeat, & liberum arbitrium flexibile ad bonum, diabolus autem, qui resipiscere non valet, ciuis est perpetuo victurus in regione illa miseranda peccati. Ibi adhæret dæmoni peccator, dum qui conditus fuerat dominus, peccando passionum suarum seruus efficitur, libr. tertio, cap. 23. num.secundo. Mali serui sunt carnalium vitiorum, & dæmonum lib.nono, cap.13. num. tertio vsque ad 5.9.11.& 14. Et idcirco vincti dicuntur ad malum, ibidem numer. 10. & 13. Lib. octauo, cap. secundo, numer.5. docetur, quod homo conditus dominus indigne fit seruus. Seruusq. vilis, qui pascit porcos, in quo rationis officia absorpta describuntur. Et denique in tantum venerat malum vt *cuperet implere ventrem de siliquis, quas edebant porci, & nemo illi dabat.* Quoniam

Caie.

niam, vt recte aduertit Caietanus, postquam diabolus in seruitutem redegit hominem, inuidet ei hoc, quod suum satiet appetitum delectabilibus, propter quod vt augeat peccatum, immittit cupiditates vanorum delectabilium, vt autem non satiẽtur, priuat eos concupitis delectabilibus. Id enim significat Dominus, cum dicit hunc prodigum filiũ cupere implere ventrem de siliquis, quas illi nullus porrigeret. Quieto siquidem Domino possidentes dæmones hominem inuident illi satietatem appetitus, quam tamen procurabant, quousque illum plene subiecerunt. Immo cum omnibus meretricibus dentur mercedes, istę cum in profundum venerint malorum mercedes dant hominibus, vt ingrediantur ad eas. Potanturque a dæmone vino compunctionis, & qui aureo calice Babylonicæ feminæ prius potabantur, iam finita prima dulcedine experiuntur posteriora felle, & absynthio esse amariora. Sicut enim cum iusti in grande virtutis venerint incrementum, ipsã operantur nulla cõsideratione habita de prẽmio solius virtutis amore, & pulchritudine acti, sic econtra cum impij in profundum venerint malorum, peccant nulla proposita delectatione, aut præmio. Peccat ut meretrix dans amatori mercedem, qui bona temporalia non reperiens in malis, quæ patrat nihilominus peccat, lib. primo, cap. 5. numer. 7. 16. & 17. lib. 14. cap. 6. num. 17. Peccatum tam grã de malum est, vt propter illud tradat nos Deus Sathanæ, lib. 2. capit. 11. numer. septimo, lib. quarto, cap. 33. nume. 2. Peccatores in perdita sua vita multa, & grauia tolerant inconuenientia, lib. secundo, cap. 17. num. 15. vsque ad 18. Peccatores pascuntur peccatis, sed nõ satiantur, lib. quarto, capit. 28. numer. 17. Peccatores diabolum habent regem, a quo lacerantur, non Deum consolatorem, libr. 4. cap. 33. nume. 6. & 11. Peccatoribus frequenter dæmon adhuc bona temporalia, & cætera, quæ concupiscunt, non largitur, libr. 14. cap. sexto, nume. 17. Etiam si hi primum falsis promissionibus decipiantur a diabolo, li. 14. cap. 8. nume. 34. Peccatis meretrix fallax dulcedinem miscet, ut decipiat, sed extrema amariora sunt absynthio, lib. 14. cap. 11. nume. 6. 7. 12. vsque ad 15. capit. 17. numer. 26.

Hiere. 3.

Apoc.

Validam famem, quam patiuntur iniqui, mire explicuit Bernardus edisserens caput 19. Matthæi: Ecce nos reliquimus omnia, &c. his verbis: Vidi ego aliquando quinque viros, quid in freneticos dicam? Primus, qui in littore maris degebat, arenamque auidissime fame cruciatus masticabat. Secundus sulphureo astans lacui exhalantem tæterrimum, fætidissimumque gestiebat haurire vaporem. Tertius fornaci incubans uehementer accensæ micantes scintillas hiantibus excipere faucibus lętabatur. Quartus supra pinnaculum templi residens ore multum aperto, nec contẽtus eo aerem attrahebat, ac si totum speraret aerem deglutire. Quintus seorsum posi-

Ber. serm. in c. 19. Matth.

tus ridebat cæteros, ipse quoque ridendus, & maxime, proprias enim carnes incredibili quodam studio fugere laborabat, nunc manus, nunc brachia, nunc sanguinem applicans ori. Miseratus homines, causamque miseriæ scisciatus ab eis unam omnibus esse reperio, validissimam vtique famem, tum vero macilentissimas eorum facies contemplatus memini Prophetæ dicentis: Aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum. Quid hęc uobis prosunt? Inquio: Non sunt naturales cibi, magis famẽ hæc prouocant, quam extingunt. In quibus omnibus id significare voluit, quod nec hominum vniuersæ diuitiæ in primo homine significatæ, nec turpitudines, adulteria, &c. secundi, nec iræ tertij, nec superbia quarti, nec præsumptio quinti, nec denique omnia mala hominem valent satiare. Satiantur enim soli illi, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. Vnde is, qui in regionem venerat longinquam, in qua fames erat valida, satiari nusquam valuit. In fame enim valida statum huius miserandum describit, vbi dat pretiosa quæque pro cibo ad refocillandam animam, sicut captiuitatis Babylonicæ miserandam captiuitatem, quæ contigit Iudæis enarrans Hieremias dixerat in Threnis: Omnis populus eius gemens, & quærens panem dederunt omnia, quæ habuerunt pretiosa pro cibo, non vt delectarentur, aut satiarẽtur, sed vt breui voluptate refocillarentur. Similes illi, qui dum sepultus esset in inferno, postulat guttulam aquæ, qua misere cruciatus in flammis in aliquo releuaretur. Quibus verbis infelicem peccatoris statum declarat, in quo se fame perire dicit. Qui autẽ plenius, diuiniusque cognoscebat quæ ibi erant mala, eum mortuum fuisse pronunciat, cum indignationem fratris senioris moderari voluisset. Morti enim simillimum est fame illa cruciari. Fames enim, cum vehemens est, hominem impellit non solum, vt primogenita vendat, Sacerdotium relinquat pro esu lentium, sed etiã naturæ iura penitus obliuisci facit, sicut Hieremias in Threnis Hierusalem obsessam deflens dicit, quod cum valida fames vrbem inuasisset, manus mulierum misericordium coxerunt filios suos, horribile dictu, ne dicam facta. Fame actus impius peccat, quod ingens esse malum retulit Paulus, cum de gentilibus loqueretur: Qui semetipsos, ait, tradiderunt impudicitiæ, in operationẽ immunditię omnis in auaritiam. In auaritia, dixit, quia numquam peccando satiantur, nec eorum voluptas termino clauditur. Sicut enim auaris crescente pecunia, crescit & eius amor, sic & hi, dum multa, & grauia perpetrant scelera, ad maiora, & grauiora patranda accenduntur. Famem patiuntur, vt canes, & circũeunt ciuitatem, si forte satientur. Vnde Hieronymus locum edisserens Pauli, quem retulimus, eorum, qui peccabant in auaritia, id animaduertit, quod vbi nos legimus: Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ, Græ

ad Eph. 4.

Eph. 4.

ca

ca exemplaria sic habent: Qui indolẽtes, seu indolorios semetipsos tradiderunt impudicitiæ, Dum omni abiecto freno, & dolore, ac trepidatione ad peccandum accedunt ea animi propensione, qua qui validissimam patitur famem, accipit optatissimum cibum. Cum ergo miserandum hominis statũ variis mediis edisserat scriptura, dum in peccato moratur, hunc aperit Dominus his quatuor titulis in hac parabola, dum filium hunc prodigum docet dilapidasse omnia bona sua, abiisse in regionem longinquam, adhæsisse vni ciuium regionis illius, in qua fames erat valida, ipseque implere cupiebat ventrem de siliquis porcorum, nec poterat. Peccator venundatus dicitur sub peccato, quia accepta dulcedine, pro pretio animam diabolo vendit, cui subditur, & seruit, dum pascit porcos, libr. 14. capit. 17. numer. 26. Peccatoris status miserandus maxime, & flendus, qui variis comparationibus recte in sacris litteris narratur, libr. eodem nume. primo, usque ad finem capitis, capit. 23. num. 25. & 26. Peccatores aliqui, dum numquã peccatis satiantur, sed quotidie peccant, & de malo ad malum pergunt, dicuntur peccare in auaritia, lib. 14. cap, 7. num. 19. Peccatum homines abiectissimos facit, seruos, feras, dæmones, &c. lib. 14. capit. 6. nume. 11. Peccantibus primis parentibus nudati sunt, & consuerunt folia ficus, quoniam peccatum ad tãtam reducit humiliationem, vilitatem, & erubescẽtiam priuans homines multis bonis, ibidem num. 1. Peccatoris miserandus describitur status, lib. primo, cap. 22. numer. nono, libr. 2. cap. 10. num. 17. usque ad 20. cap. 14. numer. 9. cap. 17. nume. 2. 3. & 13. cap. 19. nume. 27. vsque ad 29. lib. 4. cap. 19. num. 6. 8. & 14. lib. 14. ca. 6. nu. 38. & 42.

5 *In se autem reuersus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo. Surgam, & ibo ad patrem meum, &c.* Hæc est secunda huius Euangelij pars, quæ docet quibus is rationibus motus sit, ut miserrimum statum detestaretur, & relinqueret. In qua id in primis aduertendum est, quod in se reuersus est; cum enim in regione longinqua a Deo peregre profectus moraretur hominũ nec persuasionibus, nec exemplis a malo valuit reuocari, sed Deo mouente rediit prœuaricator ad cor, qui phreneticus, insanus, ac ebrius cum esset, miseriam, in qua iacebat, non animaduertit, sed medici ope, eiusque amaris potionibus potatus ad sanam rediit mẽtem. Insanusque flagellis correctus est, sicut vulgo dicitur, *que el loco por la pena es cuerdo*, vinũq. quo madebat, nec perpendebat ebrius, quod cunctis esset despicabilis, digerens in se reuersus est (Caietanus) Reuersio autem fit per actum intellectus, considerauit enim cum gemitu, & mœstitia statum pristinum, quod, licet indignus, esset tanti patris filius creatione, redemptione, & quod fuerat adoptione. Memor domus paternæ, hoc est, gratiæ pristinæ amissę, magnæ abundantiæ spiritualiũ bonorum recordatus est, cum dixit: *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus.* Hæc consideratio intus habita parturit propositum sequens efficax: *Surgam, & ibo ad patrem meum. Surgam* a tanta miseria, in qua consternatus miser iacui, *& ibo* affectibus, ab hac consuetudine male operandi. *Et dicam: Pater, peccaui in cælum, & coram te* sicut Dauid flens peccata sua dixerat: Tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Considerauit, vnde deciderat, & quo, sed tamen ne exemplo Iudæ, aut Cain desperaret, qui tam misere ceciderat, in tam immania scelera spe bona subleuatus dixit: *Surgam, & ibo. Peccaui in cælum,* quoniam cęlo iniurius fui ei præponendo terrena. *Peccaui in te,* quia tuam voluntatem, quę in terra sicut in cælo exequenda erat ab homine implenda sicut ab Angelis, posthabui meæ. *Surgam,* ne læteris inimica mea, quia cecidi, quoniam resurgam. Dominus enim suscitat de terra inopem, & de stercore erigit pauperem ad tantam felicitatem, ut sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. Domini enim sunt cardines terræ, vt qui in extremis malorum morantur, reducantur ab eo. Numquid qui dormit non adiicit, ut resurgat? Erigetur, Domino subleuante, qui erigit elisos, vt miseriã, in qua sunt, derelinquãt. Et illuminat cæcos, vt eam agnoscant. *Ibo*, qui longe a domo paterna peregrinatus sum. Indignus sum qui filius eius vocer. Sed ipse est, de quo legimus: Calamum quassatũ non conteret, & linum fumigans non extinguet: *Surgam.* Surgere enim iustorum est, & stare, peccatorum autem iacere. Iusti sunt de quibus scriptum est: Ecce nunc benedicite Dominũ omnes serui Domini, qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri. De peccatoribus autem: Adhæsit pauimento anima mea. Considerauit prodigus filius miserandum statum, in quo iacebat & quod diuina bonitate factum est, vt vię eius spinis circumcluderentur, dum absens a patre *peregre profectus in regionem longinquam, postquam consumpsit omnem substantiam suam cœpit egere,* seruus dæmonis ex filio Dei effectus est, pascens porcos fame peribat. Maledictionem illam consecutus, quam illi similes accipiunt loco hæreditatis: Attenuetur fame robur eius, & inopia inuadat costas eus. *Ibo*, quoniam licet ego, quod erat filij amiserim luxuriose viuendo, ipse autem quod est patris proprium amittere non valet. *Peccaui in cælum* (Augustinus) In conspectu tuo, Domine, peccaui, & teste cęlo, non intra priuatos parietes inclusus, sed in orbis præsentia, quem scandalizaui. Vt ad Dominum, immo patrem amantissimum reuerterer, duo inueniebat multa consideratione digna; vitiorum fastidium, & propriæ miseriæ considerationem. De his omnibus eleganter disserunt Sancti. In primis, quod prodigus hic considerans ingentia flagitia non desperauit, sed dixit: *Surgam, & ibo.* Sic enim sunt peccata recordata, vt nos in desperationem nõ inducant,

Hier. Osee 2

Augustin. li. 2. Quæstion. in Euang.

ducant, lib. secundo, cap. 12. num. 24. & 25. lib. 4. cap. 34. num. 5. *In se reuersus, &c.* Peccati recordatio, & cognitio multas parit vtilitates, lib. 3. cap. 22. num. 5. 6. 9. capit. 23. numer. 1. 3. vsque ad 10. cap. 25. nnme. 2. vsque ad 4. & 18. lib. quarto, cap. 16. numer. 1. lib. 14. cap. 10. numer. 1. Peccaminum fætor, &c. ingens est, qui nisi venerit ad peccatores, non gemunt, libr. 14. cap. 6. nume. 36. cap. 17. numer. 24. & 25. Peccati recordatione stimulatur cor, ne iterum homo peccet, lib. 14. cap. 10. num. 1. 2. 5. 7. 8. 9. & 12. Peccata depicta habere debet homo in memoria, vt Deus ea deleat, ibidem nume. 14. capit. 17. num. 24. & 25. capit. 23. nume. 21. Peccator cogitet qualis ex quali sit effectus peccando, sicut filius hic prodigus considerauit, vt resipisceret, lib. 14. cap 22. numer. 8. 16. & 29. cap. 23. num. 25. & 26. Peccator, dum cõsiderat propria mala, ad Deum reuertitur paternum esuriens panem, libr. 18. cap. 11. nu. 27. Prodigus fame pressus multis vallatus calamitatibus dum non valet accipere, quæ desiderat, quæ omnia Dei accidunt misericordia, ad ipsum reuertitur patrem. Peccatis immiscet Deus misericordia sua amarissimas difficultates, & multas, ut homo pristinum deserens statum reuertatur ad ipsum, lib. 18. capit. 14. num. 12. Peccatoribus Deus offendicula gressibus abiicit, vt eos a malis arceat, lib. 14. ca. 20. num. 2. Peccatores dum non valent implere, quæ optant, ad Deum conuertuntur, li. 14. cap. 19. num. 23. Peccatores Deum quærunt in tribulatione, quem in pace contempserũt, lib. quarto, cap. 8. num. 12. Prodigus fleuit peccata sua considerans bona paterna, quibus priuatus fuit, & mala, quibus in regione longinqua pressus fuit, & abundauit, libr. primo, cap. quarto, num. 8. vsque ad 11. lib. 3. capit. 4. num. 3. lib. 4. cap. 19. num. 6. vsque ad 9. & 14. lib. 10. cap. 2. num. 1. & 2. lib. 14. cap. 6. num. 11. 19. 20. 22. 24. 25. vsque ad 29. & 40. c. 17. nu. 16. Peccata autem relinquenda sunt, vt pœnitentia Deo sit grata. Propositum enim efficax relinquendi mala includitur essentialiter in pœnitentia, qualis fuit in filio prodigo, cum dixit: *Surgam, & ibo*, & id efficaciter operatus est. Pœnitentes sic flere debent peccata, & ab eis recedere, vt fructus exhibeant pœnitentiæ dignos, lib. 14. cap. 22. numer. nono. 11. vsq; ad 13. 16. 25. 26. 30. vsque ad 32. & 34. Per pœnitẽtiam cum fiducia accedere debet homo ad Deum factorem suum, libr. 14. capit. 23. numer. 24.

6 *Surgens uenit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe esset, uidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Dixitque ei filius: Pater peccaui in cælum, & coram te, iam non sum dignus uocari filius tuus.* Accurit ei pater, quoniam sicut pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ. Nec accurrit tantum, sed seruos misit in regionem longinquam, ait Bernardus, qui eum reuocarent ad propriam domum. Primus seruus timor fuit, qui eum reperit pascẽtes por-

Ber. serm. de filio prodigo.

cos funibus peccatorum suorum constrictũ, & misere ligatum, ne valeret egredi, inuenit eum miserum, & ridentem, & in miseriis securum, quem verbis, & verberibus urgens vt exiret, & rediret tanta miserum confusione deiecit, vt sicut morti iam vicinus iaceret, & adhæreret in terra venter eius. Post hunc seruus alter, cui nomen erat spes, accessit, & quem timore exanimem vidit, & iacentem, eum erigit dicens: *Quanti mercenarij in domo patris tui, &c.* Vade, & sic ei loqueris: *Pater fac me sicut unum de mercenariis tuis.* In se reuersus, & tanta perpendens mala, spe animatus audit seruum dicentem missum esse a patre, vt illũ non deserat donec introducat in domum patris sui, & in cubiculum genitricis suæ. Super hæc omnia adduxi tibi missum a patre equũ desiderij, quem ascendens spe comitatus non læderis. Loco calcarium exempla dedit Sanctorum, sellamque deuotionis. Spes præcedẽs comitabatur eum, timor autem sequebatur verberibus eum vrgens, & minis. Tunc conturbati sunt princeps Edon, robustos Moab obtinuit tremor, &c. Irruat super eos formido, & pauor in magnitudine brachij tui, fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat filius tuus, Domine. Sic properanti in occursum pergit pater diuina sapientia, quæ præoccupat eos, qui se concupiscunt. Misericordia motus est pater, vt misero, & nudo, sordido, & algenti filio, macieque confecto prouideret. Acurrit effectu misericordiæ accelerãdo veniã. *Cecidit super collum, & osculatus est eum.* Amplexus cum osculo, ipsa gratia reconcilians est his signis descripta, ad significãdum magnitudinem affectus, & effectus diuinæ benignitatis erga pœnitentem. Et quia diuinum affectum explicare non potuit facer Euangelista, alia similitudine amplexum, & osculum vocauit diuinam benignitatem affectum, licet maior esset animi teneritudo, quam quæ amplexibus, & osculis hominum significatur & ostenditur. A peccato sine gratia surgere non valemus, & ideo accurrit pater, dum adhuc filius longe esset, lib. 14. cap. sexto, numer. 43. & 44. cap. septimo, nume. 20. c. 8. nume. 27. Peccatores Deus consolatur, ne desperẽt, sed resipiscant, ideo osculatus est filium prodigũ, lib. 4. cap. 6. num. 6. 13. & 14. cap. septimo, num. 3. & 4. lib. 14. cap. 17. num. sexto, vsque ad 8. Peccata delenda sunt per pœnitentiam, adiuuante Deo, lib. quarto, cap. 14. nume. 2. 5. 7. 10. 11. & 17. Hunc consolatur pœnitentem, ne nimia absorbeatur tristitia, lib. 5. ca. 1. nume. 13. *Cecidit super collum eius.* Multorum enim peccatorum colla Deus calcat, super alia cadit. Cum enim superbia tument, eorum calcat colla, vt in Antiocho, Herode, Nabuchodonosore, & aliis videre licet, ruit autem super collum peccatoris pœnitentis, quem consolatur, sicut & hunc mire consolatus est. Sed quoniam diuini fauores priuare non debent peccatorum pœnitẽtem propria cognitione, subiungit is: *Pater peccaui in cælum, & coram te.*

Caiet.

Sed

Sed illud consideratione dignum est, quod cum in regione longinqua de reditu cogitans proposuisset, obfirmassetque animo, quæ ad impetrandam veniam dicturus esset patri, statuissetque dicere: *Peccasse in cælum, & coram te,* & insuper *non sum dignus uocari filius tuus,* nec id solum, sed his addere: *Fac me sicut unũ de mercenariis tuis,* hoc tertium prætermisit, cum enim peccator in se sentire, & experire cæperit diuinam consolationem, veluti absorptus a paterna benignitate, se torum iacere in patris gratia, nihil petit. sed tantum confitetur peccatum suum, & indignitatem, cętera relinquens paternę benignitati, vt eum restituat in domum postulat, peccata deplorat, miserãdum statum edicit, an vero eum velit in pristinam dignitatem filij restituere, quam non mereretur, an potius gratiam illi conferre mercenarij velit, suæ dimisit voluntati, quam in omnibus exequi iam vult, qui expertus est propriæ voluntatis nocumenta, qua, liberoq. arbitrio cum abusus esset, in mala deuenit vix credibilia, &c.

Caiet.

7 *Dixit autem pater ad seruos suos: Cito proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manũ eius, & calceamenta in pedes eius, & adducite uitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur, &c.* Quid hæc significent, vide lib. 7. cap. 8. num. 10. vsque ad finem Euangelij.

In quibus verbis vltima pars Euangelij continetur, ubi duo dicit Euangelista, in quibus mira eius demonstratur bonitas. Alterum est, quod filium prodigum in pristinam restituit gratiam cumulatissime, alterum vero, quod filio maiori persuasit, vt congratularetur filio prodigo reuertenti in domum paternam, & pristinam, miserandamque vitam relinquẽti. Stolam primam proferre iubet, & induere illum, vt eum sic restitutum in pristinam gratiam significet, & ad antiquam dignitatem reparatum; sicut vestiuit discoloribus

Ezech. 16 feminam, quæ misere perierat. Vel per vestem hanc talarem charitatem significat, quę operit multitudinem peccatorum, sine qua ad regias nuptias, & ad vitulum saginatum nullus ingreditur securus. Hæc est vestis talaris, quam fecit Iacob filio suo Ioseph, quem præ cæteris filiis diligebat. Porrigit & annulum, ut opera exteriora pœnitentium bona sint, & decora, quæ antea, cum homo in statu execrando peccati iacebat, turpia erant.

Annulus in manu fides est operibus ostensa:

Ezech. 16 Dedi armillas in manus tuas. Factum est ver

Agæi 2. bum Domini in manu Agæi, ut fidem manibus ostendas, non in solo sit intellectu, aut auribus. Ne homo fidem habens, & non opera, audiat: Ficus non florebit, & non erit germen in vineis, lib. sexto. cap. tertio, numer. 8. Similisque sit talis ficulneæ, quæ folia habebat, & non fructus, cui maledixit Deus, & aruit, ibidem nume. secundo, & 25. Fides enim aliquando amittitur, quia sine operibus est otiosa, ibidem numer. nono, vsque ad vndecimũ, 27. & 28. Vel annulus significat familiaritatis erga Deum insignia. Per calceamenta vero custodia diuinæ gratiæ, qua affectus hominum ita muniantur, vt inter scorpiones securus ambulet: super aspidem, & basiliscum tutus incedat, & conculcet leonẽ, & draconẽ, calceatus hiacyntho. Et vitulum saginatum occidit pater, vt continuo filius hic epularetur. Vitulus enim saginatus in principio conuersionis peccatori frequenter datur, vt magna consolatione interni gaudij afficiatur, vt hoc medio confirmetur in via Dei, qualẽ consolationem, & delicias numquam experti sũt iustorum plerique, qui iugiter in uirtutibus, & bonis operibus fuerunt occupati, qui significãtur per seniorem filium. Is enim non omnes iustos repræsentat, sed tantum eos, qui in timore Dei perseuerantes spiritualibus consolationibus interni gaudij non reficiuntur in hac vita. Quod enim seniori filio, nec hædum dederit vsquam, vt cum amicis epularetur, qui tamen mandatum Dei non pręterierat, dederit autem huic iuniori vitulum, non cõtigit eo, quod ipsum plus diligeret, sed ne si is paternam non experiretur benignitatem, rursus peregre profectus in pristina laberetur mala. Sicut & Augustinus narrat in confessionibus, quod cum primum ad Deum reuersus est, illis diebus non satiabatur dulcedine mirabili considerare altitudinem consilij diuini super salutem generis humani, colloquebatur cum matre valde dulciter apud ostia Tyberina, cum primum conuersus est. Furens Paulus prostratus a Domino apud Damascum conuersus est, & statim, antequam illam egrederetur ciuitatem, raptus est, & vidit arcana verba, quæ non licet homini loqui, vt posteriorum oblitus in anteriora se totum extenderet, & occuparet animum. Et huic occidit vitulum saginatum, vt conseruetur in bono. Pœnitentibus, & conuersis non continuo adsunt tentationes, ne ad mala reuertantur, quæ reliquerunt, lib. septimo, ca. quarto, numer. decimo quarto, usque ad 16. Murmuratio autem senioris fratris, & indignatio secundum Theofilactum ingentem potius admirationem significat, quę tanta fuit, vt ex ea murmuratio sequeretur, si vir ille iustus nõ esset. Secundum autem sententiã Hieronymi imperfectionem iustorum significare Dominus voluit, uidentes tantam Dei benignitatem in peccatores. Vel primum motum indignationis, qui communis est & iustis, & peccatoribus, intelligendũ cen suit.

Ezech. 1

DO-

DOMINICA TERTIA in Quadrasima.

Euangelium.

Erat Iesus eijciens dæmonium, & illud erat mutum. Luc. 11.

De hoc Euangelio differitur lib. 2. cap. 5. numer. 2. cap. 8. num. 22. lib. 3. cap. 5. num. 64. & 65. capit. 17. nume. 14. lib. 4. cap. 32. num. 3. cap. 33. num. 2. cap. 36. num. 4. usque ad 6. lib. 13. cap. 8. num. 7. capit. 12. num. 2. Lib. 14. cap. 7. agitur de reincidentia, lib. 16. cap nono, num. 1. & 2. lib. 18 cap. 10. nu. 11.

Domin. 3. in Quadrag. 1

TOTIVS huius Euangelij breuis sũma hæc est, quod cum miser quidam homo cæcus esset, & mutus, cuius cæcitas, & sermonis impedimentũ non fuerat a natura, aut ab alia extrinseca causa, & defectu, sed tantum ex præsentia dæmonis, qui illi oculorum, & linguæ vsum abstulit, Christus Dominus totius morbi radicem auferens, cum dæmoniũ expulisset, homo ille & vidit, & loquutus est, quo miraculo cum in admirationem plebei essent adducti, Pharisæorum quidam signa quærebant e cælo, alij vero opus hoc diuinæ potentiæ proprium principi dęmoniorum tribuentes aiebant blaspheme: Dominum in virtute Belzebub eiicere dæmonia, quorum insanam blasphemiam Christus Dominus quatuor elidit rationibus, quibus ingens horum hominũ scelus, & stultitia demonstratur. Has rationes

Caiet. 1. Ratio. elegãter edisserit Caietanus, qui cõsulendus est, quarũ hæc est breuis summa. Prima: *omne regnũ in se ipsum diuisum desolabitur, &c.* In qua id docere intendit, quod princeps dęmoniorum ageret contra regnũ propriũ, quod est manifeste inconueniens. Cũ hæc sit summa tyrãni huius cura, hoc maximũ illius studium, regnũ proprium conseruare, & illud totis viribus velle amplificare, propriamque ditionem extendere, quod non fieret, si Sathanas contra se diuisus Sathanam pelleret ab hominibus.

2. Ratio. Secunda ratio: *Si ego in Belzebud eiicio dæmonia filij uestri in quo eiiciunt?* Ratio sumitur ex parte filiorum ipsorum Iudæorum. Quæ cõsistit in hoc. Si ego accusor a vobis, filij vestri, quos non accusatis, testantur, quod non in Belzebub eiicio dæmonia. Et appellat filios uestros, uel discipulos suos, ut Caietanus docet, vel vt Cornelius Iansenius probabiliusc redit

3. Ratio. exorcistas, qui eiiciebãt dæmonia, & tamen non reputabantur Magi. Tertia ratio: *Porro si in digito Dei eiicio dæmonia, &c.* Hæc ratio ab effectu diuinæ sumitur operationis, quasi dicat, aut eiicio dæmonia in principe dæmoniorum, aut in digito Dei, primum dupliciter probauit esse non posse, modo ostendit quod si in digito Dei, id est, per specialem, & exactã operationem diuinam pellit dęmones, proculdubio iam aduenit ad vos Iudæos regnum Dei a Prophetis prædictum regnum Messiæ. Ait ergo, ab effectu cognoscite me in digito Dei eiicere dæmonia, quia attuli ad uos regnum Dei. Non enim aliud annuntio nisi regnum Dei. Ad hoc laboro, vt excluso regno peccati, regno carnis, & regno mundi a cordibus hominum, regnet Deus in illis. Ad id. nortem armatum diabolum quiete possidentẽ genus humanum expuli, tollens in primis arma, quibus armatus erat dæmon (quæ procul dubio vitia sunt, sicut arma Christi sunt virtutes) & demum spolia eius distribui, quæ homines sunt. *Qui non est mecum, contra me est, &c.* 4. Ratio. id est, qui non conuenit mecum in bona voluntate, & bona actione contra me pugnat, & nõ adiuuat regnum Dei. Itaque non datur medium inter colligentem mecum, & dispergentem, ac per hoc cum dæmon sit dispergẽs homines a regno Dei, non potest fieri, vt me adiuuet, qui colligo ad Dei regnum homines.

Cum immundus spiritus exierit ab homine, &c. In qua similitudine intendit, quod diabolus, qui exiit a gente Iudæorum per Patriarchas, & Prophetas, non inueniens requiem in gentibus, in quibus per Euãgelium regnabit Deus, reuertetur ad Iudæos, tamquam domum scopis mundatam, & ornatam, tamquam prouocatiuam dæmonis, ad hoc, vt inhabitetur, & fient nouissima peiora prioribus, &c.

Cum Ecclesia in toto hoc quadragesimæ 2
tempore hominum velit proteruiã reuincere, vt miserandum peccatoris statum deserant, vt in cepto perseuerent bono, in hoc Euangelio in primis ignauis, & pusillanimitati quorundam conatur respondere, qui cogitantes dęmonis potentiam, fortitudinem, sollicitudinem, indefessum animum, virtutis iter aggredi non audent, dum putant tanta audacia dęmonem præditum, vt non miretur, si Iordanis vniuersus influat in os eius, absorbeatque fluuium ingentem. Nec mirum si Iordanem to- *Iob 40.*
tum deglutiat, qui cauda & traxit quondam, & trahit quotidie tertiam partem Stellarum, *Apoc. 12.*
eorum, scilicet, qui in cælis iam morari videbantur. Ne ergo deficiat homo dæmonis confiderans audaciam, eum in Euangelio hodierno fortem, armatum vocat Deus, sed victum a Domino Iesu, armis nudatum, cuius spolia distribuit mira bonitate sua. Fortem, ait *Ho. 29. in*
Chrysostomus, vocat Christus Dominus diabo *per.*
lũ, non vt nos terreat, sed vt reddat sollicitos. Nam quamuis infirmus sit, fortior est homine negligente. Fortem eum facit negligentia nostra, non eius potentia. Ligatus est, vt si forte terreat te, quod is vocitetur fortis, te consoletur, quod ligatus est. Opprobrio enim, & tortura dignus est, qui a ligato vincitur hoste. Ligauit eum Dominus, vt a nobis conculcetur.

cetur. Ligatus est, vt nostra sit cum facilitate victoria. Dirupit vasa fortis trahens homines ad notitiam sui. Per girum dentium eius formido. Corpus illius, quasi scuta fusilia cõpactum squammis se prementibus. Sternutatio eius splendor ignis, & oculi eius vt palpebræ diluculi. In collo eius morabitur fortitudo. Reputabit quasi paleas ferrum, & quasi lignum putridũ, æs. Quasi stipulam æstimabit malleum, & deridebit vibrantem hastam. Iob 41.

Non est super terram potestas, quæ comparetur ei, qui factus est, ut nullum timeret. Vnde subdit Chrysostomus, diabolum alloquens: Qui te diligunt, etiam ligatum te non dimittẽt, qui autem te dereliquerint ligatum, apud te fuerunt coacte. Alligo te, ne nolẽtibus violentiam facias. Ita intelligit Augustinus locũ Apocalypsis: Et vidi Angelum descendẽtem de cælo habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua. Et apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus, & Sathanas, & ligauit eũ per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit & signauit super illum, vt non seducat amplius gentes. Ligatus eum mille annis cohibens, & frenans eius potentiam ab eis seducendis & possidendis, qui fuerant liberandi. Per mille autem annos intelligit omnes huius sæculi dies, in quibus erit in abysso. hoc est, in multitudine innumerabili impiorum. Clausit abyssum, ne egrederetur. Alligauit eum (inquit capite 8.) ne vi, aut fallaciis suis homines perdat. Si enim ei Deus talem præstitisset licentiam, in tam longo tempore contra tantam hominũ imbecillitatem assidue pugnans deiecisset multos, quod ne faceret ligatus est. Si dixeris, ait Augustinus: Si ligatus est, qua ratione tam potens est? Prævalet, inquit, tepidis, prævalet negligentibus, sicut canis, qui vinculis ferreis concatenatus est, qui non mordet, nisi eũ, qui falsa securitate ad eum accesserit. Qui ligatus est, latrare potest, sollicitare potest, mordere omnino non potest nisi volentem. Nec solum vicit eum, arma abstulit, ligauit, sed & spolia distribuit Dominus Iesus; Sicut Regius Vates multo ante prophetauerat dicens: Et speciei domus diuidere spolia. Dominus. n. impios homines, qui dæmonis spolia erãt, ab eius eripuit potestate, & diuisit ea, cum dedit quosdam quidem Apostolos, alios uero Euangelistas, alios autem pastores, doctores ad cõsummationem Sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Et hæc est species domus, scilicet, Ecclesiæ, cui spolia diuiduntur. Vide verbo Christus turris a facie inimici, ne vulneremur, sed potius vulneremus illum gladio bonorum operum, libr. 3. ca. nono, num. 27. Christus dæmones traduxit, & de illis triumphauit, ut sanctificatio ad nos transire potuisset, lib. 7. cap. nono, numer. 1. Dæmones fragiles fiunt, dum nos fortes efficimur, gigantes autem, si nos efficiamur segnes lib. secundo, cap. septimo, num. 3. cap. 8. num. 38. & 39. cap. 35. num. 5. Dæmones, etsi gigantes sint, vincit Dominus per nos, quasi si locustis pugnet, & superet Aegyptios, lib. secundo, cap. septimo, num. 2. & 3. Diaboli imbeciles, ne occidant eos, qui sunt in Ecclesia, nisi isti voluerint, lib. 2. cap. 8. nume. 18. 26. 27. 30. & 39. lib. 4. cap. 32. num. 2. Diabolus non supplantat, nisi uolentes, lib. 2. cap. 8. num. 23. 38. & 39. lib. 4. c. 35. num. 5. capit. 37. numer. 11. Diabolus modo ligatus est in cordibus impiorum, lib. secundo, cap. 8. nume. 35. 36. 38. & 42. Diabolus post aduentum Christi ligatus tantum prænalet negligentibus, lib. 2. cap. 8. num. 38. usque ad 41. lib. 4. cap. 32. num. 2. Diaboli vires semper restringit Deus, libr. 2. capit. 8. num. 42. lib. 4. cap. 35. num. 3. 5. 6. 8. 9. 14. 15. & 16. cap. 37. num. 11. Diabolum fortem efficimus, cum peccamus, libr. secundo, capit. 11. num. 1. & 2.

Ser. 197. de tempore.

Aug. in psal. 67.

Ephes. 4.

Apoc. 20.

Secundo id nobis persuadere conatur Ecclesia in quadragesimali pœnitentia, quod & magnopere considerandum est ab his, qui per confessionem dæmonem a se expulerũt, quod & aperte Euangelium demonstrat hodiernũ, neminem posse securitatẽ sibi polliceri, quãdiu thesaurum diuinum in vase fictili habuerit, sed bonis, & continuis uirtutum exercitiis debere vacare, ne dæmon perpetuus, & sollicitus hominis insectator inueniens domum eius vacantem, ornatam, & scopis mundatam dicat: *Reuertar in domum meam, unde exiui*, cum ambulans per loca inaquosa quærens requiem non inuenerit, qualia sibi dulcia ad habitandum iudicauerit. Vt enim optime aiebat Chrysostomus: Vt homo salutem consequatur æternam, ut dæmonem inhabitantem non habeat, non satis illi est malum non facere, nisi & bona operetur, cum virtus sic declinare a malo prædicat, ut faciendum insuper bonum doceat. Quid proderit seruo, domino iniurium non esse, si illius non exequatur uoluntatem? Aut uero noxias herbas ab agro eradicare, nisi postmodum seminaueris granum? Virtutis opera exercenda sunt ad salutem, nec sat est malum non facere, lib. 18. cap. 10. nume. 11. 12. 14. 16. 19. vsque ad 21. & 26. cap. 12. num. 11. In virtute sic proficiendum est, vt nullus sit dies, in quo bonum non faciamus, lib. 18. cap. 12. num. 8. 11. & 15. Virtus variis mutationibus est subiecta, ut nullus securus sit, sed multa cura eam curet conseruare, lib. 18. capit. 13. per totum, maxime num. 3. 9. & 10. Vita durante ab hostibus tuti esse non possumus, libr. secundo, capit. 5. num. 11. usque ad 14. 33. & 34. cap. 7. nume. 24. cap. 9. nume. 6. In vita hac nemo securus est a lapsu, lib. 2. cap. 10. nume. 8. lib. nono, capit. 22. num. 16. lib. 14. cap. 21. num. 41. lib. 15. capit 6. num. 3. & 4. lib. 18. cap. 13. num. 5. & de cimo. Vitam hanc bonis actionibus consecrans, & ab illis non recedens, tempus redimit, lib. 17. cap. 1. num. 6. Vt ergo Christus Dominus hominum excitet somnum, ut eis bona operà suadeat, & Ecclesia doceat post confessionem, & condonatam ueniam, fructus dignos pœnitentiæ

tentiæ faciendos, hac parabola edocet homines dicens: *Cum immundus spiritus exierit ab homine, &c.* Pœnitentia parata nouę tentationes insurgunt, ne securitas, & negligentia hominẽ prosternant, lib. 7. cap. 4. nume. 12. 13. & 16. Pœnitentes sic flere debent peccata, vt etiam fructus agant pœnitentiæ, lib. 14. cap. 22. num. nono. 11. vsque ad 13. 16. 25. 26. 30. usque ad 32. & 34. Domum dicens vacantem, eius animæ statum significat, quæ ad dæmonem excipiendum parata est, scilicet, quæ spiritualibus præsidiis, & munimentis destituta facile hostibus aditum præbet. Vnde duplex est status periclitantis animæ, alter cum iam a dæmone est possessa, in illius ditionem redacta, illi ut crudeli tyranno paret facta abominabilis, sicut & hospes, quem & recepit, & dilexit. Alter eius status est, cum nondum in potestatem eius est tradita, sed huic periculo multum est proxima. Similis ciuitati, & turri munitæ, quæ a validissimo, potentissimo exercitu vallata, aliquando subiicitur hosti, quam ingreditur, vexillisque deiectis alienis, propria suspendit, occidit milites, trucidat hostes, omnia lacrymis plena relinquit, &c. Aliquando nondum ad id mali res deuenit, sed huic exitio vrbs quam proxima est, cum videlicet milites lassati nimis inermes, & fame pressi vix arma capere valent, quando victus inopia inuadit eos taliter, ut cibus, & potus eis detur in mensura, quando muri dejecti sunt, & conquassati, hostes multiplicati, vt vix spes vlla relinquatur euadendi. Sic & animæ contingit Christianæ, cum aliquando peccatis subdita, & a dæmone possessa illi omnino est subdita, sicut in peccatoribus contingit, qui peccatum iam patrarunt mortale. Aliquando huic periculo proxima est, cum spiritualibus armis, & præsidiis destituta, nec sacris lectionibus, nec orationi, nec vigiliis, nec ieiuniis, nec eleemosynis, nec Sacramentorum frequentię intenta, nec sacris collocutionibus, occasiones non fugit peccati, nec sensus coercet, qui bus mors ingreditur domum suam, quibus omnibus sic manentibus, ut corruat homo ne cesse est. Vnde hæc potissima dæmonis est cura, vt homines imparati sint, & inermes, vt primo corruant congressu. Sicut enim hæc summa Philistinorum fuit cura, ut cum inter ipsos, & Israelem tam frequentia essent bella, ut nullus esset faberferrarius in Israel, qui arma fabricaret, ut cum prælium inirent, omnes inermes inuenirentur, sicut contigit vno Saule, & Ionatha exceptis, quo facile in manus uenirent hostium, qui ad pugnam armati veniebant; sic & diabolus domum inueniens uacantem, hominesque inermes, ipsam ingreditur multis comitatus spiritibus, & homines ingrediens armatus mirabiles strages dat. Vnde Iob, cum de diabolo sub nomine Behemoth loqueretur, dixit: Faciem eius præcedet egestas. Quoniam antequam animam intret, ipsam sanctis exercitiis priuat, ut egestate pressa bonorum operum, quibus non uacat, facile vincatur. Cum Holofernes Betuliam in suam redigere potestatem conaretur, aquæductus, per quos aquę ibant in ciuitatem, confregit, ut siti fatigati ultro eius subiicerentur ditioni, cum nullus egredi ualeret, ut communi posset subuenire necessitati, nec suppetiæ ingredi vrbem valerent, quæ exercitu circumdabatur barbarorum, soloque diuino consilio tantum effugere malum potuere, diuina potentia potius, quam armis uictoriam comparantes, & necem euadentes. Hoc est inimici nostri ingenium, cum homines exercitiis sanctis priuat, ut infallibiliter in eius veniãt ditionem, nisi Deus mira bonitate sua iam iam intrantem hostẽ eneruet, & perdat. Hinc perpendere licet hominum multorum insaniam, qui his contenti, quæ Deus præcipit ieiunia, confessiones, Eucharistiam, orationes, &c. tunc tantum quęrunt, cum Dominus sub comminatione mortis æternę ista indixerit. Qui animam his destitutam præsidiis ab hostibus tueri nõ magis valent, quam possit ciuitas absque muro a potentissimo tueri exercitu. Nisi adsint milites, arma, muri, &c. quibus defendi possit, alias dux, etsi vrbem non tradat hostibus, ut traditor grauissimæ negligentiæ pœnas dabit. Lex præcepit homini, ne uxorem concupisceret proximi sui, qui audit iustum dicentem: Oculus meus deprædatus est animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ, claudat oculos, ne intueantur, quod concupiscere non licet. Lex præcipit ne detrahas honori fratris, caue superflua colloquia, per quæ itur ad noxia. Lex interdicit periurium, ne iures frequenter, quoniam repleberis iniquitate, & a liuore non eris immunis, sicut seruus assidue flagellis cæsus, &c. Caue ergo, ne domus sit vacans, talis enim domus nullo resistente occupatur. In Numeris consulto Nazaræis præcipiebat Deus, vtpote qui Deo consecrabantur, ne consecrationis suæ tempore vinum biberent, nec id solum, sed ut ab omni eo, quod inebriare posset, abstinerent: Acetum ex vino, & quidquid de vua exprimitur non bibent, vuas recentes, siccasque non comedent, quidquid ex vinea esse potest ab vua passa vsque ad acinum non comedent. In quo admonere uoluit Deus, vt cum aliquid hominibus prohibet; etiam ea, quæ illi malo finitima sunt, caueant. Non solum uinum non bibat Nazaræus, sed nec azimum comedat, non solum mala deserat homo, sed etiã abstineat ab his, quæ malo confinia sunt. Sic in Iudic. præcepit Deus Gedeoni, vt destrueret aram Baal, & nemus, quod circa arã est, succideret, & ideo uocatus est Gedeon Ieroboal, id est, potens contra Baal. Qui malum detestatur, & deserit, aram destruit Baal. Qui occasiones aufert reuertendi ad mala pristina, nemus secat, ne in proximo ligna sint ad offerenda sacrificia falso Deo, &c. Diaboli

Hierem.

Eccles. 31.

Numer. 6

Iudic. 6.

1. Reg. 13

Cap. 41.

ſpiritualibus armis vincendi ſunt, lib. ſecũdo, capit. ſeptimo, nume. ſecundo, vſque ad quintũ, & 13. lib. quarto cap. 32. nume. quarto. Diabolus ſemper paratus eſt, vt intret, ſi ei locus detur, lib. ſecundo, cap. octauo, num. 32. & 33. Qui præcurſorem mittit in cor, ut poſt ipſe intret, ibidem. Diabolus vincit, ſi manus demiſerimus, vincitur autem, dum leuantur, libr. ſecundo, cap. nono, nume. 3. Diabolus ut dux aſtutus ea, quæ parum munita ſunt, expuguat lib. quarto, capit. 31. numer. 16. Diabolus inſtar latronis noctu prius bonas cogitationes nititur furari, vt deſertam animam perdat, li. quarto, capit. 35. num. 6. & 7. Peccata taliter abolenda ſunt a nobis, ut etiam bona operemur, lib. quarto, cap. 14. num. 14. Peccata relinquẽda, & quidquid eſt viſibile in mũdo, propter hoc enim bis vocat ſponſus ſponſam, lib. 14. capit. 22. nume. ſexto. Hæc in hoc Euangelio Eccleſia vult hominibus perſuadere, & audaciam dæmonis moderatam, dum eum fortem, armatum, victum dicit, & ligatũ, & quod nihilominus otio uacare non debent, qui per pœnitentiam eius euaſerunt cruentas manus. Iam ad Euangelij enarrationem accedendum eſt.

4 *Erat Ieſus eiiciens dæmonium, & illud erat mutum, &c.* In miraculi huius operatione, in qua Dominus miſericordia ſua loquelã dedit muto, illud conſiderandum eſt, diuinæ prouidentiæ eſſe linguam, & os mutis concedere, ingeniumque dæmonis peccatorum os claudere, & aperire, ſemper ad malum. Hoc enim mirabile hoſtis noſtri artificium eſt, in rebus omnibus huius ſæculi laqueos ſtatuere. Ipſius opera muti ſumus, & loquentes, in otio, & in negotio retia concluduntur, in pace, in bello, in paupertate, & in diuitiis, in abſtinentia, & in ſaturitate. In fame corruit Eſau, in abundantia Iſrael, in otio Salomon fœde lapſus eſt, in negotio Saul miſere interiit. In pace Dauid deiecit, & in bello Abſalonem. In multis diuitiis in profundum malorum venit Nabuchodonoſor, ut Deus adoratus, & in paupertate multi lapſi ſunt. Diabolus laqueos innumeros ante homines ſtatuit, vnde caute incedendum eſt, lib. 2. cap. 7. num. 23. & 30. libr. 4. capit. 30. num. 10. 15. vſque ad 19. cap. 31. numer. 17. 21. 40. & 43. Diabolus varia habet iacula ignita, quæ ſolus ille cauet, qui armis Dei munitus eſt, lib. quarto, cap. 31. numer. quinto, & 6. Diabolus cauendus maxime, cum per noſtra remedia intentat vulnera, lib. 4. cap. 31. nu. 12. Diabolus quaſi vir bellator multimodis ingeniis vtitur, vt nos capiat, lib. 4. cap. 31. nu. 16. & 43. Quapropter ipſe hoſtis miſerũ hunc hominem ſibi ſubiectum effecit mutum, quãuis innocentiæ portum, iuſtitiæq. cultũ ſilentium eſſe dicat ſcriptura. Quis crederet vſquã, niſi in hoc homine id didiciſſet, munus eſſe dæmonis ora hominum claudere? Proculdubio non os vnum, ſed mille, ſi poſſet, cuiq. mortaliũ ora conferret, qui cum Iob a planta pedis vſq; ad verticem plagis innumeris vulneraſſet, ipſe lamentabatur, quod ingenti aſtutia, & malignitate ſua derelicta illi eſſent tantum labia circa dentes, vt his armis, vtpote potentiſſimis, corrueret, qui nullis aliis deiici ualuit. Diaboli cura in acuenda lingua ſita eſt. Vnde aiebat Ambroſius: Plures vidi loquẽdo ĩ peccatum incidiſſe, vix quemquam tacẽdo. Ideo tacere noſſe, quam loqui difficilius eſt, vtpote cum verba bis ad limam, quam ſemel ad linguam venire ſit neceſſe: Quis enim linguæ mala vno ſermone dicet, cum Iacobus eam vocet vniuerſitatem iniquitatis? Adeo enim multa ſunt eius flagitia, vt ſcelerũ veluti quẽdam ſumma eſſe videatur. Detractionum, & murmurationum damna, & multitudinẽ quis enarrabit? Cum enim homines honoris, & famæ tam ſint cupientiſſimi, qui per detractionem, honorem, & famam proximi eneruãt, & perdunt, homicidis fere æquiparantur, cũ dicitur de pœnitentia diſtinctione 1. c. homicidiorum: Qui occidit, & detrahit, vterque pariter homicida eſt, iſte corporis, ille animę. Vnde maledicorum lingua in ſacris litteris modo gladio, modo nouaculæ acutæ, iam armis, & ſagittis comparatur: Filij hominum dentes eorum arma, & ſagittæ, &c. Et alibi: Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes, uenenum aſpidum ſub labiis eorum. Quid quod & linguæ frequentes non ſolum animas, non honorem, aut famam, ſed & uitam funditus perdunt? Quot pugnas, lites, cædes, falſi delatores rumorum, & maledicorum linguæ pepererunt? Quot odia, diſſidia, quot innocentes feminæ detractorum linguis traductæ virorum gladiis immeritas pœnas dederunt? Vnde recte dixit Sapiens: Suſurro, & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacem habentes. Lingua tertia multos commouit, & diſperſit illos de gente in gentem, ciuitates muratas diuitum deſtruxit, & domos magnatorum effodit. Virtutes populorum concidit, & gentes fortes diſſoluit. Lingua tertia mulieres viratas eiecit, & priuauit illas laboribus ſuis. Flagelli plaga liuorem facit, plaga autem linguæ comminuet oſſa. Multi cecidерunt in ore gladij, ſed non ſic quaſi qui interierunt per linguam. Beatus qui tectus eſt a lingua nequam, qui in iracundiam illius non tranſiuit, & qui non attraxit iugum illius, & in uinculis eius non eſt ligatus. Iugum enim illius, iugum ferreum eſt, & uinculum illius, uinculum æreum eſt. Mors illius, mors nequiſſima, & utilis potius inferus quam ea. Aurum tuum, & argentum tuum confla, & verbis tuis facito ſtaterã, & frenos ori tuo rectos, & attẽde ne forte labaris in lingua, & cadas in cõſpectu inimicorũ inſidiãtiũ tibi, & ſit caſus tuus inſanabilis in mortẽ. In quibus verbis Eccleſiaſticus ſuſurronis, qui clã detrahit & bilinguis, qui aliud corã, aliud poſt tergum loquitur, execrandã impietatem deſcribit, ſicut & linguæ tertiæ illius ſcilicet, quæ inter duos ſe tertiam immiſcet, & ſeminat inter

Iacob. 3.

Iacobus 3

Pſal. 119

Iob 6.

Pſalm. 30

Pſalm.

Eccleſiaſt.

ter eos diſcordiam. Cui linguæ nulla fortitudo, nullæ diuitiæ, nulla dignitas prævalere potuerit, ſed omnia ei cedere coacta ſint. Adeo potens eſt malum huiuſmodi linguæ, quæ licet modicus ignis ſit, magnam ſiluam incendit. Hæc lingua mulieres viratas, id eſt, laude dignas falſis criminationibus priuauit laboribus, immo & viris ſuis. Immo generaliter plures corruerunt per linguas detrahentium, quam in ore gladij. Vnde beatum illum dicit, & felicem, qui Deo protegente a læſione linguæ alienæ tectus eſt, ſicut qui poſtulabat: Domine libera animam meam a labiis iniquis, & a lingua doloſa. Quod & ſancto Iob dictum eſt: A flagello linguæ abſconderis. Et alio loco gloriatur Deum præſtiturum hoc beneficij iuſtis, vt a virulentia linguarum tuti ſint, cum dicit Regius Vates: Protege eos in tabernaculo tuo a contradictione linguarum. Et ipſe huius libri auctor ultimo capite gratias agit Deo, quod ipſum liberauerit a laqueo linguæ iniquæ, & a labiis operantium mendacium. A lingua coinquinata, & a verbo mendacij, & a lingua iniuſta. Diciturque vtilis potius inferus, id eſt, mors, quam lingua peruerſa, eo quod per mortẽ homo quieſcat liberatus ab omnibus malis huius vitæ, lingua autem praua hic diu, & grauiter torqueatur. Caſus autem uocatur inſanabilis per mortem, quia lethalis eſt, & mortiferus. Nam linguæ abuſus & corporalem ſæpe affert mortem, & æternam, niſi pœnitentia ſanetur. Cumque detractores inuiſi ſint cunctis, ut aiebat Salomon: Terribilis eſt in ciuitate ſua homo linguoſus, omnes quippe ſibi ab eius venenata lingua, tamquam a vipera, vel ſcorpione cauent, nihilominus hoc morbo Reſpublicæ omnes, & omne hominum genus infectum eſt. Hæc detractionum mala ſunt, in quibus odia in proximos tanta innoteſcunt. Sed de iurationibus, blaſphemiis, & periuriis quis loquetur? Quando nulla ratione adduci poſſent homines, ut crederent a diabolo linguam ipſis concedi, id ſufficit, ſi cõſiderent, quæ ipſe inimicus commoda a frequentibus iurationibus reportet, quæ mala vno periurio non vni homini ſolum, ſed toti frequenter communitati inferat, ſicut optime adnotarunt Hieronymus, & Chryſoſtomus, cum miſerandam calamitatem Iudaici populi ediceret, qui priuati bonis ſuis, tẽplo ſacro, &c. captiui in Babylonem ducti ſunt, propter iuramentum, quod a Sedechia Rege uiolatum eſt. Nec ſolum ut Zacharias uidit falx uolat, & requieſcit ſuper domum iurantis in nomine Domini mendaciter, ſed frequenter etiam alios involuit flagello, ſicut in Sedechia accidit, & in populo Iudæorum, quando Saul iuramentum uiolauit a Ioſue præſtitum Gabaonitis. Suntque innumera alia, in quibus labuntur homines in lingua. Linguæ commune eſt, & frequens damnum, quo dæmon utitur ad perdendos homines, libr. decimo, capit. ſeptimo, numer. quarto, & quinto, capit. octauo, numer. quarto, decimo, & 15. Lingua cuſtodienda eſt, ut homo cuſtodiat vias ſuas, lib. decimo, capit. ſeptimo, numer. duodecimo, decimo ſeptimo, & decimo octauo, capit. octauo, numer. ſeptimo. Lingua commune malum, in qua pauci non labuntur ob eius periculum, lib. decimo, capit. octauo. per totum maxime numer. ſecundo. 15. 18. & 19. de iuramentis, libr. nono, capit. vndecimo, de murmurationibus diſſeritur, libr. vndecimo, capit. quintodecimo. Quæ hactenus dixi mus de periculis, & damnis linguæ, indubia eſſe experientia teſte didicimus, quibus etiam conſonat, ingreſſu dæmonis hominem hunc mutum effectum, cujus ſuaſu muti efficiũtur multi. Muti, qui cum fratres uiderint innumeris ſceleribus immerſos, eos corrigere, aut non audent, aut contemnunt, polluta labia habentes, uelut Eſaias, quia tacuit, & peccantem Oziam Regem corripere non eſt auſus, cum officiũ Sacerdotale temere uſurpare uoluiſſet. Mutum te reddit dæmon, cum murmuranti fratri non obſiſtis, & idem ipſe, qui os aperuerat tuum, ut proximo detraheres, idem ipſe claudit, ne murmuranti reſiſtas. Murmurantes audire non debemus, ne par nos inuoluat pœna, libr. vndecimo, capit. 16. numer. tertio, uſque ad quintum, & nonum. cap. 17. nu. primo, ſexto, & 11. Mutum reddit hominem dæmon, ne confitea tur peccata ſua, ſed procraſtinet eorum confeſſionem, cum id magnum inferat nocumentum, aut uero ſacrilege, propter uerecundiã peccatum taceat, vt omnium reus pereat ſtulte. Os claudit dæmon, ut diuinas laudes taceamus, cum tamen confeſſio aut peccaminum, aut laudis in ore ſemper eſſe debeat, libr. ſecundo. capit. decimo tertio, numer. 12. & 13. Confeſſio ſit frequẽs, ut per illam damna peccatorum reparentur, libr. tertio, cap. 22. numer. ſeptimo, 12. 14. 21. 22. 33. & 34. Confitẽda ſunt peccata omnia, & patefacienda, vt a Deo reparentur, libr. 14. capit. 22. numer. 28. Confeſſio relinquenda non eſt propter erubeſcentiam, lib. 3. cap. 22. numer. ſeptimo, uſque ad 10. 13. 16. 27. vſque ad 29. & 32. Ecce qua ratione linguam claudere, eandemque aperire Dei ſit munus, & beneficiũ, diabolique malitia. Cum aperitur diuinis laudibus, correctioni, confeſſioni, clauditurque periurio, murmurationi, Deus dat linguam eruditam, dæmon autem cum malis his velut ſepulcrum fætidum patefacit, ſerat autẽ his vſibus, qui animæ vtiles ſunt. Lingua oſtiũ habere debet, vt aperiatur ad confeſſionem, & claudatur ad excuſationem, libr. decimo, capit. ſexto, numer. octauo, & 19. Lingua, & os aperienda ſunt ſapientiæ, ut mulier ſapiens fecit, lib. decimo, capit. 7. numer. 11. & 13. Lingua oſtiũ habet, quo aperiatur quãdo expedit, & claudatur, quãdo id expedire iudicatur, li. 10. c. 7. n. 19. ca. 8. n. 8. 9. 11. & 21. Linguã, & os iuſtorũ mouet Deus, & aperit, dæmõ aũt

Eccleſ. 9.

Zachar.

linguam malorum, lib. decimo, capit. sexto, numer. primo, & secundo, capit. septimo, nu. 16. Lingua, & sermo ventus, sed non semper urunt, est enim frequenter in lingua pretiosissimus fructus, lib. decimo, cap. octauo, num. 21. Ad loquendum labia postulabat Dauid, vt vtilia tantum, & illi placentia loqueretur, libr. decimo, capit. septimo, numer. 21. capit. 8. numer. 11.

5 *Quidam ex eis dixerunt in Belzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia, &c.* In quibus verbis ad summum malum Iudæorum principes deuenisse conspicies. Est enim magna ingratitudo beneficium non referre, maior non cognoscere, sed omnium maxima, quæ sunt bene
Exod. 32. factoris, eius inimico tribuere. Sic olim Iudæi conflato vitulo, cum diuinis portentis, & miraculis Pharaonis euasissent potentiam, cum percutiente Moyse virga mare in aridam versum esset, non solum Moysem contempserunt dicentes: Huic Moysi nescimus quid acciderit, &c. sed ad conflatum vitulum conuersi dixerunt: Hi sunt Dij tui Israël, qui te de terra Aegypti eduxerũt. Immane sane scelus, quod Dei bonitate ipsis est tributum indignis, idolo acceptum referre. Sic fecit & impius Rex
3. Reg. 12. Hieroboam, qui erectis vitulis ad populũ ait: Ecce Dij tui, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Præterea illud considerare est conueniẽs, Sanctos multa pati ab his, quorum vtilitati totos se tradunt malum recipiẽtes pro bono. Sic Ioseph contigit, qui cum prandium ferret fratribus, & errãs lassatus illos sollicitos quæreret, vt eorum prouideret necessitati, ipsi pro beneficio aiebant: Ecce somniator venit, venite occidamus eum, quod si non fecerunt, saltem in cisternam ueterem proiicere eum volentes vendiderunt in Aegyptum. Sic &
Exod. 2. Moyses suorum causam agit, dum corrixãtes fratres blandis uerbis componere nititur, dum tantam eorum multitudinem ab operibus duris luti, & lateris etiam proprio periculo neglecto eripere conatur, audit a rixantibus: Num occidere me tu nis, sicut heri occidisti Aegyptium? Propter quæ verba compulsus est exulare. Postmodum cum de eis eripiendis tractaret, audit rursum: Fætere fecisti odorem nostrum coram Pharaone. Psallebat Dauid coram Saule, ut spiritum Domini malum ipsum exagitantem fugaret, & pro beneficio occidere eum nititur, sicut & postea, cum amputato capite Goliath, & Regem, & regnum a grandi, & aperto periculo saluis militibus liberauit. Nec mirum id est, cum Apostoli audiant: Non est seruus maior domino suo, si me persequuti sunt, & uos persequentur. Si patremfamilias Belzebub dixerunt, quanto magis domesticos eius? Quapropter Apostoli flagellabantur, lapidabantur, occidebantur ab his, quorum æternæ saluti intendebant. Vt illi salutem consequerentur animarum, isti necem libenter sustinebant. *In Belzebub, &c.* Hæc est altera hominum sceleratorum conditio, ut nullum prospectent opus, quantumlibet vtile, & bonum, quod vel ipsum, vel saltem operantis mẽtem non taxent. Misit Dauid nuntios vt Hanon Regem Ammon uisitarent, ut morti patris sui Naas compateretur, animumque sincerum, & in morruum parentem, & in filium regni successorem patefaceret, & tamen impiorum ingenium hoc fuit, ut arbitrarentur *2. Reg. 10* ad explorandam terram sub prætextu pietatis nuntios aduentasse. Cum enim perditissimi homines diabolo sint simillimi, non mirum, si hanc eius conditionem sint sortiti, qui aiebat, dum bona opera Iob calumniari non ualeret: Numquid Iob gratis timet Deum? &c. Quod contra iustis accidit, qui dum impiorum opera excusare non ualent, excusant uel animum. Sic contigit & Paulo, qui cum a Iudeis frequenter cæsus malũ opus excusare non posset, dixit: Testimonium illis perhibeo, quod æmulationẽ quidẽ Dei habẽt, sed non secundum scientiã, id est, errant quidem in facto innocentes flagellantes, sed æmulatione legis ducti recte id facere arbitrantur, dum puniunt, quem nocentem credunt: Sic Ioseph excusans, ut potuit fratres, immo proditores factos ex fratribus, aiebat: Non uestro consilio, sed Deo disponente, in bonum uestrum uenundatus sum. Hi Iudæi, cum in profundum venissent malorum, dicunt: *In Belzebub, &c.* Quorum execrandam calumniam miris rationibus reuincit Dominus. Licet enim hostium calumniæ patienter ferendæ sint, cum hoc stat, quod homo iustus propriam innocentiam prodat, sicut Christus docuit prodens horum malitiam, & propriam sanctitatem. Quod & Sancti hoc exemplo Domini ducti fecerunt. Sic Hieronymus aiebat, respondens *Hieron. epist. ad Anseram.* his, qui ipsum propter amicitiam Paulæ calumniabantur: Scio per infamiam, & bonam famam ad regnum cælorum peruenien-dum esse, sed tamen sanctitas Paulæ me ad hanc erga illam beneuolentiam traxit. Basilius in epistola 63. 64. 65. 80. & 86. respondet murmurationibus, & testimoniis, quibus inculpata eius vita calumniabatur. Sic Augustinus lib. contra Secundinum Manichæum, & in locis multis respondet Manichæorum conuitiis. Quod & modo in iustis laudare debemus. Murmurationes malorum sic ferant boni, ut innocentiam ostendant suam, lib. undecimo, capit. 15. per totum maxime numer. secundo, usque ad septimum. 12. 24. & 25. Murmurationes, si possunt, compescere debent Prelati, & Prædicatores, non laudem propriam, sed animarum lucra quærentes, lib. 11. ca. 15. n. 24. & 25.

6 *Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, &c.* Lib. quinto decimo, capit. primo, per totum differitur de regno Dei, & diaboli, & utriusque differentia & fine. & libr. decimo octauo, capit. quinto decimo, numer. sexto, docetur quod Christo regnante in nobis terra cessat a bellis carnalium desideriorum. Augustinus epistola 80. ex hisque verbis docet duo esse regna in mundo, alterum cuius tyrannus Rex dæmon est, qui legibus intolerabilibus gubernatur, cuius subditi sunt omnes impij mille tributis, ijsque grauissimis pressi. Dæmon, ait Augustinus, libr. de agone Christiano, princeps est eorum, qui diligunt mundum, quibus pacifice dominatur, cui ad nutum obediunt. Diabolus vir dicitur, qui conturbauit terram, concussit regna, & posuit orbem desertum, lib. quarto, cap. 33. num. primo, tertio, & quarto, capit. 34. num. primo. capit. 35. numer. vndecimo. Diaboli domini sunt crudeles, quibus tradimur, cum peccamus, lib. quarto, capit. 33. nume. secundo, & 6. capit. 42. numer. quarto. Diabolum volunt habere regem peccatores, a quo lacerentur, nõ Deum delectantem, lib. quarto, cap. 33. nume. sexto. capit. 37. numer. nono, cap. 42. numer. 4. Diabolo regnante in nobis misericordiæ Dei cessant, lib. quarto, capit. 37. numer. nono, libr. 15. capit. primo, nume. quinto. Regnum istud cæpit, cum primum conditi sunt Angeli. Primus enim Angelus, cum primum conditus est, principatum concupiuit in cælo, quod dũ obtinere non valuit, præcipitatus venit in terram, vbi quod in cælo non potuit exequi, cucurrit in terra, ubi primos parentes, & postea tempore diluuij fere totum orbem suo subiugauit imperio, sicut & modo tantam hominũ
Iob 9. multitudinem sibi subditam habet, ille de quo scriptum est: Non est potestas super terram, quę ei valeat comparari, qui factus est vt nullum timeret. Totum regnum duabus gubernatur legibus, quæ sunt totius mali initium, & consummatio, amore, scilicet, sui usque ad cõtemptum Dei. Ciuitates duas constituunt amores duo, lib. tertio, capit. 17. nume. quinto. Alterum regnum Dei est in iustis regnans. In exordio sæculi titulo creationis totius orbis Dominus effectus est absolutus, ita vt cęlestes Principes innumerique cęlorum ciues, cum primum ei subditi fuere, nusquam ab eius imperio rebellarunt, eius diuinæ uoluntati sẽper subiecti. Et quamuis dæmones, & homines cõtinuo rebellarunt contra Deum regem suum, in cuius pœnam alij a cælo, alij e paradiso deiecti sunt, sed tamen renitentibus impiis Rex erat Deus etiam inferorum, cuius supremæ potestati nullus resistere ualet, sed calcat superbos, per inimicos, qui ei violenti, & nolentes subiiciuntur. Sed tamen in cruce mortuo Domino, titulum accepit regni, in cuius femore, & in
Apoc. 19. vestimento scriptum legit Ioannes: Rex regũ,
Psalm. 71 & Dominus dominantium. Cuius regnum patenter ostendit Regius Vates in psalmo, cuius
Esa. 9. exordium est: Deus iudicium tuum Regi da: & Esaias, quam primum intellexit ortum Domini, eum vocauit principem pacis, cuius im-
Ezech. 29 perium prędixerat Ezechiel futurum in terra, & quod tyrannum regnum diaboli fundi-tus extirpandum esset his verbis: Ecce ego ad te Pharao Rex Aegypti draco magne, qui

cubas in medio fluminum tuorum, & dicis: Meus est fluuius, & ego feci memetipsum. Et ponam frenum in maxillis tuis. Et proiiciã te in desertum. Et scient omnes habitatores Aegypti, quia ego Dominus. Propterea ego adducam super te gladium, & interficiam de te hominem, & iumentum. Daboq. terrã Aegypti in solitudines, gladio dissipatã a turre Syenes vsque ad terminos Aethiopiæ. Regnum *Psal. 144.* tuum Domine regnum omnium sæculorũ est, *Ber. Serm. de obedient.* & dominatio tua in omni generatione, & ge- *S. Th. opusc. 7* neratione. Sed quamuis hoc sit verum, illud etiam certum est, quod sicut in regnis temporalibus quãdoq. quis titulũ habet regni, & ius ad illud, sed tamen possessionem aut non habet, aut talis non creditur a multis, cui subiici populi nolunt, nisi violenter ad illud trahãtur. Sic Dominus subpedaneos victos, vel spõtaneos ponit inimicos. Sic promiserat Deũ facturum Hieremias dicens: Perdix fouit, quæ *Hiere. 17* non peperit, fecit diuitias, & non in iudicio, in *Orig. hom. 4. in Hierem.* dimidio dierum suorum derelinquet eas, & in nouissimo suo erit insipiens. In quibus verbis insolentiam maximam dęmonis perpẽdit, & stultitiam, dum homines, qui sui non erant, ad tempus fouere voluit, & nutrire, ditatusq. ad tẽpus est bonis, quæ Dei erant, sed tamẽ in fine manifesta cunctis fiet eius insania, cum a tyranno regnõ, quod nullo prætẽso titulo possidebat, expoliabitur, ut adueniat regnũ Dei, & regnet in terra, qui ab exordio mundi pacifice regnauerat in cælo. Quamdiu in vita hac mortali degũt homines, in terra promissionis Reges alienigenæ & subditis dominantur, & alienos subditos infestari non cessant, sed tamen Deus creaturas omnes armat, ut per eas homo subditus fiat Deo regi, & regno ipsius suauissimo, cuius fructus est gaudiũ, & pax in *Roma. 14.* Spiritu sãcto. Specie tua, & pulchritudine tua *Psalm. 44* Domine intẽde prospere, procede, & regna, vt cũcti cogitatus, opera, corpus, anima, oĩaque nostra tibi vero, suauissimoq. Regi subdantur. Beata. n. gens, cuius est Dominus Deus eius. Cu *Psalm. 31* ius beatitudine illi fruuntur, qui regnum diaboli tyrannum a se abiiciunt, & suaui Regi incunctanter obediunt, &c.

Cum fortis armatus custodit atrium suum in pace 7
sunt omnia quæ possidet, &c. In quibus verbis præter ea, quæ adnotauimus supra, dũ intentionẽ Ecclesiæ ediceremus, illud considerandũ, & recte Dominũ fortiorẽ armatũ vocari, quia maiori cura, efficacioribus mediis hoĩes subdere sibi ualet, quã dæmõ. Sicut. n. armatur homo, ut inimicũ vincere melius possit, ad hunc modũ Christus fortior armatus dicitur, quia maioribus deliciis, fortioribus minis, potiori bus beneficiis, ampliori diligentia nos sibi subdere nititur. Potestne dęmon homini aut cælum promittere, si illi seruierit, aut metu æternarum pœnarum a malo reuocare? Minime quidem, sed umbræ sunt bonorum, aut malorum, quas prætexit, pugillum hordei offerens sibi obtemperanti (nec id semper) & renitenti comminatur metu pœnarum,

quę hoc nomine vix sunt dignæ. At Christus Dominus veris, & summis bonis ad virtutem allicit, & immensis, æternisque pœnis a malo retrahit. Deo maior est cura de homine saluando, quam diabolo de perdendo, li. primo. cap. 6. num. 17.

8 *Cum immundus spiritus exierit ab homine, &c.* vsque ad illa verba *& fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.* Cum in hoc diaboli regressu illud solum perpendere nolueris, quæ recedente Domino, ipsoque aduentante inueniat mala miserum hominem, qui illi ianuam aperit, illud lamẽtabile malum nullus nec cognoscere valet, nec enarrare. Recessit spiritus Domini bonus a Saul, & spiritus Domini malus exagitabat animam, & corpus ipsius, quem mirabiliter cruciabat. Amplificat Esaias ciuitatis amplissimæ excidium, quæ caput erat regni Nabuchodonosor Babylon, & ait, quod ab hostibus deserta, a feris inhabitanda esset:
Esa. 13. Nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi, sed requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi struthiones. Tanto & nocumento, & infamia amplissimam ciuitatem Babyloniæ afficiendam docuit Propheta, vt miserãdum peccatricis animæ statum, a qua Deus exulauit, enarraret, in qua loco donorum, virtutũ, diuinæque protectionis, tot succedunt tæterrima monstra uitiorum. Cum relicta fuerit filia Sion, sicut vmbraculum in vinea finita uindemia, & vt tugurium in cucumerario collectis peponibus, & sicut ciuitas, quæ a cruentis hostibus uastatur, vbi cuncta bona ciuium deprædantur, & anima remanet *a beneficio de natura*, vt vulgo dicitur. Hæc ingens est animæ infelicitas, quia propter ingens scelus adorationis vituli Iudæi plectendi erant, dicente
Esa. 1. *Exod.* 33. Domino ad Moysem: Vade ascende de loco isto tu, & populus tuus in terram, quam promisi Abraham, Isaac, & Iacob, & mittam præcursorem tui Angelum. Non enim ascendam tecum, quia populus duræ ceruicis est, ne forte disperdam te in via. Audiensque populus sermonem hunc pessimum luxit, & nullus ex more indutus est cultu suo. Et ait Moyses ad Deum: *Si* non tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto. Assistentiam Moysi, & Angeli ad expellendos inimicos, & introducendum populum in terram promissionis promittebat Deus, licet acriter succensus esset illi. Et licet sceleribus multis mens eius obtenebrata esset, diceretque Deus, ne illos deleret, velle remanere, uerba pessima audire se dicit populus, cum hęc proferrentur, quibus perpendes quę accidant mala animæ, a qua Deus recedit, quam in via hac (in qua innumeri latent laquei) deserit, ut in grande ipsius malũ, cui ingressum cælestis patrię non promittit, sed æternam comminatur gehennam. Loco cuius nec Moyses datur, nec Angelus promittitur, sed innumeri dæmones, qui eos, quos inhabitant, sibi similes efficiunt. In hanc miserandam calamitatem venit anima, si ad horam a Deo derelinquatur, cuius miserandus status enarratur, libr. 1. cap. 22. num. 9. libr. 2. cap. 10. num. 17. usque ad 20. cap. 17. numer. 2. 3. & 13. cap. 19. num. 27. usque ad 29. lib. 4. cap. 19. num. 6. 8. & 14. lib. 14. cap. 6. nume. 38. & 42. cap. 17. per totum. Nec hoc solum malum in reincidentia considerandum est, sed quod dæmon frequenter per confessionem pulsus, & rediens assumit septem alios spiritus secum nequiores se. Quibus pœnæ, & incommoda eorum, qui ad peccatum redeunt, explicantur. Primus diminuit peccati timorem, secundus tollit conscientiæ mordentis impulsum, tertius adducit contemptum gratiæ, quartus proponit ueniæ difficultatẽ, quintus dat præsumptionem, sextus inducit ad desperandum, septimus insensibilem reddit animam. Ideo *nouissima peiora sunt prioribus.* Ingressi habitant ibi animo numquam recedendi. *Iudic.* 18. Quinque potentissimi viri de tribu Dan ingressi sunt domum Micheæ, qui cum Iudęus esset genere de tribu Ephraim idola colebat, quę tulerunt de domo illius. Cumque ille curreret clamans, & illi dicerent: Quid tibi vis? cur clamas? Respondit: Deos meos, quos mihi feci, tulistis, & dicitis quid tibi est? Vbi inconsolabile arbitrabatur, lamentabileque malum, quod amisisset Deos, quos ipse fecerat, qui & alios facere continuo potuisset. Quid credere Christianus homo debet septẽ truculentissimos dęmones in anima reuertentis ad uomitum acturos? Vtique cum omne agens intendat assimilare sibi passum, dæmonibus septem simillimum reddent miserum, quem inhabitant. Continget autem misero homini tunc, quod accidit duci, qui contemptus ignominiose pulsus ab vrbe, quam tuto possidebat, eam rursus ingreditur, & recuperat, hanc maiori diligentia custodit, vallat fortioribus muris, uigilat, pluribus, ualentioribusque militibus tradit tuendam, omnia reparat, potissime autem aditus omnes, quibus vrbs ab hostibus est ingressa. Sic dæmon, cum rursus ingreditur animam, a qua per pœnitẽtiã fuerat pulsus maiori potentia, & tyrãnide ingressus omnia funditus euertit, & in plura, eaque maiora uenit homo mala. Vnde Origenes illud eleganter considerauit dixisse Deum *Orig. hom. 5. in Ezech. 14* Prophetę: Si terra peccauerit mihi, immittã in eam famem, bestias, bella, aut pestilẽtiam, uno horum malorum vindicabor de terra prę uaricatrice, si autem peccauerit Hierusalem, hæc quatuor simul mala immittam in eam. In quibus verbis id nomine Hierusalem significaret Deus in peccata iterum prolapsos maiori animaduersione esse dignos, quam sint illi, qui primum peccant. In reincidentia innumera sunt mala, quæ dicere uix ullus sufficit, aut intelligere, sicut & nocumenta, quæ contingunt ei, qui morbum desperatum minutionibus, & potionibus, & grauibus adhibitis remediis euasit, & rursum in eundem nondum perfecte valẽs decidit morbũ, ad cuius curationem medicus remediis uti uix potest, cum vires

vires naturæ sint penitus exhaustæ. Quod & in animarũ morbis accidere non est dubiũ, quod late edisserit S. Tho. in 3. p. q. 88. & 89. Et inter multa illud diligenter considerandum est, quod frequenter prolabente homine intercluditur peccatori via, qua vix reuerti valet ad Deum. Super tribus sceleribus Damasci vtique miserebor, sed super quatuor non conuertam eum. Quartum autem pec-
Amos 1. *Hieron.* catum est obstinationis, quæ ex iteratis pec-
Eccles. 34. catis frequenter consurgit. Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit mortuum, quid prodest lauatio eius? Animam sceleribus inquinatam (ait Chrysostomus) mundauit Deus, sed dum frequenter in eadem lapsa est,
Ezec. 16. audiuit Deum dicẽtem: Requiescet indignatio mea in te. Reincidentia malum est grande, lib. 2. cap. 10. nume. 5. vsque ad 8. lib. 14. cap. 7. num. 21. 25. vsque ad 28. Peccatis dimissis rursus implicari periculosum est malum, lib. 2. cap. 11. num. 2. cap. 18. nu. 22. & 23. lib. 3. cap. 25. nu. 19. lib. 4. cap. 8. num. 16. 21. & 22. lib. 14. cap. 7. nu. 4. & 5. lib. 16. cap. 11. num. 11. Peccata condonata iterum patrare, & eis assuescere, neque illa statim detestari, multa habet inconuenientia, quæ Sancti explicant in reincidentia, lib. 14. cap. 7. per totum. Vt mala ista caueamus id Euangelij verba suadent, ne animæ nostræ anima sit vacans, sed
Exod. 10. omnia peccata, occasionesq. peccatorum prorsus pellat. Vt populus Deo sacrificet in deserto licentiam concedit Pharao, hac tamen lege, vt oues, armenta remaneant, quorum amore detineretur Iudæorum animus in Aegypto, & reuerterentur ad opera luti, & lateris. Cui dixit Moyses: Cuncti greges pergent nobiscũ, non remanebit ex eis vngula. Diabolus quandoq. peccantium confessiones non abhorret, dum tamen illi occasiones peccandi non deserant. Cui dicere debet homo: Cuncti greges pergent nobiscum; omnes occasiones simul cum peccatis
Genes. relinquendæ sunt, non remanebit nec vngula, nec vestigium peccati. Vis Laban relinquere exemplo luctatoris Iacob? Pergant tecum vxores, filij, & pecora, ne horum occasione reuertaris in Mesopotamiam, vt ser-
Act. nias iterum mundo. Cum Petrus in vinculis detineretur, non solum ab Angelo solutus est, sed audiuit: Præcingere, & calcea te caligas
Leuit. 8. tuas. Nihil in carcere remaneat, cuius occasione illuc iterũ redeas. Præcipiebat Deus carnem iuuenci, & pellem eius comburi extra castra, quia sacrificium est pro peccato dicit Dominus. Vitulum aureum, quem adorasti contere, & bibe, ne quidquam ex illo
Psal. 118. remaneat, sed peccata, & occasiones eorum simul aufer exemplo illius, qui dixit: Viam iniquitatis amoue a me. Non solum iniquitatem tolle Domine, sed etiam viã, qua itur ad ipsam occasionem, scilicet bonitate tua aufer a me. Peccata sic relinquenda sunt, vt longe recedamus ab eis, libr. 4. cap. 31. nu. 1. Per pœnitentiam relinquentes Aegyptum offensiones oculorum suorum abijciant, ne delectent, quæ antea delectabant, lib. 14. ca. 22. num. 22. Pœnitentiam agens ea relinquat homo, quibus antea seruierat vanitati, lib. 14. cap. 22. nu. 23. 26. 30. & 31.

FERIA SECVNDA
post Tertiam Dominicam Quadragesimæ.

Euangelium.

Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.
Lucæ 4.

MVLTA sunt, quæ in Euangelio hodierno noua, & inaudita videri possunt audientibus, nec diuinæ bonitati consona, quod rogatus Christus Dominus in exhibendis beneficijs proprijs ciuibus, propriæq. ciuitati, in qua summum Incarnationis sacramentum fuerat operatus, tam videretur tenax, ac parcus, qui in benefaciendo semper tam fuerit magnificus, vtpote qui vehemens semper extitisset hominum amator, cuius mirãdam dilectionem varijs similitudinibus edisserunt sacræ litteræ exemplo auium, li. 1. ca. 6. nu. 1. lib. 3. cap. 5. num. 55. cap. 9. nu. 40. lib. 4. cap. 3. nu. 9. 17. & 20. Similitudine nutricis, lib. 1. ca. 6. nu. 2. & 11. Similitudine aquilæ, ibid. nu. 4. Exemplo matrum, ibid. nu. 3. Amor Dei mõstratur maxime, quando quæ hominibus accidunt tristia, sibi accidere dicit lib. 1. cap. 6. num. 6. vsque ad 8. Amor Dei probatur ex ardenti desiderio dandi, plusquam homo velit accipere lib. 1. cap. 6. num. 9. Amor Dei superat omnem amorem hominum, ideoq. dicitur ambulare super pennas vẽtorum, ibid. nu. 26. Amor Dei affectus omnes naturales longissime excedit, lib. 4. cap. 7. num. 8. Vnde expansas ob id dicitur habere manus, vt benefaciat, lib. 4. cap. 7. num. 12. & 19. Amorem suum explicare volens Christus Dominus Luc. 11. dilectionẽ parentum vocat malignitatem, lib. 13. cap. 7. num. 5. Ciuitatem Hierusalem tantopere diligebat, in qua templũ ædificatum erat a Salomone, vt clamaret: Hierusalem quoties volui congregare filios *Matth.* 23 tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti: & in Nazareth, in qua degebat Deipara Virgo, ipseq. Iesus mirabiliter fuerat conceptus, totq. annis in infantia, & pueritia enutritus mirabilia operari renuit, qui tanta largitus est beneficia alijs ciuitatibus, quæ ipsis abutebantur.

Feria 2. Dominicæ 3. in Quadrag. 1

Mira

Luc. 10. Mira res, clamabat Dominus: Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro, & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, in cinere, & cilicio pœnitentiam egissent. Pœnitentiam mirandam, qualis ea est, in qua homo cinere aspersus, & cilicio indutus lamentatur peccata sua, & veniam peccatorum implorat, gentiles viri virtute miraculorum, & beneficiorum potentia tacti lamentarentur mala sua, quæ tu fidelis Bethsadia nec agnoscis, nec ploras, cum te ad id diuina bonitas & miraculis, & concionibus vehementer impulerit. Et cum ad Capharnaum loqueretur Dominus, de qua dixerunt hi Nazareni: *Quanta audiuimus facta in Capharnaum*, increpans eius duritiam clamabat: Et tu Capharnaum vsque ad cælum exaltata vsque ad infernum demergeris, & his addit *Matth. 11* Matthæus: Quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, forte mansissent vsque ad hanc diem: verumtamen dico vobis quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij, quam tibi. Tanta enim tibi exhibita sunt beneficia, vt eadem nefandę Sodomorum genti exhibita mutassent eos in viros alteros, quod in te efficere non valuerũt. Si ingratitudinem, si peccata Nazarenorum considerabat Dominus, vt a patrandis miraculis, & exhibendis beneficijs se arceret, vel illa moderaretur, cur in Corozain, Bethsaida, & Capharnaum eadem non considerauit, vt diuina ipsius bonitas minus large communicaretur ingratis? Etsi diuinus sol oritur super bonos, & malos, pluitq. cælestis pater super iustos, & iniustos, cur trames aquæ immensæ, & fluuius Dorix, qui exiuit de paradiso, non rigauit frequentibus miraculis, assiduis concionibus, ariditatem mentium ciuium *Eccles.* suorum? Mos Domini frequens is fuit, cum homines nec ipsius misericordiam efflagitarent, nec optarent, illorum saluti prouidere, *Ioan. 5.* sicut contigit ei, qui erat in piscina languidus triginta & octo annos habens in infirmitate sua, qui cum salutem a Saluatore non posceret, audiuit: Tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Cæcum mendicum sanauit mittens eum ad natatoria Siloe, cum *Ioan. 9.* a Iudæis paulo ante lapidibus impeteretur, nec miser de obtinenda salute verbum loqueretur. Immo Samaritanam ad meliorem mentem traxit, cum in concubinatu viuens in fonte q. existens cum hidria, (vbi tanta facilitate posset) calicẽ aquæ Domino ex itinere fatigato, & postulanti exhibere noluit, ipsaq. totius boni indigna accepit aquam viuam, qua fieret in ea fons aquæ *Ioan. 4.* salientis in vitam æternam. Trahebatq. homines ad se, cum ire ad ipsum recusarent, sicut se facturũm promiserat apud Ezechielẽ *Ezech. 20* dicens: Neque cogitatio mentis vestræ fiet *Hieron.* dicentium: Erimus sicut gentes, & sicut cognationes terræ, vt colamus ligna, & lapides. Viuo ego dicit Dominus Deus, quoniã in manu forti, & in brachio extento, & in furore effuso regnabo super vos, & educam vos de populis, & congregabo vos de terris, & subijciam vos sceptro meo, & inducam vos in vinculis fœderis & eligam de vobis transgressores, & impios. q.d. (Hieron.) Id certo credite, quod voluntas vestra, qua a meo recedere concupiscitis imperio, non fiet. Et qui dijs alienis seruire desideratis, idolaque colere, non poteritis, nec ego id patiar, vt a meo cultu, & religione recedatis, sed uelitis, nolitis, in forti brachio meo subijciam vos mihi, vt ea executioni mandetis, quæ meæ concordant voluntati, eroq. Rex vester, vobisq. beneficus, licet id non desideretis, sed fugiatis, immo in eum, qui magis meæ repugnauerit bonitati, maiora congeram beneficia, quibus eum, licet inuitum, meo subijciam imperio. Amor Dei ostenditur, dum ardenter hominum salutem sitit, etiam quando illi actu peccant, libr. 4. cap. 23. num. 9. & 10. Amor Dei ostenditur, dum homines velut inuitos retrahit a malo, libr. primo, capit. 6. num. 10. 12. & 17. Amor Dei magnus ostenditur, dum rogat nos læsus, nec aspernatus a benefaciendo desistit, lib. 1. cap. 6. nume. 31. & 32. cap. quinto, num. 4. lib. 4. cap. 10. num. 4. 5. 7. 10. & 12. Christus Dominus qui dicitur tribulari, & frigi, quando homo tribulatur, libr. 1. capit. 6. numer. 25. necessitatibus suorum non prouidebit, licet illi indigni sint? Qui vt omnes Iudæi egrederentur *Psalm.* de Aegypto prouidit, vt non esset in tribubus eorum infirmus, ne infirmitate pressus aliquis egredi non valeret. In via circumduxit eos, vt potiora in longo itinere, & noua semper consequerentur beneficia. Qui dat *Iacob. 4* omnibus affluenter. Ipse enim Christus petra refugiũ est Sanctis, & peccatoribus li. 12. cap. 3. num. 27. In suos non mirabimur ipsum minus effluentem, & liberalem? Aegre tulit *2. Paral.* Deus quod Assa Rex Iuda aurum mitteret ad *16.* Benadab Regem Siriæ, vt contra Baassa regem Israel in defensionem Rama pugnaret, misitq. Hanani Prophetam, qui diceret ad Assa: Quia habuisti fiduciam in Rege Siriæ, & non in Domino Deo tuo, idcirco euasit Siriæ exercitus de manu tua. Nonne Aethiopes, & Libyes, quorum victoriam reportasti, plures erant quadrigis, & equitibus, & multitudine nimia, quos cum in Domino confidisses tradidi in manu tua? Stulte igitur egisti, &c. Et infra, ægrotauit etiam Assa, & nec in infirmitate sua quæsiuit Dominum, sed magis in medicorum arte confisus est. Ecce quã acriter indignatus est Deus contra Assa, quia necessitatibus pressus ad Deum pro quærendo remedio nõ accessit, sicut nec Ochozias, *4. Reg. 1.* cum de cœnaculo corruens infirmatus est. Ex his perpendere licet in lege noua diuinæ cõsonum esse pietati, si ad eam pro remedio accedant omnes, de quo scriptum est: Quod cum in mundum venisset, aperiendi essent *Esa. 35.* oculi cæcorũ, &c. quia scissæ sunt in deserto aquæ & torrentes in solitudine, & quæ erat ari-

arida, erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum. In cubilibus in quibus prius dra-
Ioan. 1. cones habitabant, orietur viror calami, & iunci. Et Ioannes ait: Quod factum est in ipso vita erat, quoniam anima, corpus, itinera, opera, & reliqua omnia, quæ gerebat in corpore Iesus, eo tendebant, vt vitam hominibus conferrent. Similis vt aiebat Chrysostomus aquæ, quã homo dirigit vt cariofillum, rosam, lilium riget, quæ obuiam habeus vrticam, spinam, &c. etiam ista rigat, & ad debitum incrementum perducit, & virorem conseruat. Talia erant Christi Domini itinera, quæ & iustis, & peccatoribus Iudæis, & gentibus, Samaritanis, hæreticis, amicis, & inimicis essent proficua. Quomodo ergo cum modo Nazareni illum rogarẽt, vt ipsis beneficia exhiberet, quibus exhibẽdis in mundum venerat, id non facit? Nec id solum, sed illos increpat acriter, vtpote qui indigni essent, vt a Deo bona reciperent, sicut indigni extiterunt eorum patres tempore Eliæ, & Elisæi. Accedit etiam his, homines natura ipsa duce obligatos multum ad subeunda etiam incommoda pro patria. Sicut aiebat Plato: Hominem pro patria mori, non esse mori, sed soluere, quod debet. Non enim minus, quam vitam patriæ, in qua nati & educati sumus nos debere affirmat, vnde semel interrogatus Cicero: Cur patriam tantopere diligeret? respondit: Quia illi omnia & etiam vitam debeo, hæc me aluit, &c. Præterea admiratione non vacat, quod Dominus causam explicans, ob quam in elargiendis beneficijs minus esset promptus Nazare-
Marc. 6. nis, illam asseruit, quod apud ipsos minus honoraretur, quam eius dignitas postularet. Et Marcus edisserens eandem historiam addidit: Quod non poterat ibi virtutem vllam facere. Nonne, Domine in ortu, conuersatione, & morte tua, in omnibusq. actis honorem contemnendum docuisti? Honoris contemptor, qui semper extitisti, & docuisti Apostolos id, quod tam legi naturæ consonum est, noli vinci a malo, sed vince in bono malum. Quod vtique præstat, qui quæ paulo ante dixerat Paulus, adimplet: Si inimicus tuus esurierit, ciba illum, si sitit, potum da illi, hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius, hoc est, ad te diligendũ beneficijs inimicum accendes. Primaq. totius Euangelicæ prædicationis verba eo tendebant, vt homines filij tui essent, indifferentes amicis, & inimicis debere bene facere similes illi, qui pluit super iustos, & iniustos, id est, benefacit & his, qui eius beneficijs dignisunt, & his, qui illa non merentur.

3 His rationibus ductus arbitrari quis posset conuenientius forte fuisse si conciuibus etiã indignis plura, & maiora exhiberet beneficia Dominus. Sed tamen, si id diligenter animaduertat Christianus, cognoscet diuinæ bonitatis, & misericordiæ suæ impulsu ab exhibendis beneficijs temperasse, ne qui illis abutebantur maiori animaduersione efficerentur digni. Maiori enim pœna dignos dixerat habitantes in Corozain, Bethsaida, & Capharnaum, quam essent Tyri, Sidones, hæretici, & Sodomitæ, nefandissimorum criminum rei. Et ita cum iuuenis quidam Christo Domino dixisset: Sequar te, quocumque ieris, vt illum a sequela ipsius arceret, in qua proficere non deberet, dixit: Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autẽ hominis non habet vbi caput suum reclinet, ne forte contingeret illi in schola Christi, quod Iudæ culpa sua accidit. Qui intimorum ponderator est Dominus, istum non admisit, qui alterum quasi nolentem, & se excusantem causa sepeliendi patris traxit dicens: Sine mortuos sepelire mortuos suos, & veni sequere me. In Num. scriptum est: In terra ortum *Num. 11.* est murmur populi, quasi dolentium pro labore contra Dominum; quod cum audisset Dominus, iratus est, & accensus in eos, ignis Domini deuorauit extremam castrorũ partem. Quæ verba edisserens interpres quidã ait: Valde pensandum est, quod antequam Deus legem porrigeret Iudæis eorum murmurationes in hac vita nõ puniebat, eorum male gesta amplius dissimulabat, sed postquam legem in monte Sina populus accepit, in peccata eorum ira Dei continuo desæuiebat. Quoniam licet ante latam legem multa, eaq. grandia a Deo accepissent beneficia, sed tamen nullum huic æquale erat, in quo, vt Paulus ait, multum per omnem modum *Rom. 1.* Iudæi gentibus antelati sunt, quibus credita sunt eloquia Dei, & ideo maioris criminis iam rei acrius puniebantur tanti beneficij contemptores. Sicut inter omnes nationes Christiani maioribus tradendi sunt cruciatibus, & pœnis, quam reliqua hominum multitudo, dicente Paulo: Reuelatur enim *Rom. 1.* ira Dei de cælo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent. Concatenataq. tenent intellectu veritatem, nec illam ad recte operandum egredi sinunt, cum cognitio hominis Christiani eminenter speculatiua, & practica ad rectam operationem animum eius inclinet, quod acriter puniet Deus vindicans veritatem, cuius tam est amator, ab hac iniuria. Sicut enim minus malũ est Regi ostium domus non aperire, quam eum introducere in domum, & in stabulo concatenare eum; ita qui extra Ecclesiam Dei commorantur, veritati mentem non aperiunt, Christiani aperiũt quidem ei intellectum, in quo catenis ligatam tenent, nec ad voluntatem os, manus, pedes, &c. procedere sinunt, vt ea cogitent, diligant, loquantur, & operẽtur, quæ fidelem hominem & credentem decent. Vnde dixit Christus, viros Niniuitas surrecturos in iudicio, Reginamq. Austri contra Iudæos, qui beneficijs ab eo exhibitis nequiter abutebantur. Et hac ratione ducti Prophetæ, cum enarrandam suscipiebant iustam

Dei

Dei indignationem aduersus populum suum, prius beneficia, quæ a Deo acceperant, recensebant, & quo ista forent maiora, eo peccatorum grauitatem amplificabant magis, eorumq. maiora flagella. Quod inter innumera loca Esaiæ primo cõmemorat Propheta, vbi contra Iudam, & Hierusalem Dominum acriter indignatum refert, quibus nominibus tribus Iuda, & Beniamin intelligendæ sunt, in quibus, vt plurimum, fides conseruata est, qui iuxta templum Domini morabantur. Ciuitas enim Hierusalem pertinebat ad tribum Beniamin, templum autem ad tribum Iudæ, & quia peccauerunt, qui tantis astringebantur beneficijs inuocans cælum, & terram, ipsis boues, & asinos anteponit. Et quasi inuenire iam supplicia, quibus punirentur, vix esset possibile, qui innumeris puniti esseut, audiunt: Super quo percutiam vos vltra addentes præuaricationẽ? &c. Et Ezechiel vt doceat tãta animaduersione dignos esse Iudæos, vt a Deo relinquerentur in graue ipsorum malum, recensetinnumeris beneficijs donatos esse indignos, quibus turpiter abusi essent: Transiens per te vidi te conculcari in sanguine tuo, & dixi tibi: Viue, calceaui te Hiacyntho, &c. Christiani male viuentes indigni sunt hoc nomine, & acrius puniendi, quam alij, lib. tertio, cap. 15. nu. 1. per totum caput, sed maxime num. 1. vsque ad 12. 14. vsque ad 17. cap. 16. numer. 11. & 12. lib. 6. cap. 11. num. 15. lib. 18. cap. 11. num. 25. Deus iusto iudicio quendam volentem sequi prohibuit, alium quasi renitentem iubet sequi, lib. 4. ca. 17. num. 16. 19. & 20. Secundo Deus, qui ad exhibenda beneficia tam est pronus, benefacere dissimulat, quando ingratus est homo. Multa sine dubio beneficia a Deo receperant Nazareni, quæ recensent Euangelistæ, plura siluerunt, quæ reuera illis exhibita sunt, quibus cum grati esse deberent, & auctorem eorum contemnebant, & illorum penitus obliti aiebant: *Quanta audiuimus facta in Capharnaum, &c.* Vnde sicut ob ingratitudinem Elias, & Elisæus ad exhibenda beneficia Siris, & Sidonijs se transferebant, Iudæis cõtemptis, sic & Christus Dominus Nazarenis (vtpote qui ingrati essent, & indigni) relictis, ad alios se contulit; sicut & Apostoli postea dixere Iudæis: Vobis quidem primũ prædicare oportebat diuinum Euangelium, sed quoniam indignos vos iudicatis æternæ vitæ (vtpote ingrati) ecce conuertimur ad gentes. Gratitudo beneficiorum ad noua suscipienda disponit homines, lib. 2. capit. 14. num. 14. Beneficia Dei cessant, quando homines his abutuntur, lib. 2. cap. 10. nu. 2. vsque ad 4. & num. 13. cap. 11. num. 7. Beneficia sua narrat Deus, vt inde colligat hominum ingratitudinem, lib. 2. cap. 10. num. 21. 22. 24. 27. & 28. cap. 12. nume. 19. cap. 14. numer. 6. Beneficiorum optimus custos, ipsa memoria beneficij est, lib. 2. cap. 12. num. 8. Beneficijs Dei abutens homo abiurat depositum, quod a Deo accepit contra mandatum legis li. 18. cap. 15. num. 2. & 3. Quorsum Dominus tentatione peracta in deserto venit in Nazareth, & in die Sabbati ingressus Synagogam, præsentibus cunctis, accepit librum Esaiæ, & legit: Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me euangelizare pauperibus, misit me sanare cõtritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis? Plicatoq. libro, cum omnium oculi intenderent in eum, dixit: *Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris*, & cætera, quę Euangelium hodiernum edisserit? Certe vt ipsum Nazareni crederent e cælo missum, vt illis beneficia & spiritualia, & temporalia, animabus, & corporibus exhiberet. Sed cum subdit minora illis exhiberi beneficia, quam alijs exhiberentur illius prouincię ciuitatibus, id docuit, qui euangelizare pauperibus missus fuerat, &c. propter illorum peccata, & ingratitudinem plura, & maiora beneficia non exhibuisse. Si illi vtique, & nos animo sincero, & candido clamaremus: *Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua*, audiret Deus pium animum eorum, qui sibi eadem concupiscerent, & flagitarent. Bona si per magnificum Dei animũ cerneremus, dum inter priuatos parietes consideramus, vnum quidem frequentibus orationibus extra se positum, alterum mira abstinentia cruciatum, alterum asperrimis animalium setis, sanguine cruentatum, alterum flagellis assiduis maceratum, &c. quæ omnia diuina operatur bonitas in seruis suis, & eadem nobis contingere & posceremus, & curaremus. Deus vtique, qui ad miserendum tam est pronus, eadem nobis largiretur, quæ & illis concesserat. Præterea Dominus voluntati Nazarenorum non annuit, optantium vt Deus magnifica, frequentiaq. patraret miraculorum insignia, in qua re non ciuium profectum, non proximorum salutem, sed vel propriam vanitatem, populorum concursum, ciuitatis amplificationem, propriumq. lucrum & desiderarent, & peterent. Considerabat Iesus in illis verbis, in quibus quæ rationi erant consona poscere videbantur, vt scilicet propriæ patriæ vel æqualem exhiberet gratiam, quam ciuitati Capharnaum exhibuisset, non aliorum quærere vtilitatem, sanitatem, commodum, in concionibus profectum, sed propriam, vt diximus, vtilitatem auari, & ambitiosi siniſtro medio venari, & ideo illorum voluntati satisfacere non vult. In hac re id considerare expedit diuina frequenter pietate hominum voluntati non inclinari Dominum, vtpote a qua innumera nobis venienda incommoda prospectat. Vnde cum primum Apostolos viam salutis docuit, hoc eam medio acquirendam dixit, cum fieret voluntas Dei, sicut in cælo, & in terra, quæ petitio explicatur, lib. 13. ca. 8. nu. 2. 3. 8. 15. 17. 21. 28. & 31. libr. 18. cap. 14. nu. 20.

Esai. 1.

Ezech. 16

Luc. 4

Esai. 61.

num. 20. Licet enim voluntas Dei semper sit bona, vt sit in nobis beneplacens, & perfecta iuxta doctrinam Pauli effiagitare debemus, id est, vt per eam consulat vtilitatibus nostris, non desiderijs, quæ multoties in nostram sunt perniciem lib. 13. cap. 9. numer. 3.

Osee. 2. Non modica Dei indignatione accidit, vt peccatorum viæ spinis non sæpiantur, quando anima ad quærẽdos amatores currere intendit. Sic & nobis accidit, quod grandi nostro malo instigante ea volumus a Deo obtinere, quæ concedit iratus, negaretq. propitius, lib. 4. cap. 5. num. 29. lib. 6. cap. 10. num. 30. lib. 13. cap. 9. nu. 3. 10. 13. 15. 17. & 22. Dei q. bonitate accidit, vt non exaudiamur a Deo rogantes ipsum ad voluntatem semper, sed ad vtilitatem, lib. 6. cap. 10. nu. 30. lib. 13. ca. 9. num. 1. 2. 6. 7. 15. 19. & 23. Quapropter volũtas humana tamquam distorta rectitudini diuinæ voluntatis accommodanda est, li. 18. cap. 19. num. 2. vsque ad 4. Voluntatem enim Dei ad propriam velle trahere, humana peruersitas est, ibid. nu. 4. & 5. De propria voluntate, quæ multorum malorum est radix, disseritur in lib. 18. cap. 19. per totum, & quod voluntas propria perniciosissima lepra animæ sit docetur, lib. 3. cap. 8. num. 13. Tertia etiam ratio, ob quam Christus Dominus nec Nazarenorum voluntati voluit satisfacere, nec inter eos ea operari miracula, quæ apud exteros operabatur, hæc fuit, quia hæc omnia sibi debita arbitrabantur, & longe maiora his, quia conciues, vicini, aut affines illius essent, secundum carnem non intelligentes ipsum extendẽtem manum in discipulos, qui iusti erant, dixisse: Ecce mater mea, & ecce fratres mei. Qui enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. Ipse enim personas accipere in iudicio impium dixit, qui diuites, nobiles, &c. non respicit, sed iustos, vt benefaciat. Iudices enim, Prælati, concionatores maxime taxandi sunt, si personas hominũ respiciant, diuitibus parcentes, eorum voluntati prouidentes pauperes autem despicientes, dicente Iacobo: Nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi. Etenim si introierit in cõuentu vestrum vir aureum annulum habẽs in veste candida, introierit autem & pauper in sordido habitu, & intendatis in eum, qui indutus est veste præclara, & dixeritis ei: Tu sede hic, bene, pauperi autem dicatis, tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum, nonne iudicatis apud uosmetipsos, & facti estis iudices cogitationum iniquarum? Vbi Iacobus iniquos vocat eos, qui diuitiarum solo titulo præferunt diuites pauperibus, cũ a Christiano viro illi præferendi sunt cæteris, qui illis fuerint iustiores. Quod vt Iesus doceret minora fecit signa in Nazareth suis, quam in Capharnaum exhibuisset alienis. Iudicandi, & honorandi sunt homines a bonis internis, lib. 9. cap. 10. nume. 2. Diuites peccatores honorans, & sanctos pauperes despiciens ignorat iudicia Dei lib. 4. cap. 17. nume. 4. & 13. lib. 6. cap. 11. num. 3. vsque ad 5. Prælati personarum acceptores acriter puniuntur, lib. 14. cap. 30. num. 10. cap. 31. numer. 28. Prælati in pauperes seueri, qui diuitibus nec loqui audent, taxantur, lib. 14. c. 30. nu. 3. 4. 6. 9. & 10.

Iacobi 2.

Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. In his verbis, in quibus Nazarenorum proditur indignatio contra Dominum quia longe pauciora, & minora miracula in Nazareth patraret, quam in alijs ciuitatibus, illud in primis animaduertẽdum est, quod male sæpe audit patria propter malos, bene autem propter bonos. Iusti proficui sunt his, cum quibus conuersantur, quorum consideratione indebita peccatoribus porrigit, qui protegit indignam ciuitatem Hierusalem, propter Dauid, qui quondam, dum viueret, in ea moratus est. Raro contin- *Ezech.* 14 get, tum propter immania populorum peccata, tum vt Dominus suadeat nullum de alienis meritis sibi blandiri debere, Deum sic iratum vt dicat: Si fuerint in medio ciuitatis, quæ me grauiter ad iracundiã prouocauit. Noe, Daniel, & Iob ipsi soli liberabuntur, terra autem desolabitur tota, ita vt ipsi cum tanta sanctitate præcellant filios, & filias suas liberare non possint, sicut Noe, qui Dei ira sæuiente mundum a diluuio liberare non potuit, & Daniel, qui a captiuitate Babylonica suos liberare non valuit, nec Iob proprios, quin domo corruente omnes simul perirent, pro quibus pater singulis diebus Deo sacrificia offerebat. Hæc quidem aliquando accidunt propter ea, quæ diximus, regulariter autem illud accidit, quod Deus Esaiæ pollicitus est, dicens: Quo- *Esai.* 65. modo si inueniatur granum in botro, & dicatur, ne dissipes illud, quoniam benedictio est, (scilicet vt perditorum hominum massam, & multitudinem pauci comitentur Sancti) sic faciam propter seruos meos, vt non disperdam totum, sed parcam multitudini. Vnde grandis est reipublicæ infelicitas, in qua peccatores viuunt, propter quos sæpe cõtingit vt vel totã puniat Rempublicã vel saltem illi minus sit beneficus, vt forte Nazarenis accidit. Nec id nouum videri debet, cum vno Acham peccante, qui abstulit contra Domini voluntatẽ de anathema Hierico, ira Dei in populum debacchata est, nec quieuit, donec peccans misere occisus est; peccanteq. Dauid, ab Angelo Israeliticus populus acriter est punitus. Malus vnus sufficit ad perdendos plurimos, lib. 11. cap. 5. num. 8. Peccatoribus parcit Deus propter iustos, li. 5. cap. 8. num. 4. & 5. Peccante vno stulte dicunt alij, quid hoc refert ad nos? libr. decimo quarto, cap. vndecimo, num. 1. cap. 12. nu. 1. & 21.

Ianſenius. 4

Considerandum etiam in ijsdem verbis illud est, quod cum Dominus multa in Na- 5

zareth

zareth patrasset beneficia, prædicãs in Synagoga infirmos curãs, quos impositis manib. sanauit, nihilominus quasi nullum patrasset signum, aiunt: *Quanta audiuimus facta in Capharnaum, &c.* vt perpendas hoc esse hominum ingenium, nihili facere, quæ illis contuleris, nisi quæ cupiunt, etiam addideris. Sic erant & indigni, & increduli Iudæi, qui in Nazareth morabantur, vt eorum malitiam perpendens Marcus dixerit: *Marc. 6.* Et non poterat ibi virtutem vllam facere, hoc est, non erat *Marc. 2.* consentaneum, sicut dicitur a Marco: Non possunt filij sponsi ieiunare, quamdiu cum illis est sponsus, id est, non est rationi consonum, vt ieiunent. Et cum tales hi essent, curauit infirmos, & alia non modica eis contulit beneficia, quæ tamen parui pendebant ingrati alia expectantes, & desiderantes maiora, priorum obliti. Sic contigit Abraham, qui cum multa a Domino recepisset beneficia, quasi ea nulla essent, dixit: *Genes. 15.* Domine Deus, quid dabis mihi? Ego vadam *Oleast.* absq. liberis, & ecce vernaculus meus hæres meus erit. Quid dabis mihi? q.d. nihili quæ mihi contulisti æstimo. Sed quid propter Dominum huc usque fecisti Abraham? Numquid substantiam dedisti, aut caput iugulo obeius gloriam obtulisti? Minime, sed solum patrem, & patriam mercede præuia reliquisti. Numquid tanti hoc facis, vt non pluris facias, quę a Domino accepisti? Nam propter te Regem Aegypti plagis maximis flagellauit, vxorem tuã ab eo contingi prohibuit, tantam substantiam dedit, vt ad debellandos Reges plusquam trecentos expeditos vernaculos habueris, & armaueris. Numquid parum tibi videtur, polliceri tibi terram decem gentium, & sobolem velut stellas cæli innumerabilem? Sed quasi hæc nihil sint dicis: Domine Deus quid dabis mihi? Multa, & præclara munera Dominus sancto seni contulerat, sed quoniam cum eis non dederat optatum semen ex Sara, licet ex alijs vxoribus dederit, ea pro nihilo reputabat & ideo dixit: Domine Deus quid dabis mihi? &c. Innumera contulerat Deus beneficia Israelitico populo, quæ enarrare nullus sufficeret, in egressu ex Aegypto, sed si desiderante aquam, aut carnem non illa continuo Deus præstabat, omnium beneficiorum oblitus conquerebatur, quod noua semper, prout somniabat, non porrigerentur. Quod acriter tulit Deus, & acriter hanc vindicauit iniuriam hominum mente perditorum. Tales sunt multi mortalium, quorum voluntati, & ori Deus prope est, vt, quæ desiderant, faciat, a malis liberet, cum id poscunt, quod si semel, quæ somniant, non accipiant, propriam miserantur, & deflent calamitatem, lamentantur quod a Deo maiora patiantur incommoda, quam cæteri omnes homines, cum mille bonis affecti vix vnam, aut alteram experti sint calamitatem, & tamen huius nusquam obliuiscuntur, cum beneficiorum nusquam recordentur. Hæc autem damna, quibus homo indignus redditur ad noua, & maiora capienda beneficia, proculdubio aut ex amore proprio, aut ex deordinato amore rerum temporalium originem trahunt. Amor enim proprius sitibundum reddit hominem, vt maiora, & plura beneficia ardenter exoptet. Desideriumque consequendæ sanitatis, acquirendi bona, diuitias, honores, animæ inditum, dum nimium est, facit vt accepta aut nulla, aut parua credantur, etsi multa illa sint, vt amore nouorum obliuiscantur habita. Amor deordinatus rerum temporalũ parit multa mala, quem Deus acriter punit, libr. 1. capit. decimo, num. sexto, cap. 11. num. octauo, ca. 17. num. primo, vsque ad 3. 7. 8. 11. vsque ad 26. cap. 14. numer. quinto. Amorem etiam licitum rerum temporalium expedit ab anima pellere, lib. primo, cap. 18. numer. nono. Bona temporalia auide quærunt mundani in proprium malum, lib. secundo, cap. 17. numer. 1. vsque ad 10. & numer. 24. cap. 19. numer. 1. 2. & 26. Amor proprius multorum malorum est causa, lib. 1. ca. decimo octauo, num. 12.

Amen dico vobis quia nemo Propheta acceptus est in patria sua. Propheta in propria patria, vt plurimum, non bene audit apud conciues, propter ingenitam quandam inuidiam inter conciues, qua fit, vt æqualis æqualem non ferat præ se honorari, & minus multo senior iuniorem, superior eum, quem generis nobilitate, aut diuitijs credit inferiorem. Et quia Nazareni Christum Dominum fabrum, & filium fabri credebant, ex contemptibilibus parentibus ortum, ex infima plebe natum cum eum viderent signis, ac miraculis superiorem, in tota prouincia Galilææ omnibus illis prælatum id ferre patienter non poterant, sicut nec patres eorum Prophetas, qui ad id muneris alter vellicans sicomoros, alter sequens boues, assumebantur. Bene audiebat Dominus apud extraneos, etsi sceleratissimi essent Samaritani, bene Elias inter Sidonios, Elisæus a Syris æstimabantur, qui multis, & grauibus iniurijs afficiebantur a suis, a quibus exulabat Elias, abscondebaturq. Elisæus, ne perirent. Vnde cum eandem siccitatis calamitatem, & famis paterentur Sidonij, & Iudæi, & propter eandem causam, vt Sancti arbitrantur, Iudæi propter scelera Achab, Sidonij propter peccata vxoris eius Iezabel, quæ genere Sidonia erat, Sareptanam viduam pauit, non Iudæam Elias. Moysem Aegyptij, & Aethiopes admirabantur, cui tam stulte *Num. 16.* inuidebant Iudæorum multi in proprium malum, vt Numerorum narrat historia. Immo Ioseph inuidia fratrum venundatus est, qui seruus a Domino Aegyptio, immo a Rege tam est honoratus. Et Dauid miram persecutionem pertulit a Saul, qui cum inferior illo

illo putaretur, a puellis Hierusalem altius Rege honorabatur, cum caput afferret Gigantis, qui tamen inter eosdem ipsos inimicos Philistæos, quorũ occiderat multos, valde honoratus est, hospitioq. gratanter susceptus. Hoc enim inuidiæ pessimum est malum, vt nihil cum ratione gerat inuidus, lib. nono, cap. quinto, numer. 6. vsque ad 8. 13. vsque ad 18. 28. & 29. Inuidere non debet homo illi, per quem efficit Deus quod per ipsum non ita bene fieret, ibidem nume. 19. & 23. Inuidiæ patent Sancti, quorum virtuti inuident homines, ibidem numer. 22. Inuidia paruulos occidit, dum inuidus, si non verbis, factis tamen fatetur esse minor eo, cui inuidet, lib. eodem. numer. 28. & 29. Secundo Propheta non est acceptus in propria patria propter familiaritatẽ, quæ contẽptũ parit duplici nomine scilicet, quod per eam obseruantur, & cognoscuntur humanæ imperfectiones, aut quæ pro hominum iudicio habentur imperfecta. Propter hanc causam relinquebat Dominus Nazareth, non quo honorem suum quæreret, sed quia, dum despicitur doctor, necesse est vt eius prædicatio contemnatur. Qua in re etiam patriæ suæ bene voluit, dum cauit ne prædicatio contempta pœnam incredulitatis conduplicaret. Inuidi contemptis bonis proximorum in nocte palpant, dum quærunt aliqua, quæ reprehendant, libr. nono, capit. quinto, numer. 30. Hæc est enim peccatorum stultitia, vt innumera Sanctorum bona non considerent, qui malum, si quod leue in illis inspexerint, & mirantur, & produnt. Non admirantur discipulorum miram sanctitatem in multis, sed scandalizantur, & obmurmurant, fceluſq. credunt maximum, si vel manus non lauent, antequam comedant, aut spicas colligant, & manibus fricent in sabbato, ne fame pereant. Non adorant Dominum Pharisæi dum intuentur miranda eius opera, sed calumniantur, quod necessitate pressis bene faciat in Sabbato. Ideo etsi iustus Propheta sit, impie & stulte non magnipenditur, dum homo consideratur nonnullis imperfectionibus subditus. Sanctorum gesta miranda erant, suntq. inspicienda, vt imitentur, non autem illorum, si quæ sunt, negligentiæ, libr. decimo sexto, cap. sexto, per totum. Dicebamus etiam Dominum a suis aufugere, ne contempti uerbi pœnas darent maiores ea negligentes, quæ Dominus operanda proponebat, quod graue malum cum esset, acrius a Deo puniendum esset, quam si diuinam voluntatem ignorantes male viuerent. Verbis Dei non obtemperare malum grande est, & quod acriter punitur libr. secundo, cap. 14. numer. primo, vsque ad tertium. Verbum Dei vermes gignit, quando eo audito homo non emendatur, lib. 18. cap. secundo, numer. 1. & 2. cap. 3. numer. primo. Verbum Dei si, vt sagitta, non vulnerat animam hominis, huic carbo desolatorius, quo puniatur, paratus est, lib. 18. capit. secundo, numer. nono. Ideo enim Paulus verbum Dei vocat gladium bis acutum bonos præcidens ab errore, & malos ab excusatione, libr. decimo octauo, capit. 2. numer. 14.

Et repleti sunt omnes in Synagoga ira hæc audientes. Et surrexerunt, & eiecerunt eum extra ciuitatem. In qua re id animaduertendum est, quam pestilens malum sit superbia, quo vt non patitur superbus alios sibi præferri, sic nec quod illius detegantur morbi. Vnde eum, quem docentem, & explanantem scripturas admirabantur, & cõmendabant, extra ciuitatem pellunt ira moti, eumq. præcipitio necare conantur. Et licet antea scandalizarentur in eo, nondum audebant ipsum aperte incessere, quousque illorum per correctionem propalauit mala. Cum enim verba sapientum sint velut stimuli, & quasi claui in altum defixi, iusti his ad meliora prouocantur, impij autem contra stimulum calcitrant, dum stultus non recepit verba sapientiæ, nisi ea dixeris, quæ in corde suo sunt, adulatione eum mulcens. Superbo enim intolerabilis est correctio, & qui illius prodit mala. Quod & modo videre licet, quod cum hominis cuiuspiam non possint non & admirari, & commendare virtutem, tamen cum vel leuiter eorum mores ab eo notantur, mox mutatis animis nihil non in illius perniciem moliuntur, illud Prouerbium implentes: Non amat pestilens eum, *Prou. 15.* qui se corripit. Et illud Amos: Odio habue- *Amos 5.* runt corripientem in porta, & loquentem perfecte abominati sunt. Correctio fraterna male recipitur a peccatoribus, libr. primo, cap. 17. nume. secundo. Correctionem odio habent homines, & hac de causa Christus, & Prophetæ occisi sunt, libr. 3. capit. 29. numer. 1. 8. vsque ad 10. De re hac multa dicenda sunt feria 3. sequenti. Superbia dicitur primogenita mors, quæ deuorat pulchritudinem cutis, & brachia peccatoris, libr. 16. cap. 13. numer. 35. Superbi enim, quia nesciunt Deum, ignorant etiam se ipsos, libr. 6. cap. 3. num. 3. Hæc superborum, & peccatorum insania quod similes his, qui eiecerunt Christum extra ciuitatem, bonos a se pellũt, quorum societate tot reportant commoda. Gerari inuidia moti Isaac sanctum expule- *Genes.* runt a terra, sed videntes quæ per absentiam reportabant nocumenta, ipsum adierunt, rogantes, vt ad eosdem redire dignaretur. Iacob in domo Laban dum morabatur, multas socero adferebat vtilitates, quibus caruit, dum ille exulauit. Perijt Aegyptus dũ secesit Israel. Ciuitates pereunt dum Sancti absunt. Iustorum societas multum vtilis est, libr. quarto, cap. sexto, numer. primo, & secundo, libr. vndecimo, cap. 5. numer. 11. Iusti in causa sunt, vt Deus multitudini parcat, lib. 4. cap. tertio, num. 10. libr. 5. capit. 4. num. 2. 4. 5. & 8. cap. 8. num. quarto, vsque ad

6.9.13. & 15. Ecclesia meritis iustorum conseruatur, libr. quinto, cap. quarto, numer. 2. vsque ad 5. & num. 8. cap. 8. numer. 4. vsque ad 6.9.13. & 15.

Ipse autem transiens per medium illorum ibat. Sic ordinanda est sententia, vt ea verba, *per medium illorum*, coniungantur cum participio, *transiens*, non cum verbo *ibat*. Quibus verbis significatur, quanta cum libertate, & potentia elapsus sit manibus eorum, non scilicet subuolando in altum, aut meticulose currendo, sed intrepide pertranseundo per ipsos medios abijt, quo voluit.

FERIA TERTIA
post Tertiam Dominicam in Quadragesima.

Euangelium.

Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum. Matth. 18.

De correctione fraterna differitur lib. 3. cap. 28. & 29. vide etiam lib. 13. cap. 5. num. 2.

1 Feria 3. Dominicæ 3. in Quadrag.

THEOLOGI omnes ex isto loco congruentissime colligunt præceptum de corrigendo fratre, quod ius naturæ docet a Christo Domino in noua lege specialius traditum, nouisq. circumstantijs confirmatum. In quo tria sunt multum consideranda. Primum, quod Deus magna bonitate sua actus, humanoq. generi mira beneuolentia affectus, præceptum tradidit cunctis de corrigendo fratre peccante, vt hoc medio efficaciter miserijs hominum peccatorum prouideret. Secundo, id attente considerandum est, taliter Deum voluisse hoc mandato necessitati hominum peccantium consulere, vt etiam eorum famæ, & honori, quantum possibile esset, prouideretur. Tertio, voluit Deus, vt quando peccator in tantum progressus fuerit malum, vt corripientem fraternaliter non audierit, vt totius Reipublicæ bono prouideatur, talis viri familiaritas, vt omnibus nociua caueatur, habeatur is, qui reipublicæ pestilentia est, velut Ethnicus, & Publicanus. Circa primum illud certum est, quod & fides docet, & natura ipsa, quod per peccatum, etsi multa sequantur in homine inconuenientia, & nocumenta, tamen nec fides perit, nec homini ratio adimitur, aut liberum captiuatur arbitrium, sed fides, & ratio, & liberũ arbitrium, quæ in peccatore remanent Deo iuuante, ipsum ad pristinum reducere valent statum, cooperaturq. peccator diuinæ gratiæ, qua potissimum a malo resurgit, etiamsi externa desint adiutoria correctionis. Sacramentis reparatur homo, iuuatur frequentibus orationibus Sanctorum, qui Deo indesinenter astant, & qui in cælo viuunt, & adhuc morantur in terra poscentes ab eo instanter, vt diuina voluntas fiat sicut fit in cælo, & ita in terra, sicut in superna patria, sic in hac peregrinatione, sicut in iustis, ita & in peccatoribus, vt hoc medio nomen Dei sanctificetur in peccatoribus, sicut sanctificatur in iustis. Postulant vt hominum debita, hoc est, peccata dimittantur, a maloque surgentes ad bonum, a quo ceciderunt, redeant. Astant custodes Angeli, qui terroribus, minis, precationibus, consilijs, quem custodiunt, a malo eruere multum curant. Mediaque alia sunt, quibus Deus peccatores hortatur, vt a malo resurgentes ipsi famulentur. Hoc quidem indubie credit Christianus. Sed tamen illud etiam indubitatum est, Deum summa bonitate sua, maximoq. amore præcepisse omnibus hominibus, vt de me corrigendo curam haberent, vtpote cum vnicuique non huic tantum, aut alteri, sed omnibus mandauerit Deus de proximo suo. Etiamsi vt in anteriori parte capitis edicit Ecclesiasticus, cor dederit illis excogitandi, & intellectus disciplina repleuerit illos. Creauit illis scientiam spiritus, sensu impleuit cor eorum, & mala, & bona ostendit illis. Posuit oculos ipsorum super corda illorum, ostendere illis magnalia operum suorum, vt nomen sanctificationis collaudent. Cumq. præcepisset primis parentibus, & horum filijs, vt cauerent ab omni iniquo, his non contentus mandauit vnicuique de proximo suo, vt in proximos benefici essent, & de salute eorum solliciti curantes alij de peccantium emendatione, ne inter homines impia Cain respõsio inueniretur, qui scelestissimus mortalium interrogatus a Deo: Vbi est Abel frater tuus? Respondit: Nescio. Numquid ego custos sum fratris mei, aut ad me pertinent, quæ circa illum geruntur, siue bona illa sint siue mala? Blasphema responsio, omniq. venia indigna, qua cum solus esset Abel frater eius in orbe, illius curam non gerendam credidit, qui homicida fuit, & fratricida, primus in orbe, primusq. qui gehennam hoc scelere intrasset, nisi Deus, vt resipisceret, illi vitam protelasset. Huic similes extitere principes Sacerdotum, quibus speciali cura præcepta erat proximorum salus, qui dicente Iuda: Peccaui tradens sanguinem iusti, omnium sceleratissimi mortalium, qui in Christum Dominum coniurauerant, cuius sanguinem sine intermissione sitiebant, responderunt: Quid ad nos? Tu videris. Responsio sane non solum Sacerdotibus, immo principibus Sacerdotum indigna, sed & hominibus in lege Moysi, aut in lege naturæ mediocriter instructis. Qui cum in nece Christi ad tantum deuenissent malum, huic addiderunt & istud, quod cum Iudas ad eos accessisset proprium, immaneq. scelus confitens, quasi illius remedium ad eos nullo pacto pertineret, qui Deum audierant dicentem, vt de proximo suo omnes etiam plebei curarent, ipsi omnium penitus obliti, quæ Deus iubebat, illi respondent: Tu vide, quæ tibi conuenientia iudicaueris, tibi enim nocebit impietas, aut proderit remedium, quoniam ista ad nos non spectant. Præceptum de prouidendo paupertati proximorum per eleemosynã dedit Deus diuitibus ingenti bonitate sua, vt eorum vitæ prouideret, ne victu & vestibus carentes fame interirent, aut frigore. Id consulto Deus voluit, qui prouidere pauperibus multis modis poterat, qui pauit Eliam, & Paulum eremitam ministerio coruorum, & manna cælesti Iudæorum populum totannis, ne dies animam haberet venalem, vtpote qui in vita sua proiecisset intima sua, hoc est, intimos hominis affectus, pietatem, misericordiam, compassionem erga proximos, ne in hæc veniret dies mala, & vt bono pauperis prouideretur, præceptum de porrigenda eleemosyna a Deo accepit. Et sicut dilectionem proximorum omnibus hominibus præcipiens Deus ingenti beneficio omnes homines est prosecutus, vt quiuis omnes homines amatores sui habeat, qui eum diligant, non verbo, aut lingua solum, sed opere, & veritate, qui in eius calamitatibus sint tristes, eius necessitatibus prouideant, ipsum consolentur in aduersis, ipsi congratulentur in prosperis? Quo omnibus omnia efficiuntur communia, communia bona, communia mala, sic Dei beneficio concessum est, vt homine peccante, Christiani omnes ipsum consilio, correctione, verbis efficacibus, & blandis ad sanam mentem conentur reducere. In qua re frequenter hominis æterna salus consistit, dum Deus hoc vtitur medio ad hominem saluandum, sicut Augustino contigit, qui matris suæ monitis, Ambrosijq. exhortationibus Arrianorum hæresim est detestatus. Accidit quidem aliquando eum, qui in profundum venit malorum, correctionibus fratrum ad deteriora delabi, sed tamen id regulariter accidit, quod correctio fratris, quæ a radice charitatis proficiscitur, etsi ad tempus non videatur esse gaudij, sed mœroris, sed tamen postea fructum pacatissimũ exercitatis per eam acquiret iustitiæ. Sicut enim putridum membrum, dum eget nouacula, dum a chyrurgo scinditur, homo reparatur, & dolore præuio membrum ad sanitatem reducitur, sic secante, vel urente fratre per correctionem, dolorem sentiens frater curatur, dum animaduertit scriptum: Corripe sapientem, & diliget te. Illud quidem impiorum est proprium, cum de eorum iam desperatur salute, vt odio habeant corripientem in porta, & loquentem perfecte abominati sunt, quod Prophetæ præstat ea mente, vt proximum a malo valeat reuocare, licet ad horam id ægro displicere cognouerit. Sic contigit Amos: qui cum scelera argueret Amasiæ Sacerdotis Bethel, misit is ad Ieroboam Regem Israel, dicens: Rebellauit contra te Amos in medio domus Israel, non poterit terra sustinere vniuersos sermones eius. Hæc enim dicit Amos: In gladio morietur Ieroboam, & Israel captiuus migrabit de terra sua. Et dixit Amasias ad Amos: Qui vides gradere, fuge in terram Iuda, & comede ibi panem, & prophetabis ibi. Et in Bethel non adijcies vltra, vt prophetes, quia sanctificatio Regis est, & domus regni est. Vade inquit, in terram Iuda, in qua natus es, vbi libenter audiuntur insani, & comede ibi panem tuum, & ibi vaticinare, qui habes multos, quos consueuisti seducere, in Bethel autem, in qua ego sum Sacerdos, vltra non adijcies prophetare. Si homo studiosus vtcumque esset, vel saltem cordatus, gratias referre deberet corrigenti se potius, quam adulatori, dicente Salomone: Qui arguit hominis viam, gratiam habebit magis, quam is, qui loquitur quæ delectant. Sed tamen cum frequenter homines tales non sint, vt docet Origenes, multi ægerrime ferunt, si corrigantur nec id modo euenit, sed semper ita contigit. Quia enim iubente Domino dixerat Esaias: Principes tui infideles socij furum, ferratus interijt: Hieremias, dum fratrum correptioni intentus est, in puteum mersus est; ob consimilemq. causam occisi sunt Prophetæ, vel multas perpessi calamitates, & iniurias. Adulator illum laudans, quem corrigere tenetur, duplici inuoluitur peccato, lib. 1. cap. 3. num. 11. Adulatores fugiendi sunt, tamquam animæ pestis, libr. 1. cap. 3. num. 1. 4. 7. 8. 11. 13. vsque ad 16. Adulantur peccatores peccatoribus mutuo, & sic occidunt se, lib. 1. cap. 3. num. 5. Adulationem amicos parere, & correctionem inimicos falso dixit Poeta, si illi sint cordati, lib. 1. capit. 3. numer. 6. Adulari peccatorum gesta ira Dei est grandis, lib. 1. cap. 3. num. 9. Adulator peccatorem laudans fit particeps criminis illius, lib. primo, cap. tertio, numer. 11. & 14. Correctio fraterna male recipitur a peccatoribus, libr. primo, cap. decimo septimo, numer. secundo. Corrigentes nos diligere debemus, non adulatores, lib. primo, capit. tertio, numer. octauo, & decimo quinto. Correctionem communiter homines grauiter ferunt, libr. tertio, capit. vigesimo nono, numer. 1. 3. 8. vsque ad decimum. Correctionem odio habent homines, & hac de causa Christus Dominus & Prophetæ occisi sunt, libr. tertio, cap. 29. num. 1. 8. vsq. ad decimum.

Ecclesi. 17.

Matth. 27.

Ecclesi. 10.

2

Hebr. 12.

Prou. 18.

Orig. hom. 1. in Psal. 37.

Esai. 1.

3

Amos

Hieron.

Amos 7.

Hieron.

Correctionem odit stultus, & malus, libr. 3. cap. 29. numer. quinto vsque ad 13. Correctio sicut simus est, quo alij impinguantur, & alij lapidantur, lib. tertio, cap. 29. nu. 13. Ea, quæ diximus, regulariter contingunt, quod impij homines adulationibus quidem delectantur, tristantur autem si corrigentem audiant fratrem, sed tamen frequenter, & sensim, paulatimq. dum quæ audierunt a fratre corripiente considerant, mouentur vt peccata fleant, & statum miserandum & abominentur, & relinquant. Nathan Propheta, dum sapienter consideraret peccatorem Regem correctionem non admittere, ouiculæ exemplo eius crimen & propalauit, & reprehendit, & peccantem Regem ad mirabilem pœnitentiam breui sermone perduxit. Propter quam causam a correctione cessare non debemus, etiamsi proximus tristecur, & etiamsi ad horam non emendetur. Id enim discursu temporis facit correctio, quod non effecerat in initio. Correctio fraterna omittenda non est, etiamsi semel correctus proximus non emendetur, lib. 1. cap. 16. numer. 16. Correctio fraterna non prætermittenda, lib. tertio, cap. 28. numer. 8. vsque ad 10. 13. 17. 20. vsque ad 23. cap. 29. nume. 4. Correctionem nullus omittat fingens quod frater non emendabitur, lib. 3. cap. 28. num. 10. & 20. Corrigendi fratres, etiamsi ad horam tristentur, lib. 3. cap. 28. numer. 21. Tandem hæc fuit ingens Dei misericordia, aiebat Origenes, vt hominum crebris infirmitatibus prouideretur de remedio, & existente in orbe morbo, medicinæ adhiberentur diuinitus inuentæ, quæ sunt verba Dei in ore illius posita, qui peccantem corrigit, quicumque ille sit. Vt enim in Apocalypsi refert Ioannes: Vocem, quam audiuit, similem dicit voci citharædorum, & musicorum, & tamquam vocem tonitrui magni. Vox citharædi est, quæ audientem recte, considerantem animum fratris mulcet, & mutat mira dulcedine tractum, & eadem tonitruo similis est, quæ terret hominem peccatorem, si mentis expers omnino non est, habet enim nescio quid latentis energiæ viua vox. Hæc correctio sacris innixa sermonibus præstare valebit mirandam hominis conuersionem, etiamsi ore proferatur polluto, sed tamen cum, vt plurimum, qui præcepto correctionis inuigilant, & fratrum lucro intenti sunt, sint viri iusti Dei honorem optantes fratrum mala dolentes, hinc est expedientissimum peccatori esse, vt per correctionem Sanctus de ipsius curatione & remedio tractet. Correctio fraterna magna cum compassione fiebat a Sanctis libr. primo, capit. quarto, numer. quinto, vsque ad septimum, capit. 25. numer. 6. In Exodo volebat Deus, vt cortinæ tabernaculi sic essent dispositæ inter se, vt altera alteram ad se alliceret, significans hanc charitatem, quæ in Ecclesia inter fideles esse debet, qua vnus ad Dei cultum alterum trahere debet. Cura hæc omnibus communis Sanctis est specialiter demandata, (Corrigens alios prius se ipsum corrigat, lib. tertio, capit. vigesimo octauo, numer. decimo quinto, & vigesimo tertio.) docente Paulo ad Galat. fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Quapropter præcipiebat Deus candelabrum statuere in tabernaculo, in quo septem lucernæ in conspectu suo semper arderent. Emunctoria quoque & vbi quæ emũcta sunt extinguãtur, fiant auro purissimo. Lucernæ ardentes omnes fideles esse debent, qui charitate ardeant, & luceant bonis operibus. Sed hominum culpa accidit frequenter, vt lucernæ istæ peccando obscurentur. Ideo voluit Dominus, vt emunctoria essent, hoc est, proximi, qui corrigant delinquentes, sed ex auro purissimo fabrefacta, id est, qui Dei amore, & proximi ad huiusmodi officia moueantur, & dicant: Soror nostra parua, & vbera non habet, quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est? In quibus verbis, ait Basilius, Spiritus sanctus desiderium seruorum Dei explicuit, quo ad profectum fratrum, & eorum correctionem a Deo actitantur tanta virtute, vt omnibus posthabitis contemptaq. vita, ad proximi correctionem ferantur, sicut Prophetæ faciebant. Corrigebant populum Prophetæ, omni timore abiecto, libr. tertio, cap. vigesimo octauo, num. 1. 12. & 23. cap. 29. nume. decimo. In corrigendis fratribus propulsandus est timor a corripiente, lib. tertio, cap. 28. num. 14. & 19. Sic Ezechiel contra inclytam ciuitatem clamabat: Radix tua & generatio tua de terra Chanaan, pater tuus Amorræus, &c. Et Esaias principibus populi aiebat: Audite verbum Domini Principes Sodomorum, auribus percipite legem Dei vestri populus Gomorrhæ; & Stephanus: Dura ceruice, & incircumciso corde vos semper Spiritui sancto restitistis. His præcepit Deus: *Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipsum solum* tantaq. cura id præstare debent homines, vt hac de causa polluta labia habeat Esaias, ait Hieronymus epistola ad Damasum, quia Oziam officium Sacerdotale vsurpantem non corripuit, nec iuxta Eliæ exemplum libera voce peccatum Regis improperauit. Hi sunt, quibus præcipitur, dicit Basilius: Alter alterius onera portare, & sic adimplebitis legem Christi, libr. tertio, cap. vigesimo octauo, nume. sexto. Estq. inter Theologos indubitatum in multis casibus posse hominem propriam correctionem omittere absque eo, quod de nouo mortaliter peccet, in quibus mortaliter peccabit non corrigendo fratrem. Et hæc diuina bonitas est, vt omnes, qui meam perditam norunt vitam, me corrigere teneantur secreto, & coram testibus, & coram Ecclesia: ordinatq. Deus hanc omnium obligationem, vniuscuiusque saluti. Cum hæc ita sint, fortassis nostrorum temporum hæc est miseranda calamitas aliarum multarum radix, qua huius præcepti obliti homines, dum alienam negligunt salutem, propriam inueniunt perditionem. Corrigendi sunt proximi, quia peccatum vnius in perniciem vergit totius reipublicæ, libr. tertio, cap. vigesimo octauo, numer. 3. 4. 18. & 19. Videtur enim moraliter impossibile omnium Christianorum diligentiam, qui peccantem vident proximum, aut peccasse sciũt, non proficere, vt homo perditam deserat vitam commonefactus, modo ab vno iam, ab altero, & ab innumeris, qui conciues illius sunt, qui ea charitate, qua proprium fratrem educere conantur a malo, in quo est, sicq. mira esset inter Christianos reformatio, dum multi ad lucrandum vnum mira diligentia concertarent. Sed proh dolor, nihil in vita sic obliuiscuntur homines, vt correctionem fratris, quem contristare nolunt, etiamsi id sit ad pœnitentiam, non considerantes quod correctio & corrigenti, & ei, qui corrigitur, vtilis est, lib. 3. cap. 29. num. 4. 5. & 9.

4 Circa secundum aduertendum est non solum in substantia præcepti diuinam relucere bonitatem, sed etiam in circumstantijs, quibus illud tradidit Deus in ordine, quem in corrigendis fratribus obseruandum docuit, tum volens, vt non tumenti animo, non iracundia concitato animo ad correctionem fratris moueatur quis, verbis incompositis, aut asperis, irritando animum fratris, sed ea beneuolentia, & amore, eo animi dolore, quibus erga dilectissimum fratrem delinquentem moueremur, dicente Dauid: Corripiet me iustus in misericordia. Misericordia enim comes indiuiduus est viri iusti corrigentis fratrem. Sic rixantibus Hebræis Moyses eum, qui inferebat iniuriam alteri blande allocutus est dicens: Quare percutis proximum tuum? Sermo enim mollis frangit iram. Correctio fraterna charitatiue exhibenda est, libr. 19. capit. quarto, numer. quinto vsque ad septimum. Vnde Basilius edisserens verba illa: Et opprobrium non accepit aduersus proximos suos, quæ duobus modis exponit, quorum vnus sensus is est: Nullum proximorum ipse vituperauit, nec iniuriam irrogauit ei, quem peccantem vidit, sed modeste eum corripuit. Vnde dixit Paulus: Argue, obsecra, increpa, sed fiat id in omni patientia, non dicendo ei opprobrium; contumelia enim correctioni fraternæ aduersatur. Correctio enim fraterna emendam fratris habet pro fine, qui autem peccanti iniuriam irrogat, eum confundit, & non corrigit, dum ei compati non videtur. Quapropter secundum sententiam Basilij cum verbis præpositis addidit Dominus: *Dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re, quamcumque petierint, fiet illis a patre meo qui in cœlis est*, id docere voluit, vt si qui fraternaliter correctus est, pœnituerit, & in propositum venerit non peccandi, & relinquendi peccatum, concordans voluntati corrigentis, & ambo effiagitauerint a Deo veniam peccati, vtique impetrabunt illam. Vnde aiebat Bernardus in sermone secundo Paschæ de correctione differens: In corrigendo fratrem priorem locum vendicet compassionis affectus, ne in spiritu vehementi cõteras naues Tharsis, contra id quod de Christo Domino scriptum est: Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet. Propterea Regius Propheta aiebat: Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me, bonitatem doce Domine, vt peccanti compatiar, disciplinam, vt corrigam, & scientiam, vt id multa cum prudentia exequar, vt prosit fratri peccanti. Eme ad hoc munus vinum, & lac, vt dulcedo lactis coniungatur austeritati correctionis. Hactenus Bernardus. Vt infundas vinum, & oleum vulneribus Samaritani & curetur, quod fit, cum corrigitur frater in spiritu mansuetudinis, & lenitatis. Vnde Bernardus in tractatu de gradibus humilitatis, vt modum in correctione fraterna obseruandum traderet, docuit ordinem, quem in constituendis beatitudinibus Euangelicis Christus Dominus habuit, dum dixit: Beati mites, &c. & statim subiunxit: Beati misericordes. Cum enim fratris correctio actus sit misericordiæ, hunc mansuetudo præcedere debet, non furor, & indignatio: cum vera iustitia compassionem habeat peccatoris, Pharisaica autem indignationem erga illum. Corrigendi sunt proximi modeste, ita, vt eis non exprobrentur peccata, libr. 3. cap 28. numer. 2. 5. 9. 16. 22. & 24. Correctio fit cum humilitate, & modestia, quando corrigens considerat propriam infirmitatem, libr. 3. capit. 28. num. 16. 22. & 24. libr. 9. cap. 16. nume. 9. Corrigendi sunt peccantes, quibus compatiendum est, & non murmurandum, lib. vndecimo, cap. 15. numer. 2. cap. 16. numer. 15. cap. 17. num. 1.

Præterea in modo, quem in tradendo 5
hoc præcepto Dominus obseruauit, id vult, vt intelligamus & Deum intentissimum in conseruanda fama fratris, etiamsi ille ea indignus sit, vtpote qui inimicus cum sit Dei eiusque honorem negligens contemnendus esset eius honor, vt qua mensura mensus est peccator Deum, remetiatur & ille a Deo; & frangenti fidem fides frangenda videatur eidem, & quod homines, quantum possibile est, famæ proximorum etiam peccantium debent consulere. Propter istam rationem Deus voluit quod frater corrigatur a fratre solo nullo adhibito teste, quantumcumque iste cordatus sit, & sanctus, & secreto naturali de non publicando pec-

Origen. in Psal. 37.
Apoc. 14.
Exod. 26.
Galat. 6.
Exod. 25.
Ezec. 16.
Esai. 1.
Act. 7.
Esai. 6. Hieron.
Cant. 8. Basil.
Psal. 140
Exod. 2.
Basil hom. 3. in Psal. 14.
1. Tim. 4.
Basil. resp. 261.
Esai.
Psal. 118.
Esai. 55.
Bern. tract. de gradibus humilitatis.
Bern. serm. 2. paschæ.

Luc. 10. cato fratris obligatus. Cum inhonoratio, aut infamia tam videatur modica, dum fine corrigendi apud vnum testem studiosum, & tacentem prodatur culpa: Nec id licere quoquo pacto Deus voluit, si non præcesserit priuata fratris admonitio, qua correctus proximus non fuit, iudicaueritq. necessarium, & expediens ad correctionem, vt coram vno test⁹, eoq. tali, vt diximus, culpa prodatur, nec duo adhibendi sunt, si vnus ad correctionem sufficere arbitratus fuerit corrector. Cum enim præceptum hoc ad corrigendum fratrem ordinetur, id cum minimo nocumento illius præstandum est, sicut medicamenta ægrotanti exhibenda sunt & faciliora, & suauiora, si ea prudens medicus sufficientia iudicauerit ad curandum infirmum; quod si hæc non profuerint, adhibenda sunt maiora. Vnde cum Ioseph fratres allocuturus esset, vt se illis proderet, eorumq. culpam patefaceret, præcepit vt egrederentur cuncti foras, & nullus interesset, qui verba hæc audiret: Ego sum frater vester, quem vendidistis in Aegypto. Ne peccatum fratrum apud exteros diuulgaretur, omnem extraneum a se eiecit, & solus eorũ peccatum mira cum mansuetudine ad memoriam traxit. Sic cum Dominus voluit arguere Iob, solum eum conuenit, quem cum arguisset seorsum, in publico apud amicos commendauit: Non estis, inquit, locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob. Mirabilis prudentia Domini, conuicerat ipse Iob, vt fateretur se stulte locutum, & apud amicos commendat eius locutionis rectitudinem. Sic etiam cum arguere noluisset Aaron, & Mariam murmuris in Moysem, eos ad fœderis tabernaculum seorsum ire præcepit cum fratre, & ibi eorum increpauit malitiam. Immo & Cain solum conuenit, absentibus parentibus eius, vt fratricidam corrigeret, etsi eum non emendauerit, & scelus Iudæ secreto ipsi soli prodidit, ne fama proditoris apud socios Apostolos periret. In quibus omnibus, dum tam sollicitam curam gerit Deus in conseruanda fama fratris, & quanti eam pendat voluit indicare, & quanta sollicitudine bonũ nomen fratris apud alios conseruandum est, vt quam famam bonam forte ipse peccans neglexit, ego, qui id prospicio, non negligam, sed sim in celanda culpa sollicitus, & qui multoties propriam culpam possum audientibus multis bono fine propalare, alienam non solum ad exprobrandum, & detrahendum, sed nec ad corrigendum prodere debeo, dum solus possum & correctioni, & famæ proximi prouidere. Hinc colligat Christianus quod si Deus tanta cura respiciendam docuit famam fratris, etiam inimici, quando culpam detegere ad educendum eum a peccato ordinatur, si secreto corrigens id possit efficere, aut manifesto culpam vni soli, quid erit per murmurationes, & detractiones eius prodigere famam? Cum re hac is solus finis sit, aut nocumentum fratris, aut tempus terere, & otio vacare de absentibus loquendo mala, quibus alijs scandalizentur, & proximi fama lædatur. Et si honori, & famæ peccatoris tanta cura prouidit Deus, quanta adhibenda est diligentia, ne leuia, si quæ sunt, mala in viro iusto prodantur in medium, aut quæ homo malitia propria talia iudicauerit, aut somniauerit, quæ re uera non sunt talia? Murmurantes in iustos seuere castigantur a Deo, lib. vndecimo, cap. 16. num. 2. 8. & 11. Murmurationes, & maledictiones contra iustos pro proprijs habet Deus lib. 11. cap. 17. num. 7. & 8. Murmuratores serpentibus optime comparantur, lib. 11. cap. 16. num. 10. cap. 17. num. tertio. Proximorum bonis, qui congaudet, & de malis tristatur, duo habet vbera sponsæ, lib. primo, cap. 14. nume. 15. cap. 16. nume. 11. Proximum contemnens ad id sensim dilabitur, vt Deum contemnat, libr. 1. cap. 15. numer. 10. & 23. lib. 3. cap. 2. num. 38. Proximum cõtristare debet in bonum ipsius, qui nomine amici dignus est, lib. 1. capit. 16. num. 10. Proximis compati debemus, ipsosq. corrigere, sed prudenter lib. 9. cap. 16. nu. 9. vsque ad 11.

Oleaster. Genes. 45.

Iob. 42.

Circa tertium incorrigibilem fratrem habendum recte voluit Deus velut Ethnicum, & Publicanum, timens ne Reipublicæ sit nociua multum talis hominis familiaritas, a quo, tamquam a morbida oue, totus inficiatur grex, qui non solum abeunt in consilium impiorum, & in via peccatorum stant, sed etiam in cathedra pestilentiæ, vt alios corrumpant, sedent, lib. 14. cap. octauo, num. 20. Peccator enim is inuerecundus Deum, & homines contemnens, de quo scriptum est: Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum, libr. 14. cap. octauo, num. 25. relinquendus est, & vitandus, ne his, cum quibus conuersatur, noceat, ne simul omnes vna inuoluat pœna, vnde peccante Dathan, & socijs dixit Deus: Recedite de tabernaculis hominum impiorum, ne simul cum eis pereatis. Corrigendi quidem sunt proximi, quia peccatum vnius in perniciem est Reipublicæ, lib. 3. capit. 28. num. 3. 4. 18. & 19. Peccator enim vnus cum sit, si non corrigatur, totam communitatem exponit periculo lib. 14. cap. 11. numer. primo, cap. 12 num. 8. 10. & 21. Vnde ab huius communione discedat homo, ne simul cum eo pereat. Exeat a Sodomis sicut Loth, cogente Angelo, ne incendio intereat. Recedat Israel ab Aegypto, ne Aegyptiorum adiunctus consortio moriatur. Malorum societas maxime vitanda est, libr. tertio, cap. decimo, numer. 101. libr. nono, capit. 21. numer. 8. libr. 11. capit. quinto, numer. 3. vsque ad 8. 10. vsque ad 13. capit. 12. num. quinto & sexto. Malus enim vnus sufficit ad perdendos plurimos, libr. 11. cap. 5. nu. 8. Et quia mali facilius corrumpũt iustos, quam illi ab istis conuertantur, ibi. num. 12. ideo si corre-

6

Psalm.

Num. 16.

Genes.

correcti non emendentur, vt Ethnici relinquendi sunt. Mali enim sicut pestilentia alij in alios conantur transfundere morbum suũ, lib. 14. cap. 8. nume. 7. cap. 19. numer. 8. & 12. Et quia mali ad peccata impellunt iustos, quã doque peruersis exemplis, & aliquando per vim, lib. 17. cap. 2. nume. 27. ideo non correcti relinquendi sunt. Cumque præceptum hoc Domini vtilissimum sit iustis, est illud nociuũ nimis peccantibus, qui dum iustorũ nudãtur præsidio, a Deo acriter puniũtur quod Aegyptiis, Sodomitis frequẽterq. multis aliis accidit. Vnde cum Sodomitæ pessime abuti vellent Angelis, a sancto Loth modeste correcti sunt, dum dixit: Nolite quæso, fratres mei, nolite hoc malum facere. Cumque illi a malo patrando non desisterent, dixerunt Angeli ad Loth: Omnes, qui tui sunt, educ de vrbe hac. Cumque esset mane, cogebãt eum Angeli dicentes: Surge, & ne tu pariter pereas in scelere ciuitatis. Ecce primum malum quod iustis accidere ex impiorum societate potest, quæ autem sequantur impiis mala recedentibus iustis explicant continuo Angeli, & aiunt: Salua animã tuam, ne stes in omni circa regione. Festina, & saluare, quoniam non potero facere quidquam, donec ingrediaris Segor. Quo ingresso Deus pluit super Sodomam sulfur, & ignem, & subuertit ciuitates has, quæ præsidio Loth erant nudatæ, conseruauitque Deus Segor, licet eadẽ pœna digna esset, quia in ea mansit Loth, periit autem cum in montem ascendit ipse, subuersaque est post eius recessum, sicut propter eum fuerat saluata ad tempus. Quod perpendens Loth egredi differebat, ne impij eo recedente perirent. Hæc de tertio.

Gen. 19.

7 *Si peccauerit in te frater tuus, uade, & corripe eum inter te, & ipsum solum.* Vt ad enarrationem Euangelij veniamus, aduertendum est, quod in anteriori parte huius cap. 18. Dominus de cauendo scandalo multa disseruit, quæ inde sequantur scandala docuit, quod multo cum dispendio huic damno prouidendum esset, ne in quem fratrem peccaremus. His commode subijcere Dominus voluit, quid faciendũ sit, cum frater aliquis in nos peccat, vtrobiq. doceus nos diligentem debere gerere curam salutis fratris nostri, prouidendo, ne malis operibus nostris prospectis ruat, & si in nos peccauerit, condonando ei iniuriam. Peccare in aliquem, iuxta doctrinã Chrysostomi, Hieronymi, & Augustini, est illi iniuriam, vel malum aliquod facere, intelligentes eum, qui pas sus est ab alio iniuriam mitti hic ad iniuriantem, & lædentem. Quæ videtur germana intelligentia huius loci, sicut & Lucæ dicitur: *Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & si pœnitentiam egerit, dimitte illi, & si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te dicens, pœnitet me, dimitte illi.* Hinc enim patet in illum aliquem dici peccare, qui potest ei peccatum dimittere, hoc est, qui lęsus est. Vnde & hoc loco Petrus auditis his Domini verbis, dixit: *Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei?* Ex quo satis patet, quem Petrus intellexerit peccare in se. Vnde dicendum est in hoc loco Dominum eum, qui sic ab alio lęsus est, proprie hoc præcepto constringere ad lædentis se non vindictam, sed correptionem, & compassionem. Christus in Matthæo dixerat: Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Quæ verba edisserens Hieronymus ait: Non præcipit tibi Deus vt sacrificium nõ offeras, cum frater tuus a te lęsus fuerit, a te passus fuerit iniuriam, nisi prius illi fueris reconciliatus, & ab illo, quem iniuria affecisti, prius veniam petas, qua obtenta, & iam fratri a te læso reconciliatus fueris, tunc veniens ad altare sacrificium offeras Deo, id enim mirum non esset; sed his verbis id Dominus voluit, vt tu reconcilieris ei, a quo læsus es, tu eũ adeas & dicas: Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus, eam suadens his, qui me conuitiabãtur inimici effecti pacis. Sic in his verbis id Dominus vult, vt homo inimico suo ignoscat, nec id solum, sed vt eius vicem dolens illum charitatiue corripiat, conetur eum ad sanam mentem reducere, sicut Paulus frequenter faciebat, inquiens: Maledicimur, & benedicimus, blasphemamur, & obsecramus proximos, vt a malo declinent, & bona operentur. Sic & Moyses eorum correctionem, a quibus læsus fuerat, vehementer curabat; Sic & Prophetæ omnes tot modis salutem eorum curabant, a quibus mille patiebantur iniurias. Iniurias remittat homo exemplo Sanctorum, libr. nono, cap. septimo, numer. 18. Inimicorum conuersionem desiderant Sancti, si aliquando malum eis videntur optare, lib. 9. capit. 16. numer. 4. Pro inimicis orandum est exẽplo anti quorum, lib. 1. cap. 12. numer. 20. 25. 35. 52. 55. vsque ad 57. & 60. cap. 14. num. 22. & 23. lib. 9. cap. quarto, num. 11. & 16. Sed quibusdam aliæ huius loci explicatio magis placet, vt hoc Domini præceptum de correptione non coarcte tur ad corrigendum eum, qui me læsit, & in me peccauit, sed multo magis cum in Deum, tum quod non tantum læsus fratrem lædentẽ corripere debet, sed & alius quisque, qui conscius est iniuriæ, quã quis patitur. Immo multo magis alius, quam læsus, ne iste videatur propriam iniuriam prosequi, & alterũ arguere non animo emendandi, sed se vindicandi, a quo minus bene correptionem recipiet, qui iniurius illi fuit credens passione ad id moueri, non charitate. Itaque intelligunt illud, *in te*, id est, coram te, vel te conscio, præsente, vidente, quia ita Christianus quisque debet esse affectus erga gloriam Dei, & amorem proximi, vt omni peccato offendatur tamquam in se commisso, etiamsi non directe in ipsius vergat lęsionem, vel iniuriam, sed in iniuriã Dei, vel proximi cuiuslibet. Sicque recte ostendũt

Luc. 17.

Hieronym. in psalm. 119.

omnes

omnes eum peccare in aliquem, qui coram illo, & illo conscio quid committit. Quod quidam etiam sic declarant, scilicet, quia quisquis alio vidente, & præsente peccat, is suo exemplo (quod in ipso est) eum scandalizat, ac proinde etiam in illum peccat, qui suo facto malo eum ad peccandum prouocat. In hac expositione duo sunt considerandа, alterum quod Christianus quisque offensam, & peccatum proximi, quodcumque illud sit, sic respicere debet, ac si in se committeretur, sic diligens Deum, & proximum, vt ea peccata, quæ contra Deum sunt, vel proximum, cõtra se commissa credat. Proximorum mala propria vocabant Sancti, libr. 1. cap. 14. numer. 9. 12. 13. 19. vsque ad 23. libr. nono. cap. 16. nu. 6. Proximorum malis compatiẽdum est, bonisque gaudendum. lib. nono. cap 5. nume. 13. 16. 21. & 23. Proximi bonis exemplis iuuandi sũt in bonis, quod fit cum occasiones scãdalorum tolluntur. lib. 16. cap. 8. num. 26. Dei honori curando intentissimi erant Sancti, lib. primo, ca. octauo, num. secundo. Vnde aiebat Paul. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Secundo quanta diligentia vitanda sunt scandala, quibus, quod in nobis est, in omnes fratres peccamus, dum malis exemplis eos ad lapsum sollicitamus. Scandalum generans doctrinam dicitur docere Balaam, vnde iram Dei prouocat, libr. 16. cap. 8. num. 2. & 3. Scandalizans alium, vt peccet, grauius peccat, quam ille, qui scandalizatus malum facit, ibidem num. 3. & 15. Scandala tollentes de regno Angeli pacis sunt, qui iuuant fratres. ibidem num. 26. Sed tamen siue peccatum in nos vocetur illud solum, quo proximus iniuria nos afficit, siue omne illud, quod contra Deum est, vel proximum, illud indubie sciendum est, hoc præcepto quẽlibet Christianum astringi ad correptionem cuiuslibet fratris peccantis coram se. Duo autem Dominus in primis præcipit, vt corripiamus, & ut id priuatim faciamus. *Vade*, inquit, *& corripe*, id est, ne fratris peccatum negligas, sed *uade*, non quidem vt illatam tibi iniuriam vendices, non vt illum apud alios traducas, & accuses, sed vt corrigas & emendes: *Corripe inter te, &c.* vt ille videns te & salutis, & famę suæ curam gerere, magis ad pœnitentiam moueatur. Qui si semel pudorem amisisset, forte in peccato suo obduraretur, & quem voluisti facere correctiorem, facies peiorem. *Si te audierit*, id est, si tuam admonitionem, & correctionem receperit agendo pœnitentiam *eum lucratus es*. Lucrum enim fratris est correptionis finis, lucrari eum, qui peccando perierat. Ex his verbis Chrysostomus, & Hieronymus colligunt fratris salutẽ a nobis quęrendam, tamquam nostrum bonum, & ipsius perditionem velut proprium damnum esse habendã: Pœnitẽtia enim fratris lucrum tuum est. Correptionem negligens grauiter peccat, libr. 3. capit. 28. numer. sexto, vsque ad vndecimum. 18. 19. & 22.

Si autem te non audierit, sit tibi ut Ethnicus, & Publicanus. In quibus verbis id primum considera esse multos, qui audire correctionem nolunt, vt patet in filiis Heli, & Saule a Samuele reprehenso. Correctionem odiunt mali, & ideo excusant peccata, lib. tertio, cap. 29. nnm. 11. & 12. Corrigi volunt sapientes, stulti autẽ in proprium malum id fugiunt. li. tertio, c. 29. per totũ. Immo mulci contra arguentes insurgunt. Quando Moyses arguebat duos Hebræos rixantes, respondit, qui inferebat iniuriam: Quis constituit te principem, & iudicẽ super nos? Et cum Loth corriperet Sodomitarum audaciam in Angelos, quibus abuti conabantur, dixerunt illi: Ingressus es vt aduena, numquid vt iudices? Te ergo ipsum magis, quam hos affligemus. Admonet locus iste quam male recipiant furiosi admonitiones iustorum, neque solum non recipiunt consilũ, sed iniuriam pro eo reddunt. Secundo aduerte, quod a fratris impœnitentis consortio duplici de causa abstinendum esse indicat Apostolus, tum vt ille destitutus consueto consortio ac ob id pudefactus resipiscat, sicut fornicarius Corinthius, cum quo nec sumere cibũ voluit Paulus, vt a cæteris separatus a malo desisteret, sicut cum Maria soror Moysi propter murmurationem extra castra pulsa est, extra consortium fratrum, tũ ne suo contagio immedicabili alios inficiat, dicente Paulo: Nescitis quia modicum fermentum totã massam corrumpit, cum ebrioso, &c. nec cibũ sumere. Auferte malum ex vobis ipsis. 8

Vbi sunt duo, uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Chrysostomus, & Hieronymus hac sententia intelligunt Dominũ, qui toto superiori sermone ad concordiam prouocauit. & contentionis supplicia posuit, concordiæ iam prẽmia polliceri, vt tum promissis, tum minis ad concordiam nos prouocaret. Origenes autem spiritualiter intelligit, sic vt vni etiam homini conueniat, & significetur, quod vbi corpus, & anima vel tria hæc spiritus, anima, & corpus consenserint, & non intra se bellum habuerint diuersarum voluntatum, impetrent a *Deo*, quæ poscunt. Corpus corrumpunt boni subiicientes spiritui, & mali seruientes libidini, lib. 3. cap. 1. nume. 20. In bello spiritus contra carnem acriter certant Sancti, lib. 3. cap. 1. num. 36. & 46. Anima, & spiritus, masculus & femina dicuntur, quæ si concordent & crescant, filios generant sensus bonos, lib. octauo, capit. tertio, numer. primo, &c. 9

Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? &c. In Christi Domini responsione significatur, quod quotiescumque hominem offendi contigerit, toties debet offensam remittere ei, qui offendit. De re hac differitur feria sexta in Quinquagesima, Dominica quinta post Penthecosten, & Dominica vigesima prima, ubi in expositionem huius loci adducitur parabola decem millium talentorum. 10

Circa hoc præceptum correctionis dubitatur.

tatur. Primo, si peccans semper corrigendus est, quomodo dicit Sapiens: Qui erudit derisorem ipse sibi iniuriam facit, & qui arguit impium, sibi maculam generat. Noli arguere derisorem, ne oderit te. Præterea si ad correptionem fratris peccantis omnes tenentur, necesse ergo erit omnibus negotiis posthabitis, huic rei insistere, cum peccantium plena sint omnia. Iam si seorsum corripiendus est, quomodo Paulus palam Petrum reprehẽdit, non præmissa admonitione, qui & Timotheo præcepit, vt peccantem coram omnibus argueret? & Petrus Ananiæ, & Saphiræ secretum peccatum & publicauit, & puniuit absq; secreta correctione. Correctio fraterna omnes quidem obligat, sed cum præceptum sit affirmatiuum pro eo solum tempore obligat, & loco, quo opportuna, & vtilis est eius obseruatio, & executio ad emendam peccãtis fratris; ab hac enim cessandum est, cum probabiliter timetur ne proximus peior fiat, lib. 3. capi. 28. nume. 14. Ob hanc ergo causam Sapiens derisorem cuius, scilicet, prauitas notissima est, quem experientia, aut indicia docuerunt veritatem irridere, & contemnere arguendum non esse docet. Frusta enim niti, inquit quidã, & nihil aliud laborando, quam odium quærere, extremæ dementię est. Peccata publica pro amouendo scandalo publice sunt corrigẽda, vt Paulus dixit Timotheo, & Petrum ipse publice reprehendit, eo quod factum ipsius esset publicum, & in multorum vergeret scandalũ. Præterea corripere delinquentem sic est debitum ex diuino præcepto, sicut eleemosynam porrigere occurrentibus egenis, & his, cum quibus viuere nos contingit, &c. Ita non est necesse, vt quis requirat peccantes, quos corrigat, sed id faciat cum ei constiterit de peccato. Et Petrus peccatum Ananię, ut Dei executor & publicauit, & puniuit, cuius peccatũ diuina reuelatione cognouit, & puniuit.

Prouer. 9

1. Thim. 5 Act. 5.

Gen. 19.

Exod. 2.

1. Cor. 5.

Galat. 2.

Cum autem & tam æqua, & tam salutaris sit hæc Christi doctrina, dolendum est eã ita plane negligi apud Christianum, dolendum item multo magis, ei vix vllum esse locũ apud eos. Demum cessant omnes vel tædio molestiæ, & laboris in corripiendo suscipiendi, uel metu alicuius inimicitiæ, & odij eorum, qui sunt corripiendi. Quam pauci sunt, qui dicãt cum Dauid: Corripiet me iustus in misericordia. Inter causas, ob quas Dominus in hoc mundo bonos pariter cum malis grauissimis calamitatibus affligit, deputat Augustinus omissionem huius fraternæ correptionis pro præcipua, cui non acquiescere, nec corripientem uelle auscultare graue malum dixit Sapiens: Egestas, inquit, & ignominia ei, qui deserit disciplinam, qui autem acquiescit corripienti glorificabitur. Et: Qui abiicit disciplinam, despicit animam suam, qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Et: Viro, qui corripientem dura ceruice cõtemnit, repentinus ei superueniet interitus, & eum sanitas non sequetur. In quibus locis infelicitas, & incurabilitas significatur eius, qui correptiones non admittit.

Psal. 140.

1. de ciuitat. Dei c. 9.

Prou. 13.

Prou. 15.

Prou. 29.

FERIA QVARTA post Dominicam tertiam in Quadragesima.

Euangelium.

Accesserunt ad Iesum ab Hierosolymis Scribæ, & Pharisæi dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Matth. 15.

EVANGELIVM hodiernum tribus claudi tur partibus. In prima accusat Dominus calumniam Pharisæorũ, qui graues discipulorum calumniatores, & taxatores effecti ipsos apud magistrum reprehendebant, quod intermanducandum crebris lotionibus non vtebãtur, iuxta antiquorum traditionem. In secunda, eis neglectis, rationem facti suorum discipulorum aduocata ad se turba cæpit reddere, idque in absentia Pharisęorum, ne illi scandalizarentur. In tertia, quæ circa doctrinam magistri discipuli interrogarunt, & quod eis responsum est ab illo de esu ciborum, & his, quæ vere hominem coinquinant. 1 *Fer. 4. Do. 3. in Quadrag.*

Circa primum mirari forsan quis possit multis rationibus, hisque apparentibus ductus, quare Dominus tam acri animaduersione Iudęorum principes in conspectu omnium verbis his corripuerit: *Quare uos transgredimini mandatum Dei propter traditiones uestras? Hypocrite bene prophetauit de uobis Esaias: Populus hic labiis me honorat, &c.* eos vocitans cæcos, & cæcorum duces, cum illi ab Hierosolymis in Gallilæam venerint, ut blande discipulos Domini corriperent, transgredientes seniorum traditiones. Id enim commendatione, & laude dignum videbatur potius, quam reprehensione, vtpote quibus & generali ratione (ut dicebamus in cõcione hesterna) mandauerat Deus de proximo suo, ut illius uitæ curam gererent, Deo de ea neglecta rationem reddituri, qui mentibus hominum, qui animalia sunt socialia, & politica, hanc legem indidit, quam primum eos condidit. Et in lege veteri præceperat Deus sub interminatione anathematis, ne quis errare faceret cęcũ in itinere, immo asinum, & bouem errantem in viam reducere iussit, etiamsi inimici asinus esset, aut bos, vt ex his perciperet homo, quam deberet curam gerere erga hominem ipsum in via mandatorum Dei, & in rebus, quæ suam concernunt salutem, errantem; Quod qui non facit, *Eccles. 17* *Deut. 27.* *Exod. 23.*

ferina

ferina crudelitate præditus dicitur a Chryso-
Chry. hom. de cæn. Pau. stomo, vtpote qui proximum contemnat, præ-
cipiente Domino, ne transeat sividerit bestiã
odientis se iacere sub onere, donec a cæno le-
uet eam. His etiam, vtpote qui religiosi erãt,
& Ecclesiastici speciali ratione circa proxi-
morum demandata erat, quibus cathedra
Moysi, & doctrina legis erat commissa, quibus
Ezec. 3. dixerat Deus, quod sanguinem de manu eorũ
requireret, si hominum peccata non argue-
Hiere. 17 rent. Et vt olim vocauit Deus Hieremiam di-
cens: Vade, & sta in porta, per quam ingre-
diuntur Reges Iuda, & egrediuntur in cũctis
portis Hierusalem, vt illi necessitate audire
cogantur, & hi non taceant, canes muti effe-
cti, non valentes latrare, sed clamẽt a dextris
& a sinistris per infamiam, & bonã famã, velut
seductores, & veraces. Ne illis accideret quod
Chrysost. olim (Chrysostomus) contigit Hieremiæ,
Hiere. 20 qui cum diceret: Non loquar vltra in nomine
ipsius, scilicet, Domini, quia nec quæ loquor
populo prosunt, & insuper propter illa innu-
meras patior calamitates; tacebo igitur.
Quod cum facere statuisset, subintulit conti-
nuo: Factus est in corde meo quasi ignis ex-
æstuans, claususque in ossibus meis, defeci, fer
re non sustinens. Igne totus exurebatur, qui
correptionem populi dissimulabat. Ne in hæc
venirent inconuenientia Pharisei, loquuntur
& tam acriter a Domino reprehenduntur?
Secundo, quæ gesta sunt, indigna videtur, quæ
animum Christi Domini tantopere concitẽt,
vt in verba prodat grauissima, quibus Phari-
sæorum taxet malum multa ira correptus,
quin potius & risu excipienda videtur correp-
tio, vtpote qua discipulorum suorum sãctitas
omnibus proderetur. Cum enim Pharisæi
lynceis oculis intus, & extra toti intenderẽt,
vt vnde Christum, Christique discipulos re-
prehenderent, inuenirent, festucam in oculo
fratris criminantes, qui trabem in propriis
non videbant, ut inhonoratio discipulorum
apud plebem in magistri cederet inhonora-
tionem, & contemptum, essentque tam multa
importabiliaque præcepta in lege, vt diceret
Petrus in actis Apostolorum: Esse onus, quod
neque illi, neque patres eorum valuerint por
tare: cum secundum Theologorum sentẽtiam
quingenta octoginta tria præcepta data es-
sent Moysi in lege, & ex altera parte discipuli
piscatores, qui dudum reliquerant mundum
ignorantiis pleni, qui piscationi toti intenti
cætera curabant parum, cum horum uitam
tam diligenter explorarent, calumniatores
nihil aliud reprehensione dignum inuenerũt,
quam quod manducarent panem non lauan-
tes manus, quod in lege præceptum non erat,
sed solis humanis traditionibus demandatũ.
Quæ enim maior esse potest commendatio cu
iuspiam, cum iudex aduenisset ad petitionem
inimici, qui totam suam exploraret uitam di-
ligentissime, qua perspecta, id solum inueni-
ret, quod ante prandium lauaret manus, aut
vero id facere prętermitteret? Vtiq. summus
illius honor est, cui amici, & consanguinei cõ
gratulari multum debuissent, quod inimici
occasione tantus viro aut fratri accreuisset
honor, tanta laus; sic & suis congratulari Do-
minus debuisset, quod ea sola proderentur ab
inimicis, discipulorum ea sola inuenirentur,
quæ aut leuicula essent, aut nulla, nec tã acri-
ter in eos indignari, quorum occasione tanta
sanctitas suorum propalata est. Accedit his,
quod audito hoc verbo scandalizati sunt Pha
risæi, quorum scandalo prouidere consultius
1. Cor. 4. videretur a Domino, a quo didicerat Paulus
Roma. 14 esum idolothitorum cauendum, ne proximi scã
dalizarentur, etiamsi id malum non esset, ad-
dens post multa: Custodiamus ergo quæ sunt
ædificationis, quod faciendum docuit, ne pe-
riret in nostra conscientia, id est, occasione
nostra frater infirmus, propter quem Chri-
stus mortuus est, dum ipse scandalizaretur pu
sillus. Tandem mirari satis non potest, qui Do
minum considerat, qualem in Dominica an-
teriori proposuit Ecclesia, mira patiẽtia præ
ditum in tolerandis iniuriis, modestum, ac mi
tem. Qui antequam carnem sumeret, sic ho-
minum dissimularet peccata, ut diceret Sa-
Eccles. 8. piens: Quia non profertur cito contra malos
sententia, absque vllo timore filij hominum
perpetrant mala. Homo factus tam multa
pertulit opprobria, vt uocitatus ebrius, Sa-
maritanus, fatuus, dæmoniacus, mira toleran
tia reticuerit ad omnia. Qui tantis flagellis
verberatus, spinis coronatus, clauis confixus
tacuit, & dissimulauit, nec tacet, nec dissimu-
lat cum audit: *Quare discipuli tui transgrediun-*
tur traditiones seniorum non lauantes manus? Pro-
culdubio cum Deus sit, qui omnia hæc cum
summa ratione operatur, & illum merito ira-
tum credere debet homo, & inquirere quibus
rationibus ad tantam indignationem, tamq.
rationabilem moueri potuisset eius animus.
1. Ratio. Primum vt omnis homo euidẽter prospiciat,
Deum erga iustos, amicosque suos sic affec-
tum, vt leuiculas etiam iniurias eorum non
dissimulet, qui ingentes, dum propriæ sunt, cu
rare non videtur. Ab exordio enim sæculi mi
ris modis & suorum prouidet vtilitati, & tri-
Zach. 2. stitiæ, ut qui eos tangit, tangere dicatur pupil
Ho. 25. in Ge- lam oculi sui. Cum Deus, ait Chrysostomus,
nes. 6. vniuersum orbem aquis diluuij delere decre-
uisset, non solum arcam fabrefecit, in qua iusti
tuti essent, sed & ingresso Noe in arcam, clau-
sit a foris ostium Deus, ne iustus videns sæculi
Gen. 19. inundationem, tantorum hominum necem,
tristaretur. Et cum præcepisset Loth ne retro
respiceret cum Sodomam egressus esset, ideo
Chry. hu. 26. in Gen. fortasse fuit, ne dum uideret incendio pereun
tes vrbes, animi cruciaretur dolore. Et idem
considerauit in facto Cain, in quo dum pecca
uit contra Deum offerendo debile ipsi, patien
ter ipse tulit iniuriam, cum autem iustum oc-
cidit Abel, amici iniuriam Deus non dissimu-
lauit, sed dixit: Vox sanguinis fratris tui cla-
mat ad me de terra: eris maledictus super ter-
ram, &c. nunc, cum in fratrem consurrexisti male-

Gen. 20. dictus eris. Cum Abimelech Rex Gera-
ræ vxorem tulisset Abraham, quam dixerat
sororem suam, ait Scriptura: Venit Deus ad
Abimelech per somnium nocte, & ait illi: En
morieris propter mulierem, quam tulisti, ha-
bet enim virum. Ego scio quod simplici corde
feceris, & ideo custodiui te, ne peccares in
me. Peccatum enim contra amicum patratũ,
vt proprium iudicat Deus. Qui locus admo-
net qualiter Deus curet res iustorũ, vt nemo
contra eos audeat peccare. Qui enim ita ar-
guit, quæ peccata non sunt, & quæ Abimelech
simplici fecerat corde, qualiter arguet, & pu
Psal. 105 niet, quæ sunt re ipsa peccata contra amicos?
Vnde referens Dauid, quæ in amicorum fauo
rem fecerat Deus dixit: Non reliquit homi-
nem nocere eis, & corripuit pro eis Reges.
Gen. 27. Nolite tangere Christos meos, & in Prophe-
tis meis nolite malignari. Et in Genesi venit
Deus ad Labam nocte, & dixit, cum fugiẽtem
Iacob persequi voluisset: Caue ne quidquam
aspere loquaris contra Iacob. Vbi animad-
uertendum est, talem Deum suorum gerere
Num. 12 curam, vt non solum eis prohibeat nocere,
sed etiam dure alloqui. Et in Numer. Murmu
rantibus Aaron, & Maria coniugium fratris
cum Aethiopissa scriptum est: Quod cum au-
disset Dominus, iratus est. Mirum valde hoc
est, non audit Moyses voces fratrum detrahẽ
tium, aut se audire dissimulat, audit tamen
Dominus, & detractores castigat. Nemo pu-
tet Sanctis se impune detrahere, etiam si ipsi
non audiant, aut audientes dissimulent, & nil
curent, quoniam est Deus, qui audiat, & eos
Num. 22. defendat, & detractores graui pœna castiget.
Et infra cum Rex Balac rogasset Balaam, ut
ascenderet cum eo, vt malediceret populo I-
srael, continuo astitit Deus, & dixit ei: Noli
ire cum eis, neque maledicas populo, quia be
nedictus est, auertens mala seruorum suorũ,
2 etiam eis ignorantibus. Amor Dei in Iudæos
ostenditur, cum persecutiones illis illatas vo-
cat proprias, & uindicat ut tales, lib. 1. cap. 6.
num. 15. Amor Dei erga suos magnus æstiman
dus est, cum vocat eos oculi pupillam, libr. 1.
cap. 6. num. 24. lib. 4. cap. 3. num. 12. Amore ma
ximo dicitur Deus tribulari, quando quiuis
homo tribulatur. lib. 1. cap. 6. nume. 25. Amor
Dei erga iustos ingens, lib. 4. cap. 3. nume. 5. 9.
10. 12. 13. 16. vsque ad 18. 20. vsque ad 22.
Deus dicitur specialiter Deus iustorum pro-
pter specialem prouidentiam, quam habet eo
rum, propter quam dicitur etiam signum po-
nere in suis, lib. 4. cap. 3. nume. 3. 4. 15. 16. & 19.
cap. 16. num. 1. Præterea indignatur acri-
ter Christus Dominus contra Pharisæos per
pendens horum hypocrisim, qui cum nihil in
vita minus quærerent, quam animarum salu-
tem, quasi harum lucro solum intenderent, re
licta Hierosolyma Gerasenos adeunt, quasi
zelo mouerentur maximo de proximorum sa
lute solliciti in re omnium minima colantes
culicem, qui glutiebant camelum. Peccata
eorum vt coccinum, & rubra, quasi vermicu-
lus negligebant, diligentia pollentes multa
an discipuli inter manducandum lauarẽt ma-
nus, quod sacrilegium arbitrabantur. Curant
res minimas, adeunt Christum, vt saluti pro-
uideant aliorum, qui rebus pleni sceleratissi-
mis Dominum non adeũt pro remedio, & qui
legem transgrediebantur naturæ, etiam bru-
tis insitam de prouidendo parentibus misere
indigentibus id, quod nec lege Moysi erat
præceptum de lotione manuum inter prandẽ
dum, criminantur quasi scelus esset maximũ. *Greg. ho. 13.*
Erant hi (Gregorius) de quibus scriptũ erat: *in Euang.*
Quomodo obscuratum est aurum, mutatus *Thren. 4.*
est color optimus, dispersi sunt lapides sãctua
rij in capite omnium platearum? In tantam
deuenerant miseriam hi, qui quasi lapides in
Sanctuario fixi, extra ad negotia terrena e-
gredi non deberent, sed semper Deo uacare,
illius præsentiæ assistere, vt bona & propria,
& proximorum a Deo peterent, dispersi in
capite omnium platearum ibi morabantur sæ
cularium vitam sectantes illis in omnibus si-
miles effecti, immo peiores. Hęc horum erat
insania, dum & existere volebant in plateis sæ
cularibus omnino dediti & mentientes sancti
tatem sic ab omnibus magnificari, ac si lapi-
des pretiosi essent in sanctuario degentes.
Sepulcra erant dealbata ossibus mortuorum
intus plena, & tamen mundantes, quod defo-
ris est paropsidis celebrari ab omnibus cupie
bant. Intuens ergo Dominus eorum impieta-
tem, qui dilatabant phylacteria, & magnifica
bant fimbrias, oranteſque in angulis platearũ
solam hominum laudem quærentes, ira mo-
tus ait: *Quare uos transgredimini mãdatũ Dei, &c.*
Multi sunt his similes, qui pluris faciũt mino
ra peccata, & cęremonias, quàm grauissima
animæ mala. Sic Dauid curat vt mulier, quã *2. Reg. 11*
adulterio polluerat, sanctificetur ab immun-
ditia sua, & non considerat an coniugata sit,
quam ad se accersiri fecerit. Et Iudæi non *Ioann. 19*
ingrediuntur Prætorium, ut non contami-
narentur, sed vt manducarent Pascha, &
nihil uerentur innocentem Christum Dei fi-
lium morti tradere, contra quem innumera
protulere falsa testimonia. Grandi anguntur
cura, ne remanerent in cruce corpora Sabba-
to, quæ res aut nullius, aut parui erat momen
ti, & cum venirent, ut miseros homines e cru-
ce deponerent, & viuos eos reperissent, crude
litate moti fregerunt vtriusque crura, vt cele
rius morerentur, & misere cruciarentur. In
Genesi multum sollicitatur Iudas de mitten-
do ipsi Thamar hædo, quem ei promiserat, *Gen. 38.*
cum dormiret cum ea, & nihil curat de forni-
catione, & cum ipsam non inuenisset seruus,
ait Iudas: Certe mendacij arguere nos non
potest, ego misi hædum, quem promiseram, &
tu non inueniſti eam. Sic & hi grauissima ma-
la contemnentes, & de manuum lotione solli-
citi acriter arguuntur a Christo Domino.
Hypocritæ pleni uitijs uirtutes simulant, ut
laudentur, lib. primo, cap. 3. num. 2. Hypocrita 3
sepulcrum dealbatum dicitur, quia tantũ ea,

quæ

quæ videntur, curat, libr. octauo, capit. nono, num. secundo, vsque ad quartum, 8. 10. & 28. Hypocritis dicitur: In tribus annis quasi annis mercenarij auferetur gloria Moab, libr. 8. cap. nono, num. 11. Hypocritæ folia quærunt, vt primi parentes, vt nuditatem tegant, male quidem viuentes, & bene loquentes de Deo, lib. 8. cap. 9. num. 15. Hypocritæ vita est quasi visio phantasmatis ostendens in imagine, quod non habet in veritate, lib. 8. capit. nono, num. 26. & 27. Hypocritæ vulpes paruulæ sunt demolientes vineas, ibidem num. 31. Hypocritæ benignitatem in proximos ostendunt, & dolos suæ iniquitatis operiuut, lib. nono, cap. 17. num. 21.

4 Item merito indignatur Deus contra eos, qui in cæremoniis, & exterioribus rebus substantiam virtutis collocant. Cæremonias nullus, qui Catholicus fuerit, poterit condēnare, vtpote quæ sunt uirtutum conseruatrices, sicut cortices conseruant arbores, & folia vuas, & sæpes vineam. Sanson abscissis capillis captus est, & excæcatus, & similiter, deficientibus cæremoniis, corruunt virtutes. Damnat vero Deus Pharisæos, quia relicto corde solis externis vacabant. Duo quidem habet virtus, & reformat interiorem hominem, & etiam exteriorem. Sed Dei misericordia gestum est, vt virtus consisteret in actibus internis animæ, & non in externis officiis corporis. Virtutes quędam tributæ sunt ad reformationem cordis, cuiusmodi sunt virtutes Theologales, & dona Spiritus sancti, quibus iuuantur intellectus, & voluntas ad opera uirtutum exercēda. Gratia in essentia est animæ. Sed dum internæ potentiæ ordinatæ sunt cilicio, ieiuniis, vigiliis, &c. macerat homo carnem, vt caro spiritui subiiciatur, ne illa velut indomitus equus sessorem spiritum præcipitet, & interimat. Vera religio erat eius, qui dicebat: In toto corde meo exquisiui te, & Pauli dicētis: Testis est mihi Deus, cui seruio in spiritu meo, in Euangelio filij eius. Quia tempus aduenit, in quo veri adoratores adorant patrem in spiritu, & veritate. Cum enim spiritus ipse sit, tales quærit adoratores. Vt autem veram religionem, in quo sita sit, intelligamus, nota quod sicut homo perfectus corpore, & anima constat, ita perfectus fidelis internis, & externis virtutibus ornatus esse debet: externis, quę carnis adminiculo exercentur, quales sūt ieiunia, vigiliæ, cæremoniæ, sacræ eleemosynæ, preces vocales, sed tamen istæ a recta fide & charitate proficiscantur, ut Deo sint probatæ. Cilicio tegatur homo, pane, & aqua sit contentus, qualitatem criminum considerās, peccata interne detestans, perpendens Deum offensum grauiter, & placandum. Precetur homo humilitate maxima, cognitione propria, & Dei magnitudinem considerans oret, &c. Sicut enim anima est, quæ vitam, motum, & sensum corpori tribuit, qua deficiēte, nomen corporis non meretur, sed cadaueris. Sic uirtutes internæ sunt veluti anima exteriorum operum. Vnde sit primum omnis gloria filiæ regis ab intus in fimbriis aureis, *Psal. 44.* vt postea circumamiciatur varietate exteriorum operum. Vnde cum Micheas quæreret, *Micheæ 6* quid dignum *Domino* esset offerendum, ait: Curuabo genu *Deo* excelso? Numquid offeram ei holocaustomata, & vitulos anniculos? Numquid dabo primogenitum meum pro scelere meo? Indicabo tibi o homo quid sit bonū, & quid *Dominus* requirat a te. Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum *Deo* tuo. Quæ verba edisserens Hieronymus ait: Vis scire quæ *Deus* maxime desideret? facere iudicium, id est, vt nihil absque ratione, & consilio faciamus, vt primum intellectus approbet opus bonum, antequam illud executioni mandetur. Vt uiscera misericordiæ voluntati nostræ sint indita, & omni hora simus parati, ut quæ *Deus* voluerit, exequatur in nobis. A corde, velut a principio oritur bonum, diffunditurque in opera exteriora. Est enim cor velut arboris radix, a qua cuncta procedunt, radice uitiata, folia, & fructus conuenientia non sunt, &c. Et sicut in naturalibus, quod primum viuit in homine est cor, & postmodum omnibus partibus cōmunicatur vita, sic vita gratiæ existente in anima, participant vitam hanc exteriora virtutum exercitia. Vnde *Deus* posteaquam uarias condidit sacrificiorum leges, ait: Omnis *Leuit. 3.* adeps *Domini* erit iure perpetuo in cūctis habitaculis vestris, nec sanguinem nec adipem omnino comedetis. In quo inueniebat *Dominus* præcipue cor offerendum *Deo*, a quo cuncta procederent, vt bonus homo de bono thesauro cordis sui proferret bona, sicut malus de malo cordis thesauro profert mala. Propter hanc enim rationem prius dixerat Vates Regius: Cor meum, & statim, caro mea exultauerunt in *Deum* viuum. Et Hieremias, dum conatur Hierusalem reducere ad pristinum uirtutis statum, sic exorsus est: Laua a malitia cor tuum Hierusalem, ut salua fias, vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? Vt cuncta uirtutum opera *Deo* sint accepta, laua prius a malitia cor tuum, ut benedicat anima tua *Domino*, & omnia interiora tua nomē sanctum eius. Cum enim cor reformatur, protinus exteriora sunt ordinata. Quoniam, ut ait *Prou. 18.* *Sapiens*: *Donum* hominis dilatat uiam eius, quia internæ uirtutes dilatant uiam actionis eorum, quia quo maior est in anima gratia, maiores uirtutes, & copiosiora dona tanto externa opera multiplicantur, & crescunt. Vnde Hieronymus in epistola ad Hedibiam *Hier. epist. ad Hedibiam.* respondens ultimæ quæstioni, ad quam consultandam miserat a Francia in Bethlehem, explicat locum Pauli ad Thessal. Ipse *Deus* pacis sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus uester & anima, & corpus sine querela in aduentu *Domini* nostri Iesu Christi seruetur, ait: Præmiserat Paulus sanctificet uos per omnia, id est, reddat perfectos, ut spiritus cōseruetur in bono, dum homo spiritualiter uiuit,

uit, & anima, & postmodum conseruetur corpus, manus, oculi, lingua, &c. Et inter alias ob hanc causam Philosophorum iustitia *Deo* non probabatur, quia omisso homine interno, sola exterior iustitia curabatur. Eruebant oculos, condonabant offensas, abdita deserti penetrabant vrbes relinquentes, temporalia bona relinquebant, sed quia intus virtute erant vacui, hæc, quæ exhibita a Sanctis interna virtute pollentibus magnificiebat Deus, contemnebat in Philosophis, quorum cor veris bonis erat destitutum. Origenes ait: Arca Noe intus, & foris erat bitumine circūlita. Intus prius, quia iustus, qui Arca Dei est, prius reformandus est corde, vt postea castus
5 sit corpore. Sed in re hac illud multum obseruandum est, quod ad morum reformationem non parum conducit considerare. Si quærat aliquis a peritissimo Philosopho, aut medico, quid sit quod primum viuat in animali? vtiq. respondebit: Cor. Membrum hoc primum accipit vitam, & ab ipso in cæteras deriuatur partes. At si velit homo experimento discere, viuat ne animal, an vero vita sit functum, non id valebit probare a corde, sed ex respiratione, ex pulsu, ex coloris defectu, quia membra rigent, & frigida sunt, non mouet pedes, aut manus, non videt, non loquitur. Hinc colligit hominem non viuere ab effectu. Itaque licet uita precipue sit in corde, sed tamen exterioribus signis colliguntur, quæ de uita cordis iudicanda sint. Ita in vita spirituali Philosophandum est. Vitam hanc gratia, quæ in essentia est animæ, producit, viuit intellectus per fidem, & Spiritus sancti dona, quæ in eo sunt uoluntas per charitatem; hæc sunt quæ viuificantur, hæc interna sunt hominis bona. At si coniecturis quis uelit colligere internam vitam, vtique colliget si viderit hominem ieiuniis pallidum, coram Deo procidentem, & tremefactum orantem, pœnitētiis consumptum, & flagellis, pauperibus subuenientem, de Deo loquentem, Sacramenta frequentantem hæc certe argumenta sunt internæ vitæ. At quando homo nec ædificatoria loquitur, non ieiunat, non orat, pauperibus non subuenit, raro confitetur, rariusque pascitur Eucharistia, sacris concionibus non assistit, sacris lectionibus non pascitur, argumentum est ingens, & fere euidens, intus hunc & vita priuatum, & virtutibus esse nudum. Hac ratione Christus Dominus indignatur magnopere contra Pharisæos ne re, quæ omnium minima videbatur, quia cæco detinebantur errore, qui cordis directione, & puritate relicta
Prou. 31. solis labiis, externisque ablutionibus, & cæremoniis virtutem metiebantur. Qui cum exēplo fortis mulieris quęrere debuissent lanam & linum, id est, internas virtutes significatas in lino, & externas in lana intellectas, solis externis contenti similes erant parētib. suis,
Psalm. 77. de quibus scriptum est: Dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei, cor autem eorum nō erat rectū cum eo. Iusti oculos qui-

dem habent columbarum, absque eo quod intrinsecus latet, quod in illis præcipuum est, & quod a Deo postulant dicentes: Fiat Domine *Psal. 118.* cor meū immaculatū, vt nō cōfundar. Qui religionem tantum externam profitentur, interioribus bonis contemptis, similes sunt leoni interfecto a Sansone, qui fauum habebat in ore, & tamen cum vita careret, eo non pascebatur, sic & illi sunt, qui Deum labiis quidem honorant, eorum autem cor est longe a b eo. Virtutes omnes externæ, quas habent serui Dei in veritate, possunt habere serui Dei in simulatione, lib. 4. cap. 31. nu. 11. Virtus non verbis, & ficte, sed pie, rectoque animo operāda est, quod multi non faciunt, lib. 14. cap. 19. num. 1. vsque ad 3. 6. & 16. lib. 18. cap. 10. n. 10. Quæ opera non acceptat *Deus*, si interno spiritu sint vacua, lib. 18. cap. 10. num. 5. 33. & 34. Virtutes minimas operari omnibus grauioribus dimissis Pharisæorum est proprium, li. 18. cap. 10. nume. 3. usque ad 5. Virtuti prius studere debet homo in intimis, & post externa curare, & opinionem, libr. 18. cap. 10. nu. 5. 6. 26. 33. & 34. Virtus quanto interius roboratur magis, eo exteriora opera multiplicātur, lib. 18. cap. 10. num. 23. 33. & 34. Virtus tunc probata est, quando actus interni, & externi coniunguntur, ibidem num. 33. & 34. Virtus & exterius resplendeat, & in corde præcipue sit, lib. 18. cap. 12. num. 1. In virtute ille est perfectus, in quo spiritus, anima, & corpus in die Domini conseruantur, li. 18. ca. 12. nume. 10. Virtus tunc maxime Deo placet, cum homo facit iudicium, diligit misericordiam, & sollicitus ambulat cum Deo suo, lib. 18. capit. 12. num. 12. & 23. Cum talis virtus Deo sit probata, quæ in interioribus potissimum consistit, hinc exordium sumendum docebat *Dauid* dicens: Confitebor tibi Domine in directione *Psal. 118* cordis, in eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ, id est, cum a te *Domine* eruditus intellexerim legum tuarum mentem, atque rationem in eo sitam esse, vt cordis rectitudinem præcipue coleremus, idcirco in ea potissimum te laudare, tibi obsequi, & placere constitui. Cordis autē directio, quid est aliud, quā amare, quod amandū est, & eo amore, quo amādū est? Hinc quę *Deus* laudandus erat maxime, quod cultū suū in his potissimū rebus sitū esse uoluerit, quæ inuito mihi adimere nulla vis potest, & in quarū opulētia tā diues esse potero, quā voluero. Hæc diuina fuit bonitas, quod virtutē in illis rebus præcipue cōstituit, quæ vnicuiq. ad manū sunt, siue is æger sit, siue sanus, vir vel mulier, diues vel pauper. Sed vt ignis in densa nube inclusus cōquiescere non potest, sed tādiu huc, atq. illuc agitur, donec cū tonitru foras erumpat, ita hic amoris ignis viscerib. hominū inclusus, vbi primū vehementius inflāmari, & pectus hominis adurere cæperit, nullo modo quiescere, & intra fines suos cōtinere se potest, nisi foras erūpat, & sese operibus suis prodat. Cum. n. dilectionis, maxime propriū sit dilecto gratificari, & inseruire velle,

intelligat autē homo virtutū officiis,& corporis castigatione, & pœnitentiæ laboribus illū maxime oblectari,protinus ad hæc ipsa ardenter inhiat, vt se offerat hostiā Deo, hostiā viuentem. Phariſæi sola hominū opinione cōtenti de solis externis solliciti audiunt: *Quare uos transgredimini mandatum Dei? &c.* Ex his cōsiderandū est,quod si Deus tā acris taxator fuit horū,qui ipsum labiis honorabāt, qui exterioribus demonstrationibus erant illi seruiētes, qui orabant,ieiunabant, eleemosynas porrigebant,ligabant legē in fronte, licet hæc non præstarent qua decet animi veritate,qui liniebant parietem,licet absque paleis, & tēperamento; qualis in homines Christianos Deus erit,quibus interna,& exteriora prorsus desunt,qui nec studioſi apparere cōcupiscūt,sed lætantur cū malefecerint, & exultāt in rebus pessimis,qui peccata sua,vt Sodoma prædicauerūt,nec abscōderunt? Olim Chrysostom. consolabatur eos,qui ieiuniorum adueniente sacro tēpore imbecilles ieiunare nō poterāt, & tanta afficiebantur verecundia ut templa adire,sacris interesse non auderent, nos sani, & robusti tali utimur in quadragesima mēsa, qualis in conuiuiis antea erat. Esaias condēnationē Iudæorū iuste futuram dicit, quia vinū eorum mistum esset aqua,qui derelinquentes interna bona externis tantū intēti erant, maior certe erit hominū Christianorū pœna, qui nec adhuc externa sectantur. Dicebat Dominus viros Niniuitas surrecturos in iudicio condēnaturos Iudæos,qui acrius cōdēnabunt plurimos Christianos,nec mirū quod mirāda & admirabilis horū pœnitentia & Iudæos, & nos in iudicio condēnet tantæ ignauiæ deditos,sed modo id crediderim certo,quod Phariſæi hi, quorū vitā Deus tā acriter & reprehendit,& detestatur in iudicio surgentes condēnabunt nos. Licet.n. peccatores illi essent, sed tamen internis malis externa non adiūgebant,vt plurimum opera mala, quibus alij ad malū adducerentur, at per nos, horribile dictu,nomen Dei blasphematur inter gētes,qui & mala operamur,& de his apud homines gloriamur,& in mediū producimus,&c. Sanctificauerat Ecclesiā Christus Dominus tunc,quā dilexerat,mundans eam lauacro aquę in verbo vitæ,vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiā non habentem maculā,aut rugā. Hāc vīderat Ioannes descendentem de cælo tamquā sponsam ornatā viro suo,modo omnia malis vndique sunt plena. Calumniari Christianos aliquos non est necesse, quod manus nō lauant, eos in minimis legis mandatis taxantes. cum bestia habens capita septem, & cornua decē omnia legis præcepta ventilauerit,vt derelinquatur filia Sion,sicut vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario,& velut ciuitas,quæ vastatur,cum tamen nobis dixerit Petrus: Conuersationem vestram inter gētes habentes bonam,vt in eo quod detrectant de vobis,tamquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deū in die visitationis. Cū talis tunc esset Ecclesia indignabatur Deus, quod illius ciues reprehendantur,eo quod manus non lauarēt,nunc autem innumera ,eaque grauissima nobis obiici possunt,qui sumus, in quos fines sęculorum deuenere. Præterea id mihi hac ratione persuasum est graue esse crimen Phariſęorum, quo insani, & scelestissimi homines criminantur discipulos Domini,eo quod manus non lauent, illud est, quod vt horum argueret culpam,id reticere noluit,licet eos scādalizandos eorum & reprehensione,& doctrina sciret , sic ut eum persequerentur & verbis,& factis vsque ad acerrimam mortē crucis. Omnibus enim cautum est, ne proximos scandalizent, quæ tamen cura specialiter viris sanctis est demandata,dicente Paulo: Quicumque conturbat vos,portabit iudicium,sit quicumque est ille.i.quantæcumque sit auctoritatis. Et ita est hoc verum, quod Origenes explicans verba illa: Si quis percusserit mulierē prægnantem, & abortiuū fecerit, subiacebit damno,quantus maritus mulieris expetierit,& si illa mortua fuerit,dabit animā pro anima,sic ait: Locus hic de illo intelligendus spiritualiter venit,qui alterū scandalizauerit, qui curare multū debet,vt qui scandalizatus peccauit,reparetur, & restituatur in pristinū innocentiæ gradū,alias qui id non fecerit,pœnas dabit in iudicio. Et Dominus ipse dicit: Væ homini illi per quem scandalum venit: Si autem manus tua aut pes tuus scandalizat te,abscinde eum & proiice abs te. Melius est homini ut suspendatur mola asinaria in collo eius,& mergatur in profundum maris, & pereat, quam vt viuens proximo causa ruinæ sit. Scandalo proximorum prouidere debet homo, etiamsi conscientia secura sit in re, quam exequi vult,lib. decimo,cap.primo,nu. 1.2.5.6.8.& 13.lib.16.cap.8. nume.4. usque ad 18.24.& 26.Scandalizans pusillum curet multum,ut lapsus resipiscat,lib.16. capit.octauo, num.primo, vsque ad tertium . Scandalum grande malum est,cum illo lædatur infirmus, & frater & homo,pro quo Christus mortuus est,lib.16.cap.octauo,nume. 13. usque ad 15. 24.& 26.Scandala nusquam remanent impunita,in quibuscumque inueniantur,li. 16.cap. 8.num.17.usque ad 20.& 24. Cum igitur scandala uitare debeant Sancti, multum & sācto-
rū maximus Dominus Iesus scandalo Phariſęorū prouidere noluerit, duo considerauit: Alterū,quod Phariſæorum hypocrisim,& stultitiā conuincere necessarium erat in re omnium maxima,qualis erat,vt omnes animaduerterēt,quis in uirtute ordo seruādus sit,dū interior homo renouatur prius,& secūdo exterior,quamq. stultum sit reformationi exteriorum insistere,anima neglecta,& mille scatente uitiis. Voluit etiam Dominus,dū dixit: *Sinite illos, cæci sunt , & duces cæcorum*, non omne scandalum uitandum esse , nec expediens iudicari,si homo relinquat studiosa opera,& ea,quæ aliorū concernunt salutem propter hoc,quod Phariſęi malitia sua scandalizantur,propter quos veritas relinquenda nō est. Scandalo proximorum prouidere debet homo,si autem adhuc alij murmurent curare non debet,lib. vndecimo.capit.15. nume.7.8. & 24.lib.12.cap.primo,num.sexto,lib.16. cap. octauo.nume.primo, & quarto. Scandalum quando ex alterius malitia generatur, vitare non tenetur homo,lib.16. cap. octauo , nume. quinto,vsque ad octauum,16.& 21. Scandalis malorum moueri non debet homo, ut a bono desistat,lib.16.capit.octauo,nume.22. & 25. His ergo omnibus rationibus acriter inuehit Dominus in Phariſæos dicens: *Quare uos transgredimini mandatum Dei , propter traditionem uestram?* Quæ verba nobis conuenientius dici possunt: Quare uos , vos puluis,& mea gratia Christiani, uos meo sanguine redempti? Creatura nulla vsquam voluntatem meam transgressa est,terminum posui inferno,quem numquam transgressus est. Quare , quæ ratio mouere vos potest ad leges meas violandas? Num satisfacere carni uestræ ? Num placere diabolo? Num assequi miserum lucrum? Proter esum lentium cælestem hęreditatem distrahitis? Deus nusquam transgressus est, quæ libera uoluntate sua in hominum bonum facere disposuit,& uos transgredimini, quæ in maximam utilitatem uestram ipse præcepit? Transgredimini legem Dei propter traditionem uestram,pro rebus nihili,sequētes maiorum uestrorum insensibilitatem, de quibus scriptum est: Et violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis.

Deus dixit: *Honora patrem tuum, & matrem, & qui maledixerit patri , uel matri morte moriatur: uos autem,&c.contemnendos dicitis parentes, ut homines per sacrificia auaritiæ uestræ prouideant.* In his uerbis acriter indignatur Dominus in Phariſæos docentes cultum parentum relinquendum propter sacrificia,& intuitu religionis parentum necessitatibus homines non teneri.Et cum ex una parte cultus sit Dei, & in altera necessitas parentum, hanc iudicauit Christus Dominus falsam , ac peruersam doctrinam,quam Phariſæi tradebant,relinquendos parentes propter sacrificia ; vt ex his colligas qualiter reprehendendi sunt filij , qui propter ludum,uestitum,superfluitatem, propter scorta,& conuiuia parentum necessitatibus non attendunt . Vocauitque maledicere patri,& matri, eorum necessitati non prouidere,propter quod dignus morte iudicandus est,qui talis fuerit. Hi cor habent longe a Deo sine causa eum dicuntur colere, dū propter simulatam religionem curam prætermittunt parentum, longius autem,qui propter auaritiam,aut uanitatem parentum necessitatibus non prouident. Parentibus debitam pietatem bruta animalia ostendunt,lib.sexto,ca. octauo,num.nono. Parentum benedictiones, aut maledictiones ratas habebat Deus olim, vt filij reuerentiam,& pietatem eis exhiberēt ibidem num.11. Filij honorem, & obedientiā quando,& quomodo exhibere debeant parentibus.lib.6.cap.8.per totum maxime. num.5. 7.8.10.vsque ad 13.

Non quod intrat in os coinquinat hominem, &c. Verba hæc Christi non in fauorem eorū dicta sunt,qui inimici sunt crucis Christi , quorum Deus venter est.Ne enim carnes ederet porcinas Iudęus contra legem , se trucidari permisit,& Daniel,& socij eius apud Babylonios, ne cibis gentium contaminarentur, legumini bus pascebantur,sed his verbis , quæ sint substantiam virtutis concernentia, & quæ vt accidentia iuuēt docere voluit. Cibos lege diuina,aut humana vetitos edere fas non est,quibus coinquinatur homo,non quia cibi sūt,sed quia prohibiti.

Quæ procedunt de ore de corde exeunt, & ea coinquinant hominem,&c. De corde exeunt cogitationes malæ,homicidia,&c. Considera,obsecro,quales de se fructus cor producat, nisi cælesti imbre irrigetur. In corde enim,tamquam in radice malę sunt cogitationes, a quibus innumera pullulant mala,totalisq.animæ perditio. Corrupto.n.corde cuncta funditus pereunt. Et ita,si cor non custodiatur,alia conseruare nō est possibile. Vnde Hieronymus explicat verba illa Dauid: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ,id est,orto in nobis Sole iustitiæ,& fugatis tenebris, statim interficimus omnes cogitationes,quæ ad peccata nos prouocant,ut disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem,id est, de ciuitate mentis nostræ illos disperdimus peccatores,de quibus Christus dixit: *De corde exeūt cogitationes malæ,homicidia,adulteria,furta,&c.* Itaq. vt de remedio malis suis prouidere ualeat homo,primum dixit Regius Vates occidendas esse malas cogitationes, ut sic disperdantur de ciuitate Domini.i. de anima hominis,omnes operantes iniquitatem.i.mala opera.Et in alio etiam Psalmo dixit:Si mei nō fuerint dominati,cogitatus,scilicet,noxij , tunc immaculatus ero , & emundabor a delicto maximo.s.consuetudinis, & obstinationis. Sicut.n.modica ignis scintilla aliquando totum montem & siluam incendit,sic & cogitatione pessima domināte in anima , totus eius viror siccatur,& consumitur. Cum miserandum statum animæ peccatricis edicit Dominus his verbis:Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eū,cogitationes malas vocauit Hierony.primum scelus,a quo reliqua oriuntur. Et cum Ephraim efficitur quasi columba seducta nō habens cor, statim vt simplex colūba innumeris subditur & periculis,& malis.Et dū Dauid cōfitetur,quod dereliquit eum cor,continuo addit:Circūdederunt me mala,quorū non est numerus: cōprehenderunt me iniquitates meæ , & non potui vt viderem. Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei.Et cū obscuratū dicit Paulus insipiens cor Philosophorū,repletos eos dicit omni iniquitate,tāta explicās mala , quę enar-

rare pudet. Cor tradi malis desideriis impiũ est, non autem illa habere, si viriliter homo dimicet, vt excludantur, li. 3. c. 18. nu. 14. cap. 27. num. 1. & 10. Cor derelinquit nos, cũ a cogitationibus malis vincimur, inuenitur autem, cũ spiritualia quærimus, li. 3. c. 18. nu. 17. c. 27. nú. 8. & 9. Corda malorum abyssо optime comparantur, lib. 3. ca. 27. num. 4. & 5. Cor immaculatum dicitur, quando noxiæ cogitationes frenantur, ibid. num. 13.

De expositione huius Euangelij, vide lib. 3. c. 1. nu. 28. & infra c. 21. nu. 1. li. 8. c. 9. n. 2. vsque ad 4. li. 14. c. 2. nu. 2. lib. 16. cap. 8. num. 5. vsque ad 9. li. 18. c. 14. num. 4. Quod Ecclesia non tãtum gubernetur scripturis, sed etiam traditionibus optime docuit Basilius lib. 5. c. 6. nu. 1. usque ad 3.

FERIA QVINTA
post Dominicam tertiam in Quadragesima.

Euangelium.

Surgens Iesus de Synagoga introiuit in domum Simonis. Lucæ 4.

1 Fer. 5. Do. 3. in Quadrag.

IN exordio huius capitis, sicut in feria 2. anteriori dicebam, Christũ Dominũ Nazareni adierunt ira pleni, eo quod plura faceret signa apud exteros, quã apud proprios conciues, quibus coru iudicio maiori vinculo erat astrictus, vt eis & frequentiora, & plura exhiberet beneficia, quam aliis, cuius occasione cum eum e supercilio montis vellent præcipitare, discessit ab eis, & iterum Capharnaum reuersus est, vbi aduẽtus sui bona eos docuit, socrum Simonis curauit, innumerosq. ægros, quotquot ad illum pro obtinenda salute accessissent. Hoc felicissimum exordium prædicationis Christi fuit, cum tantum quatuor tunc haberet Apostolos, cum baptizatus a Ioanne, & a Spiritu sancto commẽdatus, cum in deserto quadraginta diebus, & nocti-
Marc. 1. bus ieiunans, tot annis silens, cum primum qui datus est in lucem gentium, vt salus sit hominum, ab extremis terræ manifestauit seip-
Esa. 2. *Psalm. 44* sum mundo, vt innotesceret gratia, quæ in labiis illius erat diffusa. Veniens Capharnaum primam cępit lectionem & verbis, & factis legere, vt eius miram considerans mundus sapientiam magisterium ei porrigat veritatis, falso doctore dęmone mendace, & patre mendacij a se relegato, vt eius impium magisterium a mundo pelleretur, cui veritas succederet Euangelij tam hominibus necessaria, quã discerent Apostoli, qui dudum fuerant uocati, vt piscatores essent hominum. Cum hęc fe- *Marc. 1.*
licia exordia enarrent Marcus, & Lucas, procul dubio & gesta, & gestorum circumstantiæ omnes consideratione multa egent: miranda sunt omnia primordia tanti concionatoris. Sicut enim cum exultauit Dominus vt gigas ad currendam viam, & ortus est in Bethlehẽ, cum medium silentium tenerent omnia, quæ ibi contingebant, cuncta admiranda erãt, nõ casu, sed summa Dei prouidentia fiebant. Locus, in quo oriebatur, mirandus erat, stabulũ, præsepe, fœnum, in quo iacebat infans, noctis tranquillitas, concentus Angelorum, integritas puerperæ, temporis asperitas, nascentis, & parientis inaudita paupertas, & cętera omnia summo consilio acta considerabant Sancti, nihil arbitrantes in ortu incarnati verbi absque ratione fieri. Sed quod omnia illa nascentis potentiam, sapientiam, & bonitatem clamabant. Similiter & in morte ipsius cuncta miranda erant, digna, vt homines & Angelos in summã raperent admirationem. Inter hæc duo extrema media fuit eius diuina prædicatio, cuius initium miris circumstãtiis considerandum est, cum ingressus Capharnaum quatuor tantum comitatus Apostolis, quos uocauerat, Petro, Andrea, Iacobo, & Ioãne, ea contigerunt, quæ Euangelica narrat hi- *Luc. 4.*
storia. In qua tria continentur digna multę considerationis. Primum, quod *egressus Iesus de Synagoga introiuit in domum Simonis*, vt doctrinę, quam prædicauerat, succederet infirmorum curatio, & maxime feminæ febricitantis. Secundo, *rogauerunt illum pro ea, & curauit eam, & statim* grata beneficio *Domino cœpit ministrare*. Tertio, quod Dominus taliter saluti proximorum erat intentus, vt in exemplum hominum in deserta secederet loca, vt Deo uacaret, ac si curæ propriæ salutis intentus esset, aliorum oblitus, qui semper Deo præsens erat, nec beatus his indigebat extrinsecis adiutoriis, sed vt ea hominibus commendaret. Circa primum, *surrexit Iesus de Synagoga, & in domum Simonis ingressus est, vt curaret socrum eius febricitantẽ: uespere facto omnes ægrotos, quotquot ad se adducti sunt, curauit*, quos Marcus multos uocat, non quia omnes sanati a Domino non sint, sed quia illi omnes reuera non pauci erant, sed magna conuenit ęgrotantium multitudo: *Facta autem die egressus ibat in desertum locum, vt orationi uacaret*, i. vt hoc Domini facto intelligant omnes, quibus cura proximorũ est demandata, siue Reges illi sint, siue Iudices, Auditores, Reipublicæ gubernatores, Prælati, Prædicatores, &c. deputandum esse tempus alienis negotiis, & propriis, ne alios curẽt ipsis neglectis, vt Bernard. aiebat Eugenio 3. Pontifici maximo, dicẽs: Omnibus vtilis, solũ negas te tibi? quousq. eris spiritus vadens, & non rediens? fons tuus sit tibi proprius, & alienus non bibat ex eo, & cum hoc deriuentur aquæ tuæ foras. Omniũ interest vt proximorum

rum intendant lucro, & proximorum vtilitati inuigilent, quoniam, vt aiebat Chrysosto-
Chry. ho. 25. in 1. ad cor. mus: Nullum est in Ecclesia officium, quod magni pendendum sit, nulla vita mirabilis, vbi lucrum proximorum non inuenitur, etsi fame pereas, humi cubes, cinerem comedas, lacrymis madeas, si nihil cuiquam proficis, nihil magnum facis. Dauid tunc Deum ad
2. Reg. 24 misericordiam prouocauit, cum cędente Angelo populum clamauit: Ego sum qui peccaui, ego inique egi, isti, qui oues sunt, quid fecerunt? Vertatur obsecro manus tua contra me, & contra domum patris mei. Et propitiatus est Dominus terræ, & cohibita est plaga ab Israel. Abraham apud Dominum magnus fuit, dum ruinæ Sodomorum intẽtus Dominum anxie precabatur, ut eorum misereretur. Ionas dũ sibi & nõ Niniuitis prouidere curauit, misere periclitatus est in mari, at cum multitudinis saluti inuigilauit, suam inuenit. Iacob in pascendis ouibus soceri proprium non quærens lucrum plurimum lucratus est. Ioseph fratrum studens utilitati, suam inuenit. Moyses dum utilitati consulens fratris regiam contempsit dignitatem suam, & populi libertatem inuenit. Diliges proximum tuum sicut teipsum, ait Dominus, id est, vt propriis negotiis, sic & alienis intende. Sed tamen omnibus sic incumbit cura salutis, & boni proximorum, ut specialiter ex officio quidam sint ad id muneris consecrati, vt Ec-
Ber. Ser. 30. in Cant. clesiastici, Iudices, Reges, &c. sed taliter, ut proprium non contemnant negotium. Bernardus explicans verba illa: Posuerunt me custodem in vineis, qui vineam meam non custodiui. Non expedit, ut aliarum vinearũm sit custos, qui propriam negligit. Vineam propriam custodiat Prælatus, & Iudex, vt cõgrue custodiendis alienis postmodum consecretur. Si Prælato, & concionatori, qui in rebus directe concernentibus salutem proximi occupatur, qui sacrorum librorum lectioni uacat, sacris concionibus, Sacramentorum administrationi, dicit Paulus sic pascendas esse
1. ad Timot. ones, sic de reformatione vitiorum, & uirtutum argumentum agendum, vt sui primum curam habeat: Attende tibi, & doctrinæ. Quæ verba ponderat Chrysostomus, dum primum uoluit Apostolus Timotheum attendere sibi, & secundo doctrinæ. Et idem dũ mordicatores, & Prælatos docere, qua ratione sui & cęterorum cura esset illis demandata, di-
Act. 20. xit: Attendite uobis, & uniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, si primum saluti proprię intenti sitis. Quid de Regum, Iudicum, Iurisperitorum occupationibus dicã?
2 Qui Iasonẽ, Baldũ, Papiniani leges legunt in euoluendis aliorum iuribus, in quorundã malefactis toti uersantur, vt causa cognita, cuique ius suum tribuere curent, quod bonum quidem est; sed tamen sic his occupationibus attendendum, ut tempus sit & aliqua diei pars sacræ lectioni, orationi, & considerationi consecrata sit. Animalia quidem sancta *Ezech.*
oculis plena ibant: & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Non reuertebantur, cum incederent, sed vnumquodque ante faciem suam gradiebatur. Hæc, quæ contraria quidem uidentur, dum animalia ire dicuntur, & reuerti, & ex altera parte asserit Propheta, quod non reuertebantur, cum incederent, conuenientia sunt multum, & uiris Sanctis ualde conuenientia: non reuertuntur cum incedunt, quia nec bonum, quod cæperint, derelinquunt, aut in illo lassantur, sed semper maiores quærentes profectus vadunt, reuertuntur autem, ut ad tempus saluti inuigilent proximorum, qui a propria salute quærenda non recedunt. Non audiat Prælatus quod Eugenio dixerat Bernardus: Sapientibus, insipientibus debitor es, & solum negas te tibi? Si maledictus est, qui partem suam facit deteriorem, quid de illo dicendum est, qui se prorsus neglecto, aliorum tantum bono intentus est? Deriuentur aquæ tuæ foras, sed & camelis serui Abraham tribue potum, sed inter cęteros bibe tu de fonte putei tui. Contingit autem quod dum Rex, Iudex, Reipublicæque gubernator, aut Prælatus a secreto orationis egreditur, ut conclusioni negotiorum vacet, quod similis Moysi appareat cornutus, & illuminatus, ut ualeat litigantium iustitiam intelligere luce, & fortitudine in cornibus significata, absque trepidatione non formidat vultum potentis, nec personam diuitis, aut amici, uel consanguinei accipiat in iudicio, sed non considerata Regis, aut magnatis potentia, ius tantum respiciat, & non personam. Sic aduocati, procuratores, notarij intendant aliorum negotiis, ut propriis & prius, & sollicitius intendant. Sit illis exemplo Iesus, qui egressus est de Synagoga, ut ægrotos curaret, quorum negotio peracto in desertum oraturus accessit, vt unde exeunt flumina, scilicet, a Deo, reuertantur, ut iterum fluant. Sint Prælati, & Iudices illi fortes, de quibus scriptum est, ait
Serm. 19. ad Soror. Bernard. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi, & uniuscuiusque ensis super femur suum. Lectulus Salomonis fideles sunt, in quibus verus Salomon, licet in lectulo, vtpote tantæ maiestati paruulo, tamen ibi cubat gratanter, & requiescit, hos ambiunt hi fortes doctrina, consiliis, correctione, ut eos a malo reuocent, & in bono confirment. Hi fortes sint in obseruantia mandatorum Dei, & omnes teneant gladios uerbi Dei, ut uitia reprimant subditorum. Vniuscuiusque ensis sit super femur suum, quia prius in se, & post in sibi subiectos vitia carnis debẽt resecare. Et hæc debent facere propter timores nocturnos, id est, propter occultas insidias malignorum spirituũ, qui in no-

te huius sęculi maxime insidiantur sanctis Prælatis, & Prædicatoribus, & viris publicis, ut illis deceptis, lectulum Salomonis, ideſt, cõgregationem seruorum Dei maculare possint. Hæc Bernardus. Et Hieronymus inquit: *Hiero. in ca. 11. Marci.* Duo sunt, qui populum Iudæorum educũt ab Aegypto, duo racemum portant e terra promissionis, inter duo Cherubin Deus agnoscitur, & in tabulis duabus tota lex porrigitur populo, duobus vectibus arcam Domini portant Sacerdotes, & eum, qui solus est, lamentatur Salomon dicens: *Eccles. 4.* Væ soli, &c. quia dum opus, & scientiam iungunt Prædicatores, per opus attendunt sibi, & per scientiã proximis.

3 Iudices mali regere uidentur populum, sed re vera non regunt, lib. nono, cap. octauo, nume. quinto. Iudices sapientes, & perfectos futuros docebat Pythagoras, ibidem nume. nono. 12. 13. & 15. Prædicatores prius corrigant seipsos, deinde proximos, lib. 3. cap. 28. nume. 15. & 23. lib. 14. ca. 26. num. 15. cap. 28. num. 3. & 4. Prædicator orationi, & lucro animarum inuigilans Deo multum placet, lib. 14. cap. 26. nu. 42. cap. 27. num. 15. Prędicator, qui ut proximis prosit, otium contemplationis ad tempus relinquit, audit: Meliora sunt vbera tua vino. lib. 14. cap. 28. nume. 33. Prædicator otio, & actioni vicissim intendere debet, propter quod sponsa modo vocatur, & modo dormire iubetur, ibidem num. 35. & 37. Prædicator primum inclinet in parabolam aurem suam audiens Deum, & post aperiat in psalterio propositionem docendo, lib. 14. cap. 29. nume. 22. & 30. Prędicator ingreditur in abundantia sepulcrum, qui propter contemplanda, operã da non negligit, nec e contra, lib. 14. capit. 29. num. 26. Prædicatores sancti animalia sunt Ezechielis, quæ habẽt manus hominis sub pẽnis, id est, Virtutem operis sub uiolatu contẽplationis, ibidem num. 28. & lib. 18. capit. 18. num. 14. Prædicatores sancti Angelis comparantur, qui per scalam ascendunt ad Deum, & descendunt ad proximos, lib. 18. cap. 18. num. septimo, vsque ad decimum. Prædicatores fulgura sunt euntia, & redeuntia, quia ab oratione veniunt ad prędicationem, lib. 18. capit. 18. num. 12. & 13. Vitam actiuam, & contemplatiuam qui coniungit, clamat ut pullus hirundinis, & columba, lib. 18. capit. 18. nu. 17. Vita actiua, & contemplatiua simul amplexãdæ sunt, ut homo placeat Deo, cautus sit sibi, & vtilis suis, lib. 14. cap. 26. num. 42. capit. 28. numer. 35. & 37. capit. 29. numer. 26. Vita contemplatiua, & actiua sicut nox & dies alternatione debent variari, lib. 18. capit. 18. nume. 2. Vitam contemplatiuam iussu Dei relinquere coguntur Sancti, vt proximis prosint, lib. 18. cap. 18. num. 18. Hæc vt doceat Dominus: *egressus de Synagoga introiuit in domum Simonis, & rogauerunt illum pro ea.* Duo in his verbis animaduertenda sunt. Alterum, quod femina hæc, quam Dominus inuisit, & curauit, & quæ illi continuo, sana ministrauit, cuius domum non semel aut iterum, sed frequenter creditur ingressus, dum Iesus veniret Capharnaum, & tamen etsi vrgeretur magnis febribus, dolore capitis, rigiditate, frigorum fastidio, & aliis accidentibus cruciaretur, quorũ causæ esse solent febres, dum vehemẽtes sunt, tamen medicum domi habens, qui uniuersorum erat conditor, qui solo sermone restaurabat vniuersa, salutem ab eo non postulat, sciens quod diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum his, qui secundum propositum uocati sunt Sancti. Scit iustus Iob, quod scaturientibus vermibus a corpore animavir tutum floribus adornatur, & ne aliis interiora animæ rodantur, non impatientia motus, vt aliqui falso arbitrantur, sed conuenientissimam exoptans medicinam, clamat: Quis mihi tribuat, ut ueniat petitio mea, & desiderium meum impleat omnipotens, & qui cæpit ipse me conterat, soluat manum suam, & succidat me, & affligens me dolore, non parcat? Vbi cum tantas perpessus esset calamitates in facultatibus, in honore, in filiis, in corpore, exordia ea uocauit laborum, & quæ a manu Dei ligata proficisci videbantur, ita apparebunt iusto leuia, sicut quæ proiicitur tela a manu hominis ligata. Qui comedunt me vermes, scilicet, non comedunt, & tamen salutem a Deo non postulat, nec quæ ab eo ablata sunt bona temporalia (Gregorius) quamuis enim dixisset: Quis mihi det, vt sim iuxta menses pristinos, quando splendebat candelabrum in domo, quando lauabã pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei? de bonis animæ loquutus est, vel ea poscebat, vt indigentibus benefaceret. Et qui ex patribus intelligunt per Angelum Sathanæ colaphizantem Paulum vehementem dolorẽ capitis, cum remedium eius postularet Apostolus, audiit: Virtutem in infirmitate perfici. Licet enim febribus, doloribus is, qui foris est, noster homo corrumpatur, illis is qui intus est, renouatur de die in diem: dũ enim infirmatur iustus, tunc fortior, & potentior efficitur. Vnde Caietanus vltimam edisserens petitionem orationis Dominicæ: Sed libera nos a malo, inquit: Hoc postulandum docuit Christus Dominus, ut diuitiæ, paupertas, salus, egritudo, tunc vel dentur, vel auferãtur, cum Dominus animarum saluti iudicauerit expedire, non prouidens in his hominum uoluntati, sed utilitati, & necessitati hæc auferens, aut porrigens, ut pater filiis, quæ illis iudicauerit conuenientiora. Aegritudines, & labores dat Deus suis in eorum bonum, lib. 5. capit. nono, nume. 14. vsque ad decimum sextum. 18. usque ad 22. & 24. lib. nono, capit. decimo quinto, nume. 13. Aegritudo, & grauis dolor capitis dicitur Angelus Sathanæ, lib. quinto, capit. nono, nume. 18. Aegrotantes sãcti fortiores, & meliores erant, quam cum sani degerent, lib. quinto, capit. nono, nume. 23. Aegrotantes discipulos cum curare posset Paulus, noluit, ibidem nume. septimo, octauo, & 24. His rationibus fortassis mota mulier

lier hæc etiamsi magnis febribus vexaretur, salutem a Domino non poposcit. Sed tamen illud multum considerandum est, quod licet illa salutem non postularet, tamen *qui astabant rogauerunt illum pro ea.* Id enim propriũ iustorum munus est, vt mala proximorum inspicientes (etiam quæ illi patienter tolerant, aut quæ eorum culpa infliguntur a Deo, vt emendentur) contristentur, & de eorum remedio solliciti sint. Mira res, quando ægritudo me angit, inopia premit, mors filiorum contristat, infamia cruciat, ego quidem diuinæ bonitati conformis ad ipsum per infamiam, & bonam famam properans gaudeo, tu autem, qui in me ægritudinem, inopiam, infamiam, meorum aspicis necem, tristitia affectus ad Deum accedas rogaturus pro mẽ necesse est, ne indignationẽ Dei experiaris, quam experti sunt, qui videntes tribus decem Israel propter peccata a Deo flagellari non patiebantur super contritione *Amos 6.* Ioseph. Quapropter nunc migrabunt in ca-
4 pite transmigrantium, &c. Flere enim cum flentibus Sanctorum proprium est, vt si patitur vnum membrum, compatiantur & reliqua membra. Infirmatur quis in uobis? Inducat Presbyteros Ecclesiæ, qui orent super eum. Proximos malis oppressos orationibus iuuabant Sancti, lib. 1. cap. 14. num. 8. 9. & 18. Proximorum mala propria vocabant Sancti, ibid. numer. 12. 13. 19. vsque ad 23. lib. 9. cap. 16. num. 6. Proximorum bonis, qui congaudet, & de malis tristatur, duo habet vberra sponsæ, lib. 1. cap. 14. num. 15. ca. 16. nu. 11. Proximorum vtilitatem a Christianis respiciendam docent nomina, quæ sortiti sunt, lib. 1. cap. 15. num. 4. cap. 16. num. 12. Proximis compati debemus, etiam quando a Deo puniuntur, lib. 1. cap. 15. nume. 16. Proximos vere diligere debemus eorum necessitatibus prouidendo, lib. 1. cap. 16. nume. 2. 3. 7. vsque ad 10. & 12. Proximorum malis compatiendum est, bonisq. congaudendum libr. 9. cap. 5. num. 13. 16. 21. & 23. Febricitabat socrus Simonis, & patienter remedium expectabat, *Sed qui astabant rogauerunt Dominum pro ea, & ipse continuo imperauit febri*, vel vt Græca lectio habet, *increpauit febri, & dimisit eam.* Qua in re id primum docere Deus voluit dispositione sua suaui creaturas omnes secundum modum suæ naturæ ad proprias trahi operationes. Angeli, & homines, non coacti, sed per libertatem arbitrij in suas diriguntur operationes: brutis, & inanimatis rebus imperat Deus. Cum primum condidit Deus hominem, reliquit eum in manu consilij sui, vt liber ad suas operationes feratur, & ad quod voluerit, extendat manus: non cogit voluntatem, si coactio dicenda non est viro prudenti, cordato, & Christiano, quando eius mentem Deus terroribus pulsat, beneficijs trahit, flagellis mouet, vt peccatis relictis in bona feratur tractus odore vnguentorũ Dei, quasi impulsus vadat, qui reuera libere fertur. Vt locus merito relinquatur, dum viuit homo, in libertate arbitrij constitutus est, vt audiat: Beatus qui post aurum non abijt, &c. *Sap.* vnde beatus? Quia potuit transgredi, & non est transgressus: facere mala, & non fecit: ideo stabilita sunt bona in Domino, & eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia Sanctorum. Voluit etiã imperans febri, & quod statim iubente Domino sanata fuerit femina, docere, quod creaturæ omnes, vno homine excepto, qui cunctis excellẽtior, Deoq. obligatus magis incomparabiliter, incunctanter obediunt ipsi, quantumcumque Dei voluntas propriæ ipsarum naturæ sit contraria. Increpuit mare rubrum, & exsiccatum *Psal. 105.* est, & eduxit eos in abyssis sicut in deserto. Ab increpatione tua fugient, a voce tonitrui tui formidabunt. Ascendunt montes & de- *Psal. 103.* scendunt campi in locum, quem fundasti eis. Conuersabatur inter homines Deus noster, & mirantibus cunctis, spumanti mari silentium indicebat, & continuo cessante tempestate sequebatur tranquillitas magna: Ita vt venti, & mare obedirent ei præcipienti. Tota mundi machina sistit sistente sole, quando Deus id voluit Iosue pugnante, cum in cælis ad motum tam sit innata propensio, &c. ignis per aera 49. cubitis eleuatus rorem saluificum ministrat his, qui in fornacem coniecti sunt, propriæ oblitus naturæ, & auctori parens naturæ. Solus homo negligit, vo- *Prou. 1.* cante Deo renuit, extendentem manus non aspicit, increpantemq. negligit. Ambrosius *Ambr. lib. 3. Hexa.* veritatem istam considerauit pulchre edisserens locum illum: Congregentur aquæ in locum vnum, & appareat arida. Et sine ulla mora, aut hæsitatione factum est ita, cum id naturæ aquæ non congrueret, & frequenter dicit Dominus: Congregetur populus, & non fit, immo congregetur vnus cum vicino, a quo disidet, & non fit. Continget frequentur quod postulante Rege, Principe, Episcopo, &c. concordentur discordes, sed Deo iubente raro illud fit. Nouit aqua congregari, nouit timere: Viderunt te aquæ & timuerũt, *Psal. 76.* nouit fugere mare: Vidit, & fugit Iordanis *Psalm.* conuersus est retrorsum, non homo. Moderatur ignis, ait Chrysostomus virtutem suã, *Chrysost. ho. 2. in Genes.* ne comburat, & non moderatur homo rationis compos iram, & passionem suam? Constituit Deus arenam terminum mari sæuienti ei constituens ostium, & vectes, dicens: Hucusque venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos, & humano cordi, eiusq. motibus diuinum mandatum terminum non constituit. Imperat febri, & discedit a femina, imperat appetitui luxuriæ, & obedire imperanti renuit, & propter istam rationem sicut Deus creaturas insensibiles vocauit in testes, quando legem Moysi dedit, & easdem recte vocabit in iudicio, vt præuaricationem legis ostendat lib. 2. cap. 10. num. 14. Obediunt Deo cuncta creata, vno homine excepto, lib. vndecimo, cap. tertio, num. 8.

num. 8. 23. vsque ad 25. libr. 12. cap. 4. num. 3.

3 Circa secundum, mulier hæc ad pristinam sanitatem redacta surgens, perfecte sanata *ministrabat illis*. Quia quæ de manu Domini acceperat reddebat ei. Omne datum optimum desursum est descendens a patre hominum; sed tame inter ea, quæ homo accepit a Deo, quædam per causas secundas, medijsq. humanis accipit, ac ordinarijs, quæ quo modo porriguntur infidelibus, eodem conceduntur & Catholicis: & qui medijs nubibus pluit super agrum iusti, & qui solem suum facit media luce illuminare domum peccatoris, facit, vt illuminet super domum amici sui, quæ in viris parum circumspectis, & mũdanis non mirum si specialiter non considerentur, aut considerata oblitioni tradantur. At inualescente morbo, cum homo salutẽ desperat, desperãt medici, amici, & cognati dicente Deo: Dispone domui tuæ, quia morieris, & non viues, conuertitur æger velut Ezechias Rex ad parietem lacrymis madens, orationibus, uotis, nouis propositis mutandæ in melius vitæ Deum interpellat pro salute, & ne homo intelligat eam humanis medijs contigisse, porrigit eam sicut Ezechiæ medijs sanitati cõtrarijs, massã imponens ficorũ vulneri, quæ citius moriatur æger potu aquæ frigidæ, vel esu rei alicuius minus vtilis reparatur sanitas, vt ægrotus Deo gratus sit, cuius beneficio desperata redijt sanitas. Et quam primum ad pristinum venerit statum, omnium, quæ proposuerat, & promiserat, protinus obliuiscitur Ezechiæ similis, qui cum accepisset Babylonicos nuntios, qui venerant vt congratularentur Regi de restituta sanitate, cum vix lacrymæ essent siccatæ, beneficij oblitus thesauros ostendit Regi, & euanuit statim in cogitationibus suis. Sic multis Christianorum contingit, qui dum ægrotant ad mortem, nouam proponunt vitam, si periculum euaserint, mille promissionibus Deũ obligare conantur, vt eorũ misereatur: quod aliquando Deus non facit, nec salutem dat, qui scit & ea abusurum hominem, nec ea impleturum, quæ tam liberaliter, & incunctanter promisit. Et hac fortassis ratione Deus Antiochum pro salute deprecantem & multa pollicẽtem non audiuit, sed qui promiserat se Iudæum futurum, & Catholicos illos innumeris beneficijs prosecuturum, æquaturumq. Athenienſibus, porrecturum ad offerenda tanta sacrificia omnia, quæ necessaria essent, &c. orauit scelestus Dominum, a quo non erat misericordiam consecuturus, sed consumptus a vermibus expirauit, qui si salute potiretur optata, cunctorum obliuiscereturquæ tam magnifice promisit. Sic multi se habent cum Deo, sicut Saul cum Dauid. Cum enim in spelunca, & in papirione eũ non occidisset, cum posset, clamauit: Iustior es me, tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala, & flebat. Et statim omnis pietatis, & beneficij oblitus Dauidem immaniter persequebatur, ita vt obstinatam mentem impij Regis nullis potuerit beneficijs immutare. Sic dum homo dolore lateris cruciatur, aut alio, clamat: O Domine tu sanctior me es, immo tu solus sanctus, & ego omnibus mortalibus sceleratior, tu fecisti misericordias mille cum seruo tuo, ego autem reddidi tibi mala: omnem vitam anteactam sceleribus consecraui, nomine Christiani prorsus indignus, non sum dignus videre altitudinem cœli, qui peccaui super multitudinem arenæ maris, & irritaui iram tuam, innumeris beneficijs tuis omnino ingratus fui, qui vitam, quam a te accipiebam vanitatibus, & peccatis cõsecrabam; qui infernum merui multis modis, illum solita bonitate tua euasi: adiungatur beneficium hoc anterioribus, & pristinæ restitutus sanitati, quod reliquum fuerit vitæ, tuus ero, &c. Concedit Deus salutem immeritam, & in eadem homo relabitur mala, vel certe peiora, sicut Achab, qui cum comminantem Dominum audisset, opertus sacco, & plenus cinere ambulauit demisso capite tristis, sed cum Elias reuocatam a Deo retulisset sententiam, protinus in pristina venit mala, propter quæ in bello misere perijt. Similes estis Pharaoni, qui cum experiretur Dei flagella, plagas, ranas, &c. Moysen vocabat, vt remedium a Deo obtineret malorum promittens libertatem populo, vt iret in desertum, & sacrificaret: & tamen cum primum cessasset diuina vltio, indurabatur cor eius & dicebat: Nescio Dominum, & Israel non dimittam. Sic dicitis, si Dei misericordia a lecto, in quo iaceo, surrexero, cunctus populus me conspiciet mutatum in virum alterum, &c. quod si acciderit, qui sordidus erat, sordescit adhuc similis Pharaoni, & Iudæis, de quibus scriptum legimus: Cum percuteret eos, quærebant eũ, & reuertebantur & diluculo veniebant ad eum: diluculo, nondum plene illucescente die, rememorati, quia Deus adiutor eorum est, sed statim flagellorum obliti in pristina mala reuertebantur, sicut in tota deserti peregrinatione videre licet. Quoniam sicut Sanctorum proprium est semper memorari quæ a Deo acceperunt beneficia, quæ proposuerint bona in aduersitate, in prosperitate opere complere, sic & sceleratorum hominum proprium est, quæ a Deo acceperint bona, continuo obliuisci, nec illis emendari, de quibus scriptum est: Omne caput languidum, &c. super quo percutiam nos vltra addentes præuaricationem, &c. vulnus, & liuor, & plaga tumens non est circumligata, neque curata medicamine, id est, etiamsi morbis sitis pleni a pristinis vitijs non receditis. Circa tertium, quod curatis ægris in desertum secessit oraturus, vt alternis vicibus & utilitati proximorum, & propriæ inuigilaret homo, docens alteram occupationem sine altera minus Deo fore gratam, in omnibus hominibus, potissimum autem in Prælatis, & Prædicatoribus, vt vitam actiuam, & contemplatiuam vicissim quærentes sancti animalibus Ezechielis similes efficiantur, li. 18. ca. 18. num. 15. vt vita actiua, & contemplatiua tamquam duæ vxores sint viri iusti, li. 18. num. 16. De qua re diximus plura in prima parte harum annotationum.

2.Paral. 32. *Esai. 38.* *Hieron.* *2.Mach.9* *Exod. 8.* *Esai. 1.*

6 *Egressus de synagoga Dominus introiuit in domum Simonis.* Circa quæ verba illud considerandum est, quod non rogatus Dominus in domum Simonis piscatoris venit, qui rogatus a Pharisæo domum diuitis intrauit honorans libenter pauperes, dicente Iacobo: Nonne pauperes elegit Deus diuites in fide? Mundani viri ad deauratas domos & palatia pergunt, Dominus ad eos, qui diuites sunt virtutibus, honorans potius virtutes, quam pecunias. Diuites enim tantum illi dicendi sunt, qui virtutibus abundant, libr. 2. cap. 15. numer. 9. 11. 26. vsque ad 28. 43, 62. 65. & 66. cap. 18. num. 19. & 20. lib. 4. cap. 28. num. 5. 9. 12. 15. 18. & 23. Pauperes honorare debemus, qui imago Dei sunt, lib. 5. cap. 13. numer. 37. propter quos conditus est mundus, Christo & Apostolis similes, lib. 14. cap. 3. num. 4. 22. & 23. Intrauit Iesus in domum Petri non rogatus ab illo, qui aliorum desiderans bona proprijs intentus est. Sic Moyses, cum Dominus diceret ei: Dimitte me, faciamq. te in gentem magnam, maiora promittens commoda, maiorẽ dignitatem, tantum de populi vtilitate curabat propria reiecta. Sic & Dominus dum a Iudæis quæreretur, vt cõprehenderent eum, & occiderent, quasi quæ propria sunt respuerit, alienoq. commodo inuigilaret, dixit: Si me quæritis, sinite hos abire. Et ad filias Hierusalem cum ad mortem duceretur conuersus dixit: Nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. Sed nos aliter ad nostra intentissimi, ea, quæ sunt aliorum, prorsus negligimus. Bono communi, non soli proprio, intenti sint homines lib. 1. cap. 15. numer. 4. 6. vsque ad 9. cap. 16. nu. 17. & 18. Bonum commune, & non proprium appetat, qui Deo locum parare vult in se, lib. 14. cap. 15. nu. 23. Sancti nimio zelo mouebantur in bonum proximorum lib. 1. cap. 14 num. 16. & 17.

Iacob. 2. *Exod. 32.* *Ioan. 18.* *Luc. 23.* *Matt. 8.* *Rom. 2.*

7 *Et rogauerunt illum pro ea.* Aduerte aliquando curasse Dominum sine precibus, sua tantum bonitate motum, sicut illum curauit, qui paralyticus iacebat in piscina 38. annos habens in infirmitate sua: aliquando curabat Dominus aliorum precibus inclinatus, sicut mulierem hanc febricitantem sanauit: aliquando precibus proprijs infirmorum curabat eos, sicut leprosum descendens de mõte; decem leprosos, cum transiret per mediam Samariam, & Gallilæam. Sic animas peccatorum aliquando dormientes benignitas Dei ad pœnitentiam adducit, sicut traxit Saulum spirantem minas, Matthæum in telonio sedentem. Secundo interuenientibus orationibus Sanctorum. Sic Abraham pro Rege Abimelec Deum deprecatus illi veniã obtinuit, & Moysi orationibus condonatum est populo immane scelus adorationis vituli aurei. Et cum Dominus iratus in amicos Iob esset, dixit ad Eliphaz: Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos. Ite ad seruum meum Iob: Iob autem seruus meus orabit pro vobis, vt non vobis imputetur stultitia. Et fecerunt sicut locutus fuerat Deus, & suscepit Dominus faciem Iob. Et centurio, qui puerum habebat paralyticum, seniores Iudæorum misit ad Christum, vt cum pro salute pueri deprecarẽtur. Tertio interueniente proprio dolore, & gemitu sicut flẽti Ezechiæ dictum est a Deo: Audiui orationem tuam, & vidi lacrymas tuas & sanaui te. Et facer Vates ait: Domine clamaui ad te, & sanasti me. Et Manasses in vincula coniectus clamans: Peccasse super numerũ arenæ maris, a malis liberatus est. In curatione autem huius mulieris aliorum precibus excitatus est Dominus. Etsi enim ex se promptissimus esset ad benefaciendum omnibus, tamen quandoq. aliorum vel fide, vel precibus excitari voluit, vt locum daret quorumdam charitati pro aliorum salute gerendi solicitudinem, ac etiam ostenderet quantũ apud Deum valeant aliorum, maxime iustorum, preces, pro impetranda peccatorum salute. Orationes alienas etiam Sancti mendicare debent, lib. 13. cap. 4. numer. 3. & 5. Multum enim orationes alienæ prosunt, ibidem a nu. 3. vsque ad 5. Orationibus Sanctorum iuuandi sunt peccatores, vt a Deo curentur, li. 16. cap. 7. num. 12.

Luc. 7. *4.Reg. 20*

8 *Surgens ministrabat illis.* In hoc exemplum est, eum, qui iam Christi beneficio sanitatem recepit, debere surgere ad opera virtutis, ac ministrare Sanctis, & ipsi Christo, vt sicut exhibuit homo membra prius seruire iniustitiæ, & iniquitati, exhibeat ea postea seruire iustitiæ in sanctificationem, & loca, in quibus antea lætari consueuerat, exemplo sanctissimæ Hester crinium laceratione compleat, fletibus, & luctui apta indumenta suscipiens, & pro vnguentis varijs cinere, & stercore impleat caput, & corpus suum humiliet ieiunijs. Docet etiam, vt quam a Deo acceperimus salutem, eius seruitio consecremus. Quis plantat vineam, ait Paulus, & de fructu eius non comedit? Quis pascit gregem, & de lacte eius non manducat? Si ergo Dominus salutem tibi præbet, æquum est, vt sanitate optata potitus Deo seruias, vt fructus colligat arborum, quas plantauit. Caue ne incrassatus, impinguatus, & dilatatus per sanitatem recalcitres, & Deo contumeliosus existas.

Hester. 14 *1.Cor. 9.*

9 *Cum sol autem occidisset, omnes, qui habebant infirmos, ducebant illos ad Iesum.* Videntur hi suos infirmos attulisse in vespera, quia Sabbatum erat, quo putabant non licere afferre ægros, quod licitum sciebant post occasum solis, quando

Ianſenius.

quando iam operari fas erat. Iudæi enim, qui
Exod. 20. in Exodo audierant: Memento vt diē Sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, septimo autem die Sabbatū Domini Dei tui est: non facies opus in eo, in quo Dominus condēs mundū requieuit ab vniuerso opere, quod patrarat, hunc
Num. 15. diem soli diuino cultui consecrabant, & qui in eo colligebat ligna, iussu Domini lapidi-
Exod. 16. bus obrutus est ab vniuerso populo. Et manna in Sabbato non colligere voluit. Et ita
1. Mach. 6 noluerunt Iudæi se tueri contra exercitum regis Antiochi, sed existimantes (licet ignoranter) quod pugnantes Sabbatum violabāt, se trucidari permiserunt dicentes: Moriamur omnes in simplicitate nostra, & testes erunt super nos cælum, & terra, quod iniuste perditis nos: & mortui sunt ipsi, & vxores eorum, & filij eorum, & pecora eorum, ne ad arma manum porrigerent.

9 *Egressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebant eum.* Vides Dominum fugiente m turbas, & hominum gloriam post curatos ægros, & quod hi requirunt eum, vt intelligas gloriam cocodrilo similem dici, quod animal & fugientes in equitur, & sequentes fugit. Fugit Dominus honorem secedens in desertum, & ibi eum honor quærit. Moyses post-
Exod. 3. quam reliquerat Aegyptum, & domum Pharaonis cum a filia Regis in filium adoptatus esset, in pascendis gregibus occupabatur in montibus, & tunc a Domino in principem Israel electus est, cum principatum contempsisset. Cum etiam Maria clausa maneret in parua ciuitate Nazareth in domo pau-
Luc. 1. perculæ matris, & Ioannes etiam in deserto absconditus, tunc eos Dominus vocat fugitantes honores, & alterum in præcursorem, alteram eligit in matrem. Absque dubio hi omnes ex toto tantorum honorum erant obliti, quibus Dominus hæc omnia dedit. Honores, etsi concomitentur iustos, pro magno bono habendi non sunt, libr. primo, cap. vigesimo, numer. 7. 20. & 21. Honores contemnere expedientissimum est, ibidem numer. 16. 17. 19. 25. & 26. lib. octauo, cap. quarto, numer. nono. Honorem relinquens propter Deum maiorem honorem consequitur, etiam in hac vita, lib. 7. cap. 5. num. 1.

FERIA SEXTA post Tertiam Dominicam in Quadragesima.

Euangelium.

Venit Iesus in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar. Ioan. 4.

Vide libr. 1. cap. 25. num. 1. 2. & 3. lib. 3. cap. 24. numer. 1. libr. 7. capit. 8. numer. 7. lib. 13. capit. 3. num. 42.

1 *Feriæ 3. Dominicæ 3. in Quadrag.*

EVANGELIVM hodiernum, in quo miranda conuersio peccatricis feminæ vilis, in cōcubinatu viuentis edicitur, mysterijs abundans non solū ex re gesta, sed ex circūstantijs omnibus multa habet, quæ consideratione multa sunt dignissima. Locus enim, in quo res hæc gesta est, multis retro sæculis celebris est habitus, vtpote in quo bellum gesserunt immane filij Iacob aduersum Re-
Genes. 34 gem Sichem, vt stuprum sororis suæ Dinæ, quam turpiter corruperat Sichem filius Hemor vindicarent, dum illa curiositate ducta egrederetur, vt videret feminas regionis
Genes. 33. illius. Hæreditas hæc, in qua puteus erat, vbi Dominus expectaturus Samaritanam feminam venit, illa erat, quam Iacob emit centum agnis ab Hemor patre Sichem, vbi
Genes. 48. erecto altari, inuocauit super illud fortissimum Deum Israel. Cumq. Iacob morti iam esset propinquus, vocato Ioseph filio suo ait: Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo. Quamuis enim prædium illud emisset centum agnis, tamen quoniam gladio, & arcu filiorum suorum, ac iure belli obtinuisset ciuitatem Sichem, cui prædiū istud suberat, totum id, quod filio suo Ioseph dedit, gladio, & arcu se obtinuisse dicit. Ossa quoque Ioseph, quæ tulerāt filij Israel de Aegypto sepelierunt in parte huius agri, in quo erat fons, quem Iacob effoderat, in quo loco ob factum istud Ecclesiam fuisse fundatam suo tempore testatur Hieronymus in libro de locis Hebraicis. Locum hunc tantis circumstātijs celebrem intrauit Iesus ex itinere fatigatus, vt bellum gereret cum diabolo, a cuius ore erueret luxuriantem feminam, vt hanc violatam, & corruptam veluti
Hiere. 3. alterā Dinam a principe tenebrarum pristinæ restitueret integritati. Et quæ audire meruerat: Leua oculos tuos in directum, & vide vbi non prostrata sis, polluisti terram in fornicationibus tuis, & in malitijs tuis. Quamobrem prohibitæ sunt stillæ pluuiarū, & serotinus imber non fuit, quo pristina detestareris mala, quia frons mulieris meretricis facta est tibi, & noluisti erubescere. Ergo saltem amodo voca me, pater meus dux virginitatis meæ tu es. Dux viginitatis, id est, integritatis, quæ reparatur in anima, qua Deo, vt virgo, placet, quæ carne corrupta manet. A diaboli faucibus veniens Dominus in fontem crura, & auriculas huius mulieris eruit, dum ipsum audiuit, & secuta est, lib. 2. cap. 9. nu. 18. Nisi bellum gessisset Iesus cum
Esai. 9. diabolo, dicere non possemus: Lætabuntur homines te, Domine, nato, sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia, quia iugum oneris eius, & virga humeri eius, & sceptrum exactoris eius pugnando superasti: quia omnis violēta prædatio cum tumultu, & vestimentum mistum sanguine erit in combustionem, & cibus ignis. Qui come-
Hier. 30. dunt te, ait Deus, deuorabuntur, & vniuersi hostes tui in captiuitatem ducentur, & qui te vastant vastabuntur, cunctosq. prædatores tuos dabo in prædā. Ob hanc enim cau-
Esai. 8. sam, cum Messiæ varia tribuerentur nomina, audiuit: Voca nomen eius festina, prædare. Vt audiat Dæmon: Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis, cum consummaue-
Esa. 33. ris, deprædaberis. Venit in Sichar verus filius Dei patris, & vt iniuriam vindicaret animæ peccatricis, quam sororem appellare bonitate sua dignatus est, dæmonem interfecit dum vicit. Diabolus & Aegyptij extingui dicuntur, dum vincuntur, lib. 2. capit. 6. numer. 6. cap. 7. numer. 7. cap. 8. num. 2. cap. 9. num. 17. lib. 4. cap. 32. nu. 1. & 4. Sicut enim diabolum viuificamus cū peccamus, sic occidimus cum peccata deserimus, lib. 2. cap. 7. num. 7. & 8. Hanc hæreditatem tulit Iesus in arcu, & gladio de manu Amorrhæi, in qua altare erexit Deo, dum in spiritu & veritate meretricem feminam adorare Deum docuit. Et prædium diaboli Christo filio suo vero Ioseph cælestis pater loco maioricatus dedit, vt qui Samaritani antea seruierant dæmoni, iam Christiani effecti Christi sint & filij, & serui. Diabolum enim vincentes Iesu distribuente, eius sedes occupant homines, libr. secundo, cap. nono, num. quarto, vsque ad octauum. Ad fontem igitur Sichar venit Iesus, in qua mira illa contigerunt, quę sacræ enarrant litteræ, in quibus mirabiliora præfigurabantur, quæ a Christo Domino veniente in fontem Sichar gerenda erant, dum auferret a forti prædam innumerabilium Samaritanorum, qui ad ipsum conuersi sunt breui temporis spatio, quo in-
2 ter eos commoratus est, dum prius mulierem conuertisset in fonte. Salomon epithalamiū canens sponsæ in Cantico Canticorū, hortū cōclusum eā vocitans dixit: Hortus conclusus, soror mea sponsa, ad sponsum Iesum sermonem dirigens, post hæc cum fontem hortorum vocauit, & puteum aquarum viuentium. Fons enim, & fluuius, qui in horto est agricolæ industria ad rigandos arbores, &

flores & olera suo ordine dirigitur, paulatim vt semimortui reuiuiscant flores, iā myrtum rigat, iam rosam, iā gariofylatum florē, iā albam violam, iā pampinum, aut vitem; nec id solum, sed quas in itinere, & via reperit herbas, & ipsis beneficio est, vrticā enim rigat, & maluicium, & spinas, & carduum, & quas inuenerit herbas, quæcumq. illæ sint, & rigat, & ad debitam magnitudinem perducit. Nihil in horto est, quod abundantia aquarum non fruatur, & gaudeat: Sic, inquit Chrysostomus, Dominus Iesus, qui fons hortorum erat, a Deo patre sic ducebatur, vt iens in Chananæam, Samariam, Iudæam, Gallilæam, non solum iustis, sed & peccatoribus communicaretur, frequenterq. spinosos, & sceleratos rigaret homines gratia sua, neque fideles tantum, & Iudæos, ad quos specialiter fuerat destinatus, iugi donorum affluentia fœcundabat, sed etiā infideles, quorum consortia abominabantur Iudæi, & vt hoc exequeretur officium, venit in Samariā, vt infideles Dei misericordia irrigati mutarentur in viros alteros. Non enim cælestis hæc aqua similis est ei, qua hortorum plantationes rigantur: hæc enim pomo, rosæ, flori gariofylato applicata his nouam porrigit virtutem, vt vireant, vt crescant: spinis autem, & maluicijs, & vrticis applicata non quidem in flores vtiles, ac odoriferos mutat, sed crescit vrtica, viret malua, conseruatur carduus, floretq. spina, naturam autem suam non mutat, dū id, quod recipitur, recipiatur ad modū recipientis. At horti Ecclesiæ fons vrticæ applicatus eā mutat in vtilissimam, & mirabilem herbam, dum rigat spinam, eam mutat in rosam, dum visitat carduum, ei mirandam virtutem præstat, vt cinnamomum sit, & balsamum aromatizans saluificum diffundens odorem. Vnde postquam Propheta sanctus Esaias Incarnationis Domini mirabilem enarrasset effectum dicens: Sicut descendit imber, & nix de cælo, *Esai. 55.* & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat ter- *Hieron.* ram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti; sic erit Verbum meum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud. Et post pauca: Pro saliuncula ascendet abies, & pro vrtica crescet myrtus. In quibus verbis id intelligendū putauit Hieronymus, quod incarnato Verbo, mala vertentur in bona, & pro vitijs nascentur virtutes, pro iniquitate iustitia, pro crudelitate mansuetudo, & pro luxuria castitas: saliuncula enim, quæ herba amara est vilissima, pessimiq. odoris, intelliguntur Zachæus, Matthæus, & alij peccatores, qui dicebant: Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ, qui in Apostolos, & Sanctos mutati repente facti sunt cypariſſus, abies, & myrtus, odoris optimi, & in varia opera necessarij. Vrtica erat Paulus

lus habens persecutionis aculeos, mutatus est in myrtum suauissimi odoris. Et erit Dominus nominatus his in signum æternum, quod non auferetur. Hæc Hieronymus. Vt ergo Dominus huic operi tam sibi proprio intenderet, Iudæa relicta, venit in Samariam, *fatigatus sq. ex itinere sedebat fons supra alterum fontem*, quorum vnus aquam non porrigebat, nisi ei, qui ad ipsum accederet hydriam ferēs, & funem, quo ipsum extraheret. At Iesus fons erat ad domum cuiusque properans, & discurrens, etiam non quæsitus clamat: *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat quicumque ille sit, Iudæus, aut gentilis, iustus, aut peccator.* Et Esaias: Quæsierunt me, qui ante non interrogabant, inuenerunt, qui non quęsierunt me, dixi: Ecce ego, ecce ego ad gentem, quæ non inuocabat nomen meum. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes suas. Immo quando scelerati homines siti arentes, nec os ad refocillandam sitim aperire dignabantur, fons noster tanta insania offensus clamabat: Obstupescite cæli, , portæ eius desolamini vehementer super hoc dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Cum fons ipse essem, in domos eorum, immo vsque ad ora eorum discurrens, & ingredi procurans, nec os aperire dignabantur, cum siti perirent, fodientes puteos, qui aquam ad extinguendam sitim habere non poterant; similes effecti Tantalo, quem Poetæ fingebant in puteo positum in inferno, qui cum os ad bibendum vellet admouere, aquæ, quæ ipsum os contingere videbantur, aufugiebant, & ipse perpetua siti cruciabatur. Iesus autem fons viuus discurrens semper omnibus communicatur volentibus, & vt cunctis istud innotesceret, & præsentibus, & futuris, gentem Samaritanorum adijt, qui omnium erāt scelestissimi, quo Deum nostræ salutis intelligeremus cupientissimum, qui miseriæ visceribus ad Samaritanorum remedium ferebatur. Sciendum est autem Samariæ regionem prius habitatam ab Israelitis, cæptam habitari a Chaldæis sub rege Assiriorum Salmanasar, qui cum capta Samaria, decem tribus Israel transtulisset in Assirios adduxit multos de Babylone, quos pro filijs Israel collocauit in vrbibus Samariæ. Qui cum terram alienam ingressi secundum ritum suum viuerent, colentes idola patria varijs afflictionibus attriti sunt, & præcipue a leonibus diuinitus immissis deuorabantur; quo audito, Rex Assiriorum misit Sacerdotes gentis Israeliticæ, qui religionem Iudaicam docentes plagam a ceruicibus eorum detorquerent. Vnde factum est, vt aliqua ex parte Iudaicam religionem amplecterentur, non tamen pure. Sic enim colebant Deum verum, vt simul etiam colerent Deos suos patrios, vt latius scribitur 4. Reg. 17. & apud Iosephum lib. 9. Antiquitatum, circa finem. Hi ergo Chaldæi sunt Samaritani. Quoniam ergo idololatræ erant, ob id Iudæi eo loco eos habebant, quo reliquos idolatras populos, quorum consuetudo eis interdicta erat. Auxit autem odium Iudæorum in hos Samaritas, quod extranei regionem eis, & patribus eorum promissam possidebant, quodque & ipsi templi secundi ædificationem, & ciuitatis Hierusalem restaurationem post reditum e Babylone semper conati essent impedire, vt ex libris Esdræ constat. Iam & illud multo magis auxit dissidium inter Iudæos, & Samaritanos, quod factum a Sanabalath scribit Iosephus. Hic enim a Dario Rege Persarum Præfectus constitutus Samariæ, regionem administrabat. Dederat is vxorem filiam suam Isacham Manassæ fratris Iudæi summi Sacerdotis, ob quam ille a fratre, & populo Sacerdotio deiectus fuit. Quod cū & multum doleret, & cogitaret vxorem ethnicam repudiare, Sanabalath promisit templum se instar Hierosolymitani ædificaturū in monte Garizim, qui super alios montes Samarię eminebat, in quo posset Sacerdotio fungi, quod & fecit. Qua occasione multi quoque alij Iudæi, qui ob ethnicas vxores, & alias legis transgressiones non poterant Hierosolymis commode agere, ad Manassen confugiebant. Vnde templum hoc, & mons Samaritanorum, dicebantur mons, & templum transgressorum, cuius occasione Samaritani dicebant immolationes secundum leges faciendas in monte Garizim, Iudæi autem in Hierusalem templum esse sanctorum asserebant, in quo hostiæ Deo essent offerendæ. De hoc tēplo in Garizim fit mentio in Machab. vbi habetur ab Antiocho præceptum, vt contaminaretur & templum, quod erat Hierolymis, & templum, quod erat in Garizim, & vtrumque Ioui consecraretur. Tradit idem Iosephus hoc ingenio fuisse Samaritas, vt quoties aduersis rebus Iudæa premeretur, Iudæos se esse negarent, nec genere eis communicari, sed transmigratos esse & alienigenas. Quando vero videbant felices esse Iudæos, cognatos eos appellabant, quasi de Ioseph nati videantur, & ex illo habeant cum eis societatis initium. Hi quinque libros Moysi, & librum Iosue recipiebant, cæteris reiectis. Erant autem in Iudæorum opinione omnium hom num perditissimi, & infames, quorum vitam sic execrabantur, vt quem pessimum, a Deo ob sua scelera derelictum, quem hæreticum vellent vocare, hominumq. communicatione indignum, sine fide, aut lege, quales inter Christianos sunt, qui inter Turcas fidem negauerunt, hunc vocabat Samaritanum, quasi nullam ei iniuriam maiorem irrogare valuissent. Vnde cum Christum Dominum vocitassent Iudęi dæmoniacum, nouam, & maiorem ei iniuriam irrogare volentes addiderunt: Nonne bene

Ioan. 7.

Esai. 65.

Hier. 2.

Ioseph lib. 11 antiq. cap. 7. & 8.

2. Mach. 6

Ioseph lib. 9. antiq. c. vlt.

bene dicimus nos, quia Samaritanus es? Quasi hæc omnium esset iniuriarum maior. Et dum Dominus Pharisæorum vellet ostendere malitiam, parabola adhibita illius, qui descendebat ab Hierusalem in Hierico, & incidit in latrones, eius, quem ipsi prætererunt, misertum Samaritanum dixit, q.d. id ab homine infideli, hæretico, & pestilenti præstitum est homini a latronibus vulnerato, quod vos cum Deo per legem consecramini, facere contempsistis. Et tandem cum mulier hæc de infima esset plebe, cum habitu Christum Dominum Iudæum iudicasset, ægre tulit, vel potius mirabatur multum, quod sitiens a muliere Samaritana aquam postulasset, minus credens inconueniens, quod siti periret, quam quod cum ea colloquium misceret tam necessarium, & breue, quale illis continebatur verbis: *Mulier da mihi bibere*, in quibus Iudæi periculum credebant. Talis erat mulier hæc idolatra, & infidelis, nec id solum eius malum erat, sed insuper meretrix amasio coniuncta erat, sic turpitudini dedita, vt quinque viris, quibus matrimonio coniuncta erat, defunctis, alterum quæreret non virum, sed lenonem. Et cum talis mulier hæc esset, Iesus fatigatus sedet supra fontē æstuans, & ieiunus prope meridiem, vt eam a malo reuocet, quando nec aquam sitienti donare dignatur existens in fonte, vbi tam facile id posset, vt in salute peccatoribus procuranda Iesum tam solicitum consideret homo, qui dixit in Ioanne: Sicut dilexit me pater, & ego diligo vos. Qua comparatione quid magnificentius, quid vtilius, quid diuinius potest excogitari? Quid Deus potest homini offerre sublimius? Quoniam quamuis hæc verba æqualitatem non dicant, nec possint, cum Deus pater filium infinite bonum infinito, & increato diligat amore, sed proportionabiliter intelligenda sunt hæc verba, quibus id considerare debet homo, quod sicut pater ab æterno generat filium sibi consubstantialem, & similem, cuius similitudinem diligit, ad eum modum hominem vult sibi similem facere, quantum humana patitur natura, eique per amorem sociari. Id intendens feminam eius alloquio indignam alloquitur, ab ea aquam postulat, daturus ille aquam viuam poscenti. Cumq. homines ab eo fugerent, sitienti modicum aquæ denegarent ipse eos sitiebat, id quod Dauid (Augustinus) prophetando clamauerat, opere complens: Veramtamen pretium meum cogitauerunt repellere, cum me offenderent, ego currebam in siti sitiens eos; eorum salutem non lento passu, sed rapido quærens cursu, semper sitiens nec vsquam satiatus hominum conuersione, & quamuis ore suo benedicerent corde maledicentes mihi, ego currebam in siti, sitiens sicut ceruus ad fontes aquarum. Non mirarer, si mulier hæc lucrans cum Domino diceret: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi, vt quondam Iacob tota nocte luctabatur cum Angelo; non mirarer quod ab Angelo magni consilij copiosam obtinuisset benedictionem, cuius mutaretur nomen infame Samaritanæ in Israelitæ, quæ contra Deum fortis fuisset, sed luctabatur potius contra misericordiam Dei, nec vas aquæ sitienti porrigens, & tamen diuina bonitas luctam non deseruit, donec indignæ benedictionem porrigeret. Non rigabat Dominicos pedes lacrymis: non conuersa ad parietem Ezechiæ similis multo fletu diuinam reuocare sententiam nitebatur; non mirandam Niniuitarum pœnitentiam imitata veniam impetrauit; sed diuina bonitas fontem aquæ salientis in vitam æternam & promisit, & dedit, dum de ea obtinenda parum esset sollicita. Agebatur enim Iesus immensa dilectione sua ad hæc hominibus beneficia exhibenda, iam deambulans Iudæam, crastina vadens in Gallilæam, iam pergens in Samariam. Mira res, sponsa in Canticis de reperiendo sponso sollicita aiebat: Indica mihi, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium mearum. Obsecro dilecte mi, vt quæ sunt pascuæ tuæ, indices mihi, vbi in meridie cum ouibus requiescas, ne alienis sociata certum locum, vbi te reperiam, inuenire non possim. Certe animum tui sponsi de hominum salute mire sollicitum in vno certo loco inuenire non potest, vagatur post greges sodalium, vt oues pascat, vt eas a faucibus luporum eripiat, vt potet eas ad fontes aquarum in ipso feruore diei, in quo sicut olim Abraham sole exæstuans, in ostio tabernaculi aduentantes peregrinos expectans, vt hospitio recrearet, recepit Angelos, quos ad consolationem iusti direxerat Deus; in eodem Iesus non Angelos recepit, non peregrinos, sed fornicariam feminam, & a cælestibus bonis peregrinam, & exulem. Hac hora Adamum peccato obnoxium quærierat Deus in paradiso deambulans ad auram post meridiem, sed non eum quærebat fame, & siti fatigatus, sole exæstuans, pedibus incedens lassus, nec vero vt eum ad paradisum reduceret, quo peccando indignus effectus fuerat, vt sententiam audiret homo: In sudore vultus tui vesceris pane tuo, &c. vtq. paradiso pulsus, ad ostium paradisi collocaretur Angelus cum flammeo gladio, qui ingressum cunctis mortalibus prohiberet. Hac hora Dominus Iesus fatigatus terram Samaritanorum ingreditur, vt hanc filiam Adæ, innumerosq. alios idolatras paradiso exules reuocet ad cælum, gladiū ferens flammeum diuini amoris sui, quo igniti homines malum deserant, & in pristinum reuertantur statum. Sic scriptū de eo legimus apud Hieremiā: Si iniquitates nostræ responderint nobis, Domine fac propter nomen tuum, quoniam multæ sunt auersiones nostræ, tibi peccauimus. Expectatio Israel Saluator eius in

Luc. 10.

Ioan. 15.

Aug. in psal. 63.

Cant. 1.

Genes. 17.

Hier. 14.

tempore tribulationis, quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum? Quare futurus es velut
Hier. 1. vir vagus? Quia noxijs herbis scatebat mundus, colonus effectus Dominus venit, vt euelleret, & destrueret has, & salutiferas loco harum plantaret, quia errauerat homo, sicut ouis, viator effectus est, vt eum in viam rèduceret salutis. Sed quid diuinum amorem erga peccatricem hanc feminam miramur? Diuinam sollicitudinem, vt reducatur in bonum, quæ sicut auis auolauit, consideramus eundem esurientem, & sitientem salutem feminæ, quæ ei nec potum aquæ porrigere dignatur, vt hinc stupefacti Dei bonitatem contemplemur. Miremur potius maiora exhibentem erga nos dilectionis signa, non liberalem Dominum in eam, quæ ei potum aquæ porrigere noluit, sed millies magnificum Deum in me, quem ego absynthio, & felle potaui. Miramur eum, qui prædium sudore confectus ingreditur, & fatigatus proijcitur in fontem, nec miramur eum, qui vt nostræ consuleret saluti prædium Gethsemani ingressus est, vbi cepit pauere, & tædere, & vbi sudor sanguinis decurrebat in terram? Si hora quasi sexta iacet in terra, eadem propter me clauis affixus pendet in aere. Mirandum maxime, quod manens duos dies inter Samaritanos perditissimorum hominum multitudinem copiosam ad se traxit, qui extendẽs quotidie manus suas, vt me reuocet a malo, cum operi huic intentus fuerit, dum mihi primum vsus rationis aduenit, ad ipsum ire renui mille implicitus vitijs, in quem acris illa Domini animaduersio consideranda est, cui dicitur:
Hiere. 2. Transite ad insulas Cetin, & in Cedar, mittite, & considerate vehementer, & videte, si factum est huiuscemodi, si mutauit gens Deos suos, populus vero meus mutauit gloriam suam in idolum. Peccatorem rogat
3 Deus læsus, vt misericordiam suam ostendat, libr. quarto, capit. decimo, numer. 4. 5. 11. & 12. libr. decimo quarto, capit. 17. numer. sexto, vsque ad octauum. Peccatori promittit Deus mercedem, vt reuertatur ad ipsum, libr. quarto, capit. decimo, numer. septimo. Peccatores desperati non tantum medicos non adeunt, sed nec ad se venientes recipiunt, libr. decimo quarto, cap. octauo, numer. octauo. Christus nimis optat habere quos saluet, libr. decimo quarto, capit. 23. numer. quinto. Christo datus est spiritus timoris, vt patrem reuereretur, & pietatis, vt homini compateretur, libr. decimo sexto, capit. duodecimo, numer. 60. Christus maledixit ficulneæ, vt ostenderet quod esuriret in homine bonorum operum fructus, libr. decimo octauo, capit. decimo quinto, numer. 28. Deo maior est cura de homine saluando, quam diabolo de perdendo, libr. primo, capit. sexto, numer. 17. Dei prouidentia erga homines, & cura salutis eorum, ibidem numer. 21. & 22. libr. quarto, capit. tertio, numer. 8. 9. 14. 24. vsque ad vigesimum sextum. Dei misericordia ineffabilis ostenditur in conuersione peccatorum, libr. quarto, cap. septimo, nume. 5. 7. 8. & 19. Deus effundere nititur suam misericordiam, sicut fœtum mulier parturiens doloribus cruciata, libr. quarto, cap. septimo, numer. nono, & 19. Deus promptior est ad indulgenda peccata, quam homo peccator ad accipiendam indulgentiam, libr. quarto, capit. septimo, numer. 19, capit. octauo, numer. vndecimo. Cuius misericordia hominum peccatis non vincitur, lib. quarto, cap. septimo, numer. vigesimo. Cuius misericordia tam est in homines iugis, sicut protectio terræ a cælo, ibidem numer. vigesimo quarto. Dei misericordias septem cognoscat homo in se, & cantet, ibidem num. 28. & 29. Deus ardenter sitit hominum salutem, etiam quando illi indigni sunt tanto beneficio, libr. quarto, cap. 23. numer. nono. Deus dicitur nubes roris in die messis, quia refrigerat, & præsente eo cuncta virent & florent, lib. duodecimo, cap. secundo, numer. 9. & 10. In Dei adiutorio non habitant tria hominum genera, non sperantes, desperantes, & frustra sperantes, libr. decimo sexto, cap. vndecimo, numer. 24. & 25. Ecce qua ratione ingens Dei amor in huius mulieris, & huius gentis conuersione considerandus est. Est etiam multa attentione aduertendum, quod Dominus nomine aquæ viuæ, & fontis salientis in vitam æternam recte diuinam ipsius gratiam intelligendam censuit, qua ariditati peccatorũ, qui terra sine aqua sunt, prouidit ipse misericordia sua. Peccator sicut terra est sine aqua, libr. quarto, capit. decimo nono, numer. decimo quarto, capit. vigesimo tertio, numer. decimo. Ad- 4
uertendum igitur est, quod & in Euangelio, & in Epistola hodierna, cuius historia vigesimo capite libri Numerorum enarratur, aquæ fit commemoratio: in Epistola quidem aquæ, quæ contradictionis, & murmurationis dicitur, quando percutiente Moyse bis silicem virga egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt cunctus biberet populus, & iumenta; cumque populus tanto beneficio esset indignus, illud contulit Deus, & sanctificatus est in eis, inquit Caietanus, cum *Caiet.* occasione illius grauiter indignatus est Deus aduersum Moysem, & Aaron, quos ob id ingressu terræ promissionis priuauit, post tot perpessos labores, tot pericula in Aegypto, & in itinere tolerata, perieruntq. in deserto viri Deo gratissimi, cum quibus Deus loquebatur amicabiliter, quorum saluti, conseruationi, & bono tam erat intentus, quibus non pepercit Deus, quia indesideranda, & petenda aqua non debitum seruarunt ordinem. In Euangelio autem hodierno aquam offert, & porrigit Deus, non percussus vt petra, non rogatus, sed vltro

tro peccatrici feminæ. Aquæ humanæ prosperitatis infelicissimæ, & amaræ, quæ vix alicuius boni sunt causa. Aquæ diuinæ gratiæ in noua lege correctæ & peccatoribus, & iustis in ingens eorum bonum. Aqua in bonam & in malam partem capitur in sacris litteris, libr. primo, capit. vigesimo quinto, numer. secundo, tertio, & quinto. Gratia aquæ comparatur, libr. primo, capit. vigesimo quinto, numer. tertio, libr. septimo, c. 8. n. 7. 8. & 13. Quæ fluuio recte comparatur, propter multa, lib. septimo, cap. octauo, nume. 8. & 18. rigatque animas, vt floreant, & fructus faciant, & radices mittant, ibidem num. 16. Aquæ prosperitatis humanæ homi-
Num. 5. nes multis periculis subijciunt, quæ in lege figurabantur in Numeris, vbi scriptum est: Vir, cuius vxor errauerit, maritumq. contemnens dormierit cum altero viro, sed latet adulterium, & testibus argui non potest, adducet eam ad Sacerdotem, quam statuet Sacerdos coram Domino, assumetq. aquam sanctam in vase fictili, & pauxillum terræ de pauimẽto tabernaculi mittet in eam, cumq. steterit mulier in conspectu Domini, ipse autem tenebit aquas amarissimas, in quibus cum execratione maledicta congessit, & dicet: Si non dormiuit vir alienus tecum, non tibi nocebunt aquæ istæ amarissimæ, si autem polluta es, his maledictis subiacebis, putrescet femur tuum, & tumens vterus tuus disrumpetur. Et respondebit mulier: Amen: Amen. Quas cum biberit, si polluta est, inflato ventre computrescet femur, alias erit innoxia. Qua in re id adumbrare voluit Spiritus sanctus, quod anima a Deo per peccatum recedens, fornicataq. cum amatoribus multis, ipsiq. adultera, si bibat aquas prosperitatis huius mundi, temporales diuitias, honores, & dignitates, si eis vti nescit, per eas occiditur, quia per hoc ventres homi-
Prou. 1. num perditorum spiritualiter intumescunt, & femora eorum per luxuriam facillime corrumpuntur, dicente Deo in Prouerb. Prosperitas stultorum perdet eos; sed sanctæ personæ mundi prosperis non læduntur, quibus discrete, & prudenter, & moderate vtuntur. Sunt enim aquæ istæ, quibus boni, & mali
Iudith 7. probantur, quia mali ibidem pereunt, boni ni incolumes abire permittuntur. Iudic. Duc populum ad aquas, & ibi probato illos, ibi cognoscam quis aptus, & quis ineptus est ad bellum, & dum aquæ inflant, homo perit, sicut hi, qui Numer. 20. ad filicem aquis contradictionis potati sunt. Euangelium autem hodiernum dum omnibus offert aquam viuam, qua efficitur fons saliens in vitam æternam, hoc ingenti beneficio hominum prouidet saluti, dum aqua gratiæ suæ homines potans, non solum rigando animam eam in viriditate totius boni conseruat, dona propagat, augescit, sed & ab igne cupiditatum sæculi eam liberat, & quod mirandum amplius est, animam sustentat. Quod eleganter Hieronymus osten- *Hieron.*
dit edisserens verba illa: Omnes sitientes *Esai. 55.*
venite ad aquas, & qui non habetis pecunias, properate, emite, & comedite, inquit aquas emendas, dicit, vt comedantur: nonne melius diceret, vt eas potarent & biberent? Quis enim vsquam potu aquæ famem extinguere valuit? Ad sedandam sitim adinuentæ sunt aquæ, panes autem, vt prouideatur fami. Id quidem verum est in humanis, cæterum in aqua hac de qua loquimur, vtrumque inuenimus, & famem tollit, & sitim extinguit. Famem dirimit, ne homines famem patiantur, vt canes, honorum, diuitiarum, delectationum, extinguit sitim, vt cuncta terrena vilescant, sicut Dominus *Hieron.*
promiserat per Ioelem dicens futurũ in terra *Ioel. 3.*
adueniente Messia: Per omnes riuos Iuda ibunt aquæ, & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum, & peccata nostra, quæ nullam frugem habuere iustitiæ, commutentur in Domini noualia, & ariditatem nostram rigent, & pro spinis flores virtutum multiplices germinemus. Gratia dicitur aqua, quia purgat animam a sordibus peccatorum, quod refrigeret æstum noxiarum cupiditatum, ac mentem fœcundet, & quod sitim carnalium rerum tollat. De aqua hac, quam gratiam significare aiunt Sancti, quatuor dicit Iesus in hoc loco, quod aqua sit, quod viua, & saliens in vitam æternam, & quod semel hausta sitim perpetuo extingueret. Aqua, de
qua scriptum est: Effundã super vos aquam *Ezec. 36.*
mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, vt lota anima super niuem dealbetur, quæ ante aduentum eius denigrata erat super carbones, & audiat *Psal. 68.*
Deum dicentem: Si dormiatis inter medios cleros, alij pro, cleros, cacabos verterunt. q.d. Vates Regius, si huc vsque inter cacabos sordibus, & nigredine plenos iacuistis inferni imaginem portantes, diuina aduentante gratia eritis ita candidi, velut columbæ speciosissimæ alæ, etiam si argento, & auro exornatæ sint. Cumq. aquæ sit proprium, vehementem æstus calorem temperare, gratia præstat, ne concupiscentiæ interiora depascant, & consumant. Estque aqua viua, a qua motus sensus in homine oriuntur huic vitæ spirituali conuenientes, quibus caret homo peccatis mortuus, qui nec videt, nec audit, &c. quæ ipsum expediant. Salit in vitam æternam, quia terrenos homines attollit in cælum, quia mentes eorum, quos plene possidet, ita cæli amore incendit, vt sola quærat ea, & cogitet, & sapiat, quæ sursum sunt. Vnde cũ primum virtute diuina mulier hæc aquam hanc recepit vinam, numquam quiescebat, sed assidue procedebat ad vlteriorem virtutum progressum, prouocans, & extimulans, cuncta terrena ei vilescunt, vniuersa deserit, relin- *Chrysost. ho. 33. in Ioan.*
quit hydriam. Cumq. (Chrysostomus) verum

fontem inuenisset mulier, contempsit alterum, & docuit sæcularia omnia contemnenda spiritualium gratia. Hydria enim, ait
Aug. lib 83. quæst. Augustinus, amore sæculi significat, hoc est, cupiditatem, qua homines de tenebrosa profunditate, quam puteus significat, id est, de terrena cõuersatione hauriunt voluptatem, qua percepta, iterum in eius appetitum ardescunt, & sitiunt iterum. *Relinquit ergo hydriam* qui gratiam acceperat renuntiãs sæculo, & delectationibus eius. Origenes ait:
Orig. ho. 10. in Genes. Rebecca quia quotidie veniebat ad puteos, & hauriebat aquas, inuenta est a puero Abraham, & in matrimonium Isaac iuncta. Vult te Iesus sibi desponsare, sed hoc fieri non potest, nisi ad fontem venias, & haurias
Ioan. 7. aquam, de qua scriptum est: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat, vt & tu dicas: Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. Hanc gratiam porrigit Deus animæ, sed cum illi homo cooperatur, ideo postulat eam mulier, & virum ad id vocandũ ait Dominus. Gratia interiora hominis & exteriora ad Deum trahit, li. 1. ca. 22. nu. 16. Gratia Dei illuminatur peccator, & accenditur, lib. 3. c. 4. nu. 14. vsque ad 16. lib. septimo, cap. 8. numer. 9. Gratia Dei carere facit hominem lãguoribus Aegypti, id est, malis, libr. 7. cap. 8. numer. primo. Gratia Dei ignis dicitur, quia consumit peccata, aqua, quia abluit, & refrigerat, ibidem numer. 7. 8. & 13. Gratia Dei quo magis intus replet animam, eo latius foris bonorum operum multiplicat gressus, ibidem numer. 19. lib. 18. cap. 10. num. 23. Gratia pluuia voluntaria dicitur quia sine meritis datur, libr. 7. capit. 8. numer. 25. Gratia Dei constituit hominem in odio præteritorum malorum, contemptu præsentium, & desiderio futurorum, ibid. nu. 26. Gratia animam in vitiorũ odia, & in virtutum amorem ineſtimabiliter excitat, numer. 31. Hæc renouat hominem, & mutat in virum alterum, numer. 32. Gratia principaliter operatur bonum, cui cooperatur homo, lib. 7. capit. 9. numer. 5. 6. 8. vsque ad 16. & 19. Gratia Dei est, bonum cogitare, velle, & perficere: primum operatur sine nobis, secundum nobiscum, tertium per nos, libr. septimo, capit. nono, numer. vigesimo tertio, libr. octauo, capit. tertio, num. 22. Per liberum arbitrium potest homo bene agere, sed quia natura lapsa est, reparatur per gratiam, lib. 7. ca. 9. nu. 4. 5. 7. 14. vsque ad 16. 18. vsque ad 21. Hæc ergo duo in hoc Euangelio diligenter considerandа sunt, alterum pertinens ad diuinum amorem, diuinamq. bonitatem intelligendam in hoc facto, alterũ quod gratiam nomine aquæ recte significauit, vltra hæc alia sunt breuiter adnotanda.

5 *Hora erat quasi sexta.* Hac hora ieiunus in fonte Sichar Dominus Iesus Samaritanam expectabat, vt doceret maiores ad populi negotia mane surgere, non ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam; Iesus prius in conuersione huius mulieris totus occupatur. Sic dixit Deus Moysi: Vade ad Pharaonem mane, ecce egredietur ad
Exod. 7. aquas, & stabis in occursum eius super ripa fluminis. Ad populi negotia mane surgere docet Deus Moysen; & in Genesi dixit Ioseph:
Genes. 43. Mecum comedent viri meridie. Meridie, ait, quia prius in populi negotijs occupatur. Iustorum enim est aliorum negotia, & commoditates suis delicijs, & commoditatibus anteponere. Tobiæ 2. cum audisset sanctissimus vir ad mensam positus iugulatum hominem in platea iacere, statim exiliens de accubitu suo, relicto prandio, ieiunus peruenit ad
Genes. 24. corpus. Et in Genesi seruus Abrahæ, cui merito demandatum negotium de quærenda vxore ipsi Isaac erat, dixit: Non comedam, donec loquar sermones meos, & accepta vxore, comedit, nec prius id fecit, licet esset ex itinere fatigatus, vt enim aie-
August. bat Augustinus in regula: Charitas, de qua scriptum est, quod non quærit quæ sua sunt, sic intelligitur, quia communia proprijs, non propria communibus anteponit. Quanto autem rem communem amplius, quam propria vestra curaueritis, tanto vos amplius proficere noueritis. Bonum commune, & non proprium appetat, qui Deo locum parare vult in se, libr. decimo quarto, capit. 15. numer. 23. Proximorum bono nimis intenti erant Sancti, lib. primo, capit. octauo, numer. secundo, capit, 13. numer. secundo, cap. decimo quarto, numer. 1. 10. 11. 22. 23. 25. & 30. capit. 15. numer. sexto, vsque ad octauum. Proximi salutem curet homo, nec propria contentus otio torpeat, lib. 14. cap. 28. num. 11.

Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Videtur locus hic contrarius
Eccles. 24. illi, vbi dicit Sapiens: Qui eduut me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient. Sed dicendum aliter illo loco accipi sitim, & aliter hic. Nam hoc loco sitis est desiderium rei nondum adeptæ, aut carentia rei necessariæ ad vitam. Ibi vero est sermo de siti, hoc est, desiderio, quo id, quod habetur imperfecte, perfectius desideratur, aut quo id, quod habetur perfecte, desideratur sine omni fastidio semper adesse, quo modo etiam Sancti Deum semper sitiunt in patria. Dicitur etiam non sitire in æternum, quia gratia quantum est ex se, tollit sitim in perpetuum, quamuis ex parte liberi arbitrij euacuantis se gratia Dei proueniat nonnumquam noua [illegible]is. Fit in eo fons saliens, id est, semper augescens, & ad bona opera profluens, vsque dum perducat hominem in vitam æternam. Sitiunt Deo iusti, peccatores sitiunt sæculo lib. quarto, cap. vigesimo octauo, numer. decimo sexto. Sitis est in bonis, & in malis, illi sitiunt iustitiam, isti patiuntur sitim audiendi verbum

bum Dei lib. sexto, cap. 1. numer. 1. vsque ad 3. 8. & 9. Arbitror autem quod consideratione multa remedium huius peccatricis luxuriæ deditæ specialiter a Domino promissum est sub nomine aquæ, & fontis, quo siti huius peccati prouideatur, dum numquam homines luxuriando satiantur. Peccatum enim hoc præterquam quod difficilem cura-
6 tionem habet, dum hominem possidet, semper illum ad peccandum incessanter instigat: vnde vt Iesus doceret, difficile esse remedium, tot medijs mulierem hanc est aggressus, quibus eam a perdito statu, in quo erat, reuocaret, eamq. fonte indigere monstrauit, quo prouideret concupiscentiæ huius morbi. Luxuriæ passiones, quam difficulter vincantur, ostenditur, libr. 2. capit. 5. num. 14. cap. 17. numer. 25. lib. 3. cap. 3. nume. 21. & 24. lib. 6. cap. 12. numer. 1. 2. & 15. Sunt enim luxuriæ potentissima arma ad homines perdendos, & vincendos, lib. 6. cap. 12. num. 8. 11. & 13. Fornicationis peccatum magnis remedijs diluendum est, lib. 6. cap. 12. num. 5. 11. & 15. Fornicationi assuetus numquam propria vxore contentus est, ibidem num. 7. Fornicationem sic abominatur Deus, vt pro nullo alio peccato sic manifestam vindictam vsquam exercuerit, libi eodem num. 11. Misit q. Dominus allocuturus feminam discipu-
Matth. 18 los in ciuitatem, non solum, vt illius honori prouideret corrigens eam, sicut apud Matthæum dixerat, sine testibus (de qua re diximus multa feria tertia anteriori) sed fortassis, ne dum publicum fit peccatum, fiat illi frons meretricis, vt non erubescat, abiecto que pudore, licentius peccet. In feminis innata verecundia multoties facit, vt a vitio hoc abstineant, quæ si semel amittatur, audit: Fornicata es cum amatoribus multis', ideo absente erubescentia liberius huic te vitio tradidisti. Feminæ inuerecundę viros sollicitant ad malum lib. 3. cap 3. numer. 24. Feminæ malæ nullæ bestiæ in hoc mundo valent comparari, lib. vndecimo, cap. 11. numer. 6. vsque ad 8.

7 *Patres nostri in monte hoc adorauerunt, &c.* vsque ad illa verba: *Et eos, qui adorant eum in spiritu & veritate, oportet adorare.* In quibus verbis id in primis docere voluit Dominus, quod vmbræ adueniente ipso cessarent, & quod in spiritu adorandus esset pater, quod facit, qui animo, & his quæ animæ sunt, Deum colit, qui scilicet, curat puram illi exhibere mentem, quique fide sincera de illo optime sentit, spem omnem suam in illum collocat, charitate fertur in illum, pie erga illum affi-
citur, atque ob hæc de commissis peccatis intra se ex animo compungitur, corpus suum castigat, & in seruitutem spiritus redigens de acceptis bonis ex corde Deo gratias agit, nihilq. prætermittit, quod Deo nouit beneplacitum, aut saltem ab eo præceptum. Non ergo per cultum hunc spiritualem excluditur omnis corporalis seruitus, quin potius multiplex includitur, scilicet, vt carnem nostram crucifigamus cum vitijs, & concupiscentijs vt corpora nostra exhibeamus *Hebr. 15.* Deo hostiam viuentem, & sanctam, vt beneficentiæ & communionis non obliuiscamur, quibus hostijs promeretur Deus, vt illum ore & laudemus, & inuocemus. Hæc enim quatenus ex spiritu, & animo docemur ad cultum pertinent spiritualem. Sic & externæ quædam cæremoniæ, quatenus faciunt ad promouendum spiritum in Deum, per cultum spiritualem non sunt exclusæ, sed tantũ hic a Christo illæ excluduntur cæremoniæ, quæ veritati repugnant. De re hac disseruimus feria quarta anteriori, cum Dominus externa Pharisæorũ opera videtur condemnare, vbi docuimus virtutem præcipue consistere in interiori homine, vnde externi actus multiplicandi sunt. Voluit etiam docere Dominus, quod hominum salus limitanda non esset ad certum vnum locum, siue Hierosolymitanum templum, siue alterum in Garizin ædificatum sit. Hominum salus fidelibus patens nullo angustatur loco, nec audeo, ait Hieronymus, diuinam potentiam *Hieron. epist.* ad solitudinis angustias coarctare, si quidem *13.* Iesus id noluit, cum dixit: *Quia venit hora, quando nec in monte hoc, nec in Hierosolymis adorabitur pater*, sed omnem locum hominum saluti cẽsuit accommodatum etiamsi alia alijs præstent. Vt loco non fidant homines, melior fuit Iob in stercore, quam Adam in paradiso, lib. 10. cap. 9. nume. 3. Loca mentem non mutant, vnde si spiritus desit, non iuuat locus, ibidem num. 5.

Venerunt discipuli eius, & mirabantur quod cũ 8
muliere loquebatur, quia nouum erat, quod solus cum sola loqueretur. *Mirabantur*, vbi docemur feminarum fugere confabulationes, nisi iusta causa ad id compellat. Vbi sunt, qui sibi ipsis fidentes inter medios feminarũ choros tutos se esse arbitrantur, cum in Genesi videntes filij Dei filias hominum solo *Genes. 6.* visu fæde ruerint? Numquid sanctior tu filijs Dei, quos ex feminarum pulchritudine offensos hic commemorat scriptura? Vnde Salomon, qui tantum periculum cum ingenti animæ suæ nocumento fuerat expertus in libro pœnitentiæ suæ, in quo Hieronymo attestante, ad Deum reuersus est (libr. 14. cap. 18. nu. 17.) inquit: Virginem ne conspicias, *Eccl. 9.* ne forte scandalizeris in decore illius. Auerte autem faciem tuam a muliere cõpta, & ne circumspicias speciem alienã. Propter speciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiscentia, quasi ignis exardescit. De re hac multa eleganter disserunt Sancti. Feminarum colloquia caueat, qui castus esse vult, lib. 3. cap. 3. numer. 4. 5. 11. 12. 19. 20. 35. vsque ad 39. libr. sexto, cap. duodecimo, numer. 11. lib. 11. cap. 11. numer. 2. 4. 10. 13. & 19. Feminarum colloquijs non noceri stulte dicũt aliqui, & falso, lib. 3. cap. 3. nume. 5. 37. & 38. Feminæ quanto inferioris fuerint conditio-

nis, tanto magis vitandæ sunt, ibidem num. 20. Feminæ cauendæ,& quia paucæ sunt bonę, & etiam propter periculum, lib. 6. capit. 12. numer. 9. & 10. libr. 11. capit. 11. numer. 5. Feminarũ colloquia maxime vitabant Sancti, lib. 11. cap. 11. numer. 13. Sed quia feminarum colloquia non semper taxanda sunt, & discipuli tacẽt, & Iesus loquitur solus cum muliere, licet raro id futurum sit. Feminarum consortia non semper mala sunt, ita vt semper condemnemus Sanctos feminis deuotos, lib. 11. cap. 11. num. 14. 15. & 17. ca. 14. num. 11. Feminarum amicitiæ, etiam viris sanctis, regulariter pariunt infamiam, ibid. lib. 11. cap. 11. num. 9.

9 *Meus cibus est, vt faciam uoluntatem eius, qui misit me.* In his verbis illud diligenter considerandum est, quod Iesus, dum hominem ad se trahit manducare dicit, quasi eum in stomachum traijciat, & virtute diuina caloris eum mutet, vt Augustinus dixerat in confessionibus: Nec tu me mutabis in te, sed tu mutaberis in me. Vt enim ceruus fame pressus serpentes sorbet, & edit, quas vi caloris eximij in se conuertit, sic & Iesus cibum hunc vehementer appetens venit lassus in Samariam, vt in sudore vultus sui verus filius Adæ vescatur cibo suo, & comedit homines, qui serpentes sunt, & his peiores, & eos in se transmutat. Quid diceret homo, si videret alterum fame tabidum terram edentem, colubrum deglutientem, aut ignem vorantem, venenum masticantem, certe aut cum prorsus stultũ crederet, vel fame extra se positũ talibus subijci periculis. Talis erat Domini nostri fames, qui ea motus hominem carnalem, qui terra est, glutit, iratum, qui igni comparatur, vorat, nec horret Samaritanorum conuersationem. Vnde cum cecidisset supra Petrum mentis excessus, vidit linteum magnum, in quo erãt omnia quadrupedia, & serpentia, & facta est vox ad eum: Surge, occide, & manduca, cumq. respondisset: Immundum numquam manducasse, audiuit: Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris. In qua reuelatione mandendum centurionem, recipiendos gentiles, & idolatras ad fidem docere voluit, ostendens eos, cum cibus Dei facti sunt, iam sanctificatos, & effectos esui aptos. Cumq. Dominus ficulneam non habentem ficus siccasset, docere voluit homines esse cibus illius, quibus libenter vescitur. Et vt vulgo dicitis *a la hambre no hay pan malo* sic Iesus nullum peccatorum genus horret, sed gaudet, & comedit, cum eos mutat in Sanctos, vt qui adhæret Deo vnus spiritus sit cum eo. Vnde aiebat Bernardus: Cibus Dei pœnitentia mea, cibus eius salus mea, & ego ipse. An non cinerem tamquam panem manducat? Ego autem, quia peccator sum, cinis sum, vt manducer ab eo. Mandor cum arguor, glutior cum instituor, decoquor cum immutor, digeror cum transformor, vnior cum conformor. Mira res, quod cibum suum vocitet Deus meretricis conuersionem. Sicut enim qui famem patitur, id solum cogitat, qua ratione illi prouideat, etiamsi primogenita vendat propter esum lentium, immo femina fame pressa filium coquet, vt illam moderetur; sic Dominus, vt famem patiens hominum, remedio cunctorum oblitus intentus erat, tantus eius erat erga homines amor. Et hac etiam ratione regiones dixit albas ad messem, cum Samaritanorum instaret conuersio, vt illud innueret tempus gratissimum esse bonitati suæ, sicut illud est, quo agricolæ falces in segetes mittunt post innumeros perpessos labores, cum eas multis periculis lapidum, nebulæ, siccitatis, &c. viderint ereptas. Sed eleganter docet Bernardus exponens verba illa: Qui pascitur inter lilia, quod virtutes Sanctorum, quia multis imperfectionibus subduntur in hac vita, cibus dicuntur Domini, potus autem in cælo vbi cunctæ in actibus studiosis desunt imperfectiones. Virtus in hac vita cibo, in sequenti potui optime comparatur, lib. 18. cap. 8. num. 17.

In Psal. 41

Act. 10.

1. *Cor.* 6.

Serm. 71. *in Cant.*

Bern. ser. 71. *in Cant.*

SABBATO POST Dominicam Tertiam in Quadragesima.

Euangelium.

Perrexit Iesus in montem Oliueti, & diluculo iterum venit in templum.
Ioan. 8.

Vide libr. 4. *cap.* 11. *numer.* 29. *lib.* 14. *cap.* 10. *numer.* 14. *lib.* 16. *cap.* 11. *num.* 23.

1 *Sabbato Dominicæ 3. in Quadrag. Leuit.* 20.

IN Euangelio hodierno, in quo Dominus feminam adulterã de crimine conuictam, & iuxta legẽ accusatam absoluit a culpa, & legis pœna, qua sancitũ erat, non solum adulteras, sed & adulteros lapidibus obruendos esse, illud diligenter considerandum est, quibus rationibus Iesus adduci potuit, vt tam misericorditer se gesserit cum muliere adultera, quæ de commisso crimine veniã non postulabat, cũ tamen in crimine hoc essent, quæ mouere Dominum possent, vt verbis, & factis ostenderet execrabile nimis esse scelus hoc, in quo diuinus honor, fama proximi, bonum commune reipublicæ, multaq. alia periclitantur, maxime autem cum mulier tunc actu deprehensa esset in adulterio, & peccatũ nulla tergiuersatione celari potuisset, pro quo non

non satisfecit iniuriæ viri, nec scandalo proximorum, cuius peccatum secretum non fuisse constat, dum Scribis, & Pharisæis innotuit. Ex cuius dissimulatione non modicum nocumentum toti Reipublicæ posset contingere, dum timore pœnæ sublato, cuius formidine oderunt peccare mali, fragiles feminæ in gra uem virorum infamiam fornicarentur, freno omni prorsus abiecto. Huius mulieris culpa inter eas semper numerata fuit, quarum punitionem vix, autraro Deus dissimulauit. Nec in ea solum, sed in fornicatione, in qua iniuria proximo non irrogatur, Deus acer extitit semper vindicator, cuius ratione inundante diluuio vniuersus orbis periit, & filij Israel amore Madianitarum ducti, cũ eis fornicantes acriter puniti sunt viginti quatuor millia hominum; vt enim scortis placerent etiam Deos earum adorauerunt. Et eccevnus de filiis Israel intrauit coram fratribus suis ad scortum Madianitidem, vidente Moyse, & omni turba filiorum Israel, qui flebant ante fores tabernaculi. Quod cum vidisset Phinees, filius Eleazar, surrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione ingressus est post virum Israelitem in lupanar, & perfodit simul uirum & mulierem. Dixitque Dominus ad Moysem: Phinees auertit iram meam a filiis Israel, vt non ipse delerem filios Israel in zelo meo. Fornicatio mundum inuoluit quotidianis malis, & bellis, lib. sexto, cap. 12. nume. 6. 8. & 13. Fornicationem, eiusque damna abominabantur gentiles ibidem nume. nono. & 10. & nume. 11. docetur, quod Deus pro nullo alio peccato tam manifeste de hominum genere se vindicauit, nec immerito, quia etsi vitium hoc non sit omnibus grauius, sed tamen funditus virtutes animæ perdit, lib. 6. cap. 12. nume. 13. 14. 16. & 18. Estque multorum flagitiorum radix, ibidem eodem num. 18. Et propter istam rationem Deus tam cito, & rigide animaduertit in eos, qui huic peccato dediti sunt: cumque adulterium hæc eadem habeat inconuenientia communia, eadem nocumenta, eadem pericula, hisque addantur alia maiora, dissimulatione præterire pœnam æquum non videtur. Nec mirum quod Moyses iuberet huiusmodi lapidare ab Hebræis, qui fideles erant, cum gentiles summe etiam adulterium execrarentur, sicut considerat Chrysostomus adducens duo, quæ acciderunt Abrahæ pericula occasione Sarę vxoris suæ, alterum in Genes. vbi fame compulsus Abrahã ascendit in Aegyptum, dumque consideraret vxoris suæ pulchritudinem, timuit ne occideretur a Rege, vt vxorem Patriarchæ duceret: certo enim credidit, quod pro minori inconueniente duceret Rex innocentem occidere, quam adulterium committere propter suppli cium, quod crederet a Deo non dissimulandũ. Itaque rei huius difficultatem, & magnitudinem periculi considerans Abraham indubie sibi persuasit, quod Rex barbarus potens & nimio amore pulcherrimæ feminæ æstuans, passioneque hac omnium vehementissima excitatus, prius ad homicidium, quam ad adulterium properaret, minus id reputans inconueniens (licet falso) Et cum eam sororem crederet Patriarchæ, & in uxorem eam vellet accipere, & cum hæc apud Dominum Regem barbarum possent excusare, nihilominus ut adulterij crimen execrandum doceret Deus, ait scriptura: Flagellauit Dominus Pharaonẽ plagis maximis, & domum eius propter Sarã vxorem Abrahã: vocauitq. Pharao Abraham, & dixit ei: Quid nam est hoc quod fecisti mihi? Quare non indicasti mihi, quod uxor tua esset? Cum res sic se haberet, Regem plagis maximis vulnerauit, vt innotesceret ipsi, & toti orbi, adulterium semper acriter vindicandum a Deo, cum ignorantia non profuerit Pharaoni volenti accedere ad uxorem proximi, quam & sororem illius credebat, & matrimonio prius eam sibi coniungere disponebat. Cumque idem obtigisset Abimelech Geraro rum Regi, cum Sara quam etiam Abraham dixerat sororem venit continuo Deus ad Abimelech per somnium nocte, & ait illi: En morieris propter mulierẽ, quã tulisti, habet. n. virum. Abimelech vero non tetigerat eã, & ait: Num, Domine, gentem ignorantem, & iustam interficies? Nonne ipse dixit: Soror mea est? & ipsa ait: Frater meus est? in simplicitate cordis mei & munditia manuum mearum feci hoc, Deus ita hoc esse comprobauit, & propter hanc causam: Non te dimisi, ait, ut tangeres eam. Nunc ergo redde viro suo vxorem, & orabit pro te, quia Propheta est, & viues. Statimque de nocte consurgens Abimelech vocauit omnes seruos suos, & locutus est vniuersa verba hæc in auribus eorum, timueruntque omnes viri valde. Vocauit Rex Abraham, & ei indignatus dixit: Quid fecisti nobis? Quid peccauimus in te, quia induxisti super me, & super regnum meum peccatũ grande? Deditque Rex munera Abrahæ, quo orante, sanauit Deus Abimelech, & uxorem, ancillasque eius, & pepererunt. Concluserat enim Deus omnem vuluam domus Abimelech propter Saram. Qua in re multa aduertere necessarium est, ignorantia facti, quod surrexit Rex intempesta nocte, vt traderet vxorem viro suo, quod rem gestam narrauit suis, qui metu grandi concussi erant, quod alienam vxorem non contigerat, & tamen talibus orationibus indiguit, ut Dominus placaretur.

Ratio autem, propter quam Deus tam acriter sæuiebat in patratores huius criminis, licet alia essent grauiora, ea erat, quod uariis mediis remedio huius mali, quod in orbe frequentissimum est, esset insistendum, verberibusque attriti homines vix luxuriæ passionẽ moderarẽtur, quam Augustinus censuit vocatam ab Hieremia malleũ vniuersę terræ, quo velut instrumento vtitur dæmon ad uniuersos homines conterendos. Immo ut Hieronymus docet in Amos. Vbi nostra lectio habet: Ecce Dominus stabat super murum litum, &

in

Gen. 6.

Numer. 25

Chrysost. hom. 32. *& 51. in Gen. ap. Genes.* 12.

Genes. 20.

Augu. lib. de honest. mul. Hiere. 50.

Amos 7. *Hieron.*

in manu eius trulla cæmentarij, &c. septuaginta interpretes verterunt: Et ecce vir stabat super murum adamantinum, &c. Adamas iuxta Xenocratem, qui de naturis lapidum scripsit, talis naturæ est, quem latini indomitum possumus appellare. Nam si ponatur super incudem, & graui ictu feriatur mallei, antea incus, & malleus vulnus accipiunt, quam adamas conteratur. Cumque adamas omnia metalla consumat, reddit adamantem duriorē, & nulla lima imminui potest, sed e contrario limam terit. Hic lapis solo hircorum cruore dissoluitur, & missus in calidum sanguinem perdit fortitudinem suam. Sancti adamantes facti, qui clamant: Quis nos separabit a charitate Christi? &c. qui audiunt: Si transieris per ignem, flamma non comburet te, cum a nullo superari queant, solo mortiferæ libidinis calore dissoluuntur. Hæc enim sanguinis hircorum, & hirci dicitur esse natura, ut sit ad libidinem calidissimus, & quod ignis edomare nequeat, solus illius dissoluat cruor. Luxuriæ armis uincuntur Israelitę, qui insuperabiles erant hostibus, lib. 14. capit. 12. nume. 2.

Rom. 8.

Esa. 43.

Num. 24.

A luxuria post longa virtutum exercitia homo securus non est, lib. 14. cap. 22. numer. 11. Cum ergo malum hoc tam sit frequens in mũdo, quod omnium fere hominum genus inuasit, dissimulatione non egebat, maxime cũ per adulterium femina viri thorum fœdet, & turpiter honorem eius prosternat, quod crimen gentiles fugiendum docebant, non solum quia illud aiebãt uoluptati contrarium Epicuræi, lib. 1. cap. 4. num. 1. & 4. sed quia legi naturæ contrariabatur, num. 1. Adulterium acriter punit Deus, num. 2. & 3. Adulterium grande scelus est, taleque creditum a gentibus, ibidẽ numer. secundo, usque ad quartum, & septimum. Adulterium inexcusabile malum est, dũ homo propriam habeat uxorem, qua inordinatis animi motibus valeat prouidere, libr. 6. cap. 12. num. quinto, & octauo. Paulus Sathanæ tradendum iudicauit fornicarium Corinthium in interitum carnis suæ, ut hoc medio spiritus fieret in die Domini saluus. Et apud Hieronymum in epistola Eusebij ad Damasũ de obitu Hieronymi docetur, quod propter hoc solum peccatum dixit Deus: Pœnitet me fecisse hominem, quem deleuit, vt deleto per diluuium orbe, qui remansissent incolumes huic malo diligentissime prouiderent in se, & in filiis, ne acrem experirentur tanti sceleris vltorem Deum. Et ut difficultatem in præcauendo adulterio doceret Chrysostomus, docet Ioseph triumphum de adultera illo fuisse gloriosiorem, quo adolescentes in fornacem ignis coniecti Deo astante incendium superare valuerunt. Additur his, quod peccatum hoc inter omnia inuoluit animam hominis incredibilibus miseriis & nocumentis, quæ docet sanctus Thomas. Vbi referens Grego. 31. lib. moral. c. 31. recensens turpitudinis filias octo matri suę similes, quas audire horret animus, videlicet, cæcitas mentis, inconsideratio, præcipitatio, inconstantia, amor sui, odium Dei, affectus præsentis sæculi, & horror futuri, quæ omnia parit luxuria, ut mater filias. Cum ergo tale sit hoc crimen, in quod homines tam vehementer feruntur, abiecto prorsus rationis freno, ut homines arceret ab hoc malo, feminam hanc lapidibus obruẽdam tradere debuisset, quo facto, qui Domini misericordiam, ac dilectionem in proximos agnoscebant, ipsumque audierant dicentem: Non uenisse, & iudicaret mundum, sed ut saluaret, opera exhibiturus misericordiæ potius, quã iustitiæ, monerentur a patratione huius sceleris, ut audire potuissent, quod dictum est, de his, quos turris Siloe occidit: Putatis quia & ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Hierusalem? Non dico uobis, sed si pœnitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis. Cecidit turris super illos, vt alij resipiscerent, ne cum similes essent in crimine, & pares, par eos inuolueret sententia: Sic adulteri viri & feminæ pertimescerent factum, quod Iesu benignitas tam seuere uindicauit. Nec in re hac grauitas adulterij solum consideranda est, quod crimen Deo tam fuit semper inuisum, quod acriter semper vindicauit, eo quod & innumera causaret in anima, immo & in Republica nocumenta, vtpote quod multorum malorum sit radix, sed illud etiam in re hac gesta animaduertendum videretur multum, quod crimen hoc, vtpote iam publicum, scandalosum esset, quod dissimulare Deus vix consueuit, dicente Paulo: Vtinam abscindantur, qui uos conturbant: portabit iudicium suum, se cum feret peccatum hoc vindictã, quantęcumque sit auctoritatis, qui illud patrauit, & qui peccata grauissima, quibus frater non turbatur, aut scandalizatur, dissimulat, punit ea, in quibus turbatur frater, idque grauiter. Et cum Paulus fornicarium Corinthium Sathanæ tradidit, scandalum, quod vergebat in nocumentum fratrũ, voluit tam acriter uindicare. Immo vero uiros sanctissimos, quibus Deus obligatur bonitate sua, post innumera in eos collata beneficia, post multos, miroſque patratos fauores, sicut in Moyse, & Aaron accidisse aduertit Gregorius, quibus ad inuidiam concitati sunt Israelitici populi proceres, & hac de causa perempti, tales, tantique viri terram promissionis non sunt ingressi: Quia non me sanctificastis dixit Deus coram filiis Israel, non introducetis hos populos, nec terra fluente lacte & melle fruemini post innumeros perpessos labores, quia ad aquas contradictionis meam coram populo non aperuistis potẽtiam, qua silex posset copiosissimam effundere aquam, vnde populus occasionem accepit ruinæ. Scandalum grauius peccatum est, grauiusque puniendum, quam qui sine scandalo maius peccatum committit, lib. 16. capit. 8. num. 17. & 18. Scandala nusquam remanent impunita, in quibuscumque ea inueniantur, numer. 17. vsque ad vigesimum, & 24. Ideo enim

1. Cor. 5.

Chry. ho. 44 in Gen.

S. Tho 22. q. 153. ar. 5.

enim peccata potentium, quibus alij patrocinatur ad malum, tam seuere puniuntur, quia vergunt in nocumentum aliorum, lib. tertio, capit. decimoquinto, nume. decimo, lib. quarto, capit. 18. num. 21. 23. & 24. lib. 6. capit. 11. num. 6. 13. vsque ad 15. lib. 14. cap. 17. num. 15. Præterea non quęrit mulier hæc adultera Dominum, cui astans retro secus pedes eius lacrymis eos rigaret, capillis tergeret, & oscularetur, & vngeret, miram peccati detestationem præ se ferens, si enim hæc ageret, non mirum quod audiret: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Si clamaret importunis, assiduisque precibus: Miserere mei fili Dauid, quia anima mea male a dæmonio vexatur, non mirum, si misericors Dominus respondisset: Fides tua te saluam fecit, vade in pace, fiat tibi sicut uis. Aut si conuersa ad parietem rigaret lacrymis stratum, non mirum, quod audiret: Vidi lacrymas tuas, non morieris, licet lex lapidandos dicat adulteros. Si peccasse fateretur super numerum arenæ maris, uelut Manasses Domini misericordiam impetraret. Vel saltem dicens breue uerbum: Peccaui, non mirum, si expectaret amicabile verbum, & dulce: Dominus quoque transtulit peccatum tuum a te. Peccata enim delenda sunt per pœnitentiam, iuuante Deo, lib. quarto, cap. 14. num. secundo. At hæc coram Iesu accusata, cum tot essent, quæ eius animum mouere possent ad compunctionẽ, infamia, mortis periculum, mariti inhonoratio, tanta hominum multitudo, mira Domini grauitas, cum lapidi similis, nec verbum proferens, nec lacrymis loquens dicente Deo: Non taceat pupilla oculi tui, quæ lacrymas fundens & melius, & altius ore diuinam interpellaret clementiam, & cum in re illa tot uidisset operata a Domino noua, quæ ipsam possent mouere ad rei magnitudinem considerãdum nusquam diuinam interpellasse misericordiam scimus. Ex his omnibus conijectare certo licet, multis, grauibusq. rationibus, & causis motum Iesum ad miserendũ, ad condonandam tam grauem offensam, etiamsi Pharisęorum animos verba illa: *Nec ego te condemnabo* mouere possent, ut Christum tamquam transgressorem legis Moysi calumniarentur. Et in primis illud est multum simile vero, taciturnitatem hanc, silentiumque feminæ turpiter accusatæ, & conuictæ de adulterio in præsentia tot testium, qui religionis notam prę se ferebant, in templo, ubi ducta est, coram Domino Iesu, qui verbis, oculis, mirandisque motionibus eius animum impellere ad tanti criminis detestationem, id egisse, vt immanitatem agnoscens peccati mutata effecta esset, vtpote quę excusationem nec potuit, nec voluit prætexere coram Deo, adhęrebat lingua eius faucibus, dum Dei bonitatem considerabat offensam. Confundebatur, & Deus humilia respiciens in terra, eius miseratus est, quoniam, ut Bernardus aiebat, humiliatio uia est ad humilitatem, etiamsi multi humiliati non fiant humiles, lib. octauo, cap. 6. num. 12. 14. & 15. cap. septimo, nume. 12. 13. & 17. Cumque hęc & crimen contemplaretur inter omnia inuisum hominibus, turpe, & quod negare non posset, turpiter confusa nõ mirum quod confusio hęc adduceret illi gloriam. Et proculdubio taciturnitas tam ingẽs feminæ nec verbum loquentis vllum, prodebat oculis Domini, qui in omni loco contemplantur bonos, & malos, confusionem non modicam, quam protendebat similis effecta publicano, qui in angulo templi existens nec oculos ad cælum leuare audebat, sed in intimis animæ percutiebat pectus dicens: Deus propitius esto mihi peccatrici. Non consistit peccatorum dolor in multiloquio, sed in interiori detestatione criminis, qua homo detestatur peccatum, & dolet, dum considerat Dei bonitatem offensam. Obmutuit Dauid, & siluit, breuissimamque voculam: Peccaui, protulit, ille qui a gemitu cordis rugiebat, qui stratum lacrymis rigabat, qui potum cum lacrymis temperabat, qui cinerem sicut panem manducabat. Tacebat, & siluit a bonis; bonum enim erat, si culpam uocibus confiteretur, & veniam clamando postularet. Et cum hæc omnia in anima interius gererentur, ait: Dolor meus renouatus est, concaluit cor meũ intra me, & in meditatione mea exardescet ignis vtique doloris. Celebris Magdalenæ pœnitentia, quæ lacrymis pedes Domini rigabat, verbis magnificata non est, quæ nec vllum protulisset, narrat Lucas, quæ audiuit: Dimissa sunt ei peccata multa, non quia locuta est multum, sed quoniam dilexit multum. Contemplatur Dominus interna animorum, acciditque frequenter, vt siccis oculis nec madentibus lacrymis cor sit ut cera liquescens. Laborat homo in gemitu suo, quando vix lacrymam vnam externe prodit, & magna est, velut mare, contritio animæ, quando oculi siccantur. Sicut enim in aliis rebus frequenter accidit, quod pressum cor vehementia doloris in lacrymas prorumpere non valet, & qui subito, & inopinato premitur dolore, non potest internam tristitiam per inundationem lacrymarum moderari, sicut ruẽte pluuia, cęlum serenum fit, nubesque dissoluuntur; ita credo quod huic accidit mulieri, dum secretum adulterium in medium coram tot testibus conuictum vidit, pœnam rigidam legis cõsiderauit, accusantium diligentiam circumspexit, grauitatem simul, & infamiam criminis aduertit, extra se posita immobilis permanebat: qua humilitate commota sunt uiscera Domini super peccatrice, quam tã blande alloquitur, ut tristem consoletur, ut fiduciam excitet, spem eius erigat, diuinamque contemplata misericordiam veniam sperer, non considerans criminis magnitudinem, sed diuinam contemplata bonitatem. Humilis quanto uilior est in oculis suis, sublimior est in oculis Dei, lib. tertio, cap. 19. num. 29. lib. 8. capit. quinto, num. 18. & 19. ca. 7. nu. 15. & 16.

Hu-

Humilis erit homo, si in conspectu Dei se iudicet peccatorem, lib. octauo. cap. quinto, num. primo, cap. septimo. num. 18. Humilitas verborum reperitur in multis, animorum autem in paucis, lib. octauo, cap. 6. nume. 2. 5. & 6. Humilitas sacrificium est gratissimum Deo, lib. 8. cap. 8. num. 24. Pœnitentia cor conterat, & plangat propter dilectionem Dei detestans homo peccata, lib. 3. capit. 25. nume. 9. & 10. Pœnitentia non consistit in verbis, sed in affectibus animorum, lib. 4. cap. 16. nume. decimo, lib. 14. cap. 21. num. 47. cap. 22. num. 52. & 53. Pœnitens cogitans qualis factus fuerit per peccatum, pœnitentiam agat non verbis, sed facto, sui factus iudex rigidus, lib. 14. capit. 22. num. 16. 25. 29. 30. 32. 52. 56. vsque ad 58. Quia ergo pœnitentiæ dolorem sequitur multa consolatio de spe veniæ, lib. 3. capit. 25. numer. 24. lib. 14. cap. 21. num. 43. 47. & 48. cap. 22. nume. 51. & conuersionis luctum sequitur ingens gaudium, lib. septimo, cap. primo, num. 1. cap. 4. num. 11. & 12. ideo mulier hæc, quæ interius compungebatur, & dolebat, consolantem audit Iesum, & non condemnantem, peccatum dissimulans, quod ipsa agnoscebat, a peccatis eius faciem auertens, quæ peccatum coram se habebat, ignoscens ei, quę se agnoscit.

4 Secundo dum Christus accusantibus non respondet, nec adulteram lapidibus dignam iudicat, sed *digito scribens in terra, & dicens: Qui sine peccato est, uestrum primus in illam lapidem mittat*, quo omnes confusi discesserunt, id ostendere proculdubio voluit, multa teneri indignatione, dum coram prospiceret hominibus, eosque professione Ecclesiasticos, & religiosos immunditia, & adulteriis plenos, filij gehennæ, auari, ambitiosi, qui legem omnem naturalem prætergrediebantur, quorum miserandam perditionem Dominus prodidit multis in locis, potissime autem Matth. 15. & 23. ad quos secandos iam securis posita erat, non ad ramos arborum, vt putati crescerent, & perficerentur, sed ad radicem, vt perirent, & in ignem proiicerentur æternum iam secti; tam rigidi essent censores, & animaduersores fragilitatis alienæ in femina, quæ forte semel ex fragilitate, & ab homine sollicitata ceciderat, non perpendentes innumera aliorum adulteria, quibus ipsi Deum contemnentes vi
Hiere. 2. & 3. rum suum fornicarentur cum lapide, & ligno in omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso meretricibus similes, immo peiores effecti. Cum hi audire debuissent dicentem Dominum, & indignantem: Hypocrita, ut quid vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras? Eiice primum trabem de oculo tuo, & tunc prospicies festucam in oculo fratris. Sicut enim oculus, quo omnes colores cernere valeat, immunis est ab omni colore, ne intus existens prohibeat extraneum, idque natura magistra factum est, alias enim colori existēti in organo uisus, & pupilla cūcta, quæ uiderētur, apparerent similia, si flaua esset pupilla, tales iudicaret oēs colores, quos intueretur, quod ne sit, Deus pupillam uoluit omni colore carere. Hæc natura fecit, hominū autem malitia modum adinuenit omnino contrarium, vt quanto hæc pluribus referta fuerit malis, tanto horum oblitus alienorum fit rigidus taxator, quod Deus in his & indigne tulit, & grauiter ferendum docuit. Vt in Iudic. legitur, *Iudic. 20.* quod conuenerunt omnes filij Israel ut punirent ingens crimen tribus Beniamin, quod dictu quidem horribile erat, ascenderuntque quadraginta millia, ex quibus occisi sunt viginti duo millia virorum. Ascenderunt secundo, & occisi sunt decem, & octo millia. Quamobrem omnes filij Israel venerunt in domum Dei, & sedentes flebant coram Domino, ieiunaueruntque die illo vsque ad vesperam, & obtulerunt ei holocausta. Consuluerunt igitur Dominum: Exire vltra debemus contra filios Beniamin fratres nostros, an quiescere? Quibus ait Dominus: Ascendite, cras enim tradam eos in manus vestras, qui ascendentes occiderunt de tribu Beniamin viginti quinque millia uirorum. Noluit Deus, ut impius de impiis uindictam sumat, quousque mūdetur. Nullus cogitet hoc facto doceri facinorosos homines a iudicibus, qui iniusti sint, puniendos non esse, qui ministri sunt, & vindices Dei ab ipso dati ad punitionem malorum, quales illi sint, iusti, an peccatores, sed tantum illud, quod qui alios corrigere volunt, expedit ne maiori crimine inuoluantur, ne qui prædicant non furandum, furentur, & abominantes idola, sacrilegium faciant, & hi, qui adulterium feminę criminantur, adulteri sint Deo. Corrigens alios prius seipsum corrigat, lib. 3. capit. 28. nume. 15. & 23. Correctio sit cum humilitate, & modestia, quando corrigens propriam considerat infirmitatem, ibidem num. 16. 22. & 24. lib. nono, cap. 16. nu. 9. Non compatiebantur hi peccanti feminæ, sed indignati eius culpam prodebant, & ideo Dominus horum prodit sceleratas conscientias, lib. vndecimo, cap. 15. num. secundo, capit. 16. num. 15. capit. 17. nume. 1. Adulteri hi filios generabāt ex adulterino diaboli cōiugio li. 1. c. 5. n. 14. li. 3. c. 21. n. 5. 6. 8. & 17. & huius rei obliti prorsus adulteriū feminæ criminabātur, quod Deus acriter ferr. Cumq. scelerati hi essent, Deum uolunt seuerum iudicem, & vindicantem infallibiliter, cito, & grauiter alterius iniuriam, qui nolunt vt ipse castiget proprias. Iustitiam quidem a Deo postulant, sed nolunt, vt hæc domui suæ appropinquet, sed ut in domo commoretur aliena. Peccatores Deum volunt patientem in se, impatientem autem in alios, qui eos offendunt, lib. 14. cap. 15. num. quinto. Cum enim hi proximos non diligant, non solum non compatiuntur super contritione Ioseph, sed eam & exoptant, & procurant. Iusti autem cum fratrum viderint peccata, vindictam non intendunt, sed diuinam interpellant bonitatem proximis compatientes, & non indignantes, etiam quando a Deo

a Deo puniuntur, lib. 1. capit. 15. numer. 16. quos malis oppressos orationibus iuuabant Sancti, lib. 1. cap. 14. num. octauo, nono, & 18. Sic enim proximos diligere debemus, vt eorum portemus onera, lib. primo, cap. 16. num. 17. & 8. Si enim aliquando vindictam a Deo poscere videntur Sancti, eam re vera nec postulant, nec exoptant, sed quod a Deo futurū est spiritu prophetico enuntiant. Iusti tristantur videntes mala proximi, si autem aliquando gaudere videntur, futura tantum prophetant, mala non optant, lib. nono, cap. 16. per totum. Iusti peccata infirmorum debent sustinere, ibidem num. 1. & 6. Sancti torquentur sceleribus impiorum, lib. primo, cap. 14. num. 20. lib. nono, cap. 16. nume. 4. vsque ad 6. & 9. cap. 20. num. 14. lib. 16. cap. septimo, nume. 17. Cum ergo hęc omnia Sanctis conueniant, peccatores aliena peccata non dolent, ea in medium proferunt, Deum in alios potius uolūt iustum, quam misericordem, cum Sancti postulent, vt effundat Deus misericordiam in omnes gentes. Numquid obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas? Cum enim Deo sint similes hi, ea postulant, quæ conformiora iudicant diuinæ bonitati, quale est hominibus misereri. Vnde quoties in sacris litteris uerbum hoc: Fac, apponitur absque addito, per illud misericordiam postulant Sancti, quę opus ei proprium
Hiere. 14. dicitur, quale est illud Hieremiæ: Si iniquitates nostræ responderint nobis, Domine, fac propter nomen tuum, quoniam multæ sunt auersiones nostrę, quasi dicat, ne respicias Domine, iniquitates nostras, quibus tua pronocatur indignatio, sed temetipsum, vt misereaDan. 9. ris, fac misericordiam tuam propter nomen tuum. Et Danielis, postquam Propheta sacer retulit totius populi peccata diuinam uolens interpellare misericordiam dixit: Exaudi Domine, placare Domine, attende & fac, ne moreris propter temetipsum Deus meus. Cum vero impij audiant: Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis perficere, cum ille hominum sanguinem indefinēter sitiat, illo nusquam satietur, vtpote qui eo pascatur, & viuat, hi, qui similes ei erant, adducunt ei mulierem in adulterio deprehensam lapidāndam, ut sanguini proximi satientur scelesti sine fædere, sine affectione, ab hominum natura, & pietate degenerantes, & ferarum rabiē induti: quod vt indicaret Iesus displicere sibi, ea propter horum perpendens impiam mentem, accusatores uidens, qui festucam in oculo fratris uidebant, non trabem in suis, & ex altera parte perpendens internum animę dolorem in hac femina, etiāsi crimen adulterij grauissimum sit, illudque malum frequens, & scandalosum, nihilominus dissimulat, & moderatur rigorem legis in illam, quæ facta sui accusatrix in se iniustiam Dei vindicari proponebat. Peccata autem remittit Deus facile, non quia ei placent, ut insani aliqui putauerunt, sed potius, quia ei multum displicent, libr. decimo quarto, ca. 21. num. 50.

Iesus perrexit in montem Olineti, & diluculo iterum uenit in templū, &c. usque ad illa verba: *Et sedens docebat eos*. In quibus verbis animaduertendum est, quod Pharisæis recedentibus in domos suas, postquam Iesus tota die populum docuisset, nec esset, qui in Hierusalē eum inuitaret, conscendit in montem Olineti. Hæc fuit horum ingratitudo, vt pascens gregem de lacte eius non ederet, cum ius dicat naturæ quod qui altario deseruit, de altario viuere debet, nec homo militet suis stipendiis: In causa autem Christi omnes transgrediuntur homines pietatis, & benevolentiæ leges, sicut adnotauit Hieronymus in ingres- *Hieron.* su Domini in Hierusalem in solemni illa pōpa ramorum, in qua post miras acclamationes relictus absque cibo, & homine, qui eum inuitaret secessit in Bethaniam, sicut modo in montem: Et veluti tantæ ingratitudinis oblitus Dominus non cessat a benefaciendo, sed præ se ferens quam ardenter cuperet hominum salutem ipso diluculo docendi gratia reuersus est in templum, quo doceat, & nos indefesse vocationi nostræ inuigilare debere, dicente Deo: Mane semina semen tuum, & *Eccl. 11.* vespere ne cesset manus tua, nescis enim quid magis oriatur hoc, aut illud, & si vtrumque simul melius erit. Qui uerbis docuerat Deum soli similem oriri super bonos, & malos, mentiumque pluuiam pluere super iustos, & iniustos, qui venerat uocare ad pœnitentiam peccatores, licet hi incœnatum eum reliquisset, diluculo velut omnium oblitus veniebat ad templum, ut *sedens*, & illud habens pro negotio principali *docebat eos* omnia, quæ eorum concernebant salutem, & qui olim locutus erat patribus eorum in Prophetis, loquitur filiis, licet minus digni essent, per seipsum. Id enim sponsa postulauerat, cum dicebat: Osculetur me osculo oris sui, hoc est, ore ad os loquatur mihi, qui olim hominibus velut longe a se positis per scripturas loquebatur, vt: De Sion egrediatur lex, & verbum Domini de Hierusalem, cum docuerit nos vias suas, & licet tunc promisissent homines ambulaturos in semitis (Hieronymus) consiliorum, adimpletione præceptorum non contenti, nec impleuerint, omnium, quæ Deus iusserat, obliti, nihilominus diluculo iterum ueniebat ad erudiendos ingratos. In Deo solo dicere, & facere idem sunt, lib. vndecimo. capit. 6. nume. 50. Deus ab initio per semetipsum loquebatur hominibus, postea scripturis tamquam longe a se positis, & absentibus, libr. quarto, cap. 27. num. primo. Postmodum diluculo veniens in templum clamat, etiamsi homines lō ge ab ipso discesserint. Nisi enim uenisset Iesus prius misereri, quam iudicare, vtique periremus omnes, lib. secundo, cap. 11. num. 32. Ideoque ait Paulus de eo, quod semen Abrahæ apprehendit, quia fugientes insequebatur, vt ad se traheret, lib. 3. capit. 5. nume. 15.

Chri-

Christus iustus, & peccatoribus ortus est, lib. 3. capit. quinto, numer. 29. 33. 34. 36. & 54.

Veniebat diluculo in templum, vt vocationi nostræ incessanter doceret astandum dicente Paulo: Obsecro vos fratres, vt vestrum negotium agatis. Vnum est enim negotium hominis, quod a Christo Christianus homo didicit, cætera otia sunt negotia, quantumuis homo in via lassetur iniquitatis. Sicut vt aiebat Chrysostomus, otium dicitur serui, qui cum vtilitati heri intentus esse deberet, in lusu pilę, aut venatione multum fatigatur. Omnia enim temporalia lusus sunt puerorũ, licet talia non arbitrentur homines, lib. secundo, ca. 15. num. 17. vsque ad 20. capit. 16. numer. 28. cap. 19. num. 4. & 13. Omnia enim, quæ sunt in hac vita, sic sint homini Christiano velut stabulum viatori, lib. 18. cap. 17. nu. 17. Vita enim hæc cultui iustitiæ consecrata est, ibid. nume. 23. & 24.

Adducunt autem Scribæ, & Pharisæi mulierem deprehensam in adulterio. Omnis Sanctus in principio sui accusator est, hypocritæ sui ipsorum obliti tantum alios accusant diaboli effecti imitatores, qui recte accusator fratrum vocatur, huic soli operi intentus, huic pessimæ occupationi vacans, lib. 18. cap. 5. num. 6. Tales erant hi de quibus scriptum est apud Esaiam: Rogant Dominum iudicia iustitiæ, & scire vias meas volunt, quasi gens quæ fecerit iustitiam, & iudicium Dei sui non dereliquerit appropinquare Deo volunt. Cum tamen illi tales essent, propter quos iusserit Deus Prophetę, & tubali voce clamans annũtiaret populo suo peccata eorum, & domui Iacob scelera eorum, quorum exordium, & radix erat, quasi gens, quæ fecerit iustitiam se gerere sollicitos de honore Dei, cum re vera hæc esset minima eorum cura. Homines, qui tam facile aliorum vitia vident, non autem propria, non contristati de aliorum, quam viderint, perditione, sed potius dicentes: Euge euge viderunt oculi nostri nimirum vt ipsi iustiores viderentur, etiamsi per legem illam accusare, aut punire tenerentur, tamen cum compassione legis mandatum exequi debuissent, sicut aiebat Paulus: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spiritales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Qui spiritales estis. Recte quidem si spiritales essent, in spiritu lenitatis causam huius mulieris tractandam susciperent. Et sicut olim postquam iustissime, vt dicebamus, delessent tribum Beniamin filij Israel, non ob eam vindictam gloriati sunt, sed venerunt, ait scriptũra, omnes in Silo ad domum Dei, & in conspectu eius sedentes usque ad vesperam leuauerunt vocem, & magno vlulatu cæperunt flere dicentes: Quare Domine Deus Israel factum est hoc malum in populo tuo, vt hodie una tribus auferretur ex nobis? At hi accusantes adulteram, id solum curabant, non ut delicta punirentur, aut lex Moysi impleretur, sed ne Dominus posset inuenire euadendi locum, sed quod necessario deprehenderetur, vel esse contrarius legi, vel non esse tam mitis erga peccatores, quam prædicabatur, & vel peccaret in iustitiam legis, vel in misericordiam a se prædicatam. Sed Dei sapientia mediam inuenit iustitia, misericordiaque temperatã viam. Sententia autem, quam mansuetus, simul, & iustus Dominus in sua sapientia mirabili protulit erat: *Qui sine peccato est uestrum primus in illam lapidem mittat.* Absolutæ enim, & perfectæ est iustitiæ, vt qui alium punit, ipse ab omni peccato sit immunis, quod solius Dei est. *Qui sine peccato est uestrum, &c.* Metuebant ne Iesus, cui videbant omnia occulta non esse incognita, proderet in publicum ipsorum faci nora. Hoc lapide velut alter Dauid Goliæ du ram frontem animi eorum percussit, & quemque suæ culpæ conscium pudore simul, & metu plenum reddidit; & sic egrediebantur ab eo coacti, qui non venerat iudicare mũdum, sed saluare, qui factus homo curam suscepit hominis specialem, lib. 3. cap. quinto, num. 12. 13. & 18. cap. nono, num. 35. Christus in primo aduentu cunctis fuit placabilis, lib. 3. capit. 5. num. 28. 30. vsque ad 36. & 45. capit. septimo, num. 34. 35. 42. & 43. Christus decorus his, qui eum audiebant, & fortis his, qui eum contemnebant, lib. tertio, cap. octauo, nume. 10. Ideo mulieri eius verba audienti decorus, & admirandus consolatoria loquitur, terribilia autem, velut fortis, Pharisæis, qui ipsum calũniabantur. Christus iustus, & misericors significatus in caprea, hinnuloq. ceruorum, li. 4. c. 11. num. 36.

1. Reg. 17

Iesus inclinans se decrsum digito scribebat in terra. Augustinus contra aduersarium legis, & Prophetarum ait: Hoc scriptura hac significare Dominus voluit, quod vniuersi, qui derelinquunt Dominum, scribuntur in terra. Ostendens enim de quo numero Pharisæi essent, *digito scribebat in terra* eos docẽs impios, & terrenos, speciem quidem pietatis habentes, virtutem autem eius abnegantes. Et idem in Ioann. ait: Sapientia diuina eos intromisit in semetipsos; adulteram videbant, sed intus non aspiciebant, vnde digito scribebat, quasi dicat. Consideret se vnusquisque vestrum, ascendat tribunal mentis suæ, & peccatorem se inueniet. Hieronymus intelligit scripsisse accusantium peccata, vt illi redirent ad se, & tales se exhiberent erga proximum, qualem experiri uellent erga se Deum iudicem. In terra autem iam, & non in lapide, tum vt significaret, quod peccatum Iuda non iam scribetur stylo ferreo in vngue adamantino, quo quasi indelebile significaretur, nec sanguis eius funderetur super limpidissimam petram, vt puluere operiri non posset, vixq. deleri, & abradi; sed cum Deus factus est homo, peccata etiam eorum, qui ei grauiter infensi sunt, in terra scribuntur, & digito, ut facile posset deleri, volente homine: cumque hoc sit hominis ingenium, vt de eo dicatur: Pulueres qui lædit, sed læsus marmore scribit iniuriam,

7 *Aug. lib. 1.*

Hiere. 17

Aug. tract. 33. in Ioan.

Hier. li 2. in tra Pelag.

Hiere. 17.

Ezech.

iuriam, scilicet, quam nusquam obliuiscitur, sed semper in memoria conseruat, vt eam vendicet, hæc nostri Iesu bonitas est, vt læsus puluere scribat, vt iniuriam proximi sui non reminiscatur. Et etiam in terra, & non in lapide, vt significaret olim quidem legem scriptã in lapide propter duros, ac propter illos legẽ seueram traditam, nunc autem a se scribendã digito suo, hoc est, spiritu diuino in terra cordis humani nouam legem, in qua seueritas legis Mosaicæ esset remittenda (lib. quarto, de consen. Euangel. August.) Legem nouã amoris acceperunt Christiani, Iudæi autem legem timoris plenam, & merito, lib. decimo, cap. 3. num. 6. vsque ad octauum. Lex noua veteri perfectior, Deuteronomium est in cordibus iustorum scriptum, lib. 18. capit. 10. numer. 2. Et denique, *digito scribebat in terra*, vt doceat in iudicio non præcipitare sententiam, nisi prius diligenter causa inspecta, sicut Iob aiebat: Causam, quam ignorabam, diligentissime inuestigabam. Iudices enim in finiendis negotiis iusti esse debent, & diligentes, li. nono, cap. octauo. nume. 7. 8. 11. & 12. Iudices cum rectitudine, maturitate, & discretione iudicent, libr. eodem, numer. vndecimo, vsque ad 13.

Iob 29.

8 *Audientes hæc unus post unum exibant incipientes a senioribus.* Impij fuga conantur effugere iudicium Dei, sicut Adam, stulte quidem, cum Deus vbique sit præsens, lib. 14. cap. 6. nume. 6. Peccator a Deo recedens consistit in commotione cordis, lib. quarto. capit. 19. nu. secundo. lib. 14. cap. 6. num. 38. capit. 17. num. septimo. Peccatores alij abscondunt se a facie Dei, ut Adam, alij fugiunt, vt Cain, lib. tertio, cap. 24. nume. secundo, vsque ad quartum, lib. quarto, cap. 26. nu. 16.

Et remansit Iesus solus, & mulier in medio stãs, &c. vsque in finem. Relicti sunt duo, inquit Augustinus, misericordia & miseria: Et quidẽ mulier stabat inter metum, & spem anxia, trepidabat enim, vt est verisimile, ex conscientia, ne puniretur ab eo, cui tam displicerent peccata, spe tamen bona confirmata, non cum exeuntibus ausugit, quæ dicere poterat: Quo ibo a vultu tuo, & quo a facie tua ausugiam? Ad quem ibo, eo relicto, qui verba vitæ ęternæ habet? Sed permansit stans spem bonam ei præbente clementia Dei, quæ sese & verbis, & ipso vultu proferebat. Spes medium ponat inter præsumptionem, & desperationem, li. 4. cap. 11. num. 29. 34. vsque ad 36. c. 17. nu. 2. 5. 6. & 15. c. 31. num. 39. li. 9. cap. 14. nu. 22. li. 14. ca. 18. nume. 2. vsque ad 15. 18. usque ad 22. 24. & 25. li. 16. c. 11. num. 11. 16. 18. 20. & 21. Sperandum est in Deo, quia inuolutos homines peccatis & vocat, & trahit ad se, li. 1. c. 5. nu. 5. vsq; ad 7. c. 22. nu. 18. li. 4. c. 7. num. 5. Et ita quia dulcis Deus dixit: *Nec ego te condemnabo*, vt rectus: *Iam noli peccare*, Tamquam mansuetus dixit: Tacui. Sed tamquam iustus: Numquid semper tacebo? Time Dominum, quia iustus est, spera in eum, quia misericors, & miserator est. *Nec ego te condemnabo*, sed facta secura de præterito caue futura, deleui quod commisisti, obserua quod præcepi, vt inuenias quod promisi. *Nec ego te condemnabo.* Melius est incidere in manus Dei, quam in manus hominum, sicut Susãna dixit apud Danielem, & Dauid, cum Deũ maluit per manum Angeli percutientem, quã bella inimicorum. Coarctor nimis, sed melius facit qui Deo, se subdit, & ad Deum accedit propitium, non iratum. Si ambulaueritis mihi ex aduerso, ambulabo & ego vobiscum. Horrendum est incidere in manus Dei uiuentis, vnde ab ipso irato ad eundem accede placatum.

Esa. 42. Psal. 102.

Leuit. 26.

Hebr. 10.

DOMINICA QVARTA in Quadragesima.

Euangelium.

Abiit Iesus trans mare Galileæ, quod est Tyberiadis. Ioann. 6.

Vide lib. 4. ca. 7. num. 30. usque ad 33. li. 5. ca. 10. nu. 56. li. 14. c. 1. nu. 8. li. 18. cap. 10. num. 31.

EVANGELIVM hodiernum omnes enarrãt Euangelistæ, Matthæus capit. 14. Marcus capit. 6. Lucas capit. nono, & Ioannes capit. sexto. Ex quibus aperte constat, omnia quæ in eo continentur, siue ea substantiam cõcernant miraculi, siue circumstantias, esse grandi consideratione digna. Celeberrimum enim est hoc conuiuium, quod Iesus exhibuit in monte Gallileæ turbis, quæ illum secutæ fuerant, non ex temporis spatio, nec ex conuiuantium qualitate, aut magnificentia ciborum, quale fuit, quod tertio anno imperij sui fecit Assuerus cunctis Principibus, & pueris suis fortissimis Persarum, & Medorum inclytis, & Præfectis prouinciarum coram se, vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, quod durauit centum octoginta diebus. Tertio quidẽ anno prædicationis sue conuiuium hoc Dominus præparauit, in quo diuitias regni sui excellentius multo, quam Assuerus, demonstrauit, quinque panibus hordeaceis innumeram pœne multitudinem pascens. Vna hora celebratum est conuiuium, sed eius magnificentia quotidie prædicatur, quando Dominus bonitate sua actus hominum horum prouidit necessitati. In Deuteronomio præceperat Deus dicens: Ammonites, & Moabites etiam post decimam generationem non

2 *Domin. 4. in Quadrag.*

Hester 1.

Deute. 23

intrabunt Ecclesiam Dei in æternum, quia noluerunt vobis occurrere cum pane, & aqua in via, quando egressi estis de Aegypto. Non facies cũ eis pacem, nec quæras eis bona cũctis diebus vitæ tuæ in sempiternum. Quoniã humanitatem hanc modicam tibi fugienti de Aegypto exhibere noluerunt Ammonitę, & Moabitæ, nec templum intrabunt, nec cum eis pacem habebis, qui tibi maledicta congerere curarunt per os Balaam. Iesus noster, dũ fame pressum populum, qui egrediebatur de Iudæa copiosissime satiauit, milleque eis benedictiones exhibuit, corpusque suum in cibũ eis exhibendum promisit, vinculo, & fędere perpetuæ pacis, vinculoque indissolubili pacis, & amicitiæ copulandi sunt homines, cuius bonũ, & gloriam quærere debent cunctis diebus, dũ cum pane & piscibus occurrit populo, qui sequebatur eum, vt satiaret esurientes, & suam in eos ostenderet beneuolentiam. In hoc ergo miraculo illud inter alia considerandum est, quæ sunt, quæ animum Domini impulerũt ad patrandum illud, quid in illo intelligere nos voluit, quibusque circumstantiis celebre illud effectum sit. Circa primum multa sunt, quę animum Domini mouere potuerunt ad cibandam tantam populi multitudinem vili pane hordeaceo, nec inter multa illud minori consideratione dignum est, qua ratione diuina benignitas contendebat ostẽdere, quod non se poterat a benefaciendo cohibere, sed quod dum hominum malitia illi occludit viã, aliam, & alias & quęrit, & inuenit, flumini similis, quod nouum semper desiderat alueum, dum fluere non potest, nec perpetem meatum habere, quo solebat, nec erunt aquæ, vt quondam pro muro in Iordane, sed fluent, si non hac via altera, &c. Sic Iesus, qui ut fluuius Dorix exierat de Paradiso, & quasi trames aquæ immensæ semper fluere gestiebat, hominumque corda & rigare, & satiare. Adierat piscinam, in qua multitudo ingens ægrotantium expectabat aquæ motum, quo sanarentur; & curauit paralyticum triginta & octo annos habentem in infirmitate sua. Cumq. propterea persequerentur Iesum Iudæi, ita vt eũ quærerent occidere, facti incapaces beneficiorũ eius, secedit in Gallilæam, ut inueniat homines, quibus benefaciat. Sicut enim occasiones quærit, qui vult recedere ab amico, etiam eas inuestigat, qui amicitiam conseruare desiderat, dum in omni occasione ei benefacere satagit, cuius amicitiam diligit. Et ut olim Sol cũ in cælo non mouebatur, si capax ille esset tristitię tristaretur, qui impediebatur, ne motu suo rerum augmento, & conseruationi proficeret, sic & Sol nostræ iustitiæ, qui oritur super bonos & malos, impetu grandi curat, qua ratione omnibus se communicet: Vnde cum Iudæi in Iudæa ei ianuas claudunt, commigrat in Gallilæam, vbi aliis beneficus sit. Non enim diuina bonitas, quæ caput habet plenũ rore, & cincinnos guttis noctium sponsam expectans, quæ ei ianuam aperiat, petitur vt si hæc friuolis ducta rationibus, aperire noluerit dicens: Exui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? aliam non declinet domum, in qua recipiatur, & cui benedicat. Et sicut olim cum Saul Regem elegit quęrentẽ asinas patris sui, & in regni fastigio collocauit ab humeris, & supra eum efficiens, vt cunctis viris populi emineret, cum a se expulit Deum eiusq. præsentia, & beneficiis indignum se reddidit, protinus cum spiritus Domini bonus ab eo recessit, ab eo die continuo directus est in Dauid, quem elegit virum secundum cor suum, ne vel modico tempore spiritus Domini quasi vacãs videretur ab vno discedens, & continuo alterum non quærens. Reprobat iustis de causis Sacerdotium Heli, & filiorum eius, nec expectat prolixum temporis spatium, vt Samueli, se communicet, sed dum adhuc puer excubaret in templo, eligitur, & spiritu Dei repletur qui vix ad annos peruenerat discretionis. Et si peccatis Aegyptiorum compulsus tenebris operit terram, meridiana lux in terra Gessé oritur Iudæis. Et si flagitiis hominum Deum irritantibus cataractæ cæli aperiuntur, vt tanta scelera pereant, summa cura arcam prouidit Deus, in qua vel paucis saltem benefaciat. Et si accidit, quod terra deglutiat viuos aliquos de populo Iudæorum, in nube lucida adest continuo Deus super tabernaculũ, vt Moysem, & Aaron consoletur, vt eos protegat, & veluti temperet dolorem, quem de aliorum perditione conceperãt. Id quidem Deus semper effecit, hoc eius ingenium perpetuo fuit, vtpote qui misericors est, & iustus. Ad misere dum Deus semper est pronus, li. 9. ca. 23. nu. 9. vsque ad 11. Misericordia Dei ineffabilis, & ingens. li. 4. c. 7. num. 5. 7. 8. 14. & 24. c. 9. n. 11. cap. 10. nu. 11. Misericordia, & iustitia cõmitantur omnia opera Dei præsentia, & futura. li. 4. cap. 11. n. 19. vsque ad 22. 25. usque ad 32. c. 12. nu. 2. & 26. Misericordiæ. n. tempus si modo non esset, vix reperiret Deus, quos in iudicio coronaret. li. 4. c. 11. n. 26. vsque ad 28. Misericordia Dei in hoc maxime apparet, quod ad ædificandũ quidẽ velox est, & ad destruendum tardus, lib. 14. c. 23. num. 7. Hęc Dei bonitas, hæc eius animi propensio semper fuit, sed quæ magis patuit, cũ homo factus est, cum apparuisse dicit Paulus benignitatẽ, & humanitatẽ Saluatoris nostri Dei, apparuisse eius gratia, ait qua si benignitas, & gratia omnibus retro sæculis esset clausa, in quibus ingentia pietatis suæ opera ab orbe cõdito hominibus exhibuit, quę cum tanta essent, & talia quasi vel modica, vel nulla fuissent, tunc apparuisse dicit humanitatem, & gratiam Dei, cum homo factus est. Cum inter homines conuersatus est, infinita eius misericordia patuit. Adulteram feminam liberam abire permisit, ei gratiue peccatum condonauit, & cum Iudæi eum lapidare vellent, dum illi lapides haberent in manibus, egressus templum inuenit cæcum a natiuitate, quem sanauit. Et cum Iudæam de-

Eccle. 24.

Ioann. 5.

Cant.

Numer.

ad Tit. 3. & 3.

Numer. 20.

10. 8. & 9.

deserit ob Iudæorum peccata, Samariam ingreditur, & perditam feminam cum innumera multitudine infidelium ad se trahit. Et Apostoli, cum Iesus resuscitandi Lazari causa ire vellet in Iudæam, dicunt ei: Magister nunc quærebant te Iudęi lapidere, & iterum vadis illuc? Id enim certum est, quod sicut ad postulandam hominum gratiam opportunum tempus expectandum est, in quo Rex, aut Princeps offensus non sit, non iratus, non tristis, sed lætus, aliqua occasione exhilaratus, sic nullum commodius tempus videtur, in quo homines ad postulandam gratiam diuinam adire præsentiam possint, quam sit illud, in quo accederet quis ad Iesum, quo tempore alij eius beneficia non dignabantur recipere: repudiatus enim Dominus ab vno ad benefaciendum alteri promptior reddebatur, vt fractis ramis, protinus oleaster in bonam oliuam insereretur, ut pinguedinis particeps esset, ut simul luceret & sęueritas Dei, & bonitas. Sic cum Iudæam hodie deserit ingratam, in Gallilæam pergit, innumeramque multitudinem ad se trahit, & ut Matthæus ait, sanauit languidos eorum; nec id solum, sed quod amplius est, cæpit eos docere multa, quæ eorum salutem, & felicitatem concernerent; & rogantibus Apostolis Iesum, vt eos in proximas villas mitteret, quasi indignans dixit: Non necesse habent ire, sed vos date illis manducare. Et vt olim Ioseph in impios fratres, seu potius inimicos ex fratribus tam fuit beneficus, ut cum necessitate pressi in Aegyptum venissẽt escas, & triticum reportarum ad sua, non solum eis triticum porrexit, sed etiam pecunias posuit in ore saccorum, quasi non sufficere videretur tanto amori, si alterum sine altero præstitisset: sic verus noster Ioseph, qui distractus est triginta argenteis, non solum tantæ multitudinis languidos, & ægros curauit, nec pane hordeaceo famelicos saturauit, sed & docuit eos de regno Dei, nec id solum, sed quod maius omnibus his est, corpus suum in cibum, & sanguinem suum in potum daturũ se illis magnifice obtulit. Et sicut olim Iudæi manna satiandi erant satiati prius farinæ panibus, quam de Aegypto adduxerant, sic Dominus populum, quem prius panibus hordeaceis satiauerat, satiaturum promisit pretioso corpore suo. Et ut olim Deus largissimas aquas sitienti populo porrexit, percussa petra, non considerans Moysi, & Aaron incredulitatem, & quod ipsum non sanctificasset coram filiis Israel, sic & Iesus Philippi, & Andreę modicam fidem non respiciens fecit homines discumbere, & eorum necessitati abunde ter prouidit. Nec miror quod id fecerit Dominus cum his, qui cum fame iam iam in ianuis mortis esse viderentur illi adhærentes ab eo remedio expectarent, in quo veram cõfiderabant satietatem esse reperiendam, etsi triduo illud distulisset beneficium. Tunc vere homines ad Deum accedunt, vt interno cibo mentes eorum pascat, cum animaduertunt omnes mortales cibos hominibus saturandis non esse accommodatos. Bernardus in ea verba Matthæi: Ecce nos reliquimus omnia, ait: Et quæ habuimus, inquit Petrus, & quæ habere poteramus dimisimus, quoniam nec amator pecuniæ dicit sufficit, nec libidinosus satiatur voluptate, sic & crudelis quisque semper sanguinem sitit, & ambitiosus semper desiderio maioris honoris æstuat, & minus inuenit requiem, qui sibi cupit placere. Hi sunt quinque viri, quos aliquando ego vidi. Primus incessanter masticabat, & deglutiebat arenam. Secundus sulfureo astans lacui exhalantem tęterrimum, fętidissimumque gestiebat haurire vaporem. Tertius fornaci incubans vehementer accensæ micantes scintillas hiantibus excipere faucibus lætabatur. Quartus supra pinnaculum templi residẽs aperto ore ventum edere nitebatur, ac si totũ speraret aerem deglutire. Quintus seorsum positus ridebat cęteros, ipse quoque ridẽdus & maxime, proprias enim carnes incredibili quodam studio fugere laborabat, nunc manus, nunc brachia applicans ori. Miseratus homines, causamque miseriæ scisitatus ab eis, vnam esse reperio validissimam vtique famẽ. Tum vero macilentissimas eorum facies contemplatus recordatus sum Prophetæ dicentis: Aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum. Quid hęc, inquit, nobis prosunt? Non sunt naturales cibi, magis hæc famem prouocant, quam extinguunt, panis namque animæ iustitia est. Masticare arenam dixit eos, qui insatiabiliter acquirendis pecuniis, & lucris inuigilant; sulfureo astare lacui, libidinibus tradi, micantes scintillas faucibus excipere, uindicare se de proximo suo, aerem uorare, honores incessanter haurire, & carnes proprias mandere, qui superbus est, sibique cupit placere non Deo. Cibus autem hominis proprius virtus est, non quidem concupita, sed masticata, & in stomachum animę traiecta. Ne homo similis Tantalo manum ad cibum extendere nusquam ualeat, aut uero sinat se perire similis stulto, qui in Prouerbiis fame periit, dũ manum ad os porrigere piger noluit. Bona temporalia non sunt alimenta saturandis hominibus accommodata. libr. primo, cap. decimo septimo, nume. 19. lib, secundo, cap. 19. num. 26. lib. sexto, cap. primo. nume. 13. Bona enim temporalia velut in somnis apparent magna. libr. primo, capit. 17. nume. 22. & 25. lib. secundo, cap. 19. numer. 30. & 31. Bona temporalia animã satiare non valent, lib. secundo, cap. 18. num. primo, vsque ad tertium. 10. 23. 26. & 27. cap. 19. numer. 26. Cibus iustorum virtutes sunt, peccata autem cibus malorum, lib. 4. cap. 28. nume. 17. Virtus masticanda, stulte enim illã uolunt homines absque labore, lib. 14. cap. 19. nume. 21. & 22. Solus enim Christus virtutem habuit absq; labore, lib. 3. cap. 9. num. 7. li. 18. c. 14. numer. 21. Virtutem nolle inchoare propter difficultates, quas habet, stultum est, lib. 18. c. 12. num. 4.

Ioann. 11.

Matth. 14

Marc. 6.

Bern. Ser. in ca. 19. Mat.

Psalm.

Prouerb.

3 Item pane hordeaceo, & paucis piſciculis illos ſatiauit homines, quo intelligeremus, frugalem menſam illorum, qui meliores erant omnibus, qui tunc morabantur in orbe. *Chr. ho. 41. in Ioann.*

Viri mirabiles, quibus Ieſus inceſſanter aſtabat, & licet illi piſcatores antea extitiſſent, tamen in ſchola Domini, in menſa eius ſedebant, qui Deus erat. Cæli Eccleſię, Soles orbis, Principes regni, in quo regnat Chriſtus. Olim populo prouidit Deus mannæ cibum, licet illi allia, & cepas deguſtarent in Aegypto, qui dudum in operibus luti, & lateris occupabantur, quoniam qui principem habebant Moyſem tam Deo dilectum, illo erant cibo mirabili paſcendi, & tamê qui principem Deum ſequuntur Apoſtoli quinque panes hordeaceos ſecum ferunt, quibus & ipſi, & ille, qui Deus eſt, paſcantur. Hordeum iumentorum eſt cibus, meus vtique Domine, *Pſalm.* qui cum in honore eſſem, nec intellexi, comparatus ſum iumentis inſipientibus, ſimiliſq. illis effectus non mirum, ſi illorum cibo paſcar, qui fructum vitæ in paradiſo moratus contempſi ob eſum pomi. Velut alter Nabuchodonoſor, immo illo peior, maioribus obligatus bonis in ſimilitudinem beſtiarum in cã pum herbas carpere, & paſcere dignus extiti, qui cibum Angelorum toties faſtidiui, & con- *Luc. 15.* tempſi. Qui domum opulentiſſimi patris egreſſus eius faſtidiuit præclaram menſam, ſiliquis paſcatur porcorum, qui diabolo adhærens diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſe. Hæc omnia cibus mei ſint, qui cælum cum eſſem, terra effectus ſum, vt manducaret me dæmon, qui audiuit: Terram comedes omnibus diebus uitæ tuæ. Qui talis extiti miſer, ſint mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte, quibus tantas poſſim abluere ſordes, tantæ prouidere neceſſitati. Fœno, & paleis dignum me iudicaui, dum beſtialiter vixi.

Id conuenientiſſimum ſane eſſet, at Domino Ieſu, & Apoſtolis eius dilectiſſimis hordeacei panes parandi erant in eſum poſt tot perpeſſos ſudores, & labores itinerum, concionum, & uigiliarum? Vtique id Deus voluit, ut opulentas diuitum menſas egregio hoc facto profanaque execraretur conuiuia, quibus abundat mundus in grandem orbis totius ruinam. Vt enim luxui, & conuiuiis, & voracitati vacent miſeri, qui opulenti ſunt in Sion, pauperes ſpoliant, miſeris non compatiuntur, pauperibus non prouident, nudos frigore, & algore contabeſcere ſinunt. Pereant cũcta, vt inimicis crucis Chriſti, quorum Deus venter eſt, illi vt Deo inſeruiant, & obediant.

Sicut enim quotquot vitam ſtudioſam aggrediuntur, id in primis curant, ut menſa ſit frugalis, & moderato victu ſint contenti, ſic qui ſpatioſam ambulant viam ducentem ad perditionem cibis ſe ingurgitant vſque ad nauſeam, quibus ad omne opus bonum inhabiles redduntur, paſſiones excitantur, luxuria nutritur, quæ abſque Cerere, & Baccho friget, ſolique voluptati beſtiis ſimiles inuigilant. Luxuria inordinato nutritur cibo, lib. primo. capit. primo, nume. primo, lib. ſeptimo. cap. ſecundo, nume. octauo, & nono. lib. 14. ca. ſecundo, nume. ſecundo. Corporis voluptatibus qui indulget, vt pecus curuatur, lib. octauo, capit. tertio, numer. 15. Abſtinentia curanda, vt moderetur luxuria, lib. primo. capit. primo. nume. 19. 36. 58. 64. & 68. libr. nono, cap. 1. nume. 23. Abſtinentia mentem reddit habilẽ ad conſideranda diuina, ibidem numer. 42. Gula multorum malorum eſt cauſa, libr. primo, cap. primo. nume. vndecimo. 12. 19. 20. 27. 28. 34. vſque ad 36. 39. 40. 45. 53. 55. 62. & 64. Gula, & nimius cibus mergunt animam in interitum, ibidem nume. decimo nono. 24. 30. & 34.

4 Vt ergo Dominus hominum moderaretur inglauiem, & deliciis deditos taxaret, panes hordeaceos ſecum ferebat ad edendum, cum omnium eſſet Dominus, nec id ſolum; ſed cum quinque haberet panes ſolos, & duos piſciculos, in pauperes magnificus illos diſtribuere iuſſit egentibus, non expectans, vt qui eum ſequebantur, cibum poſtularent importunis precibus, triduo iam ſuſtinentes eum, & egentes, ſed ſibi neceſſaria diſtribuit, ut diuitum condemnaret crudelitatem, qui nec ſuperflua impertiuntur pauperibus. Veſtes tinea demolitur in arca, & nudi pauperes frigore algent, pecuniæ recluduntur ibi, & pauperes miſere egent, frumenta horrea vix capiant, & illi fame pereunt. Certum eſt, quod uix unus reperietur diues, qui in ſacco fratris ſui Beniamin pecunias reconderet, & ſcyphum Ioſeph imitatus Patriarcham, nec qui Nicolao ſimilis auri proiiciat pondera, ne filię proſtituantur virgines egentis patris. Non eſt qui Abraham Patriarcham imitetur, qui in ipſo feruore diei peregrinos pauperes ad oſtium tabernaculi expectabat, quorum lauabat pedes, & prandium porrigebat. Immo precibus importunis motus uix bucellam panis famelico, aut nummum porriges egenti. Hæc enim diuitum eſt auaritia, ut mille pauperes commententur modos, ut aliquid ab ipſis valeãt extorquere, licet modicum illud ſit, cum tamen innumeris abundent bonis. Digni pro- *Lucæ 12.* fecto qui audiant: Stulte hac nocte repetent a te animam tuam, quæ autem parasti cuius erunt? Cum in inferno nec gutta aquæ porrigatur ei, qui indeficientibus flammis, & ſulfureis cruciatur globis. Pauperum oblitus diues, in magna venit mala, libr. quinto, capit. decimo, numer. quinto, vſque ad ſeptimum. Pauperes in camino pauperatis degentes a diuitibus iuuentur, libr. quarto, capit. 41. numer. tertio. Pauperes artificia mille commentari coguntur, ut diuitum emolliant duritiam, libr. quinto, capit. decimo, numer. vigeſimo nono, & 31. Pauperes paſcens Abdias prophetalem gratiam meruit, ibidem numer. 43. & numer. 64. docetur, quod pauperes ficti ſic examinandi ſunt, ut aliqua eis porrigatur eleemoſyna. Diuites, qui pauperes non iuuant, auibus crudeliores ſunt, numer. 74. Eleemoſynis deditus mala morte non perit, lib. quarto, cap. primo. num. 52. Eleemoſynis deditus Loth incendium euaſit Sodomæ. libr. quinto. cap. decimo. num. primo. Eleemoſynis dediti erant olim Sancti diuites, ibidem num. ſecundo, tertio. 23. 24. 33. 42. 59. 60. 65. 66. 68. & 75. Eleemoſynas non dant diuites, & inſuper iniuriis pauperes laceſſunt, ibidem numer. 16. vſque ad 18. 29. 31. & 33. Eleemoſyna fons puriſſimus paradiſi eſt, iuxta quæ magnæ ſurgũt arbores virtutum, ibidem nume. 26. Eleemoſynas conſulebat Chryſoſtomus ſutoribus, ſartoribus, &c. de primitiis rerum, quas vendebant, ibidem numer. 32. Eleemoſyna illa perfecta eſt, quæ præuenit pauperem, nec precibus extorquetur. nume. 56. Eleemoſynis erogandis calicem conflare rectum exiſtimabat Ambroſius, ibidem nume. 65. 66. & 68. Eleemoſynæ Nabuchodonoſor Regis in cauſa fuere, ut per annum ſententia a Deo lata differretur. lib. 16. cap. 13. nume. 16. Diuitum menſæ multorum pauperum conſtant ſanguine, libr. quarto, cap. 39. nume. 32. & 33. Diuites multa bona receperunt a Deo, pro quibus modica pauperibus donare iubet, libr. quinto, capit. decimo, num. 19. Diuites auaros damnabit mulier, quæ Heliam pauit, ibidem numer. 22. & 34. Diuites cum tanta dent paraſitis, ſcortis, componendis equis, ludo, paupertatis metu eleemoſynas non dant, ibidem numer. vigeſimo octauo, 34. & 77. Diuites re ipſa dicunt: Omnia conſumantur, & Chriſtus non paſcatur, lib. decimo quarto, capit. tertio. nume. 21. Dominus autem pane hordeaceo pauperes paſcens magnificus & docuit, primum eleemoſynæ meritum non ex magnitudine doni, ſed ex affectu donantis eſſe penſandum. lib. quinto. cap. decimo, nume. decimo tertio. 14. 22. 36. & 51. & etiam quod pœne nullus, quantumuis pauper ab eleemoſynis porrigendis valeat excuſari, cum Apoſtoli necverbum protulerint, dicente Domino: *Vos date illis manducare*, lib. quinto, cap. decimo, nume. 57. quod ipſi libenter pręſtiterunt, ſicut Tobias demandauerat filio ſuo dicens: Quomodo potueris, ſic eſto miſericors, ſi multum fuerit tibi, abundanter tribue, ſi modicum, & illud libenter, & hilariter impertiri ſtude. Sic enim duodecim cophini fragmentorum multiplicantur Apoſtolis, & lechytus olei, & hydria farinæ mulieri Sareptanæ non imminuitur. Qui *2. Cor. 9.* parce ſeminat, inquit Paulus, parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet, hoc eſt abundanter.

5 Præterea quia multitudo hæc maxima ſui oblita Dominum in montes ſecuta eſt, ut *Marcus.* eum audirent, eos paſcere curauit, dum eos conſideraſſet in eremo ambulantes velut oues abſque paſtore. Egreſſi domos nihil ſecum tulerunt, ſed intenti diuinis operibus eius ſe commiſerunt prouidentiæ: ideo hoc patrat miraculum, quo omnes reddamur certi, uel quod Deus, quamdiu durauerit homini neceſſitas, quæ ipſo diſponente illi accidit, illi aſtabit, vel ſi expedientius iudicauerit, ab ea liberabitur neceſſitate, quam propter Dei ſeruitium incurrit. Cum ipſo *Pſalm. 90* ſum in tribulatione, ait Deus, quamdiu illi expediens fuerit, & poſtea eripiam eum, & glorificabo eum. Vnde optime adnotauit *Sapien. 10* Salomon loquens de Ioſeph: Hæc, ſcilicet, diuina ſapientia, quæ Deus eſt, venditum iuſtum non dereliquit, deſcenditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi ſceptrum regni, & potentiam aduerſus eos, qui eum deprimebant. Et cum de Iacob patre illius loqueretur, dixit: In fraude circumuenientium eum illi aſtuit, &c. cuſtodiuit eum ab inimicis, & a ſeductoribus tutauit illum. Et ita *Dan. 3.* cum impius Rex ſanctos iuuenes in fornacem coniecíſſet, barbarus Rex ut huic veritati fidem adhiberet, cum quatuor vidiſſet in fornace deambulantes, tribus tantum ingreſſis dixit: Ecce ego video quatuor uiros ſolutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis eſt, & ſpecies quarti ſimilis filio Dei, qui aſſiſtit Sanctis, & liberat eos, cum illud viderit expedire.

Et propter iſtam rationem arbitror Deum tam frequenter, & acriter indignari contra Iudæos per deſertum ambulantes, qui in neceſſitatibus pauentes fatigabantur, vel cum hoſtes eos inſequerentur, vel ſitim paterentur, &c. & accedebant ad Moyſem anxij, vt eis prouideret de remedio, & licet conuenientiſſimum videretur cum & ille ipſorum eſſet dux, & virgam ad patranda miracula, & uirtutem accepiſſet, ad ipſum in anguſtiis properare, Deus id acriter non *Exod.* ferret, niſi vellet ipſis ſuadere, quod ab ipſo liberanda erat illa hominum multitudo, quæ incunctanter obediens Deo illi ſe expoſuit periculo hoſtium, ſitis, famis, &c. Detinuit Deus quatuordecim annis, aiunt *Geneſ.* Sancti, Ioſephum in carcere, qui cum libertatem prædiceret pincernæ Regis Aegypti, ſubintulit: Memento ut ſuggeras Pharaoni, ut educat me de iſto carcere, in quo innocens detineor. Inuenta eſt in re hac ſubornatio aliqua, elargitio munerum iniuſta adhibentur media? Minime. Sed tantum proponit iuſtitiam ſuam, media adhibet humana, & conuenientia, quale peccatum hoc fuit? Nullum ſane, ſed ſi id non curaret, inſanus crederetur, & inſenſibilis. Trito enim prouerbio, vero quidem, licet barbaro Hiſpani aiunt: *A Dios rogando, y con el mazo dando.* Iniuſte Rex Aſſuerus Iudæorum ingentem multitudinem damnauerat ad mortem, cumque Mardochæus huic malo prouidere deſideraſſet, & orationibus, & lacrymis diuinam interpellabat clementiam, & nihi-

lominus ordinauit vt Hester, quæ a Rege nimium diligebatur, ipsum alloqueretur,& placaret. Similiter & Iudith, cum immi nens periculum in populo cerneret, & Deum adijt,& media adhibuit humana,quo eum posset ab hostibus eripere. Cum ergo hæc ita sint,cur Ioseph detinetur in carcere,quia innocentiam suam Regi ostendere studet? Vtique quia ipse optime nouerat, & fratribus retulit postea,Deo ita disponente,ista illi accidisse in eorum bonum; ideo Deus eum detinet,quia minus illi fideret, qui eum in tali constituerat necessitate. Doctrina hæc non docet media humana relinquenda,quibus dimissis,Deus tentatur; sed vt doceret causam propriam Deo committendam, quando propter ipsum periclitatur homo. Ideo indigne tulit,quod Iudæi Moysem, & Ioseph pincernã Regis interpellarent pro remedio minus fidentes Deo,quod non facerent,si intelligerẽt Deum liberare eos, qui ob seruitium eius in aliqua constituti sunt necessitate,aut periculo. Si quidem homo in aliqua constituatur necessitate,ut libidini, ludis, excessui uestiũ, & aliis vacet, vt multis hominum accidit, Deus horum remedio obligatus non manet. Si Iudens quis in pauperem redigatur, aut epulis,& deliciis vacans,talis in hospitali moritur miser. Si Achab vt suo satisfaciat appetitui,renitente Deo ad bellum ascendit, peribit ille,licet habitum mutet. Sagitta in incertum directa,quoniam non Dei voluntate, sed propria impulsus illi se obtulit periculo. At si Dauid,Domino iubente, ascenderit pugnaturus contra Ceilam, astabit qui iussit ascendere, vt debellatis hostibus ille liber euadat. Si Saul contra Philistæos ascenderet pugnaturus non iussus a Deo pereat in montibus, qui Deo inconsulto periculum ingressus est,& cũ vita regnum,& honor simul corruant. At si Ezechias Rex iustus militibus carens ab exercitu Senacherib circumualletur, deficientibus hominibus adsint Angeli, qui hostibus trucidatis eum liberent ab imminenti periculo. Daniel in lacu leonum demittitur, quia vera prædicit,& ad Deum orandum se cõuertit contra imperium impij Regis: claudat Dominus leonum famelica ora, ne eum cõtingant,qui ut Deo obediat, Regi extitit inobediens,in verticeque capitis ueniat Abacuch, vt famelicum in lacu existentem pascat, ductus in momento temporis a Iudæa in Babyloniam,& si in lacum proiecti fuerint scelerati accusatores Danielis,deuorentur in momẽto coram Rege. Et si Iudei Aegyptum deserentes iussu Dei mare ingrediuntur, exsiccetur mare rubrum flante vento, ut transeant homines,& iumenta; cumque idem mare ingrediuntur Aegyptij contra Domini voluntatem, continuo inuoluantur fluctibus, ac pereant vniuersi cum curribus, & equitibus eius,reducens super eos Dominus aquas maris. Et hac ratione cum Moyses iratum Dominum cerneret contra populum, ad ipsumque de terra delendum paratum aiebat: Cur Domine irascitur furor tuus contra populum tuum,quem eduxisti de terra Aegypti in fortitudine magna,& in manu robusta? Ne, quæso,dicant Aegyptij: Callide eduxit eos, vt interficeret in montibus. Quiescat ira tua,& esto placabilis, &c. Placatusque est Dominus,&c.quasi dicat,non decet bonitatem tuã, vt populus,qui tuo fidens verbo ingressus est vastam hanc solitudinem,pereat,qui te iubẽte iter est ingressus, & necessitatibus pressus non releuetur. Sic Susanna conuenientius iudicauit incidere in manus hominum, quam derelinquere legem Dei. Suspexit in cælum dum accusaretur, erat enim cor eius fiduciã habens in Domino,cuius intererat,sicut & fecit,sue prouidere famæ,& vitæ, quæ eam contempsit,ne castitas periclitaretur. Propter istam ergo veritatem hominibus suadendam, cum hi famem paterentur sequentes Iesum dicentibus Apostolis, vt mitteret eos ad emẽdos cibos respondit: *Non necesse habent ire, nos date illis manducare.* Mihi enim incumbit eorũ prouidere necessitati, qui mei causa illam patiuntur. Sed quod in re hac expedientissimum arbitror considerare,illud est(vt circũstantias facti huius explicemus) secundum conuiuantium & personarum qualitatẽ prouidisse Dominum eorum necessitati. Turba enim multa egebat, non Principes, Duces, Equites,&c.vnde pane hordeaceo,& piscibus pascuntur, quibus hæc sufficiebant. Daniel Propheta sanctus inter Babylonicos degebat seruus, cumque in lacu leonum fame premeretur,Abacuch adduxit Angelus, qui panem rusticano,& cibo,quem messoribus rusticis deferebat,sustentaret virum existẽtem in lacu, quem tam facile posset delicatioribus pascere cibis. Similiter cum Helias exularet rabiẽ impiæ Iezabelis fugiens, missus est a Deo ad mulierem Sareptanam, cui Propheta dixit: Affer mihi obsecro subcinericium panẽ paruulum, & cum in desertum fugiens fatigatus fame, & exanimatus in vmbra iuniperi dormiret,adfuit continuo Angelus egenti, & dedit ei subcinericium panem, & vas aquæ. Sic & Helisæus filius Prophetarum ollam herbarum iussit apponi, vt vescerentur. Sic & Ioseph cum ad prandium inuitaret fratres suos,simul cum Aegyptiis fecit ut sederẽt coram eo primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatem suam. Sic & noster Ioseph vult, vt plebeius cibum, & indumentum habeat non diuitis,sed plebei; agricolæ prouidet iuxta suum statum, Equiti, Duci, magnati,& Regi in ordine suo. Non prouidet hominum insaniæ,& vanitati, sed necessitati. Noli tu,qui ingenuus licet sis,Eques non es,vt domus tua abundet sicut Marchionis domus, quod lauta mensa illius sit similis,quod vxor tua auro,& gemmis ornetur, & fericis, vt vxor illius. Hæc est enim mundi peruersitas, in quo vt in inferno degunt homines, vbi nullus ordo,sed sempiternus horror inhabitat, quod nullus

3.*Reg.ult.* — *Exod.* 32.

Dan. 13.

4. *Reg.* 4. *Genes.*43.

nullus in suo viuit ordine, sed sutor mensam, & vestem vult habere mercatoris, & is Equitis, & Eques Comitis, & Comes Regis, & hac de causa omnes & egent, & ære alieno sunt oppressi; ad idq. fœnora, vsuræ, &c. quibus singulorum vanitati, & superfluitati prouideatur, cui Deus prouidere nec tenetur, nec vult. Vtq. id doceret, turbæ porrigit panem hordeaceum, & piscem, & illi non murmurant, sed clamãt grati: Hic est vere Propheta, qui tantum nobis contulit beneficiũ, & nostræ prouidit necessitati, licet vanitati non prouiderit. Et eadem ratione in medio tempore Quadragesimæ Ecclesia Euangelium hoc proponit fidelibus hac ratione ducta, vt intelligas quod tempore Quadragesimæ, vbi aliena restituenda sunt bona, restituendus alienus honor, resarcienda proximi fama, vbi corpus ieiunijs, eleemosynis, abstinentia, cilicijs conterendum est, quod qui hæc egerint, Deum habebunt auxiliatorem. Restitue alienum, licet ad paupertatem redigaris, Deo enim incumbit tibi in fornace paupertatis constituto prouidere, ne pereas, qui vt diuinum impleas præceptũ de restitutione hanc necessitatem incurristi. Si peritus confessor restituẽdum dixerit alienum honorem, alienam famam, obtempera: Deus enim honori tuo prouidebit, quem cõtemnis propter ipsum, prouidebit saluti, & vitæ ieiunantis, & denique omnibus necessitatibus, in quibus propter ipsum inuentus fueris, vel tibi astando, vel ab eis te eripiendo, sicut tibi iudicauerit expediens.

7 *Abijt Iesus &c.* vsque ad ea verba, *quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur.* In quibus verbis considerare expedit iuxta variam hominum dispositionem diuersimode opera Dei recipi. Pharisæi videntes Dominum mira patrantẽ signa aiunt: *Quid facimus? Quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, &c.* Signis Christi mouentur ad occidendum eum, turba hæc videns etiam signa ad sequendum eum omnibus oblitis mouetur. Eodem enim medio, quo iusti mouentur, vt efficiantur meliores, mali efficiuntur peiores. Sicut enim diligentibus Deũ omnia cooperantur in bonum his,qui secundum propositum suum vocati sunt Sancti; ita eum odientibus omnia cooperantur in malum. Miraculis Moysi Pharao indurabatur, & Israelitæ ædificabantur. Sicut eadem pluuia crescit triticum, & matutescit, eademq. crescunt spinæ, eadem doctrina, qua iustus mouetur, eadem reprobus culpa sua perit. Dei misericordia considerata iustum ad bene operandum impellit, qua abutitur impius ad sui ipsius perditionem. Deus quomodo dicatur Sanctus cum Sancto, & cum peruerso peruerti, lib.2.cap.14.num.4.lib.4. cap.24.nume.4.5.& 13. Deus vnus cum sit, secundum variam recipientium dispositionem alius, atque alius dicitur, lib.4. ca.24. num. 3.vsque ad 5.13.15. 16. & 18. Deus secundum variam diſpositionem gustuum diuersos videtur habere sapores, lib.4.cap.24. nu.18.& 20. Misericordiam Dei prætendunt mali stulte & impie, vt vacent malis, libr. 4. cap. octauo, numer. 2.3.5. vsque ad 10. & 20. cap.11.num.3. vsque ad 5. num.28.& 29. Misericordia Dei abutuntur mali, lib.4.cap.11. num.21.24.& 31. Alij, dum hanc considerant, recte conuertuntur, lib. quarto, cap. octauo, numer.15.

Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, &c. Hæc est hominum conditio, impossibilia facere, quæ Deo facillima sunt. Sic in Numeris cum audiret Moyses dicentem Dominum, se per mensem integrum daturum carnes populo in abundantia,qui iuuare debuit voluntatem dantis, eã sua difficultate auertere,& retinere conatur dicẽs ad Dominum: Sexcenta millia peditum sunt huius populi,& tu dicis: Dabo eis esum carnium mense integro? Cui Deus: Numquid manus Domini inualida est? Sic Philippus: *Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis.* Non ex te Philippe pecunia quæritur, sed locus, vbi panis inueniatur. Tuum erat dicere: Domine in penuario potẽtiæ tuæ,& non in impossibilitate diffidentię meæ panis inuenietur, ad hanc multitudinem satiandam. Sic a Moyse non requirit Deus, quot hominum millia sint,nec ad quot dies carnes populo dabuntur, sed præcipitur ei,vt paret plebem ad munus hoc recipiendum. 8 — *Num.*11.

Facite homines discumbere. Id in his verbis considerandum est, quod cum Iesus hos posset homines pascere per se ipsum medijs non interuenientibus discipulis, vt olim patribus eorum,cum manna pluit, pluitq. sicut puluerem carnes, & sicut arenam maris volatilia pennata, id quod Eliæ per Angelum præstitit subcinericium panem,&c. noluit, sed per manus Apostolorum, vt doceret quod pauperes alẽdi essent manibus diuitum. De Eleemosyna latissime differitur, lib.5. capit.10. per totum. 9

Discubuerunt viri numero quasi quinque millia. vbi feminæ & paruuli multi erant, in quibus varij virtutum gradus significabantur,lib.18. cap.9.num.2.& 3. Sed tamen hos non numerat Deus,ait Augustinus, quia qui non perdurant occurrere Christo in virum perfectũ, vel infirmitate virium, vel mentis leuitate viuunt, mulieribus, & pueris comparandi sunt. Firmitatem explicans Paulus inquit: Participes Christi effecti sumus, sed hac lege, si tamen initium substantiæ eius vsque ad finem firmum retineamus. Ecce contra imbecillitatem mulierum, contra mentis leuitatem significatam in pueris dicitur: Nolite pueri effici sensibus, &c. Vnde hi in veteri, & in noua lege non numerantur. Pueri dicuntur sensibus, lib.1.cap.2.numer.9. Senes vitijs dediti cum cano capite sensum habent puerilem, ibidem numer. quarto, vsque ad sextum. Adolescentes numerantur in sacris 10 — *Aug. lib.* 83. *quæst.* — *Hebr.* 3. — 1.*Cor.*14.

litte-

Universidad de Sevilla

litteris, quando sensibus sunt viri, ibidem num. 8. & 10.

11 *Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant.* In his verbis præter quam quod (vt dicebamus supra) Deus liberalitatem demonstrare voluit in eos, qui erga pauperes liberales sunt, docet Dominus, quæ supersunt nobis proximis impertiti, ne superflua pereant. *Exod.* 12. Sic in Exodo præceperat Deus in esu Agni. Si autem minor est numerus, vt sufficere possit ad vescendum Agnum, assumet vicinum suum, qui coniunctus est domui suæ: & in Le- *Leuit.* 19. uit. dicitur: Cum messueris segetes terræ tuæ, non tondebis vsque ad solum superficiē terrę, nec remanentes spicas colliges. Nec in vinea racemos, & grana decidentia colliges. In quibus quid facilius excogitari potest, quam vicinam congregare familiam, cum propria sufficere non potuerit, ad vescendum Agnum, ne ille pereat? Aut spicas remanentes, & grana decidentia pauperibus relinquere? Sic facilitatem huius præcepti docens præcipit, vt remanentia colligantur fragmenta, ne pereant, sed egentibus reseruentur. Eleemosynæ enim præceptum, quo superflua danda sunt, facillimum *4. Reg.* 4 est, lib. 5. cap. 10. numer. 12. 20. & 53. Oblati sunt Elisæo viginti panes hordeacei, quos iussit dare Prophetis, vt comederent. Respondit q. ei minister eius: Quantum est hoc vt apponam coram centum viris? Dixitq. Propheta: Da eis, comedent enim, & superrerit; & ita factum est. Iesus quinque panes iussit apponi, & superfuere duodecim cophini, qui seruati sunt, vt pauperibus erogarentur. Eleemosynas dare manu propria, & non seruorum conferebant Sancti, lib. 5. c. 10. num. 18. Christus autem per Apostolorum manus panes distribuit, vt eos ad opera misericordiæ redderet promptiores.

FERIA SECVNDA
post Dominicam Quartam in Quadragesima.

Euangelium.

Prope erat Pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam, &c.
Ioan. 2.

1 *Feria 2. Dominicæ 4. in Quadrag.*

PAVCIS post tentationem transactis diebus, & aqua conuersa in vinum in nuptijs, seipsum magis manifestaturus Dominus e Capharnaum, vbi aliquot diebus cum suis manserat, ob instans Pascha Iudæorū ascendit Hierosolymam, vbi flagello de funiculis facto, e templo abegit vendentes, rogatusq. signum vendicatæ auctoritatis, mystico sermone templum a Iudæis soluendum, & a se post triduum excitandum denūtiat, multisq. eo loci patratis miraculis, plerosq. ad credendum in se traxit.

2 Dominus Iesus bis Hierosolymitanum templum ingressus acriter animaduertit in eos, qui sacris ædibus ad quæstum, & auaritiam abutebantur, vbi solis sacris vacandum esset negotijs: intrauit iam morti proximus, quando cum ramis palmarum a populo in ciuitatem sanctam receptus est, cuius ingressum cōmemorat Ecclesia ex capite 21. Matthæi. Feria 3. Dominicæ primæ in Quadragesima, vbi multa animaduertimus, quæ vtrique Euangelio sunt communia. Intrauit etiam adhuc incognitus mundo in exordio prædicationis suæ, quē ingressum solus Euangelista Ioannes retulit in hoc capite, in quo considerandum est, grauissimis causis motum Dominum in eos, qui in templo erant vendentes oues, & boues, & columbas, & nummularios, vt eos foras pelleret cum multa indignatione, licet necessarium videretur, vt in atrio templi ea reperirentur ab hominibus, quæ diuinis sacrificijs essent mactanda, & offerenda. Cum enim a remotis multi Hierosolymam aduentarent, vt implerent quæ lex mandauerat in offerendis sacrificijs, nec afferre hi de longe possent oues, & boues, conueniens certe aliquibus videretur, si in atrijs templi ista ad manum reperirent, quæ Deo ad expiationem culparum, vel in gratiarum actionem offerrent. Indubie credendum est, si temporis cōsideremus circumstantiam, in qua Dominus ementes, & vendentes eiecit e templo, illud & expedientissimum fuisse, & multa cum considerationē dispositum. Exordium enim prędicationis Domini erat, quando hæc gesta sunt, quando veniebat quasi tenerrimus ligni vermiculus *2. Reg.* 23. verus noster Dauid, qui tener, & fragilis, & modicus apparebat, omnibus affabilis, omnibus quietus, omnibus humilis. Qui quam humilitatem operibus nascens commendauerat, hanc prædicans, & verbis, & signis ostenderet. Quique dicebatur spiritum habere in naribus, licet excelsus ille esset, vt mansuetudinem eius cognosceremus, de quo & scriptum est: Non clamabit, nec audietur *Esai.* 2. vox eius foras; calamum quassatum non con- *Esai.* 42. teret, & linum fumigans non extinguet. Quē locum de Iesu nostro intelligendum retulit Matthæus. Iesus cunctis placabilis in primo *Matth.* 12. aduentu, lib. 3. cap. 5. nu. 28. 32. vsque ad 36. cap. 7. numer. 34. 35. 42. & 43. Erat enim Iesus imber temporaneus, & serotinus terræ, lib. 3. cap. 9. num. 16. Christi primus aduentus stillæ paruæ comparatur, secundus tonitruo, lib. 9. cap. 9. num. 70. & 71. Licet enim Christus gladius esset bis acutus, vibratus non est in primo aduentu, sed in secundo, ibid. num. 53. & 59. Qui in primo aduentu siluit, in secundo

cundo vt parturiens loquetur, num. 62. Talis cum venisset Dominus homo factus, vt se demonstraret placabilem cunctis, vt ad vbera consolationis eius penderent vniuersi, dum vox eius non audiretur foras, qua homines territi dicerent: Audiui auditionem tuam, & timui: & nudi eum considerantes asperum absconderentur, vt parturiens loquebatur, quæ vox miseranda potius est, quam timenda, qua femina animi patefacit dolorem, quo angitur non vt alicui noceat, sed vt fœtum in lucem prodat. Talis cum in mundum venisset, vt loqueretur, & innotesceret eius bonitas, quæ olim quodammodo latuerat homo factus, dum in hodierno facto tantam ostendit indignationem, quā extra templum numquam legimus accidisse, egregium quid in re hac considerandum monstrauit, dum nec alio loco, nec tempore eum talem legimus, cum tamen Hierosolymis multa cōtingerent tertio quoque die, immo assidue, his forte maiora, & grauiora mala, adulteria, homicidia, blasphemiæ, odia, periuria, furta, &c. quæ grassarentur in populo, in quo omnes a maiori vsque ad minorem studerent auaritiæ, in quibus innumera erant scelera, *Esai.* 1. quæ significauit Esaias cum dixit: A planta pedis vsque ad verticem non esse sanitatem in Israel, vbi vulnus, & liuor, & plaga tumens varias indicabant animarum ægritudines, quibus & nobiles, & plebei, Ecclesiastici, & seculares, diuites, & pauperes afficiebantur. Quorum omniū status miseran- *Hieron. & Iosephus.* dus breui vocem fecit in templo audiri Angelorum dicentium (vt Iosephus, & Hieronymus referunt) Transeamus ex his sedibus. *Hier.* 51. Vt sicut olim tempore Hieremię dictum fuit: Curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam, & eamus vnusquisque in terram suam, quoniam peruenit vsque ad cælos iudiciū eius. Sicut tūc impię Babyloniæ tam miseranda strages secuta est, cum dereliquissent eam Angeli prouinciam illam custodientes, huic similis erat vita eorum, qui tunc in Iudæa morabantur, cum eandem fere audierunt vocem, quam infideles: Transeamus ex his sedibus. Cum enim respublica illa extinctioni iam esset proxima, id in ea considerare expedit, quod in homine, qui iam morti vicinus est, videmus, in quo pectus est velut feruens mare, oculi confracti nihil prorsus aspicere valentes, demissum super humeros caput sensibus fere omnibus carens, qui validissimis clamoribus vix territus audit, cui iam extrema omnia frigida animæ iam absentiam proximam clamāt, vbi vix hominis vestigium reperitur, sed exanime iam iudicatur cadauer, quando mors iam approximat cordi, vt deficiente motu eius, pereant cætera. Talis erat Hierosolyma, & *Matth. 3. Luc. 3.* vniuersa Iudæa Iesu prædicante, vnde ipse, & Ioannes omne genus hominum adibant, vt eos ad sanam mentem pertraherent. Militibus aiebant verbis miram pietatem redolentibus, cum hoc hominum genus tam sit vitijs implicatum: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipēdijs vestris. Aduentantes publicani audiebant: Nihil amplius, quam quod constitum est vobis, faciatis, &c. cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congreganit triticum suū in horreum suum. Iam securis ad radicem arboris posita est, omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur. Talis Dominus cum in porticu Salomonis tumultuantem turbam contemplatus est ementiū, & vendentium oues, boues, & columbas, cambientes pecunias, illos expulit diuino concitatus zelo, dum contemplatur auaritia Sacerdotum ista disponi, & Christus Dominus, qui decorus erat his, qui eum audiebant, fortis ostensus est his, qui eum contemnebant, vtpote qui Rex eum esset, decorem induerat, & fortitudinem, lib. 3. cap. 8. nume. 10. Lapillus enim Danielis sta- *Dan.* 2. tuam auream pedes ferreos, & fictiles potentium confringebat, monsq. effectus docebat electos, & vulnerabat principem Tyri, lib. 3. cap. 6. num. 8. Vnguentum effusum liniens, vngens, demulcens adolescentulas animas, ibid. numer. 2. vsque ad 5. Inueteratas autem peccatis animas vnguētum hoc non mulcet, sed ait: Inueterate dierum malorū recte venerunt in te peccata tua. Et sicut Ioannes lucerna huius solis, qui tanta mansuetudine alloquebatur milites, & publicanos, in Sacerdotes, & Pharisæos acer reprehensor factus aiebat: Genimina, seu progenies viperarum, *Vbi supra.* quis demonstrauit vobis fugere a vētura ira? Sic & Iesus ea, quæ Sacerdotum dispositione gerebantur in templo, licet minora viderentur mala, forte alijs, quæ tunc in republica agebantur, maiori animaduersione digna censebat, considerata Sacerdotum peccantium & dignitate, & obligatione. Nugæ enim, vt aiebat Bernardus, in ore sæcularium nugæ sunt, eędem autem in ore Sacerdotum efficiuntur blasphemiæ. Sicut macula eadem in vili, & pannoso habitu vix cernitur, quæ multum deturpat purpuram, & byssum, deauratamq. vestem; ita licet peccata in se eadem sint, ratione subiecti efficiuntur grauiora, quæ Deus acrius punit, & difficilius tolerat, vel omnino renuit tolerare, eiusmodi hæc erant, quæ consilio Sacerdotum gerebantur in templo, quæ ipse acriter puniuit flagello facto per se ipsum, qui cum per se ipsum hominibus benefacere disposuerit, punire regulariter voluit per interpositas creaturas. Deus vt misericordiam suam ostendat per semetipsum consolatur tristes, lib. 4. cap. 9. numer. 4. cap. 14, num. 2. Diciturq. pater misericordiarum, non vltionum, lib. 4. cap. 9. numer. 14. Si quempiam contra leges aliquid facientem ipsemet Rex euaginato ense puniret, graue illud fuisse crimen, & quo Rex maxime offenderetur arbitraremur recte, cum subito absque vlla dilatione, nec commissa

causa

causa alteri, nec illius executione ipse, qui malueritsimus ab omnibus credebatur, eius extitisset punitor. Sic & in re hac crediderim Deum incarnatum in facto hoc grauiter offensum, quando qui in lege veteri, qui Deus vltionum dicebatur, & erat, per interpositas creaturas, quasi per tortores, aut carnifices se de hostibus vendicabat, hic per se ipsum vindictam de inimicis suis sumpsit.

Genes.3. Peccauit Adam, & Angelum Deus misit, vt eum paradiso pelleret, cum idem Dominus aduenisset prius, vt eum ad sanam mentem

Genes.6. reduceret. Aquæ præcepit, vt mundum sceleribus contaminatum inundatione deleret, qui tamen ipse & iustum liberaturus venisset,

Genes.19. & clausisset arcæ ostiũ a foris Dominus. Igni præcepit, vt Sodomitas combureret, & tamen cum Abraham de re hac egit, si forte remedium adhiberetur huic malo. Terræ mandauit vt Datan, & Abiron absorberet, sed ipse in otio tabernaculi descendit in nube, vt Moysen, & Aaron & consolaretur, & a furore

2.Reg.24 plebis eriperet. Peccante Dauid, cũ ipsi eligendam commisisset vindictam, & ille conuenientius iudicaret, vt per manus Domini hæc ferretur, Angelum Deus misit, qui pec-

Dan.13. catum Regis vindicaret. Peccauerunt senes in Susannam, & suscitauit Dominus spiritum pueri iunioris, cui nomen Daniel, quo medio populus senes lapidaret. Hæc oia Deus his modis operabatur, vt per se ipsum misereretur, & per creaturas suas animaduerteret in delinquentes, quo eius innotesceret bonitas, vt quasi alienum faceret opus, & peregrinũ ab eo, cui propriũ est misereri semper, & parcere, cũ se de hostibus vindicaret: & tamen cũ hæc eius fuerit semper propensio, quæ & in lege noua amplius esset manifestanda, dum manu propria, & flagello a se facto vendentes & ementes expulit e templo, rei voluit grauitatem declarare infami, & vili seruorum punitione, & rigida: talia enim sunt Ecclesiasticorum peccata, etsi talia non videantur. Cum illi sint, de quibus recte dicendum videtur, quod Iob Deus dixerat: Si habes

Iob.40. brachium, sicut Deus, & si voce simili tonas. Circumda tibi decorem, in sublime erigere, & esto gloriosus, & speciosis induere vestibus. Decori enim in exemplo, sublimes in conuersatione, glorioſi in donis, & habitu sanctarum virtutum induantur, qui diuinam repræsentant potentiam, & voce simili tonãt, vnde horum peccata maiora sunt cæteris, & grauius punienda. Peccata potentium, qui-

2 bus alij prouocantur ad malum, acriter sunt puniẽda, lib.3.cap.15.num.10.lib.4.cap.18. numer.21.23.& 24.lib.6.cap.11.nume.6.13. vsque ad 15.lib.14.cap.17.num.15. Prælati, & Doctores, qui lucro intenti munia exercent sua, acriter taxantur, lib.14. capit.30. nume.6. Religiosi quia maiora Dei beneficia receperunt, si mali sint, difficilius tolerantur, & acrius puniuntur, lib.15.cap.6.nu.8. Religiosis grauia sunt, quæ apud sæculares pro minimis habentur, ibid.nume.10. Sacerdotes, dum peccant, acrius cęteris puniuntur, lib.16.cap.1.numer.32. Sacerdotes reprobi acriter puniendi sunt, lib.5.cap.12.nu. 35. Ecclesiastici, si cadunt, difficilius surgunt, quam laici, lib.14.cap.16.numer.7. Sacerdotum peccata maiora sunt, quam plebis grauioriq. egent medicamine, vt sanentur, lib.14.cap.16.num.8.10.vsque ad 13.17.19. 20.& 24.lib.16.capit.1.numer.18.24.& 32. Sacerdotum, & Prælatorum peccata acrius puniuntur, quam plebis, lib.14.cap.16.num. 17.& 18.lib.16.cap.1.num.18.cap.3.nume.5. Sacerdotibus grande imminet periculum, si aliena non corrigant, & maius, si propria contemnant, lib.14. cap.16.numer.18.& 24. Præterea etiam factum hoc tam acriter reprehendit Iesus, & vindicauit, in quo vix vllum, aut leue a multis crederetur peccatum, ab alijs autem egregie factum, vt populo venieti in templum ad manum essent sacrificia, quæ iussu Domini ei essent offerenda, quibus cultus diuinæ maiestati debitus exhiberetur. Vt intelligas peccata frequenter maiora facilius execrari peccatores, quam alia, quæ dum leuia, aut nulla credunt homines, vix aut considerant, aut dolent. Ascendit Saul, *1.Reg.15.* vt pugnaret contra Amalec, dixitque illi Samuel: Demolire vniuersa eius, nõ parcas ei, sed interfice a viro vsque ad mulierẽ, bouem, & ouem, camelum, & asinum. Perrexit Saul ad bellum, & Regem non interfecit, pepercitq. optimis gregibus, & omnibus, quæ pulchra erant. Factum est autem verbum Domini ad Samuel dicens: Pœnitet me quod constituerim Saul Regem. Contristatusq. est Samuel, & clamauit ad Deum tota nocte. Et profectus obuiam Saul in Galgala inuenit eũ offerentem holocaustum Domino de initijs prædarum, quæ attulerat ex Amalec. Indignatusq. Propheta dixit: Proiecit te Dominus, ne sis Rex, tradidit regnum proximo tuo meliori te. Porro triumphator in Israel non parcet, & pœnitudine non flectetur, neque enim homo est, vt agat pœnitentiã, eorũ quæ tibi dixit euentura. Certe tam acris Domini indignatio, & subita ideo accidit, quia leue, aut nullum credidit peccatum, quod patrarat, cum armentis pepercisset, vt Deo hostias offerret. Sic & Achab, quia ascendere voluit in Ramoth Galaat, dicẽte Michæa ne ascenderet, sagitta subito percussus interijt, cuius sanguinem canes lamberunt, disponẽte sic Deo, quia Prophetam audire noluit in re, quæ parui videbatur momenti. Sic & hodie funiculo eiecit ementes, & vendentes, & eorum culpam acriter improperauit, qui vix vllam crederent in cambienda pecunia propter sacrificia. Peccata enim illa, quæ præ se ferunt grauitatem multam puniunt homines in se acriter, etiam dissimulante Deo, vt Dauid accidit, qui homicidium, & adulterium tam rigide vindicauit in se. Immo & Cain, licet impius, & desperans, grauitatem fratricidij

cidij considerans aiebat: Ero vagus, & profugus in terra, & quicumque inuenerit me, occidet me. Et Iudas, qui in profundum venerat malorum, cum proditionem aduerteret, tristitia multa præoccupatus, licet illa secundum Deum non esset, dixit: Peccaui tradens sanguinem iustum. Flebit quidem femina adulterium, virgo stuprum, sceleratus homo homicidium, cum hæc crimina præ se ferant & turpitudinem multam, & grauitatem. At alia sunt subcutanea peccata superbiæ, ambitionis, proprij amoris, & alia, quæ leuiora videntur, & difficilius cognoscuntur, quæ etiamsi minora sint, acrius puniuntur a Deo. Peccatum, cum velut virtus aspicitur, & creditur, tardius derelinquitur, lib.4.cap.30.numer.18.& 19. Peccata aliqua cũ magna difficultate curantur, sicut in vulneribus corporum accidit, lib.14.cap.7.num. 2.& 28.cap.8.num.1.6.8.9.11.12 & 23.ca.13. num.5.cap.17.numer.24.& 25.lib.18.cap.2. num.7. Peccata parua fiunt magna, si superbia pondus adiecerit, lib.14.cap.9.numer.4. vsque ad 6. Præterea Iesus tantam ostendit

3 indignationem in re, quæ non multum grauis videbatur, merito, quia non bene vtebatur eo loco, quem infinita misericordia sua acceperant ad tractandam commodius animæ salutem cum Deo. Audite, cum Deus loca signauit, & tempora, vt ipsi cultus exhiberetur, & homines temporibus statutis ad signata venirent loca, vt specialiori cura de

Exod.20. rebus agerent animæ, id fecit, vt prouideret hominum imbecillitati. Præcepit Dominus in Exodo: Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, septima autem die Sabbatũ Domini Dei tui est, non facies opus in eo. Hoc enim morali præcepto Deus voluit, vt in omni lege certum esset, ac deputatum tẽpus, in quo homines vacarent Deo. Quoniam ratio naturalis dictat, vt cuilibet rei, quæ necessaria est ad vitam, certum deputetur tempus, tempus ad edendum, dormiendum, &c. Cumq. animæ salus tam sit hominis negotiũ, tamq. necessarium, illi tempus signauit Deus, signauit etiam & locum. Quoniam licet homines spirituales, vbi constituant oratoriũ, & locũ, sit mens, in qua Deo vacent. Et Isaac meditatur in agro deambulans, & Hieronymus in squalenti eremo Angelicam ducebat vitam, sicut & multi alij loca siluarum incolentes. Immo Daniel in lacu leonum, & Jonas in ventre piscis, & tres pueri in fornace ignis ardentis, & Ezechiel iuxta fluuiũ Chobar in medio captiuorum positus, & Iudith in papirione impij Holofernis Ecclesiam, & oratorium construxerat. At imperfectione hominum factum est, vt Moyses Domini iussu construeret tabernaculum, quo populus conflueret, vt cum Deo de rebus ageret pro-

3.Reg.8. priam salutem concernentibus. Labentibus annis permagnificum templum Salomonis ædificatum est, ad quod accederent Iudæi, vel si accedere non valerent, ad quod respicerent oraturi Deum, dũ necessitatibus pressi indigerent remedio; erectæ Synagogæ, vbi lex docebatur a Scribis, & populi confluebant, vt orationibus communibus iuuarentur homines. Locus ille Angelorum erat, & Archangelorum, regia Dei, vbi sicut in cælo prociderent homines, & nihil nisi sanctum sonaret. In tabernaculum Moysi tantummodo Sacerdotes ingrediebantur, idq. nudatis pedibus, nimisq. lotis, & cum maximo silentio, & veneratione: & hebdomada, qua ingressuri erant, a vino, & sicera se abstinebant. Immo Iacob, cum scalam contemplatus esset, per quam Angeli ascendebant, & descendebant, stupens, ac pauens dixit: Quam ter- *Genes.27.* ribilis est locus iste, &c. Vere Dominus est in loco isto, & ego nescibã, cumq. id ego ignorassem Deum, scilicet, hic specialiter cõmorantem, dum id nescirem, magnitudinem & sanctitatem loci non consideraui, &c. Cum ergo templum ad vacandum Deo, & ad offerenda ei munera, & orandum esset adinuentum, vt diceret Regius Vates: Afferte Do- *Psal.28.* mino filij Dei, &c. afferte Domino gloriam, & honorem: afferte Domino gloriam nomini eius. Adorate Dominum in atrio sancto eius, &c. & in templo eius omnes dicent gloriam. Cum ergo hæc in templo gerenda essent, mens in cælum eleuanda, vide quam recte huic accommodaretur fini cambiorũ tumultus, nummulariorum mensæ, balatus ouium, mugitus boum, emptorum, & venditorum negotia, & contractus, cum in domibus ad negotiationem deputatis vix hæc fierent sine crimine. Ideo tantopere indignatur Dominus aduersus eos, qui sacris miscebant profana, & sacras violabant ædes. Nec id nouum. Cum enim Heliodorus ærarium tẽ- *2.Mach.3* pli expoliare volens ingressus esset templum, nec Sacerdotũ moueretur precibus, ne tantum patraret facinus, spiritus omnipotentis Dei magnam fecit suæ ostensionis euidentiam. Apparuerunt enim illis duo iuuenes, qui circumsteterunt eum, & ex vtraque parte flagellabant sine intermissione multis plagis verberantes. Subito autem Heliodorus concidit in terram, eumq. multa caligine circũfusum rapuerunt, atque in sella gestatoria positum eiecerũt iam quidem fere mortuum. Cum ergo Iesus videret, quæ gerebantur in templo indigna sacris locis, zelo Dei corrosus, funiculo facto, hanc patris iniuriam acri ter vendicauit. Ex quibus id cõsideret Chri- 4 stianus, quod cum Ecclesiæ nostræ templum Salomonis in immensum excedant, sacrificia nostra sacrificijs Iudæorum sint incomparabiliter potiora, altare nostrum, in quo sanguis Christi offertur, eorum altaribus antecellat, ita & quæ a nobis exhibetur Ecclesijs irreuerentia maiori animaduersione digna est, vbi altaria sunt profanata, portæ exustæ, templa illicitis plena, & tamen nullus clamat: Ecce contriti sunt inimici nostri, *2.Mach.9* ascendamus nunc mundare sancta, & renouare

uare. Nec est, qui zelo Dei motus trucidet super aram eos, qui in templis luxuriantur feminas prospectantes, & sollicitantes, ne dicam maiora patrantes inter sacra altaria. Vnde omnia misere extremã intentant perditionem. Sal reliquit Dominus in terra, quo scelerati homines peccata execrarentur,
Matth.5. sed si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet vltra, nisi vt conculcetur ab hominibus. Cum adulter, aut fur, &c. veniam peccatorum suorum desiderauerint, adibũt sacra templa, vbi remedium inuenitur omni peccato efficax. At si in Ecclesia, quam ingreditur, maioribus implicatur peccatis,
Hier. 8. & 9. & vbi curari debuerat, ægrotat magis, & resina, quæ est in Galaat, & medicus non obducunt cicatricem filiæ populi mei, postulet iustus capiti aquam, & oculis fontem lacrymarum, vt ploret interfectos filiæ populi sui, qui medicinis obierunt, quibus sanari debuissent. Vnde cum verbis asperis, & flagello horum demẽtiam, & malum cohibere vo-
Matth.21 luisset Iesus, non effecit, cum iterum eos inuenerit peiores effectos, qui domum patris non domum negotiationis tantũ, sed & speluncam latronum fecissent. Ecclesia modo, vt priuata domus est, temporibus autem priscis ipsæ domus velut Ecclesiæ erant, libr. 5. cap. 2. nume. 3. 7. & 8. Ecclesias multi adeunt feminas visuri, num. 4. & 8. Ecclesiarum risus acriter taxabant Sancti, nu. 6. vsque ad 8. Ecclesijs reuerentia exhibenda est multis de
Iudicũ 8. causis, ibidem nume. 10. vsque ad 12. Olim quidem posteaquam Gedeon Madianitas vicisset, in signum gratitudinis Deo offerre voluit sacrificium, & ad id donaria postulauit a populo, nec voluit in Silo, qui locus erat con-
Iosue 22. stitutus a Deo ad sacrificia peragenda, id facere, sed in Ephrain loco, vbi ille habitabat, illa perfecit, vbi populus a Deo recessit, quod factum est Gedeoni, & omni domui eius in ruinam, quia alium eligens locum honorem non detulit Silo. Factũ est illi in ruinam, qualem timere debent Christiani in templo idolis immolantes, & non Deo, dum eo abutuntur ad propriam perditionem. In introi-
Ezec. 8. tu portæ templi statutum vidit Ezechiel idolum zeli, quo Deum ad iracundiam prouocabant. Sic dum auaritiæ studebatur, in introitu templi erant mensæ, oues, & boues, quæ idolorum seruitus erant. Ideo Iesus indignatus est, quia zelus domus Dei comederat eum. Populus autẽ quæ inde orirentur damna, aut quæ in his reperirentur mala, non perspiciebat, his assuetus, & quia templum non viderat, quando his carens solum hominum saluti consecratum erat, & quando veritatem, qua coleretur olim ibi Deus, non perspexerant. In libro primo Esdræ, quando
1. Esdræ 3. reædificatum fuerat celebre templum Salomonis, concinebant multi in hymnis, & confessione Domino, eo quod fundatum esset templum Domini. Plurimi etiam de Sacerdotibus & Leuitis, & Principes patrum, & seniores, qui viderant templum prius, cum fundatum esset, & hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna, & multi vociferantes in lætitia eleuabant vocem: cõmistim populus vociferabatur, alij flentes, dum recordarentur eorum, quæ in magnificentissimo Salomonis templo viderant, alij, qui hæc non viderant, læti magnificabant templum a Zorobabel constructum. Sic & nobis accidet, quia non consideramus, nec vidimus sanctitatem, tremorem, &c. quo olim templis intererant Christiani: gaudemus cum Ecclesiarum consideramus dignitatem, Sacerdotes sacris indutos vestibus altaribus astantes cernimus, sanctas audimus conciones, miramur sacrarum ædium maiestatem, & lætamur tales accepisse a Deo ad salutem animarum pertractandam. Flerent autem vberrime antiqui patres, si nostris interessent sacrificijs, orationibus, concionibus, vtpote qui vidissent qua animorum veritate hæc suis temporibus fierent, & quanta relaxatione, mentium distractione, animorum frigiditate a fidelibus nunc peraguntur.
Esai.26. In terra Sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Dei.

Cum fecisset quasi flagellũ de funiculis, omnes eiecit de templo. In quibus verbis id considerandum est, non solum quod peccata etiam in hoc sæculo acriter puniuntur a Deo, lib. 14. cap. 12. num. 14. 16. vsque ad 18. 20. & 22. sed etiam quod zelo plenum se debet ostendere Sacerdos, cum populum in faciem reprehendit. Sic in Exodo cum mitissimus esset Moy-
Exod. 32. ses, audito peccato populi, tabulas legis proiecit, & fregit. Partes agit optimi ducis. Apud Deum instantissime orat, sed coram peccatoribus sæuit, & acerrime arguit, vt ostendat Prælatũ, dũ orat pro peccatore, mitem se ostendere, sed zelo plenum, dum eum in faciem reprehendit. Prælatus botrus cypri dicitur, quia quem curare non potest mansuetudine, curare debet increpatione, lib. 14. cap. 29. numer. 34. Prælati sint contra Principes fortes, quando id iudicauerint expedire, lib. decimo quarto, cap. 31. nume. 10. libr. 16. cap. secundo, numer. 1. & 2. cap. 3. numer. septimo. In Prælatis regat disciplinæ vigor masuetudinem, & hæc ornet rigorem, lib. 14. cap. 31. numer. 11. vsque ad 13. 29. & 30. Prædicatores per boues, & leones designantur, quia & boum mansuetudinem, & iram leonum debent habere, libr. decimo quarto, capit. vigesimo nono, numer. 31. *Fecit Iesus flagellum*, non ferebat, nostra namque peccata pœnam accersunt, & nostris veluti prauis operibus infernus accendi-
Esai. 50. tur. Peccatis vestris venundati estis, &c. & in sceleribus dimisi matrem vestram, quia veni, & non erat vir, vocaui, & non erat, qui audiret. Ac si diceret. Si venditi estis, diabolo propter peccata vestra venditi estis, & propter scelera adulteram matrem vestram Synagogam vltra tenere non potui, sed

mundi voluptatibus irretitam abire permisi, veni enim humanum corpus assumens, vt ait Hieronymus, & non erat in uobis homo, quia omnes bestiarum imagines sumpserant, & non erat vir, qui se viriliter tot peccatis opponeret. Si ista peccata non essent, nequaquam vos vendidissem; vendidi autem, quia vocaui, & non erat, qui aduerteret. Deus quasi inuitus, & dolens cogitur peccatores damnare, ac si id contra propriam esset naturam & inclinationem, lib. quarto, cap. septimo, numer. 6. 13. vsque ad 15. & 17. capit. octauo, numer. 6. & 9. & 10. cap. nono, numer. 2. 3. 10. & 14. cap. 11. numer. nono, cap. duodecimo, numer. 1. 4. 5. 10. & 14. lib. sexto, cap. vndecimo, numer. 8. Deum mitem in ferarum rabiem conuertunt peccatores, libr. quarto, capit. 18. numer. 20. *Fecit flagellum*, multi enim quia Dei vocan-
1. Reg. 14. tis vocem audire nolunt flagellis vocantur. Absalon vocauit Ioab, sed cum pergere distulisset, agrum eius vicinum Absalon incendio vastare iussit, qua re cognita, festi-
Tren. 3. nus ad Absalon venit. Sic Deus eos, qui negligunt eum audire, flagellis vocat. Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius q. d. quia in prosperitate positus meam virtutum paupertatem non videram, & peccati miseriam, cum Deus indignatus me virga flagelli sui percutit, tunc video. Christus est virga his, qui egent flagello; flos his, qui iam sunt correcti, libr. tertio, cap. sexto, numer. sexto, capit. nono, numer. 3. & 14. cap. decimo, num. 89. libr. 4. cap. 24. numer. decimo quinto, libr. 18. cap. decimo, numer. 28. Flagella temporaliter exhibita peccatorib. misericordiæ Dei sunt, libr. secundo, cap. decimo, numer. 13. & 29. libr. quarto, cap. decimo, numer. tertio, lib. sexto, cap. nono, numer. 30. capit. 10. nume. 15. 16. 22. vsque ad 24. 27. vsque ad vigesimum nonum. Flagella temporalia ad conuersionem peccatoris ordinat Deus, libr. 2. cap. vndecimo, numer. 20. 29. & 30. libr. 3. cap. decimo quinto, numer. vndecimo, libr. quarto, capit. sexto, num. quarto, capit. 10. 5 numer. 1. vsque ad 3. & 6. cap. duodecimo, numer. 5. 12. 23. & 24. cap. vigesimo tertio, numer. tertio, & nono, lib. sexto, cap. nono, numer. 22. vsque ad 25. 27. 28. & 33. capit. decimo, numer. 7. 8. 10. 13. 15. vsque ad 17. 20. vsque ad 24. 27. 29. 30. & 35. Flagella in sacris litteris sanctificationes vocantur, quia homines sanctificant, libr. sexto, cap. nono, numer. secundo. Congrue autem fla-
Esai. 5. gello e funiculis facto deturbauit eos. Quid enim aliud sunt peccata, nisi funiculi, quibus peccator constringitur? Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. Qui ergo peccatum peccato addit, iam funiculos auget, & prolongat, quibus tandem eijcitur de templo. Peccata nostra optime dicuntur funiculi vanitatis, libr. 14. cap. 13. numer. tertio & quinto. Conuenienter autem dicit Euangelista, quod *fecit quasi flagellum de funiculis*, quoniam tribulationes huius vitæ, quasi flagellum tantum sunt, dicente Paulo: Quasi tristes semper autem gaudentes, quasi egentes multos autem locupletantes, quasi nihil habentes & omnia possidentes, quasi morientes & ecce viuimus. *Quasi flagellum*, quia vt dicebamus illud ad salutem nostram ordinat & grauissima ira, cum peccata hominum id merentur, a flagellis abstinet, vnde aiebat Augustinus: Hic seca, hic vre, hic non parcas, vt in æternum parcas. Amicorum vox est: Vbi est zelus tuus, *Esa. 63.* & fortitudo tua, & multitudo viscerum tuorum? Super me continuerunt se sensus. Hieronymus. Vbi est zelus tuus quia peccauimus, & non odire cepisti, recessit a nobis zelus tuus, recedente vero zelo recedit & fortitudo Dei, & paternorum viscerum affectus. Tu enim es pater noster, qui filios corripere debes. Hunc zelum Domini explicuit Esaias dicens: Vidit quia non est *Esai. 59.* qui sibi occurrat, & saluauit sibi brachium suum, & iustitia eius confirmauit eum, indutus est iustitia vt lorica, & galea salutis in capite eius, & indutus est vestimentis vltionis, & coopertus est pallio zeli: *& sic vendentes eiecit de templo*, vt emendaret. Deum nec irasci peccantibus, nec punire ira est eius ingens, punitio autem a misericordia eius oritur, libr. quarto, capit. quinto, per totum cap. 26. numer. tertio. Deum peccatores non zelare, ira est grandis, lib. quarto, cap. quinto, numer. 1. vsque ad 3. 5. 16. 17. 19. 26. & 39. Flagellat Deus vt pater filium, lib. quarto, cap. sexto, numer. primo, vsque ad 5. 14. 15. & 17. capit. septimo, numer. 24. cap. 12. numer. 15. libr. sexto, cap. decimo, numer. 15. 16. & 28. Flagella Dei viri sancti optabant valde, libr. quarto, capit. duodecimo, numer. 21. & 22. libr. sexto, cap. nono, numer. tertio, capit. vndecimo, numer. 29. vsque ad vndecimum. & vigesimum sextum. Flagella suspendit Deus malis in proprium malum, libr. quarto, cap. octauo, numer. vigesimo secundo, capit. duodecimo, nume. vigesimo quinto.

2. Cor. 6.

Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Domus Dei Ecclesia domus est negotiationis. Hieremias: Circui-
Hier. 6. te vias Hierusalem, & videte si inueniatis virum, qui faciat iustitiã, &c. a minore vsque ad maiorem omnes studentauaritiæ. Quis enim enarrare potest quantis technis, fraudibus vulgus Christianorum sese mutuo defraudant? Quis nobilium, & Principum, iudicum, scribarum, legis peritorum fraudes ad exhauriendas pauperum fortunas vel numerare posset? Ideo excluduntur a templo. Oseas: Propter multitudi-
Oseæ. 9. nem adinuentionum tuarum eijciam te de
Psal. 5. domo mea. Propter multitudinem impietatum illorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine.

Zelus domus tuæ comedit me. Verba sunt Dauid, quibus id voluit significare, quia inimicis meis occasionem dedit me absumendi, eo quod acriter eorum scelera insectabar, vel potius quia charitatis igne veluti decoctum est ardentissimum studium gloriæ domus tuæ, tamquam ignis quidam intra præcordia conclusus visit, torsit, & consumpsit animum meum ferentem molestissime neglectum, & inhonorationem domus tuæ. Zelus est feruor quidam, seu interna affectio ex amore procedens, per quem homo conatur ea excludere, quæ diuino honori, vel proximorum contrariantur saluti. Hoc zelo mitissimus Moyses correptus est in Exodo in trucidandis idololatris, & Phinees in Numeris, & Helias 3. Reg. 18. in occidendis Prophetis Baal. Sancti nimio zelo mouebantur in bonum proximorum, libr. primo, capit. decimo quarto, numer. 16. & 17.

Exod. 32. Num. 25. 3. Reg. 18

7 *Responderunt ei Iudæi: Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis?* Zelum eius improbare non potuerunt, nec negare non decere domum Dei fieri domum negotiationis, sed signum auctoritatis exhiberi postulant, quasi dicant. Si hæc facis propria auctoritate, temeritas est, si diuina, profer signum aliquod, vt credamus tibi. Hoc enim antiquum malum est in peccatoribus, quod dum calumniari non valent quædam gesta iustorum, ad alia calumnianda aspirant. Sicut & Christo Domino dicere consueuerant: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia. Mali quia sine causa odiunt iustos, modo vnam, iam aliam fingunt lib. 9. cap. 20. numer. 3.

8 *Quadraginta sex annis ædificatum est templum hoc, &c.* Primum templum a Salomone constructum consummatum fuit intra annos septem. Secundum sub Zorobabel 46. annis. Non quod tot annis continue Iudæi hoc templum ædificauerunt, sed puta a tempore, quo cęperunt, vsque ad templi consummationem tot fluxerunt anni. Nam intermedio tempore aliquamdiu ab incepta ædificatione cessatum est, propter impedimenta gentium vicinarum, & Regis prohibitionem. Cæpta est autem templi ædificatio anno primo Cyri, consummata vero sexto anno Darij Longimani, vt dicitur 1. Esdræ 6. & hi sunt quadraginta sex anni paulo amplius. Nam Cyrus viginti annis imperauit, & paulo plus, & post hunc Assuerus etiam viginti annis, ac deinde Darius, cuius sexto anno templum fuit consummatum.

9 *Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, &c.* vsque ad illa verba: *Ipse enim sciebat quid esset in homine.* Augustinus, Cyrillus, & Chrysostomus intelligunt hos habuisse adhuc fidem imperfectam, atque ob id Christum non credidisse eis altiora mysteria suæ doctrinæ, vtpote adhuc rudibus, & inidoneis. Vel secundum Caietanum non fidebat se illis, cuius cor nouerat male ipsi Domino affectum, etiamsi Pharisæi nondum factis prodidissent ipse, autem nouerat sanum pectus non habere. *Ipse sciebat quid esset in homine*, quia nuda ei sunt omnia: Nudus est infernus coram eo, & nullum est operimentum perditioni. Et Ecclesiast. Oculi Domini lucidiores sole profundum abyssi, & hominum corda prospiciunt. Frustra sub ouina pelle lupus absconditur. Sciens hoc nemo excuset peccata, & nemo diffidat, ipse enim nouit figmentum nostrum: Deus scrutatur corda, & renes iustorum videns cogitationes, & delectationes eorum, libr. tertio, cap. vigesimo sexto, numer. tertio. Deo cuncta sunt præsentia, estq. vtilissimum id semper considerare, libr. 4. capit. 13. per totum, libr. 17. capit. 3. num. 4.

Iob. 26. *Eccles. 23.* *Psal. 101.*

FERIA TERTIA
post Dominicam Quartam in Quadragesima.

Euangelium.

Iam die festo mediante ascendit Iesus in templum, & docebat.

Ioan. 7.

Feria 3. post Dominicæ 4. Quadrag.

DOMINVS Iesus, cum in Sabbato sanasset mi serum paralyticũ iacentem in lectulo, qui triginta, & octo annos habuerat in infirmitate sua, ingens ludęorũ incurrit odium, quorum indignationem vt effugeret, & daret locum iræ, in Gallilæam secessit, vbi tantam hominum multitudinem quinque panibus hordeaceis pauit, quo parrato miraculo, venit in templum iniuriarum, quas acceperat oblitus, vbi docuit multa & amore, & timore plena, quibus eis & suadere voluit fidem in ipsum, eosque ad diligendum ipsum excitare & verbis, & factis, cum tanta ad id exhibuisset media, tamque potentia, horum omnium finis is fuit, quod voluerunt eum apprehendere, vt occiderent. In quibus id considerandum est, quod peccatis implicati homines ad tantum deueniunt malum, vt indurati tamquam malleatoris incus percussionibus attriti vehementius indurentur, vt vix vlla sit spes deserendi statum miserandum, in quo sunt, quem peccatores dæmone obcęcante animas eorum non agnoscunt. Qui nimio ære alieno

alieno detinentur, vexanturq. a creditoribus, carceribus traduntur executionique sua bona mandãtur, qui modo propter vnum debitum in carcerem mittuntur, iam propter aliud dilapidantur potius, quam vendantur propria bona, vix comedere valent aut dormire, si ianuam pulsauerit quis, creditorem putant, aut iudicis executorem, qui venit, vt eos capiat. Id continuo in animo versant, qua ratione tantam euadere miseriam possint. Et si quidem debitis exoluendis inhabiles se reperirent, propria deserunt bona, quibus maxime delectabantur, propriam patriam, dilectam vxorem, filios, amicos, consanguineos, & mare nauigant periculis plenum, vel signum dant militiæ, illam pro minori malo reputantes, quam domesticum pati bellum, & internum, dum debitis se oneratos cernunt. At homines, qui decem millium talentorum debitores Deo facti sunt, peccando in tanta pace, & securitate degunt, vt otio, & somno dediti nihil minus curent, quam modum, quo debita soluere possint nec credentes propter illos scriptum esse: Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es in via, ne forte tradat te iudici, & iudex exactori, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem. Flebat acerrime Michas, eo quod quinque viri de tribu Dan tulissent de domo eius conflatile, & idolum, & post ipsos currebat clamans, qui cum respexissent dixerunt ad Micham: Quid tibi est? Cur clamas? Qui respondit: Deos meos, quos mihi feci, tulistis, & dicitis: Quid tibi est? Hominem, qui Deos colit & amisit interrogatis cur clamet, & ploret? Homini cuiuis cordato hæc iusti fletus causa est Deos sibi ille fecerat, & conflans aurum, aut argentum alios continuo facere potuisset loco eorum, qui fuerant ablati, & tamen lacrymabatur acerrime, & non dolet homo veri Dei amissionem, a quo innumera in hominem deriuantur bona, innumeraq. pro eius absentia veniunt mala, nec id solum, sed dum hæc ignorat homo mala, nouis semper, grauibusque peccatis se tradit? Sicut notauit Hieronymus in caput quartum epistolæ ad Ephesios, vbi dum Paulus gentium narraret peccata, ait: Qui semetipsos tradiderunt impudicitiæ in operationem immunditiæ omnis in auaritiam. Ac si diceret: Vtinam peccasse sufficeret, & vel sero pæniterent, & damnarent vitia, in quibus iugiter inhiarunt, esset remedium resipiscere post errorem; nunc vero desperantes, & se in ritum irrationabilium bestiarum cæno, voraginiq. mergentes tradiderunt impudicitiæ, operantes quidquid corpus voluit, mens desiderauit, libido suggessit, & cum nihil mali intentatum reliquissent, illud omne operati sunt in auaritia, dum numquam luxuriando satiantur, nec eorum voluptas habet terminum. Quoniam sicut auarus, quo pluribus abundauerit diuitijs, ampliores desiderat nec habitis vsquam satiatur, sic & hi, dum semper peccant, amplius peccare desiderant. Horum autem malorum radicem dixit Paulus: Habere tenebris obscuratum intellectum, & ambulare in vanitate sensus sui. Vbi nostra lectio habet: Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ, Græca habet: Indolentes, siue indolorios. Hi sunt, qui postquam peccauerint, non dolent; qui non sentientes ruinam suam feruntur in peccata, & gloriantur in eis quasi egregium aliquid fuerint operati. Vnde concludit: Deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris, qui quia in desiderijs erroris indesinenter versatur, & numquam cessat a vitio, non corruptus dicitur, sed corrumpi, quod per singulos dies, horas, & momenta corrumpitur, & violatur. Hactenus Hieronymus. Obsecro vt dicatis mihi, si quis in carcere suspendio damnatus iam est, cui iam sententia notificata est, quo metu, quo angore die, noctuq. concutitur, qui insensibilis omnino non est? Si monachus, aut clericus carcerem fuerit ingressus, pallore defunctus apparet, dum arbitratur, quod instante morte ad confessionem eius audiendam venit, si carnificem viderit, velut mente alienus corruit. Si fragorem audierit, hæret, dum instantem considerat mortem. Si buccellam acceperit, ne fame pereat, adhæret cibus faucibus, nec glutire illum valet. Si ridentem aut ludentem quempiam viderit, angitur & viuens per singula moritur instantia. Qui ergo fieri potest, vt tu, qui fidei lumine instructus credis te secundum præsentem iustitiam ad æterna supplicia damnatum, & quod respiratione cessante qui duxeras in bonis (si bona illa dicenda sunt, quibus scelerati homines vacant) dies tuos in puncto temporis ad inferna descendes. Quomodo ergo qui hæc firmiter credis, huius tantæ rei metu adeo non commoueris, vt etiam ludas, rideas, dormias securus, vt Ionas in profundo mari vndis terribilibus quassatus, & dicas: Vulnerauerunt me, & non dolui, traxerunt me, & ego non sensi quando euigilabo, & rursum vina reperiam? Vtique dormiens in medio mari, & similis effectus sopito gubernatori, amisso clauo, in pace viuis non considerans inter te, & infernum solam hanc vitam mediare, quæ telis aranearum fragilior est. Tanta est huius tyranni potentia, vt quam plene occupauerit animam, inhabilem fere reddat ad quærendum remedium. His accidit aiebat Chrysostomus, quod homini, qui nouum induit vestimentum, illudq. egregium, qui cum primum maculauerit illud, anxius est, vt maculam, etsi

Luc.

Iudicũ 18.

Hieron. ad Ephes. 4.

Iob.

Ionæ 1.

Prouer.

Chrysost.

parua sit, extrahat, at successu temporis, dum maculis plena est vestis, nec de his extrahendis sollicitus est, nec curat an nouas admittat sedens, qui innumeris iam plenus est: Accommodatum sane exemplum & certum, etsi vulgare illud sit, quo hominum stoliditas, & negligentia colligitur, cum in multa, & grauia ruerint peccata. Et ita arbitror, quod cum dæmon has tantas vires suas perspectas habeat, concionibus nostris velut ridentem assistere, dum concionatores videt diruptis lateribus vociferari, raucis faucibus clamantes, nullumque non mouere lapidem, vt auditorum pectora concutiant, quæ tamen illi ferreis, atque adamantinis seris obtussa tenent, sic enim typice de illo scriptum est: Ipse de *Abach. 1.* Regibus triumphauit, & Tyranni ridiculi eius erunt, & ipse super omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam. Quippe fortitudinis suæ, & infirmitatis nostræ conscius ridet, clamores nostros & gladium spiritus (quod est verbum *Hebr. 4.* Dei) quo illum deturbare a regno suo nitamur, cum longa experientia didicerit, quam leue ei negotium hi prædicatorum conatus, & labores exhibere soleant. Et ita tyrannus hic ceruicibus nostris minatur, lassisq. non dat requiem, vt nec caput in cælum valeant vix erigere sicut adnotauit Hieronymus in caput 6. Esaiæ enarrans *Hieron. in epi. ad Dam.* illa verba. In anno, quo mortuus est Ozias, vidi Dominum sedentem, &c. sic habet: Quamdiu Rex iste leprosus vixit, qui Sacerdotale officium sibi voluit vsurpare, Dominum sedentem Esaias non vidit. Idem in Exodo, dum Pharao vixit, populus Israel pressus non suspirauit ad Dominum, sed illo defuncto suspirauerunt filij Israel, & ascendit clamor eorum ad Deum. Si enim nuda contemplanda esset historia, ipso viuente ad Deum clamare debuissent, eoque deficiente, respirare, dum tyranno rege deficiente moderandi essent eorum labores. Ezechiel quoque prophetante interijt Phaltras filius Banaiæ, & post pessimi ducis interitum: Cecidi (inquit) super faciē meam, & clamaui voce magnā: Heu mihi, heu mihi, Adonai Domine, consumationem tu facis reliquiarum Israel? In quibus locis in Ozia, Pharaone, & Phaltra intelligens dæmones videbis, quo modo illis viuentibus nullus nostrum videat cum Esaia, nec suspiret cum filijs Israel, nec propriam agnoscens miseriam corruat cum Ezechiele. Hęc Hieronymus. Diabolus comedit robur animæ, quod non sentiunt mali, libr. quarto, 2 capit. 30. numer. tertio. Diabolus vir, de quo dicitur in Esaia, quod conturbauit terram, concussit regna, & posuit orbem desertum, libr. quarto, cap. 33. numer. 1. 3. & quarto, cap. 34. numer. primo, capit. 35. numer. vndecimo. Diabolus innumeris bonis priuat animam, quam possidet, lib. quarto, capit. 33. numer. quinto, cap. 37. numero. Diabolo in nobis regnante misericordiæ Dei cessant, libr. quarto, capit. 37. numer. nono, libr. 15. cap. 1. numer. quinto, Peccatoris status miserandus, lib. 14. capit. 17. per totum explicatur, & in multis alijs locis. Peccator in rete mittit pedes, ne facile egrediatur, libr. secundo, cap. 18. numer. 21. vsque ad 23. Peccatores aliqui oblitionis Dei frigore obriguerunt, vt ad Deum respirare vix valeant, libr. tertio, capit. 4. numer. 8. libr. 14. cap. septimo, numer. 17. Obstinati enim hi difficulter ad Deum redeunt, libr. quarto, capit. 19. numer. 13. lib. 14. cap. sexto, numer. 18. cap. 7. numer. 2. 8. 12. & 17. capit. octauo, numer. 6. & 7. Peccator luctatur contra misericordiam Dei, & ideo perit, libr. quarto, cap. septimo, numer. 6. Peccator fit tanto securior, quanto peior, lib. quarto, capit. 19. numer. 13. cap. 31. numer. 39. Peccatores in auaritia pecant, quia numquam luxuriando satiantur, lib. 6. capit. primo, numer. 5. libr. 14. cap. septimo, num. 19. Peccatores aliqui de profundis clamant ad Deum, alij in profundis malorum contemnunt Deum, libr. 14. capit. octauo, numer. 27. & 28. cap. 17. numer. 6. capit. 18. numer. decimo quinto. Peccatorum miseriæ describuntur, dum dicuntur vertere scapulam Deo, aggrauare aurem, obturare cor, lib. decimo quarto, capit. 17. num. 18. & 20.

Iam die festo mediante ascendit Iesus in templum, 3
& docebat. Festum Scenophegiæ celebrabant tunc Iudæi, seu Tabernaculorū, quod in memoriam tabernaculorū, in quibus patres eorum habitauerant in deserto tot annis peregrinantes, gerebatur singulis annis. Cumq. iam præcepta hæc cæremonialia in lege noua sint abolita, festa hæc a viris Christianis spiritualiter celebranda docuerunt Sancti in hunc modum, quod festiuitatem Sabbati Iudęorum spiritualiter celebrat Christianus, quando nihil mundanum gerit, &c. libr. sexto, cap. 2. numer. quinto, vsque ad 7. 12. 13. & 15. Festiuitatem Neomeniæ, id est, nouæ Lunæ, qui coniungitur Christo & veterem hominem proijcit, numer. 7. & 8. Festiuitatem Paschæ, in qua edebatur agnus, & azimorum, qui exterminat fermentum malitiæ ab anima sua, & pascitur corpore, & sanguine Christi, numer. 8. & 9. Festiuitatem nouorum agit Christianus, qui in spiritu seminat, vt de spiritu metat vitam æternam, numer. 9. Festiuitatem memoriæ Tubarum agit, qui in lege Domini meditatur die, ac nocte, numer. decimo. Festiuitatē Scenophegiæ ille celebrat, qui in tabernaculis habitat futuram inquirens ciuitatem, numer. 10. 16. & 17. *Hoc festo mediante,* hoc est, quarta die festiuitatis, nec antea ascendere voluit mansuetudinis, & modestiæ exemplum nobis præbens, dum noluit liuorem Pharisæorum nihil præter occasionem

sionem occidendi captantium magis sua præsentia in principio exhibita prouocari. Quod vero postea prodijt, id fuit, quia sciebat aliquos sua doctrina profuturos ad salutem, atque vt ostenderet se saluti hominum, & gloriæ paternæ adeo cupidū fuisse, vt ob eam non metueret aliquam hominum vim. Non enim tantum tribuendum erat quorundam peruersitati, vt simplicibus in totum Euangelica doctrina subtraheretur. Ascendens etiam ostendere voluit ad consolationem nostram, quod nec mali homines, nec dæmones ipsi quidquam contra ipsum, aut homines pios possent, nisi quamtum eis a Deo permittitur, cuius *Matth. 10.* licentia cuncta geruntur in terra: Nonne duo passeres asse veneunt, & nullus eorum cadit in terra sine patre vestro? Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Dei prouidentia specialis est in Sanctos, libr. 2. cap. 13. numer. 34. libr. quarto, capit. tertio, numer. 1. 3. 5. vsque ad 7. 9. 10. 12. 14. 15. 17. 19. vsque ad 22. & 26. capit. decimo sexto, numer. primo, capit. vigesimo quarto, numer. primo. Deus protector est eorum, qui ambulant arctam viam, aliorum protector mānona est, libr. quarto, capit. tertio, numer. 2. 4. 11. 15. 17. vsque ad 22. & 26. Deus refugium, & virtus alia extra ipsum refugium, in quibus non est virtus, libr. quarto, cap. 16. numer. 12. & 13. Deus stans a dextris pauperis saluam facit a persequentibus animam eius, libr. quarto, cap. 19. numer. 10. Vnde licet furibundos declinasset Pharisæos in Gallilæam iens, reuersus non timuit Iesus cuius sanctissimæ animæ inseparabiliter astabat Deus, vt illi nocere nullus posset. Homo iustus recte quidem facit, cum dat locum iræ & alienæ, & propriæ recedens, ne viso eo irritentur amplius, sicut fugit Moyses ab Aegypto in Aethiopiam irato Pharaone, peregrinatus est Iacob apud Labam consilio Rebeccæ, donec ira Esau fratris sui quiesceret, peregrinatus est Dauid apud Philistæos consilio Domini, vt iracundum Saulem declinaret. Qui tamen omnes reuersi sunt ad propria, & Moysen in Aegypto tutatus est Deus, Iacob inter odium Esau, & Dauid lædere non potuit potentissimus, & inimicissimus Rex illi, cui Deus astabat. Itaque declina, qui iustus es iram fratris, & si redire *Psal. 90.* ad ipsum expediens iudicaueris, certus esto, quod qui habitat in adiutorio altissimi in protectione Dei cæli commorabitur, qui dicit Deo: Susceptor meus es tu, & refugium meum Deus meus, quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium, ita vt comprehendere me non valeant dæmones venatores, immo nec verbum proferre asperum. Ab inimicis corpore recedere expedit, si eis prodesse non possumus, libr. primo, capit. 12. numer. 51. capit. decimo quarto, numer. 34. At redeuntes ipsos beneficijs mansuescere debemus exemplo Domini, lib. primo, cap. 12. numer. 16. vsque ad 18. 35. 43. 52. & 57. lib. 9. cap. quarto, numer. 3. & 4. cap. septimo, numer. decimo octauo. Mansuescere verbis mollibus vt Iesus fecit, libr. primo, capit. decimo quarto, numer. 33. libr. nono, capit. quarto, numer. nono, libr. decimo quarto, capit. primo, numer. vndecimo. Si tamen id non effecerimus, in re diligentia adhibita, eorum moderatur Deus audaciam, ne nobis noceant, siue homines illi sint, siue dæmones. Diabolo fortiores sunt filij Israel, dum ipsum superant, & ab eo non vincuntur, lib. decimo quinto, cap. 1. numer. 3. & 4. Diaboli vires semper restringit Deus, libr. secundo, cap. 8. numer. 42. libr. quarto, cap. 35. numer. 3. 5. 6. 8. 9. 14. vsque ad 16. cap. 37. num. 11. Mali, dum iustos persequuntur, sibi, & non illis nocent, libr. quarto, capit. 36. numer. 2. 11. 12. & decimo quarto, libr. nono, capit. decimo sexto, numer. secundo, capit. 20. numer. 4. 6. 7. 9. 10. 15. 20. & 23. Non enim permittit Deus, vt virga peccatorum super sortem iustorum requiescat, lib. nono, cap. nono, numer. 60. Malorum potentiam contra iustos moderatur Deus, lib. nono, cap. 20. numer. quinto. Iusti consilio Ecclesiæ fugiant malos illos persequentes, sicut Iacob consilio Rebeccæ fugit fratrem suum Esau, lib. decimo octauo, capit. 17. numer. tertio. Proprioq. periculo renuntiauit Iesus & iniurijs, quas se perpessurum sciebat, cum ascenderet in diem festum, vt bono consuleret proximorum, vt diuinum honorem propagaret in his, qui in eum erant creditури. Sic & Moyses, vt prodesset fratribus, in Aegyptum redijt, vbi multa passus est pericula.

Et mirabantur Iudæi dicentes: Quomodo hic lit- 4
teras scit, cum non didicerit? Cum ex hoc merito diuinam eius auctoritatem colligere debuissent, pro sua inuidia hoc ipsum in calumniam trahunt auctoritatis eius. Dicat Iesus: Quoniam non cognoui litteraturam, iudicio vestro, qui sapientia æterni patris sum, introibo in potentias Domini: Domi- *Psalm.*
ne memorabor iustitiæ tuę solius. Dauid pascens gregem Rex Israel effectus abscondita Sacramenta a sæculis in Deo recepit, vt populo prodesset. Amos armentarius, & vellicans sicomoros non sapientia humanitus acquisita, sed a Deo infusa Propheta mirandus fuit, sicut & reliqui Prophetarum, & Helisæus cum sequens boues, & deserens aratrum Eliæ sociatus est, Prophetalem accepit sapientiam, sicut & Apostoli ignorantes, & idiotæ repente summi Prædicatores, & doctores effecti sunt, quos admirabantur Iudęi videntes quod homines essent idiotæ, & sine litteris, ignorantes quas a Deo acceperant infusas, vt Dei virtus cunctis innotesceret, mirandaque potentia. Iesus in prima animæ creatione eam accepit omnibus scientijs, & omnigena cognitione ornatam, & id intelligere debuissent,

nisi inuidia oculos clausisset eorum, qui inspiciebant eum, quem discipulum non viderant, magistrum talem effectū, vt omnia sacrarum litterarum paterent Sacramenta. Prædicatores nostri, nisi diligentia multa didicerint, prædicare non debent. Hæcq. est nostrorum temporum miseranda calamitas, ingensq. totius reipublicæ Christianæ perditio, vt Confessorum & Prædicatorum munus demandatum sit multis, qui nec elementa exordij sermonum Dei didicerint. Olim quidem Prophetis, & Apostolis per reuelationem dabatur sermo sapientiæ in diuino spiritu, sed nostris temporibus temeritas est grandis, nociuaq. multum, si prædicent illi, qui non didicerint diligenter. Prædicator, qui prius vult docere, quam discere, stultus est, libr. decimo quarto, capit. 28. numer. decimo septimo. Prædicator cum Ezechiele primum edat volumen, & post loquatur, primum intelligens sacram scripturam, vt profit, libr. 14. cap. 28. num. vigesimo octauo, & 29. Prædicator primum inclinet in parabolam aurem suam, audiens Deum, & post aperiat in psalterio propositionē suam docēdo populum, lib. 14. cap. 29. numer. 22. & 30. Prædicatores accipiunt scientiam sermonis per sacras scripturas, & excoquunt in se, & populo subministrant stomacho similes, lib. 18. capit. 3. num. 3. Hi, quia inuidebant Domino, omnia eius opera, etiam ea, quæ admirari debuissent, & quæ illis tam erant proficua, calumniabantur. Sic olim Datan, & sui inuidebant operibus Moysi, quæ tam ipsis erant proficua; & Saul inuidebat Dauid, cum Gigantem occidisset, a quo tot reportabat cōmoda. Inuidus enim nihil cum ratione operatur, lib. 9. cap. 5. nu. 6. vsque ad 8. 13. vsque ad 18. 28. & 29. Inuidia contra doctorē in Dominum Deum transit, lib. 9. cap. 5. nu. 19. Inuidi per diem incurrunt tenebras, quia de luce aliena obscurantur, nume. 30. Inuidi contemptis bonis proximorum in nocte palpant, dum quærunt aliqua, quæ reprehendant, ibidem.

5 *Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam quærit.* vsque ad ea verba: *& iniustitia in illo non est.* In his verbis id docere Iesus voluit, qua ratione generaliter omnes homines in operibus suis diuinum honorem, & gloriam, non propriam quærere debent. Qui quærit gloriam Dei verax est, quia quod externe profitetur, interne habet, nec iniustus est, quia non rapit alienam gloriam. Alius iniustus est, quia gloriam Dei rapit. Et licet generaliter hoc omnes homines procurare debeāt, maxime autem Prædicatores, qui in concionibus honorem proprium quærere non debent, sed diuinum vtilitati proximi, & non propriæ vanitati consulentes. Prædicator ad hoc sermonem dirigat, vt defuncto fratri, id est, Christo, & non sibi filios generet, lib. decimo quarto, cap. vigesimo sexto, numer. vigesimo octauo. Prædicatores non prosunt, dum in docendo laudes proprias quærunt, libr. decimo quarto, capit. vigesimo septimo, numer. decimo septimo. Prædicator adulteratur verbum Dei, dum non Deo filios gignere vult, lib. decimo quarto, capit. 27. numer. 18. Prædicatores laudem humanā quærentes in concionibus oliua pulchra sunt, quam ignis combusit, libr. decimo quarto, cap. 29. nume. 31. Qui enim prædicant propter vanam gloriam, pollutum panem Deo offerunt lib. 14. cap. 30. nume. nono. Gloria solius Dei est, vnde illi soli danda est, non creaturæ, libr. septimo, cap. sexto, num. 16. lib. 18. cap. 1. num. 33. 38. vsque ad 41. Gloriam non vult in puluerem deduci, qui bonum operatur propter Deum, libr. 18. capit. primo, numer. 28. Gloriari non debet homo de bono, quia fur est gloriam volens, quæ Dei est, ibidem numer. 29. 33. 38. vsque ad 41. De vanagloria multa differuntur, libr. 18. cap. 1. per totum.

6 *Nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem?* Nonne spopondistis vos facturos, quæ præcepit Dominus, cum dixistis: Non loquatur nobis Dominus, sed Moyses, & quæ nomine Dei præceperit hæc exequemur, quantumcumque hæc difficilia sint? Et tamen nemo ex vobis facit legē. Non dico de vno, aut altero mandato, sed generaliter ne vnum quidem seruatis. Vbi Deus peccata reuelat, ibi tanta occurrunt, vt homo clamare cogatur: Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Et si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Et: Si voluerit contendere cum Deo non respondebit ei vnum pro mille. Et infra: Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me, si innocentem me ostendero, prauum me comprobabit. Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ, tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea. Hæc acris Christi Domini reprehensio fuit, quod cum legem accepissent a Moyse digito Dei scriptam, qui de tanto patre gloriabantur, & tale recensebant beneficium, quod non fecisset Deus taliter omni nationi, & iudicia sua solis eis manifestasset Dominus mira bonitate sua, qui in his gloriabantur, legem, quam acceperant, totam conculcarent, & contemnerent. Hæc in Iudæos iusta reprehensio fuit, quam melius multo merentur Christiani, quibus dicere valemus: *Nonne Deus dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem?* Legē accepistis regalem, quam in nullo perficitis. Sed sicut Ioannes in Apocalypsi viderat bestiam habentem capita septem, & cornua decem, id nos voluit, quod dæmon omnia decalogi mandata ventilet, & impetat, dum nullum intactum relinquunt homines Christiani omnibus sceleribus inuoluti, siue illa diuinum concernant honorem, siue proximi vtilitatem. Christiani omnibus *vobis dedit Deus legem, & nemo ex vobis facit legem*, quia non est, qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. A planta pedis, vsque ad verticem non est in corpore isto mystico sanitas, nec in capite, nec in corde, nec in pedibus, sed omnes innumeris scatent ægritudinibus, & malis, siue subditi sint, siue Prælati, Ecclesiastici, & sæculares, diuites & pauperes, qui in domo Dei, & qui in plateis commorantur. Proh dolor, cum peccator vnus ciuitatē vnam exponat periculo, & propter unum Achan totius populi ruinam minetur Dominus. Vbi omnes corruimus, quid mirum si omnium periculum pauidi timeamus Christiani a Turcis, a Barbaris, qui uindictam exerceant, quam in nobis Deus facere voluerit? Peccata tanta sæculi ostendunt bonitatem, & patientiam Dei, cuius ira desæuit, dum homo non corrigitur. lib. secundo, cap. 11. numer. 8. 9. 25. & 26. lib. quarto, capit. octauo. nu. primo, cap. 18. num. 15. 16. 22. & 25. Peccatis, & malis mundus plenus est. lib. quarto, cap. 33. num. 2. vsque ad 4. cap. 34. num. 1. Peccatis mundus plenus est, ita vt iram Dei bruta, & muta elementa sentiant, non tamen homines, quia pleni sunt ebrietate. lib. 14. capit. 11. numer. 4. 5. & 10. Peccata populi quondā fecerunt vt Heli filius postularet spiritum duplicem, quam habuerit Elias, quia eo egebat, vt illa corrigerentur, lib. 16. cap. quarto, num. 29. Cumque mundus inundet peccatis, nullus aut modicus spiritus est in his, quibus incumbit cura proximorum, quo lacrymabiliter proferant, & audacter: Nonne Deus, Christiani hoc nomine indigni, semen Chanaam, & non Iuda *dedit uobis legem, & nemo ex uobis facit legem*? Mandatorum Dei inobedientia iram Dei, ac mortem meretur. lib. vndecimo, cap. 2. nume. quarto. Mandata non implens Deum non amat, nec honorat, nec timet, omniaque eius pro nihilo ducit, lib. vndecimo, capit. tertio, nume. vndecimo, & 12.

7 *Respondit turba, & dixit: Dæmonium habes. Quis te quærit interficere?* Considera peruersitatem huius populi, cuius mentem prospiciens Dominus, & dicēs: *Quid me quæritis interficere?* tam immane scelus oculis eorum pandens, nedum non agnoscunt, & confitentur, sed impudentissime negant, cum impudentissimam conscientiam, ac desiderium in medium protulisset Deus. Hæc semper fuit impiorum insania, vt ea negent, quæ luce clariora cunctis patent. 1. Reg. 15 Sicut Saul fecit, cum victoriam reportauit de Amalech, qui cum iussum Dei non explesset, & hujus rei testes essent euidentissimi, Rex viuus, qui adductus fuerat, armentorum, & gregum balatus, & cum tot testibus violatum imperium Dei conuinceretur, cum venisset Samuel ad Saul, dixit ei Saul: Impleui verbum Domini. Dixitque Samuel: Et quæ est hæc vox gregum, quæ resonat in aurib. meis? Hæc peccatorum insania, quod inobedientiā Deū volunt celare, quam diuinus eius intuitus euidenter conuincit. Peccata excusant mali, & tunc fiunt scuta fusilia ne correptio prosit, lib. tertio, cap. 29. numer. 11. & 12. Peccata confitenda sunt, non excusanda, libr. decimo, cap. sexto, num. octauo. Peccata non excusans solitariam noctem dicit, lib. 14. cap. 15. num. 14. Peccator post culpam confundi debet, nec procaci fronte mala defendere, li. 16. cap. 13. num. 2. Cum autem tanta esset turbæ audacia, & inuerecundia, qui omni abiecto freno feruntur in mala, Iesus, qui talium indicia contemnenda docuit, eorumque murmurationes vilipendendas, qui venerat exēplo suo patientiam hominibus suasurus, incredibili mansuetudine respondit, illos non lacessens, nec iniuria, nec asperitate verborum: *Vnum opus feci, & omnes miramini.* Nihil respondit ad tam atrocem calumniam, vt & nos discamus non malum pro malo reddere, sed malum in bono vincere. Hinc Dauid, qui Dei spiritum imitari conabatur aiebat: Posui ori mei custodiam, cum consisteret peccator aduersum me. Et Salomon Prouerb. Ne dicas reddam malum pro malo, expecta Dominū, & liberabit te. Item: Ne dicas sicut fecit mihi, sic faciam, &c. Item: Noli respondere stulto iuxta stultitiam suam, ne ei similis efficaris. Patientia vera tunc est, quando iniurias inferiorum, quas facile vindicare potest homo, tolerat. lib. 14. cap. primo, numer. 3. vsque ad quintum. Patientiam nos docuit Iesus admirabili exemplo suo, ibidem num. 13. 14. 19. 27. & 28. Patientia facit nos filios Dei, illique quam similes, num. 15. & 17. Patientia sic curanda est, vt nec quādo audit homo iniurias, nec post eorum recordatione turbetur, & vincatur, num. 31. & 32. Murmurationes impiorum exemplo Domini ferendæ sunt, lib. vndecimo, cap. 15. num. nono, vsque ad 13. 18. & 19. capit. 17. nume. septimo. In murmurationibus testimonio conscientiæ consolentur iusti, lib. 11. capit. 15. num. 23. & 26. libr. 12. capit. 1. num. 6. Mundanorum iudicia, cum sint corrupta, & ridicula, contemnenda sunt, lib. 11. cap. 14. numer. quarto, vsque ad sextum. 8. 10. 12. & 14. Mansuetudinem, quę nos Angelis æquat, verbis, & exemplis docuit Christus Dominus lib. 14. cap. primo, num. nono, & 21. Mansuetudo propria virtus est Christiani, quæ imitatores Dei nos facit, lib. 14. cap. primo, nume. 19. & 20. Hanc Iesus doceret, patientissime dixit: *Vnum opus feci, & omnes miramini.* Ac si diceret, e tot tantisque operibus meis vnū hoc arripuistis, quod in Sabbato sanauerim paralyticum iacentem in piscina, non ad ædificationem, sed quia videbatur posse calumniari, cur non ea attenditis, quæ omni suspitione carent? Hæc inuidorum, & perditorum hominum est natura, vt non attendant ea, quæ bona sunt in eo, quem odiunt, sed tantum mala. Et si opus aliquod in se calumniari non possunt, saltem ex circumstantia, uel accidenti aliquo calumniam quęrūt. Inuidi vt vultures, & muscæ vlceribus, & mortuorum corporibus,

Rom. 12.

Psalm. 38

Prou. 20. 24. & 26.

Ioann. 5.

bus, alienis malis pascuntur, libr. nono, cap. 5. num. 4. 8. & 30. fruidi, contemptis bonis proximorum, in nocte palpant, dum quærunt aliqua, quæ reprehendant, ibidem numer. 30. Mali detestantur iustos, quia iusti sunt, libr. 9. cap. 20. num. 8. 13. & 18. lib. 11. cap. 15. numer. 22. & 23. cap. 16. num. 12. & 13. Et ideo cum miracula Christi in se calumnię non paterentur, calumniabantur quod sanaret in Sabbato.

8 *Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.* In quibus verbis Dominus docuit non iudicandam personarum qualitatē, eoque Moysem, quia magnæ esset apud eos auctoritatis, in simili negotio absoluerent, in quo me humilem, & contemptum apud vos condemnatis. Sed sicut lex toties vobis præcipit: Iustum iudicium iudicate, æstimantes, scilicet factum ex se ipso, & non ex qualitate facientis. Ad iudicium autem rectum pertinet primo, vt procedat ex lumine rationis, non ex impetu passionis. Sic Iob dicit: Numquid sapiens respondebit, quasi in ventum loquens, & implebit ardore stomachum suum? Secundo vt sit sine acceptione personarum. Hinc Moyses: Quod iustum est iudicate, siue ciuis sit, siue peregrinus. Nulla erit distantia personarum, ita paruum audietis, vt magnum nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est. Hoc Deus suadere voluit, his verbis. Et quia sententia hæc in toto isto Euangelio grauitatem multam præ se fert, paulo latius examinanda est, in qua videbimus, quod Iesus in illa principaliter non ea voluit prouidere, quæ in bonum erant iustorum, sed suadere ea, quæ expedientia erant inimicis, & perditis hominibus, qui in iudicando, murmurando, & inferendo nocumento iustis istis quidem erant vtilissimi, sibi autem nocumentum inferebant ingens. Iudæi contemnebant Iesum, quem fabrum, & filium fabri arbitrabātur, quem communiter viuentem credebant eum, ac si vnus esset ex illis, nec ingentibus miraculis, & aliis perspectis, adducebantur, vt de eo maiora crederent de homine, qui licet illis similis esset, in multis re uera Deus erat. Hoc est quod inter omnia homini Christiano expedientissimum est ad hoc, vt studiose conuersetur, ne ea in rebus consideret, quæ apparent, sed quæ latent. Dum enim impius aureum contemplatur calicem meretricis in Apocalypsi, in magna venit mala: Veni ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, cum qua fornicati sunt Reges terræ, & inebriati sunt, qui habitant terram de vino prostitutionis eius. Vnde quæso hoc malum? Quia mulier erat circumdata purpura, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens poculum aureum, plenum quidem illud erat abominatione, & immunditia, sed tamen quia meretrix auro, & gemmis meretricium celabat statum, & poculum, quod propinabat, licet abominabile illud esset, quia tamē aureum erat, uniuersa fere terra, vtpote quæ solam apparentiam considerat, fornicata est cum illa. Quia enim labia meretricis fauus distillās sunt, licet nouissima eius amara sint, quasi absynthium, & acuta quasi gladius biceps, qui stultus est, & nouissima non considerat, præsentibus delectatus labiis, & compositis sermonibus meretricis, illius amore captus a Deo recedens cum illa fornicatur vitiis delectatus, qui virtutem asperam contēplatur, & inaccessibilem, habituque rigido indutam. Vnde Salomon, qui rerum apparentia motus immiscuit se sceleribus multis ad interna homines reducens aiebat: Ne intuearis vinum, cum flauescit, & cum splenduerit in vitro color eius. Ingreditur enim blande, sed in nouissimo mordebit, vt coluber, & vt regulus venena diffundet. Et ita hæc dæmonis cura summa est, vt rationem boni in malis re præsentet, licet illud verum esse non possit, sed apparens. Si secundum faciem iudicas, bonū delectabile reperis in luxuria, bonum vtile in furto, & dum veri mali, quod re vera ibi est, rationem non consideras, in profundum vergeris malorum. Si enim cum Ezechiele fodentes parietem, reperires abominationes intolerabiles existentes in templo animę tuæ, non pictas, sed veras, & execrandas. At homo iustus, quia iustum iudicat iudiciū, uidet quod omnis gloria filiæ Regis ab intus est, in fimbris aureis. Sicut in reprobis hæc miseranda calamitas est, quod in rebus propriis tantum rerum apparentiam cōsiderāt, ita & in alienis vitam illorum, qui egeni sunt, & in mundo despecti existimat insaniam, & finē sine honore, etiamsi hi tales sint, quod merito inter filios Dei computentur, & inter Sanctos sors illorū sit. Deridetur iusti simplicitas, quæ ab illis fatuitas appellatur, humilitas abiectio creditur, taciturnitas stultitia, & mansuetudo pusillanimitas existimatur. Et quia iusti, dū viuunt, vsque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, &c. tamquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema, vsque adhuc. Et quia Iudæi non considerabant in Christo nisi paupertatē, &c. & ideo perpetā de eo iudicabant, ait illis: *Nolite secundum faciem iudicare, &c.* Basilius inquit: Bel apud Da nielem forinsecus quidem aureus erat, sed intrinsecus luteus, sic & multi sunt. Vnde iudicandi non sunt ex his, quæ apparent in malis hi, nec iusti, qui thesaurum habent in vasis fictilibus, & his, quæ repræsentantur in facie. Hæc aduertit Iesus, vt prouideat nocumento peccatorum, quod euenit ex hoc, quod alios iudicent secundum faciem, non autem id multum curant iusti, nec propter hæc irritantur, sicut consideranit Bernardus in Cantic. vbi cum audisset sponsa adolescentulas detrahentes, & dicentes eam nigram, qua in re feminæ contristantur valde, & dolent, non verbis amarulentis dixit: Nigra sum, sed formosa filiæ Hierusalem. Non eas indignas uocat filias Babyloniæ, aut Belial, sed Hierusalem. Licet me nigram arbitremini, quam cernitis pauperē, tristem, &c. tamen in oculis Dei formosa sū.

Prou. 5.

Prou. 23.

Iob 15.

Ezech. 8.

Deut. 1.

Psalm. 44

Apoc. 17.

Basil. ho. 21. ex variis. Dan. 14.

Bern. Ser. 21 in Cant.

Liben-

Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Iudicandi, & honorandi sunt homines a bonis internis, lib. nono, cap. decimo, num. secundo. Iudiciū rectum est, quando virtutem sequens homo damnat uitium, obliquum vero, cum e contra fit, ibidem num. primo. Mali insipientes sunt, dum sola præsentia vident, futura autem, aut præterita non considerant, lib. 9. c. 17. num. 13. Mali peccatis habent corruptum iudicium rationis, lib. vndecimo. ca. 14. num. 5. 8. 11. & 14. Peccatum primo speciem gaudij habet, sed post tristitiam generat, virtus autem contrarium habet, lib. 18. cap. vndecimo, nume. 13. Peccata magis offenderent intuentes, si animæ uiderentur, quam cum Esaias nobilis, nudus, & discalceatus in publicum prodiit, libr. decimo quarto, capit. decimo septimo, numer. vigesimo secundo, capit. vigesimo tertio. numer. vigesimo octauo. Peccato re vera nulla adest voluptas, sed fellis amaritudo. libr. decimo quarto. capit. vndecimo, numer. secundo, tertio, sexto, septimo, & nono. capit. 17. numer. vigesimo sexto. Virtus caput habet, & membra omni formosa muliere venustiora, lib. decimo octauo, capit. vndecimo, nume. octauo. Virtus tantum videtur esse mæroris, sed re vera iustus gaudet in spe, libr. decimo octauo, capit. vndecimo, numer. 13.

9 *De turba autem multi crediderunt in eum.* Turbæ inquit crediderunt, hi enim cum ab inuidia, & ambitione essent liberi, capaciores erant doctrinæ Christi, & fidei in eum, quam illi, qui apud mundum magni erant nominis. Sacerdotes, & Ecclesiastici, si cadant, difficilius laicis surgunt, lib. quarto, cap. 16. numer. septimo. Infirma mundi elegit Deus. Non multi sapientes inter vos, non multi nobiles venerunt ad fidem, etiamsi apud Corinthum nimis vigeret nobilitas. Immo vero Romæ, vbi celebre uigebat imperium, fere per quingentos annos nullus Imperatorum fidem recepit, usque ad Constantinum magnum. Nam de Imperatore Philippo, quem primum inter Imperatores Romanos dicunt aliquæ historiæ recepisse, & conseruasse fidem, incertum illud est. Diuites, & potentes difficulter audiunt Deum, lib. secundo, capit. decimo quinto, numer. 41. Diuitis anima saturata calcat fauum cælestis dulcedinis, lib. quarto, capit. quadragesimo, num. decimoquarto.

FERIA QVARTA
post Quartam Dominicam in Quadragesima.

Euangelium.

Præteriens Iesus uidit hominem cæcum a natiuitate. Ioann. 9.

1 OMNIA, quæ in illuminatione huius hominis cæci contigerunt, multa consideratione digna sunt, tā ea, quæ concernunt substantiā facti, quam circumstātiæ loci, temporis, & personę, & curationis, effectus tam multiplex in eo, qui curatus est, & in aliis. Cumq. Iesus vti voluit ad illuminationem huius hominis mediis hactenus inuisis in orbe, voluit quevere bis tam grauibus, & mirandis facti qualitatē magnificare, & diligentes nos reddere ad eius considerationem, vt ex his aperte colligere debeat cordatus homo in re hac illud esse minus minori animaduersione dignum, quod Iesus eum, qui cæcus natus fuerat illuminauerit, etiamsi miraculum omnem excedat facultatem naturæ, & humanæ potestatis vires. Ad id enim cum dispendio uitæ sisteret Iesus, ait Chrysostomus in Ioannem: Quando Iudæi furibundi lapides habentes in manibus eum occidere conati sunt, quod & fecissent, nisi se abscondisset, & egressus fuisset de templo. Cumque in porta adhuc esset, oculos fixit in mendicum hominem, & stetit, & dixit homunculum illum sic orbum oculis conditum, non vt vnum opus tantum, sed opera Dei in illo manifestarentur, & opera eius, qui miserat illum, id est, Dei maiestate, & potentia digna, quod luto liniuit oculos eius, & misit ad natatoria Siloe, & omnia sic disponere, ut miraculum hoc omnibus esset manifestum, hæc omnia homini cordato suadent aliud esse factū, & aliud, quod in eo Iesus intendebat. Audi obsecro, si homini cæco visum conferre tantum uoluisset, vocaret illud opus eius, qui eū incarnatum miserat in mundum, tantoq. Deo dignum, de quo scriptum legimus: Ego sapiētia ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, necdum fontes aquarum eruperant, & ego iam concepta eram, &c. Quando preparabat cęlos aderam, quando certa lege, & giro vallabat abyssos, quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum, quando circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, quando appendebat fundamenta terræ. Cum eo eram cuncta componens, & delectabar per singulos dies ludens coram eo

omni

Fer. 4. Do. 4. in Quadrag.

chr. ho. 55. in Ioann.

Prouer. 8.

omni tempore ludens in orbe terrarum. Vbi totius orbis creationem, in qua infinita Dei potentia necessaria erat, lusum vocauit, & ludere totam vniuersi machinam constituere, quia nullum maius negotium Deo facessit grauissimam terram super stabilitatem suam fundare, aquas in nubibus librare, mare intra certum terminum constituere, ne vltra procederet, &c, quam lusus homini, qui absque labore, & sollicitudine fit. Præterea uocans cæci curationem opus suum, is, cuius curæ commissa erat generis humani redemptio, in admirationem me rapit. Opus Iesu illud erat, ut Deo patri offenso, cui infinitam debebamus pecuniam, solueret, cum debitorum solutio nobis esset impossibilis. Opus, quod vt fieret, ideæ artificis simile triginta & tribus annis sudatum est, quod cum primum anima Christi creata fuit, inchoatum est, & prosequutum innumeris operibus, quorum quodlibet infiniti erat meriti, & satisfactionis, vtpote quod procedebat a supposito infinite grato Deo. Et tamen cogitationes tantæ, ac tales, verba talia opera innumera cælestia huic operi finem non imposuerunt, quousque Christus pendens in cruce clamauit: Consummatum est. Quousque offerens cruentum illud sacrificium Patri cum clamore ualido, & lacrymis, advocem clamoris muri Hierico corruerunt, cum tamen triginta annis, & his amplius huic operi instaret, non semel, aut iterum clamans, sed quotiescumque aliquid meditabatur, loquebatur, aut operabatur, vociferabatur valide, vt muri vanitatis nostræ, & peccatorum ruerent. Hoc opus quidem Dei erat, & dignum regia illius maiestate, cuius consummatio dum appropinquaret, Iesus voce magna dixit: Clarifica me, tu pater, claritate, quam habui, priusquam mundus fieret: Clarifica me in hac hora, vt in morte splendeat diuina illa claritas, quam habui apud te semper. Et uox de cælo facta est, & dixit: Et clarificaui, & iterum clarificabo. Bene quidem hoc, sed quod cæci hominis illuminatione instante dicat Iesus *illum cæcum natum fuisse, ut dum reciperet uisum, manifestarentur opera Dei in illo*, nouum sane videtur. Quin potius, venia tua dixerim Domine, videtur, cæcum oculos accipere frequenter, vt iustitia tua in vidente manifestetur, cuius bonitate ille oculis priuatus erat. Qui nobis oculos præbet, arma noua hostibus exhibet, quibus infirmetur homo, & vincatur, cum inaudita, & frequentia mala acciderint hominibus, qui oculos non claudant, & auertunt, ne videant vanitatem. Nec id solum in terra, vbi tot sunt nobis constituta pericula, sed & in paradiso, ubi degebant patres nostri in statu innocentiæ; vbi nullus motus erat in uiribus inferioribus rationi contrarius, sed omnia erant mentisubiecta, sicut & mens Deo subiiciebatur. Et cum talis esset Eua, vidit arborem scientiæ boni, & mali, vbi per fructus esum didicit potius malum, quam bonum.

Gen. 3. Videnſque quod lignum esset bonum, ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit, quem ex visu cohiectauit fructum esse ad esũ suauem, quem non comederat, ex qua radice omnia mala pullularunt, & aperti sunt oculi amborum, qui hactenus clausi extiterant: ne malum cernerent, & concupiscerent. Cumq; eis oculi sunt aperti; ait Hieronymus, viderũt ea inconuenientia tanta, & tam multa, quæ ab oculis sunt producta in illis, & suis filiis, quorum oculi deprædati sunt animas eorũ in cunctis filiabus vrbis suæ, si non id diligentissime curauerint, quod Iob sanctus aiebat: *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem de virgine.* Ac si diceret, id statui cum oculis, ne palpebras aperiant, quibus via aperiatur cogitationi ad cogitandum de virgine, quæ noceãt. Vt ergo mundas conseruaret cogitationes iustus, cum oculis recte fœdus pepigit, ne prius incaute aspiceret, quod postmodum inuitus amaret, sicut Euæ accidit. Vnde Hieronymus, cum in desertis Siriæ uitam ageret vix humanam, quam refert in epistola vigesima secunda de custodia virginitatis ad Eustochium, vbi humi cubitabat herbarum radicibus contentus, æstu exustus, & gelu cruciatus, cilicio indutus, inter hæc tam mira recordabatur adolescentularum, quarum pulchritudinem quondam conspexerat, & tanto rum malorum seminarium visus ille inconsideratus extitit, quod ut huic damno prouideret urgentibus tentationibus carnis, dire pectus petra verberabat, donec rediret, *Deo dãte*, tranquillitas, & sedaretur tempestas, quæ exoriebatur in homine pœnitentia consumpto per visum feminarum absentium. Vnde in regula Monacharum ca. 20. ubi conspectũ prohibet virorum, ait: Recordentur religiosæ Dauid, qui in videndo captus est, recordentur & Dinæ, quæ vana curiositate ducta egressa est, ut uideret mulieres Sichimitas, quę visa adamata est, & corrupta, vnde innumera pullularunt mala. Fuitque adeo veritas hæc insita mentibus, etiam gentilium, quod Tertullianus in libro suo apologetico capite ultimo referat Democriti stultitiam, quod vtrũque oculum eruerit, ne videns mulieres, aiit: Vincar appetitu vili carnis. Factum quidem stolidum, & crudele, sed considerationi dignum in gentili viro, qui tanta reperit inconuenientia in videndo, quod oculos eruere cõsultius duxit, quam quod eorum medio virtutes animæ perirent. Et Alexander, ut Basilius refert, videre noluit filias Darij Regis captiuas, cum pulchritudinis earum celebris aduenisset fama, ne eas aspiciens peccaret. Estque in omnibus nobis tam frequens huius damni experientia, vt bene nobiscum consultum videretur, si *Deus* luto liniret oculos nostros, quando uidere hi uolunt, quæ prodesse non possunt, immo quæ nocere multum debent, cum mors ascenderit per fenestras istas, & ingressa fuerit domos nostras, disperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis, id est, uirtutes

Reg. Mona.

Hier. Thre.3

Iob 31.

Hier. ep.22.

Basil ho.24 ex uarys.

Hierem.9

tes necant in quocumque statu eas reperierint, paruulæ sint, magnę, & robustæ. Et vt semel concludam, Hieronymus inter magnifica beneficia, quę Ecclesiæ irrogare deberet Deus, illud retulit Zachar. Et oculi eius contabescent in foraminibus suis, vel ut septuaginta interpretes verterunt: Defluent de foraminibus eorum. Hoc erit ingens Dei beneficiũ, quod oculi in terram cadant, vel siccentur in foraminibus, ne male videant homines.

Hier. Zach. 14.

Oculos dextros eruere conatur dæmon, non sinistros, lib. 3. cap. 4. num. 21. Oculi frenandi sunt, ne illud videant, quod concupiscere non licet. li. 13. capit. secundo. numer. primo. 10. & 11. lib. 16. cap. 9. nume. quinto. Oculi defluunt de foraminibus suis, & alij dantur, dum qui male videbant, cadunt, & surgunt qui Deum aspiciant, lib. 16. cap. nono. num. 16. Cum ergo hæc indubie vera experiantur homines, mirandum est, quod hæc verba illuminaturus cæcum Iesus protulerit *in illo manifestanda esse Dei opera*, & quod illi visum præbens operatur *opera eius, qui misit illum*. Quibus conuincitur, nec in facto, nec in his, quæ Iesus dixit, homines voluisse reddere attentos ad oculorum curationem potissime, sed illud potius considerandum censuit, quę essent, quæ a Deo incarnato expectare nos possemus, quæ esset eius sollicitudo erga nos, etiam quando sopiti propria negligimus bona. Miser enim is homo mendicitati tantum intentus salutem nõ poscebat, immo forte aliis, qui inter nos sũt similis, nec eam desiderabat, ne quæstus spes deficeret, & tamen tunc ingens Domini cura in eo curando ostensa est. Apostolos ad summam Apostolatus dignitatem uocauit, quãdo alij retia reficiebant, alij piscabantur, immo quando in negotiis telonij erant sedentes, quandoque Saulus dirum toto pectore virus efflabat. Id & tunc fecit Iesus, & modo facit, quoties peccatorum somno detinentur homines, quando de emendanda vita nulla inest eis sollicitudo, sed ipsis dormientibus, uel peccantibus Deus vigilat, talis effectus, qualem eum desiderabat Regius Vates dicens: Exurge Domine, prœueni eum, & supplanta eum, diabolum, scilicet, priusquã ille me adoriatur, illius consilia & potentiam me adhuc nihil præsciente infringe. Non mirum si clamans: Prœueni in maturitate, & clamaui, diceret: Et exaudiuit me; sed id postulat, & desiderat, ut prœueniat *Deus*, quod si non faceret, periret homo, qui cæcus non videt miserandum statum, in quo iacet. Hæc sunt opera Dei. Aliqua sunt opera diaboli in his, qui ex patre diabolo sunt, & desideria patris sui uolunt perficere. Alia sunt opera hominum, de quibus scriptum est: Non loquatur os meum opera hominum. Alia opera *Dei*. Opera diaboli vocauit opera Pharisæorum, quando reddũt homines malum pro bono; id enim solius diaboli proprium videtur, quod beneficiis alienis non moueatur, sed potius indignetur, & peior fiat, sicut Iudæis accidit, qui Iesu beneficiis reddebantur peiores. Opera hominum ea sunt, quando bonum facimus ei, a quo bonum recipimus, salutantes eos, qui nos salutant, diligentes eos, qui nos diligunt, quod ethnici faciunt. Opera autem Dei ea sunt, in quibus indignis benefacit, & pauperibus, & ait: Oculus fuit cæco, & pes claudo. Hoc opus *Dei*, quando inimicis benefacimus: Vt sitis filij patris vestri, qui in cælis est, qui solem suũ oriri facit super bonos, & malos. Amor Dei ostenditur, dum homines velut inuitos retrahit a malo. lib. primo. cap. 6. num. 10. 12. & 17. Rogat vos læsus, nec aspernatus desistit, ibidem num. 31. & 32. lib. quarto. cap. 10. numer. 4. 5. 7. 10. & 12. Amor *Dei* ostenditur, dum ardenter hominum salutem sitit, quãdo illi actu peccant, lib. quarto. cap. 23. num. nono. & 10. Christi Domini amor excedit incomparabiliter omnem amorem creaturarum. libr. 1. ca. 6. num. 26. Christi gesta omnia medicamenta sunt animarum. lib. tertio, capit. sexto, numer. vigesimo secundo. & 28. cap. octauo. num. 20. Præterea illuminationem hanc propterea vocauit opus suum, propter subitam, & mirabilem mutationem, quam in homine hoc effecit, cum luto oculos liniuit, & misit ad fontem Siloe, quem continuo prędicatorem fecit, animauit vt nihil eum a charitate Christi superare posset, & quæ Paulus habuit post longa virtutum exercitia clamans: Quis nos separabit a charitate Christi? huic subito collata sunt. Christus enim, cum sit adamas, adamantinos facit *Sanctos*, lib. 1. cap. 23. nume. 6. & 7. lib. 3. cap. nono. nume. 17. Quis crederet tam raram mutationem in homine contemptibili, qui ad ianuam templi mendicabat? Descendit quidem de cælo Iesus, & Paulum cęcauit, prostrauit, erexit, eum allocutus est dicens: Saule, Saule quid me persequeris? Durum est tibi contra stimulum calcitrare, ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. Verbis, factis mirandis, minis hunc, qui persecutor erat, vas electionis fecit; huic solum dixit: *Vade ad Siloe, & laua, & lauit, & uidit*; & cognouit quanta oporteret eum pro nomine Iesu pati vas electionis effectus. Et sicut *Deus* vulnerãdo hominem eum sanat. lib. 3. cap. 26. nume. 8. & 9. sic sanando eundem vulnerat sagittis acutis, quæ a brachio ipsius potentissimo proficiscentes in corda ueniunt inimicorum Regis, vt vulnerati sani sint & ægroti sæculo mortui, & Deo uiuentes. *Deus* tetigit hunc, & cuncta terrena contabuerunt. lib. 4. ca. 14. num. 7. Et eum fecit de lateribus Aquilonis, ut esset ciuitas Regis magni. libr. 3. cap. 17. numer. 14. lib. 14. cap. 21. nume. 28. *Sanctis* aliquibus ex priuilegio subito infundit Deus perfectionẽ vitæ, lib. 18. cap. 13. num. sexto, & septimo.

Psalm. 16

Rom. 8.

Opus hoc dignum opus *Dei*, in quo & ipsum cęcauit, ne ea videret, quæ antea etiã oculis carens cernebat, & ea iam cerneret, quæ dudum, cæcus cum esset, non aspiciebat. Id & in illo, & in nobis uoluit, vt auerterentur oculi nostri, immo cæcarentur, ne viderent vanitatem,

3

tatem, quam antea linceis, ut aiunt, oculis videbamus. Vnde, patrato hoc miraculo, dixit: *Ego in iudicium ueni in hunc mundum, ut qui non uident uideant, & uidentes cæci fiant*. Discreuit homines mirabili iudicio, ut qui se videre arbitrabantur, non videant, & qui cæci erant, aspiciant. Ita hoc iudicio in isto fecit homine, & in multis aliis illud fuit, vt oculos clauderent eis rebus, quæ nocere illis potuissent, & aperirent earum rerum agnitione, quibus ad
Prou. 23. bonũ iuuari potuissent: Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere, quia facient tibi pennas quasi aquilæ, & volabunt in cælũ, q.d. si oculos leuauerit homo in diuitias, illis affixus animus illæ volabunt per aera, & inde
Prou. 27. præcipitatus homo peribit. Insatiabilis est oculus, nec vides vsquam satiatur; erit ergo tutum viro Christiano eum claudere, ne miser
Eccles. 2. in innumera lapsus mala dicat peccator. Omnia, quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis, & quod peius est, non prohibuit cor meũ, quin omni voluptate uisa frueretur. Vn-
Greg. 17. mo ral. c. 5. de Gregorius enarrans verba illa: Oculi eius in viis illius, inquit: Vias suas peccator intuetur, quia solum ea respicit, quæ utilia iudicat carni, auarus pecuniam aspicit, ambitiosus ho-
Prou. 17. norem, &c. Oculi enim stultorum in finibus terræ, quia illud tota auiditate contẽplantur, per quod ad finem terreni desiderij perducantur. At e contra Ecclesiastes inquit: Oculi sa-
Eccles. 2. pientis in capite eius, quia in Christo, qui horum caput est, oculos habent fixos. Sic Dauid: Considerabo uias tuas, quia quæ mea sunt iã videre refugio: Stultus autem oculos habet in calcaneo, quia linceos eos habet ad aspicienda terrena, respectu enim cælestium miser in tenebris ambulat, ut a tenebris somniorum veniat ad tenebras tormentorum. libr. 3. cap. quarto. num. 10. 11. & 14. Oculi mentis dũ cæcantur, omnes vitæ istius actus vna confusione cæcantur, lib. 18. cap. 15. nume. 19. & 20. Oculos cordis illuminandos postulabat Dauid, ne peccando clauderentur, lib. 13. cap. 2. num. 8. Oculos dat Deus iustis, quibus vera bona animæ videant; immo oculis pleni sunt iusti, quia vitam suam solerter aspiciunt. libr. 3. cap. 23. num. 15. lib. quarto. cap. 28. nume. 13. Cæcitatem patiuntur mali in hac vita, & in morte, iustos autem vtrobique comitatur lux. lib. 3. cap. 4. numer. 2. 7. 10. 12. 14. vsque ad
Esa. 19. Hieron. 17. Vnde Hieronymus enarrans locum illũ Esaiæ, quem in aduentum Messiæ dicit fuisse completum: In die illa erunt quinque ciuitates in terra Aegypti loquentes lingua Chanaam, quem de quinque sensibus externis hominis intelligit, ait: Quando visus vidit mulierem ad concupiscendam eam, visus loquitur lingua Aegypti. Videt proximorum bona ad concupiscendum ea, &c. linguã Aegyptiã oculi didicerunt. At si oculos claudat homo, ne terram aspiciat, & dicat: Leuaui oculos meos in montes, linguam iam loquuntur Cananæam, quæ media est inter Aegyptiam, & Hebræam; licet enim omnis imperfectio plene euacuata non sit, euacuatur ex parte, & incipiunt tunc Aegyptij colere Dominum, quẽ cognouerunt in hostiis, & muneribus. Et cum mirum hoc opus tam subito in cæco hoc fuerit Dominus operatus, conuenientissime dicit: *Illum natum cæcum ut*, mente illius tam potenter illuminata, *manifestentur opera Dei in illo*. Ante enim quam oculos reciperet corpus, illuminata fuit anima, vnde non dixit: Quorsũ lutum imponis mihi super oculos, quę conuenientia luti ad lucem? *Si* oculos mentis non haberet, recedere potuisset indignans, vt quõ
4. Reg. 5. dam Naaman Sirus missus ad Helisæum Prophetam, ut a lepra mundaretur, qui missus ad Iordanem dicebat: Numquid non meliores sunt fluuij Damasci? arbitrabar quod descenderet, & tangeret me, & inuocans Deum suũ me sanaret. Obsecro, Domine, qui vno verbo cæcos illuminasti, cur vis turpare faciem hominis cæci luto? An forte uis ut potentia & magnitudine huius miraculi Pharisæi inimici tui mei efficiantur inimici? Nihil tale dicit, sed Deo cõmittit causam, vt quo medio Deus voluerit, illuminet eum. Scit optime quod lutum in manibus Domini *vale los ojos de la cara*. Et hoc egregia hęc obedientia, & taciturnitas nos docet, vt Deo committamus, ut quibus ipse voluerit mediis, animas nostras saluet, siue prospera illa sint, siue aduersa. Noli dicere: Potest me Deus diuitiis, & honoribus plenum in cælum ducere, sicut perduxit Patriarchas diuites, Reges cumulatissimis honoribus refertos. Tace stulte, luto te vult Dominus curare, quod tuæ ęgritudini nouit expedire, non auro, quo infirmaberis amplius, dum eo fueris abusus. Sicut peritissimo medico, si euidenter cognosceret & qualitatem morbi, & vim medicaminis, stulte quis diceret: Tribue mihi potionem facilem, quam alteri contulisti, &c. Nouit medicus noster cælestis, quę vnicuique nostrum expediant, suum erit medicare, meum autem incunctanter parere. Deus mediis, quæ hominum iudicio sunt contraria fini, adimplet suam voluntatem. libr. 4. cap. 22. numer. 3. vsque ad 6. 11. usque ad 14. Deus animarum medicus temporalia dat, & aufert, sicut ęgris viderit expedire. lib. 4. cap. 40. num. 15. Quia ergo in huius cæci illuminatione hæc, & alia, quæ adnotauimus, continebantur, illam vocauit recte opus eius, qui miserat eum, &c.

Rabbi, quid peccauit hic, aut parentes eius ut cæcus nasceretur? Optima sane consideratio, cum videris, pœnam culpæ reminiscaris: licet enim aliquando pœna sine culpa homini eueniat, nihil tamen mali est, si se propter culpam castigatum putet, vt aliquid in se emendandum corrigat. Vt enim quidam ex amicis Iob dicit: Pœna quidam loquendi modus *Dei* est, quo culpam nobis ostendit. Sic in Genesi filij *Gen. 42.* Iacob, cum in Aegypto a fratre tamquam exploratores calumniarentur, dixerunt: Merito hoc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. Interrogant etiam discipuli Dominum,

nũ an peccatis parentũ cæcus hic diuinã fuerit expertus indignationẽ (talẽ.n. credebãt oculorũ orbitatẽ, quæ illi a natiuitate acciderat) Qua in re mirari satis nõ possunt, quibus rõnib. adduci potuerũt discipuli in schola Domini versati, vt crederẽt hominẽ hũc alienis flagellatũ peccatis, siue parentes illi sint, siue extranei, cum multa cura docuerit Dominus, quod quæ seminauerit homo, illa & meteret manifestãdus ipsius tribunali, vt redderet vnusquisq. propria corporis, prout gessit, siue bonũ, siue malum, & licet hæc sẽpiterna sint aut præmia, aut dãna, in quib. indubiũ est propriis meritis hominẽ coronari, propriisq. de-
Ezech. 18 meritis cruciari, sed & tẽporalia incõmoda referẽs Propheta Dominũ introducit idigna tũ in populũ, & dicentem: Quid est quod inter vos parabolã vertitis in prouerbiũ istud in terra Israel dicentes: Patres comederunt vuã acerbã, & dẽtes filiorũ obstupescũt. Viuo ego dicit Dominus Deus, si erit vltra vobis parabola hæc in prouerbiũ in Israel. Ecce oẽs animæ meæ sunt, vt anima patris, ita & anima filij mea est, anima quæ peccauerit, ipsa morietur. i. si filius sanctimoniã fuerit sectat⁹, patre existẽte scelerato, quare pœnas parẽti debitas luet ille? Filius non portabit iniquitate m
Hiere. 31 patris, & pater non portabit iniquitatẽ filij, iustitia iusti super eũ erit, & impietas impijsu per eũ. Et in Hiere. eandẽ referẽs de vua acerba parabolã, itulit: Omnis homo, qui comederit vuã acerbã, obstupescẽt dentes eius, & vnusquisq. in iniquitate sua morietur. Immo
Ezech. 14 cũ Deus ad miserendũ proniorem iudicet, quã ad flagellãdũ, quid causæ esse poterit, quod dixerit Proph. quod filiis existentib. sceleratis, si fuerint inter eos Noe, Daniel, & Iob, incredibili sanctitate fulgẽtes in innocẽtia sua diuinã indignationẽ effugiẽt. Sed tamẽ filios, aut filias suas nõ liberabũt, & quod diuina bonitas, quæ veluti repugnãs infligit uulnera, animaduertat in filios ob peccata parẽtũ? Deus, quia in hoc sæculo mitis vult existimari, exhibet potiora & plura opera misericordiæ, quã iustitiæ. li. 4. c. 9. p totũ. Deus punit prouocatus peccatis, &c. li. 4. c. 12. & multa in indice verbo Deus. Nec solũ discipulorũ iudiciũ minus rectũ videbatur ex eo, quod cẽserẽt peccata parẽtũ in filiis puniri, sed in eo etiam, quod indubiũ arbitrabãtur, illudq. vt notũ supponebant quod tẽporalia mala, tristes euẽtus, & infallibilia essent peccantiũ signa, quib. Deus peccata hominũ puniret, cũ multa sint alia, quę ipsũ ad ista infligẽda moueãt. Licet. n. primũ peccatũ horũ omniũ fuerit causa, & peccatores sint, qui ista perpetiũtur tẽporalia mala, sed non semper ob peccata hominũ ista accidũt, sicut in historia Iob late perpendere licet, qui orbatus filiis, priuatus salute, facultatib. omnibus nudatus in sterquilinio sedẽs testa saniem radebat, vt hoc medio sãctissimi viri virt⁹, & præsẽtib. & futuris patesceret, dæmõq. cõuincetur, quod gratis Iob timeret Dominũ, qui multis rõnib, amicis suis, qui in hac erãt sẽtẽtia, quã Apostoli modo statuũt suadere uisus est, varias esse causas, ob quas ista eueniãt incõmoda, quod & Dominus probauit cũ illorũ grauiter reprehẽdit cõuitia in sanctũ Patriarchã illata, maxime aũt illud, quod morbi, paupertas &c. essent peccatorũ flagella. Quod & Angel⁹ Tob. dixit, cũ orbitatẽ oculorũ retulisset: Quia accept⁹ eras Deo, necesse fuit, vt tẽta *Tob. 12.* tio probaret te. Alij aũt cũ inumeris scaterẽt malis, similes illi, qui dixit: Nec prohibui cor meũ, quin omni voluptate frueretur, & tamẽ *Eccles. 2.* pace, diuitiis, salute assidue fruũtur, sicut ille, & dicũt: Peccaui, & quid mihi accidit triste? Quia prope est Dñs ori eorũ, & cũ lõge sit a renib. eorũ, qui prosperãt, & faciũt fructũ. Sicut & de diuite legim⁹ Epulone. Seruat. n. eos De⁹ in diẽ malũ, nutriũturq. pecora occisionis, vt cũ impia lezabel sacrilegiis plena p fenestras ꝓcipitaẽ, simul & priuẽ vita, & æternas luat pœnas, vt simul & canes deuorẽt carnes ei⁹, & dæmones animã ęternis tradãt incẽdiis. Flagella suspẽdit Deus malis i ꝓpriũ malũ, l. 4. c. 8. n. 22 c. 12. n. 25. Peccatorib. nec irascitur Deus, nec flagellat iratus valde. l. 2. c. 10. n. 16. & 17. c. 11. n. 28. li. 4. c. 5. n. 1. vsq. ad 3. 5. nũ. 8. vsq. ad 17. 19. 22. 27. 29. 33. 34. 38. & 39. c. 8. n. 19. & 22. li. 6. c. 9. n. 24. 27. & 34. l. 14. c. 20. n. 14. 15. 17. 18. & 20. Flagellat Deus iustos, vt amicus in eorũ bonũ li. 4. c. 5. n. 35. vsq. ad 37. c. 6. n. 3. c. 12. n. 2. 21. & 22. li. 6. c. 9. n. 4. vsq. ad 9. 13. 30. 32. 36. vsque ad 38. & 41. c. 10. n. 32. 33. & 35. c. 11. n. 2. 7. 8. 10. 11. 20. 23. & 34. lib. 9. c. 15. n. 6. vsq. ad 8. & 12. Hæc sunt, & alia, quib. taxare quis forsitã posset discipulorũ interrogationẽ, quæ re vera. incertitudinẽ multã præ se ferebat in vtroque iudicio, & quod peccata patris in cæco isto puniretur, & quod mala hæc indubitata essent peccatorũ flagella. Sed nihilominus Apostoli non infirmis coniecturis adducti sunt, vt isti crederẽt cæcitatẽ accidisse ob parentũ peccata, cũ cernerẽt per vnũ hominẽ illiusq. inobediẽtiã orbitates, ægritudines, egestatem, mortẽ, &c. introisse in orbẽ terrarũ, &c. Nec id solũ, sed & peccatũ Cham posse nt in memoriã reduce
Genes. 3 re. Peccatũ in Cham, & maledictio infligitur *Gene. 9* Chanaam filio eius, totique posteritati. Immo
1. Reg. 15 post innumeros pęne annos, quia Amalechitæ
Exod. 16 restiterunt populo Dei egrediẽti ex Aegypto, præcipit Deus Sauli, vt ipsos cunctaq. illorum
3. Reg. 11 bona funditus perdat. Et ob peccata Salomonis Roboam filius eius fere toto regno priuatus est. Et filij, & qui erant ex stirpe Achab pa
3. Reg. 10 tris sui luere pœnas. His titulis adduci potuerũt discipuli, vt crederẽt peccata parentũ in hoc cęco fuisse castigata, quia licet nõ semper aliquãdo accidit, vt a Deo corripiantur filij peccãtib. parentib. vt hac animaduersione re
2. Reg. 12 sipiscãt patres, sicut accidit Dauid, a quo filiũ abstulit infantulũ, vt ad sanã mentẽ Rex rediret, filij morte, quẽ tenere diligebat, attritus. Non ergo in futuro, sed in præsenti, ait Augu. mala parentũ filios inueniunt. Et hac de causa fortassis primus parens Adã vtroque filio priuatus est, vt eductus a delicto suo potioribus frueretur bonis. Præterea filij aliquando vita priuantur, ne peccata imitentur parẽtũ,

Genes.19. quod factũ est in pueris Sodomorũ. Inquit. n. Augustin. super Genes. Nonne prouisum est pueris, ne diu viuẽtes sequerentur exẽpla patrũ?

Sapien. 4. Sapien. Raptus est, ne malitia mutaret intellectũ eius, aut ne fictio deciperet animã illius. Cũ præmisisset: Viuẽs inter peccatores translatus est; Ait hoc factũ est, ne visis exẽplis malis parẽtũ corrũperentur. Placita erat Deo anima illius, propter hoc properauit educere illũ de medio iniquitatũ. Id. n. accidit frequẽter, vt filiæ libertatẽ imitentur matrum, si hę fuerint procaces, inhonestę, &c. & filij ludũ, iu

3. Reg. 14 ramẽta, & alia mala patrũ. Vnde scriptũ est: Raptus est filius Hieroboam (qui Rex fuerat pessimus) quia inuẽtus est in eo sermo bonus a Domino Deo Israel, ne forte, si viueret, imitaretur malitiã patris sui scelerati. Vbi Deus minatur se visitaturũ peccata parentũ in filios.

Exod. 20 *Deut. 5* Præterea Oleaster edisserens locũ Exodi, qui idẽ cõtinetur Deuterono. 5. dicit. Sicut amor inuitat, & quodãmodo cogit amantẽ ad amãdũ, non solũ hominẽ amatũ, sed omnia, quæ ad eũ pertinẽt, ita & odiũ inclinat, & inducit hominẽ odire, non solũ inimicũ, sed omnia, quæ ad eũ pertinẽt. Et hæc est ratio, quare Dominus punit eũ, qui se odit in tertiã, & quartã generationẽ, & diligit eũ, qui se diligit in mille generationes, quantã fortior est odio amor in Deo. Et is sensus forte litteralis est, vt. s. visitet iniquitates parẽtũ, odio eũ prosequẽtiũ i tertios, & quartos neq. referatur odiũ ad fi-

Ezech. 18 lios. Et tũc illud: Filius nõ portabit iniquitatẽ patris, intelligẽdũ est ratione sui, sed vt est aliquid patris. Nam ratione patris flagellatur a

Rom. 11 Deo. Et sicut Paul. vocat Iudæos impios dilectos propter patres, sic & odio habentur filij propter patres. Vnde cũ de persecutione Re-

Esa. 14 gis Babylonis prophetaretur Esa. dixit: Prępa rate filios eius occisioni in iniquitate patrum suorũ, &c. Filij puniũtur peccãtib. parentibus,

5 quia horũ malã vitã imitãtur. li. 6. ca. 7. n. 9. vsque ad 11. Parẽtũ mala exẽpla perditionis filiorũ sunt causa. li. 6. c. 6. n. 18. vsq. ad 20. & 24. Parẽtes peccantes puniũtur in filiis, eo quod grandis illorũ amor eos cruciat. li. 6. c. 6. nu. 2. & 8. Merito ergo inquirũt discipuli, an propter peccata parentũ cæcus is fuerit visu priuatus, quod accidisse ait Iesus *ut manifestẽtur opera Dei in illo.* In quib. verbis id aduertit Chrysost.

Chrysost. in primis, quod dictio illa, vt, non dicit causã, sed futurũ euentũ, sicut ad Roman. loquẽs de Philosophis ait: Quod notũ est Dei manifestũ est in illis, vt sint inexcusabiles. Non vult dicere se illis innotuisse, vt dũ non viuerẽt conformiter ad notitiã, quã de Deo habebãt, essent inexcusabiles; non. n. is fuit finis, sed hũc sequẽ

Rom. 5 dũ dixit, vt sint inexcusabiles. Et: Lex subintrauit, vt abũdaret delictũ. i. ea intrãte, & data lege hominib. qua Dei volũtas illis innotuit, & secũdũ eã voluerunt viuere, peccatũ efficietur maius. Et seruus, qui scit voluntatẽ Domini, nec facit, vapulabit multis, vt manifestẽtur opera Dei, occulta sunt. n. iudicia Dei in malis hominũ, vt scias flagella etiã sine culpa a Deo

Genes. 5. irrogari. Sic in Gen. dixit Deus Abrahæ: Scito prænoscẽs quod peregrinũ futurum sit semen tuũ in terra nõ sua, & subiiciẽt eos seruituti, & affligẽt quadringẽtis annis. Occulta sũt iudicia Dei. Nõ. n. apparet, vt quæ peccata semẽ Abrahæ fuerit, quadringẽtis annis afflictũ, ut sciamus flagella etiã sine culpa a Deo irrogari, & viã esse ad promissã patriã. Flagellantur iusti, ne superbiãt. li. 6. c. 11. n. 7. Flagellat Deus iustos in ipsorũ bonũ. li. 4. c. 5. n. 35. vsq. ad 37. c. 6. n. 3. c. 12. n. 2. 21. & 22. li. 6. c. 9. n. 4. 6. vsq. ad 9. 12. 13. 30. 32. 36. vsq. ad 38. & 41. c. 10. n. 32. 33. & 35. c. 11. n. 2. 7. 8. 10. 11. & 20. 23. & 24. l. 9. ca. 15. nu. 6. usq. ad 8. & 12. *Vt manifestentur opera Dei*, aduerte quod diuersimode in malis, & in bonis manifestãtur opera Dei. In malis. n. dum eos Deus flagellat, nomẽ eius innotescit. Volẽs. n. Deus ostẽdere irã, & notã facere potentiã suã, sustinuit in multa patiẽtia uasa irę. Vt *Rom. 9* de cũ alloqueretur Dominus Moysẽ, vt diceret Pharaoni, quæ illi euẽtura essent flagella, dixit: Idcirco autẽ posui te, ut ostẽdã in te fortitudinẽ meã, & narretur nomen meũ i omni *Exod. 14* terra. Et cũ viderẽt Israelitæ Aegyptios insequentes eos, & timore perterriti clamarẽt ad Dominũ, præcepit Deus, ut uirga eleuata diuideretur mare, ut trãsirẽt filij Israel per siccũ. Ego autẽ indurabo cor Aegyptiorũ, vt persequãtur vos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in currib. & equitibus illius. Quãdo malis hoẽs nõ emẽdãtur, illa instrumẽta sũt diuinæ gloriæ. In bonis autẽ, dũ eos a malis liberat, innotescũt opera Dei. Flagellat Deus aliquãdo ut amicus, aliquando vt inimicus. li. 4. c. 12. n. 2. 3. 6. 8. 9. 12. 15. vsq. ad 24. c. 18. n. 7. l. 6. c. 10. n. 18. & 28. c. 11. n. 1. 2. 10. 11. & 19. li. 9. c. 20. n. 14. Flagellis Dei bene utũtur ali qui, alij abutũtur. li. 4. c. 12. n. 19. 24. & 25. li. 6. c. 11. n. 8. 10. & 11. Alij peccãtes non flagellantur, alij non peccãtes flagellantur, & quia iudicia Dei inscrutabilia nũc sũt, manifestanda dicit opera Dei, quæ nũc latẽt. Deus ponit in thesauris abyssos, quia rõnes factorũ eius hominib. nõ sunt cognitæ. li. 4. c. 17. nu. 1. 6. 9. 11. vsq. ad 16. 19. & 20. li. 6. c. 11. n. 3. usq. ad 5. Dei iudicia inscrutabilia, quod bonis eueniãt mala, & malis bona, sed inscrutabilia magis, quod bonis eueniant bona, & malis mala. li. 4. c. 17. nn. 7. 8. 12. 13. 17.

Me oportet operari opera eius, qui misit me donec 6
dies est, &c. Vita hæc dies uocatur, & sequens nox, quia nihil peccatores operari poterũt in ea. Aliquãdo hæc dicitur nox, quia in tenebris versamur. li. 18. c. 17. n. 7. Vita hæc labori, & operationi deputata est, sequens uero otio. li. 10. c. 1. n. 9. vsq. ad 12. li. 13. c. 12. n. 8. 9. & 15. li. 14. c. 20. n. 5. vsq. ad 7. li. 17. ca. 1. nu. 2. & 5. li. 18. c. 11. n. 17. & 20. c. 17. n. 23. & 24. Vita hac trã. sacta bene operari non ualet, qui id contẽpsit dum uixit. lib. 17. ca. 1. num. 2. 4. 5. 7. & 9. Vitas duas Deus nobis constituit, hanc in certamẽ, futuram in certaminis præmium. li. 18. ca. 17. nu. 5. 19. 23. & 24.

Ille homo, qui dicitur Iesus, lutum fecit, & 7
unxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoria Siloe, & laua. Et abij, & laui, & uidi. Eodem Domi

nus sanat, quo solent homines excæcari. Ser-
Num. 21. *Oleaster.* pente Dominus sanauit populum, quem serpentes momorderant. Fac tibi serpentem æneum, & pone eum pro signo, qui percussus aspexerit eum, viuet. Adnotarũt hic Hebræi, æneum hunc serpentem plane morbo contrarium fuisse remedium, ita ut nihil minus quã curare morsos a serpentibus posset, sed potius illis præsentissimam mortem adferre deberet. Eam enim æris candentis naturam esse dicunt, ut si quis a serpente morsus illud intuea tur, statim moriatur. Cum ergo facere serpentem ignitum, hoc est, ex ære ignito, & candenti iussisset Dominus, per contrarium, & contra naturam quodammodo eos eo curare uoluit, ut hoc modo mirandam magis faceret suam potentiam. Eadem quoq. dicunt de ligno illo in aquas amaras proiecto, unde dulcorabantur. Similia adferunt de massa ficorum (quod etiam docet Hieronymus) quo Ezechiæ Regis ulcus curatum est. *Sic & luto liniuit Iesus oculos meos*, quo clarius eius cognoscatis potentiam. Tam est Iesus noster Dominus artifex, ut luto oculos pingat pulcherrimos. In oculis certam diuinitatem insitam, & latentem aiebat Galenus, quam luto in hoc homine reparauit. Artificium certe simile illi, quo in exordio mundi mirãdum hominis artificium contraxit, cum sensus externos, internosque dedit Deus, quorum adminiculo intellectus nullo affixus organo intelligeret. Hominis cõpositio indicat opificem eximiũ Deum. lib. tertio. cap. 23. numer. secundo. Hominem condens Deus de terra maiorem sapientiam ostendit, quam si de materia cæli illum creasset. lib. octauo. cap. 3. nume. octauo. vsque ad vndecimum. huiusque admirabilis harmoniæ principium lutum fuit, immo cænum, sic in huius hominis reparatione etiam lutum posuit Dominus super oculos eius, &
Exod. 4. lotus vidit. Cum educere vellet Deus populũ de Aegypto, ad mira patrãda opera in deserto, in Aegypto, in mari, & in terra virgam dedit Moysi, qua cuncta ista patrarentur prodigia. Accommodatum sane instrumentum pascendis pecoribus, dirigendis ouibus, sustentando pastori, sed ad plagas inferendas Pharaoni, ad aperiendum mare, ad educendas e silicibus aquas, quid inconuenientius poterat
Iosue 6. iudicari, aut impertinentius? Vt muri corruerent Hierico, buccinis concrepare, vociferari, circuire ciuitatem iussit Dominus.
Iudicum 7 Faculis accensis, & hidriis iussus est Gedeon mandato Dei pugnare aduersus Madianitas, & victi sunt. Hæc instrumenta sunt bellica ad debellandos hostes? voces tela sunt *culebrinas*, quibus muri ruant? Nihil minus huic rei accommodatum uidetur. Sed his vult urbes prosternere, hostes vincere disposuit, sicut & luto huius cæci oculos cu-
Aug. in psa. 11. rare, quo miranda eius opera cognoscere-mus. Augustinus in Psalmum aiebat: Cum sapientissimus Rex Dauid fugiens Saulem inter Philisthæos moraretur, mortem timens se fatuum simulauit, & cum saliuæ fluerent ab eius ore, talis creditus est, & uitam hoc mirabili artificio, dum contemptus est, conseruauit. Et cæcum hunc curauit saliua, & sputo ex ore decidente Iesus, ut per ea, quæ fragilia sunt, & contemptibilia salutem doceat a Deo expectandam, & per ea, quæ ipse uoluerit. Vnde Esaias postquam mirabilia, *Esa. 8.* quæ operaturus esset Messias in mundo retulisset, addidit: Pro eo quod proiecit populus iste aquas Siloe, quæ vadunt cum silentio, & assumpsit magis Rasin, & filium Romelię, adducet Dominus super eos aquas fluminis fortes, & multas, Regem Assyriorum, & ibit per Iudam inundans, & ttansiens usque ad collum veniet. Ac si diceret: Quia salutem, & liberationem uoluistis per ea media, quæ vos somniastis esse conuenientia, nec admisistis ea, quibus Deus vestræ necessitati prouidere uoluit in silentio, quia dum id non perpendistis, media, quę elegistis, erunt uobis in ruinam. Quod dum perpenderet cæcus, lutum libenter oculis admouit, & lauit, & ideo visum recepit.

Da gloriam Deo. Nos scimus quia hic homo pec- 8
cator est. In quibus verbis, quod non sint audienda malorum consilia, intelligere debemus, etiamsi prima fronte bona esse videantur. In Exodo aiebat Pharao filiis Israel: *Exod. 8.* Ite, sacrificate Deo in terra hac. Consulit ut sacrificent, sed in Aegypto. Omnia munda esse debent & terra, & pecus, vnde Regis consilium recipere noluit Moyses. Ita hi consulunt, ut det gloriam Deo, sed recognoscendo Christum esse peccatorem, & nihil ab illo accepisse. Similiter & dæmon sinit homines facere bona opera, immo ad ea instigat, sed cum aliqua conditione, quæ bonum opus malum faciat. Sic & dæmon suadebat Cain, ut sacrificia Deo offerret, sed debile docens offerre illi displicuit. Malorum societatem, & consilia uitanda maxime ab imperfectis, docetur lib. vndecimo. cap. 5. per totum.

Maledixerunt ei, & dixerunt tu discipulus il- 9
lius sis. Maledictiones impiorum nullius momenti sunt, immo de illis dici potest illud Prouerb. Sicut auis ad alta transuolans, & *Prou. 26.* passer quolibet uadens, sic maledictum frustra prolatum in quempiam superueniet. Ac si dicat: Sicut post uolatum ad nidum reuertitur auis, ita maledictio ad maledicentem reuertetur. Vocauit Rex Balac Balaam Prophetam dicens: Veni obse- *Num. 22.* cro, & maledic propter me populo, & tamen maledicere illis non valuit. Frustra laborat qui maledicere, aut malefacere eos nititur, qui a Deo benedicti sunt: benedicit enim Deus maledictionibus eorum. Mali persequuntur iustos, quia non eis consentiunt ad malum, lib. quinto, cap. quarto, numer. 12. Mali contemnunt iustos, eosque peccatores falso credunt, quia mala patiuntur temporalia, lib. 11. ca. 15. nu. sexto. Vnde dicunt hi cæ-

co: *In peccatis natus es totus, & tu doces nos.* Difficile est magnates à sua perfidia remouere. Non potuit Ionathas patrem ab odio Dauidis reuocare, & cum ipsemet eũ certo sciret regnaturum cum dixit: Scio quod certissime regnaturus es, & habiturus in manu tua regnum Israel, & tamen dicebat cum Ionathas persuaderet Regi, ne eum occideret, ei conuitia infe- 1. Reg. 20
rebat dicens: Fili mulieris vltro virum rapiẽtis. Sic & cum iste Pharisæos ad amorem Christi, & eius discipulatum perducere conaretur, audit: *In peccatis natus es totus.* Sic cum serui Exod. 10.
Pharaonis ei niterentur persuadere, ut Israelitas ire permitteret, & dicerent: Vsquequo patiemur hoc scândalum? Dimitte homines, vt sacrificent Domino Deo suo, nonne vides quod perierit Aegyptus? Eos cum filiis ad sacrificandum ire non permisit.

FERIA QVINTA
post Quartam Dominicam in Quadragesima.

Euangelium.

Ibat Iesus in ciuitatem, quæ uocatur Naim. Luc. 7.

Vide lib. 14. cap. 8. num. 18. 19. 28. 32. & 33.

1 Fer. 5. Do. 4. in Quadrag.

COMMEMORANT sacri Euangelistæ Iesum resuscitasse tres mortuos, quos omnes & iuuenes, & diuites, ac nobiles fuisse credi derim. Nam licet Lucas tacuerit de hoc filio viduæ, diues ne fuerit, an pauper, sed tamẽ dum turbam ciuitatis multam commemorat comitantem matrem, probabiliter satis indicat, vbi iam hominum refrixerat charitas, ne dicam perierat, illam diuitem esse; diuites enim multi comitantur, & honorant, eorum funeribus multi astant, pauperibus contemptis. Sicut multi aduenerant Principes ab Hierosolymis, qui consolarentur Mariam, & Martham in obitu Lazari fratris sui. Extremum clauserat diem is in adolescentia, qui diues cum multa certe libertate educatus fuisset, vtpote qui filius vnicus, immo vnigenitus, vt Græca habent exemplaria, erat matri suæ, quæ & vidua erat, qui deficiente patre, qui loco mari matri fuerat relictus, liberius educaretur, & ne eum contristaret, omnia relinqueret sua voluntate dispensanda, vt in cibo, in ludo, in somno, in uestibus, & consumendo patrimonio, in amandis feminis cuncta gereret, prout vellet. Et qui longam sibi promitteret vitam mortis incertitudinem non considerans, vti certe vellet (vt Sapiens ait Sapient. 2. ca. 2. Sapientiæ) creatura tamquam in iuuen Eccles. 2.
tute celeriter, id est, dum nos in iuuentute sumus, celeriter nunc uni uoluptati, iam alteri inuigilemus, relicto ludo adeamus scortũ, ab hoc reuertamur ad luxum, ad crapulam, a crapula ad musicam, ne pertranseat nos flos temporis nostri, sed vino pretioso, & vnguẽtis nos impleamus. Hi sunt, qui consummati in breui explent tempora multa tantis sceleribus implicati, lib. quarto. capit. primo. numer. 67.
Mortem enim credere lõge abesse multa causat nocumenta. lib. 11. capit. 10. numer. 3. 7. 11. & 17. lib. 18. cap. quinto. num. 3. 10. 11. & 15.
Vitæ enim huius spatia dum ignorant homines, & eam longam putant in magna ueniunt mala. lib. 18. cap. decimo septimo. nume. duodecimo. 20. & 21. Si de adolescẽte hoc dici potuisset, quod de Nepotiano retulit Hieronymus ad Heliodorum, quod cum iuuenis nobilis, & diues e viuis discessit, quod raptus est, Hier. ep. 3. Sapient. 4.
ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animum illius. Iustus, etsi morte prẽoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim uenerabilis est non diuturna, nec annorum numero computata. Cani enim sunt sensus hominis, & ætas senectutis uita immaculata. In morte enim studiosus iuuenis consummatus in breui expleuit tempora multa. lib. quarto. capit. primo. num. 66. & 67.
Moriuntur mali in dimidio dierum suorum, iusti autem pleni dierum. libr. vndecimo. cap. nono, numer. 12. Si is iustus esset, qui laqueos euasisset vitæ huius, in qua tot sunt mala culpæ, & pœnæ, ægritudines, infamiæ, pericula, in qua nemo securus est a lapsu. lib. secundo, capit. decimo, nume. octauo. lib. nono. capit. 22. num. 16. lib. 14. cap. 21. num. 41. libr. 15. cap. 6. nume. tertio, & quarto. lib. 18. cap. 13. numer. quinto, & decimo. Vitæ huius miseriæ multæ sunt, vnde ea appetenda non est. libr. quarto. cap. primo. num. 27. 28. 35. 43. 58. 73. 77. & 78. libr. vndecimo, capit. decimo, numer. decimo quarto, libr. decimo octauo, cap. decimo sexto. numer. tertio, decimo, vndecimo, decimo tertio. 26. 28. & 29. Qui portui securus applicauerat, & nauem egressus fluctuum, & procellarum innumera euaserat iam pericula in pace, in Deo dormiens, & requiescens, iterum nauigationem incipiens non doleret? Doleret quidem ille, & merito, immo lamentaretur, qui eum ad vitam talem esset reuocaturus, sicut ingemuit, infremuit, turbauit semetipsum, & lacrymatus est Iesus, cum Lazarum sibi dilectum, & familiarem a morte reuocauit. Si audiret adolescens hic: Cum dederit dilectis suis somnum ecce hereditas Domini filij merces fructus uentris, vtpote qui in lacrymis seminans in exultatione iam meteret, & qui laboribus pressus audiret: Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum, & iam non erit amplius neq. luctus, neq. clamor, sed nec vllus

vllus dolor, quoniam priora abierunt. Talis si extitisset ad vitam reuocatus, tristari potuisset, sed qui obiit in diuitiis, & adolescentia, & libertate, vnde ea consequuntur inconuenientia, quæ in his, qui tales sunt, experimur nostris temporibus, vbi adolescentes in his occupantur, quæ vana sunt licentiis ad peccandum pleni, quorum uitam uix in aliquo a barbarorum uita dissimilem cernimus, vt vix Christianos, immo vix illos homines credideris. Adolescentia neglecta vepres producit. lib. primo. cap. secundo. num. primo. Adolescentibus sceleratis abundant respublicæ. numer. tertio. Adolescentia otiosa impudenter educata omni ferocissima bestia est immanior, libr. 13. cap. duodecimo, numer. septimo. Cum enim homines annorum multitudine teste experientia didicerint, quæ in corruptis moribus reperiantur damna, & quæ uidebantur dulcia, quam sint amara, & Luc. 15.
quæ credebantur vtilia, quam sint nociua, in se reuersi qui adolescentiam transegerant a domo patris sui alienati pascentes prauarum affectionum porcos luxuriose uiuendo, & egendo aiunt: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus; ego autem hic fame pereo, surgam, &c. Non sum dignus vocari filius tuus, sed fac me sicut vnum de mercenariis tuis, & ad patrem rediens in pristinum filij gradum restituitur. Sapient. 4.
Aliquando quidem iuuentus celerius cõsummata condemnat longam vitam iniusti, quoniam iste puer centum annorum maledictus est, vtpote qui annis multis admonitus intellectum non habuit, qualem multi adolescentes, qui in breui e medio sublati, & celeriter ad finem appropinquantes ea operati sunt bona, quæ iniustus cano capite, & barba neglexerat. Accidit quidem, cum iuuenis mille passionibus iræ, luxuriæ, &c. implici- 2
tus Dei bonitate præuenitur in benedictionibus dulcedinis. Hi enim senes sunt sensibus, licet non annis. libr. primo. cap. secundo. nume. quinto, sexto, octauo, & vigesimo. Senes uitiis dediti cum cano capite sensum habent puerilem. ibidem numer. quarto, vsque ad sextum. At vero, cum adolescentes longam arbitrantur futuram vitam, ut plurimum vitiis implicantur, qui autem iam quinquagenarij, aut sexagenarij, nisi penitus amentes sint, & qui inter eos, qui mentetu amiserunt, digni sint qui ligentur, & uelut furiosi uinculis detineantur, credunt mortem vicinam, quam non credit adolescens, dum non considerat eos, qui obierunt ipso iuniores, sed qui uiuunt in maiori ætate. Sicut qui nauigationem ingredi longissimam decreuerit, ut Indos adeat, ubi diteſcat, non perpendit innumeros, qui procellis urgentibus, aut naui quaſlati, aut a Pyratis, aut uero fatigatione, & laboribus perierunt, sed dum vnum, aut alterum considerat, qui diuitiis plenus ad propria remeauit, quasi securus tanto se exponit periculo; sic & adolescens, dum oculos coniicit non in eos, qui in vtero matris, aut ad vbera pendentes, aut in pueritia e viuis discesserunt, sed in eos, qui in maiori ætate viuunt, ipsi libere traduntur deliciis, uoluptati, vitiis, & gaudere volunt, & ducere in bonis dies suos, non credentes quod probabilissimum est, quod in puncto ad inferna descendent, nec considerantes quæ Hieremias lamentabatur dicens: Intrauit mors per fenestras nostras, & ingressa est domos nostras, eam absentem dum cogitant, pereunt. Licet enim locum istum de spirituali morte interpretetur Hieronymus, quæ per sensus externos ingreditur in animam, nihilominus alium habet sensum spiritualem, quo intelligere debemus, quod quando mortem præcedunt ægritudines quædam, quæ senibus sunt frequentes, annorum numerositas, senectus multa, quando hęc habet adiutores multos. Multa enim sunt in senibus, quæ vulgo uocamus, *los ualedores de la muerte*, quando hi & antecedunt, & comitantur mortem, intrat illa per ianuam domum eius, qui talis est, nec illum adoritur, & inuadit proditori similis, sed palam ipso uidente, nisi stultus oculos velit claudere. At quando hæc inuadit iuuenes, in quibus mortem iuuantia non antecedunt, sed subita febri, aut dolore lateris rapiuntur e medio, ingreditur per fenestras domus. Ingreditur etiam per ianuam, quando aduenit eam cogitantibus & expectantibus, quando autem impræmeditata venit adolescentibus, scalas conscendit, & per fenestras ingreditur, & dormientem uita dulcissima exspoliat, ut male pereat, qui inermis inuentus est. Et ut nemo nec per horam securus sit, hi tres, quorum resurrectionem narrant Euangelia, in iuuentute e medio sublati sunt, quando cuncta aderant, quæ ad diu conseruandam vitam poterant desiderari. Mortis immaturę nullus potest conqueri, cum post peccatum omnis uitæ nostræ dies illi sit obnoxius. lib. 18. capit. 17. numer. 13. Mors ubique homines expectat, & propter istam rationem vir sapiens vbiq. eam debet expectare. lib. tertio. cap. 19. nu. 13. Mortis dies cum incertus sit, quilibet vltimus credendus est. lib. vndecimo. cap. decimo. numer. primo, secundo, & vndecimo. Mortis dies, vt fur, uenit, quando homines dormientes, & imparatos inuadit. lib. 18. cap. quinto, num. 7. 10. & 11. Vnde diues ille apud Lucam, Luc. 12.
qui de ampliandis horreis secum nocte cogitabat, multa commemoraret, quę accepisset bona, quibus ad luxum frueretur, audiuit: Stulte hac nocte repetent a te, quam mutuo tibi dederant, vitam, quæ autem congregasti cuius erunt? Dei iustitia factum est, vt qui abutebatur vita, ea priuaretur, quando minus id miser homo cogitaret. Et Ezechiel in Cantico illo celebri, quod refert Esa. & Hierony. Esa. 3.
ait illud fuisse gratiarũ actionis. Gratias agit Deo, qui sententiam, quam tulerat de morte

eius, in dimidio dierum suorum sequenda re
uocasset, quam cum audisset, conuertit faciẽ
suam ad parietem, & vberrime lacrymatus
est. Nullus ergo, dum viuit, nec infans, nec
puer, nec adolescens securus est, nec per ho-
ram, & hac ratione Chrysostomus aiebat: In-
Chr. ho. 9. in 1. ad Timot. gens malum esse non credere mortem in bre-
Esa. 5. ui euenturam. Sicut Iudæi Esaiæ irridentes
oracula Prophetarum dicebant: Væ dicenti
bus uelociter appropient, quæ facturus est
Deus, ut uideamus, & veniat consilium sancti
Israel, ut cognoscamus. Ac si non crederent
ventura, quæ differebantur, ista replicabant.
Et tales sunt, qui quam viderint uitam perdu
rare, tarde credunt venturam. Vita hæc, & fu
tura recte in Esaia, & Iacob significantur, lib.
18. cap. 17. num. 3. Esau enim totus pilosus, &
hispidus figura huius vitæ est, quæ miseriis, &
asperitate abundat, huius plantam, dum na-
sceretur, luctator Iacob manu tenebat, quo-
niam vita hęc non exordio, sed in fine conside
Aug. in psal. 73. randa est. Sic & Augustinus aiebat: Homines
debere, sicut Deus Moysi præceperat, serpen
tem, ne noceret, cauda tenere, tunc enim in
baculum conuertitur, quo fulcitur homo, si
autem caput apprehenderis, & exordia, & me
dia illius tantum consideraueris, veneno il-
lius pereas necesse est. Dum enim auferuntur
iudicia Dei a facie hominis, quę geruntur in
morte, omnium inimicorum suorum domina
bitur, inquinabuntur uiæ illius in omni tem-
pore. Dum enim de fine non cogitant, repen-
tinus eis superuenit interitus. Cum ergo ado
lescentis huius tale recte crediderimus peri-
culum, Dei bonitate factum est, ut ad vitam
reuocaretur, & illam non vanitati, & volupta
ti, sicut prius, sed ueritati, & pœnitentiæ totã
3 consecraret. Cumque Iesus filium viduę ad
uitam reuocare decreuisset, dixit illi: *Noli fle-
re.* Ac si dicat. Officium sensualitatis non pro-
hibeo, quæ dum malum videns præsens, a do-
lore se abstinere non valet, sed voluntas diri-
gente ratione tristitiã moderetur. Non enim
Chry. hom. 5. ad pop. lacrymę, vt aiebat Chrysostomus, ad nocu-
menta temporalia flenda adinuentæ sunt, sed
tantum ad flenda peccata. libr. decimo. cap. 2.
num. nono. Quoniam sicut in naturalibus me
dicinam reubarbum, verbi gratia, ad euacuã-
dam solam coleram adinuentum dicimus, cũ
illam solam curat, sic cum peccata damna tẽ
poralia non curent, nisi sola peccata, his curã
dis tantum recte dicuntur adinuentæ. Vnde
Greg. 9. mor. ca. 19. Gregorius explicans verba illa: Si lotus fuero
quasi aquis niuis, aiebat: Sancti aquis niuis
lauantur, dum de supernis compunguntur, alij
vero aquis fontium, & fluuiorum, qui scatu-
riunt a terra propter terrena compuncti, qui
peccata plangere numquam sciunt, sed mor-
tem suorum, amissionem honoris, carentiam
facultatum, cum tamen lacrymis reparanda
sit animæ ruina. lib. 3. cap. 25. num. 13. 14. & 17.
lib. 10. cap. 2. num. 7. 8. 12. & 19. Lacrymæ ma-
lorum propter temporalia amissa gemitus
sunt corporis. lib. 7. cap. 4. num. 6. libr. 10. cap.
2. num. 16. Lacrymæ in temporalium rerum
amissione moderandæ sunt. ibidem nume. 20.
& 21. Qui enim temporalium rerum nocumẽ
ta acriter flent, hi sunt, ait Hieronymus, qui *Hieron. Ezec. 8.*
visi sunt in abditis templi abominationibus
magnis implicati ab Ezechiele, qui uidit mu
lieres plangentes Adonidem veneris ama-
sium, &c. *Hæc cum dixisset Iesus, tetigit loculum &
filium ei suscitauit.* Verbis adiecit facta, ne simi-
lis esset nobis, de quibus recte dici potest: Cõ
solatores onerosi omnes vos estis, quales mo-
do quam plurimi reperiuntur in mundo, qui
nec opus habent bonum (vt aiunt) nec uer-
bum malum. Illis utique similes, qui venerant
ad consolandam Mariam, & Martham in mor
te fratris, tristitiam vultus simulantes, qui cũ
lacrymantibus sororibus lacrymabantur, cũ
tristibus tristes mortem Lazari deplorantes,
& tamen cum illum uitæ restituisset Iesus, qui
gaudere debuissent de bono fratris, quem
mortuum plorabant, illum cogitabant & occi
dere. Viduæ vt soli væ illi, quia non habet sub-
leuantem se, & cum ceciderit, a nullo fulcie-
tur. Falsa magnanimitas erga uiduam, orfa-
num, pauperem rigorem exhibet, at vera ma-
gnanimitas horum causam tuetur. Multo ti-
more in re hac concutiendi essent homines, si
aduerterent quæ Deus talibus comminaba- *Exod. 22.*
tur, cum diceret: Viduę, & pupillo non noce-
bitis, si leseritis eos, vociferabuntur ad me, &
ego audiam clamorem eorum, & indignabi-
tur furor meus, percutiamque vos gladio, &
erunt vxores vestræ viduæ, & filij uestri pupil *Prou. 23*
li. Et in Prouerb. Ne attingas paruulorum ter
minos, & agrum pupillorum ne introeas, pro-
pinquus enim illorum fortis est, & ipse iudi-
cabit contra te causam illorum. Vbi pro pro-
pinquo Hebræis est dictio, Goel, quę proprie
redemptorem significat, & vindicem. Vbi
sapiens Deum vocat redemptorem, ac pro-
pinquum pupillorum, quia prope illis adest.
Quoniam ergo mundus iudicat pupillos ca-
rere vt patre, ita & defensore, & uindice, Sa-
pientia vt ab iniuria hac deterreat, inquit:
Propinquus eorum & vindex fortis est Deus,
qui non derelinquet eos, sed iudicabit causã
illorum. Mulier hæc uidua erat, & qui rogatus
& lacrymis motus duos alios mortuos suscita
uit, hunc ultro ad uitam reuocat. Viduæ mul
tum iuuandæ sunt. libr. quinto. capit. secundo,
num. 12. *Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui.*
O Euangelista sacer, cur nec verbum reters
eorum, quæ iste, vt verisimile est multum, ad
uiuos rediens loqueretur? Dines auarus cer- *Luc. 16.*
to credidit, & Abrahæ dixit: Quod si aliquis
ex mortuis fratres suos perditissimos inuise-
ret, & alloqueretur, uitam mutarent in me-
lius, & quod ille miser non meruit, mererentur multi, qui in mundo, immo præsentes rei,
quę gesta est, aderant, qui ad sanam mentem
redirent, si illum audissent, & nobis relatum
esset, quod iste vel expertus fuerat, vel vide-
rat. His enim commouerentur forte multi, ut
in melius vitam mutarent. Secundo libr. Ma-
chab.

2. Mach. 3 chab. cum Heliodorus templũ ingressus Hie-
rosolymis conaretur ærarium expoliare, ap-
paruit ei equus terribilem habens sessorem,
isq. cum impetu Heliodoro priores calces
elisit, alij etiam apparuerunt duo iuuenes
optimi gloria, qui circumsteterunt eum, &
ex vtraq. parte flagellabant sine intermissio-
ne multis plagis verberantes, &c. Curatus
postea Oniæ precibus testabatur omnibus
ea, quæ sub oculis suis viderat opera magni
Dei. Cum autem Rex interrogasset Helio-
dorum, quis esset aptus Hierosolymam mit-
ti, ait: Si quem habes hostem, aut regni tui
insidiatorem mitte illuc, & flagellatum eum
recipies, si tamen euaserit, eo quod in loco
sit Dei vere quædam virtus. Et his auditis,
saltem pro tunc ira Regis moderata est. Mo-
derari autem posset hominum scelerata vita,
si is oculatus testis ediceret nobis, qui in eo
essent peccatoribus reseruati cruciatus. Et
tamen sicut tunc illo loquente, si hæc dixit, in
nullo audientes meliores effecti sunt, sic nec
nos, & ideo Euangelista tacuit, quæ adole-
scens locutus est. Cum primum autem viuit,
cœpit loqui, vt verbis veræ vitæ, quam accepe-
rat a Deo, præberet testimonium, ne phan-
tasma crederetur. Sic intelligendũ est, quod
cum primum anima vitã recipit gratiæ, con-
tinuo motus externi vitales illius testes sunt,
veluti illius comites. De re hac multa docẽ-
tur in die Pentecostes, quando repleti disci-
puli Spiritu sancto cœperunt loqui varijs lin-
guis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui
illis.

Leprosus. 4 *Ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim, &c.*
Recte miraculum hoc post duo alia & conti-
git, & scriptum est. Primum miraculum il-
lud fuit, quando tactu leprosum sanauit di-
centem: Domine, si uis, potes me munda-
re. Secundum, quo absentem paralyticum
precibus aliorũ motus curauit. Et tertio ma-
trem viduam videns flentem mortuũ filium
eum vitæ restituit. In quibus miraculis illud
obseruari potest ad morum instructionẽ. Pri-
mus leprosus per se ad Christum accedens,
& rogans sanitatem consecutus est. Secun-
dus paralyticus per se accedere non valens
aliorum precibus impetrat sanitatem. Ter-
tius mortuus non nisi lacrymis multorum ad
vitam redit. His enim tribus triplex genus
peccatorum designatur. Nam sunt qui vitã
quidem habent malis operibus contamina-
tam, sed non omni ex parte malam, qui nec-
dum inciderunt in eam infirmitatem, vt non
possint ipsi Christo accedere, & pijs, ac humi-
libus precibus sanitatem impetrare. Sunt
alij, qui in omnibus animę suæ viribus disso-
luti paralyticorum more non valẽt ad Chri-
stum accedere, sed tamen morbi sentientes
magnitudinem, alios ad Dominum mittunt,
qui pro ipsis deprecentur, & sanitatem con-
sequuntur. Sunt tertio qui iam velut mortui
nullum mali sui sensum habent, qui vt ad vi-
tam reuocentur, maioris negotij est. Opus
enim non solum piorum precibus, sed & la-
crymis pessimi homines habent malam con-
scientiam, & pacatam libr. tertio, capit. 24.
num. 16. libr. 4. cap. 19. num. 13. cap. 31. nu. 39.
Peccatores infirmi, & impij dicuntur secũ-
dum varietatem culparum, libr. 14. capit. 8.
numer. 3. Peccatores desperati non tantum
medicos non adeunt, nec vocant, sed nec ad
se venientes recipiũt, lib. 14. cap. 8. nu. 8. Pec-
catores, qui flagella conscientiæ sentiunt, vi-
cini sunt saluti, libr. 14. cap. 18. nu. 1.

Ibant cum eo discipuli eius, & turba copiosa. Pri- 5
mo discipulos commemorat Iesum sequẽtes,
deinde copiosam turbam. Primum enim ma-
iores sequuntur Deum, deinde minores illo-
rum exempla secuti sequuntur: etiam trahi-
tur sponsa in odorem vnguentorum sponsi,
& currunt adolescentulæ cum ea. Sicut enim *Genes. 30.*
cum Iacob virgas poneret in canalibus, oues
eas contemplantes quales videbant cum cor
tice, aut decorticatas, tales pariebant & fæ-
tus; ita si in Ecclesiæ canalibus maiorũ ope-
ra minoribus repræsentẽtur, illa sequũtur ad
bonum, & ad malum. Ezechiel non inaduer- *Ezech. 1.*
tenter, sed multa cõsideratione cum quatuor
animalium oculatorum recensuisset virtutẽ,
qui impetu spiritus gradiebantur semper in
medio ignis posita, quatuor etiam numera-
uit rotas, quæ animalia sequebãtur, omniaq.
suo ordine ibant, cum euntibus ibant, cum
stantibus stabãt, & cum eleuatis pariter ele-
uabantur. Mira res spiritus vitæ erat in rotis,
ait sacer Propheta. Si spiritus vitę in eis erat,
quorsum morum, eleuationem, & consisten-
tiam animalium sequebantur? Si rotis cur-
ruum extitissent similes, in quibus nec mo-
tus est, nec vita, non mirum si cum animali-
bus euntibus irent, & cũ quiescentibus quie-
scerent, at si spiritus vitæ in rotis est, vt quid
ab animalibus in motu, & in quiete pendere
dicuntur? Si liberum arbitrium est in sæcula-
ri, & plebeio, quo diuina gratia a diuite in
bonum fertur, & quo etiam diuina gratia de-
stituto in malum fertur, vt quid cum eunti-
bus ire dicitur, & cum stantibus stare? Cum
iustis vocatur iustus, & cũ peruersis peruer-
ti? Vtique quia exempla maiorum Princi-
pum, gubernatorum, siue ad promouendum
homines in bonum, siue ad malum efficacis-
sima sunt. Vnde cum ciuitatem ingressus Ni-
niuẽ Ionas prædicasset, inferiores quidẽ pri- *Ionæ. 3.*
mum audierunt Prophetam prædicantem, vt
bene adnotauit Hieronymus, sed tamen Rex
prior surrexit de solio suo, & indutus est sac-
co, & sedit in cinere, & præcepit, vt omnes
saccis induerentur, & ieiunarent. Prædica-
uerunt ieiunium vtique iussu Regis, & vesti-
ti sunt saccis a maiore vsque ad minorem. Et
sicut maiorum exempla, si bona fuerint, imi-
tantur minores, ita malorum exemplis etiã
feruntur in malum, sicut apud Danielem scri- *Dan. 5.*
ptum legimus, vbi cum Balthasar Rex temu-
lentus iussisset, vt afferrentur vasa aurea, &
argentea, quæ pater eius asportauerat de tẽ-
plo,

plo biberunt in eis Rex, & optimates eius, vxores & concubinæ illius. Bibebant vinum & laudabant Deos suos aureos & argenteos, &c. Sic transierunt Sacerdotes cum arca Iordanem, & continuo populus pertrãsijt. Et ita cum (Hieronymus) Esaias dixisset, perditissimum statum Iudæorum commemorãs: Omne caput languidum, & omne cor mærẽs, vbi nomine capitis, & cordis & Prælatos, & Principes intelligit, cõtinuo adiecit: A planta pedis vsque ad uerticem non est in eo sanitas, quoniam sicut scriptum erat: Secundum iudicem populi, sic & ministri eius, & qualis rector est ciuitatis, tales & habitantes in ea. Exempla sponsæ currere faciunt adolescentulas in odorem vnguentorum Christi, lib. 5. cap. 13. nume. 32. Exempla mala nociua sunt multum, libr. 11. cap. 5. numer. 1. Principum peccata cedunt in damnum reipublicæ, lib. 9. cap. 8. num. 3. & 14. Turba copiosa & viduam flentem, & defunctum comitabatur. Malorum enim proximi compassionem esse habẽdam docet locus iste. Proximis compati debemus, etiam quando a Deo puniuntur, lib. 1. cap. 15. num. 16. lib. 9. cap. 5. nume. 13. 16. 21. & 23.

Iosue 4. *Esai. 1.* *Hieron.* *Eccl. 10.*

6 *Ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ, & hæc uidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa.* In flagellis procedit Dominus a mitioribus incipiendo, cum vero per ea homo non corrigitur, destruit quæ maxime diligimus, vt patet in plagis Aegypti. Dixit ad Pharaonem Moyses iussu Domini: Ecce manus mea erit super agros tuos, & super equos, & asinos, & camelos, & oues, & boues, quia enim non libenter grauia infligit, prius pecudes, quam homines tetigit. Sed quia Pharao Deo præcipienti, vt Hebræorum populum dimitteret, noluit obtemperare, dixit: Transibo per terram Aegypti, percutiamq. omne primogenitum in terra Aegypti, & in cunctis Dijs Aegypti faciam iudicia, & qui minoribus flagellis non sunt emendati, illa sentient, quæ maxime diligunt: occidam primogenita, & idola noctis illa deijciam, & confringã. Vnde a Sapient. scriptum est: O quam bonus, & suauis est Domine spiritus tuus in omnibus. Ideoq. eos, qui errant, ex partibus corripis, & de quibus peccant admones, & alloqueris vt relicta malitia credãt in te Domine. Et infra: Misisti exercitus tuos vespas, vt illos paulatim exterminarẽt. Non quia impotens eras in bello subijcere impios iustis, aut bestijs sæuis, aut verbo duro simul exterminare, sed partibus iudicans dabas locum pœnitentiæ. Sic & in Genesi cũ Euam, & serpentem Dominus voluit punire, ad eam dixit: Multiplicabo ærũnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios. Graue iugum, si pepereris, cruciaberis vehementer, & si non pepereris, maledicta eris. Mulier propter fructum ventris in pretio habetur, & ipsum multum diligit, & ideo in eo punitur. Similiter in desiderio, in quo vehementissima est, & ideo audit: Sub viri potestate eris, vt non tuam, sicut libuerit, exequi valeas voluntatem, nec tuum explere desideriũ viri voluntati subiecta. Ad serpentem vero dixit: Maledictus eris inter omnia animantia, & bestias terræ: super pectus tuũ gradieris, &c. Nam serpens, quoniam summe dilexit superioritatem ad homines, infra bestias deijcitur. Sic & in Leuitico cum ad complendam legem terrore Iudæos vellet adducere dixit Deus: Visitabo vos velociter in egestate. Ponam faciem meam contra vos, & corruetis corã hostibus vestris, & subijciemini his, qui oderũt vos. Sin autem nec sic obedieritis mihi, addam correptiones vestras septuplũ propter peccata vestra, &c. Sin autẽ nec per hæc audieritis me, destruam excelsa vestra, & simulacra vestra confringam, ea scilicet auferẽs a vobis, quæ multum diligitis. Sic peccatum adulterij Dauid puniuit auferens ab eo dilectissimum filium, quem ei pepererat Bersabee. Mortes filiorum, & coniugum tam frequentes sunt, quia eos immoderate diligunt homines, libr. quarto, capit. 1. numer. 19. & 20. 32. & 33.

Exod. 9. *Exod. 12.* *Sap. 12.* *Exod. 8.* *Genes. 3.* *Leuit. 26.*

7 *Quam cum vidisset Dominus misericordia motus, &c.* Iesus ex omnibus mortuis, quos ad vitam reuocauit, vnum filium viduæ non rogatus multa cum facilitate, & bonitate resuscitauit misericordia ipsum commouente, nullo interpellante, cum tamẽ filiam Archisynagogi multis precibus actus a morte liberauerit, & Lazarum multorum lacrymis, & orationibus sororum, quas tenere diligebat, immo & ipsum, qui obierat, amicum vocauerat, & propter hæc suscitatus est Lazarus. Hunc autem vltro suscitauit, vt ostenderet se viduarum esse maxime cõsolatorem, ac viduarum lacrymis maxime commoueri. Sic & viduæ solius filium suscitauit Elias. Et Elisæus viduæ inopiam miraculo olei multiplicati subleuauit. Et Petrus viduarũ precibus flexus Dorcadem suscitauit. *Hanc cum vidisset Dominus, &c.* Videt Dominus mulieris miseriam, & commotus est. Ipse enim est, de quo scriptum est: Iuxta Sanctis Pagnini versionem, vbi cum se Deus Moysi ostendisset, dixit illi: Dominus, Dominus (vbi Hebræa habẽt Iehouah Iehouah) ego sum fortis, cõmotus, misericors, longanimis, &c. ego sum qui sum commotus, id est, cuius viscera cõmouentur ex visa miseria. Audi quod ipse dicat: Nõne filius pretiosus est mihi Ephraim? Nonne puer delectabilis? Quia ex eo tempore, quo locutus sum cum eo recordãdo recordabor eius adhuc, id circo sonuerunt viscera mea propter eum miserando miserebor eius, ait Dominus. Sum etiam misericors, seu clemens præstans effectum cõmotionis a necessitate, & miseria liberans eum, cuius interne sum misertus. Sum etiã longus ad iram. Non statim vindico illatam iniuriam: Quomodo ponam te Ephraim, tradam te Israel? Ponam te sicut Adama, ponam te sicut Seboim. Cõuersum

3. Reg. 17 *4. Reg. 4.* *Act. 9.* *Esai. 5.* *Exod. 34.* *Oleaster.* *Hier. 31.* *Exod. 2.* *Tobiæ 4.* *Oseæ 11.*

uersum est in me cor meum, pariter incaluerunt pœnitudines meæ. Non faciam secundũ iram furoris mei, non conuertar ad dispergendum Ephraim, quoniam Deus sum, & non vir in medio tui sanctus. Sum etiam multus misericordia, hanc scilicet, extendens ad multos, & veritate, seu stabilitate. Ac si dicat. Sum multum stabilis in promissis aut sum multum verax, quia nemini mentior, immo mentientibus mihi seruo pactum. Neque solum sum misericors & verax, his cum quibus paciscor, sed seruo misericordiã in millibus, seu mille progenies istorum. Sum etiam leuans iniquitatem, seu pœnam iniquitatis, aut comminatam, aut inflictam, id est, absoluo a culpa, & a pœna, aufero culpam & pœnam. Enumerant Hebræi in loco hoc vndecim elogia Dei. Nam quod bis dicitur Dominus, significari dicunt in Deo duplicem misericordiam. Alteram, quia hominẽ a peccato præseruat. Alteram, qua remittit ei, qui peccauit, delictum. Secundo vocat se fortem, quo innuitur potẽtia eius, qua suis vtcumque oppressis succurrere potest. Tertio misericors, quatenus præseruat a lapsu. Quarto clemens, erigens scilicet lapsum. Quinto longanimis, quia non statim punit homines, ac peccant, sed expectat, vt peccator conuertatur. Sexto multæ pietatis erga eos, qui indigent, & merita non habent. Septimo multæ veritatis, scilicet in præstandis promissis. Octauo custodit bonitatem, seu pietatem in mille generationes, vt eius misericordia iram excedat. Nono remittit omnis generis peccata. Decimo, quia non est acceptor personarũ. Vndecimo visitat iniquitatem patrum in filios, si peccata parẽtum imitentur. Dicitur etiã Deus fortis pius, ac si dicatur fortis ad pietatem. Sunt quidã homines fortitudine prædiți, sed qui eam ad crudelitatẽ exercent, qui ad hoc solum potentes sunt, vt alios opprimant, aut ad vitia exercenda. Vnde in Esaia dicitur: Væ, qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Non sic autem Dominus, qui etsi fortis sit ad acies hostium debellandas, non tamen ad hoc fortis esse vult, sed ad miserias releuandas. Coniungit fortitudinem cum pietate, ne quis crederet eum pium, quia non posset iniurias vendicare, sed voluntate, qua cum posset, non vult. Docet nos etiam, cũ mala in proximis videmus ex intimis cõmoueri. *Quam cum vidisset.* Sic & respexit Dominus filios Israel, & liberauit eos, id est, vidit mala, quæ eis fiebant, & eripuit eos. Misericordia Dei ineffabilis, & ingens, libr. 4. cap. 7. num. 5. 7. 8. 14. & 24. cap. 9. nu. 11. cap. 10. num. 11. lib. 9. cap. 23. nume. 9. vsque ad 11. *Quam cum vidisset Dominus.* Fratrum miserias videre conducit multum, vt eis prouideat homo. Ideo Tobias dixit filio suo: Ne auertas faciem tuam ab vllo paupere. Ac si diceret. Si videris, eius miseriæ succurres. Non poteris videre homo cum sis ab humanitate sic dictus, & non misereri, alioquin nomine hoc eris prorsus indignus. Ideo Dominus Eliam mittit in Sareptam Sidoniorum, vt sic famem, & necessitatem oculis videat, & illi orationibus prouideat. Vidit Deus Agar necessitate pressam, & liberauit eam, & vocauit locum illum puteum videntis me. Vocauit autem nomen Domini, qui loquebatur ad eam: Tu Deus qui vidisti me. q.d. sufficit, me vidisse errantem, vt ad me mitteret Angelum suum.

Esai. 5. *Exod. 2.* *Tobiæ 4.* *Genes. 16.*

8 *Noli flere.* Non fletum pro mortuo condẽnat, sed compescit. Quis enim negabit iura naturæ? Venit Abraham ad plangendum Saram, & ad lugendum eam, vt alienum non credas a fide mortuos lugere. Vnde in Deuteronomio scriptum est: Si egressus ad pugnam videris in numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, voluerisq. habere vxorem, &c. sedens in domo tua flebit patrem & matrem suam vno mense, & postea intrabis ad eam. Non vult, Dominus hominem, quocumque statu sit, pietatis in parentes obliuisci, sed naturæ sua iura tribuere. Sed tantum lacrymas immoderatas compescere Dominus voluit, sicut in Deuteronomio dixerat: Filij, estote Domini Dei vestri, non vos incidetis, nec facietis caluitium super mortuo. Alia lectio habet: Non lacerabitis vos. Audiant hoc, qui mortuos fideles immoderate lugent, lacerantes se, ac pũgentes, ac si nullam haberent futuræ resurrectionis spem. Solebant enim gentes luctus gratia inter oculos capillos depilare, & decaluare se, & pilos Dijs offerre, quod hic Dominus prohibet. Hanc in plorando moderationem significare voluit Deus per Ezechielem dicens: Non planges, neque plorabis, &c. Ingemisce tacens, corona tua circumligata sit tibi, id est, contine intus dolorem, & moderare illum. Lacrymæ in temporalium rerum amissione moderandæ sunt, lib. 10. cap. 2. num. 20. & 21. Mortui in cælo (si illud esset possibile) acriter indignarentur contra eos, qui defunctos lugent immoderate, lib. 4. cap. 1. numer. 33.

Genes. 23. *Deut. 21.* *Deut. 14.* *Oleast.* *Ezech. 24*

9 *Et accessit & tetigit loculum.* Prius dixit mulieri: *Noli flere*, & quia Iesus non verbis tantum se viduæ exhibuit consolatorem, & sed re ipsa, *& tetigit loculum*, & filium suscitauit. Docens non verbis tantum miserorum afflictionem leniendam, sed & opere, quatenus in nostra est potestate; vt quomodo potuerit vnusquisque, ita & misericors sit, & sicut diligere non debemus solo verbo, aut lingua, sed opere, & veritate, ita & misereri opere miseriæ alienæ prouidendo, vt similes simus Deo, lib. quinto, capit. decimo, numer. 61. libr. octauo, cap. octauo, numer. 13. Proximos sic diligamus, vt eorum portemus onera, lib. primo, cap. 16. numer. 1. 7. & 8. Proximos vere diligere debemus eorum necessitatibus prouidendo libr, primo, cap. decimo sexto, numer. 2. 3. 7. vsque ad decimum, & duodecimum.

Tetigit

Tetigit loculum. Loculus diminutiue vocatur locus, vbi mortuus iacet. Mortuo enim paruulus locus sufficit, cui viuenti lata domus, & alta tecta non sufficiebant. Hæc viuorum superbia loculo, & breui sepulcro continetur. Defunctorum sepulcra ostendunt sęculi vanitatem, lib. secundo, capit. decimo quinto, numer. 51. Defunctorum diuitum sepulcra consideranda sunt, vt eorum contemnantur bona, lib. quarto, cap. primo, numer. 47. 54. vsque ad 56.

10 *Adolescens tibi dico surge, & resedit, &c.* Mira res, quod mortui audiant Deum vocantem, & non viui, qui cum in peccato mortali multo viuant tempore, & clamet Deus, & vociferetur, non audiunt consulentē audituri eum condemnantem. Deus non silet modo a consulendo, sed a iudicando, lib. quarto, cap. 27. numer. 6. Deum loquentem audire non sinit mundi strepitus, numer. 6. 8. 10. & 11. Deus semper loquitur in conscientijs peccatorum, numer. 5. & 6. In hoc capite docetur, quod Deus inspirationibus, & modis mirandis homines alloquitur, si illi attendant dicentem. Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra. *Psal. 94.*

FERIA SEXTA
post Dominicam Quartam in Quadragesima.

Euangelium.

Erat quidam languens Lazarus a Bethania. *Ioann.* 11.

Lib. 3. cap. 22. numer. 33. & 34. lib. 4. cap. 1. num. 35. & 36. lib. 7. cap. 1 num. 10. lib. 14. cap. 2. num. 9. capit. 6. num. 7. & 8. cap. 8. num. 28.

1 *Feria 6. post Dominicā 4. Quadrag.*

TOTIVS huius historiæ, quæ lōgissima est, hæc breuis summa est, quod sorores Lazari per alios morbum fratris absente Iesu renuntiant. Absente Iesu mortuus est, sepultus seruatus est vsque ad fœtorem. Solemni multorum frequentia fletur. Sorores ipsæ mortem renuntiant, comite turba commoſtratur sepulcrum, alienis manibus submouetur saxum, alienis manibus soluitur, qui prodierat, quo viso, exastantibus multi crediderunt in Iesum.

In hoc miraculo innumera pene sunt multa animaduersione digna, siue substantiam operis consideres, siue circumstantias, & modum, quem in patrando eo Iesus seruauit. Quia enim morti appropinquabat lucernæ similis, vicinus iam extinctioni amplius lucebat, cumque motus ille, quo ad benefaciendum hominibus tam esset illius naturæ conformis velocior erat in fine viæ, quam in exordio, & ea ratione ad maiora patranda miracula mouebatur. Sicut enim Diaboli hæc malitia est, vt dum modicum tempus se habere credit, vel mundo ad finem appropinquante, vel homine in fine vitæ constituto, tunc validius tentat, & hominum calcaneo insidiatur, libr. quarto, capit. 30. numer. 25. libr. quinto, cap. quinto, numero. Vnde in Apocalypsi scriptum est. Væ terræ, & mari, quia descendit diabolus ad nos habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet. Eius enim odium in homines tale erat, vt ira in immensum cresceret, dum crederet modicum sibi tempus ad nocendum restare. Hæc infinita Dei bonitas, is eius ad homines amor, vt cum Iesus se morti propinquum cerneret, modicum tempus illi derelictum, quo visibilis, & mortalis inter homines conuersaretur, videret, incendebatur diuinus ignis, vt maiora in homines conferret beneficia, & ita eos ad se traheret: & in primis in hoc Euangelio, in quo tanta acciderunt mira, illud in exordio considerandum est, quod cum Lazarus ægrotaret, graui morbo, sorores nuntium miserunt ad Dominum, qui ei morbi diceret & qualitatem, & grauitatem, solum his verbis causam fratris proponentes: *Domine, ecce quem amas, infirmatur.* In quibus duo sunt, quæ multam postulant considerationem. Alterum pertinet ad harum mulierum tum virtutem, tum etiam prudentiā, & discretionem, quæ omnia ostendunt, dum in graui, & mortali fratris infirmitate tam sibi dilecti, qui patris loco eis fuerat derelictus, quem mortuum irremediabilibus flebant lacrymis, nec ipsæ dominum quæsierūt, vt tanto prouideret damno, qui & sorores, & ægrotum vehementer diligebat, nec litteras miserunt, in quibus obnixe salutem postularent fratris, ei orbitatem proponentes, & quæ ex illius morte ipsis acciderent inconuenientia, nec vero nuntium rogarunt, vt cum iam poponeret circumstantijs talibus vestitā, quod Iesus ad misericordiam illius verbis flecteretur. Sed tantum in auribus Domini morbum referunt, & angustiam, in qua ipsæ sunt constitutæ, reliqua omnia diuinæ relinquentes voluntati. Quæ infallibilis regula est eorum, quæ amicis sunt expedientia, vt ille curet fratrem, vel non curet, prouideat earum necessitati, an non, dum tamen id qui verus est suorum amicus efficiat, quod illis expediens iudicauerit. Et secundo videbimus quantæ fuerint virtutis, & potentiæ hæc breuissima verba, in quæ coniecerunt pericula Iesum, qui verus amicus est, qui verbis solis amare non didicit, quantis se subiecit, quamq. grauibus difficultatibus, vt a

2 vt amicorum suorum bono consuleret. Circa primū, feminæ istæ in schola Domini educatæ sanctitate non modica pollebant, ob quā & ipsæ, & frater ab ipso tenere amabantur. Vnde non mirum, si experientia teste cognoscerent, quis in peragendis negocijs cum Iesu seruandus esset modus, & ita nec quando mortali morbo fratris cruciabantur, nec quando ipso & mortuo, & sepulto, & fœtente qui quatriduanus erat in monumento, videbant Dominum earum necessitate non moueri, nec quando litteras miserunt dixerunt ei: Domine nobilitatem Lazari, qui ægrotat, considera, in cuius domo, & se, & sua tuæ consecrauit necessitati, sustentationi, quæ semper hospitio patuit tuo, quando Hierosolymorum impietas post tanta beneficia nec panis buccellam tibi porrigebat, & nos nobilitatis oblitæ tibi ministrabamus, vt famulæ diligenter. Terribile sane apparet, vt peioris nos omnes simus conditionis, quia tui sumus, quam sint reliqui de plebe, qui nusquam tibi obsequentes tuæ, ut plurimū, contrariantur voluntati, tibi improperantes verbis, tibi & calumnias inferentes, & cum tales sint, eorum miserijs prouides in fame, in morbis illis assistis. Et cum adueniente Iesu eius præsentiæ se obtulerūt, nec verbum locutæ sunt dicentes: Proprium remisimus nuntium, quo grauissimam panderemus necessitatem, non serui, aut exteri, sed fratris, & quasi tristitiam, & anxietatem nostram contemneres, ibi remansisti, qui nec vocatus, nec rogatus frequenter alios curasti ægrotos, & cum dispendio vitæ qui Iudæos te lapidare volentes reliquisti in templo, in ianuis mendicum cæcum de salute minime sollicitum illuminasti, & paralyticum in piscina pro salute non rogantem curasti: quin & alienigenam Samaritanam itinere fatigatus, cum nec tibi aquam porrigere voluisset, innumeris ornasti bonis. Omnibus beneficus nostri obliuiscaris, qui tibi sumus admodum deuoti. Immo quamuis Iudæorum proceres dicerent, & ipsæ audirent: Non poterat, qui aperuit oculos cæci nati, facere, vt hic non moreretur? non commouentur, sed solis his verbis: *Domine si fuisses hic, frater noster non fuisset mortuus*, tristitiam produnt, nec poscunt ab eo, quem nouerant omnipotentem, vt eum ad vitam reuocet, qui alios etiam mortuos suscitauerat. Sed causam committentes Deo infirmitatem Lazari nuntiant dicentes: *Ecce quem amas infirmatur.* Ad eum curandum non merita, non beneficia, quæ Iesu exhibuerant, sed tantum amorem, quo erga fratrem afficeretur, allegant. Sufficit (Augustinus) vt noueris, non enim amas, & deseris. Nouerant optime, quam merito a sancta femina Iudith reprehensus esset Ozias princeps Iudæ, eo quod dum Bethuliam cerneret ab Holoferne oppressam valde populo dixisset, quod transacto quinto die, si eis non veniset adiutorium, hostibus traderentur, quem dure arguens ait: Non est iste sermo, qui misericordiam prouocet, sed potius qui iram excitet, & furorem accendat. Posuistis uos tempus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum diem constituistis ei. Et ideo humiliemus illi animas nostras, & dicamus flentes Domino, vt secundum voluntatem suam sic faciat nobiscum misericordiam suam. Expectemus humiles consolationem eius, & exquiret sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorum nostrorum. Et nunc fratres quoniam vos estis Presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum ad eloquium vestrum corda eorum erigite, &c. Et dixerunt illi Ozias, & Presbyteri: Omnia, quæ locuta es, vera sunt, & non est in sermonibus tuis ulla reprehensio. Cum ergo prudentes, & sanctæ mulieres exploratum haberent modum conuenientissimum, quo de salute fratris debuissent tractare, omnibus omissis alijs, quæ iuuare non possent, sed potius impedire solum causam fratris representant dicentes: *Ecce quem amas infirmatur.* Diuinum amorem, & non propria merita fatentes esse omnium beneficiorum radicem, sicut animaduertit Paulus ad Ephesios inquiens: Deus autem, qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, cum essemus mortui peccato conuiuificauit nos in Christo. Quasi dicat: Deus dives est ad benefaciendum hominibus, quia nimia pollet charitate erga illos. Et ita frequenter dum olim Prophetæ diuina vellent enarrare beneficia, miserandum prius populi statum proponebant, quo animaduerteret illa non proprijs meritis, sed diuinæ inniti bonitati, & amori. Vnde cū Oseas dixisset: Ephraim vitula docta diligere trituram, arastis iniquitatem, impietatem messuistis, comedistis frugem mendacij, & Baalim immolabant, & simulacris sacrificabant, & ego quasi nutritius Ephraim portabam eos in brachijs meis. Ego qui pater eram nutritius effectus sum, & paruulum meum in vinis meis ipse portabam, ne læderetur in solitudine. Non id eorum meritis effectum est, qui arabant, metebant, comedebant fructum mendacij peccatis delectati, sicut agricolę, dum metunt, & comedunt, quæ seminata collegerunt. Et ita animaduertere debetis, quod quotiescumq. homines cordati necessitatibus fatigati Deum interpellarunt, eius misericordiam inuocabāt, non merita, sed diuinam bonitatem referentes. Et ita Ioel, cum populum ad agendam pœnitentiam excitaret, qua Deum in se beneuolum redderet, conclusit: Zelatus est, Dominus terram, zelum, qui effectus amoris est, vocans ipsum amorem, quo Deus ad ignoscenda peccata motus est. Amor Dei est in causa, vt profectus nostros & curet, & vocet suos, lib. primo, capit. sexto, numer. vigesimo primo.

Ephes. 2.

Ioann. 9.

Ioann. 5.

Ioann. 4.

Iudith. 8.

Oseæ. 10. & 11.

Ioel. 2.

Deus

Deus non quæsitus nos quæsiuit, quomodo non aderit eum quærentibus? libr. quarto, capit. decimo sexto, numer. decimo tertio. Cum Deus tam sit suis amicus, tantum vult vt necessitatem proponat amicus, reliqua relinquens illi, qui tam fidelis amicus est, cui nulla est comparatio. Aiebat Philosophus quidam Demetrius Phalereus: Amicus ad domũ amici rogatus aduenire debet ad mensam ad ea, quæ illi sunt commoda, cæterum si amicus eius præsentia indiguerit, vltro se debet offerre, nec eum deserere, quamdiu necessitas præsens fuerit. Et Hieronymus in Danielem refert de Ptolomæo Epiphane, quod interrogatus a quodam: Vnde tantas haberet opes ad tanta mouenda bella in quibus innumeræ consumuntur pecuniæ, respondit: Amici mei diuitiæ meæ sunt. Et Chrysostomus refert de Diuo Basilio, quod dum multis se exposuisset periculis, non rogatus pro liberando amico, cum argueretur, quod absque ratione tanta, & talia subiret discrimina, respondit: Aliter amare non didici, nisi vt meam uitam in discrimen adducam, dum periclitantem amicum aliquem seruare opus est. Et hac ratione merito Seneca reprehendit Epicurum dicentem: Quærendos esse amicos, quibus prementibus necessitatibus iuuaremur, in ægritudinibus consolaremur? Ait Seneca: Ego antea amicum quærerem, quem consolarer, cui benefacerem, cuius necessitatibus prouiderem, quam a quo talia reciperem beneficia. Et Augustinus dixit: Quid sit uera amicitia nondum nouit, qui vult aliam esse mercedem, quam ipsam. Vita etiam corporis pro amico ponenda est, & nihil ei negandum est eorum, quæ licent. Et infra: Cum ergo cum amico tuo esse tibi debet cor unum, & anima una, iniuriosum est si non sit & pecunia una. Augustinusque, & Hieronymus locum illum celebrem Ecclesiastis: Melius est duos esse simul, quam unum, habent enim emolumentum societatis suæ. Si unus ceciderit, ab altero fulcietur. Væ soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem se, &c. de uera amicitia intelligendum docuerunt. Ita quod amico illud est proprium, vt subleuet amicum, & erigat iacentem in aliqua necessitate, & si quis contra illum prævaluerit amicus, eius iniuriam, & nocumentum debet propulsare, etsi degens in egestate contabuerit frigore, amicus prouidens eius necessitati calefacere eum debet. Amicitia non est, vbi vnus eget, & alter ditatus est, libr. primo, capite decimo nono, numer. septimo, & nono. Amici in necessitatibus dignoscuntur, libr. primo, capit. decimo quinto, numer. decimo octauo, capite decimo nono, numer. undecimo, decimo tertio, & decimoquarto, libr. sexto, capit. octauo. numer. octauo. Vnde illæ amicitiæ celebres apud antiquos sunt habitæ, quoties amicus proprio bono contempto bonis inuigilauit amici, sicut de Damone, & Pythia, Pylade, & Oreste referunt Ethnicorum historiæ, libr. sexto. capite octauo, numer. octauo, libr. sexto, capit. decimo tertio, numer. octauo. Et si hæc ueræ amicitiæ leges hominibus sint incognitæ, mirandum non est, cum, vt dixit Chrysostomus, de ea re sit sermo, quæ e mundo discessit, & cælum nunc inhabitat, arboremque in terra infrugiferam in cælum transplantauit, nec est inter modicas mundi calamitates connumeranda hæc, quod ueræ amicitia hominum reliquit contubernia. Cum ergo amicitiæ leges a Christo Domino discendæ sint, libr. primo. capite decimo nono, numer. decimo quinto. & cum id certo mulieres hæ sanctæ exploratũ habe rent, ideo non iudicant necessariũ eum, qui fidelissimus amicus, immo qui solus est hoc nomine dignus, clamoribus obtundere, importunis precibus vexare, sed uno uerbo aiunt: *Ecce quem amas infirmatur*. Si quidem expediens fuerit, ægrotum sanabis amicum, si autem illud non conuenire iudicaueris, salutem non postulamus, multa enim credimus mortales salutaria, quæ vertuntur in perniciem. lib. quarto. cap. uigesimo secundo. num. septimo. Sciebant certo se accepturas a Domino, quæ petebant, aut quæ essent illis, & frui utiliora. lib. decimo tertio. cap. nono. num. vigesimo tertio. Et quod Dei bonitate negantur petentibus, quæ nocere debent. numero sexto, vsque ad nonum, duodecimum, decimum tertium, decimum quintum, decimum septimum, decimum nonum, & uigesimum primum. libr. decimo quarto. capite uigesimo. numer. decimo tertio. His rationibus motæ causam breuissima oratione proponunt, & reliqua amico fidentes uero tacent. Non tales consequitur amicos sæculum nostrum, sed eos, qui mille precibus, & importunis quidem, & assiduis, diuturnisque lacrymis uix mouentur, vt in re minima amico prouideant. Vnde Michæas Propheta mala sæculi narrãs aiebat: Nolite credere amico, quem locum edisserens Hieronymus hanc dixit esse maximam futurorum temporum calamitatem, quam prædixerat Paulus his uerbis: Erunt in nouissimis temporibus homines seipsos amantes, cupidi, sine affectione, pactum non custodientes. Sed & nunc rara fides est, cum aliud in labiis, aliud in corde uersetur, uenenum animæ linguæ mella tegunt. Amici diuitum multi, a pauperibus autem etiam qui uidentur esse discedunt. Talis non erat Iesus, & ideo mittunt ad eum nihil rogantes, sed periculum exponentes. Sed obsecro Domine, si Lazarum diligis, & si Lazarus amicus tuus dormit, cur a somno tã salutari eũ excitare vis, qui dilectã nolẽtem excitandã nõ esse dixeras in Canticis, admirans filias Hierusalem, ne illud quoquo pacto facc-

Dan. 11.

Li. 2. de Sacerd. Christi.

Augu. lib. de amicitia.

Eccles. 4.

Hom. 2. ad Thes.

Mich. 7.

2. Timo. 3.

facerent? Cur amicum ad vitam reuocas innumeris miserijs, & periculis plenam? Cur iterum dilectum tibi Lazarum in eo statu constituis, vt terribilia, quæ in morte passus est, iterum experiatur? Paulus hæc perpendens, licet illa expertus non esset, clamabat: Nam in hoc ingemiscimus grauati habitationem nostram, quæ de cælo est, superindui cupientes, si tamen vestiti, & non nudi inueniamur, qui dixerat: Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, sed æternam in cælis, qui non coniecturis ait S. Thom. sed certitudine id nouerat, desiderium edicens naturæ, & pauorem timet a corpore exspoliari, velletq. absque morte in cælum transferri, qui perpendebat in ea multa esse, quæ homines terrerent, libr. 4. capit. primo, numer. 47. 59. & 60. libr. vndecimo, cap. nono, nu. 11. 12. & 26. Lazarus maris huius magni, & periculosi fluctus euaserat, salnis mercibus, & naui, & hostium multitudine, & potentia feliciter propulsata, & vitæ restitutus in eadem pericula conijcitur ab amico? Si autem id bono communi expediens fuisset, vt illo remeante ad superos, qui id sciuerant, interrogassent, quæ in morte prouidenda essent, quæ in ea dæmonis essent astutiæ, qui conflictus, quæ in alio sæculo essent hominibus constituta præmia, aut tormenta. Mira res, quod homines animæ immortalitatem credentes, non interrogarent illius vltimæ nauigationis periricula, vbi homo solus cæcus terram ingreditur nusquam visam. Dives Lazarum mendicum volebat, vt veniret ad suos, & quod illos commonefaceret, modo alterum Lazarum venientem ab inferis nemo interrogat, & tamen licet istis reditus non proficeret, suscitauit eum Iesus, vt sororum lacrymas abstergeret, & dicentibus: *Ecce quem amas*. Christo relinquentes, curam fratris ille astitit. Et breuiculæ huic petitioni tam fuit inclinatus, vt ea motus innumeris se exposuerit periculis, & in pectore Iesu hæc verba mirabiles protulerunt effectus. Cum enim nosset Apostolorum animos vehementer conturbandos, si reditum in Iudæam significaret eis, sicut & accidit, & nomine omnium Thomas ira percitus dixit: *Eamus, & moriamur cum illo, &c.* Semel moriamur cum eo, qui tertio quoque die euidentibus nos exponit vitæ periculis. Qui Lazari, & sororum eius amicus erat, earum lacrymis non moueretur? Ibit & flebit, & vitæ periculo certo, & libenter se exponet, qui fidus amicus est. Amicitia vix reperitur inter homines, libr. primo, cap. decimo tertio, num. 7. 8. 10. & 11. Amicitia mundialis, & carnalis qua facilitate contrahitur, eadem & dissolui tur, libr. primo, capit. decimo nono, nume. tertio, & quarto. Talis non erat amicitia Iesu, & ideo cum audiuit: *Ecce quem amas infirmatur*, de bono amici fuit sollicitus. Hinc duplex consideratio homini Christiano expediens est, altera amicis Dei conueniens, dum ex hoc loco colligere debent, quæ a Deo ipsorum amico expectare valent, cuius charitatem aquæ multæ extinguere non valent, immo nec flumina persecutionum aduersus illum commota obruent illam, quin alacris vadat ad benefaciendum amico. Altera consideratio peccatoribus sit propria, qua perpendãt ipsis expedientissimum esse, sceleratam deserere vitam, vt Deum, quem inimicum habebant, in amicum recipiant. Amicitia enim morum facit similitudinem, libr. primo, capit. 19. numer. 12. De amore Dei multa differuntur, libr. primo, cap. sexto. *Ecce quem amas, &c.* & tamen quem solum petunt vt sanet ille cum multa suscitat gloria. Dixerat Abraham Deo: Vtinam viuat Hismael coram te. Et Dominus ait: Pro Hismael exaudiui te. Solum petit, vt Hismael viuat, & Deus non solum vitam, sed seminis propagationem & nobilitatem maximam pollicetur, libr. tertio, capit. decimo, numer. 105. lib. quarto, capit. nono, numer. primo, cap. vigesimo quinto, numer. primo. Solum audit Abraham captum esse Loth, & continuo expediuit seruos suos, vt eum ab hostibus liberaret. Et Berzellus & alij amici Dauid solum, quia suspicati sunt famem pati in deserto, & siti fatigari, multam ciborum copiam attulerunt ad ipsum.

1. Cor. 5.

Hiero. epist. 1

Genes. 17.

Genes. 14.

2. Reg. 17.

Vt ergo audiuit quia infirmabatur, mansit ibi duobus diebus. Aegrotante Lazaro mansit Iesus in Gallilæa, & nullus fuit, qui ad memoriam reduceret Lazari infirmitatem, arbitrantes enim discipuli ipsis periculum imminere, si redirent in Iudæam, vt simul cum Iesu contumelijs afficerentur, vt prouiderent damno, quod suspicabantur, infirmitati Lazari non prouident. Multi enim sunt, qui si salua quidem omnia sua crediderint, bono proximorum sint intenti, sicut clamante Chananæa discipuli postulabant a Domino, vt eius filiam curaret, at quando vtilitati proximi succurrendum credunt cum aliquali detrimento, licet imaginario, & amici, & proximi obliuiscuntur. Omni quidem tempore diligit, qui amicus est, at qui fictus est amicus, amicitiæ reijcit leges, si eas cum aliquali dispendio viderit adimplendas. Amicitia quas conditiones habere debet, vt vera sit, libr. primo, cap. decimo tertio, numer. octauo, decimo, & vndecimo, capit. decimo nono, numer. primo, vsque ad 3. 11. 13. & decimum quartum. Proximus sincere diligi non potest ab amatoribus mundi, libr. primo, capit. decimo sexto, numer. sexto, octauo, & nono. Amor Dei amorem proximi gignit, libr. primo, cap. decimo quinto, nume. 18. Amori proximi nimis intenti erant Sancti, etiam rebus proprijs posthabitis, libr. 1. cap. 8. nume. 2. 4

Sed licet nullus de salute Lazari sollicitus esset, post duos dies dixit Iesus: *Eamus*. Non finit amor amantem diu cruciari, quem
Genes. 42. amat. Sic Ioseph cum fratres suos misisset in carcerem, eduxit eos die tertia. Is enim erat sancti viri amor, vt visis fratribus in vinculis cruciaretur. Sic & Iesus cum perpenderet Lazari mortem, & sororum lacrymas, dixit: *Eamus in Iudæam*, vt eas consolaretur de fratre suo, & illum a mortuis reuocaret.

5 *Rabbi nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc?* Imperfecti erant discipuli, & de vita propria magis erant solliciti, quam de vita Domini, proprioq. periculo prouidere volentes propriam salutem quærunt, & propriũ bonum, sed sub prætextu vitæ Christi Domini, quasi de illa sola conseruanda essent multum solliciti, aliorum omnium obliti. Metum proprium, & amorem proprium, qui interne eos impellebat, vt Iudæam fugerent, non produnt, sed amore magistri, & timidi de eius malo fingunt se nolle Iudæã videre, illud enim scutũ propriæ infirmitatis erat. Qui scelerati quidem sunt, peccata perpetrant patenter, nullo quæsito colore, qui in profundum venerunt malorum meretrici similes inuerecundæ mala patrant, quæ talia esse & norunt, & fatentur, lib. primo, cap. quinto, numer. 4.7.12.& 16. libr. decimo quarto, capit. 15. numer. decimo sexto. Peccatores in delectatione, licentia, & gloria operantes mala sunt, de quibus scriptum est: Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum. Intrauit maledictio sicut oleum in ossibus eius, &c. libr. decimo quarto, capit. octauo, numer. 25. & 26. At qui ad hæc mala non peruenerunt, frequenter sub prætextu virtutis, & sub pallio zeli proprias tegunt passiones, & pretexũt Christum, qui nihil minus curant, quam Christum, qui odit proximum, & ad eius vindictam aspirat id expediens dicit, ne scelera maneant impunita, & homines audaciores fiant. Iniurias non remittunt homines friuolis rationibus moti, lib. primo, capit. 12. numer. vigesimo septimo. Virtus non verbis, & ficte fiat, quod multi faciunt, libr. decimo quarto, cap. decimo nono, numer. primo, vsque ad 3.6.& 16.lib.decimo octauo, capit. 10. numer. decimo. Virtutes multæ vitijs quam similes sunt, vt homo caute viuat, libr. octauo, cap. sexto, numer.quinto, libr. quarto, cap. 31. numer. vndecimo. Diabolus valde iustis sub specie perfecti boni suadet mala, libr.quarto, cap. 31. nume. 42. Diabolus prauis mala, quæ desiderant, aperte obijcit, bonis autem latenter, libr. quarto, cap. 30. num. 20. vsque ad 22. cap. 31. num. 33. & 41.

6 *Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt a somno excitem eum*. In his verbis duo sunt edisserenda, alterum est, in quo amicitiam istã ad Lazarum ostenderit Iesus, & secundo si eius mors, quæ amici erat somnus vocata est, & dormire dicebatur, qui obierat, quare cum rem aggreditur Dominus tam facilem, qualis est dormientem excitare, *turbatur, lacrymas fundit, infremuit spiritu, eleuauit oculos in cælum, clamauit voce magna*, & sic dormientem excitauit. Si quidem oculis carnis, & sanguinis res hæc consideraretur, indignum iudicaretur fidelissimo amico, quod amicum graui, mortiferaq. infirmitate detentum nec inuiseret, nec consolaretur eum, tamen ipsum recte valentem frequenter inuiseret, vt ab eo sustentaretur, & in domo eius fatigatus requiesceret, qui socius tantum mensæ credi, licet falso potuisset, qui non permanet in die necessitatis. Est amicus secun- *Eccl. 6.*
dum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis. Amicus fidelis, protectio fortis, qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum. Ouidius enim dum sæculi miseran- *Ouidius.*
dum statum ediceret, in illa prorupit verba, & verissima, & quæ sæculi ostenderent conditionem: *Donec eris felix, multos numerabis amicos, tempora si fuerint nubila, solus eris*. Cum Dominus amicũ in tentatione relinqueret, & morbo grauissimo verbis Iob vti potuisset: Fratres mei præterierunt *Iob 6.*
me, sicut torrens, qui raptim transit in conuallibus. Ac si diceret: *Sicut torrens, qui abundantia pluuiarum in hyeme congregatus rapido cursu fluit ac si inundans esset fluuius, & illis deficientibus, in æstate totus siccatur, ita vt lassus viator nec sitim extinguere valeat; sic & mihi accidit, qui multis in prosperitate comitatus amicis, qui mihi adhærebant, vultum meum contemplabantur, vt ad nutum labiorum mihi in omnibus obsequerentur, cum aduersitate instante torrens siccatus est, interierunt diuitiæ, defecit maiestas, interijt honor, defuit potentia, non extranei, sed quod dolendum magis est, fratres tam mihi deuincti rapido cursu præterierunt me, ita vt in eis nulla sit mihi consolatio, sed si consolandi gratia adsit aliquis, talis is consolator onerosus mihi est. Si hominum iudicio hæc essent considerauda, fortasis indignum amicitia Domini iudicaretur, quod Lazarus amicus in necessitate sit, immo quod illo e viuis sublato, dicat Iesus Lazarus mortuus est, & gaudeo. Sed quidem certum apparet & diuinæ bonitatis, & amicitiæ argumentum, quod laboribus, ægritudinibus, & flagellis & corri- *2. Mach. 6*
gantur mali, & probentur digni. Vnde cum auctor libri Machabæorum enarrasset innumera, quæ perpessi sunt Iudæi ab Antiocho, dixit: Obsecro eos, qui hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescant propter aduersos casus, sed reputent ea, quæ acciderunt, non ad interitum, sed ad correptionem esse generis nostri. Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere magni beneficij est indicium. Vnde vidit Ezechiel splen-

Sap. 3. splendorẽ ignis, & quod de igne amoris scilicet fulgur egrediebatur correptionis, vt iusti coram hominibus tormenta passi spem habeant immortalitate plenam, cum in pauca vexati in multis bene disponantur, vt Deus tentans eos inueniat illos dignos se. Bene ergo Deus amicus verus, & infirmantem Lazarum non visitat, vt ei maiores seruet coronas. Flagella Dei medicinæ sunt, quibus nos docet fugere a ventura ira, libr. 6. cap. vndecimo, num. 20. Aegritudines dat Deus Sanctis multis de causis, libr. quinto, cap. nono, num. octauo, vsque ad decimum. Aegritudines suis dat Deus in eorum bonum
Esai. 54. Iob vlt. numer. 14. vsque ad 16. 18. vsque ad 24. libr. nono, cap. 15. numer. 13. Et si quidem Lazarum ægrotantem non curat, statim mortuũ cum gloria multa ad vitam reuocat, ad modicum derelinquit illum, in multis miserationibus congregandum, sicut & cum Iob a Deo derelictus credi potuisset, benedixit illius nouissimis prius, quam primis, & addidit
7 Deus omnia, quæ fuerunt Iob duplicata. Est etiam argumentum grande amicitiæ Domini erga Lazarum, quod mortem vocat eius dormitionem, & cum eius infinitus amor
S. Thom. 1. ad Thess. 4. Apoc. 14. ostenditur, tunc dat dilectis suis gratissimum somnum. Quoniam somnus ordinatus a natura ad requiem sensuum ita vitæ hominum accommodatus est, vt hæc transigi non possit sine illo, sic spiritus beatos vocans mortuos, qui in Domino moriuntur, eis dicit spiritus, vt requiescant a laboribus suis. Vnde Iob finem desiderans vitæ, aiebat: Sicut seruus laborando fatigatus valde desiderat vmbram, in qua membra fessa reficiantur, & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui, sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeraui mihi, a quibus liberabor, cum aduenerit mors. Vnde Regius psaltes dixerat huic sententiæ aliud simile: Humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis. Mors vmbraculum mihi fuit, in quo requiescerem. O mors quam amara est memoria tua, recordatio tui felle amarior est homini pacem habenti in diuitijs suis. Rectum autem, & bonum iudicium tuum *aun el passar porti* homini pauperi. Quoniam sicut inimicis Christi mors finis est omnium, quæ in vita delectabant, ibi finiuntur amici, deliciæ, voluptas, *Trem. 1.* honores, diuitiæ, & non est qui consoletur eos ex omnibus charis eorum, sic e contra amicis mors finis omnium, quæ in vita eos cruciabant, exordiumq. omnium desiderabilium suorum. Ibi voluptas quando inebriabuntur ab vbertate domus Dei. Ibi gloria, & diuitiæ in domo eius, &c. In morte sors iustorum, & iniquorum mutanda est, libr. secundo, cap. decimo sexto, numer. 22. & 23. Mors somnus est, libr. quarto, capit. primo, numer. 19. 35. 36. 58. 59. & 75. libr. vndecimo, cap. nono, numer. quarto. Mors dulcis esse debet, cum finis omnium laborum suauis sit, libr. vndecimo, capit. nono, numer. 7. 13. vsque ad 16. & 19. Mors Regi terribilis est, eademq. Philosopho minime molesta, ibidem numer. octauo. Mors quasi interitus calcat super impios, quia morientes potestati dæmonum traduntur, ibidem numer. 28. In morte finientur omnia, in quibus extollebantur mali, libr. decimo octauo, cap. decimo, numer. vigesimo secundo. Cum ergo mors Lazari somnus sit, recte nomine gaudet amici. Sed si amoris Domi- 8
ni manifestum dedit indicium Euangelista dicens, *quod fleuit* turbatus est, cum mortuum considerauit eum, qui tam ei erat beneficus dum viueret, in cuius domo hospitabatur, & reficiebatur frequenter. *Ecce quomodo amabat eum*, aiunt Iudæi, cum eum amicum mortuum plorantem vident, quid dicerent & hi, & nos dicere debemus considerantes Iesum non lacrymas, sed diuinum sanguinem pro inimicis fundentem? Non turbatur vtcumque, sed in horto positus in agonia cępit pauere, & tædere. Si lacrymæ indicia sunt iudicatæ tanti amoris, & merito, quanti amoris argumenta erunt flagella, spinæ, claui, crux, pro inimicis perpessa? Clamemus: O quantum amabat nos, qui tot probra, cruciatus, vulnera, pro nobis immeritis sponte sustinuit, & in hac meditatione nostra exardescet ignis. Sed si Laza- *Psal. 38.*
rum resuscitaturus Iesus ait se ire, vt a som- 8
no excitet illum, cur tantis ostensis difficultatibus eum excitauit a dormitione mortis, qui tam facile posset eum a mortuis reuocare? Mirandum sane, quod cum vna vocula omnes possit homines & in nihilum redigere, & reparare, vtpote in cuius manu omnes nos sumus, sicut lutum in manu figuli, sicut in nouissimo die totius generis humani mortui in voce Archangeli in ictu oculi surgent omnes, & mare, & terra dabit mortuos suos, immo & infernus tenax dabit animas suas, immo & Angelos omnes, qui natura sua immortales sunt eadem facilitate posset & annihilare, & rursum producere. Et fides nos docet, quod sicut vna Domini voce tota hæc mundi machina condita est, eadem posset simili facilitate in nihilum redigi. Cum hæc ita sint, mirantur Sancti, cur amicum renouaturus ad vitam fremat, clamet, turbet semetipsum, vt prodat ligatus non loquens, sed trunco similis? Multa sunt, quæ Sancti referunt, vnde merito colligunt turbatum Iesum. *Turbatus est*, quia tanti beneficij occasione Iudæorum malitia in crucem esset tradendus. *Lacrymatus est*, dum recordatur, quod inuidia diaboli peccatum intrauit in orbem terrarum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt. *Lacrymatus est*, qui amicum, cui gratissimum dederat somnum, ad nouos, & multos excitaret labores. *Lacrymatus est*, vt ostenderet maiori cum difficultate diuites ad nouam

animæ vitam reddituros. Diuites plures sunt, qui pereant, quam pauperes, licet in vtrisque prædestinati sint & reprobi, libr. 4. cap. 41. numer. octauo. Ne de diuitum salute diffidamus Lazarum, & amicum vocauit, & suscitauit, libr. quarto, cap. 38. numer. decimo quinto, vsque ad 17. 19. & 20. *Lacrymatus est*, vt nos doceret alienis compati necessitatibus, & etiã lacrymatur & clamat, vt vt ostendat peccatores sepultis esse peiores, lib. 14. cap. sexto, numer. 7. & 8. cap. septimo, numer. 25. cap. octauo, num. 23. & 28. cap. 13. numer. 1. & nono, cap. decimo septimo, num. vigesimo tertio. Et quod longa consuetudine peccandi detenti fere miraculose sepulcrum deserant, in quo iacent manibus, & pedibus ligatis, quando iam consuetudo, velut altera natura effecta eos tenet in malis immobiles. Lapis superpositus impænitentia est, ne dicat miser: Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Manet in spelunca atra, & tenebrosa, quia nec periculi sui magnitudinem videt, nec peccati deformitatem agnoscit, nec diuini iudicij seueritatem timet, sed horrida noctis caligine circumfusus detinetur. Et ideo sicut languor prolixus grauat medicum, & breuem languorem præscindit medicus, sic & in morbis animæ contingit. Sicut enim riuulus, aiebat Chrysostomus, fonti propinquus facile dirigitur, quo homo voluerit, sic peccatum vnum in exordio, sed cum trames aquæ immensus primo coniungitur, transuadari vix potest, nisi fluenta Iordanis, aut maris rubri innumeras aquas Dominus virga suæ potentiæ moderetur. Arbusculus modicus facile e terra tollitur, sed non alta quercus, aut pinus, &c. De istis dicitur, quod de Iob fallo dixit amicus eius: Ossa eius implebuntur vitijs adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient, id est, a iuuentute vsque ad senectutem permansit in peccatis, vel dicere voluit, quod multa consuetudine peccandi naturales inclinationes, etsi non perduntur, debilitantur. Omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens ad prælium. Peccati fætor, & infirmitas ingens est, quæ nisi cognouerint peccatores, non gemunt, libr. 14. cap. sexto, numer. 36. capit. 17. numer. 24. & 25. Peccata continuans ex eis funiculum facit, & suspensus perit, lib. decimo quarto, cap. septimo, num. nono, cap. 13. num. 3. & 5. Peccata bonas inclinationes, dum continuantur, tollunt, licet non ex toto lib. 14. ca. septimo, numer. 16. Peccatores obstinati difficulter redeunt ad Deum, libr. tertio, capit. quarto, numer. octauo, libr. quarto, cap. 19. numer. 13. lib. 14. cap. sexto, numer. 18. cap. septimo, numer. 2. 8. 12. & 17. capit. octauo, numer. sexto, & septimo. Peccator longa consuetudine peccandi, quæ vim videtur habere naturæ, raro resurgit, libr. 14. capit. sexto, numer. 18. capit. septimo, numer. 8. & 20. De re hac multa, lib. 14. capit. 20. differuntur de obduratione, insensibilitate, & stultitia assidue peccantium. De re hac etiam multa docuimus de peccatis inueteratis in Rosarij libro primo, capit. 10. cap. vlt. §. 10.

Hieron. Greg. & alij.

Eccl. 10.

Hieron. Iob 20.

Hier. 8.

Prodijt qui fuerat mortuus ligatus manus & pedes institis, & facies eius sudario erat ligata Augustinus libr. 83. quæstionum. Anima a monumento egreditur, cum peccata derelinquit, quæ potentia Dei operante illa detestatur, dicente ipso Ezechiele: Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educã vos de sepulcris vestris populemeus, & scietis, quia ego Dominus, id est, cognoscetis potentiã meã, & bonitatem meã, cum eduxero uos de tumulis vestris, & dedero spiritum meũ in nobis, & vixeritis. Sed talis ligatus exit, quia mente seruiens legi Dei homo in corpore constitutus non statim plene liberatur, sed carne seruit legi peccati, dum potentiæ debito robore carent ad opera virtutum exercenda; quoniam cum is, ait Hieronymus, peccãs comederit vuam acerbam, obstupescunt dentes eius, dum interni sensus ligantur, vt spiritualia mandere vix valeat. Virtus enim, quæ ex se facilis est, peccandi vsu fit difficilis, libr. decimo octauo, capit. decimo quarto, numer. 2. 3. 8. 13. 14. & 16. Deinde dicit Iesus discipulis: *Soluite & sinite abire*. Quia confessor semper debet ignoscere vere pænitenti, lib. tertio, capit. vigesimo secundo, numer. vigesimo sexto. Viuentem Lazarum soluere debent, & eum, qui dispositus accedit ad sacramentum, ligandus enim ille est, qui peccata, & occasiones peccandi non derelinquit, qui alienum non restituit, qui luxuriam non moderatur, ne de eo, qui talis est, dicatur, quod in Ezechiele scriptum est: Viuificabant animas, quæ non viuunt, & mortificabant animas, quæ non moriuntur, id est nocentes absoluere, & innocentes condemnare, & ideo confessor eruditus eligendus est, & misericors, lib. tertio, capit. 22. numer. 4. 13. & 19. Si in hoc Euangelio de statu miserando peccatoris agere volueris, vide lib. decimo quarto, cap. decimo septimo, per totum & in alijs multis locis.

Ezech. 37.

Hier. 31.

Ezec. 13.

SABBATO POST Dominicam Quartam in Quadragesima.

Euangelium.

Ego sum lux mundi: Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.

Ioan. 8.

Sabbato Dominice 4. in Quadrag.

IN expositione horum verborum duo sunt apprime considerandi. Alterum est, infinita Dei bonitate factum esse, vt homines salutem consequi valerẽt, vt Iesus totius esset orbis lux perpetua, & indeficiens, cui nox nunquam succederet: & secundo, quod hæc eadem summa est miseria eorum, qui ignibus æternis deputati sunt, quam aliquando infructuose quidem, sed acriter lamentabuntur, quod sol iste iustitiæ non inclaruerit super eorum domos, nec ortus illi fuerit, nec lumen intelligentiæ eorum culpa illuxerit eis. Circa primum aduertendum est, quod illa superna ciuitas, quæ sole non eget, & lucerna: cuius lucerna est agnus, & quam claritas Dei illuminat in splendoribus Sanctorum, Sanctos omnes habet infinita luce immersos. Lumine enim illo diuino, quod lumen gloriæ Theologi vocitant, illustratur intellectus, & confortatus lucem inaccessibilem, quam inhabitat Deus, ingredi valet, vbi visu diuinæ essentiæ illustratus in lumine illo vident lumen, & in diuina essentia cuncta cernunt beati, quæ repræsentantur clare, omnes effecti docibiles Dei. At in terra, dum peccatis tantis inuoluuntur homines, ab orbe condito obscuratum, est insipiens cor eorum, & palpant velut cæci parietem, qui Domino peccauerunt. Nec Aegyptiorum palpabiles tenebræ ita erant eis & terribiles, & nociuæ, aut æquales his, quibus scelerati homines detinentur. Sicut ergo in exordio mundi cum Deus dixit: Fiat lux, & facta est lux, & continuo lucem vidit, quod esset bona, & conditum est luminare hoc maius in quarta sphera, vt præesset diei, id factum est, ne terra esset inanis & vacua, ne tenebræ essent super faciem abysi, & motu illo regulari, & inuariabili, eiusq. luce cuncta producuntur, virent, conseruantur, &c. ita Iesus, qui lux mundi datus est, homines renouauit. Quoniam sicut S. Thomas ex Aristotelis doctrina aiebat, quod cælum non agit in ista inferiora, nisi per lucem, sed lux agit ad productionem formæ subsstantialis, vt instrumentum cæli, & qualitas actiua ipsius: sic in Ecclesia Deus causa est principalis gratiæ, donorum, virtutum, & meritorum, & omnium bonorum, quotquot sunt in homine, humanitas autem Christi velut instrumentum diuinitati coniunctum eorundem bonorum causa est, creati in Christo Iesu in operibus bonis, vt in illis ambulemus. Apostolis quidem, & viris Apostolis dixit Christus: Vos estis lux mundi. Lex lux est: mandatum lucerna est: & lex lux. Præceptum Domini lucidum, sed tantum hæc ostendunt, quæ agenda sunt, exterius illuminant, non autem præstant vires perficiendi, nec interius valent illuminare. Christus interne erudit etiã secundum humanam naturam, in qua verbo simul, & exemplo fugatis ignorantiæ, & peccatorum tenebris docuit, & demonstrauit, quæ sunt iustitiæ & virtutis. Vnde sicut suppositã ordinatione, Dei disponentis, vt cæli operarentur per lucem, sine qua non operantur in hæc inferiora mirabiles, & tam multiplices, quos consideramus effectus, immo multa alia, quæ hominum considerationi non sunt peruia, radijs his solaribus viscera terræ penetrantibus producuntur. Sic intelligendum est, nullum hominem hactenus iustificatum, nec iustificandum, nisi irradiante sole nostro Christo. Et vocatus est lux, quoniam, vt adnotauit S. Thomas, lux dicitur secundum quod est in aliquo corpore lucido in actu, a quo alia illuminantur, vt in sole. Lumen autem dicitur secundum quod est receptum in corpore diaphano illuminato. Itaque splendor, qui est in Sole, dicitur lux, & ipse idem, cum cernitur in aere, dicitur lumen. Hæc qualitas in sole inseparabilis est, eiusq. passio manans ab eius essentia, at in aere accidens est separabile, vt videtis. Sic lux in Christo, & in Sanctis consideranda est, &c. Vocaturq. Iesus Oriens; quia in diebus eius orta est iustitia, libr. duodecimo, c. secundo, num. undecimo. Christus solus iustificatus est in conspectu patris, cæteris dicitur: Quia nõ iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuẽs, li. octauo, ca. quinto, nu. primo. Christus excedit incomparabiliter Sãctos omnes, & Patres veteris testamenti, lib. tertio, cap. nono, numer. 3. 7. 12. 15. 41. 46. & 51. cap. 20. numer. 5. 20. & 21. A Christo omne bonum deriuatur in Sanctos, lib. tertio, cap. quinto, numer. 11. 36. 38. 40. 41. 46. 47. 54. & 83. cap. 7. num. 26. & 27. capit. octauo, numer. quarto. Christus omnium bonorum fons, & origo est, libr. secundo, cap. 13. numer. 32. lib. tertio, cap. nono, numer. 51. Lux Christus est illuminans homines, nisi eos mentis cæcitas impediat, lib. tertio, cap. quarto, num. primo, cap. nono, numer. 45. lib. quarto, cap. 19. num. 4. capit. 20. num. primo. Deus fecit, vt in cælis Ecclesię oriretur lumen indeficiens, quia homines lux deficiens erant. De illo scriptum est quod candor sit lucis æternæ, &c. Est enim hæc speciosior sole, & super omnem dispositionem stellarum luci comparata

Ps. 18.

Iansenius.

S. Tho. 2 sen. dist. 14. art. 13.

S. Thom.

Eccles. 24. Sapien. 7.

parata inuenitur prior. Illi enim succedit nox, sapientiam autem non vincit malitia. Nihil inquinatum in eam incurrit, vtpote qui essentialiter lux est, tenebras, aut malitiam admittere non valet. Christo vero soli appropinquantes homines lucent in parte interiori, in exteriori vero cum ab eo recedunt, lib. 18. cap. 15. num. 30. & 31. Quando vero Deus homo factus in mundo hoc degens visibilis, & post in eo manens vsque ad cõsummationem sæculi nõ protulisset tã varios, admirandosq. effectus, & multiplices, solum hoc, quod in lucem gentium datus esset, beneficium est, quod nec perfecte intelligi valet, nec affari. Quoniam cùm medium ad consequendam salutem necessarium esset, viam ambulare nos ducentem in beatitudinem, quid nobis prodesset viam aggredi mille periculis plenam, incognitam, & in tenebrosa nocte omni luce carentem? Contingeret vtique nobis, quod homini ignoranti viam, qua itur in ciuitatem, & nocte iens vel præcipitio interijt, vel eo peruenit, quo non cogitauit. Sicut exercitui Regis Siriæ accidit, qui dum Elisæum quærerent Prophetam, orationibus Prophetæ percussi cæcitate perrexerunt Elisæo ducente in Samariam, ut in manu Regis Israel positi trucidarentur, quod & fecissent, nisi Elisæus huic damno prouidisset. Sic si Iesus hominibus non illuxisset, errantes a via veritatis perirent, viamq. ciuitatis habitaculi non inuenirent. Quoniam dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum non est mecũ, vtique inimici mei aduersũ me appropinquauerunt, & steterunt. Luce extincta in anima, iter cęli dirigere nescimus, latronibusq. patemus. libr. 16. cap. duodecimo, numer. decimo octauo. Quoniam etiamsi uerum sit, secundum Augustini doctrinã, quod Christianus in peccato existens mortali in lucem sit, clausisq. oculis nihil operetur eorum operum, quibus saluetur, sed ei maneat terribilis quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quo consumatur is, cuius insipiẽs cor obscuratum est, vt faceret, quæ non conueniunt: at cum medium hoc sole iustitia illuminante tenebras nostras illustratum sit, cũ primum homo oculos uoluerit aperire, quoniam orietur uobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius, & egrediemini, & salietis sicut uituli de armento, quem locum de aduentu primo Domini in carnem intelligendum censuit Theodoretus. Cum enim adest sol, sanitatem adducit in pennis, vt exultet homo ad currendam viam, & saliat dilectus montes & transiliat colles sequens auctorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem. Auctor enim boni est Iesus, & consummator in his, qui viam ingrediuntur salutis, nec reuertuntur, cum incedunt, qui in medio sunt ignis, & oculi pleni cernunt qua, & quo sit eundum. *Ego sum lux mundi*. Qui scilicet, lucem omnibus tribuo, vt uideant, quo vadant homines, ne a tenebris somniorum perueniant in tenebras tormentorum. Peccatores non uident, quia cæci sunt, vel quia in tenebris sunt, & quia oculos claudunt, lib. tertio. cap. quarto, numer. quarto, libr. 14. capit. sexto, numer. 9. 12. 35. & 37. A tenebris somniorum vadunt ad alias tenebras lib. tertio, cap. quarto, numer. 10. 11. & 14. Mali modo sunt in inferno superiori futuri postmodum in inferiori, lib. vndecimo, capit. 12. numer. 35. Peccatoris hoc graue damnum est, vt vel non videat, quæ agenda sunt, vel agere non possit, libr. decimo quarto, cap. decimo quarto, numer. 8. vsque ad 11. Peccator attonitis oculis praua dicitur cogitare, qui mala faciens secuturam pœnam non aduertit, lib. decimo quarto, cap. 20. numer. 4. 21. & 22. Cæci mente illuminari nolunt a Christo Domino, qui lux est, libr. tertio, capit. 4. numer. 1. Cæcitatem patiuntur mali in hac vita, & in morte, iustos autem vtrobique comitatur lux, ibidem numer. 2. 7. 10. 12. 14. usque ad decimum septimum. Iusta enim ratione cęci affecti sunt, qui bonum scientes non fecerunt, rebelles facti lumini, numer. 19. & 20. Quid, obsecro, inter innumera pericula incedenti magis necessarium, quam lux? Via angusta, mille periçula, nunc enim prærupta occurrunt præcipitia, nunc senticosa, & spinis obsessa loca, & in lubrico uix bene pedem figimus, latronum insidiæ viam obsident, diuerticula, in quæ facile ferimur. Per hæc pericula solus Iesus qui lux est mundi, nos incolumes ducere potest. Qui Christum habet is videt, & quæ retro, & quæ ante, quæ supra, & infra, quę in nobis, & quæ circa nos sunt: & ut sol omnibus se communicat iuxta qualitatem, non quidem personarum, sed oculorum, sic Christus. Lumen non æqualiter recipiunt homines a Christo, sed secundum quod appropinquant ei. lib. tertio. cap. quarto, numer. primo, libr. quarto, capit. vigesimo, numer. primo. Vnde aiebat Regius Vates: Emitte lucem tuam, & veritatem tuam ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua, ut gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformentur a claritate in claritatem, tamquam a Domini spiritu. Deus in uia irradiat mentibus nostris, ut ad patriam ducat, in qua perfecta claritas Sanctis communicabitur. Et sicut facies Moysi cornuta ex colloquio cum Deo dicebatur, ait sanctus Thomas propter radios luminis, qui ab illa egrediebantur, sic & iusti ex coniunctione ad Christum, qui lux mundi est, cornuti dicuntur luce, quia & quæ operanda sunt norunt, & ad ea agenda potentes efficiuntur, & cornuti: potentiam enim cornua in sacris litteris frequenter significant, ut qui sequitur Christum veram lucem, in tenebris non ambulet. In Exodo enim non recedebat columna nubis

4. *Reg.* 6.

Aug in Psal. 25.

Roman. 11.

Malac. 4.

Hebr. 12.

Psalm.

2. *Cor.* 3.

Exod. 13.

bis in die, & columna ignis per noctem. Scriptum est enim: Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam, per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, vt dux esset itineris vtroque tempore. Numquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem coram populo. Sed & Angelus Michael castra præcedebat, qui cum Aegyptij debellaturi Israelitas ad illos vellent accedere, tollens se Angelus Domini, qui præcedebat castra Israel, abiit post eos, & stetit inter castra Aegyptiorum, & castra Israel, & erat nubes tenebrosa, & illuminans noctem, ita ut ad se inuicẽ totius noctis tempore accedere non valerent, id est, illa nubes, quæ antea erat obscura, in flammam ignis versa illuminauit noctem. Aut columna illa fuit nubes, & tenebræ Aegyptiis, filiis vero Israel noctem illuminauit. Vel fuit nubes & obscuritas, sed nubes illuminauit obscuritatẽ noctis. Perirent iusti, nisi se Deus medium inter eos, & hostes suos poneret. Vnde Abrahæ dictum est: Ego protector tuus, &c. vbi Santis pagnini lectio habet: Ego scutum tuum. Christus Angelus, ignis, colũna, & nubes, qui nos refrigeret, & dirigat, ne in via periremus. Viã incedentibus angustam, & hinc inde præcipitiis obnoxiam magna est adhibenda diligentia. lib. 18. capit. quarto. num. 5. 6 10. & 11. Vię filiorum Adam in necessitate, & cupidita te versantur, quæ periculis sunt plenæ, ibidẽ num. 10. & 11. Vnde lux vera data est Christus illuminans quod in se est, omnem hominẽ, venientẽ in hunc mundum. Augustinus lib. de vera religione ait: Illa lux vera est, qua hæc omnia temporalia non esse vera bona cognoscit. Lux animæ facit ut sciamus, quæ metuenda sint mala, quæ magni pendenda sint bona, lib. septimo. cap. octauo. num. nono. Et quãdo Iesus in anima tua te ab hoc errore liberauerit, tunc lux vera est tibi. Et in Psalm. 15 in lumine firmus ambulans, ait: Dominus illumina tio mea. Et statim ipse, qui lux est, est salus, ut nullum timeat. Sed exhilaratus sit, qui in tenebris sedens, & lumen cæli non videns gaudiũ habere non poterat, & dicat: Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia. Aiebat Chrysostomus: Qui luce ista, quæ Christus est, caret, tẽporalia ei magna videntur, & ingentia bona, at cum sol illuminat animam hominis, euanescunt cuncta. Sicut qui facie ad faciem in meridie solem nititur intueri, cum ab eo oculos auertit, etiam quæ magna sunt corpora, aut non apparent, aut quam exigua iudicã tur, sic sunt cuncta terrena illi, cum Christus sol est, ei, qui indeficiens illud lumen perpetuo contemplatur. Vnde Sancti cum lucem hanc accepissent, sicut de se retulit Augustin. mutati continuo sunt in viros alteros. Qua luce displicebat ei quidquid agebat in sæculo. Et dicenti Christo: Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus, respondere non poteram nisi verba lenta, & somnolenta: Modo, ecce modo, sine paulum; sed modo, & modo non habebant modum, & sine paululum in longum ibat. Et lib. decimo. capit. 27. cæcitatem plangens, & tenebras, quibus detinebatur, ne ad fidem rediret, & uitam perditam execraretur, aiebat: Intus eras, & ego foris te quærebã, &c. coruscasti, splenduisti, & fugasti cæcitatem meam, gustaui, & esurio, & sitio, tetigisti me & exarsi. Vide quanta bona ab illa magna luce orta sunt, qua data Augustino, in virum alterum continuo mutatus est. Et propterea quotidie clamare debet homo: Da mihi Domine, sedium tuarum assistricem sapientiam, vt sciã quid acceptum sit coram te omni tempore, nec id solum, sed vt mecum sit, & mecum laboret ille, cuius est velle, & perficere pro bona voluntate sua. Vnde cum lux illa mirabilis circumfulsit Paulum furentem, cadensq. de cælo nihil videbat, qui intus iã cæperat uidere cæcus & videns dicenti Domino: Saule, Saule quid me persequeris? Respondit qui uas electum erat: Domine, quid me vis facere? lux circumfulserat eum, vnde dicere debuisset: Domine, quid vis vt tanta hac luce inspiciã? Ad videndum enim lux hominibus data est; non id dixit, sed: Quid vis vt faciam? Hæc enim diuina lux ad operandum ordinatur, utpote quę ad id potens est. Similiter quando orto iam Christo lux de cælo, diuinaque claritas pastores circumfulsit, continuo dixerunt: Transeamus vsque Bethlehem. Orto enim sole congregantur bestiæ, quæ in nocte prędam quærebant, & egreditur homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad uesperam. Et denique sicut lux solis, quando splendet, sicut meridianus fulgor, & iustorum semita, quasi lux splendens procedit, & crescit usque ad perfectam diem, & meridianam lucem, radiis suis facit ut cuncta pateścant, etiam minima, & minutissimos atomos manifestat, & turpitudinem etiam minimam ostẽdit, quod que deficiente luce, quasi nihil apparet, in medio radiorum offendit multum. Sic sceleratus homo, dum in tenebris sedet, & lumen cæli nõ videt, dum animam habet putidam, sordidã, denigratam super carbones, quæ conculcata est in proprio sanguine tuo, & hæc tanta cum sint mala, vix modica apparent, & alia minora omnino latent, quoniam cum fides mortua fit, eius intellectum non mouet ad multitudinem tantam criminum considerandam. At iusti etiam ea, quæ ridicula apparent aliis, magna credunt mala, & ut talia ista flent, & detestantur imperfectiones, uerbum otiosum, mendacium iocosum. Sicut de beatissimo Iob adnotauit Gregorius edisserens uerba illa: Si flagellat, occidat semel, & non de pœnis innocentium rideat. vbi ait: Risum Dei eius lętitiam uocat, diciturque ridere de innocentium pœnis, quando eos viderit visis propriis imperfectionibus cruciari. Quasi quoddã ei gaudium ex pœna facimus, cum tristamur cõsiderantes etiam leuicula peccata. Vnde dixit Dauid: Constituite diem solemnem in con-

Lix. c. 17.

Exod. 14.

Act. 9.

Luc. 2.

Psal. 100.

Aug. lib. de vera relig.

Psalm. 26

Psalm. 96

Chr. ho. 7. *de pœnit.*

Ioann. 1.

li. 7. *confess. c.* 10. *&* 16.

Eph. 5.

Iob 9.

Gre. 9. *mor. c.* 15.

Psal. 117.

condensis vsque ad cornu altaris: Solemnem Domino diem in condensis constituit, quisquis se assidue in eius desiderio affligit proprias considerãs miserias, & imperfectiones. Debetque intendere dies hic vsque ad cornu altaris; durare enim debet cruciatus hic vsq. ad superni sacrificij altitudinem, id est, vsque ad superna gaudia, vbi omnes finientur imperfectiones. Occidat semel, quia quamdiu uita durauerit, semper luce hac plenus iustus aduertit multa, quæ fleat, & in quibus securus non sit, qui antea securus nimis erat. Iusti quanto meliores sunt, amplius timent, quod infirmi non faciunt. lib. 4. cap. 17. num. 18. vsq. ad 22. Iusti accedentes ad Deum illuminantur, & corroborantur. libr. quarto. cap. 20. nu. 11. 12. 14. vsque ad 16. Iustis astat Deus in meridie, cum clariorem lucem infundit, cum autem rudimenta accipiunt, adiuuantur diluculo. lib. nono. cap. 12. num. 1. Sancti in oculis hominum perfecti in oculis Dei sunt imperfecti multum. lib. 8. cap. 5. num. 21. Sancti quanto diuinæ luci magis appropinquant, leuia peccata, ut grauia cognoscunt, lib. octauo, capit. 7. num. 18. Sanctus de magnis humiliter sentit, peccator de minimis se extollit, libr. octauo. capit. octauo. numer. vigesimo octauo. lib. 16. capit. 13. nume. 29. Sed obsecro, Domine, si lux es mundi, qua ratione tantis tenebris inuoluitur mundus? Non infideles tantum, id enim miratur nullus, vtpote cum extra Ecclesiam nulla sit lux, sed caligo, & tenebræ, sed fideles lumine fidei illustrati, Christum veram lucem credentes, ipsum audientes, in tenebris commorantur innumeris, cum Ecclesia furtis, periuriis, blasphemiis, adulteriis scateat tam multis. Apostolus Ephesiis dixerat: Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate. *Eph. 5.* Vt filius lucis ambulat, qui recte viuit. In omni bonitate viuit, qui facit bonum, & sustinet malum, & in hoc statu viuit usque in finẽ, & in omni iustitia reddendo vnicuique quod suum est, honorem Deo debitum præstando, & proximis quę illis fuerint debita; idque in veritate non in fictione, ut tales interius sitis, quales uos exterius ostẽditis, probantes quid sit beneplacitum Deo. Si homines sic viuerẽt, Christus diceretur lux mundi, sed cum fere omnes in tenebris uersentur malorũ, qui Christum lucem mundi credemus? Aiebat Angelus Gedeoni: Dominus tecum uiuorum fortissime. *Iudicum 6* Dixitque ei Gedeon: Obsecro, mi Domine, si Dominus nobiscum est, cur apprehenderunt nos hæc omnia? Domini præsentiam non conuenire cum malis, quę patiebatur populus, credidit Gedeon, & quid dicemus cum diuina luce videntes mundum innumeris tenebris inuolutum? Huic quæstioni Dominus idem respondit his verbis: Hoc est autem iudicium, quia lux uenit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem, erant enim eorum mala opera. *Ioann. 3.* Supercecidit ignis, & non viderunt solem. Ignis peccatorũ dum super homines uenit, eorum oculos claudit. Et ideo Dauid oculos cordis illuminãdo postulabat, ne peccando clauderẽtur. libr. 13. capit. secundo. num. 8. Visum oculorum multa impediunt, ut hæc eadem impediunt uisum animæ, ibidem nume. 12. usque ad 14. libr. 15. cap. quinto. num. 19. Oculi quidem nostri ut illuminentur egent sole iustitiæ. lib. 16. capit. nono. num. 12. Sed tamen etiamsi sol sit illuminans ea, quæ videnda sunt, si tamen oculus mentis terrenis concupiscentiis sordidus sit, ægrotat, ut terrena tantum intelligat. lib. 18. capit. 15. num. 24. Cum Deus homo factus est, *Orig. ho. 3. in Cant.* ait Origenes, similem vocauit sponsa dilectũ suum capreæ, quia ferunt medici capream intra viscera habere humorem quendam, qui nubeculas oculorum, quas Hispani *Cataratas* vocant, tollit, & uisum homo recipit, at si homines perditi oculos clauduut, ne videant, sibi imputent non soli, & Christo, sed propriæ stultitiæ, qui male agens odit lucem. Peccata cęcant animam in grande eius malum. lib. 3. ca. quarto. numer. 5. 6. 11. 12. 14. 15. 17. vsque ad 19. lib. 13. cap. secundo. num. 8. & 13. lib. 14. ca. 6. num. 12. 35. 37. & 38. cap. 14. nume. 10. 11. 14. & 15. Cęcitas cordis est præcedentis peccati pœna, & sequentium causa. libr. tertio. capit. quarto, numer. nono. 11. 14. & 17.

Cum autem fuerit summa Dei bonitas, quod lux sit datus mundi, ut homines & quasit eundum norint, & præcipitia uideant & pericula; in hoc etiam summa impiorum infelicitas sita est eorum culpa, sicut dicebamus in exordio, & ipsi fatebuntur in fine miserãdam illam consequentiam inferentes, & dicentes: *Sapient. 5* Quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactãtia quid contulit nobis? Transierunt illa omnia velut umbra; errauimus ergo a via veritatis, & illuminante sole iustitiæ is non est ortus nobis, qui oculos apertos quidem habuimus vanitati, ueritati autem clausos habuimus. Item quoniam cum Iesus noster lux *Sopho. 1.* vera sit, meridianusque fulgor, coram eo nihil latere potest. Olim Sopho. dixerat: Scrutabor Hierusalem in lucernis, sed modo qui lux est mundi, scrutinio non eget; omne enim, quod manifestat lumen est, sed omnia ei in luce clarescunt. Vnde in iudicio dicent impijs montibus: Cadite super nos, & collibus, cooperite nos, ut operiri possent peccata; descendente uero Moyse nostro de monte cum lege, & radiis solaribus, qui aperiant uiolatam legem a reprobis. Lux omnibus Iesus bonis qui dem, ut manifestentur bona eorum opera, & cunctis patescant in iudicio, & præmientur, & nulla eum lateat cogitatio, etiam minima, nullum celetur propositum bonum, quod iudici non sit publicum, malis autem ut reuelẽtur secreta etiam cordium, ut puniantur. Sicut enim sol per motum, & lucem tam multiplices producit, & uarios effectus, pluuiam, tonitrua, & fulgura, sic idem Iesus, qui sol est, alios ut fulgur necat, alios rigat alios, illuminat.

nat. Christus aliis est in bonum, aliis in malum eorum culpa. lib. 3. cap. quinto. numer. 89. capit. 6. numer. primo, usque ad 9. 13. vsque ad 17. & 27. cap. 7. num. 22. cap. nono. numer. 1. & 44. cap. decimo. num. 92. lib. quarto. capit. 24. num. 3. vsque ad quintum. Additur his, quod seruus sciens uoluntatẽ domini, & non faciẽs eam, vapulabit multis. Christiani male uiuentes indigni sunt hoc nomine, & magis puniendi, quam alij. lib. tertio. cap. 15. per totum. cap. 16. nume. 11. & 12. lib. 18. capit. 11. numer. 25. Christiani, si peccent inexcusabiles sunt magis, quam Philosophi, & Iudæi. libr. tertio. cap. 15. num. 12. & 13. Christiani mali impingunt in Christum montem, Iudæi in eundem dum lapillus esset. lib. eodem. num. 17. Vnde sicut qui in meridie pręcipitem se dat, omni caret excusatione, quam posset habere aliqualem, qui inter tenebras perit; sic Christiani, qui tãto lumine Christo abutuntur, qui uenit, vt lux vera illuminaturus omnem hominem venientem in hunc mundum, si omnis homo ab eo velit illuminari.

7 *Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est uerum.* Apertissimum istud est Pharisæorum mendacium, qui discipuli eius erãt, qui mendax est, & omnis mendacij pater. A multis namque Saluator testimonium accepit, ab Angelis, qui in eius ortu clamarunt natum Saluatorem in Bethlehem Iudæ, a stella, a Regibus Magis, a Simeone, ab Anna Prophetissa, ab Elisabeth, a Ioanne Baptista agnusvo catus, qui uenit tollere peccata mundi, a patreque ipso in baptismo, cui aperti sunt cæli, *Apocal. 1* & vox intonuit: Hic est filius meus dilectus, &c. Et quia in Apocalypsi legimus, quod ex ore Christi procedebat gladius ex utraque parte acutus, quia uerba eius ex vna parte veritatem stabiliebant, & ex altera falsitatem prosternebant, & ideo hos arguit falsitatis, ostenditque se veracem. Ex quibus constat, quod aliquando Iesus volebat, ut eorum facta proderentur, ut ipse agnosceretur ab omnibus, & crederetur ab omnibus, aliquando ut doceret laudes proprias fugiendas, celabat ea, quæ ipsius concernebant magnitudinem. Sic & Sancti aliquando se laudant, ut alios ædificent, & aliis prosint, aliquando ut humilitatem conseruent, quæ infirmitatis sunt referunt, vt in his glorientur, sicut aiebat Paulus: Sancti virtutes suas celare desiderant, & tamen vt alij eorum exemplo proficiant, proferuntur inuiti, libr. 14. capit. 28. numer. 23. Et quia Sancti ut uestis sint Dei decore, & fortitudine pollere debent, decore ad eos, qui bus eorum bona placent, fortitudine contra detractores, lib. sexto, cap. 13. numer. secundo. ideo Iesus aliquando dulcis, aliquando apparebat terribilis. Pharisæi autem torquebantur uisis miraculis, & uita Christi, & ideo ei conuitiabantur, id. n. iniquorũ est propriũ, iustitia Sanctorum cruciari, quia tacitis Sancto rum moribus arguuntur eorum mala opera, li. 5. ca. 13. num. 36. & 37.

8 *Vos secundum carnem iudicatis, & ego non iudico quemquam,* id est, uos carnali affectu, & ex passione iudicatis, ego taliter non iudico, sed interna penetrans. Ecce ego accedam ad vos *Malac. 3.* in iudicio, & ero testis velox veneficis, periuris, & adulteris, & qui fraudantur mercedem mercenarij. Ista quatuor genera peccatorum, quæ retulit Propheta secreto fiunt, sicut venefici secretissime præstigiis incumbũt, ita qui falso iurant existimantes latere; similiter adulteri, qui secrete se maritales thoros deturpare existimant, & ij, qui fraudantur secreto mercenarios, horum ego ero & testis, & iudex, nec ullum peccatum erit adeo secretum, quod ob defectum testium remaneat a me impunitum. *Ego non iudico quemquam eo iudicio, quo uos.* Iuxta externam apparentiam. Vel etiam iste locus intelligitur de iudicio condemnationis, ut sit sensus: Nunc primo aduentu non ueni, vt condemnem, sed vt saluem, alioquin possem me ipsum de vobis egregie vindicare. Impiis enim Deus magna misericordia sua ad tempus parcit, ut habeant spatium conuertendi se, primo uenit ut Saluator, post vt iudex. Is est sensus quem tribuit Augustinus: Modo venit Christus saluare, & *Aug. trac. 36 in Ioann.* postea iudicare, eos iudicando in pœnam, qui saluari noluerunt. Nam si primo uenisset iudicare, quis fieret saluus? Quia ergo vidit omnes conuersos ad cursum suum peccatores, & quod non esset, qui faceret bonum nec vsque ad unum, misericordia venit redempturus, & veritate iudicaturus: In veritate enim te iu- *Leo Papa.* dicabit, aiebat Leo Papa, qui in misericordia *Psal. 100.* te redemit. Vnde in Psalmo non dixit: Iudicium, & misericordiam cantabo tibi Domine, sed: Misericordiam, & iudicium. Nam si primo esset iudicium, nulla esset misericordia. Hęc Augustin. Misericordiam Dei, & non potentiam postulat uanitas, & miseria nostra. li. quarto, cap. septimo. nume. vigesimo quinto, & vigesimo sexto. Misericordiæ tempus modo est, futurum autem reseruatur iudicio. lib. quarto, capit. 11. num. 18. usque ad 20. 24. vsque ad 28. 30. & 31. Christus gladius bis acutus non vibratus in primo aduentu, sed in secundo. lib. nono. cap. nono, numer. 53. Christi aduentus primus itinera nostra direxit, secundus terror erit nocturnus, num. 59. Qui in primo aduentu siluit, & stillæ paruæ comparatus est, in secundo ut parturiens loquetur, similisque erit tonitruo. lib. eodem, num. 62. 70. & 71. Deus patienter fert peccatores, sed completo numero culparum acriter punit. lib. secundo. cap. 11. nume. 8. 9. 22. vsque ad 24. & 26. lib. 4. cap. 6. nu. 9. cap. 8. nume. 1. 6. usque ad 10. 12. & 16. cap. 18. nume. 9. usque ad 12. 18. & 19. Considerandum etiam in his verbis illud est, quod cum homo mundanus secundum carnẽ iudicet, soliusque Dei rectum dicatur iudiciũ, hoc solum timendum est, ne intret in iudiciũ cum seruis suis is, in cuius conspectu non iustificabitur omnis viuens, nec id solum, sed & in Angelis suis reperit prauitatem, quan-

to

to magis in his, qui domos habitant luteas, a quibus inquinari necessarium est? Mundanorum autem iudicia stolida, quæ tantum feruntur in ea, quæ apparent, ridicula sunt, & contemnenda. Iudicium vltimum desiderat sponsa, sed in eo recte desiderat Christum misericordem, & pium. libr. nono, capit. nono, nu. 74. & 75. Mundanorum iudicia cum sint corrupta, & ridicula, contemnenda sunt. libr. 11. ca. 14. numer. quarto, usque ad sextum. 8. 10. 12. & 14. Mundani homines uitia, & uirtutes contrariis nominibus uocant, ibidem numer. octauo.

9 *Nemo apprehendit eum, quia necdum uenerat hora eius.* Quemadmodum enim sol non occidit, antequam hora eius veniat, quamuis tota mundi potentia id velit, ita Christus, qui lux est mundi, non occidit, quousque hora eius aduenit, ipsi autem in morte prealuerunt turbæ, quia voluit ille. lib. 3. cap. 10. numer. 48. Hęc verba indicant sæpius repetita, quod cũ Iudęorum proceres frequenter voluissent occidere Christũ, ipse eos ab executione tãti criminis impediebat. Hæc Dei cõditio est, quod frequenter peccatorem impedit ei subtrahẽdo occasionem, sic capere volentibus non permisit, vt admoniti a facto impio abstinerent. Peccatoribus Deus ex misericordia grãdi tollit peccandi occasiones. lib. 4. cap. sexto. num. 7. & 8. cap. 10. num. 1. usque ad 3. 6. 8. & 9.

Num. 22. Sic in Numeris ariolum Balaam sæpe impediuit a malo proposito maledicendi populum; ea enim magna gratia est, sicut e contra magnæ iræ indicium, cum Deus per omnia homi nem sibiipsi relinquit, vt ea operetur, quę sibi placuerint, ut: Dimisi secundum desideria cordis eorum, eant in adinuentionibus suis. Peccatorem ægrum, cui non proficiunt medicamina, relinquit medicus animæ. lib. 2. capit. decimo. num. 2. vsque ad 4. lib. 4. capit. 19. numer. 2. Peccatores in suum grande malum derelinquit Deus, lib. 2. cap. 10. num. 17. vsque ad 19. cap. 11. num. 28. cap. 19. num. 27. & 28. libr. quarto. cap. 19. nume. 3. & 7. cap. 20. numer. 8. 10. & 15. lib. 6. cap. 9. num. 27. Verum quamuis Deus sæpe impediat hominem a peccatis, si tamen perseueret in malo proposito, tandem & ipse cessat impedire. Hoc vidimus in Iudæis, qui tandem derelicti a Christo ipsum nec cauerunt, & in Balaam, quando sibi relictus consilium dedit, ut feminæ Madianitæ Iudæos traherent ad malum. *Nemo misit in eum manum.*

Iob 5. Dominus enim dissipat cogitationes prauorum, ne possint implere, quod ceperant, *quia nondum uenerat hora eius*. Qui in afflictione hoc verbum alta mente reponit, non indignabitur, non desperabit, non ad vana auxilia cõfugiet, sed sperabit auxilium cæli, sic Dauid

1. Reg. 23. sæpenumero a Saule fere comprehensus erat, semper tamen aduersarij insidias effugit, *quia*

4. Reg. 6. *nondum uenerat hora eius.* Sic Elisæus in manibus hostium erat, nec tamen capi ualuit, *quia nondum uenerat hora eius.* Sic Elias, quando quinquagenarij milites missi sunt a Rege, vt caperetur, non id effecerunt, nisi cum venit hora, in qua uoluit Deus, vt descenderet, & alloqueretur Regem. Sic & alij multi, &c. Sic & Apostolis aperiebantur ultro carceres, ab Angelis educebantur, loquebantur Iudæis, quæ ipsos vehementissime cruciabant, & quia nondum venerat hora, eorum comprimebatur feritas, & ira. Verba ista ad consolationem nostram toties repetit Ioannes: *Nemo misit in eũ manum*, ut sciamus, nec capillum posse de capite nostro perire, nisi Deus voluerit. De prouidentia Dei in omnes homines, maxime autem in iustos agitur. lib. quarto. capit. tertio, per totum.

DOMINICA in Passione.

Euangelium.

Quis ex uobis arguet me de peccato? Ioann. 8.

Dominica in passione.

ECCLESIA sancta tempus reliquum huius quadragesimæ in consideratione passionis Iesu Christi trãsigendum voluit. Hesterna enim die congregatum credit Rupertus Abbas libr. quinto, de diuinis officiis, cap. primo. Concilium, in quo Iudæorum Principes, causa Domini proposita, expedientissimum iudicantes conseruationi Reipublicæ, vt eum e medio tollerent, id decreuerunt, & aduersus innocentem Iesum sententiam protulerunt, vnde iam non in palam ambulabat. Et ideo sicut olim cum Dauid Rex iram filij Absalonis declinans recessit ab Hierosolymis, egressusque est Rex, & uniuersa domus eius pedibus suis, & vniuersi serui eius ambulabant iuxta eum, & omnes Gethæi cum duce suo Ethai, qui dixit Regi: Viuit Dominus, & viuit Dominus meus Rex, quoniam in quocumque loco fueris, siue in morte, siue in uita, ibi erit seruus tuus? Omnesque flebant uoce magna, cum Dauid contemplarentur nudis pedibus, operto capite ascendentem montem oliuarum, & flentem: sic & modo, cum his diebus Ecclesia consideret Iesum fugientem persecutionem filiorum suorum cõtra amantissimum patrem, nos hortatur, ut comitemur in mortem, quem comitati sumus in uita, compatientes ipsi operto capite, tristitiam cordis indicantes, & plorantes, quoad vsque Deus pater eum reducat in pace victorem. Hæc enim assidua est Ecclesiæ sollicitudo, dum totis his diebus passionẽ Domini meditatur, clauos, quibus pedes Iesu

Rupert. lib. de diuin. off. ca. 1.

2. Reg. 15

Rupert. lib. de diuin. off. ca. 1. in fi.

affixi sunt, in memoriam reducit, lanceã prodit, qua eius latus est vulneratum, &c. vt fiant

Cant. 7. comæ capitis eius, quasi purpura Regis iuncta canalibus, hoc est, cogitationes omnium fidelium, dum passionem Iesu considerãt, purpureæ sint dum compatiuntur, & lamentantur, quæ Christus pertulit, hisque considerationibus sint affixæ, in canalibus his potãtes, vt varios concipiant virtutum fœtus, nunc amoris Dei, iam timoris ipsius, iam odij peccatorum. Vnde in primis Euangelij huius verbis duo vult Ecclesia, vt intelligamus. Alterum est pertinens ad sanctitatem, & innocentiam illius, qui moritur, quam etiam inimicorum iudicio derelinquit. Alterum est, quod mors hæc in odio, quod populus ille habebat erga Christi Domini personam, fundata est, illo enim odio moti eum in crucem egerunt, nouis adinuentionibus, & sacrilegis præmissis sputorum, flagellorum, coronæ spineæ, quibus proderent nefarium animum in eũ, qui Deus erat, & a quo tanta receperant, tamque ingentia beneficia. Ecclesia sancta hactenus in toto hoc sacræ quadragesimæ tempore, quod diluendis peccatis per pœnitentiam Christianam consecratum est, multa, eaque efficacissima adinuenit media, quibus hominum pectora ad flenda peccata mouerentur, quibus diuina amicitia repararetur, ipsiusq. similitudo, quæ in eis per peccatum deturpata fuerat, restitueretur pristinæ pulchritudini. Proposita nobis sunt ieiunia, orationes, pœnitentiæ, exercitia multa. Primum omnium in septuagesima commemorauit Ecclesia Adamum paradiso pulsum, multis condemnatũ miseriis propter inobedientiam, vt in sudore vultus sui pane suo vesceretur, vt terra proferret spinas, ac tribulos, quibus cruciaretur, & innumeris infirmitatibus subiectus moreretur, qui immortalis ex gratia conditus fuerat. Diluuium retulit, in quo cum omnis caro corrupit viam suam penitus, paucis reseruatis in arca, est extincta. Combustæ ciuitates quinque, ex quibus omnes incendio perierũt, Loth, & filiabus, & vxore eius dumtaxat exceptis. Pharaonem nobis proposuit in mari rubro submersum, Iudæorum captiuitatem Babylonicam, acerrimam punitionem Iudæorũ in deserto, ex quibus eductis de Aegypto duo soli terram promissionis sunt ingressi, vt Deũ acriter uindicantem omnium peccata perpẽderemus, quo illa & execraremur, & cauere-

Ioel 2. mus. Item tota hac quadragesima multa, eaque efficacissima nobis proposuit media, quibus ad detestanda peccata moueretur homo, dum cinerem Christianorum capitibus impo suit, alta voce clamauit; Inter vestibulum, & altare clamabunt Sacerdotes ministri Domini, & dicent: Parce Domine, parce populo tuo, & ne dissipes ora clamantium ad te Domine. Immutemur habitu in cinere, & cilicio, ieiunemus, & ploremus ante Deum, quia multum misericors est dimittere peccata nostra. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ usque ad animam meam. Vt ad id traheretur homo, lectionem ex Ioele legit Ecclesia, qua non solum illa solemni die prima cineribus consecrata, sed per totam quadragesimam clamauit: Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & plãctu, & scindite corda vestra. Canite tuba in Sion; sanctificate ieiuniũ, &c. conuertimini ad Dominum, quia benignus, & misericors est, & præstabilis super malitia. Vt pœnitentiã hominibus suaderet, exẽpla admirandæ pœnitẽtiæ fidelibus proposuit, Niniuitarum commemo-

Matth. 12 rans rarum factum, quando vestiti sunt sac-

Luc. 15. cis, & cinere omnes flentes, & ieiunantes, filij prodigi conuersionem humilem: Pater peccaui in cælum, & coram te; iam non sum dignus vocari filius tuus. Et vt peccatorum animos in spẽ erigeret, patrem proposuit, qui in oscula ruens filij in pristinam recepit gratiã. In Samaritanam diuinum patefecit amorem & in adulteram de adulterio accusatam, ut nullus de uenia diffideret. Aliquando etiam miserrimum peccantium statum ob oculos posuit, dum paralyticum triginta octo annos habentem in infirmitate sua, qui & homine carebat, & ad sanitatem consequendam inhabilis prorsus erat, nisi ei Iesus astitisset, recensuit nobis, cæcum vidimus a natiuitate talẽ, Lazarum quatriduanum mortuum, & fœtentem in sepulcro, &c. In quibus varij peccamini num status significabantur. Docuit etiam quæ peccantibus post breuem hanc uitam reseruata sunt mala in inferno, dum retulit epulonem diuitem gehennalibus flammis cruciatum, qui guttulam aquæ, quam petiuit (miserum refrigerium siti tali) nec accepit, nec accipiet vsquam. His omnibus mediis, multisq. aliis Ecclesia uoluit ut homines & detestaremur peccata præterita, & ea in posterum caueremus, quod vtrumque ad veram pœnitentiam necessarium est. Omne ergo quod tãtis mediis tot diebus, tam variis exemplis nobis proposuit hodie sola memoria passionis Christi euidentius multo demonstrauit. Primum omnium si criminum qualitate cruciato diute in inferno, Adamo e paradiso pulso, incendio Sodomorum, diluuio, Babylonica captiuitate monstrare voluit, hæc omnia ridicula sunt, & velut carbonibus exarantia criminũ grauitatem, si ad passionem Christi referantur, in qua æternus pater dilectum filiũ suum ob aliena peccata, eo quod pœnis tantum illorum esset bonitate sua obligatus, tam seuere puniuit, cum tam sibi esset dilectus, ut amore increato, & infinito æternaliter diligeretur, qui erat splendor patris, & imago bonitatis illius. Qui talis erat clamabat: Deus, Deus

Psalm. 21 meus, respice ĩ me, quare me dereliquisti, &c. Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, & nocte & non ad insipientiã mihi, &c.

Psalm. 68 Ego autem sum uermis, & non homo. Et alibi: Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ usque ad animam meam, &c. Vnde nullus homini Christiano

proponat mundum diluuio pereuntem, cum maius multo sit, quod ob aliena peccata intrent aquæ vsque ad animam innocentissimi Iesu,& eũ vita priuent. Nemo Sodomorũ incẽ diũ mihi proponat cõsiderãti quod diuina indignatio exarsit, sicut ignis in spinis peccatorum meorum, quæ erant in Christo, vt illa delerentur. Quærentibus Angelis: Quare rubrum est vestimentum tuum, &c. velut calcãtium in torculari? Respondet Iesus: Scitis quare? Torcular calcaui solus, & de gẽtibus non est vir mecum, calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea, & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui. Ac si diceret: Tanta indignatione aduersus hominum peccata exarsi, ut quo ipsa conculcarem, atq; delerem, omnia indumenta mea inquinauerim. Et si sexcenta millia hominum interierunt in deserto ob peccata sua, infinite est maius, quod vnus moriatur, qui omnes Angelos, & homines incomparabiliter excedit. Considerate igitur Deum patrem tam ad uindicãda scelera paratum, qui ea in peccatore non dissimulauit Angelo, aut homine, siquidem horũ pœnam cum conspexerit in dilecto filio, ea non dissimulauit, sed velut alterum Ionam eũ in mare iactauit, ac si fluctuum, & procellarum, quæ sunt in mundo, innocens Iesus causa
2 extitisset. Præterea etiam nulla res est, quæ ita moderari debeat hominum mala desideria, & coercere animum peccandi, quam passio Christi. Quoniam quamuis sanguis Christi loquatur melius, quam sanguis Abel, vt ait Paulus, quia ille vindictam rei, hic remissionẽ
S. Thom. postulat, vt sanctus Thom. adnotauit, id tamen continget, quamdiu homo sanguine Christi non fuerit abusus peccando. Paulus ait: Quis accusabit aduersus electos Dei? Christus Iesus qui mortuus est? &c. Is quidem aduersus electos accusator non erit, bene tamen accusator, & iudex morte sua aduersus eos, qui aut peccata non detestantur, aut in ea, quæ fleuerint, relabuntur. Aduocatum quidẽ, ait Ioannes, habemus apud patrem Iesum Christum, sed dum addit, iustum, significare voluit, ait Gregorius, quod causis iniustis eorum, qui in sua perdita vita durare volunt, non patrocinatur. Ex quibus ingens eorum colligitur & amentia, & perditio, qui intuitu passionis Christi peccant, quæ illis, nisi vt stulti vinciendi essent, freno esse deberet ma-
Hebr. 10. gno, vt culpas exhorrescerent. Irritam quis faciens legem Moysi sine ulla miseratione duobus, aut tribus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Horrendum est incidere in manus Dei uiuentis. Nomine Christi canit Ecclesia: Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, peccatis enim me confundunt, sed id impune non fiet. Dominus enim iustus concidet ceruices peccatorum,

Esa. 63.

Christus nos obtulit patri moriendo, quem mendacem facimus, dum male viuimus, lib. 3. cap. decimo. num. 28. Christi passio ad diligẽdum Deum maxime adducit Sanctos, libr. 3. cap. decimo. num. 55. 59. 78. & 86. Christi passio considerata multa parit bona, lib. 3. cap. 8. nume. 18. 19. & 21. cap. 10. numer. 69. usque ad 75. Christi sanguine qui non mouetur, durior silice est, & adamante. lib. tertio. cap. decimo, Hierem. nume. 86. Hodie vexilla Regis prodeunt, vt qui hactenus mundo, & diabolo militauimus, eius stipendio frequenter non quæsito, sed ipsi dona dantes amatoribus, ut ingrederẽtur ad nos, vbi & periculis pleni, & damnis sacrilego inseruiuimus tyranno. Iam Iesus dux, & princeps noster. lib. tertio. cap. nono. num. 21. uexilla adducit, in quibus non superba illa verba scripta sunt: Senatus Populusq. Romanus, sed Iesus Nazarenus Rex Iudęorum, eiusque coccinum pendet in domibus peccatorum, vt a periculis liberemur. lib. 3. capit. 10. num. quinto, & sexto. Vt eius militiæ nomina demus, & Regis nostri clamores, & signa, & cumulatissimum præmium consideremus; vt tyranno relicto, vero Regi, cuius vexilla ad quærendos milites prodeunt, adhęreamus. Si in duce innocentiam quæritis, eum audite dicentem: *Quis ex uobis arguet me de peccato?* Nullus quidem, quantumuis sceleratus, me conuincet peccati reum. Si huius militiæ stipendium desideratis, is est, qui dicit: *Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum*. Si, quæ in hac malitia sint gaudia, scire concupiscitis, considerate Abraham gaudentem huius diei reuelatione, & spe. Si huius felicitatis perpetuitatem optatis, dux æternus est, & ideo dicit: *Antequam Abraham fieret ego sum*. His ergo diebus Ecclesia passionem Domini ob oculos ponit, ut si forte aliqui tantis mediis adhibitis hactenus ad flenda peccata adducti non sunt, hoc efficacissimo medio ad pœnitentiam inuitentur, immo trahantur. Sed quia de nobis & 3 credidit meliora, & uiciniora saluti in Domi nica anteriori, dum fideles considerauit a malo reuocatos per pœnitentiam, ut ipsi congratularemur, inuitati sumus his verbis: Lætare mater Hierusalem, & conuentum facite omnes, qui diligitis eam: gaudete cum lætitia, qui in tristitia fuistis, vt exultetis, & satiemini ab uberibus consolationis vestræ. Lætatus sum in his, quę dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Et in epistola adducitur locus Galat. 4 Esaiæ: Lætare sterilis, quæ non paris, erumpe, & clama quæ non parturiebas: Hinni (*relincha*) legit Hieronymus. Quo uerbo magnitudinem gaudij exprimet dignam ea anima, quæ sterilis, & infęcunda cum esset, bona opera non pariens, ancilla peccati, & libera, & fęcunda effecta est. Talis ergo anima iam reparata, cui lacrymæ placuerant pro peccatis, illas fundat iam passionem Iesu considerans, ipsi compassa, ut & cõglorificetur. Sicut Exod. 12. enim hædus nec crudus, nec coctus erat comeden-

dendus, sed assus, & cum lactucis agrestibus, & amaris; sic Ecclesia vult, vt Christum verum agnum datum nobis, eiusque passionẽ diligenti studio, piisque animorum affectibus considerem us, recogitantes eum, qui talem sustinuit aduersus semetipsum contradictionẽ.
Hebr. 13. Isti sunt dies, ait Ecclesia, quos obseruare debetis quarta decima die ad vesperam Pascha Domini est. His diebus sancta solum sonare decent, nec aliud pronunciare debet Christianus, nisi quæ sponsa repetebat, dum dicecant. 1. ret: Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur, sicut ea quæ multum diligimus inter vbera in pectore collocamus. Vocitat nos sponsus, & dilectam spõsam inuitat ad hortum suum, vtpote qui iam messuit myrrham cum aromatibus suis. libr. vndecimo. cap. sexto. numer. 103. Myrrham offero dolorum, lacrymarum, quas excitauit passio mea, sed coniunctam illam aromatib. vti supra. multis, quibus conforteris, & gaudeas de bono proprio. Cui sponsa: Surrexi, vt aperirem dilecto meo, manus meæ stillauerunt myrrhã, & digiti mei pleni myrrha probatissima. Non solum vt antea minus perfecta dixi: Inter vbera mea, & in cogitationibus & corde. Intrinsecus morabitur interno cruciato dolore, sed manus, & digiti stillabunt perfectissimam hanc myrrham compassionis, dum in cõuersatione, in habitu, in colloquiis, in mensa & apparebunt, quæ digna fuerint homine, cuius animus passionis Christi tristitia plenus est. In conuersatione mea illa prodient, quæ intrinseca sunt passionis Iesu incitamenta. Vestis vili purpuræ Christi similis, capilli capitis non torti, & crispati, sed mortificati, quales erant illius, qui dedit eos vellentibus; non in vultu purpurissus, aut cerussa, quando consideramus eum, cui non erat aspectus, neque decor, sed apparuit, vt percussus a Deo, & humiliatus. Cibus meus cum felle exhibito Iesu meo miscendus est. Christi passio, dum celebratur a Christianis, sic celebranda est, vt etiã a licitis abstineant, libr. 14. capit. vigesimo secundo. numer. vigesimo septimo. Deberent iam cessare his diebus lacrymæ pro peccatis hactenus fusæ, quibus iam peccata deleta sunt, & totum negotium, omnis occupatio, amor, deuotio ad passionem Iesu essent transferenda, ideo enim Dominicam hanc Dominicam dicimus de passione. Sicut enim peritus medicus potionem amarã ægrotanti porrecturus, prius potiones alias præmittit, quas vulgo, *xarabes*, uocamus, diminutiones sanguinis facit, & infirmi vires debilitat, & sic porrigit potionem eam, qua omnis noxij humoris vis euacuanda est: ita Ecclesia uoluit nos toto hoc tempore quadragesimæ pœnitentia, modo ratione ciborum, abstinentia a carnibus, & ieiuniis præparare, vt passionem redemptoris digne celebremus, & potionem hanc sumamus, quæ omnium est efficacissima ad animæ nostræ expiationem, & purgationem. Hinc colligere debet Christianus quisque, qua deuotione, qua animi summissione procedere debet his potissimum diebus. Cum caput dolet, cætera membra dolent, & tristantur. Dolet caput, & homo brachium, aut pedem mouere vix valet. Si ergo caput nostrum hoc tempore spinis coronatur, qua fronte cætera membra deliciis soluentur? Pudeat (Bernardus) sub capite spinato membrum fieri delicatum. Et cum omnes creaturæ passionem Domini præsentiant, & ipso moriente omnis creatura ingemiscat, quomodo fieri potest, vt solus homo, pro quo Christus moritur, non compatiatur? Si quatuordecim annis seruiuit Iacob pro Rachele, cuius pulchritudinem dũ contemplaretur, etsi æstu vrgeretur & gelu, pauci videbantur illi dies præ amoris magnitudine, iustum est vt saltem quatuordecim diebus toti inuigilemus, vt tantum beneficiũ considerantes, illi vero Iacob vicem rependamus in aliquo. Et sicut olim cum vrbem Hay aggrederetur Iosue, scutum leuauit, vt eo vi- Iosue 8. so milites, qui latebant absconditi egrederentur contra vrbem, ita cum signum Christi eleuatum cernimus omnes procedere debemus ad bellum, vt parta gaudeamus victoria.

In primis autem Euangelij verbis id Eccle 4
sia vult, vt morientis perpendamus qualitatẽ, & innocentiam, quæ tanta erat, vt vitam suã exponere potuisset examini, & iudicio inimicorum suorum, dicens: *Quis ex uobis arguet me?* Vbi verbum *arguere* pro conuincere positum est, non pro accusare, alioqui Iudæi Dominum de peccato frequenter accusabant, sed vbiq. obstructum est os loquentium iniqua. Non contempserat Rex cum esset, & id iure ma- Iob 31. gnificat, subire iudicium cum seruo suo, mirãdum amplius, quod Iesus, Deus cum esset, subire iudicium non cum seruo, sed quod amplius est, cum inimico non dubitauit. Talis enim decebat nobis vt esset Pontifex sanctus, Hebr. 7. innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cęlis factus. Solus Iesus tuto dicere valuit: *Quis ex uobis, &c.* exponens uitam suam omni propulsato timore, vt examinaretur. Quis enim aliorum dicere potest; Prou. 20. Mundum est cor meum, & innocens ego sum? Et: Quid niteris ostendere bonam viã tuam? Hiere. 2. Et: Dixisti absque peccato, & innocens ego sum. Ecce ego iudicio contendam tecum, eo quod dixeris non peccaui, &c. manus tuæ erunt super caput tuum, quoniam obtriuit Dominus confidentiam tuam. Et non solum si vitam ab aliis iudicandam exponamus, id enim non mirarer, si in oculis eorum, qui perspicacissimo pollent uisu, ad aliorum contuẽda mala, peccatores iudicabimur, & conuincentur mala nostra plurima, sed si ego ipse mihi ipsi plurimum affectus, manum in sinum misero, extraham eam proculdubio leprolam. Con- Exod. 4 tingitque aliquando Rachele sic volente, id est, carne, vt in domo Iacob latitent idola, quæ homo vix aduertit, & ideo iustus clamat: Ab occultis meis munda me Domine. Nihil mihi Psalm. conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum,

solus Christus dicere potuit: *Quis ex uobis &c.* similis videtur Iesus in hoc facto Samueli, qui increpaturus ingratum animum populi, qui
1.Reg.12 Regem postulabat a Deo ipso iudice sanctissimo repudiato, dixit: Loquimini de me coram Domino, & coram Christo eius, vtrum bouē cuiusquam tulerim, aut asinum, si quemquam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi. Et dixerunt: Non es calumniatus nos, &c. & post multa: Et si tales erga me fueritis, absit a me hoc peccatum in Domino, vt cessem orare pro vobis, & docebo vos viam bonam & rectam. Hæc Samuelis sanctitas, vt testes cōstituat inimicos, hæc veri nostri Samuelis Christi innocētia, vt dicat: *Quis ex uobis. &c.* Samuel non cessat orare pro his, & eos docet viam bonam, & rectā; & Iesus pro his moritur, & eos docet uiam bonam in hoc Euangelio, ubi tot illi irrogarunt iniurias. A peccato nemo mundus est, dū viuit. lib. 14. capit. secundo. num. secundo, vsq. ad quartum, cap. nono, num. quarto, vsque ad sextum. Solus enim Christus iustificatus est in conspectu patris. libr. octauo. cap. quinto. numer. primo. Sed quod in re hac considerandū est valde, illud est, quod causam propriam inimicis committere iudicandam, ita vt improbari non possit, solus Iesus efficere potuit. Inimicus enim, quę in altero fuerit contemplatus, aut mala iudicabit, licet bona illa sint, aut si opus non potuerit, calumniabitur animum operantis, sicut & dæmon, qui cum quæ operabatur Iob inficiare non posset, eius in operando sinistram intentionem, quam ipse nesciebat, taxabat. Sicut enim, qui alterum dilexit tenere, quę in illo conspexerit opera, dum conspicillis amoris (Aristoteles) ea videt, meliora iudicat, quam re vera sint, ita & qui conspicillis odij eadem intuetur, peiora arbitratur, quam re vera sint, uel mala, quæ bona sūt. Sicut opera Dauid Sauli, & opera Ioseph fratribus, quibus inuisi hi erant, reprehendenda videbantur. Vnde optime dixit Diogenes: Homini necessarium esse ad salutem fidelem habere amicum, aut rigidum inimicum, vt Plutarchus docuit in libro, cuius titulus fuit: De vtilitate capiēda ab inimicis. Amicus amicū corrigat amore ductus illius. lib. primo. capit. decimo nono, nu. septimo, & decimo quarto. Et deniq. moriturus Iesus suā proponit innocentiam. In hora enim mortis hac consolari homo debet. Sic Ezechias Rex, vt adnotauit Hieronymus, cum se morti proximum considerauit, vitam suam, & quæ in ea gesserat bona opera, ad memoriam adduxit, dicens: Obsecro Domine, memento quæso, quomodo am
Esa. 38 bulauerim coram te in veritate, & in corde
Hieron. perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim. Nullus thesaurus pretiosior tempore mortis, quā uitæ puritas. In morte bona opera ad memoriam reuocanda sunt, ne homo desperet, lib. vndecimo. cap. nono. nume. duodecimo. Morte appropinquante, non peccata, sed Dei bonitatem expedit respicere. libr. 11. capit. decimo. numer. octauo. In morte bonæ vitæ recordatio animam consolatur, est autē acerba delictorum memoria. lib. 18. capit. 11. num. nono.

Si ueritatem dico, quare non creditis mihi? Hæc est sceleratorum summa perditio, quod veritatem non recipiant, immo quod veritate audita, maioribus implicentur malis. Cumque veritas obiectum sit intellectus, ad quod rapitur, sicut auditus in sonum, aut gustus in cibum, nihilominus sicut palato non sano pœna est panis, qui sano est suauis, & oculis ægris odiosa lux, quæ puris est amabilis, sic uoluntas peccati contaminata facit ut intellectus nec veritatem sibi persuadeat, nec eam desideret cognoscere, si contraria illa fuerit voluptati, uanitati, aut desiderio suo. Sic Herodes cum congregauit Principes Sacerdotum, & Scribas, vt sciscitaretur vbi Christus nasceretur, quod nasciturus ille esset in *Matth.2.* Bethlehem statim credidit, sed cum audiuit inde exiturum Ducem, qui regeret populum Israel, quod propriæ uoluntati iniucundum erat, vel non credidit, vel de eo occidendo statim cogitauit. Idem cum Saul dixisset ad Dauid, se certissime scire quod regnaturus esset, quia tamen illud ei displicebat, numquam perfecte credidit, alias de eo occidendo non tanta diligentia tractasset. Veritatem enim recipere non potest, nisi Deo adiuuante. *Act.16.* Vnde cum Paulus in Macedoniam missus, ibi multis diebus moraretur, una sola mulier fidem recepit, cuius cor apertum est, ut intenderet his, quæ a Paulo dicebantur. Veritas semper peccatoribus amara fuit, maxime si illi diuites sint, & potentes, & qui illam dicturus est, etiam si Ioannes Baptista ille sit, innumeros inueniet Herodes, qui eum in uinculis detineant, nullo quæsito alio colore, & qui e medio tollant, ne illam suadere uelit. Quæ Achior contigerunt, *Iudith 5.* eo quod Holoferni dixisset ueritatem, sacra narrat historia eleganter. Quoniam vt ait Sapiens; Non recipit stultus uerba prudentiæ, nisi ea dixeris, quæ versantur in corde *Hier. li. 2. ad* eius. Hieronymus inquit Hieremiam non ob *tra Iouinia.* aliam causam a populo furente lapidatum, nisi quia captiuitatem Babylonicam, & sanctæ ciuitatis uastationem libere prædicauit. Et ex traditione Hebræorum ait idem Esaiam serra crudeliter interemptum, quia Iudæorum Principes increpauit, dicens: Audite verbum Domini Principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei mei populus Gomorrhę. Considerate Deum non solum furtis, & blasphemiis, & sacrilegiis uestris in malum prouocari, sed & orationibus, & festiuitatibus uestris grauari. Et concludit: Quod si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit uos, quia os Domini locutum est. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicij? Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ, argentum tuum versum est

est in scoriam, vinum tuum mistum est aqua, Principes tui infideles socij furum. Tanta ob id ira perciti sunt, ut dum in tormentis sisti cruciaretur, nec vas aquæ ei porrigere voluerūt. Et subdit Hieronymus: Amara est veritas, & qui eā prædicant: Et August. Quāmdiu blāditur iniquitas, amara est veritas, obstupescit dentes iniquitas, vt veritas ægre reci-
Prou. 10. piatur. Et Prouerb. Sicut vua acerba dentibus noxia est, & fumus oculis, sic iniquitas vtentibus ea, id est, Sicut acida vua obstupescit dentes, vt post illam vix comedere quidquam valeatis, quantumcumque dulce illud fuerit, & fumus lacrymas ab oculis exprimit, sic iniquitas ianuam claudit ueritati; Vnde qui ueritatem dicit seruus domo pellitur continuo inimicus factus verum dicens uobis.
Aug. li. 4. cō tra duas ep. Pellag. Nec miror, quoniam ut Augustinus pulchre aiebat contra duas epistolas Pellagij. Veritatem non audire, & peccatum quidem est, & alterius præcedentis peccati pœna. Sicut
Esa. 19 in Esaia scriptum est: Dominus miscuit illis spiritum erroris, vel vertiginis, vt nostra lectio habet, & errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo. Non ne peccatum fuit, & pœna peccati quod Roboam non audiret senes consulentes, ut tributa moderaretur populi, quod dum non fecit, fere totum regnum
3.Reg.12 amisit? Quoniam auersatus eum fuerat Dominus, permisit ut stultum iuuenum consilium sequeretur, repudiato consilio, quod illi fuisset expedientissimum. Quoniam, ut op-
2.Thess.2. time docuit Paulus, eo quod charitatem veritatis non receperunt vt salui fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio. Veritas apud stultos odium parit, sed non apud sapientes. lib. primo. capi. tertio. numer. sexto & octauo. Veritas non recipitur a malis, quod & peccatum est, & peccati pœna. libr. vndecimo. capit. decimo quarto. nume. quinto decimo. Sed quod in Euangelio hoc mirari satis non possum, unde perdita Iudæorum uita patenter colligitur, illud est, quod eas veritates & impugnēt, & illis auditis indignentur, quæ ipsis & vtilissimæ essent, & conuenientes, in quibus bonum erat & delectabile, & utile, & honestum. Non enim mirarer multum, si impius eas veritates non reciperet, quæ & vtilitati, & gustui contrariæ iudicarentur. Si Ioannes Baptista in carcere detinetur, id est, quia clamat Regi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui, cuius amore ille uehementer detinebatur. Vincire Holofernes Achiorem iussit, quia veritatem dixit, quam credidit eius honori, & repu-
tationi contrariam. Non audiuntur senes a Roboam, quia veritatem dicunt Regis vtilitati aduersam. Et Prophetæ interibant, quia verbis asperrimis obsistebant populo in his, quæ eius concernebant aut auctoritatem, aut gustum. Et odio habebitur, quicumque de vectigalibus moderandis loquutus fuerit coram Rege, & magnatibus, qui ludum condemnauerit coram eo, qui illi nimis affectus est, qui adulteria increpauerit coram adultero, & coram mercatore usuras: non mirum quod indignentur his, qui futura non respiciunt, sed præsentia, quæ iudicant utilia, & delectabilia. Potens es Domine, & ueritas tua in circuitu tuo. In cælum conscendit ueritas, quæ iam a sæculo peregrinatur, ne homo perditus audire velit veritatem, quæcumque illa sit, quales erant ueritates, quas docuit Pharisæos Iesus in hoc Euangelio, quibus uidemus desperatum ęgrum medicamentis & delicatis, & congruentibus cibis ad peiora delabi, & in mortem trahi. Sicut hi dū audiunt: *Si quis sermonem meum seruauerit, &c.*

Qui ex Deo est uerba Dei audit. Propterea uos non auditis, quia ex Deo non estis. Qui spiritu 6
Dei præditus est, hic verba Dei audit libenter, & eis obedit, vnde dignoscitur quod talis ex Deo sit, de re hac multa habes in indice. Verbis Dei non obtemperare malum grande. lib. secundo. cap. 14. numer. primo, usque ad 3. Verbum Dei male recipiunt peccatores, dum peccatis suis contradicit. libr. secundo. ca. 17. nume. 18. Verbum Dei sic audiendum, vt opere impleatur. lib. quarto. cap. 14. num. 18. libr. 18. cap. tertio. num. primo. Verbum Dei corrigere non valet hominem, nisi cooperetur Spiritus sanctus in corde audientium. lib. 14. ca. 29. num. decimo. lib. 18. cap. secundo. numer. decimo tertio. Verbum Dei dulcissimum, suaue, desiderabile, sed beneuolentibus. libr. 16. cap. decimo, numer. decimo octauo. Verba Dei audiens, & seruans arcam fabricat, ubi a diluuio liberetur. lib. 18. cap. duodecimo, numer. primo. Sermones non audiunt mali, quia contrarij sunt delectationibus suis. li. 18. ca. 3. num 12. & 13.

Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non uidebit in æternum. Dixerant Domino Iudæi; 7
Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Hi enim pessimi cum essent, quasi iudices torquentes ferre non possunt bonos. Sic & Hebræus ille Moysem ferre
Exod. 2. non ualens dicebat ei: Quis constituit te iudicem super nos? His tamen Iesus non indignatur, sed blande respondit: *Ego dæmonium non habeo*, vt exemplum nobis præberet patientię in ferendis iniuriis. Hoc enim Christiani debet esse signum, qui Christo similis
2.Para.2. esse debet. In templo, & in turri Dauid mil-
& 13. le clypei pendebant, omnis armatura fortiū. Clypeis munienda est Ecclesia, qui arma sunt defensiua, & non offensiua. Dauid psalmum edidit gratiarum actionis pro victoria contra Absalon, cuius exordium est. Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium. Fugiebat Dauid sceleratum filium, & cum iniurias sibi illatas libenter toleraſſet, se decantat uictorem, cuius manus Deus docuerit ad prelium. Quoniam qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium certe potentior est. Patientia necessaria est ad ferendas iniurias. lib. primo, cap. duodecimo. numer. 44. Patientia in aduersis oritur

a fortitudine animi. libr. sexto. capit. decimo tertio, numer. decimo quarto. Patientia Sanctorum fecit eos in perpessione iniuriarum victores, victos autem eos, qui iniurias inferunt, lib. decimo quarto. capit. primo. numer. septimo, octauo, decimo, vndecimo, & 24. Patientiam nos docuit Christus admirabili exemplo suo, ibidem numer. decimo tertio, decimo quarto, decimo nono, 27. & 28. Patiens recte dicitur melior viro forti, quia maior est patientiæ victoria, numer. 31. & 32. Nec solum patienter Iesus tulit iniuriam, sed qui a malo vinci non poterat, sed vincere in bono malum, venerat bonum pro malo eis reddens ait: *Si quis sermonem meum seruauerit, &c.* *Seruauerit*, inquit, non qui audierit tantum, is non experietur mortem in æternum, quia ab æterna morte liber erit, & mors corporalis ei mors non erit, sed somnus, & migratio. Somnus, quo ad corpus aliquando excitandum; migratio, quo ad animam felicius in altero sæculo uicturam: *Non uidebit mortem*, quoniam cum huius aspectus horribilis sit, & turpis, talis non repræsentabitur iusto. Nulla Philosophorum doctrina fuit, quæ terribilem posset mansuescere mortem, vnde bene notauit Aeschines Philosophus, docente Stobæo, quod nusquam illi gentiles extruxerunt aræ, solum enim sermo Dei seruatus, & recta uita amaram ollam mortis dulcem reddunt. Sicut Iudæi in mari rubro, vbi mors accidit Aegyptiis vitam inuenerunt, ita, &c. Vitam hãc perpetuo duraturam stulte intelligunt hi, cũ is nimius esset iustis cruciatus, qui de ergastulo carceris educi postulabant; sed illã hoc nomine mortis indigno iustorum transitum voluit indicare in morte, quam læti exibant Sancti. lib. quarto. capit. primo. numer. 38, 39. 57. vsque ad 60. & 64. lib. vndecimo. capit. 9, numer. nono, & decimo. Mors timenda non est, cui bona vita præcessit. lib. quarto, capit. primo. numer. 43. 52. 58. 59. 66. & 67. lib. vndecimo. cap. nono. nume. decimo septimo, usque ad decimum nonum. Morte non terrebantur sancti, sed gaudebant, lib. vndecimo, capit. 9. numer. primo, tertio, decimo tertio, usque ad decimum quintum. Et cum his tale promitteret Iesus beneficiũ indignati amplius dicũt: *Nunc cognouimus quia dæmonium habes*. Infelix anima, quæ ad tantum deuenit malum, ut tanta bonitate abuterentur, cum tamen scriptũ sit: Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos; sed quod de illis dicatur: Frigidus uentus Aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua. Sic si frigus indeuotionis diu permanserit in homine, ita quod per multa tempora non reuertitur ad cor suum uoluntas eius, ita obduratur, ut uix redire ad bonũ possit. Hæc ingens maledictio montibus Gelboe data, quod nec ros, nec pluuia veniat super eos, sed maior multo, quod mille pluuiis rigatus fructum non ferat, Origenes homilia undecima in Hieremiam de Christo Domino intelligit verba illa in Hier. quasi prola-

Eccles 6. *Eccles. 43.*

Hiere. 15.

ta esse intelligenda; Væ mihi mater mea, quare me genuisti virum rixæ, & discordiæ? In vniuersa terra omnes maledicunt mihi. At Iesus & maledictus saturatus iniuriis non cessat a benefaciendo, nec nos cessare debemus exemplo illius, & Pauli, qui aiebat: Laboro vsque ad uincula, quasi male operans, sed verbũ Dei non est alligatum. *1. ad Ti. 3.*

Ego dæmonium non habeo. Simplici tantum negatione depulit a se conuicium, qui alioqui inter docendum, & vitia hominum reprehendendum, pro gloria Dei vehemens erat, liber, & acer. Quo nos docet, ut quoties agitur de gloria Dei uehementes simus & acres, quoties uero nos ipsi conuiciis incessimur lenitatem præstemus, sed cum modestia depellamus, quæ nobis imponuntur. 8

Ego gloriam meam non quæro, est qui quærat, & iudicet. Ne id dicere uideretur, quasi doleret se ab eis inhonoratum, ac gloriæ cupidus putaretur subiecit hæc uerba. Sed tamen quamuis ego, ut homo, gloriam meam non quæram, nec ulciscar eos, qui ignominia me afficiunt, est tamen qui gloriam meã quærat, & non solum quærat, sed etiam iudicet, vindicando me de his, qui me ignominia afficiunt; iudicat & uendicat siue in hac uita, siue in futura. Sic iniurias hac consideratione ferant iusti, certe quod est qui quærat, & iudicet de eorum iniuriis, &c.

Exiuit de templo. Docet non esse continuo peccatorem, dum in libidine peccandi excæcatus est, reprehendendum, sed expectandum esse, quo mentis sit compos. Si, ut feram capias, aerem obseruas, cur non ut hominem a peccato extrahas occasionem expectabis? Sic Spiritus sanctus: *Cant. 8.* Quid faciemus sorori nostræ, quando alloquenda est? Quando, uel quomodo alloquemur, ut nostram faciamus? Sic fecit sanctissima femina Abigail cum viro suo Nabal, cuius liberam mentem ad correctionem expectasse legimus. 9 *1. Reg. 2.*

FE-

FERIA SECVNDA

post Dominicam in Passione.

Euangelium.

Miserunt Principes, & Pharisæi ministros, ut apprehenderent Iesum.

Ioann. 7.

I Fer. 2. Dom. in Passione.

IN quarto die festiuitatis Tabernaculorum ascendit Iesus in templum, & miraculis tantis illius visis, multi de turba crediderunt in eum, & ire debuissent Pharisæi illius bonitate, & doctrina, & miraculorum patratione patenter inspecta, vt eũ apprehẽderẽt signibus amoris complectendum, sicut sponsa, quæ minora multo ab eo acceperat beneficia, & his attracta clamabat: Surgam, & circuibo ciuitatem per vicos, & plateas: quæram, quem diligit anima mea, &c. Inueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam, donec introducã illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Et infra: Adiuro vos filiæ Hierusalem, si inueneritis dilectum meum, vt nuntietis ei, quia amore langueo. Et alibi: Quis mihi det te fratrẽ meum, vt inueniam te foris? Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, ibi me docebis, & dabo tibi poculũ ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum. Quẽ sponsa quærebat, ut ab eo, quem tenere diligebat, nusquam separaretur, quę filias adiurabat Hierusalem, ut amorem patefacerent dilecto absenti, quę ubera ipsi porrigere apprehenso desiderabat, ipsum quærendum in hominem bonum significabat; ad hunc comprehendendum *mittunt Principes, & Pharisæi ministros*. Qui vehementer debuissent optare, ut ipsos ille comprehenderet, vinciret, & trahere in funiculis Adam, & in vinculis charitatis, vt ab illo nusquam separarentur, sed dicerent: Trahe me post te in odorem unguentorum tuorum, curremus viam mandatorũ tuo rum, cum dilataueris cor nostrum, nec ambulare sufficiet; sed tracti mirabili uirtute tua curremus, & sperantes in te current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient. Hæc enim summa illorum esset felicitas, ut uinculis amãtissimi fratris nostri Ioseph, Beniamin similes tenerentur, vt cum Paulo clamarent: Ego vinctus Christi, ego vinctus in Domino. Iusti vincti sunt vinculis dulcissimis Christi, lib. nono. cap. decimo tertio. numer. decimo, duodecimo, & decimo tertio. Iusti compedibus timoris Dei sunt ligati. num. 13.

Cant. 3. *Cant. 5.* *Cant. 8.*

Sed cum iusti serui essent, & vitiorum, & dæmonum, vinctique ad malum. lib. nono. capit. 13. numer. tertio, usque ad quintum. nono, vsque ad vndecimum. 13. & 14. a Domino vinciri noluerunt. *Sed ministros mittunt ut comprehendant*, qui ab ipso comprehensi reuersi sunt dicentes: *Numquam sic locutus est homo, sicut hic homo loquitur. Quibus Pharisæi responderunt: Numquid & uos seducti estis?* Seduxisti me Domine, & seductus sum felicissima seductione, fortior me fuisti, & inualuisti. Et sicut Esaias hanc futuram Iudæis felicitatem prædixerat, ut in seruos, & ancillas sibi subiugarent eos, a quibus ipsi quondam fuerant capti ui detenti dicens: Et possidebit eos domus Israel super terram Domini in seruos, & ancillas, & erunt capientes eos, qui se ceperant, & subiicient exactores suos; ita Iesus noster eos, qui ipsum venerant capiendum cepit, & subiecit. Non sicut Ecclesiastes meritum dixerat: Sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, vt ad inferna demigrent, qui in malo perseuerantes Dei bonitate sunt abusi. Hi capti quidem hamo diuinorum verborum, & operum, & extracti a voluptatum cæno, ut libero fruerentur aere, & viuerent. Sicut enim quondam, cum ministri Saul ad comprehendendum Dauid missi fuissent inter Prophetas, & ipsi prophetare cæperunt. Nam cum Dauid uenisset ad Samuel in Ramatha, & nuntiaret ei insidias, & iram Saul aduersus eum, abierunt ipse, & Samuel & morati sunt in Naioth. Misit ergo Saul lictores, ut raperent Dauid: Qui cum vidissent cuneũ Prophetarum uaticinantium, & Samuelem stantem super eos, factus est etiam spiritus Domini super nuntios, & prophetare cæperunt etiã ipsi. Quod cum nuntiatum esset Sauli, misit alios nuntios; prophetauerunt autem & illi. Et rursum misit Saul tertios nuntios, & ipsi prophetauerunt. Nec id solum, sed ibat Saul indignatus valde, vt Dauid comprehenderet, & occideret, & cum peruenisset, factus est etiam super eũ spiritus Domini. Et exspoliauit etiam ipse se vestimentis suis, & prophetauit cum cæteris, & cecinit nudus tota die illa, & nocte. Vnde & exiuit Prouerbiũ: Nũ & Saul inter Prophetas? Mira res, quod lictores, & scelerati missi, ut immane patrarent scelus, impiissimi Regis iussu continuo mutati in uiros alteros prophetarunt, deponẽsq. ipse insignia regalia, religiosisq. indutus vestib. Saul cæpit prophetare, & laudare Deũ, eiusq. bonitatem admirari repẽte, qui venerat innocentẽ occidere, Propheta vel ad tempus effectus est. Hi Pharisæi miserunt nuntios, ut cõprehenderẽt Iesum, sed non eis accidit, quod quondã militibus, qui a Rege Achab missi fuerant ad cõprehendendum Eliam, qui igne de cælo descendente combusti interempti sunt tyranno Principi obedientes, sed igne diuini amoris mutati prophetare cæperunt, & dicere: *Numquã sic locutus est homo.* Accidit eis quod in

Esai. 14. *Chr. ho. 51. in Ioann.* *Eccles. 19* *1. Reg. 19.* *4. Reg. 1.*

sequentibus Saulo, qui cùm pergeret Damascum ad comprehendendum Christum in suis membris, ab ipso comprehensus est, vt qui insania ferebatur, & dirum toto pectore virus effiabat, vas electionis subito vna voce a Domino efficeretur. Hęc diuina bonitas est, quæ alienis malis vtitur ad hominum dirigendam salutem. Et hi, qui obedire volebant magis hominibus, quam Deo, impiorum Principum iussa implentes diuinis iussionibus oblitis illa occasione ad bonum pertrahuntur, ut Christum cognoscant, & ipsius admirentur doctrinam, & laudent. Deus tam est bonus, ut hominũ malitia vtatur in bonum. lib. quarto, cap. 22. num. 1. 2. 8. 9. 11. vsque ad 13. cap. 29. numer. 6. & 7. cap. 34. num. 23. vsque ad 25. Deus bene vtitur malis operibus hominum, sicut hi male vtuntur bonis operibus Dei. ibidem nume. nono. 12. vsque ad 14. Deus sitit ardenter hominum salutem, etiam quando illi pretium eius cogitant repellere, lib. quarto, capit. 23. numer. nono.

Miserunt Principes, & Pharisæi ministros, &c.

2 In re hac non solum opus ipsum in se consideratum sceleratum est, sed temporis circumstãtia, & personarum ipsius scelus mirum in modum amplificat. Necem enim, & detentionem Iesu tractant in festo Tabernaculorum, quod quinta decima die Septembris celebrabatur in memoriam illius beneficij, quo egressis Iudæis de Aegypto, quadraginta annis circumduxit per desertum in tabernaculis, & papirionibus a frigore, & æstibus populum conseruans. In tempore, quod tam erat diuino cultui consecratum, in quo festiuitatem Tabernaculorum celebrantes sic se gerere deberent, sicut qui futuram inquirunt ciuitatem. libr. 6. capit. 2. num. decimo. 16. & 17. Qui templum adire debuissent, vt festos dies Deus suos vocaret, in quibus deessent peccata, nõ proprios illorum, qui peccatis pleni ad celebranda festa perperam confugiebant. ibidem numer. 4. Quando Deus proficere debebat stercus solemnitatum suarum, & de illis iustum erat ut diceretur: Solemnitates vestras odiuit anima mea, Neomeniæ & Sabbata uestra mole sta sunt mihi, ferre illa non possum. Quando Pharisæorum scelerata vita talis erat, vt ob eam audire meruissent: Cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos a vobis, cũ multiplicaueritis orationes vestras, non exaudiam, quia manus vestræ sanguine plenæ sunt. Qui his diebus & reparandis animarum damnis, & diuinis beneficiis considerandis, &, qui Ecclesiastici erant, alienis conscientiis instruendis vacare debuissent sacrificiis offerendis, in tempore hoc immane crimen de cõprehendendo Iesu Domino & tractant, & id opere exequi procurant. Mirum in modum amplificabat Herodis peccatum Chrysostomus, qui in die natalis sui, quando gratias agere Deo debuisset, quod ipsum in hanc lucẽ uocauit, tunc Ioannis Baptistæ mortẽ & tractauit, & executioni mandauit. Immane facinus certe, sed immanius istud, quo in medio tantæ solemnitatis obliti eorum, quæ diuinũ concernebant cultum, in perdendo Domino toti occupabantur. Nec id solum, sed personarum conditio scelus auget. Principes enim, & Pharisæi Ecclesiastici hi erant, quibus aliorum cura erat demandata, quibus proximorum salus erat commissa, hi laqueos instruunt Domino, & ministros suos, quos cæteris sanctiores & exemplis, & exhortationibus reddere debuissent, ad tantum malum patrandum, & comprehendendum Iesum mittunt. Hoc maximum est malum, quod Sacerdotes, & Prælati, qui populum errantem regere deberent illi aliquando sint in laqueum. libr. 14. capit. 16. num. 14. Sacerdotes peccata populi comedere dicuntur, dum peccantes non corrigunt. lib. 14. cap. 27. nume. 13. Quales hi erant cum populum ad peccandum pertraherent. Tintinnabulis hi vtebantur, cum ingrediebantur sancta, vt vitam in oculis aliorum claram ostenderent, lib. 16. capit. primo. numer. 34. 37. & 38. Hi monstra erant in republica, quibus gradus erat summus, & animus infimus, libr. 14. cap. 28. num. 37. cap. 31. num. 28. In minimis diligentes in magnis remissi erant. li. 14. cap. 30. num. secundo. Hi attendere deberent sibi, & gregi, ut mundi essent a sanguine omnium, lib. decimo quarto, cap. 31. numer. 2. Et tamen propriæ salutis obliti sibi subditos magnis criminibus exponunt, dum eos ad capiendum Iesum mittunt. Graue crimen, mittunt ministros, ut apprehenderent eum. In hoc omnes vires potentia mundi ostendit, in opprimendo pauperes, in malis committẽdis. *Gen. 6.* Gigantes tunc fuerant super terram. Ad quid gigantes? Ad quid potentes? vires, quas illis Deus dederat, ad excolendam terram, & ad iuuandos homines, in hominum conuerterunt oppressionem. Nihil est, quod non humana malitia in malum vertat. Iusti dicunt: Fortitudinem meam ad te custodiam. Ac si apertius diceret: Et si potens, & viribus fortis sim, non tamen vires in opprimendo alios exeram, sed in te placando, & mutando seueritatis sententiam vires meas exercebo, & neruos extendam. Aman omnem suam potentiam in Iudæis opprimendis ostendit. Et in *Gen. 31.* Genesi ille pessimus Laban, cum fugientem Iacob insequeretur, dixit illi: Fortitudo in manu mea ad faciendum vobiscum malum (nostra lectio habet: Valet manus mea reddere tibi malum) quam terretur ad perdẽdum illum, nisi Dominus nocte veniens prohibuisset, ne Iacob genero suo noceret, immo ne dure illum alloqueretur. Sancti autem quam a Deo acceperint potestatem, non in hominum perniciem conuertunt. Sic in Exodo dixit Dominus ad Moysem: Ecce constitui te Deum Pharaonis. Et cum diuinam accepisset potentiam aduersus impium Regem, non eum statim occidit, sed patientia multa tulerit, & admonuerit. Quis enim hominum habens Dei potestatem in inimicum tam sæuum, ad momentum illum ferret? Sed Dominus simul cũ potestate dedit illi longanimitatem, qua Regem æquo animo ferret. Dum enim homines usi fuerint potestate, quam a Deo acceperint ad benefaciendum, non autem vt malum alicui inferant, postquam autem virtutem relinquentes malis dediti sunt, eadem potestate abutuntur, vt pauperibus noceant. *Sic contigit Sauli*, qui dum regni potentiam simul cum virtute conseruauit, tutatus est viros Iabes Galaad, & debellasset inimicũ potentissimum, quasi applaudens exercitus victori dixit Samueli: Quis est iste, qui dixit: Num Saul regnabit super nos? Date viros, & interficiemus eos. Et ait Saul. Non occidetur quispiam in die hac, quia Deus fecit hodie salutem in Israel. Qui in exordio regni sui occidere debuisset, vel pati, vt ab alijs occiderentur, qui eum & regno indignũ clamauerant, & ei obedire renuebant, vt pacificaretur regnum, & omnes inunctanter obedirent, noluit qui Rex erat & iustus. At postea quam deprauatum est cor eius, eo solum, quod puellas Hierusalem audiuit cantantes: Saul percussit mille, & Dauid decem millia, qui potens erat, & impius, malum ad perdendum Dauid conuertit, & malitum, & propriam potentiam ad nocendum illi conuertens, vbi puellarum acclamatio audita est nullo relicto medio, & vtilissimum & fidelem famulum e medio tollere totis viribus procurauit. Talis fuit Principum, & Pharisæorũ potentia, qua contra Iesum vtebantur, velut diuites superbi, qui collidunt pauperes, sicut pecus pingue infirmum, libr. 4. cap. 39. numer. 8. 10. vsque ad 12. Diuites per potentiam opprimunt pauperes, dum habent stateram dolosam, num. 14. 15. 17. 23. &

3 29. Ideo *miserunt ministros, &c.* Isti sunt, qui populum in Deum, & res diuinas male affectum, recte in his, quæ Dei sunt, admonere illum deberent, qui ad hoc dati erant in bonum inferiorum, quos docere, corrigere, a malo reuocare, ad bonum pertrahere debuissent: e contra isti sunt, qui vulgus cogunt non affici his, quæ Dei sunt. Mittunt enim comprehensuri Christum, quia multi de plebe crediderunt in eum. Et quia audierant turbam dicentem ipsum esse Messiam, cuius signa & prodigia tanta essent, vt nullus efficere posset maiora; qui gaudere de his debuissent, quod subditos suos bene animatos in Iesum animaduertissent, & hunc occidere curarunt, & turbæ conuiciantes dicebant: Numquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis? Sed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti sunt. Miserat quondam Moyses Principes singulos de singulis tribubus ad explorandam terram promissionis, qui redeuntes ad populum, qui ipsum animatum reddere debuissent, ad eam occupandam, quæ tantis affluebat delicijs, re uera populum exanimarunt dicentes: Ciuitates muratas esse alto, firmoq. muro, cu-

stoditas, in quibus & pestilentiæ essent, & gigantes, filiorum Enach, &c. Quibus territus populus in Aegyptum redire disponebat, contra Dei voluntatem. Tales & hi erant, qui subditos credentes in Iesum, & conuicijs afficiunt, & Iesum e medio tollere disponũt. Quondam cum peccasset populus, iussit Dominus vt principes suspenderentur contra solem, quia populum illi, qui Principes erãt, non correxerunt, ipsi pœnas dederunt. Isti non solum populum non corrigebant, sed & scandalizantes pusillos, qui ad Dominum conuertebantur, mittunt ad comprehendendum eum. Prælati & Principes populi suspenduntur peccante populo, pro quo rationem reddituri sunt, lib. 15. cap. 11. numer. 1. & 4. Tanta pestis est ambitio religionis prætextu fucata, vt hi, qui re uera cruciabantur (Chrysostomus) ob gloriã Domini apud populum, per quam suæ gloriæ diminutionem metuebant, dicentes se in Iesum indignari, quia Sabbato paralyticum iacentem in piscina & curasset, & ei in festo tollere grabatum, quod lege prohibitum erat, præcepisset. Hac occasione paliabant, quod immediate ante dixerat Ioannes: Quod vsque ad mortem cruciabantur videlicet. De turba multi crediderunt in eum, admirantes ipsius Domini & crebra, & magnifica signa. Hæc in peccatoribus fuit frequens conditio, vt quęsitis coloribus, sub prætextu religionis innocentes perdant, quod palam, & sub nomine virtutis facere non possunt. Diabolus enim sceleratos homines ad patrãda mala malis ipsis propositis impellit, fornicationem sine pallio virtutis repræsentant, homicidium & adulterium, quos autem non ita animaduerterint perditos, fucata repræsentatione virtutum vitia suadent. Sicut Sauli, antequam *1. Reg. 15.* in profundum veniisset malorum, suadebat sub prætextu offerẽdi sacrificij, vt gregi parceret Amalech iubente Deo, vt indiscriminatim cuncta occiderentur. Post quam autem in maiora venit mala, iam palam homicidium innocentis Dauid suasit. Diabolus laqueos occultat, ne videantur, lib. 2. cap. 7. 4 num. 23. lib. 4. c. 30. nu. 1. 2. 4. 6. 8. vsq. ad 12. 14. vsq. ad 19. 22. vsque ad 24. Diabolus pręcursorem mittit in cor, vt post ipse introeat, lib. 2. capit. 8. numer. 32. & 33. Diabolus aspis vocatur, dum occulte sæuit, & regulus, cum aperte ferit, libr. tertio, cap. quinto, num. 65. Diabolus prauis mala, quæ desiderant, aperte obijcit, alijs latenter, lib. 4. cap. 30. num. 20. vsque ad 22. cap. 31. num. 33. & 41. Hæc ambitionis, & mundanæ gloriæ pestis in his religiosis viris tam potenter eorum animos occupauerat, vt ad perdendum Christum anhelarent, tamq. potenter eorum animi hoc igne sunt accensi, vt quiescere eos non fineret, donec perficerent quod cupiebant, nec mirandis Domini sermonibus, miraculis, &c. huic malo mederi potuit. Hoc enim peccatũ difficulter curatur, lib. 1. cap. 20. nu. 12. 13. & 16.

Ambi-

Ambitio multorum malorum est exordium, num.11.vsque ad 14.16.vsque ad 18.27.& 31. Amor deordinatus rerum temporalium multa parit mala, lib.1.cap.10. numer.6. cap.11. num.8.ca.17.num.1.vsque ad 3.7.8.11. vsque ad 26. Hi auaritia dediti pestifero hoc morbo omnia iura naturæ subruebant, in proprios conciues crudeles, & in ingentem benefactorem truculentissimi inimici, a qua nullo medio curati sunt. Auaritia tarde, & difficulter curatur, libr.1.cap.24.num.3.4.9. 12. & 14. quod omnia iura naturæ obruat, ibidem numer.6.10.13.15.16.21.26.vsque ad 28. & 32. libr.4. cap.38. numer.14. capit.39. numer.2. & quod omnium malorum sit radix libr.1.cap.24. nume.8.12. vsque ad 14.21.23. 33.& 34. lib.4.cap.39.num.5. Auaritia ebrietati optime comparatur, lib.4. cap. 38. num. 8.& 9. & quia semper sollicitat ad malũ hominem, in quo est, Putipharis vxor vocabatur a Sanctis lib.4.cap.39.num.4. Etsi autem gloriæ cupiditatem Principes, & Pharisæi, dum viuerent, omnino eradicare non possent, moderari eam debuissent, & superare amore iustitiæ, nec fecerunt, libr.18. capit. primo, num.24. Honorem mundanum inordinate cupientes in magna incidunt mala, libr.1. cap.20.nu.5.7.11.12.& 15. Cum ergo Iudæorũ Principes his pestilentissimis vitijs maxime detinerẽtur, vnde in multa præcipitarunt se mala, ad hoc ingens impulsi sunt, vt ad eum occidẽdum & comprehendendum traherentur.

5 *Quæretis me & non inuenietis; & vbi ego sum, vos non potestis venire.* Verba ista de his, qui falsa pœnitentia erant Christum quæsituri, intelliguntur. Aliqui enim ita obstirmato animo Deum offendunt, vt iuste gratiam, & efficax auxilium tollat ob imperfectionem doloris, quia non in toto corde quærerent, sicut cum de Antiocho sacræ litteræ referunt, quod orasset scelestus Dominum, a quo misericordiam consequi non deberet. Immo & de Esau docet Paulus, quod non inuenit locum pœnitentiæ, quem cum lacrymis postulasset, quia proculdubio non nocumentum animæ, sed damna temporalia miser flebat. Si sincere quærerent vtique inuenirẽt eum, qui semper inuenitur ab his, qui in veritate quærunt illum. Vnde aiebat Esaias: Si quæritis, quærite, conuertimini, & venite. Si Deum quæritis, non ficte quærite, sed totis vtis eius præsentiam desiderate, & conuertimini voluntate integra, & venite confidenter: Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum. Ac si dicat: sincere, & candide, sine cordis duplicitate Deũ quærite, quia ab eis, qui ipsum tentant præsumptuose peccando, minime inuenitur. Tales enim Dei bonitatem tentant tot peccatis, immo tanta obstinatione irritantes; ideo *vbi ego sum*, scilicet in cælum, vbi iam habito, diuinam contemplans essentiam, & beatitudine fruens, qua potita est animæ meæ superior portio, cum primum & condita fuit, & vnita verbo, *vos non potestis venire*, id est, difficilime potestis, dum tot scelera multa adducunt impedimenta eundi, & perueniendi. Vel *non potestis* viuentes sicut modo viuitis, quales modo estis, nisi mutemini in viros alteros. Vel *non potestis* viribus proprijs peruenire, quo ego vado, nisi adsit auxiliũ meum. Ideo dixit Apostolis: *Si abiero, & præparauero vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad me ipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis.* Dei auxilium ita necessarium est ad bonum, vt sine illo liberum arbitrium inefficax sit ad recte operanduar, lib. quarto, cap.14.nume. quarto, vsque ad 20.libr.7. cap. 9. nume. 14. vsque ad 16. Dei auxilium necessarium habet homo, qui tantis miserijs plenus est, lib.4. cap.16.num.2.3.7. & 13. cap.20.num.3. Deus quærendus non solis verbis, sed operibus, lib.4.cap.16.num.5.14.15.17.vsque ad 19. ca. 19. nume.5. Deus inuenitur, si quæratur debitis adhibitis circumstantijs, &c. Lib.4. ca. 16.per totum differitur, quod Deus adest his, qui in veritate quærunt illum. Peccatores aliqui oblitionis Dei frigore obrigescunt, vt ad eum respirare vix possint, obstinatiq. cum sint, difficulter redeunt ad ipsum, quẽ & dereliquerunt, & contempserunt, libr.3. cap.4.num.8.lib.4.cap.19.num.13.lib.14.cap. 6.num.18. cap.7.numer.2.8.12.& 17. capit.8. numer.6.& 7. Pœnitentiam agere non potest homo, nisi Deus eum conuertat, lib.4. capit. 14.numer.5.7.10.11.& 17. Pœnitentia alia fuit in Dauid, alia in Saule etiam si vterque dixerit: Peccaui.libr.quarto,cap.16.numer.10. Pœnitentia non consistit in verbis, sed in affectibus animorum, lib.14.cap.21.num.47.cap. 22.nume.52.& 53. Pœnitentiam negabat Nouatus falsa intelligẽtia sacrarum litterarum, lib.5.cap.8.numer.13. De pœnitentia, qualis futura sit, vt prosit, & Deo sit grata, differitur late, lib.14.cap.22.vt illa intelligas quærendum Deum, vt inueniatur, illa perueniẽdum in cælum, vbi ipse est, & quia hãc non habebant Iudæi audiunt: *Quæretis me, & non inuenietis, &c.* Missi erant hi ad comprehendendum Iesum, ipse autem eis salutaria verba ministrat. Sic semper malum bono vincere debemus. Præterea, quamuis sciret, quam ob causam aduenissent, non tamen eos palam traducit, sed occulte monet: *Adhuc modicum tempus vobiscum sum.* Hoc verbum indicium est insignis charitatis. Ac si diceret: Iam toties vos ingratos, ac palam impios expertus sum, tamen quantumuis ingrati sitis, tamen ad tempus vobiscum manebo, benefaciam, & loquar, quæ ad salutem vestram conducunt. Deus patienter fert peccatores, vnde boni pœnitent, & mali obdurantur culpa sua, lib.2.cap.10.numer.26. vsque ad 28. cap.11.numer.8. vsque ad 10. 26.& 28.libr.4. cap.8. per totum, cap.18.num.13.& 14. Dicit his: *Quæretis me, & non inuenietis*, vt supplicia ventura prædicens resipiscant a malis, lib.2.

cap.11.num.4.vsque ad 6. & 25.libr.4. cap.6. numer.9.& 10.cap.9.numer.4.& 10.capit.18. num.11.& 12. Dei bonitas, & patientia ostẽditur, cum tot dissimulat peccata lib.2. cap. 11.numer.8.9.22.& 23.libr.4.capit.14.num. 13.cap.8.numer.1.& 16. Hoc etiam verbo: *Adhuc modicum tempus vobiscum sum*, monemur, vt ardenter Christum amplectamur, & eo ardentius, quo breuius, & incertius est tempus vitæ nostræ. Vere enim dicere nobis potest: *Adhuc modicum tempus vobiscum sum* in hac vita, vnde breuitatem, & incertitudinẽ huius vitæ considerantes peccata deserite, pœnitentiam agite, ad me redite, ne spatio longioris vitæ decepti quæratis spatium pœnitentiæ, & inuenire non possitis. Nunc tempus acceptabile est, nunc dies instant salutis, non prætereat vos tempus diluendis peccatis cõcessum. Pœnitentia differenda non est spe longioris vitæ, lib.14.cap.21.numer.7.vsque ad 14.16.18.vsque ad 20. 23.37. vsque ad 39. 42.44. vsque ad 46.50.51.56.vsque ad 58. Pœnitentia sera malorum post hanc vitam deridetur a Dæmonibus, ibidem num. 29. 30.37. 42.& 55. Vita hac durante, Deus sedet in sede gratiæ, vnde nunc conuenit accedere ad ipsum, lib.14.cap.21.numer. 20.29. 30.37. 42.& 55. De vitæ breuitate, & incertitudine agitur late, lib.18.cap.17. Obserua etiã in hac Pharisæorum missione ad cõprehendendum Christum, quod nusquam legimus, quod hi ministros suos miserint, vt prædicãtem audirent illum, sed vt eum ad necẽ pertraherent. Sic impij patres familias necdum familiam non ad bona inducunt, sed insuper mala facere cogunt; sicq. duplici inuoluuntur peccato, & quod bona non docent, & quod ad mala perrahunt. Præceperat his lex in Exodo: Omnis seruus emptitius circumcidetur, & sic comedet phasc. Vt doceret, qualis cura esse deberet Dominis, vt seruos suos ad fidem, & cultum vnius Dei adducãt, vt eos negligentes adnitantur ad fidem perducere. Vnde cum Dominus cõdidisset Adã, dixit illi: Ex ligno scientiæ boni, & mali ne comedas. In quibus verbis docere voluit Deus, muneris Domini esse prohibere nocitura suis. Isti autem, quæ nocitura sunt valde, ministris consulunt, & præcipiunt.

Exod.12.

Olea.8. Genes.2.

6 *In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus, & clamabat dicens: Si quis sitit, veniat ad me & bibat, &c.* vsque ad finem Euangelij. Cum diuinam erga homines misericordiam ediceret futuram Oseas, in ipsius incarnatione hanc mirabilem dixit: Et erit in die illa, exaudiam dicit Dominus cælos, & illi exaudient terram, & terra exaudiet triticum, & vinum, & oleum, & hæc exaudient Iezrahel, & seminabo eam mihi in terram, & miserebor eius, quæ fuit absque misericordia. Cum naturam assumpsero humanam, audiam Sanctos, qui licentiam ad seminandum poscent, quibus id libenter concedam, & ipsi exaudiet terram postulantem pluuiam, & terra exaudiet triticum messem tribuens abundantem, & sic miserebor eius, quæ misericordia erat indigna. Hæc diuina bonitas, vt interpellata concedat hominibus, quæ petunt. At modo diuinam pietatem quis narrabit, dum scelestissimis hominibus clamat, & offert vltro Iesus flumina aquæ viuæ, quando ipsi sitibundi ipsum necare satagebant? Tunc fons patens domui Iacob proprias ingreditur domos non clamans: Bibite amici, & inebriamini charissimi, sed quicumq. sitierit bibat, si velit, vociferaturq. ne quis aut ignorantiã prætendat fontis, aut diuinæ voluntatis adporrigendam aquam. Sitientibus eorum patribus, & orantibus fontẽ dedit, quo corporalem extingueret sitim. Et quando Sanson sitiens valde clamauit ad Dominum, in mandibula asini fontem produxit Deus, at modo ad sitim animæ moderandam vltro flumina offert, non sitientibus animæ salutem, sed illam prorsus contemnentibus. Omnes sitientes venite ad aquas: venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione. Qui sitit veniat, & bibat aquam vitæ gratis. Clamat, vt audiant hi, qui mundi strepitu vrgente Deum audire non valent, lib. quarto, capit. 23. numer.6.8.10.& 11. Hoc enim diaboli ingenium est, vt impiorum capita clamoribus contundat, ne Deum loquentem audiant. Ammonitæ habebant pro diuo idolũ æneum, & hoc adorabant, illiq. liberos suos immolabant hoc modo, quod idolum vacuũ erat intus, ignemq. illi supponebant, & postquam candens erat, pueros viuos in illud includebant, & claudebant idolum, & ne filiorum miserandi cruciatus, & lacrymæ parentum possent viscera mouere, multa sonabant instrumenta musica, ne audirentur illi, & vallis hæc gehenna, seu Tophet vocabatur. Hæc modo diaboli adinuentio est, ne quæ nobis profutura sunt, audiamus, vt mundi clamoribus, delicijs, diuitijs, vanitatibus, hominum interiores aures obstruat, ne, quæ nobis fuerint expedientia, audiamus, & ideo clamat Iesus: *Si quis sitit, &c.* In quibus verbis duplex potest esse sensus. Vnus quod loquatur Iesus de quouis sitiente, vt scilicet eos inuitet vocibus magnis, qui etiam temporalia sitiant, diuitias, voluptates, honores. Nam & hi, si ad Christum venerint, haurire ex eo poterunt, vnde suam sitim restinguant, in quo veriores honores, diuitiæ, & voluptates percipiuntur, quam in mundo, per quem etiam sitis illa terrenarum rerum tollitur. Et quod locus iste de quouis sitiente debeat intelligi, ex eo coniectari potest, quod allusio illa sit ad locum, quem retulimus: in quo nomine sitientium etiam comprehendit eos, qui sitiunt terrena, vt apparet ex his quæ sequuntur: *Quare appenditis argentum vestrum non in panibus & laborem vestrum non in saturitate?* Quibus verbis videtur increpare eos, qui terrena sectantur, quæ vere satiare mentem hominis non possunt. Inuitat ergo Christus ne a

Iudicũ 15

Apoc.22.
Esai. 55.

Hiere.7.

Esa. 55.

varijs mundi rebus quærant suæ siti satisfieri. Sitiunt Deo iusti, peccatores sitiunt sæculo, fitis est in bonis, & in malis, libr. 4. capit. 28. numer. 16. lib. 6. cap. 1. numer. 1. vsque ad 3. 8. & 9. Saluator auditores inuitabat, nam et fera in hominibus sitis exarsit, quæ mundanis his rebus expleri non potest, quæ potus excitant sitim, quam extinguunt. Tantalus a Poetis fingebatur iuxta aquas sitibundus nimis, & cū bibere volebat, fugiebant aquæ. Tales sunt mūdani homines voluptatū mūdi sitibūdi. Viator prudens videns turbidum riuulum, & a sole calefactum, qui a fonte procedit, minime ex eo bibit, sed per ipsum ad fontem deueniens sitim explet, imprudens vero sitiens minime fontem curat, sed ex turbido riuulo potans infirmitatem quandoque contrahit. Res omnes temporales veluti riuulus sunt a supremo Dei fonte manantes, & ideo prudentes homines per ipsas res, quæ veluti Deum ostendunt, ad ipsum pergunt, ipsumq. sitientes desiderant, sicut Dauid: *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum.* Imprudentes vero mundani, se riuulis temporalium rerum turbidis ingurgitant, quibus dicebat Deus per Hierem. Quid nunc tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? quod est, quid a mūdo habes, nisi aquā turbidā? Nā si concedit diuitias, turbat eas sollicitudine, si dat honores, turbat eos periculo, si delicias infirmitate, si filios, turbat gaudiū cura maxima. Bona temporalia comparantur cisternis, æterna fonti, lib. 14. capit. 21. num. 39. Bona temporalia, diuitiæ, honor, &c. in cælo quærantur, vbi vera sunt, libr. 4. cap. 28. nume. 10. & 11. Bonorum temporalium contemptus, & non copia satietatem parit, lib. 2. cap. 18. num. 26. & 27. Hauriendæ ergo sunt aquæ in gaudio de fontibus Saluatoris. Ait ergo Iesus: *Si quis sitit* diuitias, veniat, quia ego sum, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi. Qui sitit honorem veniat, quia qui mihi ministrauerit honorificabit eum pater meus. Si quis sitit delicias veniat. Quia ego disponam illi regnum, vt edat, & bibat super mēsam meam in regno meo. Ambitiosi accedant, & bibāt ex fonte, qui late profluit ex meo capite per spinas. Auarus, qui crudelis in pauperes est, bibat ex fonte manuum mearum, vt liberalitatem inde discat. Potest etiam loqui Christus Dominus de his, qui ardenter quærunt spiritualia, & veram salutem, & ad eam Iesus inuitat. Vbi ostendit se esse paratum ad recipiendum quemlibet ardenter desiderantem spiritualia. Huic dicitur: Effundam aquas super sitientes, & fluenta super aridam. Anima mea sicut terra sine aqua tibi, velociter exaudi me. Aperi os tuum per sitim, & implebit illud Deus, ne sitias temporalia, sed spiritualia. Bona spiritualia, dum non habentur, in fastidio sunt, habita vero desiderantur amplius, temporalia e contra, libr. 6. cap. 1. numer. 12. & 13. Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient, donec ad vitam æternam perueniant, vbi virtus habetur sine siti, sed flumen hoc bonorum temporalium sitim extinguit, dum fluunt flumina aquæ viuæ. Clamat dæmon, & dicere non valet, nisi mentiatur, qui mendacij pater est: Qui sitit veniat ad me, & bibat, & eius ego sitim extinguam. Sed eam & modo augebo, & gehennalibus postea flammis cruciandos uos tradam, ita vt nec guttam aquæ accipiatis. In die magno, qui erat vltimus festi clamauit hunc expectans diem ad sublimem huius doctrinæ commendationem, & omnium ad se inuitationem, tum ob maximum auditorum numerum tunc præsentem. Primus enim dies non tam multos exteros habebat præsentes, atque nouissimus, & diebus intermedijs, operibus, mundi negotijs, & voluptatibus populus vacabat. Voce magna clamabat, tum ob turbæ multitudinem, vt qui innumeri erant, audire eum possent, tum vt ostenderet se neminem formidare. Tum quia docebat, quæ omnes multum referret scire, & audire omnes veram optantes salutem, ad quam dulciter inuitat, vt ad se fontem, ad quam dulciter inuitat, vt ad se fontem vitæ exuberantissimum veniant, & biberent potum illum salutarem, qui animam reficit. Ait autem: *Si quis*, significans se nec velle excludere quemquam volentē, nec velle compellere quemquam nolentem, sed paratum esse quemuis volentem suscipere, modo veniat sitiens, id est, ardenter desiderans spiritualia. Dicit autem: *Veniat, & bibat.* Non sufficit venire, nisi bibat. Venit qui credit, bibit, qui per charitatem Christum sibi incorporat. Fidei vita charitas est, per quā operatur, lib. 7. cap. 8. num. 33. Charitas fons est, de qua dicitur: Fons tuus sit tibi proprius, lib. 16. cap. 12. num. 48. Est q. gluten, quo anima iungitur Deo, lib. 1. cap. 7. num. 21. ca. 15. numer. 11. cap. 18. nume. 7. *Flumina de uentre eius fluent*, id est, de mente, & corde flumina aquæ viuæ effundet, id est, copiam spiritualium operationum, & effectuum, qua homo semper ad meliora proficiat. Præterea flumina aquæ viuæ sunt quæuis virtutum opera, quibus proximus iuuatur, & propria hominis salus promouetur. (Caietanus) Vnde cū dixisset Salomon: Bibe aquā de cisterna tua, addit: Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide, qui locus de internis virtutibus, & externa bonorum operum propagatione mystice intelligitur. Flumina duo sunt, vnum ad salutem propriam, aliud ad salutem proximorum. Disce hinc qualis sit gratia Dei, quæ dum in mentem intrauerit, non stat, aut deficit, sed omni fonte magis manat in bona opera semper erumpens. Alij per aquam viuam Spiritum sanctum significant, per flumina vero ipsius spiritus in homine effectus, & operationes. Hæc gratia per externas operationes se prodit, & veluti scaturit, uocaturq. flumina, & non flumen, propter varietatem donorum, quæ credētes accipiunt.

Psal. 41.

Hier. 2.

7

Esai. 12.

Coloss. 2.

Ioan. 12.

Esai. 44.

cipiunt. Spiritus sanctus est aqua illa, quæ & sitim, & ardorem vitiorum extinguit, sordes omnes peccatorum abluit, animam recreat, atque infundit, & germinare facit, ac plane appetitum satiat. Gratia interiora, & exteriora hominis ad Deum trahit, lib. 1. cap. 22. num. 16. Gratia aquę comparatur, lib. 1. ca. 25. num. 3. lib. 7. cap. 8. num. 7. 8. & 13. Gratia Dei fluuio recte comparatur propter multa lib. septimo, capit. 8. numer. 8. & 18. Gratia Dei rigat animas, vt floreant, & fructificēt, & radices mittant, ibidem numer. 16. Gratia, quo magis intus replet animā, eo latius foris bonorum operum multiplicat gressus, numer. decimo nono, lib. 18. cap. 10. num. 23. Spiritus sanctus fluuius est omnem ciuitatem Dei lętificans, lib. 16. capit. duodecimo, numer. 7. & 44. Spiritus sanctus aqua dicitur, quia abluit, & rigat, lib. 16. cap. 12. numer. 46. 52. & 53. Spiritus sanctus aqua est, de qua scriptum est: Si continuerit aquas, omnia siccabuntur, &c. num. eodem. Spiritus sancti dona aquæ comparantur, lib. primo, capit. 25. numer. 2.

FERIA TERTIA post Dominicam in Passione.

Euangelium.

Ambulabat Iesus in Gallilæam: non enim volebat in Iudæam ambulare.
Ioann. 7.

Feria 3. Dominicæ in Passione. 1

CVM aduentaret iam tempus celebrandæ festiuitatis Scenophægiæ, quam in vmbraculis confectis ex ramis, & folijs celebrabant Iudæi, quæ protendebatur a quintadecima die mensis septimi, scilicet Septēbris usque ad vigesimam primam, uocabatur festum Tabernaculorum, quo reducebatur in memoriam beneficium illud, quod a Deo acceperant patres eorum in deserto, dum per quadraginta annos peregrini in tabernaculis, & tentorijs incedentes pasti sunt cælesti pane, ut scribitur in Leuitico. Festum hoc unum erat ex tribus, in quibus omnes Iudæi tenebantur conuenire secundum legem ubicumque degerent. Quamquam enim omnia Dei beneficia meditari semper oporteat, nec ullum sit adeo modicum, quod qualitate cōsiderata donantis non sit grande, & omni memoria dignum, libr. secundo, cap. 12. num. 8. cap. 13. num. 42. Beneficia Dei memoriæ habenda, ut grati simus, lib. 2. cap. 10. num. 24. & 25. cap. 12. nume. 1. usque ad 6. 8. usque ad 15. & 25. cap. 13. numer. 1. 2. 11. 15. 16. 18. 20. usque ad 30. Sed quia innumera erant beneficia, quę a Deo receperant Iudæi, nec singula proprijs diebus poterant celebrari, tria potissimum Iudæis uoluit inculcare. Primum erat insigne illud, quo in sanguine agni de dura Aegyptiorum seruitute fuere potenter liberati, cui respondet festum Paschæ. Secundum beneficiū illud fuit celeberrimū, quando legem decalogi, & cætera legalia præcepta a Deo receperunt, quod magnifacit Paulus, dum ait: Quid amplius est Iudæo, aut quæ vtilitas est circumcisionis? Multum per omnem modum. Primum quia illis credita sunt eloquia Dei. Et Regius Vates: Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua nō manifestauit eis. Legem enim non sectari gentes dicebat Paulus, eo quod legem tantum habebant in corde, & non scriptam, libr. 10. cap. 3. num. 2. Lex quidem naturalis in exordio mūdi absque scripta exercebat boni, maliq. iudicium, sufficiebatq. natura pro lege, lib. 18. cap. 14. nu. 8. & 19. At cum per peccatum multiplicatis malis longe facti essent homines, & a Deo, & a se ipsis, dum insipiens cor eorum obscuratum est, & terga verterūt Deo, scriptis commonendi erant. Vnde sacræ scripturæ litteræ fuere a Domino hominibus absentibus missæ, lib. 11. cap. 2. num. 25. & 26. Huic autem dationi legis respondebat festum Penthecostes. Tertium beneficium erat, quod quadraginta annis sustentati sunt in deserto, ne fame, siti, frigore, æstu, imbribus, & nuditate perirent, aut a potentissimis hostibus trucidarentur, sed tuti terram promissionis valerent intrare. Et huic beneficio respondet Scenophęgia. Et quia lex Iudæorum, & Sabbatum mutata sunt in noua lege, lib. 10. cap. 3. nume. 1. & beneficia exhibita Christianis incomparabiliter sunt maiora, quam quæ Iudęis sunt collata, libr. 2. capit. 10. numer. 22. capit. 13. numer. 42. ideo festa hæc spiritualiter tracta sunt a Christianis, sicut late docetur, lib. 6. capit. 2. a num. 4. & deinceps per totum caput. Hæc tria festa nos semper in memoria habere oportet, exitum scilicet nostrum a peccatis per sanguinem veri Agni immaculati Christi; secundo quod lex noua nobis data est, in qua completum est, perfectum, & reuelatum, quod in veteri imperfectum erat, & clausum, lib. 3. cap. 5. nume. 23. 35. 41. 86. 87. cap. 7. num. 53. cap. 9. num. 41. cap. 10. nume. 67. Lex noua veteri perfectior Deuteronomium est in cordibus iustorum scriptum, lib. 18. capit. 10. num. secundo, lib. 10. cap. 3. numer. 7. 8. & 13. Vnde festum nostrum Pēthecostes, in quo nouam legem accepimus, perpetuo celebrādum est. Tertio peregrinantes in terram veram promissionis, Aegyptum quam semel reliquimus, repetere non debemus, sed veluti aduenæ, & peregrini abstinentes a carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam

Prou. 5.

Leuit. 23.

mam iter facere, vt sic festum spirituale Tabernaculorum agamus, qui in desertum traiecti antequam in terram promissionis deueniamus, in tabernaculis fumus in deserto, vt peregrini, vbi fititur in terra inuia, & inaquosa, donec in sancto Deo appareamus, qui non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus, expectantes fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex, & con-
Hebr. 11. ditor Deus est; sicut de Abraham refert Paulus, qui egressus est de terra sua, & habitauit in casulis cum Isaac, & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Idq. efficere potuit, qui expectabat ciuitatem, cuius conditor erat Deus. Hæc iustorum conditio fit vt peregrinos se arbitrentur, & festum hoc quousque in plenitudine Sanctorum sit illorum detentio, & ciuitatem sanctam Hierusalem, ciuitatemq. illam opulentã ingrediantur, in qua solummodo magnificus est Dominus noster, celebrent cum gaudio, a quo alieni sint mali, qui ciues cũ sint huius mũdi, omnia bona hic habere desiderant, futurorum prorsus obliti. Iusti peregrini dicuntur in hac vita, quia futuram inquirunt, & quia temporalia bona non quærunt, lib. secundo, cap. secundo, numer. 5. 8. 9. & 25. lib. 4. cap. 19. num. 1. libr. 9. cap. 14. num. 6. 8. 9. 11. 12. 14. 15. 17. vsque ad 19. Mali Babyloniæ ciues dicũtur, & mundi varijs de causis, libr. 1. cap. 10. nu. 4. & 5. Mali ciues sũt huius mundi, libr. 9. cap. 14. nume. 4. 7. 9. 11. 14. 17. & 18. capit. 18. numer. 4.

2 Hoc Scenophægiæ festo instante, *ambulabat Iesus in Galilæam, nec uolebat in Iudæã ambulare.* In quibus verbis ostendit Euangelista Ioannes, Dominum aduersari eis, qui humana sapientia, potentia, iustitia, præsumebant quales erant Hierosolymitæ; cum illis autem se libenter morari, qui propriam & ignorantiam, & impotentiam agnoscunt, & confitentur, quales erant Galilæi, de quibus dixerant in hoc capite 7. Ioannis Pharisæi Nicodemo: *Scrutare scripturas, & vide quia a Galilæa Propheta non surrexit.* Licet enim id falsum esset secundum probabiliorem sententiam, sed tamen Iudæi sic vilipendebant Galilæos, vt nec Prophetam crederent surrexisse Gallilæum, nec in posterum surrecturum. Inter hos ergo, quos inflati contemnebant Pharisæi, libenter moratur, superbis, & præsumptuosis derelictis. Alta enim Deus a longe cognoscit, qui humilibus, & his, qui propria cognitione sunt prædíti, appropinquat. Licet enim altus ille sit, alta a longe cognoscit, & humilia respicit, & humiliora magis respicit, sicut beata Virgo dixit: Quia
Luc. 1. respexit humilitatem, humiliationemq. ancillæ suæ, ecce ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quare hoc: Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius; quia potens valuit, & quia sanctus voluit ingentia conferre bona ei, quæ contemptibilis, & paruula erat in oculis proprijs, & in oculis hominum. Cognitio propria aptissima est ad impetrandam diuinam misericordiam, libr. tertio, cap. 19. numer. 11. 12. 15. 19. vsque ad 23. Cognoscens se quanto vilior est in oculis suis, pretiosior est in oculis Dei, ibidem numer. 29. cap. 20. numer. secundo. Cognitio propriæ miseriæ maxime præparat hominem ad gratiam, lib. 17. cap. tertio, numer. 31. Humilis quanto vilior est in oculis suis, sublimior est in oculis Dei, libr. tertio, cap. 19. num. 29. lib. octauo, cap. quinto, numer. 18. & 19. capit. septimo, numer. 15. & 16. Humiles Deus contingit, quia etsi altus sit, tamen humilia respicit, libr. octauo, cap. octauo, numer. 20. & 30. lib. 16. cap. 13. numer. 46. 49. In humilibus reclinat caput suum Deus, non autem in superbis, lib. 16. capit. decimo tertio, numer. 31. Superbus quanto pretiosior est in oculis suis, vilior est in oculis Dei, lib. tertio, capit. 19. num. 29. Superbis Deus dicitur resistere, vt vehemens in eos odium manifestet, libr. 16. cap. decimo tertio, num. tertio. Præterea hoc ipso facto, quia quærebant eum Iudæi interficere, *nolebat in Iudæam ambulare*, qua in re docet in aduersis omnia tentanda esse, ne Deus tentetur. Dupliciter autem tentatur Deus. Primo a dextris, quando propositis iustis, & æquis medijs ad effugienda pericula non vtimur. Vt si quis relicto ponte natans fluuium velit transire profundum, is temerarius est. Secundo tentatur Deus a sinistris, quando ad finem bonum homini propositum contendit impijs medijs, & iniquis artibus. Vt si quis proponat se familiam nutriturum, id enim bonum est, sed conetur ad hoc iniustijs, periurijs, non æquitate, sed per fas & nefas ditari contendat, sicut Caiphas conabatur Pontificalem dignitatem diutius retinere, sed malis artibus, scilicet homicidio Christi. Diuites qui per fas, & nefas diuitias congregant, taxantur, libr. secundo, cap. 17. numer. duodecimo, capit. 18. numer. 18. libr. quarto, cap. 39. numer. 7. 8. 10. vsque ad 12. 14. 15. 18. 20. vsque ad 22. 29. & 30. Tentationibus audacter ingerere non se debet homo, sed cum illæ venerint, viriliter certandum est, libr. 13. cap. octauo, numer. nono. *Cyprian.* Nemo periculo se ingerat, ne, qui amat pe- *Chrysost.* riculum, pereat in illo. Ita enim in oratione Dominica postulandum docuit Iesus: Ne nos inducas in tentationem. In quibus verbis docuit tentationes non esse quærendas, sed postulet homo diuinum auxilium; cum illæ venerint, vt ad Deum confugiamus, non ad humana refugia. Veniebat leo aut vrsus di- *1. Reg. 17* xit Dauid Sauli, cũ pasceret seruus tuus gregem patris sui, &c. & illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebamq. eos. Non ego eos quærebam, sed venientibus ipsis valide pugnabam. Sic & cum tentationes venerint, & pericula, fortiter dimicandum est, ne illis obruamur, quæ non quæsita venerũt.

Dixe-

Dixerunt ad eum fratres eius. consanguinei, scilicet non ex discipulis eius aliquis sed alij:
S. Thom. *Transi hinc, & vade in Iudæam, &c.* vsque ad il-
Amos 7. la verba: *Si hæc facis manifesta te ipsum mundo.* Sicut olim apud Amos Amasias Sacerdos Bethel, qui Prophetam ferre non poterat comminantem mala Ieroboã Regi, dixit ei: Qui vides, gradere, fuge in terram Iuda, & comede ibi panem, & prophetabis ibi. Et in Bethel non adijcies vltra vt prophetes populo Israel, sed Iuda. Cui ille: Non sum Propheta & non sum filius Prophetæ, sed armentarius ego sum vellicans sycomoros, &c. Quibus verbis Amasias Prophetæ voluit suadere, vt in Iudæorum terram iret, vbi antiquum adhuc templum magna hominum frequentia celebraretur, vbi maior, & studiosior discipulorum copia, qui eum libenter audirent, vbi minori labore, certiori exitu aé successu, maiori suo commodo prædicare potuisset. Si in Iudæam te cõtuleris, munus tuũ liberius, maioriq. cũ fructu, & certiori euentu exequi poteris. Quamquam autem Amos officium aperte probare Amasias videbatur, tamen nimiam prophetandi cupiditatem occulte subnotabat, eamq. ad ambitionem potius, quam ad populi corrigendi studium referre visus est, atque adeo in Bethel regia ciuitate, & regio loco ab illo fieri, propterea quod nomini sibi parando, & aucupandæ gloriæ operam nauari intellexisset, nam qui huic inhiant frequentissima, & celeberrima loca petunt ad eam venandam. Ita cognati Christi, his verbis: *Transi hinc, &c. manifesta te ipsum mundo*, notant eum cupiditatis gloriæ, & timiditatis. Ac si dicant: Cum quæras celeber esse apud omnes, atque ob id per varia loca discurras te ipsum prædicans, & per admiranda quædam opera gloriam hominum venãs, merito non deberes in obscura Gallileæ regione delitescere, sed in celebri Iudæa conuersari, in qua celebriores, nobiliores, & doctiores Iudæi habitant, Scribæ, Pharisæi, & Sacerdotes, vbi Iudæorum est metropolis, ad quam ob insignem festiuitatẽ confluxuri sunt ex omnibus tribubus filiorum Israel, & ita fama tua per vniuersum mundum spargi citius poterit. *Nemo in occulto aliquid facit, & quærit* *S. Thom.* *ipse in palam esse.* id est, tu quæris gloriã de his quæ facis, & tamen propter timorem abscondis te. Hoc est proprium malorum, vt credãt reliquos tales, quales ipsi fuerint, qui vxorẽ proximi sui quærit, vt eam decipiat, & ad malum pertrahat, cũ quempiam viderit eam loquentẽ talia se quærere arbitratur &c. Mali, cũ ipsi peruersi sint, tales credunt & reliquos lib. 11. cap. 14. numer. 13. lib. 16. cap. 6. nu. 15. Hiq. habentes in ore mel venena habebant in corde, quod frequens malum est, libr. nono, cap. 17. num. 1. 7. 9. vsque ad 12. 21. vsque ad 23. libr. 10. cap. nono, numer. quarto. Ex his verbis discendum in fratribus, & consanguineis Christi, qui maiorem de ipso notitiam habere deberent, vtpote qui secundum rectas coniecturas & frequẽtius ipsum audissent docentem, & multa mirabilia patrantem, cum iam duobus annis, & dimidio & prædicasset, & mirabilia operatus esset inter eos: qui & ipsius ortum, & conuersationem in pueritia, & adolescentia experti essent, & tamen nec in eum credebant, nec eum magnipendebant, quem extranei magnificabant, vno, aut altero sermone audito, vnoue miraculo viso; vt intelligas, quantum deroget familiaritas auctoritati, & reuerentiæ personæ alicui debitæ, & ad inuidiam, & contemptum propendere faciat. Nimia enim familiaritas (vt vulgo dicitur) contemptum parit. Sapientiam Salomonis audire venerat a finibus terræ Regina Saba longo itinere, longissima peregrinatione, innumeris expensis, & periculis, & cum domum cerneret Regis, eiusq. audiret sapientiam, non habebat vltra spiritum, & tamen multi proculdubio Hierosolymis degentes cuncta illa contemnebant, nec admirabantur. Sic & Naaman Sirus multis quæsitis fauoribus ad Helisæum venit, vt curaretur a lepra, quem multi qui erant in Iudæa non recordabantur. Pauebãt Barbarorũ multi sanctitatem, & gesta Pauli admirantes, & fideles, inter quos morabatur, aiebant: Quia & præsentia corporis infirma esset, & sermo contẽptibilis, sic & cognati Iesu ipsum contemnebant, cum quo frequentius conuersabantur, quem Samaritani vnius mulieris testimonio receperunt, & propter sermonem *Ioan.* 4. eius innumeri alij, qui dicebant: Scimus quia hic est vere Saluator mundi. Ideoque dixit Iesus Prophetam tantum in patria sua carere honore. Docet nos etiam Iesus in Euangelico negotio non acquiescendum cognatorum affectibus, quando illa placuerint eis, quæ non expediat facere. Filij honorem, & obedientiam quando, & quomodo exhibere debeant parentibus, lib. sexto, cap. octauo, per totum. Filij honorem exhibeant parentibus, nisi in causa religionis, libr. tertio, cap. nono, num. 41. Parentes diligendi, sed ordinate præponendo illis Deum, lib. 1. cap. 11. numer. 9. cap. 16. numer. 17. libr. 2. cap. 5. nu. 9. 10. 15. & 16. li. 3. ca. 9. nu. 41. lib. 6. c. 8. n. 1. vsq. ad 4. 13. & 14.

Tempus meum nondum aduenit, tempus autem 4
vestrum semper est paratum. Miranda Iesu Domini mansuetudo, & patientia, quod cum a proprijs cognatis tanta ipsi irrogaretur iniuria, patientissime tulit, nec verbo aspero eorum & dementiam, & audaciam increpauit. Fortitudo enim animi Dominum fortem reddebat in aduersis lib. sexto, capit. decimo tertio, num. decimo quarto. Patientiam enim ille vere habet in opprobrijs sibi illatis, qui vere humilis est, libr. octauo, capit. octauo, numer. 1. Patientia rationabilis est iniurias sentire, & ferre, & qui huiusmodi est, columna dicitur argentea in templo Dei, lib. nono, cap. quarto, num. 1. Hæc vera patientia, quod iniurias, quas tam facile posset Iesus vindicare, tolerauit, libr. 14. cap. 1. num. 3. vsque ad

quintum. Patientiã nos docuit Christus mirabili exemplo suo, ibidem num. 13. 14. 19. 27. & 28. Patientiam ille habet, qui contemnit præsentia, num. 1. Hæc vera est mansuetudo, quando quis ab inferioribus offensus cedit, cum defendere se possit, lib. eodem nume. 3. vsque ad 5. & 31. Hanc verbis, & operibus docuit Christus, num. 9. & 21. Quę propria virtus est hominis, qui a Christo dicitur Christianus, numer. 19. & 20. Hanc vt doceret Iesus, & in propria ostenderet persona, conuiciatus dixit: *Tempus meum nondum aduenit, &c.* Nondum est tempus meæ exaltationis, & gloriæ, sed prius humiliari me oportet usque ad mortem crucis, vt sic ad nomen magnificum perueniam. Sic & Christianus cogitet tempus suæ glorificationis nondũ esse, ideoq. patienter ferat crucem, & labores, & per hæc veniet ad gloriam. Vel aliter: Non est nunc tempus festiuitatis, & lætitiæ, cum videam in plenitudine Iudæorum omnem vigere malitiam. Luctus quidem, & lamenti tempus est, cum veritati obsistitur, & voluntas diuina non seruatur. *Tempus vestrum semper est paratũ.* Vos non discernitis tempora, sed semper ad gloriam, & gaudium festinatis, cum tamen scriptum sit: Omnia tempus habent. Tempus flendi, & tempus ridendi, & prius ponatur tempus flendi. Vita enim præsens luctui consecrata est, sequens autem gaudio. Euntes enim ibant & flebant Sancti seminãtes in lacrymis, vt in gaudio metentes venirent cũ exultatione portantes manipulos suos. In vita hac mali appetunt habere bona omnia, futura non curantes, iusti e contra, lib. 2. cap. 17. num. 20. vsque ad 23. Laboribus abundat hæc vita, lib. 9. cap. 15. num. 9. lib. 10. capit. 1. numer. 4. & 9. & 15. a Laboribus ad requiem quomodo nos vocet Deus, cũ potius ab otio ad labores veniant Christiani, lib. nono, cap. 15. numer. 40. & 41. lib. primo, cap. 1. num. 14. Labores fugiens modo piger, mendicabit in æstate, & non dabitur ei lib. 10. cap. 1. num. 9. Lacrymæ huius vitæ pariunt consolationem in futura, lib. 10. cap. 2. num. 3.

Eccl. 3.

5 *Non potest mundus odisse vos. Me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt.* Sententia hæc in multam admirationẽ viros spirituales semper rapuit, in qua Iesus docuit mundanos sibi socios odisse non posse eos, qui bona vocant, quę mala sunt, & mala, quæ bona sunt, vocantes dulce amarum, & amarum dulce, lucem tenebras, & tenebras lucem, cũ tamen Paulus dixerit: Quæ participatio luci ad tenebras? Christi ad Belial? Iustitiæ cum iniquitate? Illos autẽ odio haberi qui recte viuendo testimonium perhibent, quod illorum opera mala sint. Istud enim quotidianæ experientię contrarium videtur, qua uidemus impios inter se frequentissime dissentire. Inter superbos semper sunt iurgia. Si quidem sententia hæc cum primũ conditus esset homo rationis capax proponeretur non a Deo, qui prima veritas est, sed a quouis alio homine, vel Angelo, quando experientia teste nihil didicisset in re hac, sed sicut contigit primis parentibus in gratia conditis, quibus amicitiam sic indidit, vt crederent ita esse omnibus rationabilibus creaturis connaturalem, vt maleuolentiam non credens esse in natura Eua indubie crediderit serpenti, libr. primo, cap. decimo nono, nu. duodecimo. Aut uero proposita hæc sententia esset homini cordato, educato in nemore, hominum consortio priuato, absque dubio in multam res hæc proposita, quam expertus non fuisset, raperet nouitatem. Non solum, quia amabile est bonum, quod obiectum est voluntatis, & odibile malum; sed quia nihil accidere impijs potest vtilius, & conuenientius, quam quod uiris sanctis sint coniuncti, quorum consideratione illis benefaciat Deus, & dum solem suũ communicare voluerit bonis, & eorũ terras rigare, idem beneficium recipiant, qui licet indigni prorsus sint, illis sunt adiuncti. Qua ratione oriendum solem, & veniendam piuiam super iustos dixerat Iesus prius, quia eorum consideratione impij generalium beneficiorum erant participes. Nec impij amplius in mundo conseruabuntur, quam quo tempore in illo reperti fuerint iusti, dicente Domino seruis sollicitis de eradicanda zizania: Non, ne forte eradicantes zizania eradicetis simul & triticum. Sinite vtraque crescere vsque ad messem. Non enim aliam adhibuit rationem Iesus, ob quam zizania eradicanda non essent, nisi quia in medio tritici essent superseminata. Si inquiras, qua ratione huic ciuitati, regno, prouinciæ parcat Deus, vbi tot audiuntur blasphemiæ, periuria, adulteria, &c. vtique quia his admisti sunt iusti. Deus parcit multitudini propter paucos electos, lib. quarto, cap. tertio, num. decimo, libr. quinto, cap. quarto, numer. secundo, cap. octauo, numer. quarto, vsque ad sextum, & nonum. Et sicut stultitia esset maxima, vrgentibus bellis & vbi innumera hostium multitudo vrbem circũdedit vallo, muros solo æquare, quibus inclusi tuendi essent, vt vrbs patens esset, & absque murorum ambitu captu facilis, essetq. ridiculus insanus homo, qui illa occasione vrgente, inuisos haberet muros, & turres, cum pauci, inermesq. homines intra mœnia clauderentur ciuitatis; sic & qui iustum odit, & eum delere de sub cælo desiderat, qui murus adamantinus est, vt Hieronymus aduertit secundum versionem septuaginta interpretũ, lib. 1. c. 23. nu. 6. & 7. hostibus est peruius, vt capiatur, & occidatur. Et qui Hieremiam vocauit datum in ciuitatẽ munitam, & in murum æreum super omnem terrã, illum proculdubio expositum toti reipublicæ vtilissimũ, ne dicã necessariũ. Impij nudi sunt, & inermes, quod protendere voluit Adã fugiens patrata culpa, eo quod nudus esset, qui indumenta amiserat gratiæ. Et Cain, qui tam fuit potens in sanctum fratrem, occiso

Aug. tract. 28. in Ioan.

Prou. 15.

Matth. 5.

Matth. 13.

Hieron. Amos 7.

Hiere. 1. & 15.

Genes. 3. & 4

ciso illo dixit: Ecce eijcis me a facie tua, &c. quicumque inuenerit me inermem, poterit me occidere, quicumque ille sit. Quia destitutus est peccator armis, quæ adnotauit Paulus: Accipite armaturã Dei, &c. Vnum illi refugium restat, ne Deo iuste indignato tartaris tradatur, patrocinium bonorum. Vnde hac ratione patenter colligitur, quam sit insanum odire iustos. Additur etiam his, quod iusti sola sectentur spiritualia, honoribus, diuitijs, & cæteris temporalibus rebus contemptis. Hæc iustorum cura, vt orent Deum, diligant & proximum, cunctis benefaciant: aliena nec accipit, nec desiderat nec vult, qui propria si habuerit, largitur, honores, officia, & dignitates respuit, libere relinquit mundanis, quæ mũdana sunt, vt his vtantur, prout libuerit, qui in vulneribus Christi inclusus est, vt aiebat Bern. mundum nec videre iam dignatur, coronam vel in terra repertam capiti dedignaretur imponere, si hac facilitate totius orbis imperium sibi accipere potuisset. Si ad officia vrgetur, igne misso in ossa, velut alter Hieremias illa acceptat, vel similis Moysi diuina voluntate compulsus, quæ excusationem non admittit, gubernationem recipit populi, qui gregem pascere tutum iudicat, præponens thesauro Aegyptiorum improperiũ Christi. Euangelio docente didicit iustus, vt si voluerit impius cum eo iudicio contendere, vt auferat pallium, quod dimittat ei & illud, & etiam tunicam, & si angariauerit eum, vt vadat mille passus, quod procedat, ne litiget, vlterius, & ambulet duo millia, quod si acceperit iniuriam, non reddat malum pro malo, quod percussus in vnam maxillam reddat alteram patiens. Vide ergo qua ratione adduci potest mũdus, vt eos, qui tales sunt, odio prosequatur? Maxime cum hi nec dicere vsquam norint, ne dicam facere, quæ proximis sunt nociua. In republica iustus, qui vere hoc nomine dignus est, defensor est honoris, & famæ, & bonorum proximi, in cuius præsentia murmurationes ferendæ non sunt, cum charitas non æmulerur, &c. non gaudeat super iniquitate alterius, sed potius congaudeat veritati. Et qui ouis est in his, quæ proprium concernunt honorem, & famam, &c. leoni similis est, ne ferat, quæ in nocumentum fuerint proximorum, quicumque illi sint. Et qui propria dissimulat mala, alienis contristatur valde. His, similibusq. rationibus moueri potest quis, vt odium malorum in iustos admiretur. Ijsdemque rationibus mirabile etiam est, quod de reprobis dicit Iesus: *Non potest mundus odisse uos*, reprobi reprobos odire non valent. In republica enim impius impio nociuus est, dum Dominus eorum multitudine considerata non parcit vlli, dum omnis caro corrupit viam suam. Vnde ea ratione adduci potest malus, vt sibi similem diligat, qua moueri posset quis ad amandum eum, qui omnibus viribus nititur apud Regem, vel iudicem, vt alter suspendio intereat. Sicut enim naturaliter indignamur aduersus dæmonem, quem scimus accusatorẽ esse nostrũ, qui nostrę inuigilat perditioni solo hominum damno satiatus, eamdem indignationẽ merentur, qui male viuentes Deum prouocant ad mundum perdendum, vel ciuitatem destruendam, aut vero vt pestilentia, siccitate, fame, cæterisq. cladibus vrbem infestet, vel depopuletur. Aedificantes Babylonicã turrim, dum vna voluntate firmati sunt in malo, diuisi sunt in gentes. Vnde cum malus vnus sufficiat ad perdendos plurimos, lib. 11. cap. quinto, numer. octauo. Mali sicut pestilentia alij in alios conantur trãsfundere morbum suum, libr. decimo quarto, cap. octauo, num. septimo, capit. 19. numer. 8. & 12. cum hi conglomerantur, proculdubio exitio sunt reipublicæ. Præterea sicut ad odiendos iustos nulla est ratio, cum hi patroni sint, & tutores honoris, & famæ proximorum, ita ad diligendos sceleratos, qui omnium honorem, & famam prodigere conantur, siue illi amici sint, siue inimici, iusti aut peccatores, nulla mundana ratione videtur adduci peccatores, vt eos diligant, cum vnusquisque eorum carnem proximi sui voret, Ephrain Manassem, & Manasses Ephrain, qui fratres erant Ioseph filij. Ab homine impio nec frater securus quidem est, ne dicam extraneus, cum ille pro dentibus gladios habeat. Augustinus interpretans septem sigilla, quæ Ioannes vidit: In secundo, inquit, egressus est equus rufus, & sedenti super eum datum est tollere pacem de terra. Huic equo similes sunt omnes impij, quorum sessor diabolus est, qui equum reddit sanguinolentum alieno sanguine rubicundum. Proprij patris turpitudinem prodere non veretur impius Chã, & tua filebit mala, qui Deum non timet? Qui ad ea tantum aspirat, quæ delectant, etiamsi maximum inferant illa proximo nocumentum, inter quos illud dicunt Hispani, *que por vn buen dicho se puede perder vn amigo*. Mali diabolo suadente lites vsque ad mortem excitant, lib. quarto, cap. 31. numer. 23. Malorum bella pro pace terrena acquirenda, lib. tertio, cap. decimo septimo, numer. septimo. Malorum linguæ gladij sunt maligni, a quibus iusti cupiunt liberari, lib. decimo, capit. octauo, numer. 16. & 20. Mali aues dicuntur immundæ cadaueribus inhiantes, & rapacitati deditæ, dum vitã, & proximi bona conantur diripere, libr. 12. capit. secundo. num. secundo, Et denique sicut iusti dum officia, honores, & dignitates contemnunt, digni sunt qui amentur a mundanis, qui hæc nimis appetunt, ita impij, cum his toto corde inhient, digni sunt qui ab his, qui similia inordinate concupiscunt, odio habeantur. Diligit impius feminam, & illam diligunt alij illi similes, quibus infestus ille sit. Honorem appetis & illum similiter quærunt

Ephes. 6.

6

7

Aug. hom. 5. *in Apoc.*

multi, officium, diuitias, & cum non tot ſint officia, dignitates, diuitiæ, quot ſunt qui illa quærunt, hinc paſsiones, & odia conſurgere inter impios eſt neceſſum. Vnde Philoſophus dixit quod figuli corrixantur ad inuicem. Auarus auarum odit ſibi contrarium, & ambitioſus eum, qui talis eſt. Vnde aiebat Chryſoſtomus: Omnes, qui vnam rem in ſæculo appetunt, ſincero, & puro nequeunt amore coniungi, libr. primo, cap. decimo ſexto, num. 6. 8. & 9. Vnde fit vt bellum intus ſine inducijs geratur. Semper internæ ſunt inimicitiæ inter eos, qui tales ſunt, etiamſi non ſemper exterius prodeant. Conſequens ergo ex his videretur, quod mali odiant malos, & mirum quod Dominus dixit: *Non poteſt mundus odiſſe vos*. Quæ diximus experientia teſte vera ſunt, cũ his etiam eſt indubitatum, quod Dominus in his verbis protulit, in quibus ea aſſeruit, quæ homines experiuntur. Licet enim in republica iuſti tales ſint, tamq. proficui, ſicut diximus, odiuntur nihilominus ex eo, quia teſtimonium perhibent de homine mundano, quod opera eius mala ſunt, vel verbis docendo, exhortando, arguendo, vel factis. Vita enim iuſtorum vermis eſt in anima impij ipſum corrodens, & lacerans, nec vellet illũ talem eſſe, quo ipſius perdita condẽnatur vita. Vnde Sapientiæ 2. cum primum protulerunt iuſtum operibus ſuis eſſe contrarium, protinus intulerunt: Grauis eſt nobis etiam ad videndum, quoniam diſsimilis eſt nobis vita illius, abſtinet ſe a vijs noſtris, tãquam ab immunditijs. Et nulla alia quæſita cauſa concludunt: Morte turpiſsima condemiemus eum. Baſilius inquit: Hi ſedent in cathedra peſtilentiæ, quia omnes, ſi poſſent, vellent efficere malos, vt propriam euaderent infamiam, & quia iuſtos traducere non valent, illos odio proſequuntur grandi. Mali cruciantur viſa bona vita iuſtorum, lib. 1. cap. 25. numer. ſexto. Mali perſequuntur iuſtos, quia non eis conſentiunt in malo, libr. quinto, cap. quarto, num. 12. Mali deteſtantur iuſtos, quia iuſti ſunt, libr. 9. capit. 26. num. 8. 13. & 18. libr. 11. cap. 15. numer. 22. & 23. cap. 16. numer. 12. & 13. Mali gaudent de ruina Sanctorum, quam credunt ſuorum ſcelerum conſolationem, lib. decimo quarto, cap. 19. num. 4. 5. & 15. Ideoq. illos deuorare conantur, vt vnum corpus fiant, ibidem num. 15. Vnde quamuis iuſti impijs ſint proficui, illos oderunt propter hoc. Vnde ait S. Thom. quod duplex eſt amor, amicitiæ & concupiſcentiæ. In amore concupiſcentiæ qui reſpicit bonum vtile, vel delectabile, ſimilitudo eſt cauſa odij. Cum enim iſto amore aliquem diligimus in quantum eſt nobis vtilis, vel delectabilis, quidquid eſt impeditiuum vtilitatis, vel delectationis, odio habetur, & quia impius honorem, & officium a me aufert, vel feminam, quam impudicus concupiſcit, ideo oditur. Sed amor amicitiæ quia eſt propter alterum, nec vtilitatem reſpicit, nec delectationem, ſed tantum alteri bene velle, hoc modo mali ſe diligunt ob ſimilitudinem. Vnde a Iob (S. Thomas) pulchre ſcriptum eſt: Dulcis fuit glareis Cocyti. Poetæ enim in inferno fingebant quod inter alios erat quidam fluuius nomine Cocytus, quo animæ malorum perducebantur, & ſicut alij fluuij trahunt glareas, ita ille fluuius quodammodo inuoluebat animas impiorum. Dicitur ergo impius dulcis fuiſſe glareis Cocyti, quia eius conuerſatio acceptabilis fuit malis. De his dicitur Nahun inquit Gregorius: Sicut ſpinæ ſe inuicem complectuntur, ſic conuiuium eorum pariter potantium. Horum conuiuium eſt delectatio temporalium voluptatum, in quibus dum conſentiunt, & dicunt: Marſupium vnum ſit omnium noſtrum, pariter potare dicuntur. In his ergo verbis voluit dicere Ieſus: Non poteſt vos mundus ea ratione, qua me odit, odiſſe, vtpote qui ſimiles eſtis mundo, cum me odiat ob diſſimilitudinem; amor autem ex ſimilitudine. *Non poteſt mundus odiſſe vos* quamdiu, ſcilicet tales eſtis ſimiles mundo. Similitudo tamen ex accidenti quodam nonnumquam eſt odij cauſa, nimirum quatenus illa alicui impedimentum præbet, vt rem optatam conſequatur. *Me autem odit, &c.* Num ob malefacta? Non. *quia teſtimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala ſunt.* Cum tamen hoc non mereretur odium, ſed dilectionem, laudem, & gratitudinem, libr. primo, cap. tertio, numer. 8. & 15. Cum correctio fraterna diligenda ſit ab his qui ea egent, lib. tertio, cap. 28. numer. 8. cap. 29. numer. 1. vſque ad 4. 7. 13. & 14. De re hac multa docentur, lib. tertio, cap. vigeſimo nono. Pſal. 108. Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi, odioq. habuerunt me gratis. Hic igitur vides quod mundus ſit primo in ſe malus: Mundus in maligno poſitus eſt. Secundo ſolos malos, & ſibi ſimiles amat, & prouehit. Tertio pios ſibi diſsimiles odit, & non præmiat dicente Salomone: Vidi ſeruos in equis, & diuites ſedere deorſum: eos, ſcilicet, qui virtutibus diuites ſunt, videt ambulantes quaſi ſeruos ſuper terram. Quarto non vult corrigi. Quinto omnem, qui corripit, odit. Vir peſtilens odit bene monentem. Mundus odit iuſtos, quia huic ſæculo non conformantur, libr. primo, capit. 18. num. 18. libr. ſecundo, capit. ſexto, numer. 20. & 21. libr. vndecimo, cap. decimo quarto, numer. decimo, & vndecimo, cap. decimo quinto, numer. decimo octauo. Quod autem Chriſto contigit, omnibus pijs contingit. Tantiſper enim mundus eos amat, quamdiu tacent, diſsimulant eorum vitia, ſtatim autem vt arguere incipiunt, odium incurrunt.

Vos aſcendite ad diem feſtum hunc. Ego autem non aſcendam. Rupertus. *Ego non aſcendam*, videlicet ea cõſideratione qua dicitis vos, vt aſcendam, ſcilicet ſublime de me ſpectaculum, & gloriam quæſiturus, aſcendit autem in occulto, & ſine ſtrepitu, non animo vane manifeſtandi ſe. Vel: Non aſcendam vobiſcum. Vel: Non adhuc, vel: Non palam. Aſcendit, ſic vt doceat hominum gloriam in bonis operibus fugiendam. De gloriæ contemptu diſſeritur late, libr. ſeptimo, capit. quinto, vbi docetur quod iuſti mundanam gloriam contemnant, peccatores autem eam vehementer exoptent.

9 *Vbi eſt ille?* Rupertus. Vide nunc quanto veneni præcordialis ardore ſæuiant hæc germina viperarum, dum Ieſum nec nominare volunt præ odio. Atqui indigni erant, qui dulciſsimum Ieſu nomen ore polluto nominarent. Nomina reticere eorum, quos nominamus, ſignum odij eſt, libr. quarto, cap. ſexto, numer. decimo quarto. Modo autem nomen pretioſiſsimum ad ſolas iurationes, & periuria contempribiliter aſſumitur a Chriſtianis, lib. nono, cap. vndecimo, num. 7. & 8. Nomen Dei non nouit, qui illud aſſumit in vanum, nec honorat, libr. 12. capit. ſecundo, numer. 19. Iurare, & adorandum nomen Dei ore polluto aſſumere, impium eſt, lib. nono, capit. vndecimo, numer. ſeptimo, octauo, & decimo.

10 *Quidam dicebant: Quia bonus eſt. Alij autem dicebant: Non, ſed ſeducit turbas.* Vide hic ſummam Chriſti abiectionem. Ipſe a Deo iudex viuorum, & mortuorum conſtitutus erat, ipſiq. pater omne iudicium dederat, hac tamen poteſtate diſsimulata, permittit ſe a vulgo iudicari. Quam bonus Iſrael Deus his, qui recto ſunt corde. Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum. Sicut ergo Chriſtus patienter tulit aliorum de ſe iudicia, eaque peruerſiſsima, ſic credentes oportet ferre mundi iudicia. Conſtituti iudices venient Sancti in iudicio, interim ſileant iudicati. Mundanorum iudicia cum ſint corrupta, & ridicula, contemnenda ſunt, libr. vndecimo, cap. decimo quarto, num. quarto, vſque ad 6. 8. 10. 12. & 14. Illorum autem, qui dicebant de Ieſu: Quia bonus eſt, nullus palam loquebatur propter metum Iudæorum eorum, qui eum vocabant ſeductorem turbarum.

Qui me erubuerit, hunc
& filius hominis
erubeſcet.

FERIA QVARTA
poſt Dominicam in Paſsione.

Euangelium.

Facta ſunt Encænia in Hieroſolymis, & hyems erat. Ioan. 10.

AD intelligentiam huius Euangelij aduertendum eſt, vt intelligamus in cuius dedicationis memoriã hęc encænia celebrabantur a Iudæis. In ſcripturis legi de triplici dedicatione templi: Prima eſt quæ legitur 3. Reg. 8. facta ſub Salomone in menſe Septimo, qui correſpondet noſtro Septembri, quo fecit Salomon ſolemnitatem celebrem. Sed in memoriam huius dedicationis non eſt inſtituta a Iudæis annua aliqua feſtiuitas, vnde hæc encænia non erant in huius memoriam. Secunda fuit templi dedicatio, quæ facta eſt poſt ſecundi templi ædificationem a reuerſis e captiuitate Babylonica, de qua legitur 1. Eſdræ 6. & facta fuiſſe videtur in menſe Adar, qui illis eſt duodecimus correſpondens noſtro Februario. Et in huius dedicationis memoriam Chryſoſtomus, Theophilactus, & Caietanus, & alij exiſtimant encænia hæc, de quibus loquitur Euangeliũ hodiernum, fuiſſe celebrata. Quod non videtur verum, cum in ſacris litteris ob hanc dedicationem annua feſtiuitas inſtituta non fuerit. Tertia dedicatio fuit facta menſe nono, qui correſpondet noſtro Nouembri, a Iuda Machabæo poſt repurgationem templi ab Antiocho profanati, & extructionem noui altaris, quando contritis inimicis aſcenderunt mundare ſancta, & renouare. Et ſurrexerunt Machabæi quinta & vigeſima die menſis noni (hic eſt menſis Caſleu) & obtulerunt ſacrificium ſecundum legem ſuper altare holocauſtorum nouum, quod fecerunt, &c. Et fecerunt dedicationem altaris diebus octo, & obtulerunt holocauſta cum lætitia. In huius dedicationis memoriam encænia, de quibus hic fit mentio, celebrata ſunt, quod pater tum ex eo quod hyemis tempore hæc ſit facta, tum quod a Iuda Machabæo inſtituta fuit annua feſtiuitas ob factam illam templi purgationem, & altaris dedicationem. Sic enim ſubditur loco prædicto: Et ſtatuit Iudas, & fratres eius, & vniuerſa Eccleſia Iſrael, vt agatur dies dedicationis altaris in tempo-

ribus suis ab anno in annum per dies octo cum lætitia, & gaudio. Vera autem renouatio templi apud nos fit, cuius illa extitit vmbra, quando restauramur in templum Spiritus sancti, vt dicitur ad Corinthios: 1. *Cor.6.* Nescitis quod corpora vestra templum sunt Spiritus sancti, qui habitat in vobis? Hæc autem pœnitentiæ vis est, vt illa miseranda animæ ruina reparetur, quæ peccante homine accidit. Sicut enim Deo astante omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino: Quoniam elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi, addit: Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam a templo illo nusquã 1. *Mach.1* recedens, nisi inde homo me pellat. At sicut olim Antiochus radix peccati templum ingressus cum superbia accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & vniuersa vasa, & mensam propositionis, phialas, mortariola aurea, & comminuit omnia, & sanctificatio eius desolata est: sicut solitudo, & dies festi eius conuersi sunt in luctum, Sabbata eius in opprobrium, honores eius in nihilum, prohibuit holocausta, & sacrificia in templo Dei, iussit coinquinari sancta, iussit 1. *Mach.4* ædificari idolis aras. Et infra: Cum Iudas, & eius fratres ascenderunt, vt viderent templum, perspexerunt sanctificationem desertam, altare profanatum, & portas exustas, & in atrijs virgulta nata, sicut in montibus. 2. *Mach.6* Et vt omnium calamitatum summa ediceretur, legitur quod luxuria, & comessationibus erat plenum, & scortantium cum meretricibus, *hecho mancebia publica*. Hæc erat celeberrimi & inclyti Salomonis templi ruina, cum de renouando eo consultantes Machabæi dixerunt: Ascendamus mundare sancta, & renouare, & elegerunt Sacerdotes sine macula voluntatem habentes in lege Dei, & mundauerunt sancta, cum tamen ipsi prius scidissent vestimenta sua, & planxissent planctu magno, & imposuissent cinerem super caput suum, & cecidissent in faciem super terram clamantes ad Dominum. Hanc tem- *Ezec. 8.* pli nostri ruinam miserandam Propheta Ezechiel mire explicuit, dum in visione Dei adductus in cincinno capitis in Hierusalẽ fuit, vbi innumera mala vidit, quæ late edisserit 2 Hieronymus. Anima in se altare habeat, in quo orationum hostias, & victimas passionum mactet, lib. 6. cap. 2. numer. 1. & 11. De statu peccatoris miserãdo multis in locis eleganter disseritur, potissime, libr. secundo, cap. 10. numer. 17. vsque ad 20. cap. 17. num. 2. 3. & 13. cap. 19. num. 27. vsque ad 29. libr. 4. ca. 19. numer. 6. 8. & 14. libr. 14. capit. 17. per totum. Peccata priuant homines maximis bonis, libr. decimo quarto, cap. 19. numer. 6. 8. 9. & 14. cap. 33. numer. quinto, lib. 14. cap. sexto, numer. 14. 16. 17. 19. 22. vsque ad 29. 31. 33. & 40. per totum caput. Hæc damna per pœnitentiam reuocanda sunt, & pellenda ab anima. Pœnitentiæ enim lacrymæ ignem extinguunt peccati, libr. tertio, cap. 25. num. 11. & 14. libr. 14. capit. 21. numer. 24. 25. 45. & 49. capit. 22. numer. 32. 33. 43. 47. & 48. cap. 23. numer. 9. 10. & 24. Pœnitentia quotidie agenda, vt reparentur, quæ per peccatum veterascunt, lib. decimo quarto, cap. 23. numer. 6. & 13. Pœnitentem animam summe amat Deus, quia ad maiora quandoque bona eleuat pœnitentia, quam dederat innocentia, lib. decimo quarto, capit. 21. numer. 22. & 25. Huius reparationis figuram celebrabant Iudæi Hierosolymis, *& hyems erat*, in quo frigida Iudæorum (Gregorius) significabatur impietas quia mentes eorum a diuino igne auersas diabolus tamquam glacialis Boreas afflauerat. Peccatum frigori comparatur, quia mentem torpore constringit, *Cant.* lib. 14. cap. 13. numer. sexto. Sicut enim Spiritus sanctus Austro comparatus Aquilonem fugat, & perflat hortum animæ, vt fluant aromata illius, sicut Magdalenæ contigit, quando flante illo lauit cor ipsius pœnitentis, liquefecitq. & refecit resoluram in lamentis verbũ missum cælitus. Spiritus sanctus Auster dicitur, cuius flatu Sanctus concalescit, libr. duodecimo, cap. tertio, numer. 34. libr. 16. cap duodecimo, numer. 57. Ita dæmon *Eccl.43.* quasi ventus Aquilo, dum flat, gelauit crystallus ab aqua, & quia talia erant Iudæorũ corda, dum Iesus ambularet in porticu Salomonis, id in hyeme accidisse aduertit Euangelista. Vnde tales cum essent *circumdederunt eum, & dicebant ei: Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam.* Iesum circumdederunt Iudæi in passione, vt apes fauum, quia eum nobis duleissimum reddiderunt, lib. tertio, capit. 10. numer. 52. Ideo scriptum est illius nomine: Circumde- *Psal. 21.* derunt me, sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis. Circumdederunt me vituli multi, & sicut tauri pingues obsederunt me, vt me cornibus ventilarent, & meum ad instar ignis virorem consumerent. Circumdederunt eum, non vt ipsum secum retinerent, id quod pij faciunt: Tenui eum, nec dimittam, sed vt perderent. *Quousque animam nostram tollis?* Iussisti Domine, & sic est, vt pœna sua sibi sit omnis inordinatus animus, ipse seipsum vt vermis lonæ rodat, & spiritus illius tristis exsiccet propria ossa, contabescat liuore. *Quousque animam nostram tollis?* id est, suspẽdis, hoc est, quamdiu animos nostros. aut nos suspensos tenes verborum tuorũ ambiguitate? *Si tu es Messias, dic nobis palam,* & libere, omni propulsato metu. Considera horum *Iansenius.* peruersitatem, quod cum per sermonem erudit, & ad credendum in se admonet, dicũt ei: Quod signum ostendis nobis vt credamus tibi? Cum autem opera demonstrat, quæ ipsum *Ioann.6.* arguebant esse Christum, dicunt ei: *Si tu es Christus,* vt multi propter opera tua arbitrantur, *dic nobis palam*; quod cum diceret, aiebãt: *Tu de te ipso testimonium perhibes, & testimonium tuum non est verum.*

In

3 In his autem verbis duo sunt, quæ multa cõsideratione pensanda sunt: Alterum est, in quo miser aperitur status peccantium, miraque iustorum patientia in re, quæ ipsis parum nocet. Alterum est, quibus rationibus adduci potuit Iesus, ne Iudæis propalaret, quod postulabant, cum tam esset illis conueniens, & necessarium. Circa primum, antiqua res & est, & fuit semper in orbe & malum viris scelératis commune, animum perditum nomine zeli, & virtutis, boni publici, sub prætextu diuini honoris inuidiã, & perditum erga iustos animum operire; cum illud certum sit, id ab eorum mentibus longe abesse. Mali in ore mel, venena autem habent in corde, quod frequẽs malum est, lib. nono. cap. 17. nume. 1. 7. 9. vsque ad duodecimum. 11. vsque ad 23. lib. decimo. capit. nono. num. quarto. Mali, quia sine causa odiunt iustos, modo vnam, modo aliã fingunt, sicut isti indignabantur contra Iesum, & cum illis diceret, & cũ taceret se esse Messiam. li. 9. cap. 20. numer. tertio. Hi re vera angebantur *Hom. 41. in Matth.* inuidia, quam zelo agnoscendi Iesum palliabant. Inuidi enim, vt aiebat Chrysostomus, beneficiis aliorum, velut acerbo morsu exagitantur, aliorum iacturas suos quęstus existimant, & aliorum felicitatem suam miseriam arbitrantur, alunturque sicut scarabæi sterco *5. Mor. c. 33.* re, sic isti aliena aduersa fortuna. Hanc, vt re- *Tron. 14.* fert Gregorius, recte vocauit sapiens putredinem ossium, quia per illam ante Dei oculos pereunt etiam fortia acta virtutum. De inuidia late differitur. libr. nono. capit. quinto, per totum. Sed tamen quod in re hac considerare debet iustus, illud est, quod quantumcumque ei nocere cupiat inuidus, siue verbis, siue factis, nulla ratione ei nocet, sicut Origenes in Iob alte considerauit, ubi cum Patriarcha sãctus, & bonis temporalibus, fama, honoribusque priuatus esset, & salute, filiis orbatus, capillos capitis amputauit, vt innueret non magis tantis tribulationibus cruciari, quam si superflua capillorum tonderentur. Et cum vestimenta sua scidit, non quidem id impatientiæ extitit signum; sed se præparauit ad plagas, quasi diceret: Ecce dorsum nudum, ecce corpus detectum, ut me flagelletis. Mali, dum *Cant. Iob.* iustos persequuntur, sibi & non illis nocent, lib. quarto, capit. 36. numer. secundo. 11. 12. & 14. lib. nono. cap. 16. nume. secundo. capit. 20. nu. 4. 6. 7. 9. 10. 15. 20. & 23. Sed tamen quod in istis considerandum est, & a nobis ualde timẽdum, illud est, quod iisdem mediis, quibus isti trahendi essent ad bonum, amplius obdurati sunt, & qui dicere debuissent: Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est, indurati sunt similes effecti malleatoris incudi, ut cor durum male habeat in nouissimo. Deus quo modo dicatur sanctus cum sancto, & cum peruerso peruerti. lib. secundo. capit. 14. numer. 4. lib. quarto. cap. 24. nume. 4. 5. & 13. Deus, vnus cum sit, secundum variam recipientium dispositionem alius, atque alius dicitur. libr. 4. cap. 24. nume. 15. 16. 18. & 20. Assiduitate enim peccandi ad id mali venit anima. Quod & multis hominum accidisse dolendum est, qui multiplicatis iniquitatibus, vix ullum inueniturmedium, quo pristinam derelinquamus peccandi consuetudinem, siue sermonibus, siue minis, consiliis, timoribus, & beneficiis Deus animos pulser. Vnde aiebat Ecclesiastic. *Eccl.* 18. *Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis, id est, diabolo, quia auctore Augustino dum consentitur,* *Aug. li. 4. cõtra Iul. Pelagian.* vincitur, trahitur, capitur & possidetur. Quod de gentibus, quas debellauit Iosue, scriptum legimus. Domini enim sententia fuerat, *Iosue* 11. vt obdurarentur corda eorum, & pugnarent contra Israel, & caderent, & non mererentur ullam clementiam, ac perirent. Peccata 4 in exordiis trucidanda. libr. secundo. capit. 7. num. 35. cap. octauo. num. septimo. cap. 11. nu. secundo. lib. 4. cap. 31. numer. nono. decimo, & 37. lib. 14. cap. 7. num. 26. cap. octauo. num. 1. 2. 4. vsque ad 6. 8. 9. 12. 16. 18. 19. 22. & 29. Peccata. conturbant animam, & peccatorem virib. priuant. lib. tertio. cap. quarto. num. quinto. & sexto. lib. 14. cap. sexto. nume. 42. vsque ad 44. Peccatum, & pœna præcedentis peccati eadẽ res est frequenter. lib. vndecimo. cap. 14. num. quinto decimo. Peccato obnoxio non prosunt admonitiones, &c. lib. 14. cap. sexto. num. secundo, vsque ad quartum. De obduratione, quæ oritur ex assiduitate peccandi, multa disseruntur eleganter. libr. 14. cap. 7. per totum. Isti ergo, cum in profundum venissent malorum, nec verbis, nec egregiis Domini factis, nec terroribus adduci potuerunt ad bonum, & a malis reuocari. Quibus similes sunt Christianorum innumeri, qui peccatis assuefacti nec concionatorum terroribus, nec promissis, immo nec iudicum pœnis arcentur a malis, quibus longa consuetudine peccandi implicati sunt, & id summum est malum. In peccatum enim cadere luctantem mirum nõ est, sed iacere deiectum non recipere vulnera, sed ea non curare, lib. 14. cap. 7. num. 6. 9. 11. & 18. cap. octauo. numer. primo, & decimo quinto. Sumus autem acrius puniendi, quam Iudæi, dum eorum peccatis visis, & flagellis non emẽdamur. lib. 14. cap. 6. num. 4. & 5. cap. 10. num. 10. & 13. Peccatum quasi Rex mentem calcat, cum eam non resistentem possidet. lib. 14. ca. octauo. num. 35. Peccatum primum fit, secundo sine confusione aperitur, tertio in consuetudinem ducitur, quarto falsa spe, vel obstinatione nutritur, ibidem numer. trigesimo, vsque ad 33.

Circa secundum inquirendum est cur, cum Messiæ fides, ac cognitio esset ad salutem ani- 5 mæ omnino necessaria, a qua innumera pẽdebant bona, sine qua etiamsi illi Angelicam ducerent vitam in terra, cælum ingredi non valerent, & ex altera parte cum Iudæorum principes verbis multis significarẽt desiderio huius cognitionis teneri, qua ratione qui cæcũ mendicantem, & Samaritanam omnino de re hac non sollicitos docuit se esse Christum, immo

mo

mo & illam multis sceleribus implicatã, quæ nec vas aquæ sitienti Domino porrigere voluit, clarissimis verbis dicenti: Cum venerit Messias ille docebit, quæ cultum Dei concernunt, protinus, incunctanter, & perspicaciter respondit: Messias iam aduenit, & qui loquitur tecum, ipse est. Præterea iubente lege vt inimicum errantem reduceret homo ad viã, & quod maledictus esset, qui errare faceret cę cum in itinere, id docere voluit lex, quam sollicitudinem gerere deberent homines vt fratrem, etiamsi inimicus ille esset, ab errore reuocarent, quod & Iesu Domino negotiũ præcipue cõmissũ est, qui datus est in lucẽ gẽtiũ, vt esset salus ab extremis terræ adducẽs ĩ sui cognitionẽ ẽt eos, qui in remotis ignorãtię partib. cõmorabantur. Quoniã, vt aiebat Bernardus: Ipse erat futurus in mundo, sicut vnguentum in capite, quod descendit & in barbam, & in oram vestimenti, se communicans non solum iustis, sed etiam peccatoribus. Abore enim tuo Domine Iesu, quamdiu in terris visus cum hominibus conuersatus es, semper patuit veritas, quam cunctis ea egentibus reseruabas libentissime. Vnde cum docturus esses Samaritanos, quæ ipsorum concernerent salutem, id ea promptitudine, animique alacritate facere dixisti, qua famelicus comedit, & agricola in sęgetes falcem mittit. Nec mirum id, aut nouum videtur his, qui Esaiæ vaticiniũ legerunt, vbi Messiæ nomine inclamauit: Palam apparui non quærentibus me, inuenerunt me, qui non quęsierunt me, dixi: Ecce ego, ecce ego ad gentem, quæ nesciebat me, & quæ non inuocabat nomen meum. Nec id solum, sed subdit: Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes suas, populus qui ad iracundiam prouocat me, qui dicunt: Recede a me non appropinques mihi, quia immundus es. Vbi Hieronymus animaduertit, ideo Dominum dicere habere se manus expãsas, vt largitatem donantis ostendat, quod nihil eis petẽtibus denegauerit, sed continuo ea porrigeret, quæ postulabant. Quid tibi vis faciam? Domine vt videam. Respice. Alibi: Volo. Mũdare. Quæ Hieronymus de aduentu Messiæ interpretatur. Et Cananeæ dixit se missum ad oues perditas domus Israel. Hi autem licet in similitudinem ouium & errassent, & declinassent vnusquisque in viam suam, re vera oues erant illius, quæ quanto longius errabant a veritate, tanto maiori diligentia ad illam reducẽdi essent, vt in his adimpleretur, quod promissũ est: Omnis, qui petit, accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur. Qui dixisti: Adhuc te loquente dicam, ecce adsum, aperi clamantibus ianuam vitæ. Vbi est nunc Domine zelus tuus, & fortitudo tua multitudo viscerũ tuorum, & misericordiarum tuarum super istos? Continuerunt se qui clamant: *Quousque animam nostram tollis? &c.* De te Domine inter omnes homines, & super omnes creaturas scriptum legimus: Inuocaui, & veni in me spiritus sapientiæ, quam sine fictione didici, & sine inuidia communico, & honestatem illius non abscondo cum infinitus thesaurus sit hominibus, quo qui vtuntur, participes fiũt amicitiæ Dei. Qui Rex erat, & pastor, via, & porta. lib. 18. capit. nono. numer. octauo. homines ignorantes ad viam veritatis reducere debuisset. Et qui nimis optabat habere quos saluaret. lib. decimo quarto. capit. 23. numer. 5. quærentibus salutem non palam respondet. Christus capreæ cõparatur, quia visũ restituit homini. li. 3. c. 5. n. 8. c. 9. n. 38. Quæ hactenus dicimus, indubie credẽda sunt, quod prope est Dominus omnib. inuocãtibus eũ sed inuocãtibus in veritate, nõ ĩ mẽdacio, vt isti faciebãt. Quę hactenus diximus, omnia effecit Christus, immo plura, & maiora, quæ nec dici valent, nec intelligi, vt cæci non errarẽt in via, & errantes oues reducerentur ad caulas. Si cæco, Samaritanæ, & aliis apparuit semel, aut iterum, his millies & verbis, & exemplis se cõmunicauit, manusque habebat extensas his, qui eum nec quærebant, nec recipere volebant, nullum medium intentatum reliquit effundens instar fluminis multitudinem miseri cordiarum suarum. Spiritus sapientiæ in illos frequenter effusus est, & fluuius Dorix, qui exierat de Paradiso, eorum ariditatem rigare satagebat, & tamen ipsi eum recipere noluerunt, & propterea tacet, modo; quia si palam diceret, quod vt eum perderent, ipsi interrogabant, proculdubio omni ex parte essent inexcusabiles, qui audissent testimonium prolatum a eo, qui testis erat omni acceptione maior, qui quod verbis dicebat, euidentissimis miraculis confirmabat. Et ita quod grandi Domini bonitate manifestum est cæco, Samaritanæ, qui hoc medio Christum recipientes in viros alteros mutati sunt, eadem bonitate celatum est hos, qui tanto beneficio abuti deberent in suam ipsorum perditionem. Vnde Bernard. in sermone contra pessimum vitium ingratitudinis, dixit: Misericordiæ res est in hac parte subtrahere misericordiã, & ingratis negare, quod postulant, ne contingat nobis, vt tanto grauius de ingratitudine iudicemur, quanto magis accumulatis beneficiis ingrati probabimur extitisse, sicut etiam iræ, & indignationis est indicium misericordiã exhibere illam, de qua dicitur: Miseream- mur impio, & non discet facere iustitiam. Et ita arbitror, quod licet ex vna parte acriter indignatus Deus dixerit Iudæis: Mandabo nubibus, ne pluant super vineam meam imbrẽ, id est, prædicatorum claudam ora, ne prædicent, id etiam misericordia sua efficiebat, ut tolerabilior esset eorum damnatio, qui verbis sæpe repetitis non obtemperarent, similes illis, de quibus scriptum est: Indulsisti gen ti Domine, indulsisti genti: numquid glorificatus es? id est, cum multa & grandia illis contuleris beneficia, numquid te cognouerunt, aut glorificauerunt? Non, sed longe recesserunt, & ideo ab eis benefaciendo desiste, cum etiam-

Ioann. 4. *Esai. 65.* *Ioann. 9.* *Esa. 26* *Esa. 5.* *Esa. 26*

ciantur peiores beneficiis. Vocem proculdubio multi illorum audierant patris contestãtis ipsum dilectissimum esse filium eius, clara perpendebãt Prophetarum oracula in illo impleri, testimonium audierant Ioannis Baptistę Prophetarum eximij, quem ipsi magnipendebant valde, miracula prospiciebant ingentia nusquam lecta, aut visa in alio aliquo, multos videbant illuminatos in re hac, & tamen illum recipere contempserunt, & propterea palam illis non loquitur. Beneficia Dei cessant, quando homines his abutuntur. lib. 2. ca. 10. nume. 2. vsque ad 4. & 13. cap. 11. numer. 7. Beneficia secundum variam recipientium dispositionem eadem, aliis cedunt in bonum, aliis in malum, ibidem cap. 10. num. 9. vsque ad 12. 23. & 26. cap. 11. num. 8. & 9. 19. & 20. capit. duodecimo. nume. 20. cap. decimo quarto. numer. quarto, & sexto. Licet enim uerbis vterẽ

Psalm. tur blandis: *Si tu es Christus, dic nobis palam*, re vera illius oris verba iniquitas erant, & dolus. Iniquitas est aculeus manifestus, dolus occultus. In his verbis vtuntur dolo, vsuri postea iniquitate. Dicit Philosophus octauo de animalibus, quod animalium habentium aculeũ quædam habent ipsum occultatum infra corpus, sicut apes, & vespę, quia earum aculeus est subtilis, & debilis, & ideo faciliter destrueretur, si extra situaretur. Quædam habent extra, sicut scorpiones. Sic mali vtuntur aculeo manifesto, quando rapiunt pauperum bona, vel conuiciantur, vel aliqua iniuria manifesta opprimunt, quando palam nocumenta infe-

Apoca. 9. runt, de quibus dicitur: Data est eis potestas, sicut habent scorpiones terræ, & cruciatus eorum sicut cruciatus scorpionis, quando percutit hominem. Sed qui habent occultũ, sunt, qui detrahunt, qui sub velamine verborũ mol-

Prouer. 1 lium alios vendunt, laqueos instruunt, de quibus dicitur: Ipsi contra sanguinem suum insidiantur, & moliuntur fraudes contra animas suas: Et quamuis (Hieronymus) ipsi currunt ad malum, & festinant, vt effundant sanguinem, frustra iacitur rete ante oculos

7 pennatorum. Mali imperfectorum dicuntur subuersores, perfectorum autem scorpiones, quos palpando feriunt. lib. decimo. cap. nono. nume. quarto. Mali apes dicuntur, & scorpiones, quia dulces, & blandi in facie videntur, cũ intrinsecus habeãt aculeum, & uenenum. libr. 11. cap. 15. num. 25. cap. 16. nume. 10. Mali aues dicuntur immundæ cadaueribus inhiantes, & rapacitati deditæ, dum uitam, & proximi bona conantur diripere. lib. 12. cap. 2. numer. 2. Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum, da illis secundũ opera eorum, & secundum nequitiam adinuẽtionum ipsorum. Hominum enim adinuentio hæc est, quod cum linguę a naturæ auctore data sint ad exprimendos internos animæ cogitatus, illi nequitia sua adinuenerunt, vt linguа proferant contraria eorum, quę gerũtur

Prouer. 11 in corde. Et dum de iustis dicat Salamon: Simplicitas iustorum diriget eos: De reprobis sub

dit: Et supplantatio peruersorum vastabit illos. Et Ecclesiast. Est qui nequiter se humiliat & interiora eius plena sunt dolo. Hi sunt similes Racheli, quæ sub stramine cameli abscõdit idola Laban patris sui. Stramenta cameli, & asper religionis habitus bona horum uerba sunt, recta demonstratio sanæ mentis, qua ostendebantur solliciti de cognoscẽdo Messia, & sub istis erant idola, cupiditas, ambitio, auaritia, superbia, quibus agebantur, vt inquirerent a Domino, an Messias esset, vt eum id cõfitentem, ut blasphemum lapidarent, & propterea ad interrogata respondere non vult.

Eccles. 19. *Gen. 31.*

Oues meæ uocem meam audiunt, & ego cognosco eas, &c. usque ad illa verba: *Et non rapiet eas quis quam de manu mea.* Iusti vt fertiles ouibus comparantur. lib. 18. cap. 15. num. 22. & 27. Iusti oues sunt ascendentes de lauacro omnes gemellis fœtibus, in quibus sterilis non est. lib. 9. capit. decimo nono, num. nono. Vocantur iusti oues, vt colligas specialem Dei prouidentiam erga illos similem esse illi, qua pastor oues curat relictis lupis. Dei prouidentia specialis est in San os. lib. secundo. cap. 13. num. 34. lib. quarto. cap. tertio, num. primo. tertio, quinto, usque ad 7. 9. 10. 12. 14. 15. 17. 19. vsque ad 22. & 26. Ego agnosco eas, vbicumq. sint, quia eas signare fecit signo Tau: Et signo Dei viui electi in frontibus signati sunt. Et propterea non peribunt in æternum. Summa ouium consolatio. Rachel plorat filios suos, nec vult consolari, quia non sunt. Sed quid dicitur? Cessет vox tua a lacrymis, &c. reuocabo filios tuos. Sic Abel occisus videbatur a fratre, sed sanguis eo mortuo clamat. Sic de Abraham, Isaac, & Iacob iam uita functis dicitur; Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, &c. Quo verbo ostẽdere Dominus uoluit eos non periisse. Occisos vidit Ioannes sub altari Dei singulas stolas accepisse, & corporum expectare reparationem in gloria, ut cum Christo regnent in æternum, qui oues ducat ad fontes aquarũ. Hinc dictum est: Iustorum animę in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace, & si coram hominibus tormenta passi sunt, spes electorum immortalitate plena est, quoniam Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se. Ideo subdit: Nemo rapiet eas de manu mea. Habet quidem Diabolus varias nocendi artes, habet & mundus ex una parte Pharisæorum auctoritatem, Sacerdotum dignitatem, habet Reges armatos, Præfectos, iudices, tribunalia, carceres, catenas, uirgas, secures, eculeos, exilia, mortes, & quidquid terrorem constantibus animis solet immittere. Habet ex aduerso voluptates, honores, dignitates, & quidquid animos, quamlibet incorruptos solet corrumpere. His omnibus machinis utitur mundus, ut extorqueat oues de manibus Christi. Huius figura præcessit in Dauide: Pascebat, inquit, seruus tuus oues patris sui, & ueniebat leo, vel vrsus, & rapiebat arietem, & sequebar eos, & percutiebam, eruebamque

Ezech. 9. *Apoca. 7.* *Hiere. 31.* *Exod. 3* *Apocal. 5* *Sapient. 3.* *1. Reg. 17.* *Gen. 4.*

bamque de ore eorum, &c. Omnia hæc perfectius in Christo impleta sunt, qui oues suas etiam de ore Diaboli eruit. Cadunt quidem *Psalm.36.* etiam iusti aliquando, sed nõ collidũtur, quia Dominus supponit manum suam. Iustos in interiori homine non relinquit Deus, licet in exteriori deserat ad tempus. libr. quarto. cap. 20. num. 3. Iusti Deo subiecti ab eo corroborãtur, ne fluctus, qui semper insurgunt, eos obruant. lib. quarto, cap. 20. nume. quinto, & 15. Iustis, dum promittit Deus societatem suam felices eos reddit. ibidem numer. septimo. 11, 15. & 16. Iustos dicitur Deus respicere, cognoscere, memorari, non autem peccatores. lib. 4. cap. 26. nume. secundo. vsque ad 9. 13. & 16. Sancti fluctibus mundi spumantibus non quatiuntur, nec turbantur. lib. nono. cap. 23. num. septimo, octauo, & 12. Sancti sedes sunt Dei ab ipso gubernati. lib. tertio. cap. 2. num. 33. li. 16. cap. 7. num. 19. vsque ad 22. Deus cognoscere dicitur iustos, quia facit vt hi eum agnoscant, lib. 4. cap. 26. num. 3. 5. & 13. Vide multa in toto hoc capite. Deus stat a dextris pauperis, saluam facit a persequentibus animã eius. lib. quarto, cap. 19. num. decimo. Diabolus, etsi malleus sit adamantinus, id est, perfectus non nocet. lib. secundo. capi. octauo. numer. nonodecimo. 27. & 30. Diabolus non accusabit electos, bene autem uocatos, ibidem numer. 13. Diabolus insidians iustis non occidit eos, nu. 27. lib. quarto. cap, 37. nume. 11. Diabolo moriuntur homines, & Deo viuunt ab eius potestate liberati. lib. secundo. cap. nono. nume. 17. Diabolus aliquando accipit iustos mandẽdos, sed non deglutiendos dum tentat, sed non prosternit. lib. 4. cap. 34. nume. 21. Consequitur ex his, quod qui nunc perit, culpa sua perit, non potest casum suum ascribere dæmoni, cum Christus dicat: Nemo tam fortis, qui possit rapere de manu mea: Sibi imputet qui gratiam Dei non quærit, immo reiicit, & fugit, cum tamen, vt ab Esaia dicitur: Non sit abbreuiata manus Domini, & scriptum sit: Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet, & Iob de Deo loquens ait: Ipse solus est, & nemo auertere potest cogitationem eius, & anima eius quodcumque voluerit hoc facit. Cumque expleuerit in me voluntatem suam, & alia multa similia, præsto sunt ei. Diaboli fragiles sunt, dum nos fortes efficimur, gigantes autem, si nos segnes simus. lib. secundo. ca. septimo. num. tertio. cap. octauo. numer. 38. & 39. cap. 35. num. quinto. Diaboli infirmi sunt, ne occidant existentes in Ecclesia, nisi hi noluerint. lib. secundo. cap. octauo, numer. 18. 26. 27. 30. 38. & 39. lib. 4. cap. 32. numer. secundo. Diabolus non supplantat, nisi uolentes. lib. 2. cap. octauo. num. 23. lib. quarto. cap. 32. nume. secundo. cap. 37. num. 11. Diabolus ligatus tantum prævalet negligentibus. libr. secundo. capit. octauo. num. 38. usque ad 41. Quia autem hi, qui circumdederunt Christũ, non erant ex ipsius ouibus, talem erga eos se ostendit, quales ipsi erga eum. Non audiebant illi, nec cognoscebant pastoris vocem, nec ego pastor tales curabo oues, sicut scriptum est in Leui- *Leuit. 26.* tico: Quod si non volueritis recipere disciplinam, sed ambulaueritis ex aduerso mihi, ego quoque contra vos aduersus incedam, inducamque super vos gladium vltorem fœderis mei, id est, si opposueritis vos mihi, & mihi restiteritis, & ego similiter faciam, sicut inter Hispanos dici solet: *Bailare al son que me bizieredes.*

Esa. 59 *Esa. 46.* *Iob 23.*

Tulerunt lapides, ut lapidarent eum. Terribile 9
facinus. Multo autem magis horrendum est, quod qui eius nomine gloriantur, & a Christo Christiani dicuntur, ne dum lapides leuãt, sed *Hebr. 10.* & lapidant, immo ut ait Paulus: Filium Dei pedibus conculcant, & sanguinem testamenti pollutum ducunt, & spiritui gratiæ contume- *Philipp.3* liam faciunt. Inimici crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est. Christianos grauius puniendos, quam Iudæos docuit Paulus, cum horum grauem pœnam figuram tantum vocauit. lib. 3. cap. 15. numer. 16. & 17. lib. 6. cap. vndecimo. nume. 13. Sed vt Domini aduertas potentiam, non fugiens, nec seabscondens, sed in medio eorum consistens, qui lapides sustulerant, eorum insaniam com- *Iob 38* pescuit, circumdatque terminis mare, ponit vectem, & ostia & dicit: Huc vsque venies, & non procedes amplius, & in modica arena cõfringes tumentes fluctus tuos. Tale enim quid effecit Dominus, cum dixit: *Multa bona opera ostendi uobis ex patre meo, propter quod eorũ opus me lapidatis?* Non est moris Domini exhibita beneficia improperare, qui dat omnibus af- *Oleaster.* fluenter enumeranda, sicut in Deuteronom. *Deute.29.* Moyses retulit populo: Adduxit vos Deus quadraginta annis per desertum, & non sunt attrita vestimenta vestra, nec calceamenta pedũ vestrorum uetustate consumpta, &c. Reducit Iesus in memoriam beneficia, ut per commemorationẽ eorum illorum animos mitigaret, furoremque reprimeret. Quasi diceret: Multis vos affeci beneficiis ex patre meo, id est, mandato patris, excitando mortuos, curã- 10
do infirmos, prædicando, &c. Ingrati taxantur, quod peiores brutis sint. lib. 2. cap. 10. nu. 15. cap. 13. num. 40. Ingratitudinem nostram arguit Deus, narratis beneficiis suis. lib. 2. ca. 10. num. 21. 22. 24. 27. vsque ad 29. c. 12. nu. 19. Beneficiorum Dei contemptores acriter reprehenduntur, & puniuntur. lib. 2. cap. 10. nu. 14. vsque ad 20. 27. & 28. cap. 11. numer. 8. & 9. cap. 12. num. 18. & 19. cap. 14. numer. primo. Beneficia sua narrat Deus, ut hominum colligat ingratitudinem. lib 2. cap. 14. num. sexto. In hoc etiam Iudæorum facto considerandum est, multos esse in sæculo homines, quibus si innumera bona contuleris, si aliquid feceris illis non gratum, aut dixeris, bona illa non referunt, sed contemnunt unius tantum verbi, aut facti minus grati memores, contra quos aiebat Dominus: Non abominaberis Aegyptium, quia aduena fuisti in terra eius. Quasi *Deute.23* diceret: Licet uobis Iudæis multa mala intu-

lerint

lerint Aegypti j; illos abominari non debetis propter multa alia bona, quę recipistis ab eis. Susceperant enim eos benigne, ac tempore famis pauerant, & in optimo terrę loco habi- *Num.22.* tationem eis dederant. Et cum Balaam verberaret asinam, quæ videns Angelum euaginato gladio nolebat transire, illius os apertum est a Domino & dixit; Quid feci tibi, cur percutis me etiam tertio? Nonne animal tuum sum, cui semper persedere consueisti usq. in præsentem diem? Dic quid simile vmquã fecerim tibi. At ille ait. Numquam. Et tum quia semel non transibat, nec poterat Domino cogente, eam occidere volebat. Huic similes sunt Christianorum multi, qui cum vel leuiculã accepe rint iniuriam, cunctorum, grauissimorumque beneficiorum obliti, indignantur de leui verbo, sicut hi Iudæi, quia audierant vera, quæ ipsis non placebant. Olim Deus acriter tulit, quod cum Moyses, & Aaron tam essent bono Iudaici populi intenti, propriaq. cura relicta illius vtilitati noctu, diuque inuigilarent, qui in Aegypto vitæ periculo posthabito libertatem populi diligentissime procurarunt, mare rubrum diuiserunt, & manna populum pascẽtes, & aquam de petra eduxerunt, Deumq. placauerunt assidue grauiter contra populum in- *Num.14.* dignatum. Cum hæc, pluraq. alia a sanctis viris recepissent beneficia, in eos vehemẽter indignati sunt, quia exploratores e terra promissionis venientes, & ingressum difficilem nuntiarunt, & gigantes illam incolere, licet illa valde bona esset, qua leuicula occasione clamauit omnis multitudo, & lapidibus eos volebat opprimere. Vnde apparuit gloria Domini super tectum fœderis videntibus cunctis. Et dixit Dominus ad Moysem; Vsquequo detrahet mihi populus iste? Feriam igitur eos pestilentia, atque consumam. Digni qui hoc audiãt, qui in beneficio Moysi tam extiterant ingrati. Sed cum maiora, & potiora beneficia populus hic a Christo Domino recepisset, ipsis eum lapidare volentibus non indignatur, non deeis perdendum verbum loquitur, sed dicit incredibili mãsuetudine: *Multa opera, &c.* Cumq. verum sit, quod his accideret, quod Sapiens dixit: Quod qui in altum mittit lapidem, super *Iob 35.* caput illius cadet, & quod a Iob scriptũ est: Si peccaueris, quid ei nocebis? Homini, qui similis tui est, nocebit impietas tua. Nihilominus non dicit: Quid me lapidare vultis, sed lapidatis actu, quoniam quamuis peccata nostra Deum non contingant, in illa ita acriter animaduertet, ac si quodlibet eorum lapis esset, quo Deus ipse impeteretur. Iuramentum mendax lapis est in Deum iactus, &c. apud Deum enim voluntas efficax pro facto reputatur. Actus enim exterior non subsecutus voluntate existente efficaci non minuit essentialẽ bonitatem, uel malitiam interioris, quia tunc in actu externo non est noua libertas, & ideo voluntatem efficacem vocat Iesus lapidationẽ. Omnibus nobis verba hęc dicta putemus: *Multa bona opera, &c.* Ingratitudo enim Christianorum incomparabiliter est maior, quam Iudæorum. lib. secundo. cap. decimo. num. 22. qui cum potiora acceperimus beneficia, eum lapidare contẽdimus, cum dicere debuissemus, quod Polycarpus Ioannis Euangelistæ disci- *Lib. 4. Histo. Ecclesiast.* pulus, qui cũ audiret a quodam dici cõuicia in Christum respõdit: Octoginta annis seruio Christo, & nihil me læsit vmquam, quomodo possum maledicere Regi meo, qui vitam mihi donauit?

De bono opere non lapidamus te, &c. In plurali 11
dixit Iesus: *Multa bona opera*, ipsi autem quasi extenuando ea in singulari respondent: *De bono opere non lapidamus te.* Et qui Dei beneficia debuissent magnificare, & innumera reputare, & infinita, quasi vnum recepissent beneficium, illud recensent. Nec id solum, sed cum eorum argueret Dominus grauissimum vitiũ ingratitudinis, & odij, illud excusant dicentes blasphemum se velle lapidare, non beneficum. Hæc enim impiorum insania est. De non excusandis peccatis differitur libr. decimo quarto, capit. decimo quinto per totum fere. De illis enim, qui peccata non excusant, interpretatur Gregorius: Sit nox illa solitaria, nume. decimo quarto.

Si mihi non uultis credere, operibus credite. His 12
probandi Christiani sunt, operibus enim veraciter filij Dei agnoscuntur. Christianus in solo nomine non glorietur. lib. tertio. capit. 15. numer. decimo octauo. & decimo nono. capit. decimo sexto. numer. decimo, usque ad duodecimũ. Christianæ disciplinæ signa, quibus a barbaris distinguuntur, rara sunt in nobis, cum nec verba, nec opera Christianam pietatem redoleant. lib. tertio, capit. decimo sexto, nume. primo, & secundo. Christiani multi modo dignosci non valent ab infidelibus, qui diaboli merentur nomen. libr. duodecimo, capit. tertio. nume. quarto. qui cum similes sint infidelibus, habent similitudinem bestiæ. Apocalypsis, lib. duodecimo, capit. quarto, nume. 15.

FE-

FERIA QVINTA
post Dominicam in Passione.

Euangelium.

Rogabat Iesum quidam Pharisæus, ut manducaret cum illo. Luc.7.

In festo B. Mariæ Magdalenæ.

FERIA SEXTA
post Dominicam in Passione.

Euangelium.

Collegerunt Pontifices, & Pharisæi Concilium aduersum Iesum. Ioan.11.

Vide lib.4,cap.22.num.1.usque ad 3. & infra lib. 5.cap.4.num.1.lib.17.cap.3.num.16.

1 Fer.6. Dom. in Passione.

IN hoc Euangelio, in quo Pontifices, & Pharisęi Cõciliũ coegerũt, vt cõsultarent de Christo Domino, quid agendum esset, an expediẽs esset reipublicę ipsum vita priuare, duo sunt cõsideranda. Alterum est pertinens ad Sathanicam hanc congregationem, in qua nomine omnium dæmonum Caiphas præsidebat, quæ omnium fuit sceleratissima, in qua & consultantium sacrilegum pectus, temporis circumstantia, rationes, quæ adductę sunt, quibus ad occidendum Christum conuicti sunt, omnia hæc sacrilegum reddunt Conciliũ hoc, in quibus etiam videndum est, quod cum hinc ortum habuerit populi Iudaici perditio, inde emanauit bonorum omnium maximum, & quæ sacrilega erant perditissimorum hominum machinamenta, hæc erant diuinæ bonitatis argumenta, ita vt in eodem facto summa hominum malitia, summus Dei amor eluceret, diuinaque sapientia: hæc quę tam erant dissimilia, & contraria, coniuncta sunt. Circa primum, tempus ipsum, in quo congregati sunt Pontifices, & Pharisæi, vt inter se de morte Christi consultarent, illud erat, quãdo concionibus, miraculis, & maioribus & maiorem ipsius in Iudæos amorem redolentibus, nitebatur Dominus eorum ad se corda pertrahere, vt illis visis, ipsorum beneficiis consideratis dicere possent: Pater noster es tu, & Abraham nescivit nos, id est, licet de tanto patre gloriari possimus, a quo tot in nos deriua-

Esa. 63.

ta sunt bona, qui parentes, patriamque dereliquit, vt propagationem posteritatis suæ multiplicandam sicut stellas cæli audiuit, tot se obiecit periculis, tanta passus est nocumenta, cum tanta hæc essent, tu solus patris nomine dignus es, talisque patris, vt Abraham ad te relatus non solum hoc nomine sit indignus, sed ignorasse nos verius dicere possimus. Zelus enim Domini exercituum, qui ad nos venit bonis plenus fecit quæ cernimus mirabilia. Quod vt illi animaduerterent, iisdem diebus prædicans aiebat: Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti. Amor Dei ad homines exemplo auium ingens esse declaratur. lib.1.cap.6.num.1.libr.3. capit.5. num.55.cap.9.num.4.lib.4.cap.3.numer.9.17. & 20. Quando Iesus alis beneficiorum suorũ eos & fouebat, ut in bono coalescerent, & protegebat, ne perirent auium rapacitate, tunc cum memoria tantorum beneficiorum amor in ipsis generandus esset. libr. secundo. cap.12. num.1. vsque ad 5.7. & 8. cap.13. numer.29.35. vsque ad 39. tunc pulli ipsi leonibus ferociores effecti gallinam, qua tuebantur, aggressi ipsam necare statuerunt: Cum resuscitauit Lazarum tanta demonstratione, & potentiæ, & amoris, lacrymans, infremens, non quidem operis difficultate, quæ illi nulla erat, sed quædam dormientis suscitatio, sed vt proderet discipulis lectionem suam, & quod erga amicos sic afficiebatur eius animus, vt cuncta postponeret commoda, & contemneret pericula, & damna, dum id ad abstergendas eorum lacrymas conueniens iudicaret. Quando diuersorum nominum nuncupatione se vocans sponsum, pastorem, agricolam, &c. quam ardenter eorum stiret salutem (Christi varia nomina explicantur. lib.3.capit.9.numer.4.5.8.23.35.37.38.40. & 44.) explicuit. Quando denique verbis, & operibus & fidem, & dilectionem eis suadere nitebatur. Hæc eadem miracula, quibus eos ad se trahere nitebatur, illi retulerũt, vt eum vita sacrilege priuarent, a quo tot reportauerant beneficia. Quam recte scriptum est de illis ab Esa. sub nomine Aegypti: Stulti principes Taneos, sapientes consiliarij Pharaonis dederunt consilium insipiens, &c. deceperunt Aegyptum, Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis, & errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius, & vomens. Frenetici efficientur peccatis suis, & ebrij effecti ex vna parte, & ex altera vertiginem, *bardos*, habentes, ipsi turpiter errabunt & cuncti de plebe qui eis sociati fuerint. Nonne insanis, & ebriis peiores erant, qui ad perdendum Iesum miracula ipsius & multa, & ingentia quę simul etiam beneficia erant, in medium proferebant, non ut eius uitam precarentur diuturnam, sed ut eum necarent? Hactenus stultitia tam ingens mentibus hominum non insedit, sed quæ credi facile potest in hominibus, qui voluntatem habuerint odio proximi perditam. Tales enim fa-

Matth.23

Esa.19

facile adducentur, vt credant, quod si Christum non occiderint, & se, & sua omnia funditus perdent, conseruabuntur autem omnia, si illum vita priuauerint. Caietanus vitulum conflatum ab Aaron dixit, vt adoraretur a populo, cum ille insaniam populi conspiceret in adorando Deo, quem ipsi fabricauerant, eaque ipsius maior insania fuit. Sed quæ illum impulit ad tantum patrandum facinus, ne summi Pontificatus honore pelleretur, quod ne accideret, vitulum adorandum perfidæ multitudini proposuit. Ambitionis enim ea est uis, ut nullum, quantumuis horrendum facinus, pertimescat, & illud credat accommodatum medium ad conseruationem officiorum, filiorum, lucrorum, &c. sicut hi cogentes concilium stulte arbitrati sunt. Hieroboam regnum accepit Israel, quo fere toto priuatus fuerat impius
3.Reg.12 Roboam, arbitratus autem, quod successu temporis populus, qui ter in anno deberet proficisci in templum Hierosolymitanum, vt adoraret Dominum, ad amorem antiqui Regis traheretur, qui filius erat Salomonis, & nepos Dauid, duos fecit vitulos aureos, & posuit vnum in Dan, & alterum in Bethel dicens: Isti sunt Dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Pharao Rex Aegypti, vt vitam suam, & suorum seruaret, regnumque tutaretur a filiis Israel, ipsos impia crudelitate trucidauit, & oppressit. Et de Hirena Augusta legitur, quod vnici filij oculos eruisset, ut ipsa potiretur regno.
2 Sed hæc consideratione non videntur digna, si referantur ad ea, quæ isti consuluerunt, & statuerunt de occidendo Christo, eo quod multa signa faceret. Et cum his rationibus adducendi essent, ut erga Christum afficerentur, ut ei perpetuo seruirent, vt facultates, honores, filios, & propriam uitam periculo exponerent, vt illum tutarentur, & eius vitam conseruarent, a quo tanta in dies recipiebant beneficia. Nondum intellexerant, quæ teste Ambrosio natura dictat id quod turpe est, non potest esse utile, nec quod honestum est inutile, quia cohonestatis est utilitas, & utilitatis honestas. Memorabile illud est, quod refe-
Li.3.of.c.13 runt Rhetores, ait Ambrosius, quod Dux quidam Romanorum fecit, ad quem cum accederet medicus cuiusdam Regis, cum quo erat prælium initurus, qui ei promitteret veneno necaturum Regem sibi inimicum, cum apprehendit, & uinctum remisit ad Regem, vt eum pro graui crimine traditionis puniret, quia nolebat, inquit, fraude
D.n.13. uincere: Victoriam enim turpem putabat, nisi honestate partam. Nec Susanna eam uitam desiderauit, & uoluit, quæ turpitudine conseruanda esset. Principes Iudæorum in profundum malorum uenerant, qui vt honores, diuitias, &c. conseruarent, consultant, & decernunt viri sanctissimi innocentis, qui & Deus erat, mortem, a quo mira acceperant beneficia. His similes sunt Christianorum multi, qui cum restitutionem cogitant, ne in paupertatem deueniãt, quam somniarunt, ea prætermittunt, & uolunt, vt innocens non recipiat sua, vt illi alienis ditentur. Quod & in restituenda fama, & honore, quem iniuste abstulerunt, similiter contingit, similes illis, de quibus loquitur Ioan- *Ioann.12*
nes: Verumtamen & ex Principibus multi crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non confitebantur, ut non e Synagoga eiicerentur, dilexerunt enim magis gloriam hominum, quam Dei. Quia enim honorem uestrum diuino præponitis, quando iniuriam remittere proprio honori cõtrariũ arbitramini, id cõtenitis, ne proprius honor inter homines pereat. Adorabitq. homo aureũ uitulũ honoris proprii, nec ascendit Hierosolymam in tẽplum, ubi *Deo* verus exhibetur cultus. In hoc concilio, & in nobis frequenter cernimus, quod sicut diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum his, qui secundum propositum vocati sunt Sancti; impiis e contra omnia cooperantur in malum. Iustus, dum cunctas amittit facultates, melior efficitur, sicut Iob, in iniuriis perficitur Dauid, in infirmitatibus Ezechias, at ei qui animo absque uitæ spe ægrotat, cuncta nocent, etiam quæ multum proficere debuissent. Sermonibus, correctionibus, consiliis, immo sacramentis ipsis, & sanguine Christi deterior efficitur. Sicut.n. Ignatius cũ Romam mitteretur vinctus, decem militibus traditus ad custodiam, dixit: Se decem leopardis traditũ, quo nomine eorum ferocitatem explicauit, qui ex beneficiis nostris irritantur, & peiores fiunt, sed ego nequitiis eorũ magis erudior. Ac si diceret: Mihi quidẽ eorũ iniuriæ palæstra sunt, in qua a Deo erudior, sed illi ex meis beneficiis nequiores euadunt. Sicut enim aranea cuncta, quæ edit, quantumcumque illa proficua sint, & dulcia, in uenenum conuertit, & e contra apis mel conficit ex his, quæ sumit, licet amara illa sint; ita iustis & peccatoribus accidit, &c. ita isti miraculis Christi efficiuntur peiores, & congregantur non unus, aut alter, sed concilium non modica eorum multitudo. O mira Sanctorum uis, & potentia, quam iusti operibus ipsis, uelint, nolint, fatentur, dum contra inermem, & unum, qui ouis est, innumeri iunguntur lupi, cum unus multis ouibus se non tuentibus sufficere debuisset. Filij Iacob fortissimi quidem erant, vtpote qui tam pauci contra Regem Sichen congressi sunt, & multitudinem multam Sichimorum occiderunt, & tamen contra innocen- *Genes.*
tem fratrem, qui sexdecim tantum erat annorum, inermisque eos requirebat, ut pasceret, omnes congregati sunt dicentes: Ecce somniator uenit, uenite occidamus eum. Sic cum impij se mutuo exhortarentur ad malum, dixerunt: Insidiemur sanguini, abscondamus tendicu- *Prouer.1.*

las contra insontem, deglutiamus eum.
Psalm.82 Et in Psalmo ab illis verbis: Quoniam inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te, extulerunt caput, &c. vsque ad illa, & facti sunt in adiutorium filiis Loth. Decē nationes sceleratorum hominum commemorat conuenisse contra populum Dei. Contra vnicū Eliseum Rex Assiriorum exercitum mittit, contra Eliam quinquaginta milites Achab, qui nec ei audent appropinquare. Contra innocentem
Esa. 42. Christum, qui calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet, qui tāquam ouis ad occisionē ducendus erat, & sicut agnus coram tondente mutus, qui ascendebat sicut virgultum coram Deo, & sicut radix de terra sitienti, qui aiebat: Ego sum vermis, & non homo, cogitur concilium, quo & peccatorum pusillanimitatem, & infirmitatē perpendas, virtutemque, & potentiam iustorum. Et congregati rem conferunt cum auaritia, cum ambitione, cum amore proprio: haud dubium, quin omnia funditus pereant, quę tales habent cōsiliatores. Vtique Domine si cum his res tua agitur, desperanda salus est, desperanda vita, traderis vt flagellatus, coronatus, consputus, & vulneratus, & clauis confixus in cruce intereas, ab his enim misericordiam sperare nullus poterit, qui amorem proprium, ambitionem, & auaritiam audiunt.
Coniurauerunt olim contra Ioseph fratres tam dilectum patri, sanctum, &c. & cuncta postponunt, ne ille imperet; coniurant Absalon, & Achitophel contra innocētissimum Dauid patrē suum, & pedibus egredi cogitur; coniurant senes contra Susannam, in cuius concupiscentia ardent; contra Hieremiam populus. Sed ridicula hæc omnia sunt, si ea consideres in quę se precipites dederunt Iudæi, ne propria amitterent, statuunt vt occidatur Christus. Infelix congregatio Ecclesiasticorum, vel sæcularium, in qua qui præsunt, & congregantur. Deum non respiciunt iudices, Sacerdotes, nec cum eo causam conferunt, sed propriam consulunt vtilitatem, aut vanitatem, aut voluptatem, vtique in consiliū eorum non veniat anima mea, furor enim illorum pertinax, & indignatio dura, tales enim cum fuerint, ea statuent, quæ insani vinculis detenti, & frenetici non efficerent, cuiusmodi Iudæi erant, qui occidendum decernunt Iesum, ne pereant, qui eius essent presentia conseruandi, a quo non minus penderent, quam protectio terræ a cælo, & a Sole: qui in medio eorum erat, ne perirent, immo ne commouerentur, qui recedentes ab ipso in terra scribendi essent, ut facile delerentur, sicut ea, quæ in puluere scribuntur. Quis vsquam sanæ mentis credere potuit, quod virtutes, miracula, & bona opera, quibus abundabat Iesus, in causa esse poterant, vt respublica illa consumeretur? Peccata hominum ciuitates, & regna etiam potentissima euertunt, & aureum imperium Nabuchodonosor illius peccatis lapillo vno funditus corruit. Et sacrę litteræ, immo & profanæ ostendunt, quot sint imperia peccatis hominum deleta. Culpæ 3
enim hominum clamores sunt Sodomorum, qui diuinam interpellant iustitiam, vt incendio pereant, vel diluuio consumantur. Peccata hominum vires hostibus præbent. libr. secundo. capit. vndecimo. numer. primo, & secundo. libr. quarto. capit. duodecimo. numer. sexto. Quia peccatis mundus plenus est, iram Dei bruta, & muta elementa sentiunt, libr. decimo quarto, capit. vndecimo, num. quinto. Quod peccata acriter puniantur etiam in hoc sæculo, & quod illa sint causa malorum temporalium docetur lib. decimo quarto. capit. duodecimo. per totum. Hi sunt, de quibus scriptum est in Psalmo (Augustinus) Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. *Psalm. 52* Hæc enim est inter probos, & impios differentia, quod malus ibi timet, vbi timere non debet, iustus autem timet, ubi timendum est. Numquid ibi est timor si quis perdat diuitias? Non est ibi timor, & ibi timet, &c. Timor malus fuit in Cain, dum mortem timebat, & non iratum habere Deum, libr. decimo septimo. capit. tertio. numer. vndecimo. Timent iusti, ubi timendum est, non autem peccatores, ibidem numer. decimo-sexto, & decimo octauo. Vnde dum Iudæi timebant, ne amitterent regnum, & illud amiserunt, & in maiora venerunt mala, sicut scriptum est: Qui timet pruinam, ir- *Iob 6.* ruet super illum nix. An non pruina erat, quod isti amitterent regnum, etiamsi illud, quod stulte timebant, certo accideret, id timuerunt, & contigit, & insuper amiserunt templum, Sacerdotium, legis intelligentiam, sacrificia, & consequenter cælum. Optime animaduertit Rupertus Abbas hic exponens locum Hieremię, quo omnibus his diebus utitur Ecclesia: *Confundantur, qui me persequuntur, & non confundar ego,* &c. Induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos Domine Deus noster. Non imprecatio fuit hæc Hieremię, aut Domini; sed Prophetia, qua Iudæos duplici dixit contritione conterendos, non simplici. Illi timuerunt vnam contritionem, ne venirent Romani, &c. sed tu Domine dupliciter contere, ut & veniant Romani, qui priuent eos bonis, & pellant regno, & insuper, quod peius est, in æternum pereant. Gregorius ait: Dum *7. Mor. c. 12* mali aliquod periculum fugere uolunt, in aliud grauius incidunt. Fugiamus Israelem dixerunt Aegyptij, & impingunt in mare, ut nec unus posset euadere. Isti fugere uolebant manus Romanorum, & impingunt in mortem Christi, & in Deum iratum. Peccatores stulti sunt, dum peccant, vt miseriam vitent. libr. secundo. cap. 4. nu. 19. & fugientes leonem, incidunt in manus colubri, vel vrsi. Sed in re hac expedit nimis considerare, quam sint Reipublicæ nociua

tiua superiorum exempla, & ad malum prouocantia, ne dicam cogentia populum, cuius rei Euangelium hodiernum euidens est argumentum. In his enim, quæ Christi concernebant vitam, & dignitatem, semper populus in diuersas ferebatur opiniones aliis dicētibus: *Quia bonus est*, aliis: *Quia non, sed seducit turbas*. Alij aiebant: *Non est hic homo a Deo, qui Sabbatum non custodit*, alij vero: *Quomodo potest homo peccator hæc signa facere?* At modo, cum primum protulit Caiphas expediens esse vt moreretur, cuncti qui aderant obmutuerunt, nec a proposito destiterunt, donec Iesum crucci affixerunt. Incredibilia enim sunt damna, quæ patiuntur inferiores exemplo nequam Regum, Principum, Episcoporum, & Prælatorum. Vnde Claudianus Poeta eleganter dixit: Regis ad imperium facile componitur
Gen. 24. orbis, mobile mutatur vna cum principe vulgus. Circumciditur Emor princeps Sichem leuitate simul, & turpitudine ductus, & cunctus
1. Reg. protinus populus leuitatis eiusdē pœnas dat. Et occiso Saul manibus propriis, corruit &
2. Par. 26 armiger eius, qui facinori præsens erat. Lepra Oziæ Regis in fronte erat, quia peccatum Principis abscondi non potest, cum tamen Moyses manum leprosam in sinum mittere potuisset, & abscondere. Et ita ab orbe condito nullus vsquam tantum Iudæorum populo nocuit, quantum Caiphas, cum conueniens iudicauit ad conseruationem reipublicæ Christum vita priuare, cuius mors multorum malorum occasio fuit Iudæis. libr. tertio. capit. 6. nume. decimo, vsque ad duodecimū. 15. 21. & 22. lib. quarto. cap. 18. nume. octauo. 18. & 19. Et idem modo contingit in communitatibus, vbi si Rex, Prælatus, Gubernator, Parochus, tales non extiterint, reipublicæ plus nocent, quam nocuissent innumera plebeiorum homicidia peccata, quorum vitam nec respiciunt, nec aduertunt, bona illa fuerit, an mala. Vnde abstinere deberent illi ab his, quæ populū non ædificant, etiamsi illa mala non essent. Principum peccata cedunt in damnum reipublicæ. libr. nono. cap. octauo. numer. tertio. & 14. Prælati, & Sacerdotes alios scandalizantes dicuntur nutrire pecora occisionis. libr. 14. cap. 28. nume. quinto decimo. Prælati enim attendere debent sibi, & gregi, vt mundi sint a sanguine omnium. lib. 14. cap. 31. num. 2. Scandala potentium acriter punienda sunt a Deo. libr. tertio. cap. decimo quinto. numer. decimo.
4 Circa secundum his, quæ diximus, contraria non sunt, sed consona, quod Iudæorū immane scelus totius orbis fuit salus, ut enim adnotauit Augustinus libro septimo quæstionum in *Aug. lib. 7. q. vet. test.* aliquot loca veteris testamenti, quando Iacob luctans pręualuit contra Angelum, tunc benedictionem ille recepit copiosam, quo significabatur, quod cum iudicio suo populus Iudaicus prævaluit cōtra Christum in cruce, tunc verus Israel, id est, electi benedictionem ab ipso obtinuerunt. Multi quidem culpa sua claudi remanserunt claudicantes a semitis Dei, alij autem, benedictione obtenta, salui facti sunt. Dæmon quidem tyrannide mundum possederat, vnde posset Deus homo factus potentia sua a tyranno auferre principatū, sed noluit nisi iustitia cum eo contendere, ut in cruce deleret chyrographum decreti hominibus contrarium. Sicut Rex, a quo quis iniuste abstulit ciuitatem, vel municipium, potest altero duorum modorum, quod suum est recuperare, vel vi auferendo quod suum est, vel cō ueniendo alterum apud iudicem, vt per sententiam priuetur ciuitate, quæ sua non est, & adiudicetur illa vero Domino, sic & Deus facere voluit, &c. vt diuina iustitia adiudicaret sibi mundum, qui licet possideretur a Dæmone, suus multis titulis erat. Vnde ab Esaia *Esa. 28* scriptum erat: Et ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura, &c. omnia enim sacrificia antiqua huic remedio non erāt sufficientia, sicut docet Paulus ad Hebræos. Et apud Esa. c. 40. legimus: Et Libanus non sufficiet ad accēdendum, & animalia eius non sufficient ad holocaustum, & tantum duo ligna in modum crucis disposita, & agnus tenellus, de quo dixit Ioannes: Ecce agnus Dei, &c. id effecit sanguine proprio, cum impossibile esset sanguine taurorum, aut hircorum delere peccata. At Iesus instar solis totus erat omnibus, & totus saluti vnius inuigilauit. *S.* Thom. docet, quod passio Christi causauit nostram salutem per modum satisfactionis, per modum sacrificij, per modum redemptionis, & per modum meriti. Et vt olim completo diluuio egressus Noe de arca obtulit sacrificium, & odoratus illud Deus dixit non perditurum orbem in posterum diluuio arcum ponens in nubibus cæli, vt fœderis, quod cum hominibus pepegit, recordaretur, ita pater ęternus completo diluuio passionum Christi odoratus sacrificium illud cruentum crucis, nequaquam vltra maledicturum terrę pollicetur, &c. Fuit etiam Christus redemptor. Redimere aiebat Cicero decima Philippicarum, est iterum emere; emit nos Christus, quando nos condidit, iterum emit, quando nos in cruce redemit, & semper nos emit. Non similis hero, a quo si seruus fugiat, apud quemcumque illum inuenerit extrahit, & non emit, quem semel emerat, sed vapulat, &c. & stigmate insignit: Christus emit nos, & ferro candenti crucis nos signauit, vt vbique agnoscamur, cuius sumus serui, & dicamus: *De* cætero nemo mihi molestus sit, ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Sin quia capta in bello iusto sunt capientium, vnde cum dęmon hominem cōcupiscentia deiicere voluerit, dicat: Non sum meus, emptus a Deo, & redemptus iterum sanguine Christi. *Diabolus captus est in mucipula, qua Christum capere voluit. li. 3. c. 10. n. 10. Diabolo suadenti peccatū dicat Christianus; Non sum meus emptus sanguine Christi. li. 3. c. 15. num. 2. Diabolus uictus in Christi passione, quando se credidit victorem, lib. 3. cap. 10. num. 38. & 39.* *3 p. q. 48. ar. 2. 3. & 4*

5 *Collegerunt Pontifices, & Pharisæi concilium aduersum Iesum. Collegerunt concilium*, seniorum, & eorũ, ad quos populi pertinebat gubernatio, vt consultarent inter se, quomodo gloriæ Iesu, & periculis quæ hinc stulte simul & impie euentura opinabantur, posset occurri. Stulte quidem, quoniam mors innocentis qua ratione medium esse potest ad vitandum damnum tẽporale, ad iram Romanorum effugiendam? Sancti.n. in conspectu etiam Barbarorum inueniunt gratiam, quorum consideratione ab infligendis nocumentis temperant. Sic & scriptum est Tobiam sanctum inuenisse gratiam in conspectu Salmanasar Regis Niniue; & Hester placuit Assuero Regi, cuius consideratione ille sententiam in Iudæos latam reuocauit. Sic Ioseph placuit Pharaoni, & respectu eius tempore validissimæ famis Israeliticum populum admisit, & illum regni participẽ effecit. Sic Daniel, & socij eius in oculis Darij, & Nabuchodonosor grati extiterunt. Id enim innocentia potest, vt ethnicorum oculos ad se conuertat, & mortuo Ioseph, dum surrexisset Rex nouus, qui ipsum ignorabat, totus populus Iudaicus pœnas dedit. Stulte igitur isti crediderunt viuente Christo statum reipublicæ apud Romanos periclitaturum. Ista autẽ verba: *Quid facimus, &c.* bifariam accipi possunt. Aut vt intelligantur se ipsos arguere de longiori mora occurrendi imminentibus periculis, aut vt intelligantur quærere de eo, quid faciendum restaret, vt præsens verbum, *facimus*, pro futuro, faciemus, sit positum, sicut habent codices quidam antiqui, vt sit sensus: Quid suadetis faciendum, quid superest vt faciamus? Vide autem impietatis, & inuidiæ cæcam perturbationem, confitentur eum multa signa facere, & cum inde gaudere deberent, quod illius miracula ad suæ reipublicæ facerent gloriam, & vtilitatem, perturbantur quasi de re noxia, & periculosa. Mali peccatis habent corruptum iudicium rationis. li. 11. cap. 14. num. 5. 8. 11. & 14. Timida res malitia, sicut in Cain videmus dicente: Quicumque inuenerit me, occidet me. Fugit.n. impius nemine persequente. Porro sequentibus verbis prætexunt se pro totius populi salute sollicitos esse, & volunt hoc negotium ad totius incolumitatem populi pertinere, cum re vera priuati cõmodi respectus, & superbiæ morbus, ac inuidiæ eos ageret in rabiem aduersum Iesum. *Si*, in quiunt, *dimittimus eum sic*, id est, si patimur eum pergere ea ratione, qua cæpit, futurũ est vt quemadmodum nunc multi in eũ credunt, & magnifice de eo sentiunt, ita mox omnes eũ credant esse expectatũ Messiam Regẽ Iudæorum. Id ubi euenerit, Romani, quibus iã subiecti sumus, venient contra nos cũ exercitu, & locum hunc sanctum occupabunt, & gẽtem nostram alio transferent; Aut potius *tollent locum nostrum, & gentem*, id est, euertent, & perdent nostras ciuitates, & totum Iudaicum genus internecione delebunt. Vide cæcitatẽ huius consultationis. Cum enim per signorum operationem experirentur Iesu maximam potentiam, satis possent aduertere, si vellent, (non tamen intellexerunt) se huius potẽtia & *Dei* per illum cooperatione tutos esse posse contra Romanos, immo euasuros Romanis superiores, maxime cum expectarent Messiã temporaliter regnaturum, & ab omnibus gẽtibus Iudaicum populum liberaturum. Nam secundum hanc, qua modo mouentur, rationẽ, numquam erat Messias a Iudæis suscipiendus, ne Romanorum paterentur incursus. Hãc autem cæcitatem illis ingenerauit prædictus amor proprij commodi, & gloriæ, quã dolebãt obscurari gloria Christi, & qua non dubitabãt se penitus priuandos, si Iesus pro Messia reciperetur. Amor deordinatus rerum temporalium parit multa mala, quem acriter punit Deus. lib. primo. cap. decimo. num. 6. capit. 11. num. octauo. capit. 17. num. primo, vsque ad 3. 7. 8. 11. vsque ad 26. cap. 14. num. 5. Amor proprius multorum malorum est causa. li. primo. cap. 18. numer. 12. Ambitio multorum malorum est exordium. lib. primo. cap. 20. num. 11. vsque ad 14. 16. vsque ad 18. 27. & 31. *Venient Romani.* Solent ambitiosi, & inuidiosi causam suam peculiarem communem facere, inuidiã zelo reipublicæ cooperiunt. Sic in Machab. Alchimius dux impiorum, qui volebat fieri Sacerdos particularem causam in zelum cõmunem reducit, & ad Demetrium dicit: Perdidit Iudas, & fratres eius omnes amicos tuos. Sic in Actib. Domini Phitonissæ, quia spes quæstus defuit, apprehendentes Paulum, & Silam perduxerunt ad Principes, & dixerunt: Hi homines conturbant ciuitatem nostram. Et in Numer. Datam, & Abiron ambitione, & inuidia repleti dicunt ad Moysem, & Aaron: Cur eleuatis vos super populum Domini? Isti ambiebant sibi primatum, sed ne digito monstrẽtur, communem faciunt causam, quasi non suam, sed totius populi iniuriam vindicare voluissent.

Tob. 1. *Hester.* *Gen.* *Daniel.* *1. Mac. 7.* *Act. 16.* *Num. 16.*

Hic homo multa signa facit. Quærunt causas, vt 6
perdant. Sicut autẽ malorũ est causas inuenire, vt perdant, bonorũ est inquirere, vt saluẽt. Sic in Gene. hominẽ dixit pronũ ad malum ab adolescẽtia sua, vt hinc prouocaretur ad parcendum illi. Multa autem signa etiã nolentes referunt, sunt enim impij tales, vt sæpe loquãtur de bonis, quæ dicere nollent. Sic Balaam iussu Dei, quæ volebat, proferebat in commẽdationem filiorum Israel, quorũ miras cecinit laudes. Et Labã voluit verba iniuriæ dicere Iacob ipsi, sed non permisit illum Deus, verbum aliquod incompositum loqui. Sic Saul ad Dauid: Nũquid hæc vox tua fili mi? iustior me es. Sic & hi miracula referunt Domini, quæ celare voluissent.

Genes. 8. *Num. 23.* *Genes.* *1. Reg. 24*

Expedit uobis ut unus moriatur homo pro 7
populo, & non tota gens pereat. Præter ea, quæ diximus, concilium hoc concernentia Euangelista Ioannes hanc sententiam, quæ ex parte proferentis impietate erat plena dictatam asserit a Spiritu sancto, in qua

qua Deus infinitam ostendit sapientiam suã, & potentiam, dum scelerum maximo usus est veluti instrumento ad patrandum opus infinitæ misericordiæ. Tam est enim bonus Deus, vt hominum malitia vtatur in bonum. lib. quarto. cap. 22. nume. primo, secundo, 8. 9. 11. vsque ad 13. cap. 29. num. sexto, & septimo capit. 34. nume. 23. vsque ad 25. Christus percussus, vt a Moyse quondam fuit petra, vberes dedit fructus. lib. tertio. cap. decimo. nume. 4. & 49. Christus passione sua mira homini contulit bona, ibidem per totum caput. capit. vndecimo, nume. 20. Sicut enim olim, inquit Augustinus, in latere arcæ ostium factum est, iubente Deo, quo intrarent animalia, quæ non erant diluuio peritura; sic & vulneratus est Iesus, vt in mystica illa arca concluſi homines saluaremur. Vnde (Origenes) cum præmisisset Moyses: Extendisti manum tuam vtique Domine Iesu in cruce, & tunc dolores obtinuerunt habitatores Philistiyn, &c. obriguerunt omnes habitatores Chanaam, tenebrarum, scilicet, Principes videntes alligari fortem, & vasa eius diripi. Augustinus exponens verba illa, quæ de Christo Domino protulit Esaias: Et ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti, ait; Quod sicut radix extra quidem pulchra non est, sed intus habet uim pulchritudinis suæ, inspicis pulcherrima arborum folia, gratissimos flores, suauissimos fructus & miraris, oculos cõuertis ad radicem, & non miraris, cum tamen inde processerat quod miraris. Attende: modo creuit Ecclesia, crediderunt gentes, iugo Christi subdiderunt se. Vnde ista pulchritudo? radicem quæramus, vnde ista processit. Consputus est Iesus, & flagellatus; vidimus eum, & non erat ei species, neque decor, sed in Ecclesia gloria radicis pollet, disciplina pacis nostrę super eum, cuius liuore sanati sumus. Ecce quam fuerit expediens, quamque necessarium, vt Iesus noster moreretur, ne cũcti perirent homines, quibus diuina ordinatione considerata impossibilis erat æterna salus. Sed tamen summa stultitia, ut dicebamus, fuit ea, quam Caiphas credidit, cum protulit mortem Iesu necessariam, ut respublica illa conseruaretur, cum hoc fuerit & iustum, & certum Dei iudicium, ut quod isti sibi a Romanis timebant, nisi Iesum e medio tollerent, hoc ab eisdem eueniret ipsis, quia illum occiderunt, & quæ fecerunt, ut effugerent ea, quia fecerunt non effugerent, impletumque est in eis illud Prouerbium: Quod timet impius, veniet super illum. Et illud, quod ad impios loquitur Sapientia, quæ Christus est: Despexistis omne consilium meum, &c. ego quoque in interitu uestro ridebo, & subsannabo, cum uobis, quod timebatis, aduenerit, & ingruerit repentina calamitas. Christum necare voluerunt Iudæi, ne perirent, & eo ipso medio amiserunt locum, & gentem. li. tertio, capit. decimo. nume. primo, & decimo. Quę isti crediderunt ordinata media ad tuẽdam rempublicam, numquid talia extiterũt? Minime. Immo hæc fuit totalis eorum perditio. Hæc enim diuina potentia est, & sapiẽtia, ut quibus mediis aliquid machinatus fuerit homo contra diuinam ipsius uoluntatem, iisdem illud perdat; sicut probat Gregorius in ea verba: Qui comprehendit sapientes in astutia eorum, in fratribus Ioseph, qui eum vẽdiderunt, ne illum adorarent, & non adorassent, nisi vendidissent. Et cum Saul, vt perderet Dauid, postulasset ab eo centum præputia Philisthinorum, vt vita, & gloria simul perirent, ille attulit ducenta præputia, quo medio gloriam eius cumulauit. Et Princeps Sichen, vt potiretur amplexibus concupitis Dinæ, cũ audiret a fratribus suis ad id solam esse circumcisionem necessariam, hanc ille suasit cuncto populo, qua ipse & omnes misere perierunt. Quo exemplo intelligimus quam male rebus suis consulant, qui ut lucrum consequi, vel incommoda vitare possint, Dei leges trãsgredi non verentur. Nec id Deo satis est, vt quæ exoptant, non consequantur, sed quod eodem medio cuncta pereant. Et qui vsuris, &c. credunt ditescere, filiorum consulere auctoritati, in maximam redigantur frequenter paupertatem. Sic & his accidit, qui concilium congregant & rem, quæ tanti momenti erat, cum Deo non conferunt, vnde audire digni sunt: Væ filij desertores, dicit Dominus, ut faceretis consilium, & non ex me, & ordiremini telam, & non per spiritum meum, & adderetis peccatum super peccatum, addentes, scilicet, veteribus peccatis vestris hoc nouum, & graue, vt me contemnentes, quæ vobis expediret, mecum non tractaretis, cum dixisset sanctus Rex Iosaphat: Cum ignoremus quid facere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Vnde Roboam rogatus vt patris sui tributa moderaretur, rem nec cum Deo consuluit, nec cum senibus, sed cum adolescentulis, & ideo regnum amisit maxima ex parte: sic & isti sceleratum cogentes concilium hominum perditissimorum, &c. Video vos fratres magna huius rei admiratione pariter, & indignatione commoueri contra eos, qui hodie causam Domini cõsultarunt, & in eum mortis protulerunt sentẽtiam, & recte. Sed quid, si aliud huic simile in nostris moribus deprehẽditur? Quæro enim a uobis, cum innumeræ sint rationes, quæ vos ad charitatem erga Deum impellant, quæ nam inter has omnes acrius urgeat? Non dubium quin dicatis, si insani non estis, immensa eius bonitas, misericordia, ingens redemptionis opus, & beneficium. Cum ergo hæc ita sint, quanti sunt inter Christianos homines per totam uitam in sceleribus perdurantes, quos si roges qua spe tamdiu in malis obstinati permaneant, mortis, iudicij finalis, & inferni obliti libere dicent se diuinæ bonitatis misericordiæ, atque sanguinis Christi fiducia fretos in malis persistere. In quibus quæso hi differunt a viris, de quibus Euã-

Tit. 120. in Ioan. *Hs 6. in Exo. Origenes.* *Esa. 53* *Prouerb.* *Prou. 1.* *6. Mor. c. 12* *1. Reg. 18* *Gen. 34.* *Esa. 30* *2. Par. 20*

gelium loquitur hodiernum? Isti ex misericordia Christi in mala se præcipites dant, illi ex miraculis. Si ergo hos horres, quomodo non aduersum te indignaris? Lib. quarto. cap. 8. per multos numeros ostenditur, quod dono misericordiæ abutantur mali. In hoc etiam Euangelio istud docetur, in totius esse populi ruinam si gubernatores reipublicę in ferendis iudiciis, &c. bono intendant priuato, communi reiecto, cum non sui, sed aliorum dicantur gubernatores, aliorum tranquillitati, bonis, &c. prouidentes.

SABBATO POST Dominicam in Passione.

Euangelium.

Secundum vsum Romanum.

Cogitauerunt Principes Sacerdotum, ut & Lazarum interficerent. Ioann. 12.

Sabbato Dominicæ in Passione. 2

EVANGELII hodierni historia eadem die, ut ex Ioanne aperte cõstat, accidit, qua ab Ecclesia narratur, scilicet. ante celebrem ingressum Domini in Hierusalem cũ ramis palmarum, quando honorificentissime a populo susceptus est, & tamquam Rex Israel acclamatus. In hodierno autem Euangelio, sicut, & in multis aliis, quæ his diebus lecta sunt, vult Ecclesia, vt iam iam imminente Passione, quãdo homines Christiani tori intenti esse debent & considerationi, & gratitudini beneficij, quod cæteris præminet, quo Dominus crucis mortem passus est, ut dolorum, quos passus est, intelligamus acerbitatem, quam cõiectare possumus, si capitale odium consideremus illorũ, quo erga Dominum erant affecti, qui illã procurarunt, executionique mandarunt; insuper & summum illius amorem, qui libentissime se morti obtulit, vt genus redimeret humanũ, quem coniectare ex eo possumus, quod mortẽ subiit pro his, qui cum perditissimi essent, omni erant misericodia indigni, digni autem qui graues luerent pœnas tantorum scelerum. Horum hominum miseranda perditio in primis Euangelij verbis edicitur, dum eos Principes dicit Sacerdotum, qui regula esse deberent totius boni, eorumque vita animata lex, quam prospectans populus omnium virtutum contemplaretur imaginem. Sacerdotum Principes, in quibus tot erant obligationes & a Deo, & a lege, qui diuino cultui erant mancipati, quibus Angelorum nomen tributum erat, quia instar horum solis his, quæ Deo placent, intenti impeccabiles ex gratia esse deberent virtutem conseruantes vbique, & in omni occasione dari in ministeriũ, sicut Angeli propter eos, qui hereditatem caperent salutis, toti alieno commodo inuigilantes, vtpote de quibus scriptum erat in Malachia: Labia Sacerdotum custodient scientiã, & legem requirent ex ore eius, Angelus enim Domini exercituum est. Lex veritatis fuit in ore eius, in qua tam facile corruit homo, ut non solis operibus Sacerdos mundus esset, sed & verbis, quæ qui moderatur perfectus est. Summus autem Sacerdos, & cæterorum Principes, qui sancta sanctorum ingrediebantur, cæteris antecedere debebant, qui tanta varietate, & ornatu vestimẽtorum varia virtutum indumenta demonstrarẽt. Sacerdotes olim varia habebãt ornamenta, quibus eorum significabantur virtutes. li. 16. ca. 1. nu. 23. li. 14. ca. 28. num. nono, & decimo. cap. 29. nume. 4. 5. 14. 15. & 17. Sacerdotes Angeli dicuntur, id est, nuntij Dei, & hominum sequestres. libr. 16. ca. primo. num. 26. cap. 2. num. 1. Qui tales futuri erant, ad tantam deuenerant perditionem, vt Lazarum innocentem decreuerunt interficere, in quem ne speciem quidem criminis poterant intentare. Cæcum, quia fortiter patrocinatus fuerat apud eos gloriæ Iesu, eiecerant e Synagoga, nunc eo malitię creuit illorum & superbia, & inuidia, vt Lazarum, a quo nullo dicto, factoue fuerant vmquam prouocati, & in quem ne fingere quidem quidquam poterãt, voluerunt occidere, non ob aliud, quam quod multi Iudæi commoti tam euidenti miraculo adhærerent Iesu ipsis relictis. Cum enim fel mel animus laxauit habenas in scelus, ei postea nulli, vbi sistat, termini circumscribũtur. Sed vide rursum malitię istorum cæcitatem, Lazarum propter resuscitationem occidere cogitauerunt, quasi Dominus suscitare potuerit mortuum, & non possit occisum. Paucis ab hinc diebus venerãt, vt consolarẽtur sorores de sua morte, & tam acriter adolescẽtem nobilem in dimidio dierum suorum e medio sublatum flebant, vt sorores videns Iesus flentes, & Iudæos, qui venerat ad consolandas eas sic plorantes, turbaret se, & fremeret. Et illi aiebãt: Non poterat, qui aperuit oculos cæci nati, facere, vt hic non moreretur, &c. Sed cũ primum & viri nobilis, & amici, & consanguinei vitam arbitrantur contrariam vtilitatib. suis, statuunt occidere illum, quem sex antea diebus optarant sanitati pristinæ, & vitæ restitutum. Et sicut olim Sapientiæ secundo quẽ iustũ confitebantur, eradere de terra viuentium cupiebant, grauem etiam ad videndum asserentes: Circumueniamus iustum, inquiũt, non alia inuenta, aut proposita causa, nisi quod contrarius esset operibus suis. Et quidem de illo scriptum narrant, quod improperaret eis peccata legis, quod abstineret se a uiis suis, tamquam ab immunditiis, quod nugaces æstimarentur ab illo, qua occasione non mirum si irritentur. At Lazarus, nec verbum

Malac. 2.

Ioann. 9.

Sapient. 2.

bum loquitur, sed quia multi propter illum ex Iudæis adibant, & credebãt in Iesum, ideo eum cogitant interficere, solum quia Deus illi extiterat beneficus. Dubitat autem hic S. Thomas ex Chrysostomo cur cum Christus alios suscitasset mortuos, & sanasset ægrotãtes, solum Lazarum decreuerunt occidere. Et ait, quod quia illud miraculum erat euidentius coram multis factum, & inopinabile videre mortuum quatriduanum ambulãtem, loquentem, in conuiuio publico recumbentẽ. Secundõ, quia persona erat insignis, alij vt plurimum plebei. Tertio, quia miraculum istud factum est imminente festiuitate, quando totus populus Iudæorum, immo multi ex gentibus ad diem festum conueniẽtes admirabantur, & dimittentes festiuitatem in Bethaniam veniebant. Quarto, quia in hoc facto nihil erat, quod criminaretur, nec violatio Sabbati, &c. ideo aperte sæuiunt, qui quæsito aliquo bono colore non possunt. Efficaces quidem rationes, sed his nominferior ea est, quod vnum peccatum hos traxerat in aliud, & secũdum rursum in tertium, &c. quousque ad summum hoc malum deueniretur, sicut de Philosophis docet Paulus, qui euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorũ, &c. propter quod (ecce causam) tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, vt quæcumque uellent, mala libere, & prompte operarentur, quod & fecerunt. Hi effecti sunt quales Propheta dixit: Omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu uadens ad prælium. Hi sunt, qui peccare dicuntur in auaritia, cum numquam peccare satiantur, sed incredibili peccandi cupiditate tenentur, sicut scriptum est: Ne intuearis vinum, cum flauescit, &c. Et eris quasi sopitus gubernator, amisso clauo, &c. Quando euigilabo, & rursum vina reperiam? sicut enim multiplicatum uinum ebrium reddit hominẽ, & ebrietas sitim auget, sic multiplicata peccata sitim uix credibilem amplius peccandi. Peccatores passionibus suis ebrij dicuntur, lib. 2. cap. 17. num. 2. 3. & 13. lib. 7. cap. 2. numer. 18. Peccatores pascuntur peccatis, sed non satiantur, libr. 4. cap. 28. num. 17. Peccatores aliqui tamquam famelici deuorant iniquitatem, peccareq. dicuntur in auaritia, quia numquam peccãdo satiantur, lib. 6. cap. 1. num. 4. & 5. libr. 14. cap. 7. num. 19. In peccatis, qui robusti persistunt, nec fluctuant, stantes adorant idola, lib. 14. cap. 8. nume. 14. Peccatum præcedens causa est sequentium, lib. 14. cap. 14. nume. 2. 12. vsque ad 17. Vnde hi primum cogitant Lazarum interficere, & ab hoc malo in aliud prorumpunt maius, vt Christum interficiãt. Peccatores a malis cogitationibus ad mala opera venientes audiunt: Descende, sede in puluere filia Babylonis, &c. lib. 14. cap. 8. numer. 35. Cum ergo Iudæi tantis essent sceleribus inuoluti, non mirum, quod homines existentes sine pace, sine affectione, immites, quod acriter in Dominum sæuirent, nec eius tormentis, crescẽtibus impij in auaritia peccantes satiarentur. Præterea hi Principes erant Sacerdotum, quorum industria, suasionibus, & consilijs cuncta gerebantur. Ecclesiastici autem, & religiosi, cum peccatis traduntur, cunctis hominibus sunt peiores, vt quotidie videmus, & in causa Christi euidẽter didicimus. Cum dilectus in domo Dei patrauerit scelera multa, qui scilicet dilectus a Deo extitit ratione status electus in sortem Sanctorum in lumine. Si his peccatis se immerserit multis, talis erit, vt carnes sanctæ non auferant malitias eius, sed culpa sua augeant. Cumq. Zacharias magnitudinem plagarum Domini ediceret, interrogasse eũ ait Propheta: Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Vnde tã atrox percussio? &c. respondit: His plagatus sum in medio eorũ, qui diligebant me, id est, qui diligere me valde tenebantur mille beneficijs obligati, cum autem horum fuissent obliti, in tantum mei odium prorupere, vt atrocissime me & percusserint, & necauerint. Hi enim in statu suo misere ruentes talia patrarunt, quæ alius de populo non patrasset. Sacerdotes, & Ecclesiastici, si cadant, difficilius resurgunt, lib. 14. cap. 16. num. 7. 8. 10. vsque ad 13. 17. 19. 20. & 24. lib. 16. capit. 1. numer. 18. 24. & 32. Præterea hi & pessimi, & Sacerdotes cum essent, multo odio prosequebantur eum, quem iustum credebant, & confitebantur. Ea enim generalis malorum conditio est, qua leges omnes naturę frequenter rũpuntur, vt Sãctis sint inimici, hos & persequantur, & odiãt nulla alia ratione, sicut in morte Abel perspeximus, &c. Quotiescumq. autem impij contra probos armantur, eo quod probi hi sunt, bellum gerunt sola innocentis morte finiẽdum. Sicut locus Sapientiæ elegans, & vulgatus patenter edisserit, dum impij contra iustum congregantur, morte eaq. turpissima condemnandum, quem grauem etiam ad videndum affirmant, solum quia dissimilis est illis vita illius. Et concludens omnium horum rationem dicit: Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum, imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius, vt sola passione, sicut ille fecit, ingentes persecutiones commoueant in Sanctos, lib. 11. cap. 15. nume. 22. & 23. cap. 16. num. 12. & 13. vbi docetur quod mali detestantur iustos, quia iusti sunt. Accedit his, quod odium istorum contra Iesum præter hanc generalem rationem, quam diximus, aliam habebat specialem, ex eo quod hi Sacerdotum Principes auari erant, turpis lucri sectatores, & cupidi, ambitiosi, amantes primas cathedras in Synagogis, &c. qui Sancti reputari vehementer affectabant, & quia Iesus istis cogitationibus contrarius erat, omnia intentant, quibus misere pereat: triginta argenteos Iudæ porrigunt, vt tradat eum illis; Simonem Cyrenæum angariant, vt tollat crucem eius, non quidẽ vt innocentis

Hier.

Zach. 13.

Sapien. 2.

Prou. 23.

Hier. 2.

Esai. 47.

tis misereantur, a planta pedis vsque ad verticem & spinis, & flagellis vulneratum, sed ne in itinere moriatur, antequam maledicto, & infami supplicio crucis pereat. Iam mortui latus lancea crudeliter confodiunt, quæ omnia ingentis odij euidentia sunt indicia. Si enim eorum animus eo tenderet, vt bono cõmuni prouiderent, sicut in concilio mentientes in caput suum dixerunt, ne cuncti perirent, sufficeret quidem ad id, si in exilium cum mitterent, vel occiderent cõmuni morte, at quia velut rabidi canes in illum sæuiebant, id satagebant, vt acerrime punirent. Vnde tartarei ministri tanta machinati sunt in Iesum tormenta, vsque ad illud tẽpus nec audita, nec visa, noua semper addẽtes, vt Iudæorum, & Principum gratos haberent animos, eisq. adularentur tanto magis, quanto maiora adinuenissent contra Iesum tormenta. Terribilis ergo passio Domini fuit, quę talibus ministris executioni mandata est, quibus & diabolus totius nequitiæ auctor vsus est, sine quibus ille talia patrare nec auderet, nec posset; sed hominibus vsus est, qui hoc nomine indigni erant, qui inferno essent & crudeliores, & peiores, sicut sunt mali contra iustos, lib. 4. cap. 36. nume. 8. Et licet malorum potentiam contra iustos moderetur Deus, lib. 9. cap. 20. num. 5. dilectum filiũ suum tradidit voluntati eorum, ita vt clamaret Iesus: Circumdederunt me vituli multi, nec vituli solum cornibus, & potentia carentes, sed & tauri pingues obsederunt me, qui cornibus & vellent, & possent valide percutere: aperuerunt super me os suum, vt deuorarent, & deglutirent me, sicut leo rapiens, & ad deuorandum amplius rugiens, & exarserunt eo impetu, quo ignis spinas siccas cremat, & consumit. Tradidit dilectum filium suum pater in manus eorum, de quibus scriptum est: Principes tui infideles, socij furũ pupillo non iudicabant, & causa viduæ non ingreditur ad eos. Principes Sodomorum, & populus Gomorrhæ, Principes harum perditissimarum ciuitatum, quæ incendio iuste perierunt, malitia pares, immo longe superiores Christum Scribæ, & Pharisæi occidentes sunt, de quibus scriptum est in Genesi: Simeon, & Leui vasa iniquitatis bellantia, &c. Maledictus furor eorum, quia pertinax, &c. lib. 3. cap. 10. nu. 1. Christus terribilia pertulit in passione, libr. eodem numer. 16. 24. 50. 51. 91. & 102. Christi passionem edisserit Dauid in Psal. 68. Saluum me fac Deus, lib. 3. cap. 10. num. 48. Hæc credenda ab illis illata tormenta Domino Iesu, quem taliter oderant, vt eius causa & Lazarum, qui in nullo eis nocuerat, cogitarent interficere, cumq. inuidia fera quauis bestia crudelior horum animos inuasisset, vtiq. illos efferatos reddidit erga Iesum. Et cum inuidia, teste Hieronymo, fulguri comparetur, vtique Iesum contereret, & comminueret flagellis, clauis, sputis, &c. Ab hoc eodẽ principio amorem conijctare debes, quo Iesus morti se obtulit, siquidẽ pro impijs tam graniter, & libenter mortuus est, cum pro iusto vix reperiatur, qui velit mori, & qui animam ponit pro gratissimis amicis, signũ dat ingentis dilectionis, maioris autem, qui eam pro inimicis, talibusq. inimicis ponit, qui perditissimi extiterant eum summopere odientes. Amor vtique summus illius fuit, quem aquæ multę extinguere non potuerunt, nec ingentia crudelitatum flumina obruere. Hac de causa, inquit Rupertus, Christus in passione voluit purpura circumdari, vt intelligas quod propter nos in passione fungebatur ministerio charitatis. Coccus enim coloris ignei, qui in tabernaculo Domini offerri, & in Sacerdotali veste bis tinctus iubetur assumi, geminam significat dilectionem Dei, & proximi; proximi autem dilectio in hoc apparet maxime, quod animam suam dat pro amicis suis, nec id solum, sed etiam pro inimicis omni beneficio indignis. Et eleganter animaduertit idem, quod cum Prophetа diuinam dilectionem mire explicare voluisset, dixisset: Gratis venundati estis, & absque argento redimemini. Gratis venundati, hoc est falsis promissionibus decepti a dæmone, qui multa, & varia promisit vobis bona, nec contulit, quod promisit vsquã, qui mendax est, in promittẽdo montes aureos facilis, qui re uera nec modicum porrigit bonũ. Tales taliter ab hoste decepti absque argento redimemini. Quid enim captiua filia Sion pro redemptione tua dare poteras redẽptori? Sola gratia Christus venditus venundatos redemit. Quando homo totius orbis, cæli, & terræ extitisset Dominus, & in illa originali iustitia conseruaretur, per quam dominium acceperat cũctarum rerum, quid retribuere posset Deo, quo tanto satisfaceret beneficio? Nihil. Quia holocaustomata, & oblationes non tibi placuerunt, tunc dixi: Ecce venio. Descendit de cælo, vt eos redimeret, qui eum occidebant. Numquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grãdinis aspexisti, quæ præparaui in tempus hostis, & in diem pugnæ, & belli? Christus is est, ait Hieronymus, qui venit ad niueam regionem, & frigidam mundi huius, atque instar grandinis nimio frigore induratam, venit, vt excussо frigore talium peccatorum dilectione Dei flagrarent. Christi cor vulneratum est, vt vulnus inuisi amoris conspiceretur, li. 3. cap. 10. num. 77. & 78. Cumq. ex duplici hoc capite acerbitatem Dominicæ Passionis consideraueris, sit fasciculus myrrhæ dilectus tuus, vt inter vbera tua commoretur, id est, ea, quæ pro te pertulit Christus, nusquam a memoria recedant. Et ego fratres, inquit Bernardus ab exordio conuersionis meæ pro fasciculo meritorum, quæ mihi deesse sciebam, hunc mihi fasciculum colligere, & inter vbera mea curaui collocare collectum ex omnibus anxietatibus, & amaritudinibus Domini mei. Memoriam abundantiæ suauitatis horũ cruciatuum eructabo, quoad vixero, in æternũ non obliuiscar miserationes istas, quia in eis vinificatus sum. Non requiram sicut sponsa, vbi cubet in meridie, quem lætus amplector mea inter vbera commorantem.

Cant. 1.

Lib. 6 offic. cap. 11.

Lib. 5. de diuin. offi. c. 13

Esai. 1.

Esai. 53.

Iob 38.

Hieron.

Hebr. 1.

Bern. ser. 43. in Cant.

In crastinum autem turba multa, quæ venerat ad diem festum, cum audissent quia venit Iesus Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum. De hoc solemni ingressu dicturi sumus copiose die crastina.

4 *Pharisæi dixerunt ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus? Ecce mundus totus post ipsum abit.* Chrysostomus, & Theophilactus exponũt hũc locum de his Pharisæis, qui in Christum crediderunt. Hi ergo volentes alios a tam nefario scelere, quod in Christum cogitabant, abducere, dixerunt. *Videtis quia nihil proficimus.* Pium certe opus impios pro virili retrahere a malo ostendentes humanos conatus non sufficere ad priuandũ Iesum honore, & gloria, quam illi exhibebant homines, cum certe postquam id & minis, & rationibus intentassent, & a synagoga pellẽtes eos, qui ipsum confiterentur Christum, & ostendentes illum non esse a Deo, qui Sabbata violaret, nihil aliud effecerunt, quam perditam suam mentem ostendere, cum ingredienti in Hierusalem vestimẽta exueret populus, & eum summis laudibus acclamaret, & quod amplius est, ex ore infantium, & lactentium ipse perfecisset laudem suam; immo diceret indignantibus Pharisæis: *Si isti tacuerint, lapides clamabunt*, in quibus verbis id docere Iesus voluit, homines eum existimatione sibi debita priuare non posse, quod & isti fatentur dicentes, hactenus in re hac nihil profecisse, esseq. proinde conueniens, vt ab incepto desisterent malo. Frequenter enim contingit hominibus sceleratis, vt quo medio iustos gloria volunt priuare, illam augescant, sicut Sauli accidit respectu Dauid, & filijs Iacob cum fratre suo Ioseph, quem vendiderunt. Non enim est potestas, nec consilium contra Dominum: honorandus enim est absque dubio ille, quem supremus Rex voluerit honorare. Sicut & cæcum a natiuitate & vilipensum, & proiectum e templo ipse Iesus summopere honorauit. Quæ si considerarent homines perditi, non tanta animi propensione iustos conarentur & perdere, & inglorios reddere, cum efficere non possint, Deo honori suorum prouidente. Sicut prouidit Iuannæ, cuius famam prodigere nisi sunt iniqui iudices Israel, contra quos miraculose suscitauit spiritum pueri iunioris, cui nomen erat Daniel. Christum noluerunt Romani inter Deos suos numerare, quia absque Senatus decreto adoratus est in mundo, lib. 17. cap. 6. numer. 5. & 6. Immo mortuus ille subdidit sibi mundum contradicentibus Romanis, immo & discipulos, eorumq. sepulcra post ipsorum mortem effecit clarissima, cum Imperatores Romani & illum, & istos gloria, & claritate priuare niterentur, quod cũ tam

Dan. 13.

essent & potentes, & crudeles, efficere non valuerunt. Honorantur semicincia a Principibus terræ lib. 8. capit. quarto, numer. 10. Alij autem de solis malis intelligunt locum istum, qui cruciantur visis miraculis Christi. Hac enim pœna impij etiam in hac vita afficiuntur, dum Dominus iuste efficit, vt pœna sua sibi sit inordinatus animus, lib. 14. cap. 6. num. 34. Dumq. coguntur impij videre piorũ bona, cruciantur valde. Sic in Esaia scriptum est: Serui mei comedent, & vos esurietis, &c. Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini vtique eorum lætitia visa. Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis, dum vos torquebunt Sanctorum gaudia. Et in Psalmo legimus: Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet. Et in Moyse: Ego prouocabo eos in eo, quod non est populus. Hoc est, ijs, quos ipsi maxime contemnunt, beneficium ipsis videntibus præstabo. Lib. 1. cap. 25. num. 6. ostenditur quod mali cruciantur visa bona vita iustorum. *Videtis quia nihil proficimus.* Hoc vel vno verbo manifestissime produnt impietatem cordis sui. Primo enim cum gratias Deo agere debuissent, quod hactenus a tanto malo impediti fuissent, vere enim magna gratia est impediri a malo, sicut magna ira est & iudicium Dei, si homo sibi ipsi relinquatur, facere id quod libuerit. Deus derelinquit peccatores in grande ipsorum malum, lib. 4. cap. 20. nu. 8. lib. 2. cap 10. num. 17. vsque ad 19. capit. 11. num. 28. cap. 19. numer. 27. & 28. lib. 4. cap. 19, num. 2. & 7. cap. 20. num. 10. & 15. Quod misericordia grandi tollat Deus occasiones peccandi, lib. 4. cap. 6. num. 7. & 8. cap. 10. num. 1. vsque ad 3. 6. 8. & 9. Hi autem non gratias agunt, sed irascuntur, & insaniunt, qui etiã Deo gratias agere deberent, qui virum a Deo accepissent, qui eorum mortuos suscitaret, infirmos curaret, de benefactore perdendo anxij sunt. Proficiunt, & faciunt fructum: Prope es tu ori eorum, & longe a renibus eorum.

Esa. 65.

Psal. 111.

Erant autem quidam gentiles ex his, qui ascenderant, vt adorarent in die festo. Iudæi Lazarum quærebant interficere, vt Iesu gloria obscuraretur. Rabidi canes aiebant: *Videtis quia nihil proficimus*, & eodem tempore prouidit Deus, vt gentiles desiderio magno videndi, & alloquendi Christum tenerẽtur. Hæc enim Dei bonitas est, vt quibusdam recedentibus, alios ad se trahat, & fractis oliuarum ramis oleaster inseritur, & cum spiritus Domini a Saul recedit, Dauidem inhabitat, & cum Sacerdotem Heli repudiat, Samuelem alloquitur. *Erant quidam gentiles, qui ut adorarent Dominum venerant.* Salomon enim precibus obtinuerat, quod etiam gentiles in templum venientes a Domino exaudirentur. Tum quia iam in Græcam linguam translatis Hebræorum scriptis, etiam poterant legere quid pietatem

5

3. Reg. 8.

tatem colentibus promissum sit. Confundit autem hæc gentium deuotio Iudæorum, immo & nostram desidiam, vt non immerito di-
Matth.12. xerit Iesus: Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & ecce plus quam Salomon hic. Surgent, & hi condemnaturi Iudæos, *qui accesserunt ad Philippum*, in quo modestia, & reuerentia eorum appareat, quod non temere ad Christum introrumpunt. Sic enim appetendus est Deus, vt tamen adsit timor, & reuerentia. Gentes acceperunt hæreditatem Iudæis promissam, lib. 2. cap. 10. num. 14. & 15. lib. 5. cap. 7. num. 1. 2. 10. vsque ad 25. 27. vsq. ad 29. 31. vsq. ad 33.

6 *Venit hora, vt clarificetur filius hominis.* Hæc verba protulit Iesus, cum Andreas & Philippus ei retulerunt gentium desiderium erga ipsum, quibus significare voluit, etiam inter gentes, quibus antea fuerat ignotus, glorificandum. Et vt etiam Iudæorum deiectione gloria mea appareat. Non enim minus ad gloriam Dei pertinet iustitia, quã misericordia: Glorificabor in Pharaone, & in
Exod. 14. seruis eius. Nec ante dixit Christus tempus esse admittendi gentes ad gratiam, quam ipsi cupide accurrerent. Adest enim Dominus, sed his, qui in veritate quærunt illum, prope quidem est, sed inuocantibus eum in veritate. Deus firmat oculos suos super iustos, quia ipsi leuant proprios in Deum, lib. 4. cap. 26. nume. 8. Deus quidem homines omnes vult saluos facere, sed si illi velint, libr. 4. cap. 7. numer. 17. Deus operibus quærendus, lib. 4. cap. 16. num. 5. 14. 15. 17. vsque ad 19. cap. 19. nume. 5. Sicut autem tempus Iudaicæ abiectionis tunc erat, cum oblatã a Domino gratiam respuerent, cum clamaret: *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat*, & illi ipso relicto, ad lacus, & cisternas confugerent sæculi ardenter; sic in ianuis est iudicium Dei, quando Christiani virtutem, gratiam, & beatitudinem contemnunt solis terrenis commodis intenti, cæterorum, quæ animam concernunt prorsus obliti. Iudicium finale colligebant Sãcti iam vicinum propter charitatem extinctam, lib. 9. cap. nono. numer. 10. & 77. *Venit hora, ut clarificetur filius hominis.* Verba hæc dixit Iesus proximus iam morti, in qua asseruit glorificationis tempus aduenisse, vt & nos tempus glorificationis nostræ sciamus post mortem esse, non in hac vita. Nemo hic quærat glorificari, sed expectet. Iusti enim, dum viuunt, glorificationem, claritatem, clam sui notitiam nec habent, nec appetunt, sed lætantur, dum persecutiones patiuntur, & laboribus quatiuntur multis, sicut aiebat Ignatius: Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, vt in alio sæculo panis inueniar mundus. Iacob, & Esau huius vitæ, & futuræ inquit Chrysostomus figura erant, seruiebatq. Esau ipsi Iacob, quia vita hæc futuræ inseruire debet. Vita hæc, & quæ in ea gerunt homines terreni ludus sunt puerorũ,
Chrysost. in Matth. 1.

lib. 1. cap. 2. numer. 7. lib. 2. cap. 15. numer. 17. vsque ad 20. In vita hac mali appetunt habere bona omnia, futuram non curantes, iusti e contra, lib. 2. cap. 17. num. 20. vsque ad 23. Vitam hanc non claritati, sed laboribus, & ærumnis consecratam docent introitus in illã, & exitus, lib. 5. cap. 9. num. 14. & 15. lib. 11. cap. 10. numer. 14. lib. 18. cap. 11. numer. 20. Vita hæc tribulationibus abundat, ne vitam pro patria diligamus, lib. 6. cap. 9. num. 40. libr. 9. cap. 15. num. 17. Vita hæc beata non est, sed lætis semper succedunt tristia, lib. 18. cap. 16. nume. 4. & 6. In vita hac dies bonos habere non possumus, quos falso credimus maiores nostros habuisse, lib. 18. cap. 16. numer. 20. & 25. Vitas duas Deus nobis constituit, hanc in certamen, futuram in certaminis præmiũ, lib. 18. cap. 17. num. 5. & 19. Præterea docere 7
Iesus voluit his verbis Sãctorum clarificationem non in laude, & requie, sed in laboribus, & passionibus constitutam. Sicut enim Iesus iam iam imminente passione, cum granum frumenti moriendum dixit, tunc aduentare glorificationem suam dixit, ita iustorum claritas, quæ est non a mundo, sed a Deo, in illis est. Claritatem suam in diuitijs, in honoribus, in sanitate, in officijs habent sæculi huius amatores, sed qui illud contemnunt iusti arbitrantur vt stercora, & in cruce Domini gloriantur, qui vsque ad horam vltimã clamant: Esurimus, & sitimus, & nudi sumus, tamquam purgamenta huius mundi effecti. Sancti in tribulationibus, & tentationibus probantur, & fiunt clari, lib. 2. cap. 8. num. 9. vsque ad 11. cap. 11. num. 31. lib. 6. cap. 9. num. 9. 10. 17. & 18. Sancti in persecutionibus contemni non debent, lib. 9. cap. 15. num. 44. lib. 11. cap. 15. nume. 6. Sancti semper sunt admirandi, maxime autem cum propter Christum vinciuntur, lib. 11. cap. 7. numer. 5. vsque ad 7. Laboriosam vitam agens Paulus in Paradisum raptus est, a quo Adam pulsus est, quãdo illa caruit, lib. 10. cap. 1. num. 5. Tertio venit hora clarificationis Iesu, quando gentium conuersio instabat. Tã enim Deus hominibus saluandis erat intentus, vt horum salutem propriam diceret clarificationem. Sicut enim Sancti magnificare dicuntur Dominum, quia grandem in se faciunt imaginẽ eius recte viuendo, quam peccatores minuũt, lib. 18. cap. 15. numer. 14. ita afferunt hi Deo gloriam, sicut impij inhonorationem, libr. 3. cap. 12. num. 5. vsque ad 7. Christianum populum Deus erexit veteri reiecto, lib. 5. cap. 6. num. 7. & 23. Christianus populus a Iudæis accepit stolam Sacerdotalem, sicut Iacob ab Esau, lib. 5. cap. 7. num. 29. Christianos ex gentibus trahens ad se Christus Goliæ caput amputauit, nume. 32. Vnde sicut tunc clarificatus est Dauid, ciuitatem cum magno ingrediens honore; sic & Iesus cum amputato dæmonis capite gentes ad se traxit, se glorificandum dixit. Denique mortem, quam iam iã pro hominibus pati debebat, clarificationem

nem suam esse dixit. Christus honorificatus fuit in passione, sed non gloriose, id enim secundo reseruatur aduentui, cum venerit sedens cum principibus populi sui, & nobilis in portis vir Ecclesiæ sederit cum senatoribus terræ, lib. 3. cap. 10. num. 3. Is enim Iesu amor est, vt summam infamiam, maledictum crucis, immẽsos labores pro hominibus toleratos clarificationem vocet suam. Christus in passione indecorus, & pulcher simul erat, lib. 3. cap. 10. num. 25. Christi passio vocatur eius gloria, ibidem numer. 3. Vnde sicut gloriam suam vocauit Dominus ea, quæ illi erant & indecora, & contumeliosa, ita nostra gloria in hoc sita sit, vt pro ipso moriamur, vt magnificetur ipse in corporibus nostris siue per vitam, siue per mortem, vt quibus vita Christus est, mori lucrum sit.

Nisi granum frumenti, &c. In festo beati Laurentij enarratur. *Laurent.*

8 *Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater saluifica me ex hac hora.* Ex recordatione vicinæ mortis horror Iesum inuasit, vt intelligas sine peccato hominem conturbari horrore mortis imminentis, & optare eius vtionem, quidque faciendum ei, qui huiusmodi horrore commouetur, scilicet vt Deum inuocet, & suum desiderium postponat gloriæ *2. Cor. 5.* eius. Sicut ab illo edoctus Paulus desiderium naturæ explicans aiebat: In hoc ingemiscimus grauati habitationem nostram, quæ de cælo est superindui cupientes, si tamen vestiti, & non nudi inueniamur, eo quod nolumus exspoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur quod mortale est a vita. Ecce desideriũ naturæ, quo concupiscit absque præuia morte immortalitatem accipere. Sed quia statutum est omnibus hominibus semel mori, desideriũ hoc corrigit gratia, & ideo subdit: Audemus igitur, immo & bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, & præsentes esse ad Dominum. In hac turbatione constitutus Iesus, sicut accidere solet his, qui inter duo contraria, quorum vtrumq. certis rationibus desiderant, dubitant quid magis sit optandũ, subijcit: *Et quid dicam?* vox est enim mortem horrentis, & hærentis in parte sensibili vtrum sit optandum. Et primum quidẽ proponit naturale animalis partis desideriũ dicens: *Pater saluifica me ex hac hora*, id est, libera me ab hora mortis, a supplicio, quod mihi modo imminet. Cum autem naturale, & animale suum desiderium Dominus proposuisset, veluti seipsum corrigens, ac reuocans quod precatus erat, subiecit: *Sed propterea veni in horam hanc. Pater clarifica nomen tuum.* Ac si dicat: Non hoc fiat, quod naturaliter ego desidero, sed quia ordinatione tua claritas nominis tui pendet ex morte mea, id omnino velim in me, & de me facias, per quod nomen tuum illustretur, id est, clarus, & celebris habearis, & agnoscaris. In morte multa sunt, quæ terrere nos debent lib 4. cap. 1. num. 47. 59. & 60. libr. 11. capit. 9. num. 11. 12. & 26. In hoc enim capite docetur late, quod mors taliter contẽnebatur a Sanctis, quod etiam timebatur. Docet nos etiã locus iste passiones in hominibus reperiri quidem absque culpa, dum animæ statum non euertant. Stulte enim crediderunt Stoici passiones in sapientes non cadere. Stultius Christiani, qui detrectant Sanctis, si eos viderint ridentes, & gaudentes, in calamitatibus tristes, & flentes, timentes aduersa, sperantes prospera. Irridẽt eos dicentes: Etiam Sancti, & religiosi rident, &c. quasi virtus hominis naturam abstulerit, & non potius id in religioso faciat vt passiones moderetur, nõ tollat. Impij quidem passionibus animæ deordinatis ad peccata feruntur, quas moderantes iusti in bono conseruantur. Passiones quatuor animæ tristitia & gaudium, metus & spes moderandæ sunt, lib. 1. cap. 22. num. 2. & 3. lib. 3. cap. 17. num. 3. & 4. lib. 14. cap. 2. numer. primo. Si enim hæ non moderentur, statum mentis euertunt, lib. 5. cap. primo, num. 7. 8. & 13. lib. octauo, cap. secundo, numer. 5. Passiones habere hominis est, Christiani autem eis non subiacere, lib. 14. capit. secundo, numer. secundo, quas non cadere in sapientes stulte crediderunt Stoici, num. 3. 4. 6. 7. 8. & 9. Vnde quatuor passiones animæ alijs sunt in coronam, alijs in confusionem, ibidem nu. 10. Sancti passiones quatuor animæ ordinatas habent, lib. 9. cap. 23. num. 24.

Nunc iudicium est mundi, &c. Vide in exaltatione sanctæ crucis.

Ambulate dum lucem habetis, vt non tene- 9
bræ vos comprehendant. Quærite Dominum, *Esai. 55.*
dum inueniri potest, inuocate eum, dum prope est, ne discedens clamantes non exaudiat. Et Hieremias: Date Domino Deo *Hier. 13.*
vestro gloriam, antequam contenebrescat, & antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos; expectabitis lucem, & ponet eam in vmbram mortis, & in caligine. Et Paulus ad Galatas: Dum tempus habe- *Galat. 6.*
mus operemur bonum ad omnes. Ecce nunc tempus acceptabile, cum Deus sedet in throno misericordiæ, & gratiæ ad ipsum accedere conuenit, lib. 14. capit. 21. numer. 20. 29. 30. 37. 42. & 55. Vnde transacta vita hac bene operari non potest, qui id contempsit, dum vixit, lib. 17. cap. 1. numer. 2. 4. 5. 7. & 9. Vita hæc dies vocatur, ob id & sequens nox, lib. 18. cap. 17. num. 7.

Hæc locutus est Iesus, & abijt, & abscondit se ab 10
eis. Vocat Euangelista absconsionem quod Dominus vespertino tempore se quotidie a Hierusalem subtrahit delitescens per noctem in Bethania, mane autem reuertebatur in Hierusalem. Itaque vicissim & humilitatem hominis, & virtutem Dei in se exhibuit, dum per vices & fugiendo Iudæorum furorem declinauit, & animose ingerendo se illis vim sathanæ in eis occulta virtute represit. *Abscondit se ab eis*, a quibus cum ramis palmarum honorifice susceptus est.

Hinc

Hinc videmus quod Iesus non tantum vult honorifica suscipi, sed & honorifice tractari. Fide suscipitur, fide & pietate retinetur.

DOMINICA in ramis palmarum.

Euangelium.

Cum appropinquasset Iesus Hierosolymis, & venisset Bethphage ad montem Olineti. Matth. 21.

Vide libr. 7. capit. 6. numer. 15. libr. 14. capit. 5. numer. 14.

1 *Dominica in ramis palmarum.*

IN Euangelio hodierno, quando Ecclesia, quæ totam hanc septimanam deuotioni fidelium consecrauit, & considerationi passionis Domini, & compassioni illius, libr. 3. cap. 10. num. 70. & 71. ingressum Domini ad patiendum narrat, id docere homines voluit, sola bonitate sua, nulla ratione meritorum hominum habita morti se obtulisse, cum tanta, tamq. immania ipsorum peccata in Iesum commissa multis eos supplicijs prodebant dignos, quando suscitato Lazaro in concilio cõgregati Principes Iudæorũ ipsum decreto omnium, auaritia & ambitione ipsos mouente, occidere decreuerunt; quando ipsum iam anxie quærebant, vt interficerent, iam nuntios remiserant, vt comprehenderent, tunc potentiam suam maximam demonstrauit, & amorem, qui tam subito & voluit, & potuit mutare eorum corda, qui illum oderant maxime, vt qui dudum eum conuicijs affecerant, clamarent: Osanna filio Dauid, illi precantes a *Deo* contingere felicitatem, vt per illum etiam ipsi consequerentur salutem. Non mirum quod populus inenarrabili lætitia *Domino* occurreret, ramos cæderet, vestimenta exueret, Regi suo obuia exiret cum gaudio, ipsum clamans benedictũ, qui benedictionis omnis pater erat. Sed quod diuina ordinatione cuncta ista gererẽtur quo tempore cuncta, quæ illum populum concernebant, & temporalia & spiritualia funditus erant euertenda, mirari satis non possum. Musica in luctu importuna narratio. Et quidem desiderium, si compleatur, delectat animam, & ideo rationi consonum est, vt in solemni pompa lætus ingrediatur Iesus, vt voluntatem exequatur patris sui, qui baptismum sanguinis sui perficere ardenter optabat. At populus lætus occurrere non debuisset, cum tot iam imminerent illi mala, quæ prope erant, & in ianuis. Licet enim filius, qui frenesi laborans, grauitatemq. morbi non considerans exhilaratus rideat, quasi omnia sint salua, & prospera, tamen pater, qui tenere eum diligit, & ægritudinis, & periculi admonere optasset, sic & Iesus populum non ad gaudium, & lætitiam, sed ad saccum, & caluitium, & cingulum pœnitentiæ exhortari debuisset. Sicut enim cum Hieremias diuina reuelatione iam propinquam, & in ianuis populi cerneret miserandam captiuitatem, & ad fletum populum excitabat, & ipse sedens eiulatu magno, & amaro animo suspirans clamabat: Quomodo sedet sola ciuitas plena populo? Facta est quasi vidua domina gentium, princeps prouinciarum facta est sub tributo, &c. Et innumera alia retulit in toto Trenorum libro, quæ ipsum cruciabant maxime, & quę ad plãgendum acriter populum excitare debuissent in exordio captiuitatis, in qua & Propheras reliquit *Deus*, & viros probos, qui eos consolarentur, qui prædicerent intra septuaginta annorum spatia ad proprias sedes reuersuros, reparandum Salomonis templum, sacrificia restauranda, & vasa templi renouanda, vt in pristinam dignitatem cuncta reducerentur. At modo cũ nefando Iudæorum scelere, quo Iesum in crucem agerent, omnia essent euertenda a Tito, & Vespasiano Romanis Principibus, ita vt perirent cuncta, Prophetæ, templum, sancta ciuitas, sacrificia, vt arca testamenti Domini, qua ipse placabatur non ascenderet super cor, Iudæiq. dispergerentur inter omnes nationes summa infamia laborantes, ita vt tristibus nusquam succederent læta. Cumq. ingrediatur Iesus, vt continuo audiatur in abditis templi vox dicentium: Transeamus ex his sedibus; & vaticinium Hieremiæ compleatur: Curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus ergo eam. Quid mirabilis iste Iesu ingressus, in quo ab eo salutem consequendã & temporalem, & æternam præcinebat populus efficere debebat in hominibus, qui sexta die eum crucifixerunt? Vtique eos omni venia reddere indignos, & inexcusabiles. Christus in malum fuit Iudæorum horum culpa, libr. 3. cap. 6. numer. 9. vsque ad 15. capit. 9. num. 48. cap. 10. num. 5. 8. 23. 95. & 107. libr. quarto, cap. 9. nume. 10. Hæc quidem Iudæis occiso *Domino* accidêrũt. Sed dispoſuit ipse vt nolentes quæ euentura Christianis essent bona, summam Christiani populi felicitatem applauderent, & victoriam quam reportaturus esset *Dominus* de hoste, a quo spolia auferret, laudarent, victoriq. applauderent, & captiuis iam iam liberandis congratularentur, & confiterẽtur nescientes quod mors morte Christi superanda esset, & vincenda, libr. tertio, cap. decimo, num. decimo octauo, & dæmonum fortitudo superanda, nume. 64. factusq. pro nobis fuit maledictum, quia mortem, quæ de maledicto Dei venerat, suspendit, numer. 45. confitentes quod Iesus moriens de maledicto legis homines liberaret

Tren. 1.

Hiere. 51.

raret, quod peccantibus constitutum erat, numer. 36. & 107. Iudæi quidem duri, & nebulosi remanentes lapides caliginis, & vmbra mortis recte sunt vocati lib. 12. cap. 4. num. 27. Quia ergo vinea a Deo electa Iudæi populi dissipata est lib. 18. cap. 3. numer. 7. & 8. & quia, quæ diximus mala euentura erãt Iudæis, ingrediens Iesus ciuitatem in solemni hac pompa fleuit, vt Lucas narrat. Sed quia Iudæorum populo in scelera multa delapso, & Esau primogenitura, & Sacerdotio priuato gentium populus his titulis honoratus est; libr. quinto, cap. 7. nume. 17. vsque ad 20. & 28. Ideo ingressum suum ad mortẽ tanta pompa dignum, & lætitia maxima celebrandum rectæ arbitratus est Iesus. Considerans ergo quæ Christianum populum cõcernebant lætã, bonitate & potẽtia sua celebrẽ, & iucundũ efficere voluit ingressum ad mortem, perpendensq. etiam proprium gaudium, & quod amore maximo hominum actus Iesus mori desiderabat, illi congaudentes educit populos. Et vt quondam filia Iephte a patre sacrificanda impie, & stulte, filias Israel secum adduxit, vt immaturam ipsius mortem in montibus lamentarentur, quam illa inuita patiebatur & dolẽs, sic quia volens, & gaudens Iesus Hierosolymam adibat, vt moreretur, secum populum eduxit in montem Oliuarum, non vt immaturam eius mortem fleret, sed triumfanti obuiam egrediens & gauderet, & applauderet victori. Dicebat Paulus Philippensibus: Sed & si immolor super sacrificium, & obsequium fidei vestræ, gaudeo & congratulor omnibus uobis. Idipsum autem & vos gaudete, & congratulamini mihi, id est, si contingat, quod occasione conuersionis vestræ occidar gaudeo, & vos hac de causa ne tristitia afficiamini, sed congratulamini mihi ob zelum animarũ morienti. Charitas erga Philippenses angebat Paulum, vt mortem subiret gaudens, & alios ad congaudendum excitaret; cum autẽ Iesu amor in immensum illius vinceret amorem, turbas congregat, qui ipsi ad mortem properanti congratulentur. Christi amor ostensus in passione maximus est, lib. 3. cap. 10. nu. 15. 16. 39. 52. 55. 62. 72. 73. 77. 78. 82. vsque ad 86. 99. & 100. Hieronymus enarrans verba illa: Hæc dicit Dominus exercituum. Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiuniũ decimi erit domui Iuda in gaudium, & in lætitiam. Quatuor solemnia ieiunia indicta erant Iudæis tristitia plena, primum in mense Iulio, quando ob adorationem vituli tabulas legis fregit Moyses: secundum in mense Augusto, quia ob populi peccata dilatatus est introitus in terram promissionis: tertium in mense Octobri, quando Iudæ tribus, ac Hierusalem reliquiæ dissipatæ sunt Ezec. 33. Hier. 52. Quartum in mense Ianuario, quando Ezechiel in captiuitate positus audiuit, & cunctus populus captiuorũ quinto mense templum esse subuersum. Dicit ergo Propheta: Dies planctus, & ieiuniorum, quos hactenus habuistis in luctum, scitote in lætitiam, & gaudium esse vertendos, & quia id morte Iesu veris Israelitis contingere debebat, ideo ingressum ad passionem tanta voluit Iesus exultatione celebrare. In decima die mensis primi, quinta, scilicet die ante Pascha in hac magnifica pompa Christus ingressus est Hierosolymam, ea enim die præceptum fuit Israelitis, vt agnum Paschalẽ quisque in domum suam sumeret immolandum quintadecima die, & hac die Iesus seipsum in Hierusalem intulit, immolandus in die Paschæ in verum agnum, per quem non a Pharaone, & Aegypto, sed a diabolo, & inferno fideles liberarentur. Decima quoque dies mensis primi insignis olim fuit, quod in illa Iosue typum Iesu præ se ferens, cum toto Israelitico populo transito Iordane ingressus sit promissam illis terram, vt scriptum est Iosue quarto: deinde quarta decima die solemne Pascha celebrauerit, vt legitur capite quinto. Hac die velut victoriosus Rex cum ramis palmarum ingredi voluit. Palma enim apud Romanos, & Græcos in victoriæ signum præferri & dari solet. Apud Iudæos autem peculiare erat in publicis, & solemnibus gaudijs palmarum ramos manibus gestare. Ita enim vt facerent lætitiæ causa in festo Tabernaculorum præceptum est eis in lege, quem morem deinde, & alias in solemni lætitia seruauerunt. Nam vt scribitur in Machabæis in purificatione templi facta sub Iuda Machabæo in signum lætitiæ thyrsos, & ramos virides, & palmas præferebant ei, qui prosperauit mundare locum suum. Et in Machab. dicitur quomodo mundata arce in Hierusalem a Simone, ingressi sunt eam cum laude, & ramis palmarum, & cymbalis, & hymnis, & canticis, quia contritus erat inimicus magnus ex Israel. Hæc Spiritus sanctus voluit significare, cum istos mouit, vt cum ramis palmarum exirẽt obuiam Christo *Domino*, quo tempore mundanda erant sancta, excludendi erant inimici. Et quia in festo Tabernaculorum palmarum ramos gestantes clamabant: Osanna, ad hoc iam extra tempus spiritu Dei concitabantur, qui primum frondes in honorem præferre, & substernere illi admonuit, deinde frondium occasione in Osanna prorumpere eos impulit, sicut in Psalm. cum Dauid in Regem a populo susciperetur, in figura Messiæ Osanna acclamatus est: quo Regi suo fausta precantur dicentes: *Domine* saluum fac Regem, pro: Saluum fac, est in Hebræo: Hosiah. O Domine salua Regem nostrum, & per illum nos non tantum in terris, sed etiam in excelsis vt scilicet, salus, quam precamur, ad cælos etiam pertingat. Vere magnum, & mirum spectaculum. Nunc primum parabatur bellum, necdum certamen initum erat, & iam triumphum celebrant turbæ populorum. Numquid sciebant, quod

Philip. 2.

S. Thom. lect. 4.

Zach. 8. Hieron.

3 *Ianſenius.*

Exod. 12.

Ioſue 4. & 6.

Leuit. 23.

2. Mach. 10.

1. Mach. 13.

Pſal. 117.

Pſal. 19.

perfecturus esset victoriam? Immo nec istud nouerant, quod ad præliandum veniret. Ignotum eis erat, quod per passionẽ, & mortem destructurus eum esset, qui mortis habebat imperium, sed diuina inspiratione hoc factum est. Thriumphator enim ingreditur, nec dicere poterit: Variùs est euentus belli, vt qui considerata qualitate, & multitudine bellantium victor credebatur futurus, victus frequenter reuertitur, victor autem, qui numero & potentia inferior erat. At solus vadens ad prelium Iesus, vt torcular calcet solus, victor reuertetur homines liberans a peccatis. Apud Hieremiam scriptum est: Ecce
Hier. 23. dies veniet dicit Dominus, & non dicent: Viuit Dominus, qui nos eduxit de terra Aegypti, sed viuit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Aquilonis, & de cunctis terris, ad quas eieceram eos illuc, & habitabũt in terra sua. In quibus verbis Dominus de libertate, quam a captiuitate Babylonica accipere deberet populus, non loquitur; hæc enim minoribus est operata miraculis, & virtutibus, quam illa, quæ per manum Moysi in virtute signorum, & prodigiorum facta est in Aegypto. Hæc enim altera celebrior fuit, & clarior, & digna vt maiori & memoria, & gratitudine celebraretur; sed loquitur Propheta de libertate a peccatis, a qua liberati canunt iusti: In conuertendo Dominus captiuitatem Sion facti sumus lætan-
Psal. 125. tes, vel vt alia lectio habet: Facti sumus velut somniantes; tanta enim recepimus bona, tamque inopinata, vt somniasse crederemus. Quando enim tanti tyranni oppressi seruitute liberi remeabamus in patriam, tanta afficiebamur lætitia, vt non veram libertatem, sed somniatam putaremus, vix verum credentes, quod oculis cernebamus, & manibus contrectabamus. Hæc dicebant Iudæi, dum a barbarorum captiuitate libertati sunt restituti, & maiora nos cantare, & applaudere debebamus a dæmonis erepti potestate. Et quia tales erant homines, vt tantum, ac tale beneficium pro meritis perpendere nescirent, ideo eum cum in-
Leuit. 23. choatur celebrat Christus cum ramis. Et sicut olim in Leuitico, vt dicebamus, præcipiebat Dominus, vt in prima die solẽnitatis Tabernaculorũ acciperẽt Iudæi spatulas palmarũ, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente, & lætabimini corã Domino Deo vestro, vt discant posteri vestri, quod ingenti Dei bonitate ab Aegypto fueritis liberati. Quid in die prima huius nostræ solemnitatis, quæ tota hac hebdomada celebratur in memoriam passionis Christi, cum olivarum, & palmarum ramis non procedamus læti libertatem a peccato, & a Diaboli tyrannide recolentes? Et ita in celebri illa prophetia Zachariæ, quam in Euan-
Zach. 9. gelio hodierno retulit Matthæus, postquam dixerat Propheta: *Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem, ecce Rex tuus uenit tibi iustus, & Saluator, ipse pauper & ascendens super asinam & super pullum filium asinæ* subdit: Et disperdam quadrigam ex Ephraim & equum de Hierusalem, & dissipabitur arcus belli, & loquetur pacem gentibus, & potestas eius a mari vsque ad mare, & a fluminibus vsque ad fines terræ. Christus nos reconciliauit patri moriendo, & ideo scriptum est: Disciplina pacis nostræ super eum *Esai. 53.* libro tertio, capite decimo, numero 25. 38. & 39. Christi sanguis homines redemit a captiuitate libro eodem numero 37. & 38. quo dæmonum fortitudo superata est numero sexagesimo quarto. Christus in passione flen- *Luc. 23.* tes noluit audire mulieres, quia passio eius imago erat regni cælestis ibidem numero nonagesimo sexto. Diabolum vicit Dominus, vt sanctificatio ad nos transiret libro septimo, capite nono, numero primo. Diabolus a Christo victus est libro secundo, capite octauo, numero 17. vsque ad 22. 24. vsque ad 26. 29. 35. 36. 38. & 39. & quia huius victoriæ iam iam futuræ certissimus erat Iesus, vult vt instar Romanorum consuetudinis occurrat populus duci iam victori, 4
Considerandum etiam est in celebri hoc Domini ingressu tantis comitatus turbis se prementibus, tam mire eum laudantibus, quæ ramos præscindebant, proprias exuebant vestes, quam recte dicere potuisset ille patri: Multiplicasti gentem, sed non magnificasti lætitiam, etiamsi ad horam lætari illi viderentur coram Domino, sicut qui lætantur in messe, & sicut exultant victores *Esai. 9.* quando capta præda, & iam ab hostium periculis liberati diuidunt spolia. Confessio enim illa tam mirabilis innumera mala parere debebat illi populo. De quo merito *Tren. 1.* dicere potuisset: Quomodo sedet sola ciuitas plena populo? Quia licet tanta esset hominum multitudo, sola sedebat ciuitas, quia: Transiui, & non erat vir, quo nomine indigni erant, qui velut equi insaniebant, digni, qui vt tales audirent: In chamo, & freno maxillas eorum constringe libro duodecimo, capite quarto, numero decimo septimo. Mali bestijs quam optime comparantur libro octauo, capite secundo, numero secundo vsque ad 4. 6. 9. vsque ad 11. 14. & 15. Et cum nec lectus, nec auditus vsquam fuerit inter Romanos triumphus huic similis, crediderim certe cum tanti essent, qui ramos cæderent, qui vestimenta bestijs exhiberent conculcanda, qui aera diuinis laudibus adimplerent, miram dignitatem concinentes illius, qui non *Psam.* super Cherubin sedebat, sed apparens coram Ephraim, Beniamin, & Manassen aselo insidebat, cum celebris via, & ingredientis dignitas ex his coniectaretur; id in via ista credendum est innumeris commissatum Angelorum cateruis Iesum Hierosolymam intrasse, vt moreretur. Sicut enim cum introducit pater filium in mundum

Hebr. 11. dum dicit: Et adorent eum omnes Angeli eius, sic & modo præuenerunt principes vtique cælestes coniuncti psallentibus, *Psal.* Dominiq. introitum laudantes veniant felicem exitum laudaturi. Gloriam in excelsis canunt Angeli, cum in præsepio reclinatur infans, veniant etiam laudaturi, cum intrat ciuitatem, vt recumbat in cruce. Angelus comitatus est Tobiam cum profectus est relicta patria, ne in via difficili, & incognita deficeret adolescens, & non comitarentur Angeli Iesum in itinere, quo, vt moreretur, dirigebatur a patre? Angelus comitabatur castra Iudæorum, donec terram promissionis ingrederentur, Angeliq. multi coniuncti sunt Domino, donec illum prospere deducerent ad propria, & in bello comitarentur qui eius admirarentur, & laudarent bonitatem, misericordiam, & dignitatem. Et si Deus ex ore infantium laudem perfecit propter inimicos, vel vt illos iuste punientes conuincerent, vel vt supplerent patrum defectus, qui Iesum odio prosequebantur, vel vt viso tanto miraculo, qui inimici erant, in amicos mutarentur, cum increpati infantes, qui vel leui verbo, vel nutu expauescunt, clamare non desistant regnum Christi, perficeret etiam ex ore supremorum ciuium, qui soli eius agnoscebant excellentiam. *Comitatæ sunt turbæ Christum*, sicut famuli, qui equitem ad torneamenta procedentem ducunt vsque ad locum certaminis, quo ingressus solus relinquitur, solus pugnãtes, solus recipit ictus, sic & hi Iesum, quem laudes ducunt, deserunt, vt solus
Genes. 22. cum hoste congrediatur. Et vt olim cum Abraham filium suum sacrificandum duceret, asinum strauit, cui Isaac imponat, ita
Iosue 15. Christus verus Isaac asino iam sacrificandus insedit. Et sicut olim Axa asino insidens, & suspirans postulat a patre suo Caleph irriguum superius suasa ab Otoniel viro suo; diciq. patri: Terram Australem, & arentem dedisti mihi, iunge & irriguam. Deditq. ei Caleph irriguum superius, & inferius, nec quidquam denegare potest pater filiæ sedenti super asinum humili, quæ tanti erat patris filia; sic & pater æternus videns Iesum dilectum sibi filium humilem sedentem super asinum, cui cælum sedes est, & terra scabellum pedum eius, qui & suspirat, immo acriter plorat arentem terram sibi datam, dum ait ad Hierusalem: *Quia si cognouisses & tu, &c.* pater vt lacrymas abstergat filij, in quo bene sibi complacuit, daturum se promisit gentes in hæreditatem sibi, & possessionem suã terminos terræ. Præterea dum Pharisæi, & Sacerdotum Principes summo Christi odio detenti versarentur in quærendo conueniendi modo perdendi ipsum, ipse turbam instigat, infantes mouet, populum concitat, vt egressi & ipsum festiue deducentes ad mortem demonstrent, qua animi propensione duceretur ad patiendam mortem pro eis, qui ipsum crudeliter occidere nitebantur. Et sicut pendens in cruce iam traditurus patri inclinauit caput, quoniam si illud eleuans homines inspiceret, nihil in eis videretur, unde ad patiendam pro eis mortem moueri potuisset, inclinauit autem se, & contemplatus est pectus, & cor suum, & ibi innumeras adinuenit rationes, vt libentissime moreretur, & gaudens, ita ciuitatem sanctam hodie ingrediens, non Principum considerat sacrilegum animum, sed infantes clamantes: *Benedictus qui venit in nomine Domini*. Cumq. ad adducenda iumenta mitterentur discipuli, præcepit vt dicerent Domino illa necessaria esse, illi, de quo scriptum est: Dixi Domino Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Vt intelligas Iesum indigere quidem creaturis non propter se, sed propter illas ad communicandum eis suam bonitatem. Sicut fons sufficit quidem sibi, indiget autem riuo, cui aquarũ suarũ copiã cõmunicet, & sol sibi sufficit, vt autem communicet splendorem, indiget aere sic, &c. Id etiam in solemni hac pom- 5
pa & famulatu exhibito ei, qui morabatur in Efren indignationẽ Iudæorum fugiens intelligendum est, tam varia hæc gesta, quæ modo exhibentur acclamationes: *Osanna filio Dauid, benedictus qui venit rex*, ei qui occultabatur, & illa etiam, quæ breui sunt euentura: Non habemus regem nisi Cæsarem. Tolle, tolle, crucifige eũ, obũbrare varios Sancto rum progressus in hac vita, in quibus iam diuina in ipsis splendet potentia, & continuo propria imbecillitas inspicitur, lib. quarto, cap. vigesimo primo, num. octauo. Sic Moy- *Exod. 2.*
ses fugit Aegyptum, & in montes Aethiopiæ secedit, dum tremens considerat mortem Aegyptij manifestam esse, & rursus iubente Deo reuertitur, vt in faciem Regi tyranno resistat, & eius duritiam increpet, omni reiecto timore. Sic Helias animo consterna- *3. Reg. 19.*
tus iacet in vmbra iuniperi obsecrans Deum, vt tollat ab eo vitam, quam persequitur Regina Iezabel, & Rex, & continuo adiens Regem, quem fugiebat, ipsum dure increpat, quod conturbet Israelem. Sic & Paulus iam per muros Damasci demittitur in sporta, iam libere increpat magnatum Iudæorum, & gentium incredulitatem, rapiturq. in paradisum vt videat & audiat, quæ homini mortali & inuisibilia sunt, & ineffabilia. Id etiam in facto hoc considerare expedit, quod Deus pater prouidit innumeram hominum multitudinem, & infantium ora referans fecit deserta, quæ Iesu Domini miras canerent laudes ipsum fatentes regem, filium Dauid, saluatorem, cui incumberet homines in hac vita, & in futura saluare, quo tempore tota Hierosolymitana ciuitas aduersus ipsum coniurauerat. Dei enim interest, vt honori, & famæ innocentum prouideat quando honor Domini tam viluerat apud homines, ex ore infantium perficit

ficit eius laudem. Et turba ipsa, quæ contra Iesum coniurauerat, & dixerat: *Dæmonium habes*, &c. ipsa, ex illis saltim multi, nomina ei tribuunt soli Deo conuenientia. Fidant homines Christiani Deo, quod si eius causa honorem, vitam, &c. contempserint, Deo cura est de ipsis. Sic astitit Iudæis in regno Assueri, cum solius religionis causa ad mortem essent damnati eorũ prouidens non solum vitæ, sed etiam honori.

6 Idem de Ioseph, Susanna, &c. Præterea cum Iesus voluit, vt is honor sibi a populo exhiberetur, docere nos voluit, non esse sanctitati contrarium, quod honores cum moderatione, & ordinate media virtute & accipiantur, & desiderentur. Honorem media virtute volunt boni, non mali, lib. 1. cap. 20. numer. 6. & 7. Honores, etsi comitentur iustos, pro magno bono habendi non sunt, nu. 7. 20. & 21. Honorandus est pauper, si iustus sit, & potens, si male viuat, vilipendendus, libr. octauo, capit. quarto, numer. primo, libr. nono, cap. decimo, num. secũdo. Honores non recusant Sancti, quando id in bonum cedit proximorum, lib. 8. cap. 4. num. 8. Deinde in hoc facto rerum humanarum inconstantiam, honoris, & gloriæ mundanæ varietatem indicare Iesus voluit, dũ & qui Rex creditur, & confitetur a quo salus expectanda esset, post horam esuriens non reficitur, nec vllus in inclyta illa ciuitate est, qui ei bucellam porrigat panis, ne dicam qui Regi suo regium præparet conuiuium, immo summo honore decoratus modo ab eisdẽ quinta die turpiter & contemnitur, & inhonoratur. Mira res quod proprias vestes exuat populus, & eas pedibus bestiarum exhibeat conculcandas, scindendas, & cũ credi potuisset, quod mire concertarent hi in eo imitando, ab omnibus contemptus relinquitur. Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & a Domino recedit cor eius. Erit enim quasi myricæ in deserto, & non videbit cum venerit bonum, sed habitabit in siccitate in deserto, in terra salsuginis, & inhabitabili. Et ideo subdit: Prauum est cor hominis, & inscrutabile & quis cognoscet illud? Mira res ingrediuntur Paulus, & Barnabas Lycaoniam, & Lycaonici clamant: Dij similes facti hominibus descenderunt ad nos, & vocabant Barnabam Iouem, Paulum vero Mercurium, quibus & afferebant coronas, & sacrificia offerre volebant, nisi obstitissent Apostoli, & protinus lapidantur, & eiiciuntur extra vrbem. Hæc honorum inconstantia, hæc rerum omnium mundanarum varietas, eius opes & potentiam appellat merito Esaias puluerem tenuem, fauillam pertranseuntem, somnium visionis nocturnæ. Et liber Sapientiæ vmbram, nuntium percurrentem, nauem fluctuosas aquas velociter permeantem, cuius nec vestigium, cum præterierit, poterit, inueniri, & auram aerem peruolantẽ, cuius itineris nec signum quidem videtur, & sagittam emissam, cuius transitus non apparet. Ista considerans Regius Vates aiebat: Beatus vir, cuius est auxilium abs te. Quæ est huius beatitudo? Illa vtique maxima, quod non respexit in vanitates, & insanias falsas, quibus nominibus pulchre explicuit temporalium rerum fugacitatem. Vnde dum pictor quidam celebris in tabula omnes pinxisset celebres Principes, inter eos Octauianum Augustum pinxit, qui oblatam picturam commendauit quidem, sed non ingenium pictoris, vtpote qui Octauianum ipsum inter illos adhuc viuentem collocasset. Id fieri non debere dixit ille, quia dum viuimus, omnes casui subiecti sumus, & a dignitate, & a virtute. Ideoq. Solon Salaminius dixit Cræso: Nemo beatus, dum viuit, cum temporum varietati subiaceat. Cuius sententiæ tunc recordatus est, cum Cyrus eum iussisset occidere. Darius Rex ad tantam deuenit miseriam, vt cum ad mortem vulneratus vas aquæ a Bolystrato accepisset, dixit: Ad hanc deueni aduersam fortunam, vt nec vicem tibi rependere possim tam modici beneficij, & hæc dicens expirauit, cum inter omnes sui temporis Reges omnium potentissimus extitisset. Sed cum innumera sint in sacris historijs & profanis, quæ gloriæ humanæ fugacitatem, honorum, & bonorum omnium volubilitatem exprimant, inter omnia, quæ Iesu acciderunt magis explicant omnium rerum inconstantiam, dum acclamatus Rex Israel, vt saluator receptus, & statim deseritur, vt in Bethaniam refectionis causa declinet, & sicum non habentem nisi sola folia maledicat, & arescat, significans hos, qui foliis pleni ipsum laudabant, qui operibus nudi erant, nec id solum, sed eum cruce dignum, & morte & confessi sunt, & testimonijs falsis curauerunt. Gloria mundana non stat, sed fluit, libr. secundo cap. decimo quinto, numer. 53. vsque ad 56. cap. decimo sexto, numer. 20. 22. & 23. cap. decimo nono, num. 32. libr. quarto, cap. secundo, num. sexto, lib. septimo, cap. sexto, numer. septimo, & octauo. Gloria mundana, & alia sæculi bona recte puleri comparantur, libr. septimo, cap. sexto, num. septimo. Gloria mundi licet diuturna videatur, reuera flos est fœni, ibidem, num. 14. & 15. Gloria mundana vmbra gloriæ est oriens a mente puerili lib. decimo octauo, cap. primo, num. vigesimo secundo. Multa de re hac habentur in cap. sexto, libr. septimo. Honores mundani citissime transeunt, libr. primo, cap. 20. numer. 20. vsque ad 24. Vnde mundani honores non in fine, cum deficiunt, sed modo, dum durant, pro nihilo habendi sunt libr. septimo, capit. quinto, numer. 10. & 11. Laudes humanæ contẽnendæ sunt, quia puncto tẽporis præterito obliuiscuntur homines lib. 11. cap. 14. numer. 6. laudes hominum, & eorum præconia aranearũ sunt textura, nu. 7.

Et

Et tamen cum ista & fide, & experientia didicerimus, hominum laudes quæruntur, opprobria timentur Deo contempto, lib. 11. ca. 14. numer. 2. vsque ad 4. Coniungit autem Ecclesia, ait Bernardus, hodierna die passionem processioni, licet passio non hac die cõtigerit, sed feria sexta, vt discamus, in nulla lætitia huius sæculi habere fiduciã. Propterea non simus stulti, vt occidat nos prosperitas nostra, sed in die bonorum, ne immemores simus malorum. Sic enim procedit mundus, & in sæculãribus, & in Sanctis. Illis enim aliquando, quæ placent, aliquando quæ displicent, videmus accidere. Et ipsis spiritualibus non semper lætaq; nec semper tristia accidunt, sed vespere, & mane illis vnus. Visitat enim Deus iustum diluculo, & subito probat illum, vnde cor sapientis sit, vbi tristitia est, & melius est ire ad domum luctus, quam ad domũ conuiuij. Licet enim multos fraugat aduersitas, tamen multo plures extollit prosperitas, iuxta illud: Cadent a latere tuo mille, scilicet sinistro, vbi significatur aduersitas, & decem millia, id est, multo plures a dextris tuis, in quo prosperitas significatur. Vnde Dominus, sicut in passione patientiã, ita & in processione aselli honorẽ humilitatẽ exhibere curauit, vt patientia nos tueatur in aduersis, & humilitas in prosperis. Docuit nos Pontifex noster prospera hominum, & aduersa opportune vitare, opportune suscipere. Vt enim temperantiæ est, præconia populi, & sæculi huius prospera declinare, sic interdum iustitiæ est certa quidem dispensatione suscipere ea moderate: sic Sancti fugiebant honores interdum, & aliquando ea suscipiebant. Honorem, & gloriam hominum magnopere fugiebant Sancti, libr. 1. cap. 20. numer. 1. 2. 14. & 25. lib. 8. capit. 4. late docetur quod honorem contemnunt Sancti, etiamsi quandoq. ad officia assumantur inuiti vide nu. 8. Tristibus succedunt læta, etiam in hac vita, & tribulationibus prospera, libr. 2. cap. 11. num. 13. vsque ad 16. 21. vsque ad 23. 26. 33. vsque ad 35. lib. 6. cap. 9. numer. 23. 26. 27. & 32. lib. 7. cap. 3. num. 1. & 3. cap. 4. num. 9. vsque ad 20. Sicut & lætis tristia, ne homo in die bonorum immemor sit malorum, considerãs quod extrema gaudij occupet luctus. Gaudium iustorum non est luctui cõtrarium, sed ei cohærens, libr. 7. capit. 4. nume. 2. vsque 5. & 9. Istis rationibus ductus Iesus ciuitatem sanctam ingredi voluit in solemni pompa. In qua dicit Bernardus: Est iumentum, cui insidet Christus, & vestimenta, quæ exuit populus, & sternit in via, & rami, qui præscinduntur. Istud triplex obsequium exhiberi Christo. Sæculares, qui eleemosynis necessitates pauperum subleuant, vestimenta sua prosternunt Christo, dum quod vni ex minimis suis faciunt, Christo exhibere dicuntur. Prælati quoque ramos cædunt de arboribus, dum populo castitatem Ioseph prædicant, vt castus ille sit, patientiam Iob proponant, vt in tribulationibus consolentur, mansuetudinem Moysi, vt mites sint homines, &c. li. 16. ca. sexto, num. secundo, & tertio. Sancti præcedentes exemplum se præbent sequentibus, lib. quinto, cap. 15. numero 16. Ac super omnes hos sunt religiosi glorificantes, & portantes Deum in corporibus suis. Tumentum, cui insidet Christus, illi sunt, qui propria voluntate relicta in quiunt: Vt iumentum factus sum apud te. Religiosi se, & sua consecrant Deo, lib. secundo, cap. vigesimo, num. primo, vsque ad septimum, lib. nono, cap. vigesimo secundo, numer. 4. libr. 15. cap. 5. num. 20.

Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Totus tuus, totus tibi, non tantum ipse tuus, sed omnia, quæ ille habet, tua sunt. Si cælum habet, tuum est, cuius influentijs viuis, ad quod possidendum vocatus es: terram possidet, hanc dedit filijs hominum; Angelos habet, & illi administratorij sunt; spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiũt salutis. Omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, vt vos sitis Christi, sicut & Christus est Dei. Christus Rex est in hoc mundo, licet regnum non sit de hoc mundo, lib. tertio, cap. septimo, numer. 45. Christus Rex noster, & sacerdos, libr. 3. cap. 9. nume. 22. 26. & 29. Hoc Christi regnum in regno Saul figuratum est, qui in Regem Israel vnctus est, dum asinas quæreret patris sui, Iesus autem mittens duos discipulos ad quærendam asinam, & pullum Rex acclamatus est, & titulum regni in morte accepit.

FERIA QVINTA in cæna Domini.

Euangelium.

Ante diem festum Paschæ sciens Iesus quia venit hora eius. Iann. 13.

Vide lib. 8. cap. 7. num. 1. lib. 11. cap. 3. nu. 10.

LOTIO hæc pedũ, quę post esum agni, & ante Eucharistiæ institutionem effecta est a Domino Iesu morti iam propinquo tã fuit admirãda, vt eam nec homines, nec superni ciues, Angelorumq. chori intelligere vquã valuerint perfecte, & qui paruulo in Bethlehem vagienti intererant adoraturi canentes in vili illa stabuli reclinatione, & præsepij & Dei gloriam, & hominum pacem mundo iam aduentasse, maiori certe ratione, cum

eundem iam grandæuum & lauantem, & tergentem, & osculantem piscatorum, & proditoris pedes contemplarentur, interessent pauidi diuinum in humilitate tanta gloriam considerantes, nec plene intelligentes tanti facti rationem. Illud enim de Deo semper & experti sunt, & rationi naturali congruentissimum sunt arbitrati, vt beati omnes spiritus, corruant ad pedes Dei, & hominis Christi sedentis in throno regio, vbi seniores coronas capitum deponentes clamant: Benedictio, & claritas, & gratiarum actio, &c. *Apoc. 1.* Deo nostro, &c. Si Deus procideret ante Seraphinorum pedes (si eos haberent) res profecto esset mirabilis valde, sed tamen quid de Deo sentire potuisset quis conspiciens Deum beneficum in eos, qui eius seruitio sunt perpetuo occupati, sed tamen proditoris pedes lauantem, & osculantem quis non miretur? Cum introducit primogenitum in *Hebr. 1.* orbem terræ (ait Paulus ad Hebræos) Deus pater præcipit, vt statim adorent eum omnes Angeli eius, & mirabili infantis potentia inclyti aduentarent Reges, qui procidentes munera obtulissent infanti Regi, & Deo digna, vt in vili habitu Orientem adorarent, ita conuenientissimum videtur, vt exeunte de mundo ipso miraculorum magnitudine compulsi mundi Principes Romanorum Imperatores, totius orbis Monarchæ adducerentur, qui egredientem de mundo adorarent perpendentes maioribus, & potioribus beneficijs homines diuino seruitio obligatos. Et quia mundus Dominum ad patrem redeuntem non cognouit, & cum in propria venisset, sui eum non receperunt, vel ipsi saltem Apostoli totius orbis nomine, & eorum, qui tunc aderant, & Christianorum omnium, qui futuri erant in Ecclesia, surgerent a mensa, & considerarent Iesum, qui per tres annos & prædicasset nudis pedibus Euangelium, & lassatus vel hoc tantillo beneficio eum pedes abluendo recrearent. Et si illud difficile credidissent, corruerent saltem, & adorarent, & oscularentur pedes eius, a quo innumera recepissent beneficia, & ipsi & homines vniuersi, qui tamen ista non agnoscebant, corruerent, vt a magistro, & patre adhuc mortali benedictionem acciperent. Nihil horum effectum est, sed aliud nouum quidem, & mirabile, sed illis omnibus conuenientius multo, quod sic considerandum est. In toto hoc sacro Quadragesimæ tempore, quod pœnitentiæ est consecratum Christianæ, & vt vitijs reiectis omnes repararentur virtutes, quæ vel mortuæ erant, vel elanguidæ, miræ Ecclesia adhibuit media, & efficacissima illa, quibus homines ad flenda peccata adducerentur, vt miserandum criminum statum aduerterent, eorum grauitatem, difficultatem deserendi mala, quæ longa peccandi consuetudine inualuere, diuinam in homines tales longanimitatem, & bonitatem, qua varijs adhibitis medijs, & remedijs ad deserenda peccata homines voluit adducere. Hæc considera in Samaritana, quæ fontem vitæ recepit, cum potum aquæ sitienti, & lasso Domino porrigere noluit, vbi diuina reluceet bonitas. In eo quid triginta octo annos habebat in paralysi, quiob peccata sua tam diuturno detinebatur morbo, vno verbo sanitatem recepit animæ, & corporis. Et interea multa, cum Iesum lapidare voluissent Iudæorũ Principes, eos arcuit a tanto patrando facinore dicẽs: Multa opera operatus sum. & ci propter quod eorum me lapidatis? Et multa sunt alia Euangelia, in quibus hæc, quæ dixi, licet perpendere, quæ omnia Iesus hoc vno egregio facto lotionis pedum recapitulauit pulchre. Diuinus enim eius amor mire reluceet, dum peccatorum lauat pedes. Is enim pondere suo (amor enim pondus est animæ, vt aiebat Augustinus) eũ trahit vt cæli, & terræ cum sit Dominus, & ante inimicissimum hominem corruat, & eius lauet pedes, & lacrymis riget, & osculetur. Nascituro Esau, *Genes. 2.* Iacob plantam fratris tenebat, quasi facto ostenderet, quæ euentura illi essent damna orto fratre, immo inimicissimo homine ex fratre. Sed Iesus cum sæculum hoc deserere voluisset, plantam fratris tenebat, vt tali beneficio actus ad sanam mentem reduceretur, vt inde ille, nisi insanus esset, colligeret, quæ a sacratis illis manibus posset commoda re- *Luc. 7.* portare. Insigne dilectionis signum dixerat Iesus extitisse, quod illi exhibuerat peccatrix femina dum lacrymis eius lauat pedes, capillis tergit, & osculatur, cum tamen quæ tale facit opus meretricis nomen habeat, & Deus est, cuius lauantur pedes, & tamen opus istud talibus circumstantijs exhibitum, miræ dilectionis esse commendatur, quo coniecteris qualis dilectionis sit argumentum, quod Iudæ pedes a Deo ipso osculentur, & lauentur. Illud Domine Iesu erga inimicum reconciliationis signum exhibendum iussisti dicẽs: *Matth. 5.* Si frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum, & reconciliare prius fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuũ iam fratri reconciliatus, vt Dominum suscipias placatum, & bene in te animatum. Sed tamen licet Iudas nihil criminari posset aduersum te, a quo innumera reportauerat beneficia, qui in nullo fuerat læsus, & tamen cruentum illud sacrificium patri in cruce offerre differt, quo vsque fratri, immo inimico crudelissimo reconcilietur, &, quod in se est, *Luc. 15.* illum in pristinam adducat amicitiã. Ingentis amoris indicium pastoris illud iudicasti Iesu bone, quo perditam ouiculam in humeros imposuit lætus dicens: Congratulamini mihi, quia inueni ouem, quam perdideram, sed commendabilior multo ille est, quo feraciissimum lupum suscipit, vt cum muter in ouem bonitas tua, si ille tantæ dignationi rebellis non extiterit. Vnde recte Bernardus aiebat hodierna die amorem de Iesu Domino triumphum reportasse. Et vt olim, dum

dum imperij Romani dux quidam inclytus egregiam esset de hostibus victoriam consecutus, in solemni pompa recipiebatur acinbus, in qua, qui victi fuerant, vincti cum victore adducebantur, quorum vexilla in signum victoriæ terram verrebant, solumq. Romanum vexillum imperij armis condecoratum eminebat; sic & hodie, quando amor de Christo Iesu triumphat, ille solum gloriosus incedit, Iesus autem procidens lauat pedes, & crastina die vinctus Hierosolymam ingredietur, vexilla crucis super humeros eius, & super terram veluti percussus a Deo, & humiliatus, &c. *Esa. 53.* vnde nec reputauimus eum. Ne mireris Prophera sancte quod victus cõtemnatur, & quod cuncti acclament victori, ipsum adorẽt, eum laudent, ipsum admirentur, diuinum amorẽ, quo Deus, vt seruum redimeret, filium tradidit morti. Numquid de te Iesu sancte triumphant Iudæorum Principes? numquid Romani Imperatores? numquid mundus? numquid mors? numquid tenebrarum Principes? Minime gentium. Sed amor, quo homines omnes diligis, qui fortis est vt mors, immo ea fortior, is enim & lotioni pedum, & flagellis, &c. viã aperuit, quæ cunctis clausa illi soli patere valuisset, quo actus Iesus non considerata hominum malitia, sed miseria, & propria bonitate discipulorum pedes aqua lauat, loturus eorũ *Esa. 49* animas pretioso sanguine suo. Et vt olim dixerat Deus, vt diuinum erga homines prodere amorẽ. Numquid potest mulier obliuisci infantem tuum, vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui? Ecce in manibus meis descripsi te. Hæc respondit Dominus, quia populus querulus aiebat: Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei, quod impossibile dicit Deus, eo quod populum Sion in manibus descripsisset. Valentiori certe iure diuinum erga nos amorem considerare licet, dum hominum pedes diuinis manibus attrectans, eosq. lauans in manibus suis descripserit, ne vsquã *Hierem. 3* nostri obliuiscatur misericordia eius. Mirantur certe Apostoli alienum opus a Deo, quo dicentibus creaturis: Non seruiam creatori, quæ a sæculo iugum confregerant, ruperant vincula dulcissima, quibus eius seruitio astringendi essent, ipse bonitate sua ait: Ego tibi homunculo in vili officio seruiam, qui seruire *3* me fecisti in peccatis tuis. Et quia singula Euangelij verba diuinum hunc spirant amorẽ, in illius enarratione iterum de re hac redibit sermo. Interim dum homo in hoc facto diuinam considerat dilectionem triumphantem de Iesu nostro fortissimo, & geminæ substãtiæ gigante, pendat indignum esse humana imbecillitate, si idem amor de homine tali triumphum non reportet. Merito clamare debet *Esa.* homo: Maledictæ manus, quę in vinculis charitatis huius non trahuntur, qua non consumuntur iniquitates, quas trahimus in funiculis vanitatis, & peccatum velut vinculum plau- *Guerr. Abb.* stri. Cur non dicam (Guerricus Abbas) vicisti Domine, vicisti. Ecce do manus in vincula tua, accipe seruum sempiternum, licet inutilem; vicisti malitiam meam bonitate tua, languorem meum ardentissima charitate tua, vt iam plusquam ferreus sim, nisi me tibi totum nusquam postea repetendum tradidero. Præterea qua in re amplius hominum malitiã licet considerare, quam in re, in qua animaduertentes Iesum peccatoris lauantem pedes, tangentem, osculantem, lacrymis certe riganteni, illum in nullo nec ad instans vidimus mutatum. Adamantinum sacrilegi pectus induratur similis capiti suo diabolo, velut mallea toris incus, quod obdurescit amplius assiduis *Iob.* malleatoris ictibus. Cum Saul sanguinem Dauidis ardentissime sitiens ipsum incessanter quæreret ad mortem, cuius inearrabili odio tenebatur, captus est semel ab eo, quem capere ipse gestiebat, qui cum ipsum in spelunca *1. Reg. 24* occidere valuisset, nec voluisset, summitatem chlamydis ei præcidit, cumq. secessisset Saul a longe clamans Dauid aiebat: Domine mi Rex, (pronus in terram) quare audis verba hominum loquentium: Dauid quærit malum aduersum te. Ecce hodie viderunt oculi tui, quod tradiderit te Dominus in manu mea in spelunca, & cogitaui vt occiderem te, & pepercit tibi oculus meus, dixi enim: Non extendam manum meam in dominum meum, quia Christus Domini, &c. Vide quod non est in manu mea malum, neque peccaui in te, tu autem insidiaris animæ meę, vt auferas eam. Iudicet Dominus inter me & te, manus autẽ mea non sit in te. Quem persequeris Rex Israel? quem persequeris? canem mortuum persequeris, & pulicem vnum. Cum autem complesset Dauid loquens sermones huiuscemodi, dixit Saul: Numquid vox hæc tua est fili mi Dauid? Et leuauit Saul vocem suam, & flenit, dixitque ad Dauid: Iustior tu es, quam ego, tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala. Quis enim cum inuenerit inimicum suum dimittet eum in via bona? Abiitque Saul in domum suam mutatus certe in virum alterum cum vidisset Dauidem pronum in terra adorantem virum ita iustum, qui cum occidere potuisset eum a suis vehementer persuasus, id facere non voluit, qua re impiissimi Regis cor mutatum est, & fleuit, & a persecutione eius, vel ad tempus, cessauit, dum prostratũ vidit Dauidem, qui & verbis, & operibus durum emolliuit pectus scelerati Regis, quem Deus iam proiecerat, ne esset Rex, a quo & spiritus Domini bonus iam recesserat, quem spiritus malus vehementer exagitabat. Incredibili odio in fratrem suum Ioseph detinebantur filij Iacob, quo acti eum occidere volentes vendiderunt, sed tamẽ cũ eos pauit in Aegypto, & fleuit, & in oscula eo- *Genes.* rum ruit, a quibus fuerat venundatus; eum protinus adorauerunt bonis operibus fratris mutati, passionum obliti sunt ei veluti serui in omnibus libentissime obsequentes, quem vendiderunt, ne seruirent. Horum pedes lauerunt

runt serui Ioseph, & bonis operibus mutati in viros alteros veritatis pristinæ penitus sũt obliti. Tam sunt potentia opera bona, & inimicis,& peccatoribus exhibita. Iram fratris
Gen. 43. vehementem moderatus est Iacob, cũ ad propria rediens ad pedes eius corruit, cuius emerat primitiua esulentium, a quo & benedictionem surripuerat paternam, & sacerdotium.
Prou. 25. Et denique bonis operibus dixerat Salomon placuntum inimicum, dum qui ipsum esurientem pasceret, & sitientem potaret carbones ignis congereret super caput eius, quibus & emolliretur, & ignesceret, & mutaretur.

4. At in hodierno facto lotionis considerare debes obstinati Iudæ pectus in nullo mutatũ tot beneficiis, cumque corrueret sanctus Rex cæli, summusque Sacerdos ad pedes illius, eos lauans & rigans lacrymis, dum obstupesceret cælum, & velati desolarentur portæ eius super tanta Domini bonitate, qui innumeris Angelis comitatus ad pedes Iudæ procideret, quæ res indigna eius maiestate credi potuisset, ille, ab fradamantinus esset, mutatus non
Esa. 55 est. Et qui dixerat: Sicut descendit imber & nix de cælo, & inebriat terram, & infundit eã, & germinare eam facit, &c. sic erit verbum meum, &c. non reuertetur ad me vacuum, sed prosperabitur in omnibus, ad quæ misi illud.
Psal. 148 Et rursum: Mittit crystallum suam sicut buccellas ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Emittet verbum suum, & liquefaciet ea. Verbo vtique suo durissimam crystallũ velut frustum panis commiuet, prostratus ante Iudam eum in nullo meliorem reddidit. Hæc enim peccatorum, dum multiplicantur, vis est, & potentia, vt homines reddant adamantinos, vt nec Dei verbis, nec eius multiplicatis operibus, & beneficiis quæ potentiora sunt liquefiant, nec flante diuino eius Austro fugetur Aquilo, sicut fugatus est, quando lauit cor Mariæ pœnitentis imber Sancti spiritus; tunc enim, dum illa ad pedes Iesu iaceret, liquefecit, & refecit resoluta in lamentis verbum missum cælitus, quod tamen non effecit hodie peccatoris rigans pedes, & lauans, vt miseranda statum peccatoris agnoscas, qui funibus peccatorum constrictus longa peccandi consuetudine in malo obstinatur. Sicut & hic falsus Apostolus, ante cuius pedes prostratus Iesus, & ad cor, & ad mentem eius reducẽs, quæ in eum contulerat beneficia, & quæ esu corporis, & sanguinis sui esset collaturus, & tamen
Num. 16. ille in eadem permanet damnatione. Cum olim Aaron incendio vastãte populum Sacerdotalibus indumentis vestitus cum thuribulo, & igne, & odoribus procederet inter mortuos, & viuentes, incendium moderatus est; & tamen Iesus noster, cum thuribulo humanitatis suæ, igne charitatis, odoribusq. virtutum procedens grassantem ignem auaritiæ in pectore Iudæ moderatus non est. O magni consilij Angele, qui cum Iuda in nocte luctaris, non vt ab eo benedictionem accipias, sed potius
Gen. 32. vt audias: Non te dimittam, nisi benedixeris mihi, vt quondam Iacob dixerat Angelo, & tamen malitia sua hoc facto induet maledictionem, sicut vestimentum, & intrauit sicut aqua Psalm. in interiora eius, & sicut oleum in ossib. eius. Hactenus res huic similis lecta non fuerat, nec audita, nec obduratio huic similis, quoniam Genes. 4. Cain, dicente Deo: Quare concidit vultus tuus, &c. animaduerterunt Sancti, quod exiès a diuino conspectu dixit fratri suo: Egrediamur foras, & occidit eum. Facinus tã ingens, quod vsque ad aduentum Domini forte tale visum non est. Sed tamen talis qui collatus huic, de quo loquimur, ridiculus est. Dum Iesus, vt pectus Iudæ mutaret, illi prædicauit, pedes lauit, cum corpore sub pauit, & tamen dum egrederetur in campum sanctissimus noster Abel, eum venditum tradidit occidendũ. Quo facto, id Dominus voluit persuadere, quod sicut in noua lege magnificus fuit Dominus in benefaciendo, ita maiores dabit pœnas, qui tanta fuerit abusus benignitate, quã Iob 20. ille, qui in pristinis temporibus obdurauisset, de quibus scriptum est: Ossa eius implebũtur vitiis adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient, ab eo, scilicet, vsque ad sepulturam non recedentes. Cum enim dulce fuerit in ore eius malum, absondet illud sub lingua sua, id est, cum dulce ei fuerit effectum peccatum vsu peccandi, illud cõseruare conabitur sub lingua, ac si pretiosus esset cibus, quẽ gustare renuit, ne eius dulcedine priuetur, dum illum vomuerit. Hæc fuit Iudæ obstinatio, cui similes sumus multi, de quibus canit Ecclesia: Reuelabunt cæli iniquitatem Iudæ, & terra aduersus eum consurget, & manifestum erit peccatum illius in die furoris Domini, cũ eis, qui dixerunt Domino: Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Iudę similes in pœna eos docens, qui peccantes in viis mãdatorum Dei non ambulant. Peccatis assuefacti difficile redeunt ad sanam mentem. libr. 6. cap. sexto. nume. 18. 19. & 22. De obduratione multa docentur. lib. 14. capit. septimo. per totum. In peccatis perdurãs Deum mitẽ irritat contra se, ibidem nume. tertio, septimo, decimo, vsque ad 12. 14. & 16. Peccata continuãs ex eis funiculum facit, & suspensus perit, ibidem num. nono. & capit. decimo tertio. num. 3. & 5. vide etiam lib. 14. cap. octauo per totũ. Peccatores patientia Dei vsi a obdurãtur amplius culpa sua. libr. 2. cap. decimo. numer. 26. vsq. ad 28. capit. 14. numer. tertio. lib. 4. capit. 8. nume. 1. 18. vsq. ad 22. capit. vndecimo. numer. tertio. Peccator luctatur contra misericordiam Dei, & ideo perit. libr. 4. ca. septimo. num. sexto. Peccatoribus Deus nec timorem, nec amorem sapit. libr. 4. capit. 24. numer. 18. Peccator conculcare dicitur Christum, quia eum pro nihilo ducit. lib. 14. cap. 6. numer. 13. Peccator sine fine peccans cõsuetudine pressus difficillime surgit. lib. decimo quarto. ca. septimo. num. 12. vsque ad 24. 26. & 28. capit. octauo. nume. sexto, septimo. 12. 24. 28. & 33. vide lib. decimo quarto. capit. vigesimo. Hæc

sunt

sunt, quæ considerãda sunt in substantia huius facti.

5 In quo etiam animaduertendum est secundo, quibus rationibus iam iam instante morte adduci potuerit Dominus ad lauãdos Apostolorum pedes. In quo opere considerãdum est, quod cum Iesus in vita sua, & gestis, & verbis lectionem legisset bene viuendi efficacissimam, in eo ea omnia vnico facto voluit breuiare. Sciebat enim, vt dixit Seneca, quod verbis iter est longum, quo discitur virtus, breuissimum autem, quod exemplis, & factis edocetur, idque efficacius multo. Et quamuis nulla virtus hoc egregio facto a Domino Iesu doceri potuisset, quam sæpissime ab ortu in stabulo vsque ad præsens tempus non docuisset, siue humilitatem, siue diuinum amorem, siue remittendis criminibus propensum animum consideres in eo, qui venit, vt opera Diaboli
Esa. 52. dissolueret, & diceret his, qui in carcere erãtis: Exite, & his, qui in vinculis: Releuamini. Gratis venundati estis, & absque argento redimemini; siue dilectionem inimicorum considerare velis, sed tamen in pedum lotione cũcta ista fulgent clarius multo. Primum omnium superbia antiquus fuit morbus, qui fere cum hominibus ortus est, cui extirpando, quia & pestilentissimus erat, & curationis difficilis ab orbe condito intentissimus Deus fuit, dũ homines condidit ex puluere, ne superbiret terra, & cinis innumeris continuo subditus miseriis. Et qui in tolerandis peccatis patientissimus semper fuit, hominum superbiã etiã ad horam dissimulare recusat, vt optime ad-
Hie. in Dan. notauit Hieronymus in Daniele, vbi cum Nabuchodonosor superbiæ, & arrogantiæ verba protulisset, nec ad horam dilatum est flagellũ, quod vt innueret Propheta intulit: Cumque sermo adhuc esset in ore Regis, vox de cælo venit, &c. Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor, & fœnum vt bos comedit, &c. quousque cognouit, quod omnes habitatores terræ apud Deum in nihilum deputati sunt, & intima sui cognitione humili ad pri-
Esa. 3. stinum honoris gradum restitutus est. Et: Pro eo quod ambulauerunt filiæ Sion extento collo, & nutibus oculorum ibant, &c. decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, &c. sed quãuis his, multisque aliis mediis Deus hominũ superbiam pellere curauit, humilitatemque in eorum cordibus plantare, sed tamen in pedum lotione humilitatem perfectissime docuit, lib. octauo. cap. septimo. numer. primo. Nulla enim re magis vincitur superbia, quam humilitate, maxime maiorum. Contendebãt discipuli in cœna, quis eorum videretur esse
Nume. 16 maior, ideo se deiicit Iesus, ut summa sui humilitate eorum superbum animum deiiceret. Sic in Numer. Eleuatis Chore, Datham, &c. magno vsus est artificio Moyses, ut eius humilitate eorum animos elatos deiiceret. Audiuit Moyses, & cecidit pronus in faciẽ suam, vt
1. Reg. 22 videat si sua humilitate posset superbos ad humilem animum reuocare. Et proiecit se Da-

uid ante Saulem, & sua humilitate animum deuicit superbum. Sic & Iesus ad pedes discipulorum se proiecit, quos & lauit, ut humilitatẽ doceret in factis consistere, & non in verbis. Lauat etiam pedes, vt alteram hominum curet stultitiam, qui cum ambulent cum Deo erecto collo superbi, viles efficimur cum creaturis, quibus misere subiicimur, vt dicatur de homine: In omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternaberis meretrix, cũ tamen qui Deum habuit lauantem pedes, non debeat in veterem vilitatem degeneri cõuersatione redire. Christus exemplar omnium virtutum, maxime humilitatis. lib. tertio. cap. quinto. num. 45. vsque ad 48. cap. septimo. nu. decimo octauo, & 33. cap. octauo. num. secundo, vsque ad quartum, 6. 8. 12. vsque ad 13. & 20. capit. decimo. num. 48. 53. 69. vsque ad 75. Christus lilium conuallium non montium, id est, humilium non superborum. lib. tertio. cap. nono. num. 36. lib. octauo. cap. octauo. num. 32. Humiles veri illi sunt, qui cũ ab aliis conuitia audiunt non indignantur. lib. octauo. capit. 6. num. tertio. vsque ad sextum. cap. septimo, numer. 15. & 16. Humiles ficti gloriam propriã quærunt, veri autem gloriam Dei. lib. octauo. cap. sexto. numer. nono. Humilitatis acquirendæ perfectissimum exemplum Christus est. li. octauo. capit. quinto. num. tertio. decimo tertio. vsque ad decimum sextum. 23. 27. 28. 33. & 35. capit. septimo. num. primo. cap. octauo. nume. 31. Humilitati persuadendæ multum inuigilauit Christus, lib. octauo. cap. 15. num. 13. vsque ad 16. 23. cap. octauo. nume. 8. & 17. Humilitas vera quærenda est in hominibus, inter quos pauci vere, multi ficte humiliantur. libr. octauo. capit. sexto. per totum. Superbiam vt deistrueret Deus, mira operatus est. lib. octauo. cap. octauo. nume. septimo, lib. 16. cap. 13. numer. nono. Superbia, arrogantia, insolentia, & contumacia quatuor venti sunt, qui totum orbem concutiunt. lib. 8. cap. octauo. nume. 26. Superbiæ princeps diabolus est, sicut Christus humilitatis magister. libr. 16. cap. 13. num. 18. 21. 43. & 48. Superbos Deus maxime punit, & humiliat, vt Babylonios fecit, & Principem Tyri. lib. 16. cap. 13. num. 13. vsque ad 16. 30. 32. & 41. Homo indigne fit seruus suarum passionum. lib. 3. cap. 23. nu. 2. lib. octauo. cap. secundo. nume. quinto. Homo in grandi honore conditus, dum peccat bestiis comparatur, lib. octauo. capit. 2. nume. 6. vndecimo. & 15. lib. 12. capit. quarto. num. decimo, & 14 Lotione ergo pedum Iesu considerata, Reges procidere facit ad pedes pauperũ abluendos, qua re indigni iudicantur. Tam potens fuit hoc eius factum ad humilitatem etiã potentibus suadendam.

Præterea, ut ait Ambrosius, quia Adam sup 6
plantatus a diabolo est, & venenum ei effusũ Ambr. lib. 3. de Sacram.
est supra pedes, ideoque eos abluit Christus, vt in ea parte, in qua insidiatus est serpens, maius subsidium sanctificationis accedat, quo postea te supplantare non posset. Lauat

pedes

pedes, vt lauet venena serpētis. Sapientissime olim in pœnitentia publica, & solemni reconciliabantur hac die publici, & facinorosi peccatores, in qua Deus tam fuit in expiandis peccatis magnificus. Pœnitentia hæc publica, & solemnis stupenda erat, cum absque pauore vix eius ritum considerare potest homo, de qua Concil. Agathense statuit, vt qui iuxta sacros canones damnandi essent, feria quarta cinerum ante fores Ecclesiæ statuerētur nudis pedibus, vultibus in terram demissis, ac tonsa coma, & tunc Episcopus cum toto clero eos introducebant in Ecclesiam, septem Psalmos pœnitentiales canentes, quibus cinerem imponebant super capita, operiebanturque cilicio, & cum illo cantico lamentabili, quo Adam paradiso est pulsus: In sudore vultis tui vesceris pane tuo, ab Ecclesia expellebantur. Et tunc ait Concilium, quod Episcopus, & clerus in terram proni, & lacrymantes super eos septem Psalmos dicant, quibus peractis, surgant pœnitentes, & eorum operiantur capita cilicio, & cum gemitu, & crebris suspiriis annuntiet eis, quod eorum culpis tā grauem pœnam exigentibus excluduntur ab Ecclesia, sicut olim Deus expulit Adamum de paradiso; vt illi videntes sanctam Ecclesiā pro suis facinoribus tremefactam, & commotam non paruipendant pœnitentiam. Sic expulsi ante fores Ecclesiæ erant, eam ingredi non valentes vsque ad hanc diem, in qua ingrediebantur vsque ad octauas Paschæ. Et si pœnitētia illa solemnis erat duorum, aut plurium annorum, vsque ad feriam quintam in cæna Domini alterius anni Ecclesiam ingredi non valebant. Itaque nullus erat ita inuolutus crimi nibus, & multis & maximis, cui Ecclesia hac die non pateret. Iusta certe consideratio Ecclesiæ, quę exemplum magistri imitata in peccatores esset liberalis ea die, qua & magister, & sponsus Iudæ lauit pedes.

Cone. Agat. cap. 11.

7 Item quo tempore Sacramentum Eucharistiæ instituebat, corporeque suo, & sanguine Apostolos pascere disponebat, eorum prius lauit pedes. Et vt olim cum peregrinos ad se aduentantes Abraham pascere decreuisset, prius eorum lauit pedes, ita & Iesus, &c. Et sicut in Exodo præceperat Deus Moysi: Facies labium æneum cum basi sua ad lauandum. Et missa aqua, lauabunt in ea Aaron, & filij eius manus, ac pedes, quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij, & quando accessuri sunt ad altare, vt offerant in eo thymiama Domino, ne forte moriantur. Vbi opera, & affectus lauandos docuit, cum ad sacram Eucharistiam deberent homines accedere. Idque, quod in se est, efficere voluit, quod sicut ad diuinam intuendam essentiam nullus ingredi valet sanctam ciuitatem, nisi qui mundus omnino extiterit, in quam nihil immundum, & coinquinatum intrat, ita & ad hunc animæ cibum capiendum, in quo Deus est, nullus accedat nisi mundus, sed quoad fieri potuerit sit anima speculum sine macula diuinę ma-

Gen. 18.

Exod. 30.

iestatis, & imago bonitatis illius. Et sicut cū Ioannes dixisset nihil coinquinatum in sanctam ciuitatem intrare, subdit: Et ostendit mihi fluuium aquæ viuæ tamquam crystallū procedentem a sede Dei, & Agni; ita cum ad sacrum conuiuium disponeret homines, misit aquam in peluim, vt eorum lauaret pedes, quo mundi ad sacrum accederent altare, nec solum grauia mundarent peccata, sed venialia, quibus retardatur animus a charitatis feruore, quo ad sacram Eucharistiam accedere conuenientissimum est. Et vt olim (Origen.) eros, quem aspexerat Gedeon, in peluim expressus est, in eo facto lotio pedum Apostolorum figurata est, quoniam cum Iesus aquam mitteret in peluim, aqua illa ros erat gratiæ cælestis, quo lauabat mentes discipulorum, paratus semper id efficere, si homo pedes in manibus ipsius vellet statuere, vt loti, dicerent omnes: Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? In monumento nouo, & syndone munda Iesus mortuus voluit sepeliri, & modo viuus libenter intrabit in monumento ossibus mortuorū pleno, vbi fætor est luxurię, & auaritiæ? Cum Hierosolymitanum templum profanatū est, quia lapides altaris, ī quo sacrificia Deo offerebantur, a gentibus sunt polluti, dū ibi idolis hostiæ sunt oblatæ, præcepit Iudas eos in loco mundo collocari, donec surgeret Propheta, qui diceret, quid de lapidibus illis esset agendum. Si Deus noster vsque adeo puritatis amator est, vt lapides immundi altaris sui in loco mundo voluerit collocari, quantā a nobis puritatem exiget, vt sacratissimum corpus suum intra viscera nostra recipiamus? In memoria perpetuo sit homini Christiano Balthasaris Regis vltio, qui quoniam indignis manibus vasa templi contrectare auSus est, eadem nocte vita simul, & imperio Deo iniuriam suam vindicante spoliatus est, nec obstitit, quod ebrius nesciens quid faceret patrasset malum illud. Si ita Dominus iniuriam vasorum illorum vltus est, in quę sanguis tantum hircorum fundebatur, qua pœna in eos ani maduertet, qui calicem sui sanguinis, & suū ipsius corpus impuro corde susceperint? Vt ergo hanc munditiam cunctis fidelib. suaderet, ante sumptionem Eucharistiæ discipulorum lauit pedes. Eucharistiam sumat anima pura, sancta sancte tractans. libr. quinto. capit. duodecimo. nume. primo, vsq. ad tertiū. 8. vsque ad decimum. 12. 13. 15. 16. 26. & 33. lib. 14. cap. 17. num. 30. Eucharistiam sumens qui insidiatur fratri Iudæ similis est. lib. quinto. cap. duodecimo. nu. quarto. decimo. & 32. Vnde (Chrysost.) tēpore cōmunionis dicebat Diaconus alta voce: Sancta sanctis. nume. 15. Eucharistiam sumentes inquinati inutiliter, & otiose iudicium sumunt. nume. sexto. capit. septimo. decimo tertio. vsque ad 16. 28. 29. & 32.

Apoc. 21

Orige. ho. 1 in Iud.

Dan. 5.

Cant.

1. Mac. 4.

8 Hæc sunt in Christo hoc facto considerāda, sed quia singula verba totius Euangelij mysteriis sunt plena, breuiter adnotanda sunt.

Ante

Ante diem festum Paschæ sciens Iesus quia uenit hora eius, vt transeat, &c. in finem dilexit eos. In tota vita summo amore homines prosequutus est.

Cap. 9. Oriens in mundo dixit Esaias: Paruulus datus est nobis, &c. Zelus Domini exercitium faciet hoc, id est, amore adductus est Deus, ut in mundo nasceretur. Amor eius in prædicatione ostensus est. Sed tamen in fine uitæ plura, & potiora exhibuit dilectionis signa. Hæc est Domini conditio, semper nobis benefacere, & in fine magis suam erga nos dilectionē ostendere. Iuxta Sanctispagnini interpretationem, vbi nostra habet lectio: Ad extremū misertus est tui, vertit, vt benefaceret tibi in nouissimo tuo. Alij amici tibi in principio bona ostendunt, in fine vero non tales eos inuenies. Deus autem in nouissimo seruat meliora, & dulciora. Et sicut, dum morti proximus esset Moyses, specialem populo exhibuit benedictionem, sicut scriptum est: Hęc est benedictio, qua benedixit Moyses homo Dei filiis Israel ante mortem suam, ita non legimus Christum discipulis, dum viueret, illa signa dilectionis ostendisse, quæ seruauit ad tempus, quo illi ex hac luce migrandum erat, quando *cum dilexisset suos, qui erant in mundo in finem dilexit eos*, in suorum summa dilectione moriens. Diligit mundus, dum bona tempora dēserit. Diligit caro blandimenta ministrans sed non in finem, quia auulsa a nexu animæ vermibus roduntur viscera. Diabolus diligere videtur suos, quos in summis statuit honoribus, sed non in finem, quia vel in morte cuncta, quæ bona contulit, finiuntur. Vnde hi amicorum nomine sunt indigni, cum omni tempore diligat, qui amicus est. Quæ dilectio soli Christo seruabatur, qui in finem dilexit, in consummationem, quasi nihil omnino derelinquens eorum, quæ facere eum decens esset, qui valde amicus est. Suosque vocat discipulos ob specialem dilectionem, quam exhibuerat eis. Miramur viros graues amore ductos ea patrasse, quæ ipsorum essent grauitate indigna. Flauit vnus, alter suspensus est in sporta, mirandum est autem vehementius multo, quod peccatorum amore ductus Iesus exuēs vestimenta eorum lauerit pedes. Innumeris prosequimur laudib. feminas, quæ ob amorē castitatis morti libentissime se obtulerunt, & viros, qui patriæ amore ducti vitam cōtemserunt. Vt ergo Ioannes ostenderet quę Iesu deberent homines, ait: *Cum dilexisset suos, &c.* quasi dicat ad indigna patienda non necessitas, vel imbecillitas, sed summa bonitas, & charitas impulit amore patriæ, & amore accensus virtutis, & hominum ad abluendos pedes aqua, immo & sanguine traxit. Vt hunc amorem ostenderet, dimissa cœna, ad lauandos pedes surrexit, nec ad id obstitit, quod *diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas, &c.* Horam hanc suam vocauit, & vnam, vt exiret hominum ostenderet dilectionem, cum potius hora hominum esset, in qua tot commoda essent recepturi, & tanta beneficia reportaturi; hominum hora, in qua impiam voluntatē executioni mandabāt, sicut dixit post paulum: *Hæc est hora uestra, & potestas tenebrarum.* Sed licet id verum esset, horam propriam vocat Dominus amore ductus, eam, quæ hominum erat, quia amicorum omnia sunt cōmunia. Si tua est hæc hora homo, quia in illa mira recipis beneficia, conuenientius certe hora erit illius, qui talia præstat beneficia, cum beatius sit dare, quam accipere. Vnde hoc facto moueri debet homo, vt Deum summe diligat vinctus tanto amore, tamque pręclaro beneficio. Hieronym. in Oseā, vbi nos legimus: Ego nutritius Ephrain, septuaginta interpretes verterunt: Ego colligaui Ephrain, id est, ego clementissimus Dominus ligabam pedes Ephrain, ne a me longius fugeret. Quibus Domine vinculis colligasti Ephrain? Beneficiis sane. Quæ sunt illa? quia eduxisti eum de terra Aegypti, pauisti in deserto, introduxisti in terram promissionis. Sed numquid Domine eorum sordidos pedes manibus contrectasti? aqua lauasti? lacrymis rigasti? In funiculis Adam traxisti eos quasi inuitos, at modo vinculis perfectissimæ charitatis humanum genus ad te adducere voluisti. Christi amor ostensus in passione. lib. 1. cap. sexto. numer. 28. libr. tertio. cap. decimo. numer. 15. 16. 39. 52. 55. 62. 72. 73. 77. 78. 82. usque ad 84. 86. 99. & 100.

Deut. 8

Deut. 33.

Osee 11.

Et cœna facta, cum diabolus iam misisset in cor ut traderet eum Iudas sciens quia omnia dedit ei pater in manus, &c. vsque ad illa verba. *Et extergere linteo, quo erat præcinctus.* Expende obsecro quo tempore Iudas de traditione agit. Solet enim talis esse hominum ingratitudo, vt eo potissimum tempore aduersus benefactorem mala cogitent, quo ille in eorum beneficiis occupatur. Sic eo tempore, quo digito suo Deus leges, quibus dirigeretur populus, edit, ipse alium Deum, qui eos præcedat, sibi præponere non veretur. Ille occupatur in eorum gubernatione, illi in idoli sui cultura. Quando Dominus cogitabat qualiter illos gubernaret, & gubernatorem instrueret, isti tractabant qualiter eum a se reijcerent, & alium eius loco subrogarent, & quando maximum beneficium illis faciebat, tunc illi præcipuum cultū idolo suo exhibebant. Sic cum Dominus Iudę innumera beneficia conferret, ille in corde suo statuerat Iesum perdere. *Sciens quia omnia dedit ei pater in manus* omnes thesauros bonorum suorum, omnia quæ hominum remedio expediebant in Iesu manibus collocauit, vt effunderet in nos abunde, vt illis ditescere-mus. Si in manibus hominum dedisset pater, quæ aliorum hominum conuenirent saluti, quibus illi ditandi forent, timendum illis merito esset, cum hi ad bona exhibenda sint duri, & tenaces, timendę hominum inimicitiæ, a quibus vtpote inimicis non bona expectare, sed damna timere debuissent; sed hæc diuina fuit bonitas, vt qui mortalibus essent erogā-

Exod. 32.

9

di

di thesauri, quibus participes efficerentur amicitiæ Dei, in manibus magnificentissimis Iesu collocarentur, qui & liberalis est valde, & hominum vehementissimus amator, vt qui cumque ditari voluerit, tantis diteſcat bonis. *Depoſuit autem veſtimenta ſua*, quo expeditior esset ad abluēdos hominū pedes, vt nō impediretur occuparetur hominib. pauperculis seruiēdis, qui mille impedimēta adinueniūt, ne illi seruiāt, & cū illa sint leuicula, ne aperiāt spōso aiūt: Exui me tunica mea, quomō induar illa? Nec scit homo eas tollere occasiones, quibus implicatus vitiis a diuino arcetur seruitio. Iesus ait, seruire me fecisti in peccatis tuis, & tu occasiones quæris, vt recedas ab amico. Rupertus: Indumenta deponit, lauat non manus, aut caput, sed pedes, vt intelligas eum ad omnia, quæ tibi expedierint, paratissimum, tu autem etiam ad ea, quæ leuia sunt, eris imparatus, semper excusationes quærens, licet insufficientes illæ sint. Et dicente Deo: Ecce adsum, puluis clamat: Non seruiam. *Cæpit lauare pedes, & in finem dilexit eos*, in quibus verbis perseuerantiam in bono docere homines voluit. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit, & dixerit: Bonum certamen certaui, cursum consummaui. Sic currite, vt comprehendatis, sic, id est, vsque ad terminum. Sic Ioseph vsque ad talos tunica indutus est, quæ perseuerantiam in bono significabat, & actionem consummatam. Vnde in Exodo præceptum erat, vt animalium etiam caudæ in sacrificio offerrentur, vt omne opus bonum, quod incipimus, perseueranti fine compleamus. Similes animalibus Ezechielis, qui non reuertebantur, cum incederent, sed vnumquodque ante faciem suam gradiebatur. Perseuerantia vsque in finem est, quæ facit homines beatos. lib. decimo quarto. capit. 24. num. primo, secundo, 14. vsque ad 18. 20. & 22. Perseuerantia necessaria, ne prope portum iustus virtutib. diues naufragium patiatur. lib. 14. cap. 16. numer. primo, & secundo. capit. 24. nume. sexto. *Cæpit lauare.* Inchoasse tantum ait Euangelista, quia officium hoc in Ecclesia esse debet, quoniam etiam in viris Sanctis, dum viuunt, semper sunt peccata saltem venialia abluenda, quæ relinquit Deus, vt iusti humilientur, sicut adnotauit Gregorius explicans verba illa Iob: Obtenebrentur stellæ caligine eius, ait: Hi, qui in magnis iam virtutibus splendent, peccata habent venialia, quibus humiliantur. Sicut Iosue reliquit in tribu Ephrain Chanaam viuum, & tributarium, quia peccata leuia, quæ ex toto pellere non valemus, ad vsum nostræ vtilitatis retorquemus. Vnde Iudicum tertio dicitur: Hi sunt gentes, quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem. Peccatum fortium nonnumquam occasio virtutis fit, &c. lib. decimo octauo. capit. decimo sexto. nume. vigesimo septimo. A peccato nemo mundus est, dum viuit, lib. decimo quarto. capit. nono. numer. quarto. vsque ad sextum. lib. nono. c. 18. nu. 8. & 9. libr. 14. c. 10. nu. sexto.

Cant. 5.

Exod. 29

Ezec. 1.

4. Mor. c. 22

Iob. 3.

Iosue 16

Iudicū 3.

Domine tu mihi lauas pedes? Hæc est humilitū consuetudo, vt tunc se magis deprimant, cum se a Deo magis viderint honorari. Loquar ad Dominum meum, ait Abraham Dei præsentia magnificatus, cum sim puluis, & cinis? Et cum Dominus per Nathan Dauidi multa, & præclara promisisset, humi sedens dicebat: Quis ego sum Domine? & quæ est domus mea, quia adduxisti me vsque adhuc? Vide qualiter Sanctus vir se indignū fatetur acceptis bonis, cū illi maxima cōferuntur. Similiter qualiter extollat collatum munus, vt dicat se plus a Domino accepisse, quam posset ipse desiderare. Similia vide in Petro, &c. Sed e contra leuantur impij beneficiis. Videns se Agar grauidam vilipendit dominam suam. Sancti quanto diuinæ luci magis appropinquant, leuia peccata, vt grauia cognoscunt. lib. octauo. cap. 7. nume. decimo octauo. Sanctus de magnis humiliter sentit, peccator de minimis se extollit. lib. octauo. cap. octauo. num. 28. lib. 16. cap. 13. num. 29.

10

Genes. 18.

2. Reg. 7

Genes. 16.

Dixit Iesus Petro, quod ego facio tu nescis modo, scies autem postea. Quæ verba dicta sunt Petro, quoniam etiamsi ille miram dignitatem Domini fuisset confessus, quod filius esset Dei viui, etsi claues Ecclesiæ illi essent promissæ, etiamsi verbis, & exemplis miram Christi humilitatem esset contemplatus, tamen quia hæc lotio pedum cuncta humilitatis exempla mire antecellit, audit qui caput est Ecclesiæ, nondum capere satium hoc, quod redeunte tempore melius agnoscer, non quidem quando in Dominico sermone dixit in exemplum factum, nec in discursu vitæ, nec in die Penthecostes, quando dona sua illi cumulatissime cōmunicauit; sed istud, quod promisit futurum in patria, cognouit intuens diuinam essentiā, & in ipsa Christi qualitatem & dignitatem videns qua parte Deus erat, & naturæ humanæ excellentiam. Quando ibi inspexit assistentiam, quam illi animę faciebat tota Trinitas, sicut omnium creaturarum perfectissimæ adorationem ab omnibus diuinis spiritibus illi exhibitam, quam vidit Ioannes, quando innumeri Angeli clamabant: Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam. Et omnem creaturam audiui dicentem: Sedenti in throno, & Agno benedictio, & honor, & potestas in sęcula sæculorum: & quatuor animalia respondebant: Amen, & viginti quatuor seniores procidebant deponentes regias coronas, & adorabant viuentem in sæcula sæculorum. Quando Petrus in cælo vidit omnes aulicos ciues, & seruos, incessanter Iesum adorare innumeris coronis coronatū, tūc sciuit tantæ humilitatis dignationem, quod exutus vestibus ad abluendos sordidos piscatorum pedes se prostrauerit. Miraretur sane Apostolus conferens & quæ videbat mirifica, & quę aspexerat vilia, & ueluti extra se positus dicere potuisset verba illa: *Scies autem postea*, nec tunc illi patuisse perfecte, dum nec diuinam Iesu cōditionem, nec in tali persona operis vilitatem comprehendere valuisset. Vnde solus Deus, qui vtrūque hoc comprehendebat, intellexit, miram dignationem lauantis pedes. Petrus autem secundum humanam capacitatē in cælo cognouit, quę puræ creaturæ essent peruia, ibi cognouit Iesu humilitatem, dignationem, amorem, hominum ingratitudinē, & cætera, quæ hactenus diximus in lotione pedum esse obumbrata, & significata.

11

Apocal. 5

12 *Dicit ei Simon Petrus: Domine non tantum pedes meos, sed & manus, & caput.* Petrus, etsi nō intelligebat, quid sibi vellet sermo Domini, tamen cum audiret sibi periculum esse, ut ab illius secluderetur consortio, quem vnice diligebat, idq. vehementer, vt nihil aliud magis abhorret (dura siquidem est amanti mentio diuortij,) quam vehemens fuerat prius in recusando, tam vehemens, immo vehementior subito factus est in admittendo, vtrobique præ amoris magnitudine modum seruare nescient, ita vt qui prius etiam iussus pedes solos lauādos prębere noluit, iam etiam vltro manus, & caput. i. sese totum lauandum offerat. Totum me laua, potius quam a te diuellar, & eiiciar. Porro hoc factum Petri nobis insigne est exemplum, vt & per humilitatem nos plane diuina dignatione indignos censeamus, & tamen per obedientiam auide Dei dona, quæ ipse in salutem nostram parauit, amplectamur. Dedit nobis ipse corpus suum in cibum. Nostrum est vt nos ea participatione indignos omnino reputemus. At quoniam ei placuit hęc ad nostram nobis tradere salutem, dicens: Nisi mā ducaueritis, &c. Nostrum est, vt non per humilitatem deprimamur nimis, sed per obedientiam, & Christi amorem, ac salutis desideriū cupide aspiremus ad eorum participationem donorum, eaq. omni cū auiditate suscipiamus. Obediendum est Deo semper, ea. n. vera est pietas, quæ præponit diuina humanis. lib. 4. c. 20. nu. 17. c. 22. nu. 4. & 5. Obedientiæ perfecta forma ostensa est in Abraham. lib. 13. c. 11. num. 14. 23. & 24.

Ioan. 6

13 *Vos uocatis me magister, & Domine, & benedicitis, &c.* vsq. ad finem. In quibus verbis considerandum est, in quo se Dominus Iesus ostēdat, non in bonis auferendis, sicut mundi faciunt domini, sed in summis bonis conferendis, cor pus in cibo dando, & pedes lauando. Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus, & scietis quod ego sim Dominus Deus vester. *Señor para hazer os merced.* Ad hoc iusti accipiūt potestatē, vt omnib. benefaciāt, sic loquitur Ioseph ad fratres: Misit me Dominus ante vos, non ut me ulciscerer de iniuria, quā a vobis recepi, sed vt prouiderem vobis escas, ne fame interiretis, ad hoc dominium mihi collatum est. Similes hi sunt Deo, qui potentiam suam, maxime parcendo, & miserando manifestat.

Exod. 16

Genes. 45.

FERIA SEXTA in parasceue de Passione Domini.

Secundum quatuor Euangelistas.

De passione Domini differitur late lib. 3. ca. 10. 11. & 12. De septem uerbis, quæ Christus protulit in cruce lib. 11. c. 6. num. 90. usque ad 96. & lib. 3. cap. 10. num. 79. & infra.

CVM ea, quæ in passione Domini contigerūt, digna fuerint lamētatione, & lacrymis, quibus persundebantur sācti, cū horribiles cruciat⁹ Christi, quę retroactis sęculis acciderāt, cōtēplarentur, mirari satis non possum, quibus rationib. adductus Iesus, cū baiulans crucē mulieres audisset lamentātes eum, conuersus ad eas dixerit: *Filiæ Hierusalem nolite flere super me, sed super uos ipsas flete, & super filios uestros, &c.* Videntes. n. illę uirum sanctū, qui tā extiterat beneficus illi populo, a quo tot reportarat commoda, non solum spiritualia, sed & tēporalia, & corporalia, qui circuibat benefaciēdo, & sanādo omnes oppressos a diabolo, qui aduentarat, vt huius nefaria opera dissolueret, & tamē qui gratitudine, & dilectione illū prosequi debuissent ingēti, incredibili odio acti post dira flagella, spinarum coronationē, sputa, alapas, posthabitū Barrabæ sacrilego, & latroni damnatum ad mortē, baiulantē crucē cum iniquis deputatum ad maledictā mortē aspiciebant angustia, & onere pressum, & cadētē, muliebri pietate motæ, cum ferinā crudelitatē illorum flerent exhibitā in Iesum, veluti tormētorum oblitus conuersus ad eas dixit: *Nolite flere super me, &c.* Sed lacrymas conuertite continuo vt vos, & filios uestros lugeatis, cum instet iā tēpus, in quo dicatis: *Beatæ steriles* quę filios nō pepererūt, nec lactauerūt, qui tantā cernerēt calamitatum multitudinē, & grauitatē, quib. tolerabilius esset multo montib. obrui, & collibus operiri, vt e vita sublati miserandam suorum stragē non viderent, quoniam si in uiridi ligno hæc faciunt, in arido, quid fiet? Mira res. *Nolite flere super me, &c.* Iesu bone, dignū potius videbatur, vt in cerebro fons, & in eorum oculis indeficiētes fluuij benignitatē uestra prouiderētur, nec aquę solum, qua calamitas talis digne satis non exprimeretur, sed sāguinis, quo totus perfusus es in horto, cū rei grauitatē considerasti. Hier. Propheta sanctus dum animaduerteret eos, qui interierant, Iudæos ob multa scelera dicit: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontē lacrymarū, & plorabo interfectos filiæ populi mei die, ac nocte? quis dabit me in solitudinē diuersoriū viatorum? vt in solitudine degens cunctis feriatus occupationib. quæ in ciuitatibus sūt, solis lacrymis totū cōsecrē tēpus vitę meę, vt quod tā est debitū opus humanę pietati exer-

2 *Feriæ 6. in Paraſceue.*

Lucæ 23.

Cap. 9.

ceã aliena flẽdo mala, quę trãsierũt. Et cũ a ser
2. Reg. 1. uo Amalechita cognouisse Dauid, quæ in mõ-
tib. Gelboe acciderãt, nõ solũ dilectissimo sibi
amico Ionathæ, sed & crudeli inimico Saul, &
nuntiũ iussit cõtinuo trucidare, & lamentari
grauiter incipiens dixit: Nolite annũciare in
Geth, neq. annuntietis in cõpitis Ascalonis, ne
forte lætẽtur filiæ Philistiin, ne exultẽt filiæ in
circũcisorũ. Montes Gelboe nec ros, nec plu-
uia veniãt super vos, quia ibi abiectus est cly-
peus fortiũ, ibi obiit Saul, quasi nõ esset ipse vn
ctus oleo, &c. Filiæ Israel super Saul flete, qui
vestiebat vos coccino ĩ deliciis, qui præbebat
indumẽta aurea cultui vestro. Sciditq. vestimẽ
ta sua, ieiunauit, fleuit, nec id solũ, sed & filias
Israel exhortat⁹ est, vt Regis Saul, & principis
Ionathæ mortẽ dolerent, a quib. tot reportaue
rãt cõmoda, dũ viuerent, dũ induerentur coc
cino, & aureis indumẽtis. Et quãdo Rex Iosias
2. Par. 35 sãctus in bello contra Regẽ Aegypti pugnãs
obiit, eius mors tã ingenti est celebrata tristi-
tia a toto populo, in cuius defensionẽ ille inte
riisset, vt cũ explicare voluissent futuris tẽpo
rib. Prophetæ, quę accidissent ĩ populo tristia,
& digna, quæ irremediabilib. lacrymis celebra
rẽtur, aiebãt illa lamẽtanda, sicut quæ obuene
Zacha. 12 rãt in morte Iosiæ in cãpo Mageddõ. Vnde cũ
Zacha. edicere voluisset, quæ in die iudicij es
sent futura mala illius diei luctus ingẽs dixit:
In die illa plãctus erit magn⁹ in Ierusalẽ, sicut
plãctus Adadremon in cãpo Mageddon. Si er-
go Hiere. fontẽ postulat lacrymarũ, & flẽdi lo
cũ opportunũ solitudinis Dauid socias quærit
lacrymarũ filias Ierusalẽ, vt carminib. tristib.
mortẽ Saul perpetuo celebrent, & mors Iosiæ,
qui corruit in bello in cãpo Maggedõ, plangi
tur nimis, ob quã & populi captiuitatẽ Hiere.
Propheta sedit flẽs, & plãxit lamẽtatione hac
in Ierusalẽ, & amaro animo suspirãs, & eiulãs
Tren. 1. dixit: Quo mõ sedet sola ciuitas plena populo?
facta est quasi vidua domina gentiũ, &c. Et Ma
tatias, dũ quæ grassarẽtur suorum interne cio
1. Mach. 2 nes in Ierusalẽ cerneret, clamabat: Væ mihi,
vt quid nat⁹ sũ videre cõtritionẽ populi mei,
& cõtritionẽ ciuitatis sãctæ, & sedere illic, cũ
datur in manus inimicorũ suorũ? Sãcta in ma-
nu extraneorũ facta sunt, vasa gloriæ eius ca-
ptiua abducta sunt trucidati sunt senes eius in
plateis, omnis cõpositio eius ablata est. Ecce
sãcta nostra, & pulchritudo nostra, & claritas
nostra desolata est, quo ergo nobis adhuc viue
re? Et scidit vestimẽta sua Matatias, & filij ei⁹,
& operuerunt se ciliciis, & planxerunt valde.
Cũ sanctæ istorũ lacrymæ tã sint in scripturis
sacris & laudatæ, & celebratæ, cur quæso mu-
lieres istæ arcẽtur a lamẽtãda Iesu nostri mor
te, quã crudelissimã cernebant, & quę saxea pe
ctora scindere debuisset, sicut & insensibiles la
pides sciſſi sunt? Nõ flentes sicut Hierem. eos,
qui ob peccata fuerant & mortui, & in durissi
mã captiuitatẽ redacti, sed innocẽtissimi viri,
qui & Deus erat crudelissima tormẽta, nõ eũ
plorãtes, quia vestiebat eas coccino, vt quõdã
Saul certis statutis dieb⁹, sed illũ, qui filias Re
gis ab intus in fimbriis aureis circũamiciebat
varietate omniũ bonorũ, quib. animæ fętidæ,
& miserę & omni exuebãtur miseria, & coro-
nabãtur diuinis bonis. Nõ plorãtes Iosiæ mor
tẽ, qui minus sapiens ob indiscretionẽ suã in-
teriit Regis Aegypti manibus, sed mortẽ Chri
sti crudelẽ ab eis traditã, qui ab illo innumera
reportarãt bona, reportaturi & plura, & maio
ra, si voluissent similes Matatiæ maiori, & vr-
gentiori rõne & indumẽta scindere & plorare
debuissent, sicut & milites reuertebantur Iesu
mortuo & flentes, & percutiẽtes pectora sua.
Præterea flenda erat hęc mors, quia omnium,
quæ in orbe acciderãt, fuit iniustissima, malũ
si quidẽ, quod Iudæi patrabant, incõparabili-
ter excedebat omnia homicidia, periuria, bla-
sphemias, sacrilegia, & iniustitias, quæ in mun
do acciderãt, & quæ in posterũ euenire potuis
sent. Illa. n. hominum perditio, in qua degebat
orbis, quãdo omnis caro corruperat viã suã,
vt absq. vlla miseratione interiret vniuersus a
quis diluuij, Sodomorũ scelera, quæ referre pu
det, quæ incẽdio crudeli sunt punita, gentiũ sa
crilegia, & idolatriæ, quibus contẽptus verus
Deus, innumeris thurificabãt Diis, leuicula sũt
peccata, si huic sceleri horrẽdo comparẽtur,
quo homines in Deũ suũ, a quo tot acceperãt
beneficia, crudelissimi extiterũt. Deũ necãtes,
qui venerat e cælo, vt prouideret de remedio
his, qui actu eum flagellabãt, coronabant spi
nis, &c. qui cũ actu inhonorarẽtur, & cõculca
retur a militibus, tunc eorũ saluti intẽtissim⁹
Iob 38 erat. Sicut & in Iob adnotauit Hieron. vbi scri
Hieron. pt⁹ est: Nũquid ingressus es thesauros niuis,
aut thesauros grãdinis aspexisti, quæ præpara
ui in tẽpus hostis, in diẽ pugnæ, & belli? Chri-
stus Iesus est, qui venit ad niueã regionẽ, & fri
gidã mũdi huius, atq. instar grãdinis nimio fri
gore induratã, venit vt humanorũ cordiũ the
sauros obliuione Dei sui frigidissimos expulso
frigore dilectione eius flagrarẽt. Tãtũq. bonũ
hominib. præparauit in tẽpus hostis. i. quando
impiissimi homines cõtra ipsum cõiurãtes bel
lũ monuerunt crudele, a quo non cessarunt, do
nec ipsũ in cruce necauerunt, quo tẽpore ille
eos eripere ab vniuersis malis satagebat. Quã
uis. n. indubitatũ sit hãc eãdẽ passionem, quæ
sũmũ erat hominũ scelus, a Deo assumi, vt im-
mensa conferret bona hominibus, hoc. n. eius
ingeniũ est, hæc eius bonitas, hæc tãta Dei no
stri potẽtia. li. 4. c. 22. n. 1. 2. 8. 9. 11. vsq. ad 13.
vt sacrilega hac morte ipse solueret hominũ
crimina, satisfaceretq. Deo patri ad æqualita
tẽ, tamẽ id, quod in passione hominũ erat, pia
culũ erat maximũ. In quo etiã intelligendum
est ab inferno numquã visã adinuentionem,
quæ hanc in sęuitia, & crudelitate æquaret, &
omnia tormentorum genera, quæ Tyranni ad
cruciãdos Martyres adinuenerunt, quib. suæ
impietatis, & crudelitatis nomen perpetuo
inter homines duraret, his fuere longe inferio
ra, non solum quia corpus Iesu a Spiritu san-
cto cõpactum ita erat delicatũ, vt leuissimum
vulnus grauissimũ alterius hominis in dolore
supe-

superaret, sed quia portio inferior animæ so-
la calcabat torcular ab hominibus derelictus,
& a Deo patre dum clamaret: Circũdederunt
me vituli multi, tauri pingues obsederũt me.
Dom. 3. Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt
sicut ignis in spinis. Si quidem pueri in forna-
cem ignis coniiciebantur, Deus reddebat me
dium fornacis quasi ventum roris flantem, ne
eos ignis tangeret, aut quidquam molestiæ in
Dan. ferret, astãte inter illos quarto simili filio Dei.
Et si in lacu leonũ fame cruciabatur Daniel,
ora leonum clausa erant, ne illum cõtingeret,
& Prophetam in cincinno capitis adducebat
Angelus, qui prandium messorũ introduceret
in lacum asportatus in modico tempore a Iu
dæa in extremo Babyloniæ. Cum ergo Domi-
ne mi relictus in passione solus doles, quod de
gẽtib. nõ sit vir tecũ, qui tuis moueatur crucia
tib. cur lamẽtãtib. mulierib. indignari videris
& eas a fletu arcere, dicẽs: *Filiæ Hierusalẽ nolite
flere? &c.* cum potius eis gratiæ viderentur re-
ferendę, quod hanc Domino suo exhibuissent
humanitatẽ, cum a suis derelictus crucem por
taret lassus? Ita quidẽ sunt, & multa alia, quæ
ad flendum feminas istas inducere debuissẽt,
quæ licet admirationem ingerant, quod has
flere prohibuerit Iesus, tamen id crediderim
certo, Iesu Domino patienti gratissimã quidẽ
fuisse compassionem illam, sed tamẽ in sola il-
la sistendum non erat, sed ad flenda peccata
properandum, pro quibus Dominus talia pa-
tiebatur. Taliter. n. Christi passio & flenda est,
& considęranda, vt continuo animus hominis
feratur in odium, & detestationẽ peccatorũ,
pro quibus Iesus mortuus est, & qui audierit
eum flagellatũ, indignetur acriter in propria
scelera, vnde istã prodierũt supplicia, & dicat:
Ego Domine sum, peccaui ego, inique egi, qui
vt ouis vixit, & ducitur ad occisionem, quid
meruit? nos comedimus acerbam vuam, & dẽ
tes dilectissimi filij tui Domine obstupuerũt,
in quo posuisti iniquitates omnium nostrum.
Hæ sunt, quæ vires carnificibus præbebant,
qui manum leuare non potuissent, contra le-
dæmõ, quouisq. illi data est facultas a Deo, qua
habita, a planta pedis vsque ad verticem non
Esa. 53. fuit in eo sanitas; sic impij Iudæi a Deo acce-
pta licentia ob peccata nostra Iesum contri-
uerunt. Disciplina enim pacis nostræ super eũ
i. quæ merebantur homines supplicia recepit
in se Christus, vt Deus placaretur iratus, ubi
lectio Hebręa habet: Castigatio pro pace no-
stra super eum. Hominum licentia, & libertas
vinxit Christum, hominũ furta verberauerunt
eum, hominum superbia eũ spinis coronauit,
hominum luxuria eum totum vulnerauit. Vn
de sicut quodam repentino motu vir Christia
nus indignatur in Iudam, & Iudæos tãti scele
ris auctores, indignari etiam debet cõtra pro
Ione 1. pria peccata, quæ illis vires præbuerunt. Dum
nauigaret Ionas, mare in fugitiuum Prophetã
intumescebat, & sæuiebat, & compulit illũ, vt
diceret nauigãtibus cum ipso: Si propter me
orta est tempestas, tollite me, & mittite in ma
re, vt fluctibus assumptus indignatio Dei ces-
set. Sic Christianus cũ spumantes considerauę
rit fluctus persecutionũ in Iesũ, credat quod
tempestas ob eius scelera orta est, vnde in ma
re lacrymarum iactare se debet. Et ut olim cõ
Iudic. 16. iux impia Sansonis eum, qui leo, hominumque
fortissimus erat, debilem reddidit, & infirmũ,
sic & hominis peccata fortissimum nostrũ Sã
sonem Iesum viceruṅt, & ad mortẽ traxerunt;
& quia hęc duo mulieres illæ non cõiũgebãt,
vt lamentarentur Christũ, & culpas proprias
flerent, quæ extiterunt illius necis causa, au-
diunt: *Nolite flere super me, &c.* Bernard. edisse-
Bern. serm. 43 in Cant. rens verba illa: Fasciculus myrrhę dilectus
meus mihi inter vbera mea commorabitur,
ait: Ea, quæ pro me pertulit Christus, & ego fra
tres ab exordio cõuersionis meæ pro fasciculo
meritorum, quę mihi deesse sciebam, hunc
mihi fasciculum colligere, & inter vbera mea
collocare curaui collectũ ex omnibus anxie-
tatibus, & amaritudinibus Domini mei, spu-
ta, flagella, claui assidue considerãs memoriã
abũdantiæ suauitatis horum eructabo, quoad
vixero, in æternum non obliuiscar miseratio-
nes istas, quia in eis viuificatus sum. Hæc mea
grandis est philosophia scire Iesum, & hunc
crucifixum. Non requiram, sicut sponsa vbi cu
bet in meridie, quem amplector mea inter v-
bera commorantem. Hæc in passione Iesu con
sideranda sunt, ne audiamus, vt mulieres illæ:
Nolite flere super me, &c. Præterea animaduertẽ 3
dum est, sic in passione Christi memoriã esse
figendam, ut Christiani hominis illa sit refor
Chry. ho. 10. de pœnit. matio, quoniam vt aiebat Chrysost. duo hæc
stantẽ considere, & desperare iacentem perdi
tio animarũ est. Vnde cuncta, quæ in sacris lit
teris scripta sunt, eo videntur tendere, vt pec
catores animentur, vt a malis surgant, & iusti
terreantur, ne ruant. Vt animetur infirmus, au
Hierem. 8 dit: Numquid qui cadit non adiiciet, vt resur-
gat, aut auersus non reuertetur? Cõuertimini
ad me, & ego conuertar ad vos. Ad iustum au
Zachar. 1. tem dicit: Si fecerit homo omnẽ iustitiam, om
nemq. veritatem, & auersus peccauerit, nõ re
cordabor iustitiæ eius, sed in peccato suo mo
Ezech. 18 rietur. Terribilis est Deus super omnes, qui in
circuitu eius sunt. i. cum iustis, hoc enim fre-
no hi arcentur, ne præsumant, ne ruant, ut sic
Psalm. 88 Matth. glorificetur Deus in consilio Sanctorum suo-
rum. Ille qui debebat decem millia talentorũ
vno verbo postulans dilationẽ solutionis acci
pit remissionem, & qui vnum acceperat talen-
tũ, damnatus est, quia illo non est vsus, vt cum
fœnore illud redderet creditori. Qui nimium
timidus est audiat: Numquid in ęternũ proij-
ciet Deus, aut nõ apponet vt complacitior sit
adhuc, aut obliuiscetur misereri Deus, aut cõ
tinebit in ira sua misericordias suas? Qui au-
tem præsumptuosus est audiat: Semper. n. qua-
si tumẽtes super me fluctus timui Deum. Lib.
decimo sexto. capit. vndecimo, de spe differi-
tur, quæ medium ponit inter præsumptionẽ,
& desperationem. Timori coniũgatur spes

& spei timor. lib. eodem. num. 21. 24. 25. 29. & 30. lib. decimo septimo. cap. tertio. numer. 28. vsque ad 30. Cum ergo hæc ita sint ad confirmandam spem, Christi vita, & passio adducere nos multum potest, dicente Paulo: Qui confugimus ad tenendam propositam spem, quã sicut anchoram habemus animæ tutam, ac firmam, & incedentem vsque ad interiora velaminis, vbi præcursor pro nobis intrauit Iesus secundum ordinem Melchisedech Pontifex factus in æternum. Hebr. 6.

Comparat spem anchoræ ait S. Thomas, quoniam sicut ista in mari nauim immobilitat, ita spes animam firmat in Deo in hoc mundo. Hæc spes debet alligari animæ, sicut anchora nauim: debetque incedere vsque ad interiora velaminis, id est, vsque ad cælum animam non deserere. Hanc ibi fixit præcursor noster moriens, & in cælum ascendens. Nulla enim re ita excitatur timor, sicut passione Domini. Si enim consideret homo figillatim omnia, quę illata sunt a Deo supplicia, ut iis cognoscatur vehemens ipsius odium in peccatum, quam acriter de his vindictã sumat, vt homo a timore eius cõcipiat propositum firmum nusquam peccandi, illa omnia simul, nec quæ in inferno accidunt dãnatis intolerabilia tormenta & damni, & sensus, quæ durabunt absq. vlla declinatione perpetuo in tota illa æternitate. Nec ita punitur culpa, nec ita eius aperitur grauitas, sicut manifestata est in minimo vulnere, quod Iesus pertulit in sua passione. Cum in æternis inferni tormentis citra condignum Deus puniat minimum autem flagellum Iesu si illud vellet offerre in solutionem omnium peccatorum, quæ patrarunt homines, & patrabunt, immo quæ patrare possent, si noui conderentur mũdi, & noui homines plures his, qui erunt in orbe, esset omnium illorum criminũ plena, & adequalitatem satisfactio minimum vulnus, vt ex his perpendas, quæ in tã diuturna, longa, & crudelissima passione contigerunt; vnde colligas, qua ratione punienda sunt peccata, quando illorum pœnæ, quæ erant in Christo, illum comminuerunt, & cõtriuerunt, &c. quoniam si in viridi ligno hęc faciunt crimina, in arido quid fiet? Erat. n. Christus ignis in rubo, quia carnis nostræ dolores suscepit. li. 3. c. 5. nu. 66. His cõsideratis, excitatur in homine prudẽti vehemens peccãdi timor, excitatur etiã spes ad surgendũ in eo, qui cecidit. Quoniam licet plura sint, quę ad sperãdã veniã adducere possint homines considerantes in cõdonãdis peccatis liberalitatẽ, dũ vixit, in his tamen sola erant verba in Iesu modica itineris fatigatio, at in morte innumera pertulit tormẽta, quib. ad defenda peccata. Vnde colligeret ille, quæ eleganter ex his intulit Paul. dicens: Qui proprio filio nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ, quomõ non cũ illo omnia nobis donabit? Arcus. n. hic positus in nubib. cæli, in nube, quæ non aquam, sed copiosum stillat sanguinem, diuinam moderabitur indignationẽ. 5. Thom.

Considerandum etiã est antequã historiam passionis enarremus, quod in illa quædã sunt, quæ consolari homines debent, licet multis visis lacrymarum copiosum imbrem producere debeãt. Hoc ordine Prophetæ & considerabant passionem, & cõsiderare docebãt; Vnde Zachar. loquens de Iesu patiente, ait: In illa die plangent cum planctu, quasi super vnigenitum, & dolebunt super eum, sicut doleri solet in morte primogeniti. In die illa erit plãctus magnus in Hierusalem, &c. & plorabunt familiæ, & familię seorsum, & vxores eorũ seorsũ, vt in his abstinendum doceret (Hieron.) etiam a licitis delectationibus. Et statim velut rem adorsus summæ consolationis addit: Framea suscitare super pastorem meum. Mira res, infirma ouis, cuius vita pastoris præsentia tutãda esset, vt ad fontes aquarum, ad pastũ duceretur, a feris custodiretur, clamat ad patrem. Nuda ensem, & interfice pastorẽ, cuius morte tot reportatura sum commoda. Et Esa. Non est ei species, neque decor, & desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum, virũ dolorum & scientem infirmitatem. Quę tristia quidem sunt timentur, quæ vero lęta, desiderãtur, & quia multa in passione Christi conspiciebat Propheta bona, & delectabilia, desiderat Iesum despectũ, vt deformitate illius decorẽ reddãtur homines. li. 3. c. 10. n. 57. vsq. ad 59. Christi opprobria abstulerũt nostra. n. 34. Christi sanguis hominẽ mundauit, quod antiqua sacrificia non valuerũt efficere. nu. 47. Christi sãguis vt coccinum in domo Raab, vt pericula euadãt homines. n. 5. & 6. Christo summo Sacerdote defuncto, redeunt ad propria homicidæ. nu. 67. Christo passo, saccus concisus est, in quo erat pretium nostrę redẽptionis. n. 63. Vnde in libro qui datus est Ezechieli deuorãdus, qui intus, & foris scriptus erat, quẽ manus de cælo missa attulit, intus scriptus erat Christus infamiis, & iniuriis, &c. foris clauis, spinis, liuorib. flagellis, qui manu diuinę iustitiæ & humanę malitiæ scribebatur, habebat scriptas lamẽtationes, & carmẽ, & væ quędã, quæ amaritudinẽ redolebant; alia, quæ dulcissima continebãt cãtica. Quædã, quæ flenda erant tã acriter, & verbis tã tristibus, sicut illa fuerũt, quibus Dauid morrẽ fleuit Ionathę tã sibi dilecti li. 3. c. 9. n. 40. Sed quia in ipsismet doloribus continẽtur innumerę vtilitates, quas homines in de reportarũt, ideo carmẽ consolationis scribitur, quo ista considerãs cõsolatur homo. Iesus terribilia quidẽ pertulit in passione. lib. 3. c. 10. n. 16. 24. 50. 51. 91. & 102. Tristetur quidẽ homo, dũ viderit tota nocte nostrũ Iacob luctãtẽ nõ cũ Angelo, sed cũ toto tenebrarũ exercitu, qui nõ solũ claudus, sed mortuus remanebit, nec benedictus videbitur, sed instar maledicti, quia maledictus omnis qui pendet in ligno, sed tamẽ illa maledictione quicũq. volueret, benedictionẽ hæreditabit. li. 3. c. 10. nu. 40, 43. & 44. Moriẽs. n. de maledicto legis hoies liberauit. n. 36. & 107. Video quidẽ percussũ filii cẽ diuinę iustitię virga, sed prodeũte sãguinis fluuio, hominis sitis extinguitur, & vita reparatur. Flẽdũ est, dũ Christus lauat in vino stolã suam, sanguine suo corpus proprium madefaciens; gaudendum autem, quia tunc Ecclesiã mundat sanguine suo lota in sanguine Agni. lib. tertio. cap. decimo. nume. secundo. Ipsum pendentem in cruce plango, sed consolationem recipio, quia ipso pendẽte, mihi dicitur, vt requiescam sub viti, & ficu nume. 30. Flendum quidem, quia Ionatas tam nobis dilectus crudeliter interiit in montibus Gelboe, sed non accidit nobis, quod tunc filiabus Israel, quia nõ erat, qui illas uestiebat & coccino, & indumentis aureis, immo mortuo Domino omnes domestici eius audient: Byssus, & purpura indumentum eius. Hieremias, dum mortem Iesu considerabat aiebat: Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris, cui diximus: In vmbra tua viuemus in gentibus. Quoniam licet hæc uerba instãte Babylonica captiuitate dicta fuerint, sed tamen Hieronymus, Augustinus, & Bernardus, non de Iosia, sed potius de Christo in litterali sensu intelligunt. Quoniam Iehoua fuit terminus, quo Hebræi Christum significauerunt. Vere vnctus vt Rex, & Sacerdos, quoniam vtrique Christi dicebãtur in sacris litteris. Iesus noster sacerdos, qui seipsum sacrificium obtulit pro peccato, qui ideo dicitur peccatum fecisse, li. tertio. cap. 10. numer. 47. Vnde ad Hebræos ait Paulus: Sacrificia, & holocaustomata non tibi placuerunt, tunc dixi ecce venio. Aures aptasti mihi (pars ponitur pro toto) id est corpus, in quo pati potuissem, & mori. Vel aures aptasti, id est, perforasti mihi, sicut lex præcipiebat ei, qui seruus perpetuo futurus esset, quia seruus patris, & noster. Etiam Rex, quia Dominus regnauit a ligno secundum septuaginta interpretum traductionem. Rex quidem non instar temporalium Regum, quos conseruare cum sit expediens, militet, & cæteri ob id periculo exponũtur, sicut populus dixit Dauidi, quando ascendere ille volebat in prælium contra Absalon: Tu pro decem millibus computaris, non exibis, siue enim fugerimus non magnopere ad eos de nobis pertinebit, siue media pars ceciderit e nobis, nõ satis curabũr; melius est igitur, vt sis nobis in vrbe præsidio. At Rex Christus, ne vnus miles pereat, ipse solus descẽdit in prælium. Quando Benadab Rex Siriæ prælio inijt aduersum Achab, præconis vox insonuit, vt totum prælij pondus cunctis militib. contemptis esset contra Regem; sic in passione Domini, intonante voce totius inferni, bellum indicitur, non contra impium Achab, sed contra innocentem Christum. Diciturque Iesus spiritus oris nostri, aer, quo respiramus. Qui captus est in peccatis nostris, quia voluit eum Dominus conterere. Deus id uoluit. Quoniam si homines tantum, qui canes erant rabidi, id voluissent, non mirarer, sed amantissimus ipsius pater, & pientissimus voluit eum conterere in infirmitate, vt nostro prouideret bono. Captus quidem fuit. Sanson captus fuit, sed quia cor aperuit feminę inimicæ dignus fuit vinculis, & morte: inimicus erat illorũ, a quib. captus fuit, qui multas illas inflixit mortes, in mandibula asini interfecit mille viros, segetes eorum combussit. At Iesus sãctus cum esset, innumeraq. illis cõtulisset bona, captus est ab his, quibus benefaciebat. Christus erat populi illius Moyses, Angelus, manna, columna ignis, eorum petra, cumq. mansuetissimus esset agnus captus est, ac si esset nocẽtissima, & feracissima bestia. Hier. In renibus abscondit filias pharetræ suæ, id est, sagittas, quibus ad mortem vulneratus est. Sicut aqua effusus sum, quoniam sanguinem meũ ita proiecerunt Iudæi, sicut aqua in tertã effunditur. Dispersa sunt omnia ossa mea, ac si e corpore illa fuissent euulsa, & in campũ proiecta. Factũ est cor meum tamquam cera liquescẽs in medio ingentis ignis posita, & liquefacta, quę speciem cerę non retinet, & in me hominis aspectus vix remansit. Aruit tamquam testa virtus mea, & in puluerem mortis deduxisti me. Talis in passione erat Iesus, qui velut agnus coram tondente se obmutuit. Obmutuit qui conuiuiũ ingressus est non habens vestem nuptialẽ in signum verecũdiæ, & cõfusionis, quia non haberet quid responderet, obmutescẽtq. impij in iudicio, obmutuitq. Iesus agnus cõuictus, quod iuste indignatur pater in illũ, quia nostra portabat peccata. Captus est, quia lætitia magna Iudæi illum pertrahebant ad mortem læti *como quien anda a monteria*, &c. In omnibus domibus de sola morte Iesu agebatur summo cum gaudio, sicut scriptum est. Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta, & in me psallebant qui bibebant vinum. i. in caupona, qui ad potandũ conueniebant *y en los bodegones* ridebant, & subsannabãt me. Quando in cęlo prælium magnum factũ est, pugnant ib. cõtra Deũ tenebrarũ principibus, Michael & Angeli eius præliabãtur cũ dracone, at in bello cruẽto, quod Hierosolymis accidit, cælum pugnabat cõtra Iesũ. Tristia quidẽ hæc, sed lętissimus dies, quia in vmbra eius viuemus in gẽtib. Quoniã cũ clamore valido, & lacrymis offerẽs sacrificiũ cruentũ patri auditus est pro reuerẽtia sua, vel exauditus est, quia obediẽs patri multa cũ reuerẽtia, quã tali patri exhibuit dignus fuit, qui exaudiretur vel pro reuerẽtia, quã erga filiũ suũ naturalẽ habuit pater. In ista vmbra viuemus in gẽtibus. Ambr. in psal. trigesimũ sextũ exponẽs illa verba Ioã. Quod factũ est in ipso vita erat, ait: Oia quę fecit Christus vita erant, lacrymæ eius vita, caro rupta vita, spinæ vita, flagella vita, & omnia, quæ ille operabatur, erant uita. Arbor quidẽ vitæ, quæ erat in paradiso iuuabat quidẽ ad cõseruandã vitã eorũ, qui viuebant; sed nõ viuificabat mortuos, bene tamẽ arbor ista, in cuius vmbra viuent qui iã obierant peccando. Cũ Agar e domo Abrahæ pulsa fuisset vna cũ filio suo Hismael, cũ is fame, & siti periret, dolore plena proiecit infantẽ sub arbore, & cõ

Ezech. 2.

Hierem. 3

Thren. 4.

Psalm. 21

Apoc. 12.

Ambros. Ioann. 1.

tinuo Angelus ostẽdit illi aquæ fontem, vt suæ prouideret necessitati, & viueret. Sic Iesus noster proiectus sub arbore crucis, prouidit fontem aquæ viuæ, ne homines perirent, sed in vmbra eius viuerent in gentibus. Cum quæ in
Sapien.14 arca acciderant retulisset Sapiens, in qua homines, & iumenta conseruata sunt, ita vt aquila passerculum non comederet, aut lupus agnum, intulit: Benedictum est enim lignum, per quod fit iustitia. Crux Christi hoc lignum est, in quo tam rigida iustitia facta est, vbi qui cumque voluerint saluari ab ingruente diluuio tuti erunt, & mansuescent qui efferatos habebant mores, &c. Hæc in passione Christi sunt consideranda.

3 Singula autem quæ in toto passionis discursu acciderunt, qua solitum est breuitate explicare non valemus, reducuntur autem illa ad quinque capita, quæ in libello nostro Rosarij latissime sunt exposita, quæ enarrabimus hic qua fieri poterit breuitate. In primis illud, quod ad orationem horti pertinet, considerãdum est, cum Iesus nullus ab Apostolis per iactum lapidis cæpit pauere, & tædere, & anxius dicere: *Pater si possibile est, &c. Et factus est sudor sanguinis decurrentis in terram, & aduentauit Angelus confortans eum.* Proiectus in terram osculatur eam, quam olim maledixerat, cum
Genes. 3. dixit: Maledicta terra in opere tuo spinas, & tribulos germinabit tibi, cum operaueris eam, vt loco fructus sanguinem extrahant.
Hebr.6. Terra hęc sæpe venientem a te bibit imbrẽ, nec fructum dedit, sed spinas reproba iam est, & maledicto proxima, cuius consummatio vt sit in combustionem necesse est. Numquid terram amplexando, & osculando vis ab ea maledictionem explodere, vt induat benedictionem, qua retroactis sæculis caruit? Vtique non continget in ea, in qua inundauerũt mala, furtum, homicidium, & adulterium, & sanguis sanguinem tetigit. Nec funiculis charitatis tuæ trahetur, quæ abiit in regionem lõginquam, & adhæsit tenebrarum principi. Num-
Oseæ 11. quid imaginem tuam eam complexus vis renouare, vt quæ similis extitit Adam terreno
1.Cor.15. peccando, similis tibi cælesti Adam fiat a malis recedendo? Forsitan id non faciet, quæ clauos, ligna, & spinas iam protulit, quibus coroneris, & crucifigaris. Qua hora Domine Iesu terram oscularis, & pacem largiris, illa bellũ parat cruentum, quo te viliter, & crudeliter perimat. Non ignorabat Iesus noster hæc omnia, & tamen procidit, *& incipit pauere, & tristis dicere: Pater si possibile est, &c.* Vnde Domine, qui desiderio ardenti desiderabas hãc horam tristitia consumeris? Equus, cum audierit buccinam, dicit: Vah, exultat audacter, & in occur
Iob 39. sum pergit armatis, in quo Sanctorum colligitur exultatio in perferendis malis, & tu fortissimus inter omnes corruis, cum sonat buccina inimicorum tuorum ad bellum properantium? Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium Domini, consurge sicut in
Esa. 51 diebus antiquis. Qui percussisti superbum, & vulnerasti draconem, qui posuisti profundum maris viam, vt transirent liberati. Cur nondũ ab hostibus comprehensus sanguinem fundis? Nondum prælium ingressus horres? nondum mare intrans paues, & obrueris fluctibus? *Psalm.*
Numquid qui dixisti: Filij Ephrain intendentes, & mittentes arcum conuersi sunt ad fugã in die belli, vbi eorum exprobrasti metum, eis similis efficieris? Tamen fortissimus Iesus, de *Psal.*
quo scriptum est: Quis similis tui in fortibus Domine? anxiatur, dum considerat, & singula, quæ instabant tormenta, & ludæorum malitiam, & totius generis humani ingratitudinẽ. Christus in horto quasi toto corpore fleuit, vt totum corpus Ecclesiæ purgaretur. lib. tertio. capit. decimo. nume. 69. Christum in passione multa angebant, ibidem numer. 82. 83. 97. & 98. Christi anima repleta malis dicitur, id est, doloribus, &c. numer. 50. & 51. Christi sanguine & aratur, & rigatur ager cordis. nu. 56. Christi passio figurata in sacrificio Gedeonis igne consumpto. numer. 62. Christo mors dulcis nume. vigesimo primo. & 46. Christi passionem alienum opus ab eo vocauit Esaias, numer. 76. Vtque eius liberalitas ostenderetur, libere sanguinem sudauit in horto, propria vulneratus charitate. lib. tertio. capit. decimo. numer. 81. 90. & 105. Christus in passione tristitias meas suscepit, & affectus vt amorem patefaceret num. 97. & 98.

6 Oratione completa, & ab Angelo mire confortatus Iesus obuiam venit inimicis, a quibus captus est, & vinctus, vbi Sansoni capto a Dalila comparatur. lib. tertio. capit. 10. nu. 35. Totaque illa nocte innumera pertulit tormenta a militibus, quæ completa sunt, cum mane eum crudeliter flagellare iussit impius iudex, cum eum innocentem fuisset confessus. Vbi primum crudelitas, & inhumanitas huius facti consideranda est, tanta enim animorum propensione flagellatus est, vt Iesu nomine dici recte possit: Repleta est malis anima mea, *Psalm. 87*
& vita mea inferno appropinquauit. Factus sum sicut homo sine adiutorio, super me confirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos induxisti super me. Et ego ad te, Domine, clamaui, & mane oratio mea preueniet te. Vt quid, Domine, repellis orationem meam, auertis faciem tuam a me, in me transierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me. Omnes fluctus induxisti super me. Omnes, siue illi, qui honorem contingunt, dum flagella tantum vilibus, & sceleratis dantur hominibus, a quibus liberi sunt homines. Nec hæc leuiter inflicta est castigatio iuxta legem præcipientem, vt iuxta qualitatem delicti esset, & plagarum modus, dum tamen flagellarum numerum quadragenariũ non excederet. Iob
dum quæ illi acciderant mala edicere voluis- *Iob 19.*
set, aiebat: Spoliauit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo. Destruxit me vndique, & pereo, & quasi euulsæ arbori abstulit spem meam, ne vltra ad pristinam redire

possim

possim valetudinem, & dignitatem, magis quam arbor radicitus euulsa, pristinum potest recipere virorem. Iratus est contra me
7 furor eius, & sic me habuit quasi hostem suũ. Halitum meum exhorruit vxor mea, fratres meos longe fecit a me, &c. Abominati sunt me quondam consiliarij mei, & quem maxime diligebam, aduersatus est mihi. Pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos, id est, carnibus iam a vermibus consumptis, pelles tantũ ossibus adhærent. Hæc vltima iusti Iob calamitas, sed innocẽtissimo Christo nostro flagellato, & pelle consumpta, interna viscerum pandebant, & ossa sanguinea rubentia manifestabantur. Tradidit eum Pilatus voluntati eorum, quos confitebatur inuidia agitatos contra Dominũ coniurasse. Res inuisa, quod iudex quantumcumque iniquus reum tradiderit inimico eum accusanti puniendum, iuxta mensuram impiæ voluntatis suæ. Et si quidem leges mulierem de adulterio conuictam statuerunt, vt traderetur viro viliter offenso, vt eius manibus pœna acciperet delicti, tamen licet lex hæc rigida credatur, tamen non electionẽ mortis, sed executionem tribuit marito. Hæc impietate plena insania vt inimicus, & accusaror sit, quod inflicta tormenta malefactoribus alicuius exastãtibus animum non mouerint ad compassionem, & cum Sancti iniurijs afficiebantur, & damnis, non illa ab omnibus pro- *Hier. 39.*
babantur. Hieremias in lacum cœni missus ab impio Rege Sedechia Abimelech Regis seruum amicum habuit, qui factum impropera- *Mach.3*
uit Regi, & licentia ab eo habita, funibus, & veteribus pannis missis eum extraxit e puteo fœtido. In Domo Pilati & funes sunt, & panni veteres, non quidem pro liberando Domino, sed pro ipso & excruciando, & puniendo, & infamando, & vinciendo. Manusq. illæ tornatiles aureæ, plenæ hiacynthis vsque ad sanguinẽ ligantur, nec adest vel vnus Abimelech, cui ista displiceant, sed innumeri, a quibus ista probentur. Cum impius Heliodorus spoliaturus ærarium templum ingressus esset, non modica per vniuersam vrbẽ erat trepidatio, Sacerdotes ante altare cum stolis Sacerdotalibus iactauerunt se, facies summi Sacerdotis immutata declarabat internũ animi dolorem, pro eo quod in contemptum locus esset venturus. Spiritus autem omni potentis Dei magnã fecit suæ ostensionis euidentiam. Apparuit enim quidam equus terribilem habens sessorem, qui autem ei insidebat, videbatur arma habere aurea. Alij etiã apparuerunt duo iuuenes, qui circumstetерunt eum, & ex vtraque parte flagellabant sine intermissione multis plagis verberantes. Subito autem & Heliodorus concidit in terram, & extra templum eiectus est. Sed cum hac esset angustia sceleratissimus homo pressus, Onias Sacerdos Deum deprecatus est, a quo vitam ille accepit, & salutẽ, qua tã erat indignus, qui ipsi & eius sacro tẽplo tam extitit iniurius. At cum templi protector flagellatur, nullus adest, qui eius curet vulnera, quæ recepit, &c. Cum impius Rex Balthassar vasa templi temulẽtus profanasset, in pœ- *Dan. 5.*
nam tanti sacrilegij eadem nocte insolita adfuit manus scribens in pariete, quæ scelerato Regi essent euentura mala, qui statim misere mortuus est, dignam a Deo accipiens animaduersionem, quam meruerat. Et dissimulat Deus, cum homines sacrilege verberant Iesum, &c. dissimulant creaturæ creatoris sui vltrices, dissimulant & Angeli, qui & Heliodorum flagellauerunt, &c. O Iesu, quam aliter olim maiestatem tuam contemplatus fuerat Vates sanctus, cum te vidit sedentem su- *Esai. 6.*
per solium excelsum, & eleuatum, vbi domus maiestate repleta erat, hic autem vilitate, & riuis sanguinis. Ibi Seraphini diuino amore accensi operiebant vultum, & pedes, & volãtes clamabant: Sanctus, &c. hic circumstãt carnifices ita veloces ad irrogãdas iniurias, ac si alati essent. Ibi laudatus ab Angelis, hic maledictus hominibus. ibi: Sanctus, Sanctus, &c. hic blasphemæ tantum voces audiũtur. Clamabat Iesus: Supra dorsum meum *Psal. 128.*
fabricauerunt peccatores. Vbi excelsam fabricam vocauit flagella hæc supra dorsum Iesu venientia, tam potens, & ingens ædificium, quod ædificatum super eum, qui etiam Deus erat, cuius pedes columnæ erant marmoreæ ædificatæ super bases aureas, cumq. tale esset fundamentum huic construendę fabricæ aptissimum, quod vix sustentare illud potuisset, nisi diuina adesset potentia, quæ vitam patienti conseruaret.

Plagis verberatus Iesus *milites Præsidis eum* 7
suscipientes in prætorium congregauerunt vniuersam *Matth.27*
cohortem, & exuentes eum chlamydem coccineam circumdederunt ei, & plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius. Et genu flexo ante eum, illudebant ei dicentes: Aue rex Iudæorum, &c. Ecce homo, &c.
Eusebius lib. 4. de præparatione Euangelica, *Eusеb. lib. 4. de præparatione Euangelica.*
capit. 4. inquit: Phenices vt Deos placarent suos iratos filium dilectum sacrificabant. Et id fecit Saturnus occidens Leui vnicũ filium suum regio indutum habitu. Is enim eorum mos erat, vt quem sacrificare debuissent, veste induerent præclara, & pretiosa. At cum ad placandum patrem offerretur Iesus vnicus illius filius, mutato habitu, & vili indutus purpura oblatus est, & mutato habitu ita, vt non esset ei aspectus, neque decor. Achab *4. Reg.*
habitum mutauit ascendens in prælium contra Regem Siriæ, vt vitam conseruaret; Iesus vero prælium iniens crudele, vt vitã pro hominibus perderet, habitum mutauit propriũ, & chlamyde coccinea vestitus est, indutusq. spinea corona sacrum eius cerebrũ est

transf-

transfixum. Noua crudelissimorum hominum adinuentio, quam tyranni naturæ humanæ hostes, qui rara, & horrēda ad perdendos homines inuenerunt tormenta, nec inuenerunt, nec scierunt, sathanæ hæc fuit inuētio, qua non solum illuderetur Christo, sed sacrum eius caput confoderetur ita crudeliter, vt vno actu & contemnatur, & vulneretur. Diuinus amor spinas, ad quas damnatus fuerat homo, capiti suo imposuit, vt saltuis pedibus istud sanguine perfunderetur. *Oseæ 2.* Pientissimus animarum amator, quo homines a malo reuocaret, dixerat: Sæpiam viam tuam spinis, ne vadas post amatores tuos. Beneficium certe grande, sed maius hoc, quod eas capiti imponit, vt potentiores sint multo ad reuocandum homines a malo. Spinæ in via sufficiunt, vt anima illa, de cuius perditione multa dixerat Propheta, reuocetur a malo, & ad virum redeat priorem, quid eædem poterunt in capite Iesu positæ ad suadēda hominibus bona? Vt graue crimen exe crarentur primi parentes, audierunt quod terra eis daret spinas, & illæ in cerebro Saluatoris homines non reuocabunt a malis? *Hiere. 4.* Iudæis præceperat Deus, ne seminarent super spinas, sed super has pretiosissimas, quæ capiti Christi sunt impositæ, qui seminauerit frumentum colliget electorum, odium sci licet peccati, dilectionem Dei, honoris contemptum, &c. Christo corona spinea ablata non est, quia spinæ nostræ antiquæ ab eo consumptæ sunt, lib. 3. capit. 10. numer. 6. & 23. Christo calamus datus est in passione, vt sceptrum homini det, & fragile conterat regnū, num. 7. Christi vestimenta sordida indicant tormenta passionis, quæ auferuntur ab eo, cū nostra deleuerit peccata, numer. 29. Christi passio ad ferendas iniurias multum mouere nos debet, numer. 24. 79. 80. & 91. Christo iniuriæ illatæ in passione obumbrabant mysteria magna, nu. 102. vsque ad 105. Quis Christianorum Iesum prospiciens coronatum spinis honores non respuat? *Hebr. 11.* Aliqua, quæ euentura erant ei, considerans Moyses ait Paulus, quod maiores diuitias æstimauit thesauro Aegyptiorum improperium Christi, & nos, qui eum vidimus vili indutum purpura, spinis coronatum, calamo percussum, honorum erimus cupientissimi? Sed ista omnia & sputa, & maledicta, & iniuriæ, &c. quæ pertulit a Iudæis Iesus, irrogant ei Christiani, dum scelerate viuunt. Vendunt illum peccatores dicentes: *Quid vultis mihi dare?* libr. 3. cap. 12. numer. 4. & 10. Christo porrigunt acetum, qui male viuunt, ibidem numer. 4. Christo maledicūt illi, propter quos nomen eius blasphematur, num. 1. Christum spuunt, colaphizant, &c. mali Christiani, nume. 9. vsque ad 12. & 14. cap. 15. numer. 20. Christum contemnunt Christiani eligentes, quę ille respuit lib. 3. cap. 12. num. 12. & 13. Christum irridēt mali, & seuere puniuntur, num. 14. Iesus, & Barrabas duo hirci in lege oblati, lib. 3. c. 10. n. 35. Vnus sceleratus dimissus est, alteri innocentissimo crux imposita est, qui baruláns eā figuratus fuit in Abel, Isaac, botro, &c. num. 35. 56. 60. & 67. Nouum Iudæorum adinuentum quod crucem imponunt super humeros hominis damnati. Mors crucis tam erat perfe crudelis, & ex lege infamis, & maledicta, vt cuicumque crimini diluendo sufficiens crederetur, absque eo quod humeris passuri imponeretur, & tamen crucem imponunt humeris illius, qui a planta pedis vsque ad verticem *Exod. 23.* vulneribus erat plenus. Et cum illius ponderepressus genicularet, & caderet, a nullo adiutus legitur, cum tamen præciperet lex, vt qui asinum, vel bestiam inimici conspexisset iacentem sub onere, non transiret donec leuaret eam, etiam si adesset necessitas accelerandi iter, nec consideraret, quod ab homine illo sibi inimico reportasset damna, sed id tantum, quod bestiola fatigata sub onere iaceret. Hæc proculdubio animum Domini angerent dum consideraret, & quæ illis hominibus contulisset, & quæ actu conferebat bona, & quod cum Deo suo cadente, & fatigato non fiebat, quod ipse faciendum præceperat *Luc. 10.* cum bestia. Illi, qui descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & a latronibus fuerat vulneratus, & semiuiuus relictus, illud crudelitatis insigne animaduertendum censuit Dominus, quod illo viso, & eiulante Sacerdotis, & Leuitæ viscera ad compassionē non sunt mota, sed eo neglecto, præterierunt. Et eum qui *Ioan. 5.* in piscina erat triginta & octo annos habens in infirmitate sua nullus adiuuit, & corū, qui Hierosolymis erant, notans efferitatem dixit: Hominem non habeo, sed hi quidem, si adiuti non sunt, nullam etiam reportarunt iniuriam; Iesus autem crucem baiulans, præterquam quod subleuatus a nullo est, a multis quidem angariauerūt Simonem Cyrenēsem, varias pertulit irrisiones, & iniurias. Et si non id fecerunt subleuandi eum gratia, sed ne in itinere obiret, qui omnem fere sanguinem amiserat & infamem, & crudelem mortem crucis non subiret. Et si purpura eum exuentes propria induentes vestimenta id fecerunt, vt tormentum crescceret, & vt in proprio habitu ab exteris, qui venerant ad diem festum, agnitus maiorem pateretur infamiā. Væ soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem se. Cumque ad locum Caluariæ fatigatus peruenisset, *dederunt ei vinum myrrhatum amarissimum*. Nusquam visum est, quod homini ad mortem damnato, & sitienti vas aquæ non porrigatur, & minus multo credibile est, quod felle potetur. Cū Achab, *4. Reg. 19.* & Iezabel fugiens peruenisset Elias fatigatus ad vmbram iuniperi, etiam si nulla pertulisset tormenta, subcinericium accepit panem, & vas aquæ, quibus recreatus est, & quia homines aberant, qui recreare possent Prophetam, Angelus descendit de cælo ad seruiendum ei. Et cum olim sitiens populus per desertum pergeret, nec essent aquæ, quibus po-

Num. 20. taretur, percusso silice aquæ egressæ sunt largissimæ, quibus refocillatus est populus, & iumenta: at cum siti exaruisset Iesus, nec hominum humanitatem experiretur, non adfuit Angelus, nec Moyses, qui illius prouideret siti, qui clamauerat: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat, & flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, modicum aquæ non recipit, sed tanta Dei liberalitas, tanta hominū auaritia recompensatur, nec mirum, quia de vinea Sodomorum venenum aspidum insanabile vindemiatur, vuaq. eorum vua fellis est, & botrus amarissimus.

Deut. 8 *Venit Iesus*, aiunt Euangelistæ, *in locum Caluariæ, & crucifixerunt eum.* Multa ibi accepit Iesus tormenta, sed rei & magnitudinem, & grauitatem considerantes veluti elingues effecti, & exanimes cuncta reticentes, nec magnitudinem explicant frigoris, quando nudus ventis erat expositus pelle exarata, cui viscera patebant, & ossa, a quo noui sanguinis fluuij egrediebantur, cum vestibus exuebatur. Qui in tantorum præsentia nudus, qui *Genes. 9.* mira præditus erat modestia, vehemēter anxiaretur, magis multo, quam Noe, qui ab impio filio nudatus inter paucos, ab illisq. cooperтus maledictionem ab illo accepit. Iesus autem inter inimicos nudatus, & vilipensus a Principibus, & plebe non modicum huius rei accepit dolorem, lib. 3. cap. 10. numer. 43. Et statim clauis confixus in cruce suspensus fuit. Christus in caluario crucifixus est, vbi aries pro Isaac est occisus, ibid. nu. 35. & 60. Christi passio figurata fuerat olim, nume. 43. 44. 60. 67. 68. 87. & 88. Christi vulnera patefaciebant voluntatem Dei, & arcana cordis eius, lib. 3. cap. 8. nume. 19. Christus pendens *Ibi.* in ligno maledictus dicitur, quia maledictum est peccatum, quod ibi pependit, libr. 3. cap. 11. num. 28. & 29. Iob percussus a Deo, & sedens in sterquilinio testa saniem radebat, & manibus vulnera curabat; at Iesus crucifixus nec hoc modicum refrigerium manibus vaelet adhibere. In hac die, in qua Adam conditus est, occisus est Christus, lib. 3. cap. 10. num. 8. In eadem pulsus ille est e paradiso nudus, maledictis subiectus, sed dignus vt talia, immo maiora pateretur, qui tantis donatus beneficijs tam extitit ingratus benefactori, & inobediens maiestati: sed mirādum, quod maledictus percussus a Deo & humiliatus ille sit, qui ei in omnibus obediens extitit. Cuius latus apertum esse voluit pater, vt hauriret homo aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Christus aquæ cur comparetur, lib. 1. cap. 25. nume. 3. & 4. Bene video quod quatuor in Christo apertis fontibus, quatuor egrediuntur fontes e paradiso isto cælesti, quibus irrigetur, & proferat fructus vniuersa terra, & quod Christi latus apertū est in cruce, vt vitæ ostium panderetur, & a diluuio liberarentur homines lib. 3. cap. 10. nu. 54. 67. & 77. Apertaq. sunt vulnera, vt Christi sanguinem pulli lambant, nume. 66. Eleuatus in cruce Iesus, vt cum eo eleuans homo manus vincat Amalech, lib. 3. cap. 11. nume. 1. Christiq. sanguine expiari debet homo, & mundari, vt sic sanctificetur domus, & altare, libr. 18. cap. 10. nume. 20. Crux sedes sponsalis, in qua Christus Ecclesiam sibi associauit, libr. 3. cap. 10. num. 81. Quibus consolandi sunt homines, tristandi autem dum innumeros considerant dolores, quos pertulit Christus. Cum Lazarus mendicus frigore cruciaretur, a di- *Luc. 16.* uite vestibus non est indutus, sed nec exutus proprijs, qualescumq. illæ extiterint; fami eius non prouidebatur & siti, sed aceto non potabatur; nullus eum consolabatur, sed nec conuiciabatur ei, & si pietatem ei homines negabant, cum vulneribus cruciaretur, canes veniebant, & lingebant vlcera eius, quæ omnia Christo denegata sunt, &c. Sed tamen nos dicamus ei. Domine, suscipe seruum tuum in vulnerum aperturis, vbi securus ero a mundi fallacijs. Memor sit omnis sacrificij tui Deus, & holocaustum tuum pingue fiat in me. Peccata, si in mentem venerint, dicat Christianus: Non sum meus, emptus sanguine Christi, lib. 3. cap. 15. num. 2. Christus enim redemit moriens, quos antea emerat, & amiserat, lib. 3. cap. 10. num. 36. Flecte ramos arbor alta, vt amplexari valeam lignum ibi pen- *Cant.* dentem, quem non dimittam, donec introducam in cubiculum genitricis meæ. Non dimittam eum, donec benedictus audiam: Non vocaberis Iacob, sed Israel erit nomen tuum. *Genes.* Flecte etiam ramos crux, vt Christo confixus iam non viuam vanitatibus, & sęculo, sed tantum illi, vt peregrinus (Bern.) abstinebo *Bern. serm. de mortuo, &c.* a carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam: vt mortuus alienus ero ab actibus sæculi, sed his non contentus velut crucifixus ea, quæ amat mundus, crux mihi erūt, siue deliciæ, siue honores, &c. Animam autē redditurus patri inclinauit caput: Si enim illud erigeret, & homines cōtemplaretur, nihil aspiceret quo consolaretur, inclinatus autem proprium aspiciens cor reperit innumera, quæ dulcem ei reddiderunt mortem. Cōsideremus obsecro Iesum mulieribus dicentē: Si in viridi ligno hæc faciūt, in arido quid fiet? Faciūt. In arido quidē multa modo sunt bona, quia prope est Dominus ori impiorum; prosperantur, & faciunt fructū, in viridi autē ligno hic ignis incenditur, in arido autē in futuro. Sic & nos ignē in hac vita, & tormenta desideremus, ne futuro reseruentur incendio. Hic non parcas, Domine, vt in æternum parcas. Passio hæc semper in memoria sit nostra, sicut Regius postulauerat Vates, vbi postquam dixerat: Exaudiat te Dominus in die tribulationis, &c. quibus verbis Christum patientem intelligit Augustinus, *Aug. Psal. 7.* intulit: Memor sit omnis sacrificij tui, id est, memores nos faciat omnium iniuriarū tuarum, & contumeliarum, quas pro nobis pertulisti, vt a memoria hominis Christiani spinæ, sputa, claui, &c. nusquam recedant. Tribuat

buat tibi pater secundum cor tuum, vt scilicet eum fructum in nobis habeat passio tua, quem tu semper desideraſti, vt tali pretio redempti serui efficiamur perpetui dignationis tuæ, sicut aiebat Paulus: Non estis vestri, vt secundum desideria cordis vestri viuatis, sed eius, cuius pretio magno empti estis, vt glorificetis, & portetis Deum non solum in animabus, sed etiam in corporibus vestris, vt comedatis, induamini, &c. quãdo, & qua ratione herus disposuerit. In fideles, & impij, qui vt faciant malũ, venũdati sunt, traditi Dominis crudelibus, ea exequantur impia mandata, quæ illi iusserint: iustus autem audiat quod suus non est, sed Deũ audiat & precipiẽtem, & consulentem, nullum admittens honorem, nullas diuitias, nullas delectationes, quam illas, quæ ipsi & placuerint, & eius fuerint manu collatæ. Mortuus ero iam cunctis rebus extra ipsum, & vita mea abscõdita erit cum ipso Christo in Deo. Toto hoc tempore clamat Ecclesia: Dicite in nationibus quia Dominus regnauit a ligno. Moriens enim regnum obtinuit, quia ille pendens in ligno omnia trahere ad se valet, vt cuncti eius efficiamur serui nusquam alium recognoscẽtes Dominum, nisi eum, qui pro omnibus mortuus est, vt qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est. Christi passionem qui humiliter cõsiderat, est vt columba in foraminibus petræ, lib. 3. cap. 8. numer. 16. 18. & 19. Christo compatitur, qui confixus est cruci eius, lib. 3. cap. 11. numer. 10. & 23. Quæ de beata Virgine dicenda fuissent, quibus eius ostenderetur dolor in passione filij, legenda sunt in sermone sequenti. Et de passione Domini latissime in libro nostro rosarij per quinque mysteria integra, in quibus dolor Virginis matris, & filij exponitur. Verba autem septem, quę Iesus protulit in cruce, multa consideratione digna enarrantur in quinto mysterio Rosarij eorum, quæ pertinent ad dolores Mariæ.

2. Cor. 5.

FERIA SEXTA in parasceue.

De planctu Virginis Mariæ in Passione filij.

Feria 6. in parasceue de planctu Mariæ.

SVM sanctus Prophetа Hieremias cõtemplaretur ea, in quæ venerat nocumẽta Hierusalem ciuitas sancti, quæ audierat a Domino, quod non esset transiturus per eam pollutus, & immundus, quæ ciuitas Dei sancti dicebatur, ac si inter omnes orbis præclarissimas vrbes illa sola eius esset dedicata cultui, ab eo specialiter protecta, ab ipso inhabitata, a quo nomen ipsa sortiretur, quam non solum inhabitare non deberent polluti idolatræ, sed nec per eam transire; & quæ tali, tantoq. donata fuerat priuilegio, si Dei placita complesset, iam ad multa scelera deuoluta facta esset habitatio omnis volucris immundæ, quæ a feris inhabitabatur, a Babylonijs diuitijs, & templo, & ciuibus, nobilibusq. spoliata, honoribus priuata, Prophetа, qui talia, tantaq. cernebat damna, quibus ipse prouidere non poterat, ad lacrymas cõuersus, conuersiq. hi, qui inter Babyloniorum efferatos mores conuersabantur captiui, super flumina Babylonis flentes recordabantur illustrissimæ & opulentissimæ quondam Sion in salicibus organa suspendentes, quibus proiectis omnis exploderetur lætitiæ occasio. Tunc Hieremias videns ciuitatem desertam, & populum captiuum, amaro animo suspirans, & eiulans dixit: Quomodo sedet sola ciuitas plena populo, facta est quasi vidua domina gentium dignitate Regni, & Sacerdotij orbata. Princeps prouinciarũ facta est sub tributo Regis Babylonis. Plorans ploranit, id est, fletus abundantia, in nocte tantæ tribulationis. Et lacrymæ eius in maxillis eius, per quod significatur continuatio, & diuturnitas fletus. Non est, qui consoletur eam ex omnibus charis eius, quia Assirij, Aegyptij, & alij Iudæis confæderati in necessitate eam reliquerunt, & non solum reliquerunt, sed etiam Chaldæis eorum aduersarijs fauerunt, ideo subdit: Omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici. His verbis ingentem mærorem animi redolentibus flebat Hieremias, & ad flendum alios excitabat. Iudæi enim tantopere erant ciuitati illi affecti, vt cum eam calamitate aliqua pressam cernerent, saccis induebantur, & cilicijs, cinere tristitiam indicabant, sicut docet liber primus Machabæorum, vbi Matatias, & sui videntes sancta in manu extraneorum facta, & templũ profanatum, vasa gloriæ eius captiua, & quod ea quæ erit libera, facta esset ancilla, sciderunt vestimenta sua, & operuerunt se cilicijs, & planxerunt valde. Cũ tanta acciderint mala sanctę ciuitati: Quo nobis adhuc viuere? Ad quid nobis vtilis vita dolore, & amaritudine plena? Solatio nobis esset ab hac luce migratio, ne quæ in ciuitate, & templo sancto grassantur mala, oculis cerneremus. Hanc miserandam calamitatem lamentabatur Hieremias. Et vt cognosceret populus hæc, quæ instabant tristia, non casu accidere, sed diuino consilio aiebat: Proiecit de cælo in terram inclytam Israel, & non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui: Ciuitatis autem, & templi aduersos casus alij irridebant, alij autem dolebant dicentes: Hæccine est vrbs perfecti decoris, gaudium vniuersæ terræ? Considerabat Propheta sanctus tanta indignatione in gentem illam motũ, ac si oblitus fuisset quod illa

Esai. 35.

Trem. 1.

1. Mach. 2.

Trem. 2.

illa esset & solium suum, & scabellum pedum suorum. Semper credidit populus, & nobiles, plebei, Sacerdotes, & sæculares Deum beneficum in illam ciuitatem futurum, & quod nulla causa moueri potuisset ad perdendum eam. Vnde cum semel idem Propheta dixisset: Sicut Silo erit domus hæc, & vrbs ista desolabitur. Hæc ferre non valẽtes, qui multa, & illa quidem grauissima audierãt ab eo, ira pleni apprehenderunt Propheram Sacerdotes, & omnis populus dicentes: Morte moriatur. Cumq. retulissent Sacerdotes in Iudæa, quæ dixisset Hieremias, ascenderunt in domũ Domini metũ, & indignatione perciti, & aiebant: Iudiciũ mortis est viro huic quia prophetauit aduersus ciuitatem istam, mendacium credentes quod Propheta aiebat, cum Hierusalem Dei habitationem imposibile suspicarentur destruendã fore, sicut Silo olim fuerat habitatio deserta. Vnde cum oculis contemplatus est Hieremias nocumẽtum præsens, quod certo crediderat futurũ, ad hanc ruinam flendam tot inuenit titulos, quot sententias in libro lamentationum suarum. Hac ratione cum his diebus Ecclesia tota occupetur in considerandapassione Christi, & matris suæ compassionẽ, dum ob oculos statuere nititur, quæ homines Christianos mouere debent ad flendum, inter omnia ad id librum Trenorum legit. Cum ergo fideles post Iesum beatam Virginem præ oculis semper habeant, vt considerãtes eius gaudia, illi congaudeant, & contemplantes tristitiam, ei compatiantur, ijsdem verbis conuenientissime vtendum est, vt & moueamur ad flendum, & cognoscamus, quæ Mariæ conueniant omni lamẽtatione digna ex his, quæ tigerint in captiuitate Babylonica docuit Hieremias tristia, quibus planctus Virginis aperiendus est. Et sicut Iudæi intelligere non poterant ciuitati sanctæ tanta posse cõtingere aduersa, quæ cum oculis patuerunt, amaro sunt animo celebrata, ita, quis crederet posibile, quod mulier, cui Dominus incessanter astabat, quæ gratia erat plena, & Dei mater, cui petra Christus fundebat riuos olei internę consolationis, quando lauabat pedes butyro, benedicta super omnes mulieres, cuius spiritus semper exultauerat in Deo salutari suo, in tantam traderetur merendi occasionem, vt audiret: Magna est velut mare contritio tua, & quis medebitur tui? Verum quidem est, quod ab ortu filij lacrymæ concomitatæ sunt Virginem, dum eum cerneret in stabulo, & præsepio nudum, & eiulantem, frigore tabescentem, quod dum octauum ageret diẽ, & circumcisus sanguinem fudit tenellus infans, & quod in templo audiuit quadragesimo die ab ortu infantis: Tuam ipsius animam pertransiuit gladius eam in tota vita tristẽ reddidit, &c. Sed tamen, si in ortu infantis lacrymæ eius animum in aliquo poterant commouere, innumera erant ibi, quibus exultabat lætabunda, & laudans cantico, & inter lamentabilem Simeonis prophetiam multa consolabantur illam. At in passione Christi vnici filij sui, vbi flumina irruerunt in illam, exspirasset vtique inter angustias, nisi Dominus astitisset illi. Et quia homo Christianus post Christum, qui spiritus est oris eius, in Mariam eius matrẽ animæ affectum dirigere debet, vt eius gaudijs congaudeat, & tristibus compatiatur, & qui gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus, quicumque illi sint, debet sibi proprium vendicare, id valentiori iure efficere debet si eius consideret gaudia aut tristia, quæ mater est Saluatoris, spes ipsius aduocata, consolatrix in tribulationibus. Conuenientissime ergo quæ Virgini acciderunt tristia memoranda sunt ijs verbis, quibus Hieremias fleuit & ciuitatis, & templi sancti miserandam ruinã, & captiuitatem. Licet enim illa sint grauiora multo his, tamen sunt ista illis quã simillima, & quæ spiritu prophetico Iesu passionem, & matris compassionem obumbrabant. Obsecro Domine, qui prouidisti vt inundantibus aquis diluuij ostium arcæ a foris clauderetur, idq. manu tua factum scriptura narrat, vt innotesceret specialis prouidentia, & amor erga dilectum tibi famulum Noe, quibus non solum prouidisti incolumitati, & vitæ illius, ne cum suis aquis diluuij periret, sed qui dilectos sibi filios, vxorem, & nurus secum habebat incolumes, ne alios videret pereuntes aquarum multitudine, licet illi exteri essent, ostium clausisti, ait Chrysostomus, ne tristaretur iustus, & amicus videns pereuntes conciues, quibus generali quadam ratione afficiebatur; huiusq. prouidens dolori ostium clausisti, non conuenientius videtur, vt clamante Virginis filio: Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam, mater, quæ erga illum tam vehementer afficiebatur, vel clausa ignoraret quæ Hierosolymis grassabãtur crudelitates, vel alas aquilæ acciperet mulier, quæ cruciabatur, vt pareret cum filium habuit, ne fluuium videret, quo tæterrimus draco vnicum illum fluctibus inuoluere nitebatur, quem ipsa peperat? Eadem enim, quæ oculis præsens fuerat contemplata, si absens narratione rescisset, vix tolerabilia viderentur, quanto magis sitam horribiles hominum adinuentiones in Christum cerneret? Audiuit Dauid amantissimi sibi Ionathæ mortem in montibus Gelboe absens quidem, & quod ille pugnans fortiter corruisset, & scidit vestimenta sua, dicens: Doleo super te frater mi Ionatha amabilis, & decore, sicut mater vnicum amat filium, ita te diligebam. Et absens inconsolabiliter lamentabatur illum, cuius amorẽ non matris erga vnicum filium suum esse dicebat, sed ei tantum similem. Quid si in absentia audiens Maria & passionem, & mortem Iesu effecisset, cuius amor omnium matrum in filios amorem incomparabiliter iustis rationibus excedebat? Vtique magna esset velut ma-

Hier. 26.

3

Chrysost. Genes. 6.

Psal. 68.

Apoc. 1.

2. Reg. 1.

mare contritio eius, maior autem multo, qui passioni astitit, vt oculi augerent dolorem. Nec illi datū est, quod Agar fecit, quę discessit cum Hismael morti proximum credidisset. Quem morientem ferre non valens, eum
Genes. 21. relinquens dixit: Non videbo morientē puerum, & sedens contra leuauit vocem suam, & fleuit eum, quem fame & siti credidit moriturum: at Virginem Deiparam sociam habere voluit filius omnium tribulationum, & qui
Esai. 63 dixerat: Torcular calcaui solus & de gentibus non fuit vir mecum, sociam in torculari habuit feminam, cuius indumenta eius aspergerentur sanguine, & anima innumeris cruciaretur doloribus. Cum Hieronymus egregia facta narraret illustrissimæ feminæ Paulæ, quæ Romam deserens, Caluarium adierat
Hieron. epist. 27. cum vehementissima apprehensione vt Iesum in cruce suspensum contemplaretur, consolari non poterat, nec lacrymis tēperare. Et Bernardus retulit, quod omnibus sextis ferijs, dū attente consideraret ea, quæ retro ante sæculis Hierosolymis acciderant Iesu nostro, hac die vehementissime cruciabatur. Et beatus Patriarcha Franciscus, qui insigni plagarum priuilegio donatus est, vt illis cruciaretur vulneribus, quæ in corpore suo portabat, hac signanter die, & feria vehementius cruciabatur; sic & Catharina de Senis, &c. Hi sola memoria rei iam absentis, qui Iesum iam considerabant astantem a dextris Dei, sed tamen qui aliquādo in Caluario cruci affixus obijsset, sic cruciabantur, vt vix eis remaneret sensus, quibus considerare licet, quæ acciderunt tristia Mariæ, dum singula videret dura,
3 quæ filio contigerant in passione. Quæ enim tristia erant præsentia erant, gaudium autem tantum erat in spe. Et hæc Virginis memoria celebratur conuenientissime a fidelibus in hac die, qui postquam tempus speciale consecrauimus dicendis, & audiendis doloribus filij, aliud etiam signatur audiendæ compassioni matris. Sed tamen vt in re hac semel intelligant homines Christiani qua ratione sentiendum sit de doloribus Mariæ, in hac die id considerandum est, quod in pectore Mariæ duo potentissimi amores præliabātur, amor scilicet filij, & amor generis humani. Amor filij, quem cernebat flagellari, spinis coronari, clauis configi, eā incredibiliter angebat, sicq. animum cruciabat, vt vellet ipsa potius multas pati mortes, quam quod amantissimus sibi filius modico afficeretur vulnere. Non enim nouum id est patribus, vt ista desiderent, etiam quando filij istā beneuolentia
2. *Reg.* 18 omnino sunt indigni, sicut Dauid, qui dum in querela suspēsum interijsse sciret impium, & inimicum filium suum Absalon nolens consolationem recipere hæc verba doloris plena repetebat: Quis det, vt ego moriar pro te Absalon fili mi? &c. Et quæ orbata venerat filijs
Ruth. 1. in Bethlehem Noemi, cū audiret: Hæccine est illa Noemi? Illa respondebat: Ne vocetis me Noemi, id est, pulchram, sed vocate me Mara, id est, amaram, quia amaritudine valde repleuit me omnipotens. Cum ergo Maria super omnes patres maioribus ducta rationibus Iesum diligeret, in eius dira passione importabiles pertulit cruciatus. Maria in passione Christi plusquam martyr fuit, lib. 11. capit. 6. nume. 12. & 71. Maria incredibiles pertulit dolores in passione filij, nume. 90. vsque ad 96. Quæ & interfuit his, quæ pertulit Iesus in nocte passionis, & comitata est eum baiulantem crucem. Maria enim liquefacta est loquente dilecto, flendo absentiam, & passionem Iesu, num. 115. Cum ergo amor iste esset immensus, dolor, qui illum comitabatur, illi esset quam simillimus. Ex altera parte amor Mariæ in genus humanum mirandus erat, quem nullus creaturarum amor vsquam æquauit; & qui aiebat: Ego autem libentissime impendā, & superimpendar pro animabus vestris Paulus, in diligendo Virgine multum inferior erat. Quæ ergo genus humanum sic amabat vtique, ne periremus omnes, mortem filij, qua huic damno prouideretur, vehemēter optaret. In pectore eius duo erant dolores fere æquales, alter quo de filij morte vehemēter cruciabatur, alter quo de perditione totius generis humani acriter afflictabatur. Cum in vtero Rebeccæ duo *Genes. 25.* essent filij, & rufus Esau, & mitissimus Iacob, nondum vultum egressi matris intime collidebantur, & pugnabant, ita vt mater eiulās diceret: Si sic mihi erat futurum, vt quid necesse fuit concipere, vt conceptus gaudium bello infantium, aut certe illorum morte interturbetur? Sic in pectore Marię duo colliduntur dolores, alter de morte filij cōtristat, sic vt fasciculus amarissimus myrrhæ sit illi dilectus patiens, sed quia angitur sollicita, & tristis de hominum miseria, fasciculus inter vbera sua commoratur, dum passionem Christi ex vna parte tam sibi amaram, velut rem sibi dilectissimam inter vbera collocat, dum eam desiderat, quæ remedium est totius generis humani, & passionem, quæ myrrha est amarior, amplectitur, ne homo pereat. Cælestisq. Samaritanus Virgini quæ vulnera- *Luc. 14.* ta charitate iacebat vinum infundit doloris eius, quem videt patientem, & oleum consolationis, dum eum considerat redimentem. Amor naturalis & super naturalis, quo Deū vehementissime diligebat eā tristabat, amor autem noster eam inter lacrymas consolabatur. Oriatur quidem Esau primus rufus, dolor scilicet amantissimi filij, sed eum Iacob planta teneat, qui eius ortum & retardet, & moderetur, dum eius breuitatem considerat, & bona inde nascitura. In hominibus quidē alijs, in quibus humanæ vigent passiones, & inclinationes, quæ videntur oculis bona, aut mala veluti captiuos eos ducunt ad gaudiū, & mærorem, vt ratione vix moderentur illa, quæ sensibus sunt grata, aut iniucunda, sicut *Rom. 7.* eleganti discursu Paulus prosecutus est, &c. At Maria Virgo hoc fuit admirabili priuilegio

gio donata, vt cum omnibus inclinationibus malis careret, fomiteq. peccati immunis, sic dolebat præsens morti filij, sicut rationi rectæ, diuinæq. voluntati consonum erat, & qui aliter considerauerit tristitiam Virginis, injurius est tātæ sanctitati, & donis, quibus data fuit. Itaque cum ea cōsiderabat, quæ secundum rationem rectam mouebāt ad lacrymas (multa enim hæc erant) lacrymabatur. Cum autem ea contemplabatur, quæ ibi iucūda erant, tunc lætabatur. Angeli vtpote beati omnis doloris incapaces videntes quā beni-
Psal. 50. gne se gereret Deus, vt in bona volūtate sua ædificarentur muri Hierusalem, summopere gaudebant, angeli autem noctis in passione conturbati sunt: Principes Edon, robustosq.
Colos. 2. Moab obtinuit tremor, super quos irruit formido, & pauor cernentes quod tulisset Iesus chirographum decreti & affixisset cruci triūphans illos in se ipso. At beata Virgo deuorat librum, in quo scriptum est carmen, & væ
Luc. 23. quædam, scilicet, quæ gaudium illi ingerunt maximum, alia vero, quæ vehementer excruciant. Filiæ Hierusalem flebant, & lamentabantur Dominum, quē veluti exanimem cernebant baiulantem crucē omni prorsus gaudio destitutæ, quia nec cognoscebant dona, quæ in illo homine claudebantur, nec bona, quæ toti orbi poterant ex illa morte conferri; immo audierant: Filiæ Hierusalem nolite flere super me, super uos ipsas flete, & super filios vestros, quia si ī viridi ligno hæc faciūt, in arido quid fiet? Quoniam ecce veniēt dies, in quibus dicent: Beatæ steriles, & ventres qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos, & collibus: Cooperite nos. At beata Virgo, licet calamitatem præsentē fle-
Albert. Magn. 4 ret, bona considerabat multa futura, quibus leniret dolorem illum. Dolor quidem, ait Albertus Magnus, maximus fuit, quē Deus Virgini impertitus est, vt eā participem faceret beneficij redemptionis, & fuit adiutrix redēptoris per compassionem. Anima beatæ Mariæ apprehendit mortem filij, vt summe contrariam appetitui, & sic summum ei attulit dolorem, quia anima magis est vbi amat, quā vbi animat. Additur his quod ingens ingratitudo populi Iudaici, qui tanta acceperat
Rom. 9. beneficia & antiqua, & noua a Domino, animū Virginis vehementer affligebat. Cumq. ibi perditionem cerneret fratrum, continuus illi inerat dolor, sicut Paulus aiebat. Vnde sicut Hieremias acriter flebat ingratitudinem amicorum ciuitatis sanctæ, quæ dum fuerat felix multos numerauerat amicos, aduersis autē temporibus calamitosis omnibus disparuissent, cuius rei considerās ingra-
Thren. 2 titudinem dixit: Omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici; ita & Virgo, dum eos consideraret, qui socij extiterant mensæ Christi, & non tribulationis, multum tristaretur: In his autem hæc erat consolatio, quia numquam de aliquo gauisa fuit Virgo tantum, quantum de honore Dei, & salute proximi. Sed vtrumque fuit in passione Iesu in summo. Gaudet autem charitas de bono dilecti, in passione autē summus honor Christi occasionatus est. Fuit etiam tunc illi ingens delectatio, numquam enim anima Christi in aliquo creato tantū delectata est, quantum in redemptione generis humani per passionem. Bonum etiam vtile fuit in passione dicente ipso: Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. Si ergo (Alber- *Alber. Ioan. 12.*
tus Magnus) quodlibet genus boni ipsius dilecti tunc fuit in passione, ergo & in diligente tunc summa fuit delectatio. Consolabatur autem videns, quod si in Conceptione, & Natiuitate fuit mater Dei & hominis, in passione fuit mater Dei & hominis redemptoris. Vnde postquam dictum fuerit Virgini; Magna est velut mare contritio tua, id est, dolor tuus ita excedit reliquos hominum, sicut immensum pelagus, & profundus oceanus abundat aquis super modicum riuulum. Sed subdit: Quis medebitur tui? Hoc est, quis *Tren. 2.* consolabitur te in hac valida cōtritione tua? Vtique honor Dei, orbis vtilitas, reportata inde innumera commoda fuere medicinæ, quæ huic graui dolori applicatæ illum moderatæ sunt vehementer. Hæc sunt, quæ in compassione Virginis sunt consideranda in genere, quibus non obstantibus, quæ ipsam angebant in passione multa erant, dum interfuit his, quæ in nocte passionis pertulit filius, libr. vndecimo, cap. sexto, numer. 90 & 91. Inter alia, cum teste Simeone Metaphraste *Surius in Assumpt.* sacra Virgo præsens extitisset, dum in domo Pilati Iesus crudelissime verberatus fuit, vtique ingentes ibi passa est cruciatus, cum delicatissimus simulq. amantissimus filius talia passus fuit, quæ adamantinum pectus liquescere vt cera potuissent. Cum audirent fideles Ephesi, quod Paulus iturus esset Hie- *Act. 20. & 21.*
rosolymas vinctus, ignorantes eas persecutiones, quæ ibi Apostolum manerent, nisi tantum quod vincula eum ibi manerent, quorum narratio tantam intulit tristitiam fidelibus, quod procciderent ad collum Pauli cogentes ipsum vt diceret: Quid facitis flentes, & affligentes cor meum? &c. Quid de Virgine dicendum est, quæ his, quos pertulit Iesus, doloribus præsens extitit, quæ Cæsarienses, & Ephesios incomparabili excedebat amore, & iam fieri crudeliter cernebat in filio, quæ illi suspicabantur futura in magistro, a quo illi consolabantur, illa autem nec verbum audire poterat ab eo, cuius viscera pandebantur, & nudabantur ossa. Naturalem compassionem, & animi teneritudinem feminis inditam omnes norunt, quam considerantes Sancti mirantur vehementer vxoris Iob non solum stultitiam, sed crudelitatem, quod virum suum tantis cladibus affectum nec consolata sit, nec in vllo ei compassa, nec verbum quidem blandum ei locuta est, eo quod ista om-

nia a muliebri pietate aliena essent: in beata Virgine hæc erat insita animæ teneritudo ingens, vtpote cuius animæ inclinationes in nullo a bene operando retardabantur, quæ amore Dei, & amore filij, virtute misericordiæ, cui competit alienam flere miseriam tãto amplius, quanto illa fuerit maior, & in persona sibi coniunctiori. His omnibus creuit dolor super omnes dolores, vtpote filiæ ad patrem, matris ad filium, sponsæ ad sponsum, & creaturæ ad creatorem. Qua animi voluntate, si id iudicaret expediens, daret corpus suum percutientibus, & genas vellentibus, manus ligandas funibus, ne ista cerneret in filio, quæ tanta maiestate erant indigna. Crediderim certe quod diuinum cernens sangui nem pedibus vilium hominum conculcari, eligeret, ne vna eius guttula contemneretur, proprium effundere, essetq. minor dolor in passione, quam esset ille, quem in compassione sustinebat, maxime autem quod cum tanta cerneret inhumanitate plenissima, nec verbis filium alloqui valuit, nec eius vulneribus beneficium aliquod exhibere; nec vel linteo abstergere, aut aliquo indumento proprio membra frigore tabida operire, cum hæc tam leuia, & modica illi negarentur, vehementissimo cruciaretur dolore.

5 *Crudelissime autem flagellato Domino duxerunt eum in prætorium, in quo exuentes eum milites vestimentis suis induerunt eum veste vili purpurea, & plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius, & arundinem in manu, & genua flectentes illudebant ei, & arundine percutiebant eum.* Noua certe hominum adinuentio nouum in Maria produceret dolorem, qui oriretur, dum & cerneret sacrum filij caput a cælorum ciuibus suppliciter adoratum tam impie cõtingi a sacrilegis, & diuinam faciem, cuius vultum Regis pacifici desiderare debuisset vniuersa terra, sanguine perfundi, vt qui speciosus erat forma præ filijs hominum, talis esset, vt dicere Virgo potuisset. Vidimus eum, & non erat ei aspectus neque decor, a quo & illud videbat illa malum, quod sequitur in Propheta: Vnde nec reputauimus eum, sed contemptsimus quem vidimus talem. Dicere debuisset virgo legimus quidem de sacra Domini corona, quæ sponsa prophetauerat dicens: Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eũ mater sua in die desponsationis suæ, & in die lætitiæ cordis sui. Sed istam a matre imponendam dixit, & id quidem in die nuptiarum, & gaudij, hanc autem sacrilegam coronam, nec imponere ego potuissem præ dolore, nec in die desponsationis mei pacifici Salomonis, & filij amantissimi imponitur, sed in die sepulturæ & mortis. Homines quidem futuros corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei sui Propheta sacer prænunciauerat cum triumphis Martyrum & virtutibus Sãctorum ipsum honorari docuit, sed hanc in manu Domini futuram coronam

Psam.44.

Esai. 53.

Cant.3.

Esai. 62.

dixit, non in capite, quę & corona esset gloriæ, non contumeliæ, sicut hæc, quam cernimus. Vnde non mirum si hæc considerans in Virgine tristia homo Christianus ea repetat, quæ in exordio diximus: Plorans plorauit in nocte, & lacrymæ eius in maxillis eius, non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius, ex his enim, qui chari esse debuissent, omnes relicto filio & matre fugerunt. Quomodo obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion, proiecit de cælo in terram inclytam Israel. Præcipitauit Dominus, nec pepercit omnia speciosa Iacob. Taliter cruciabatur Maria, quod velut illius oblita credi potuisset Deus, & quod e cælo gaudiorum, quæ quondam habuerat præsentiam filij deiecta esset, in ima miseriarum, & dolorũ. Præcipitauit omnia speciosa Iacob, quoniam cum iam obscuratum esset aurum, mutatusq; color optimus filij, & reliquorum facies denigrata esset super carbones, dum vnus Apostolorum Iesum negauit, alter vendidit, alij fugerãt, multi de plebe tincti erãt sanguine Christi, alij dum tanto malo non se opponerent criminis rei effecti dispersi erant in capite omnium platearum. Sola Virgo, pulchra vt Luna, electa vt Sol, nullo denigrata malo remanserat, sed tamen aruit velut testa virtus eius, dum filium cerneret coronatum spinis. Igneum gladium ad paradisi ianuam collocauit Dominus peccantibus primis parentibus, quibus denegaretur amæni illius loci ingressus, quo effecti fuerãt indigni, at in nostro hoc mystico paradiso, qui quondam fuerat voluptatis, tot exortæ sunt spinæ, quot caput Iesu cruentabant, & cum nullum esset peccatum, propter quod ista mereretur Virgo alma, nihilominus, tot in pectore eius collocati sunt gladij, quot fuerunt spinæ. Spinas olim exituras in terra audiuit Adam, quibus ipse vulneraretur terrenus, non autem in paradiso, quo pulsus est indignus, at modo in Christi cælo exortæ spinæ in pectus Virginis, quod paradiso erat illustrius, continuo transplantatæ sunt, vt simul illæ & caput filij contingerent, & vulnerarent, & cor matris. Olim quidem cũ Maria cõcepit filium, audiuit: Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ Dei, quo fluuio & diues remãsit, & læta. Et fluuius integer (Apocal.) similis crystallo egrediebatur a sede Agni, & throno, quo cuncta viridescerent, & germinarẽt, quæ in sancta erant ciuitate; sed hodie fluuij multi sanctam rigant ciuitatem, non qui illam lætificent, sed quivehementer excrucient, cum non sint aquæ puræ, sed sanguinis, qui a sede Agni spinis coronati, & sceptro arundineo donati egrediuntur, & impetu magno irruit in ciuitatem illam quondã glorioſam. Et licet diuina & prouidentia, & potentia effectum sit, vt nullus eorum, qui astabant hostium, qui sanguine erant ebrij, & furore pleni, feris crudeliores, eam nec verbis lædere, aut manibus contingere valuisset, sed tamẽ qui sacrilega protere-

Genes.3.

Psal.45.

Apoc.21.

ferebant verba in filium, & manus sacrilegæ, quæ eius contingebant caput, maiori Virginem afficiebant dolore, quã si ipsa in propria persona innumera audiret verba cõtumelijs plena, & plures, & acutiores spinæ eius perforarent sanctũ cerebrũ. Et vulneratus sponsus in vno oculorum pulcherrimę sponsæ, non mirum si vulneratus ille amore in pulchritudine oculi, vulneret & ille uicissim sponsam in vtroq. oculorum suorum sanguine rubẽtium incredibili dolore. Angitur Hester, dũ potentissimum regem Assuerum videt sceptrũ habentem in manu, quo eius demonstretur potentia; Virgo autem amplius cruciaretur videns pro sceptro arundinem, quo eius perditissimi homines proderent infirmitatem, & vilitatem. Licet enim exanimis effecta non fuisset, vt quondam illa, non ob id minorem pertulit dolorem, quam illa.

Hester.15

6 Multa alia in passione Christi considerari potuissent, in quibus acer cruciatus Virginis perpenderetur: Sed in hac concione illa sunt potissimæ considerationis, quæ crucifixo Domino contigerunt, & ipso viuente, & mortuo, & dum sepulturæ fuit corpus exanime traditum. Mariam multa angebant, dum videret Christum in cruce, lib.11.cap.6.nu.91. vsque ad 93. Christi affectus in cruce erga matrem suam, lib.3.ca.10.nu.106. Maria post mortem Christi acerrime doluit, dum pẽderet in cruce, lib.11.cap.6.nu.93.& 94. Maria Christum depositum e cruce susc epit in brachijs dolore nimio cruciata, num.94. vsque ad 96. Maria multum doluit, dum Iesus traderetur sepulturæ, eodem num.96. Christi sepultura describitur, lib.3.cap.10.num.93. Hæc singula in residuo horum annotationum enarranda sunt, & in primis ea, quæ acciderunt Mariæ tristia, dum Iesus viuens penderet in cruce, in enarrabilia quidem sunt & multa. Sicut enim in vitæ discursu, quæ Virgini contingebant amara visione filij lętificata moderabantur omnia, & tollebantur, cum eum cerneret, qui speciosus erat forma præ filijs hominum; cum eum audiret, in cuius labijs gratia diffusa erat; quem diligebat vt filium, vt patrem, vt sponsum & Deum amore & naturali & gratuito, ita in fine vitæ dũ ille penderet in cruce cuncta, quæ loquebatur filius, & cuncta, quæ aspiciebat mater, gladij erant, quos Simeon dixerat animam Virginis trãsfixuros. Illa enim, quæ in incarnatione verbi coniuncta mari sanctitatis, & gratiarum innumera reportauit commoda, & gratiam ineffabilẽ, eadem, quæ in cruce mari dolorum erat coniuncta incredibiles reportaret dolores. Et quidem dum Iesus in horto tristis paueret, & tæderet, Angelus astans consolatus est eum, sicut & quondã Heliã iacẽtẽ in vmbra iunipe rij at Mariã nullus ex charis eius nec Angelus nec homo cõsolatus est. Et si quidẽ Iesus hoc fauore priuaretur, nõ mirarer, quod ille absyn thio potaretur, qui enim ligna portabat peccatorũ totius generis humani, gladiũ pater-

Genes.22.

num vibratũ capiti erat inspecturus, nec Angelum, qui percutientem patrem moderaretur. At cum Maria nec propria habeat peccata, nec ad satisfaciendũ Deo pro alienis mũdo sit data, quare mergitur in luto tot miseriarum? Quare obsecro princeps prouinciarum facta est sub tributo, quæ audire meruit valentiori iure, quam Hester, quod non pro illa Assueri lex posita esset? Et si quidem ea, quæ in exordio retulimus, ciuitati sanctæ tristia contigerunt, quibus ad tantam cõpassionem motus est Hieremias sanctus, ideo fuit, quia sanctitatem deserens Principes habuit infideles socios furum, cum spiritualiter facta est Sodoma, & Aegyptus, quando a plãta pedis vsque ad verticem nulla inerat sanctitas corpori illi mystico, in quo Reges, Sacerdotes, nobiles, & plebei peccatis erãt pleni. Ciuitas illa habitatio cum esset omnis voluptris immundæ, quam nec barbarus Arabs inhabitare dignaretur desertam illam, quæ Prophetarum sermonibus a malis nõ receſsit, quibus indignatus Dominus eã hostibus tradidit diripiendam, vbi cunctis illi spoliabãtur bonis, honoribus, diuitijs, libertate, & filijs, immo & vita, non mirum quod lacrymæ eorum essent in maxillis, & quod nullus ab altero reciperet consolationem, cum omnes proprijs inuoluti malis & illa flentes, alijs consolandis vacare non possent. At quæ Maria pertulit, dum plorans plorauit in nocte, dũ diuturnitate lacrymarum cruciatur omni destituta consolatione, dum vrbs perfecti decoris tristitia consumitur, & gaudiũ vniuersæ terræ contristatur, pœnæ non sunt peccatorum, quibus caruit, sed augmenta meritorum. Factaq. vidua est orbata sponso simul & filio, sicut Noemi fleuerat olim, quo deficiente, cuncta defecerãt, quæ consolari eam possent. Et quæ libera erat peccatis carens, tributaria effecta est lacrymis afflicta, quæ in pœnam peccatorum sunt adinuentæ, & quæ nouem prouinciarum Regina extitit, tributo subditur cum liberos futuros filios dixisset Dominus Petro, ipse autem, dum vixit, tributa soluit, quæ debebant homines peccatis, & eorum pœnis obnoxij. Cum Hester Assuerũ vidisset in throno regio sedentẽ, Regina corruit, & in pallorẽ colore mutato, conuertit Deus spiritũ furibũdi Regis in mansuetudinem, & festinus exiliens de solio suo, & sustentans eam vlnis suis, donec rediret ad se, his verbis blandiebatur: Quid habes Hester? Ego sum frater tuus, noli metuere, non morieris, & osculatus est eam, & ait: Cur mihi non loqueris? Quæ respondit: Vidi te Domine quasi Angelum Dei, & conturbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ. Et cum hæc dixisset, rursum corruit, & pœne exanimata est, & omnes cõsolabãtur eam. At Maria dilectissimũ sibi filium cernẽs in throno vili, crucis ingloriũ baculum ferẽtem pro sceptro, visus est spiritus mansuetissimi Regis versus in crudelitatem, nec verbum ei consolatorium exhibuit: Ego sum fra-

Hester.13

Esai.1.

Esai.

Matth.

Hester.15

ter tuus, &c. Sed vnum, quo multum excruciata est audiens: *Mulier ecce filius tuus*. Cum iam morti proximus esset Iesus, oculos conuertit in matrem amorem spirantes tenerrimum, quibus solamen ipsa non recepit, sed dolorem maximum. Eodem fere tempore & obscurātur oculi iam iam morituri Domini, quos vis dolorum, & mortis claudebat, virtus autem amoris aperiebat, vt discessurus oculis vale diceret dilectissimæ matri, quod verbis non potuit. Sanguine quidem illi cæcabantur, sed amor eos linceos reddebat ad videndum eam, quam tantopere diligebat. O oculi qui cordi matris cumulatissime insedistis, qui quondam consolationibus multis abundabatis, eos iam transfigitis, & ad mortem vulneratis. Cum discessus tempore illa duo præclarissima luminaria filij, & matris se conspexissent, oculi filij sanguine pleni, & oculi matris fontes effecti lacrymarū, inter ea, quæ in cruce lamentabilia contigerunt & filio, & matri numeranda sunt, dum mutuo se viderent. Sicut contingeret vxori, aut marito in vltimis constituto, dum loqui non valens oculos figeret in sibi dilectissimā coniugem, qui vltimi essent testes amoris ingentis, qui in corde esset, & doloris absentiæ, &c. qua moriens, & qui in vita manet cruciantur, ita accidit & filio, & matri, dum mutuo se conspiciunt, & vt cresceret dolor addit Iesus: *Mulier ecce filius tuus*. Mulierem eam vocat, non matrem, ait Epiphanius hæresi 78. Quoniam præueniēs ex parte ea, quæ audito hoc verbo pateretur Virgo, non matrem eam nominauit, ne eius scinderetur cor appellatione nominis materni, sed nihilominus audiens verbū mulieris, & quod loco absentis filij Ioannes ei esset substituendus, dire cruciaretur Virgo. Sicut si in lectulo spirans dilectissimus maritus, extra quem cūcta semper amara fuissent vxori, audiret eum vltima proferentem verba, & dicentem ei, quæ durissime cruciabatur: En morior crudeli, & immatura morte præuentus, vulneribus laceratus, tuis iam iam perpetuo priuandus amplexibus, desideratissimis colloquijs, &c. obsecro, vt temperes a lacrymis, cōsoleris diuitijs, honoribus, & famulis, quos mei loco relinquo tibi. Certe verba hęc morte essent terribiliora illi, quæ mortuo tali viro lugēs vellet descendere in sepulturam, similis effecta Iacob, qui mortuū Ioseph credēs noluit, congregatis filijs, vt lenirent dolorem patris, recipere consolationem, sed dixit: Descendam breui lugens in infernum orbatus filio. Cūcta te absente amarescent, comedēs, & dormiēs omni tempore mærens, onerosam, & molestam peragam vitā talem, vt cito illa possim liberari. Cōsolatores onerosi omnes vos estis dixerat Iob amicis, dū orbatus dilectissimis filijs in sterquilinio iaceret. Sic beata Virgo, dum audiret Ioannem loco tanti, & talis filij subrogari, ipso iam exanimi, cū quo nec eos habitura esset profectus, nec eas consolatio-

Genes. 37.

Iob. 16.

nes, quas antea esset solita, anxie cruciaretur. Si, quę diximus, valet efficere amor vnius creaturę ad alterā, quæ non efficeret in Virgine amor erga creatorem, & filium suum?

In tali angustia cōstituta audiuit vltimum illud verbū: *Consummatum est*, quo prolato, *inclinato capite expirauit Iesus*, in cuius morte cū lapides ipsi quatērentur, sol obscuraretur, &c. cor Virginis concussum est, & lux cordis, quā mēdicabat a filio, discessit. Vnde gaudio omni priuata est. Cum Hieronymus mortē lugeret Blesillæ filiæ Paulæ, aiebat: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? Non quem postulabat Hieremias, vt fleret interfectos filię populi sui, sed plangam castitatem, innocentiā, misericordiā, sanctitatem, plorabo omnes in vnius morte pariter defeciisse virtutes, non quia ploranda sit quæ e viuis discessit, sed quia tali creatura orbis priuatus est. Ignoscimus matris lacrymis, sed modū quærimus in dolore. In immatura Nepotiani morte lacrymabatur Hieronymus, & inter multa aiebat: Mihi inuito, & repugnāti lacrymæ adsunt, & inter spem resurrectionis credulam mentem desiderij frangit affectus. O mors, quæ fratres diuidis, & amore sociatos crudelis, ac dura dissocias, &c. Et August. in Confessionibus confitetur immodicas in morte amici fusas lacrymas, quia illo defuncto ipse dimidius interijsset, nec iudicare potuisset, an numerādus esset inter viuos, an vero inter defunctos, cū dimidia pars viueret, & reliqua mortua esset. Bernardus etiā dū mortē fleret Gerardi: Plango, inquit, primū super mea plaga, atque huius iactura domus; plāgo deinde super pauperum necessitatem, quorū ille pater erat; plāgo certe & super vniuersō statu nostri ordinis, qui de tuo Gerarde zelo, consilio, & exēplo robur non mediocre capiebat; plāgo postremo etsi non super te, propter te, quia obijt ille, quem ego tantopere diligebam. Nullus mihi dicat vt temperem a lacrymis, cū Samuel acriter fleuerit reprobi Regis mortem, & Dauid super patricida filio suo, & Saluator fleuit Hierusalē ruinam absentē, & ego propriā, & quæ in pręsenti est, desolationem non sentiam? Plagam meā recentem, & grauē non doleam? Flebat Iob quondā super eo, qui afflictus erat, vt ex omnibus Christianus homo colligat vberiores Virginis lacrymas super illas, quas fudit Hieronymus, quas Augustinus, Bernardus, Samuel, Dauid, & Iob, cum ea omnia, quæ isti credebant, continuis fletibus digna in morte suorū, vel extraneorū cumulatius reperirentur in morte immatura filij, qui non dimidium erat animæ suæ, sed tota anima, a quo infinite maiora mundus accipiebat incremēta, quā a Gerardo accepisset, cū quo omnes interiere virtutes, &c. Etsi Dauid & Samuel acriter flebant mortem impij Regis, & filij, a quibus tot reportauerāt incommoda, acrius multo ploraret Virgo mortem sanctissimi Regis, vt filij, a quo ineffabilia accepisset beneficia. Et flentē Iob superper

Hieron. epist. 28.

Epist. 3.

Bern. ser. 26. in Cant.

per afflicto, quicūque ille sit, nec amicus nec consanguineus, nec sanctus nec præsens, non imitaretur Maria videns filium postremum exhalantem spiritum? Quōdam Virgo antequam parturiret peperit filiū ab omni libera dolore. Sed add t propheta: Numquid parturiet terra vno die, an parturiet omnem gentem simul? Quia parturiuit, & peperit. Primo ergo sola tanto dotata priuilegio peperit filium velut germinans gratissimum florem, sed post peperit gentem simul in filij passione, vbi fuit in adiutorium simile sibi illi datum, vnde ipsa misericordiæ mater ipsum patrē misericordiarum in summo opere misericordiæ adiuuit. Versa est in luctum cythara nostra, & chorus noster in vocē flentiū. Poscamus a Deo (secundum versionē septuagin ta interpretum) super domū Dauid, & super habitatores Hierusalem spiritum gratiæ, & miserationis, vt cum Virgine compatiamur Christo, mærentemq. illam consolemur his diebus reformatione propriæ vitæ, qua illa maxime delectabitur. Et quæ in cælo existēs tristitiam (Bern.) habere non potest, hanc mihi relinquat in hæreditatem perpetuam, vt particeps dolorum, quos habuit in terra, particeps sim & gaudiorū, quibus potitur in cęlo.

Isai. 66.

Zach. 12.

FERIA SECVNDA post Pascha.

Euangelium.

Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum, &c. Luc. 24.

Vide lib. 3. cap. 13. de resurrectione Christi, libr. 2. cap. 6. num. 22. lib. 4. cap. 21. numer. 9. lib. 13. cap. 6. num. 16. lib. 15. cap. 8. num. 2.

Feria 2. post Pascha. 1

LAETVM, ac festiuum diē resurrectioni Christi Domini consecratū quadraginta diebus gaudens celebrat Ecclesia, sicut quadragin ta mærēs eius celebrauit passionem. Christi resurrectionis tēpus, & tēpus ante Pascha celebrat Ecclesia, in quibus vita præsens Sanctorū ostēditur, & futura, li. 3. c. 13. n. 24. Christi passio, & resurrectio figurata fuit in lucta Angeli cum Iacob, num. 26. Christus myrrha in passione, & botrus Cypri, & vinū in resurrectione, dulcia amaris homini sociauit, nu. 34. Christo enim resurgēte flores apparuērūt in terra nostra multis credentibus, nu. 35. & 36. Cum enim Iesus tēpus apropinquās passionis suæ significare voluisset, dixit discipulis: *Ioann. 16.* Amen Amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos, &c. Sed tristitia vestra vertetur in gaudium, similes effecti mulieri, quæ, dum parit, tristitiam habet, vehemētissimis affecta doloribus angitur, sed orto filio desideratissimo iā non meminit pressuræ propter gaudium. Sic & vobis accidet tristibus in passione, & his, qui considerationе passionis meæ contristādi sunt, quibus in resurrectione mea ingens inerit lætitia, cum reddidero consolationem lugentibus Sion. In die enim hac soli merito conturbati sunt Principes Edon, robustos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores Chanaan super eos irruente & formidine, & pauore, dum cernerent quod pertrāsiret populus Domini ab illo redēptus, & possessus a morte ad immortalitatem. Sicut enim olim Philistiin cū arca Domini adducta fuissent in castra vociferante, & lætante Israelitico populo ad pręsentiā arcę causam agnoscentes illi, timuerunt dicentes: Venit Deus in castra. Et ingemuerūt dicētes: Væ nobis, nō fuit tāta exultatio heri, & nudius tertiꝰ. Væ nobis. Quis nos seruabit de manu Deorum sublimiū istorū? Hi sunt Dij, qui percusserūt Aegyptum omni plaga in deserto. Istius enim resurrectionis Dominicæ dies, de qua scriptum est: Surge Domine in requiem tuā, tu & arca sanctificationis tuæ, arca humanitas eius surgit in requiē, surgitq. etiā Ecclesia, quæ arca est sanctificationis eius, lib. 3. c. 13. nu. 23. Consolationem indidit hominibus multā, inimicis autem timorē, & luctum, vtpote qui ab eius non possent potentia liberari ministrauit. Christus resurgēs a mortuis vocat spōsam, vt hyeme transacta surgat, li. 3. c. 13. nu. 1. Hactenus Christiani Hebræis similes, qui Babylonica premebātur captiuitate, gaudere non potuere, quo septuaginta annis detēti super flumina Babylonis sedentes flebant, qui canticū Domini in terra aliena resonare non valebāt. Hactenꝰ nos instrumēta musica a dieb. septuagesimæ per septuaginta diesin salicibus habuimus suspensa, & captiuitate peccati & mortis cecinimus tristes: Circūdederūt me gemitus mortis, dolores inferni circūdederūt me, & in tribulatione mea inuocaui Dominū, &c. Modo autē Iesu resuscitato, Babylonicā iā deseruimus captiuitatē, & ad propria reuersi: Alleluia, tā frequēter repetimus. Cātamus iā Domino, quoniā gloriose honorificatus est: Equū, & ascensorem deiecit in mare. Dauid ingreditur Sanctam ciuitatē Goliath capite ampu tato, cui obuiam occurrere debēt omnes viri Christiani applaudentes victori, a quo tot reportauimus commoda, in hac die, in qua, ait Origenes, hodie impletū est quod olim Israelitico populo dixerat Moyses: Vespere scietis, quod eduxerit uos Dominus de terra Aegypti, & mane videbitis gloriam eius, quā resurgendo habuit & nobis cōmunicauit, vt dicere iam possimus, ait Chrysost. cū Paulo. Scimus quoniā si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, sed æternam in cælis. Dies boni nuntij est, quem si celauerimus, sceleris merito arguemur. Multa autem sunt, quæ his diebus vi-

Exod. 15.

1. Reg. 4.

1. Reg.

Orig. hom. 7 in Exod.

Hom. 9. de resurrect.

4. Reg. ros Christianos inducunt ad gaudendum, siue illa consideremus, quæ Domini Iesu gloriã concernunt, siue ea, quæ ad gaudia pertinent matris, siue discipulorum, & quæ ad hominum concernunt vtilitatem.

2 Primum omnium in die hac illud animaduertendum est, quod ad gloriã pertinet Iesu Christi in corpore suo. Ille enim cum in primo instanti creationis animæ, quæ corpori infusa est, beatus in portione superiori extitisset, ineffabili quadam lege ea gloria deriuari debuisset in corpus, sicut fons in fluuium, &c. Et diuino factum est miraculo, vt corpus debita ad tempus priuaretur gloria, vt remanens & passibile, & mortale pateretur pro hominibus ea, quibus copiosa esset hominum redemptio, qua peracta, corpus illud impassibilitate, agilitate, subtilitate, & claritate donatum est, vt esset dormientium primitiæ, & qui in passione dicente Ioanne in Apocalypsi federat super equũ sanguinolentum, & rufum mortalem, iam glorioſus equo insideret albo, libr. 3. cap. 5. numer. 39. cap. 13. numer. 16. Et pater æternus, qui lignũ siccauit viride in passione, quando aruit tamquam testa virtus Iesu, ipsum in resurrectione ad pristinã reduxit viriditatem, immo ad maiorem, lib. 3. cap. 13. num. 17. Christus in passione dormiuit, & gloria eius fuit super omnem terram, lib. tertio, cap. 10. numer. 46. Christus ad modicum contristatus est in passione, sed lætificatus est in resurrectione, numer. 26. Christus post mortem subdidit sibi mundum, quod Principes Romanorum in Deos relati facere nequiuerunt, lib. 17. cap. 6. num. 5. & 6. Christus leo in passione, & catulus leonis in resurrectione, lib. 3. cap. 10. nu. 2. Congratulamur his diebus Iesu Domino, qui postquam dirupit thesaurum omnis vasis desiderabilis intrans limbum lib. 3. cap. 5. num. 37. & duabus turmis comitatus egrediens, anima illa, quæ semper beata fuit, sepulcrum adijt, & corpus vulneribus plenum ingressa beatitudine sibi iam debita potiri cepit. Illud enim ad diuinã pertinet prouidentiam, vt homines ab illis liberet necessitatibus, quibus ob eius implendam voluntatem subduntur, non autem ab illis, in quibus sunt mundi amatores, vt propriæ satisfaciant voluntati. Sic quondam cum Israeliticus populus iubente Domino mare rubrum fuisset ingressus, mare vidit plebem diuinam iussionem implentẽ, & fugit perpetem retorquens meatũ, ne perirẽt, qui impleturi diuinam voluntatem periculum subierunt, immo aquæ eis steterunt pro muro, ne barbari hostes illos possent cõtingere, qui submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus, ita vt nec vllus remansisset superstes, &c. Cũ ergo humanitas sancta Iesu Domino obediens vsque ad mortem crucis tot se subdiderit pœnis, vt patris exequeretur voluntatẽ, qui huic insidebat equo, fidelis & verax vocabatur, ad cuius fidelitatem pertinebat mortuũ viuificare, & patientem crucem beatũ reddere. Sic Paulus aiebat: Benedictus Deus, &c. Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra tam superabundanti consolatione, vt possimus & ipsi consolari eos, qui in omni sunt pressura. Quoniam, sicut abundãt passiones Christi in nobis, ita & per ipsum abundat consolatio nostra. Quoniam cum venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, foris pugnæ, intus timores, sed qui consolatur humiles consolatus est nos Deus. Cumq. passiones, quas pertulit Iesus, essent inter omnes abundantissimæ, abundantissimis etiam gaudijs hodie corpus eius potiri cæpit. Sicut enim in prima orbis creatione, cum orbem condidisset Dominus Sabbatum requiei cõsecrauit, in quo requieuit ab vniuerso opere, quod patrarat, diem sanctificans illũ, valentiori iure, inquit Rupertus, diem hunc sanctificauit, in quo Iesus quieuit ab hac noua, & admiranda mũdi spirituali creatione, in qua fatigatus vehementer interijt, & resuscitatus est, & opus tam laboriosum cessauit. Vnde per singulos annos in cerei Paschalis benedictione in qua primam resurrectionis memoriam celebrat Ecclesia, inquit in primis verbis: Exultet iã Angelica turba cælorum, exultẽt diuina mysteria, & pro tanti Regis victoria tuba intonet salutaris; gaudeat & tellus tãtis irradiata fulgoribus, & æterni Regis splendore illustrata, totius orbis se sentiat amisisse caligine, &c. Hæc nox est, in qua destructis vinculis mortis, Christus ab inferis victor ascẽdit. O vere beata nox, quæ sola meruit scire tempus, & horam, in qua Christus ab inferis resurrexit, de qua scriptum est: Nox illuminatio mea in delicijs meis. Dies hic triumpho Christi est cõsecratus, dæmones enim traducens de illis triumphauit, vt sanctificatio, ad nos transiret, lib. 7. cap. 9. num. 1. Christi resurrectio in somno Ioseph obũbrata fuit, lib. 3. cap. 9. num. 42. Vnde postquam visum fuisset cælum apertum, quod tantis retro sæculis fuerat clausum, & quod ille, qui sedebat super equum album, fidelis vocaretur & verax, continuo subditur: Et exercitus, qui sunt in cælo, sequebantur eum in equis albis vestiti byssino albo, & mundo; in quo mira Sanctorum virtus ostenditur, quæ oculos intuentiũ disgregabat, & obcæcabat, nec is vnus erat, aut alter, sicut ante resurrectionem, sed exercitus plures. Et vidi bestiam, & Reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendũ prælium cum illo, qui sedebat in equo, & cum exercitu eius. Eques autem accepit bestiam, quam vicit, & eos, qui adiuuabant eam, & iecit in stagnum ignis ardentis, & cæteri occisi sunt in gladio sedentis super equũ, & omnes aues saturatæ sunt carnibus. Suscitatus Iesus, qui in nocte passionis torcular calcauerat solus, cui tantum associabantur, qui eum contemnebant, flagellabant, &c. de quo dici potuit: Væ soli, quia cum ciderit, non habet

2. Cor. 1.

Ruper. lib. 1. de diuin. of. fic. ca. 19.

Apoc. 19.

Exod. 14.

bet subleuantem se. In hac die ab Adam vsque ad latronem, qui in cruce meruit audire: Hodie mecum eris in paradiso, omnes illum comitabantur victorem ab inferis redeuntem; immo, quod probabilitate non caret, omnes animę in purgatorio loco degentes erutæ sũt a pœnis, pro quibus soluit Iesus illuc ingressus per sanguinem suum, cum expirasset in cruce, ut illę applauderent victori, & quæ amicæ erant Dei, pro quibus & ille passus est, tanto bono potirentur continuo, vt a solis ortu vsque ad occasum nomen Domini laudaretur, & qui mortalis ingrediens mundum adoratus est, & a Iudæis, & gentibus, quando ad eum conuersa fuit multitudo maris, & fortitudo gentium, aduenit inundatio camelorũ, operiet te Dromedarij Madiã & Efa. Quã do filiabus de latere surgentibus filij de lõge venerunt, immortalis in mundum veniens reuersurus iam ad superos illos secum duxisse verisimile est, quos in purgatorio reperit, sicut traxerat illos, quos in limbo repererat patrum. Iamque aquilæ similis renouatus est in morte vetustatem deponens mortalitatis. Et auis Phœnix in cruce igne diuini amoris exustus idem prodiit de sepulcro renouatus. Et vt quondam Regius Vates dixerat spolia diuidendo inter eos, qui præliaturi congrederẽtur cum hostibus, & eos qui ad sarcinas custodiendas relinquerentur, sic anima sancta Domini, quæ in infernum descenderat, ut uectes ferreos confringeret, & educeret vinctos de lacu, in quo non erat aqua, corpus reliquit in sepulcro exanime, cui uictori bona communicauit ingentia, quæ dum in hac die ad memoriam reuocamus, lęti congaudemus illi, sicut Ioannes enarrauit, vbi postquã Agnus ociſus librum aperuit clausum, quatuor animalia, & viginti quatuor seniores ceciderunt coram Agno habentes singuli cytharas, & phialas aureas, & cantabant canticum nouum dicentes: Dignus es Domine accipere librum, & soluere signacula eius, quoniam occisus est. Et vidi, & audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & senio rum, & erat numerus eorum millia millium di centium uoce magna: Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem & diuinitatem & sapientiam & fortitudinem, & honorem & gloriam, & benedictionem. Nec Angeli, super nique ciues soli congratulabantur victori, ideo enim subditur: Et omnem creaturam, quæ super terram est, & sub terra, & quæ sunt in mari, omnes audiui dicentes: Sedenti in throno, & Agno benedictio, & honor, & gloria, & potestas in sęcula sæculorum. Et quatuor animalia dicebant; Amen. Et viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas, & adorauerunt uiuentẽ in sæcula sæculorum, qui per mortem triumphauit principatus, & potestates in seipso, cuius triumphus in resurrectione celebratus est. Hæc, & alia multa sũt, quibus gaudere debẽt Christiani congaudentes Regi nostro Christo a mortuis resurgenti.

Esa. 60

Apoc. 5.

Si autem in hac die illa consideremus, quæ cor Virginis lætificauerunt, ea in ingens cedunt hominum gaudium, qui sicut contristati sunt, dum patienti Domino illa compassa est, sic & congratulari debent illi, quæ ipso resurgente tam mirifice fuit consolata. Hoc resurgentis Christi ardens desiderium fuit, vt ad homines eius causa tristes lætificandos diligentissime properaret, & cum tribus diebus, & noctibus iuxta scripturarum oracula in sepulcro iacere debuisset, tempus istud spatio quadraginta horarum finiuit, exurgitque diluculo, & Angelis mediantibus, & per seipsum sollicitus est, vt eum, & resuscitatum credãt, & videant, & reddat pater consolationem ipsi Christo, & lugentibus eum. Cum Magdalena ad monumentum fieret, Iesum consolantem audit, & dicentem: *Maria quid ploras? Nolit flere*. Sociataque aliis etiam contristatis videt Angelos dicentes: *Iesum quæritis Nazarenum crucifixum, surrexit, non est hic.* Et cum hi duo discipuli, de quibus Euangelica, quæ lecta est, historia loquitur, incederent tristes in via, illis adfuit, quos non deseruit, donec eos consolaretur, ab eisque in fractione panis agnosceretur. Petro flente & propria mala, & magistri mortem Angeli aduenerunt, & dixerunt mulieribus, vt continuo illum adirent, & de resurrectione magistri certum redderent, nec his contentus ipse astitit Simoni, vt consolaretur eum. Talem erga Apostolos. & feminas consideramus affectum Domini, quo tristes voluit consolari, ex quo colligimus & Iesum inter omnes primum consolari debuisse matrem suam, & quod ineffabilia prorsus sunt, quæ hodie Maria consequuta est gaudia.

3

Hieron. Esa. 56.

Mariæ enim fuit Christus fasciculus myrrhæ in passione, & botrus cypri in resurrectione lib. vndecimo. cap. sexto. num. 101. Cui congratulari debent Christiani in resurrectione Christi. nume. 122. & 123. Vbi etiam ostenditur, quod Christus resurgens, ante omnes illi apparuit, quoniam eius resurrectionem vehementer optabat Maria, nume. 103. Vnde inefabilis fuit eius consolatio, quam pro ratione dicere nullus poterit. Sicut enim quæ Virgini acciderunt in passione filij tristia dicere nemo valet, cum non sit, qui pro meritis & amorem erga filium, & quæ iste pertulit dura possit intelligere, ita nec vllus eius gaudia explicare sufficiet, cum illa extitissent maiora, sicut de seipso narrat Paulus, qui enarratis his, quæ fuerat passus: Repletus sum, ait, consolatione, & superabundo gaudio, quia sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per ipsum abundat cõsolatio nostra; est. n. Deus lõge magnificẽtior in cõsolationibus exhibendis, quam fuerit in inferendis plagis, vtpote qui aquas pugillo clauso ponderat, & cælum palmo concludit; manu. n. aperta ea, quæ læta sunt, porrigit, tristia autem non sic. Esau quidem rufus, & sanguinolentus primus egreditur, sed illo egresso nascitur Iacob, qui mire consolatur matrem suam. Primum quidem

2. Cor. 1.

filius

filius doloris in passione fuit filius Benoni, sed
voluntate patris ille egressus e sepulcro filius
est dexteræ, cuius ortu oritur non moritur Ra
chel nostra, sed quæ exanimata fuerat, & dolo
ribus partus cruciata reuiuiscit. Plus diligebat Virgo filium, quam totum mundum, vnde
supra omnes creaturas eius gloria lætificata
Iob 29. est. Cum Iob miserandam cerneret calamitatem suam, qui orbatus filiis, priuatus bonis, sa
lute, & honore in sterquilinio iacebat testa sa
niem radens, cum ea contemplaretur bona,
quibus fuerat quondam magnifice potitus,
qui Rex fuerat, & inter omnes Orientales po
tentissimus clamabat: Quis mihi tribuat, ut
sim iuxta menses pristinos, secundum dies
quibus Deus custodiebat me, quando splende
bat lucerna eius super caput meum, sicut fui
in diebus adolescentiæ meę, quando secreto
Deus erat in tabernaculo meo? &c. Quando
lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei? Quæ olim habuerat Iob
prospera desiderabat, vt in pristinum redigeretur felicitatis statum, honoris, deliciarũ, &c.
& tamen vt Deus in benefaciendo liberalior
probaretur, quam homo in postulando scri
Cap. ult. ptum est: Dominus autem benedixit nouissimis Iob magis, quam principio eius. Sic licet
Deipara Virgo in exordio vitæ, & in cõceptu
filij ingenti potita fuisset gaudio, & in cõuersatione eius mirifice delectata, quæ stans iuxta crucem anxia desiderare potuisset, vt in
eum redigeretur felicitatis statum, in quo
speciali prouidentia Deus custodiebat eam,
quando lucerna gratiarum imposita erat capiti suo, quando in tabernaculo suo vtero, scilicet virginali, Deus homo factus erat, &c.
tamen hæc, & alia maiora resuscitatus largi*Tren. 5.* tur matri. In lamentatione sua postquã Hieremias recensuisset, quæ illi populo accidissent mala: Defecit gaudium cordis nostri, versus est in luctum chorus noster: cecidit corona capitis nostri. Vę nobis, quia peccauimus.
Propterea mœstum factum est cor nostrum.
Propter montem Sion, quia disperiit. Quare
in perpetuum obliuisceris nostri, &c. innoua
dies nostros sicut a principio. Hæc pertulit in
passione filij Maria, quæ gaudium cordis sui
abstulissent chorus illius, dilectissimus, scilicet filius, quibus in angustiis consolabatur,
in luctum versus fuit, cecidit corona inclyta
capitis, qua pulchra reddebatur vehementer
nimis, & ob peccata plebis propter quæ talia
patiebatur Iesus; mœstum factum est cor eius,
tantoque dolore plenum, vt poscceret a Deo,
vt ad pristinum renouaretur gaudium, quod
non solum illi concessum est, sed cumulatiora
accepit bona, & gaudia in resurrectione eius,
quem inuocabat dicens: Exurge gloria mea,
exurge psalterium & cythara, cumque resurgente Domino profectus fuisset ad montem
Cant. 4. myrrhę, & ad collem thuris, eam mire consolatus est: Alias quidem feminas consolatus
est Iesus, quia valde mane ad monumentum
venerunt, vt vngerent Iesum. Et ipse de se ait:
Ego diligentes me diligo, & qui mane vigila-
uerint ad me, inuenient me, cũ autem illo tri
duo Virgo sacra sepulcro indesinenter astãs *Simeõ Met.*
terræmotum vidisset factum, quem Euangelistis narrauit, reuolutionem lapidis, exterritos custodes, quos vidit, & protinus Iesum a
mortuis resurgentem, quo ineffabiliter est *Ezech. 3.*
lætificata. Nec mirum id, quoniam cum patiẽ
tem videret filium, & librum scriptum intus
maiestate, & diuinitate, foris autem flagellis,
spinis, clauis, &c. quamuis scriptæ essent lamẽ
tationes in libro, quæ ipsam ad flendũ compel
lerent, etiam cantica scripta erant in eodem
libro, quibus lætificabatur Virgo, dum futurã
hominum redemptionem animaduerteret; & *Luc. 10.*
cum vinum mœroris vulneribus infusum dole
ret, oleum superinfundebat Samaritanus cæ
lestis, quo dolorib. mederetur illius, quæ & sa
lutem hominum vehementer optabat, & diui
nam voluntatem regulam habebat, cui in om
nibus conformabatur. Si ergo in passione vbi
nigra simul erat, & formosa tristitiam comitabatur gaudium, vt dicebamus, in sacra filij
resurrectione inenarrabili perfunderetur læti
tia, in qua diuinum inspiciebat honorem, ho
minum remedium, suarum virtutum augmẽ- *Iudicum 7*
tum, quæ omnia Christi comitabantur re
surrectionem, in qua posteaquam in passione
lagenam contriuit corporis sui, lux splẽduit,
qua de hostibus victoriam reportauit mundus. Duas in passione accepit mulier alas, ne
tribulationum fluuio, quem proiecerat dra- *Apoca. 12*
co contra Virginem, obrueretur, alteram fi
dei, qua tertia die resurrecturum credebat
Dominum, alteram spei, qua repositam in si
nu eam habebat laborum consolatricem. Sed
tamen quod sperabat, & quo dilato bono an- *Prou. 13.*
gebatur, iam tenens summe delectabatur. *Ruper. lib. 2. de diuin. off. c. 15.*
Mortuo Iesu clamabant Sancti: Reuertere di- *Cant. 2.*
lecte mi ea celeritate, qua caprea, aut hinnulus ceruorum currens super montes Bethel,
qui sunt in Samaria, clamabat feruentius &
Maria, vnde de qua in passione admirantes
nos, & irridentes aiebant Iudæi: Hæccine est
vrbs perfecti decoris, gaudium vniuersæ ter
ra? Iam congratulantes ei dicamus: Ecce vr
bem perfecti decoris effectam vniuersæ terrę
gaudium. Et quæ vidua effecta erat domina
gentium, & princeps prouinciarum facta sub
tributo, quam nullus consolaretur amicorũ,
iam filio ad vitam reuerso virum recepit, &
sponsum, quę non solum illum habet charissimum consolatorem, sed & clarissimos patres,
qui illum comitabantur, ad pristinam iam re
uersa libertatem, qua in morte filij videbatur
caruisse, cum resurgens recordaretur scabelli pedum suorum, immo & throni sui, quo in
die furoris sui oblitus videretur. Et sicut in
passione torcular calcauit cum Domino, ita
fuit quę prima gaudia resurrectionis suscepit,
sicut ait Ambros. lib. 3. de Virginib. Nicepho
rus Calix. lib. 1. histo. Ecclesiastic. capit. 32.
Rupertus lib. septimo. de diuin. offic. cap. 25.
Vbi nomine Christi resuscitati scriptum re-
fert:

fert: Vadam quam primum ad montem myrrhę, vt tristissimam consolari possim matrem,
quæ & mons virtutum est, quibus prouocatus
pergam, vt absque vlla mora cum messuero
myrrham, mel, & lac porrigam consolationis,
ipsi & discipulis meis: Christo glorificato, Apostolis gratiæ spiritualis collatæ sunt. lib. 3.
capit. 13. num. 14. Christus surrexit diluculo,
vt prædixerunt scripturæ. nume. decimo quarto. & 26. Christo resuscitato Apostoli lætificati sunt. nume. decimo quinto. In Christi resurrectione impletum est somnium Ioseph de sole, luna, &c. nu. 27. quando a matre fuit adoratus, & fratribus.

5 Augent cumulatissime huius diei exultatio
nem, cum considerat homo victoriam Chri
sti, humanitatis gloriam, virginis gaudium,
discipulorum consolationem in propriã ma
Esa. 9. gnamque cessisse vtilitatem. Si enim huius uictoriam diei expressit Esa. dicens: Lætabũtur
coram te sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores capta præda, quando pericu
lis transactis solis diuidendis spoliis, quibus
ditentur, intenti sunt; sic coram Christo susci
tato lętabuntur homines cernentes, quod iu
gum oneris eius, & virga humeri eius, &
sceptrum dæmonis exactoris, quo verberabãtur homines, opprimebantur, & expoliabantur, superatum iam est, sicut olim contigit,
Gen. 49 quando Gedeon de Madianitis triumphum
reportauit illi quidem honorificum, populo
autem vtilissimum. Sicut enim benedicens Ia
cob filio suo Iudæ dixerat: Iuda te laudabunt
fratres tui, manus tuæ in ceruicibus inimico
rum tuorum. Catulus leonis Iuda ad prædam
fili mi ascendisti, requiescens accubuisti, ut
leo, & quasi leæna, quis suscitabit eum? Sic Ie
sus ad prædam ascendit crucis patibulum ma
gnam inde reportaturus prædam, cum a ter
ra exaltatus omnia traxerit ad se. Si amputa
1. Reg. 18. to capite gigantis verus noster Dauid sanctã
ingreditur ciuitatem, cui applaudunt egressæ
feminæ victoriam, illius maximus honor, no
stra est vtilitas maxima, dum ille, qui ceruici
bus nostris minabatur, nec lassis dabat re
Tren. 5. quiem, cum quo congredi humana fragilitas
non ualebat, victus est, & interemptus, ne præ
ualeat, nisi dormienti, & uolenti. Christus iu
gum diaboli superauit. lib. secundo. cap. octauo. nume. 17. vsque ad 22. 24. vsque ad 26. 29.
& 38. Christo mortuo dæmonum fortitudo su
perata est. lib. 3. cap. decimo. num. 64. In Chri
sti resurrectione consilium omne Iudæorum
dissipatum est. lib. 3. capit. 13. nume. secundo.
Aduenerunt Presbyteri, & seniores Iudæorũ
Iudith. 13. ab Hierusalem in Bethuliam, vt congratula
rentur Iudith, & aiebant: Quia tu gloria Hie
ruſalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia po
puli nostri. Nec id solum erat factum congra
tulatione dignum, sed per triginta dies vix
collecta sunt spolia Assiriorum a filiis Israel,
quibus qui in magnam deuenerant pauperiẽ,
valde ditati sunt, quod hodie viris contigit
Christianis, quando victoriam reportauit Ie-
sus; qui eius paupertate ditati sunt, dum tamen per bona opera colligendis spoliis intenti sint, nec domi remaneant oscitantes, & negligentes. Ingens etiam gaudium in resurrectione Iesu inchoatum est homini Christiano, qui Christo resurgente, scit se suscitandum ut membrum capitis eius; Saluatorem expectamus, ait Paulus, Dominũ Iesum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ
mille subditum miseriis, configuratum corpori claritatis suę, corpus hoc corruptioni mo
do obnoxium, conforme corpori suo glorioso
reddet, & qui exemplar fuit resurrectionis no *1. Thess. 4.*
stræ, est etiam & causa, dicente Apostolo: Si
enim credimus quod Iesus mortuus est, &
resurrexit, ita & Deus eos, qui dormierunt
cum Iesu adducet cum eo, ne capiti viuenti
desint membra viuentia. Suscitato. n. Christo,
oportet, vt mortale hoc corpus induat immor *1. Cor. 15.*
talitatem, vt cum seminatum fuerit corpus
animale, surgat corpus spirituale, id est, omni
no subditum spiritui. Christi resurrectio in fi
gura vitulæ rufæ significata. lib. 3. cap. 13. nume. 19. Christum iam non nouimus secundum
carnem, ait Paulus, quia eum iam credimus
resuscitatum. nume. vigesimo secundo. Chri
sti resurrectio nostræ resurrectionis fuit cau
sa, & exemplar. nume. 23. & vigesimo quinto.
Sed sciendum quidem in Christi resurrectione ingentia contineri bona Sanctorum, qui si
in hoc mundo tantum sperantes essent, misera
biliores omnibus hominibus fuissent, at im
pijs in hac eadem miseranda eorum obumbratur calamitas. Et ideo cum vidisset Ioannes Agnum stantem supra montem Sion, au- *Apoc. 14. & 19.*
diuit vocem de cælo, tamquam vocem aquarum multarum, & tamquam uocem tonitrui
magni; Et vocem, quam audiui, sicut cytharędorum cytharizantium in cytharis suis. Et
cantabant quasi canticum nouum ante sedẽ.
Vox resurrectionis dulcis sicut cytharæ into
nat electorum auribus: eademque impijs vox
tonitrui magni, qua vehementer terrentur,
dum resurgente Christo certum efficitur,
quod eorum corpora resurgunt immortalia
quidem, sed passibilia. Et quod illa cum ex
vna parte quatuor constent qualitatibus con
trariis, & ex altera sulfureis ignis globis cru
cientur, & quæ nec ad horam mortales homi
nes sustinere potuissent sentiant in æternum,
nec consumantur, Deo eos in eorum malum
conseruante, inter niuium aquas, qui nec edẽ
tes, nec bibentes peribunt. At iusti in Domini
resurrectione suam expectant incorruptam,
qua mortale corpus immortalitate donetur.
In Apocalypsi in eo, qui insidebat equo albo, *Apoc. 19.*
resurrectionem Domini diximus ex mente
Hieronymi obumbrari, ille in capite diademata habebat multa. Reges quidem Imperatores vna tantum corona coronantur, Episcopi vna thyara. Quoniam licet illi Reges sint,
aut Episcopi, alios Reges, aut Pontifices efficere non valent. Christus uero ait Hieronym.
multis coronatus coronis surgit, vt eos om-
nes

nes efficiat Reges, qui ei voluerint inſeruire, cum ſeruire Deo regnare ſit. Rex Regum non ſolum quia vniuerſorum Dominus, ſed quia alios efficit Reges. Chriſtus Rex Regum, quia Rex eſt iuſtorum, qui dicuntur Reges. lib. nono. capit. 13. nume. ſexto. Et idem, qui coronas habebat, quibus coronaret iuſtos, is erat, cuius fumus aſcendit in ſæcula ſęculorum. Et de ore eius procedebat gladius ex utraque parte acutus, vt in ipſo percutiat gentes, & ipſe calcat torcular vini, furoris iræ Dei omnipotentis iam glorioſus. Et ideo ſubdit: Et vidi beſtiam, & Reges terræ, & exercitus eorũ congregatos ad faciendum prælium cum illo, qui ſedebat in equo, & cum exercitu eius. Si bellũ indiceret beſtia Domino reſuſcitato, non mirarer, cum ille victus & ſpoliatus atrio ſuo fuiſſet expulſus. Sed prælium faciebãt Reges & exercitus eius, id eſt, mali inimici non ſolũ crucis Chriſti, quorum finis interitus, & quorum Deus venter eſt, (delicati enim inimicitias gerunt cum cruce, qua carnis deliciæ condemnantur) ſed inimici reſurrectionis, quia illa credita cruciantur, dum credunt propriam reſurrectionem futuram, vt diris tormentis crucientur in inferno. Illis peiores, qui cum dicerent: Non eſt qui ſit agnitus reuerſus ab inferis, inferebant: Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur, hi autem credentes Chriſtum reſurrexiſſe a mortuis, reſurrecturos & ipſos, nihilominus ſolis voluptãtibus intenti virtutum operibus non magis, quam illi incumbunt. Obiit Chriſtus ut muri corruant Hiericho, quam qui reædificauerit maledictus ſit: ſed cum ceciderit Babylon illa magna, poſtulat Deus, vt noua in nobis ædificetur ciuitas, & quia donum eſt eius, nos viciſſim ab eo poſcimus, vt benigne faciat in bona voluntate ſua Sion vt ædificentur muri Hieruſalem. Vult vt euellamus noxia vitiorũ ſemina eius morte, & ipſo reſurgente, plantentur optima, vt pro vrtica creſcat myrthus, & pro ſaliuncula aſcendat abies. Hæc in reſurrectione Chriſti conſideranda ſunt, quam quadraginta diebus variis apparitionib. ſuis ſit & ille, quarum vna illa eſt, quam Lucas in Euangelio hodierno commemorat capite vigeſimo quarto, cuius aliquæ ſententiæ exponendæ ſunt.

Sapient. 2.

6 *Qui ſunt hi ſermones, quos confertis ad inuicem ambulantes, & eſtis triſtes?* Duobus diſcipulis Ieſu pergentibus in Emaus, & confabulantibus de his, quæ Hieroſolymis acciderant perſonam Saluatoris concernentia, ibat ipſe cum illis quorum oculi diaboli opere, vt Auguſtinus ait, tenebantur ne eum agnoſcerẽt, cumque eorum triſtitiam fuiſſet contemplatus dixit: *Qui ſunt hi ſermones, &c.* In quibus verbis illud cõſiderandum eſt in primis, quod cum (Auguſtinus) diſcipuli hi ſpe carentes reſurrectionis Ieſu, ne dicam fide illius, incederent triſtes, continuo aſtitit Ieſus, qui mulieribus, quæ pernoctantes cum multa ſollicitudine ad vngendum eum venerant anxię de re uoluendo lapide, non apparuit, ſed Angelus eas conſolatus eſt, immo & cum Magdalena, quæ ſtans ad monumentum foris plorans, & dicens: Tulerunt Dominum meum, &c. Ingentem erga illum oſtendebat amorem, cum audiret Ieſum dicentem: Maria, & protinus adorare eum vellet, non eſt permiſſa, ſed audiuit: Noli me tangere, futuro ſeruans tempori & collocutionem, & viſionem. Idem vero his diſcipulis per horas aſſiſtit, confabulatur, interpretatur ſcripturas, cum recederent ab Hieruſalem, &c. Illud enim ad Dei pertinet prouidentiam, vt infirmorum erigat ſpem, & conſoletur puſillanimes, & relictis ouibus ſuis, ad illam, quæ perierat, anxius properet. Cum orbem condidit, primum terram, quæ infimum erat elementum, plantis ornauit in ſecunda die dicens; Germinet terra herbam virentem, &c. & lignum pomiferum, &c. Die autem tertia cælum luminarib. ſolis, & lunæ illuſtratum eſt, ita & qui reſurgens omnia faciebat noua perficiendis his duobus diſcipulis intentus fuit. Qui licet imperfecti, imbecilleſque in fide eſſent, ſic in Ieſum affecti erant, vt ſciſcitanti de eorũ colloquiis, & triſtitia reſponderunt: *Tu ſolus peregrinus? &c.* Tu qui habitu Iudæus es, qui & Hieroſolymis aſtitiſti his dieb. ignorare potes quæ acciderint? et ſi noſti, qua ratione dubitare potes, de qua re loquamur, & cuius rei triſtitia nos teneat? Nullus certe homo cordatus, qui mortem ſciuerit Ieſu, temperare a lacrymis poteſt, nec vero aliud aut cogitare aut loqui, nobis qui diſcipuli eius ſumus, nec de re alia loqui, nec aliam cogitare, aut pro alia contriſtari expedit. Illa ſolum gaudium aut mærorem nobis ingerunt, quæ illius concernunt gaudium, aut pœnam; cumque ea, quæ Hieroſolymis acciderint in paſſione & morte magiſtri his triſtamur, & quæ geruntur in corde prodit lingua. Hęc ſunt hominis Chriſtiani ſigna, quibus dignoſcatur, quod ei iam reſurrexit Chriſtus, quando illa contriſtant eum, quæ eius impediunt ſalutem, lętificant autem, quæ diuinæ voluntati ſunt conformia. Qui enim triſtatur de rerum temporalium amiſſione, quia honores non conſequitur, quos ambibit, &c. lętatur autem in eorum conſecutione, is certe partem non habet in reſurrectione Chriſti. Gaudent, & triſtantur iuſti, & peccatores diuerſis de cauſis. lib. 1. capit. decimo nume. 4. & quinto. lib. ſeptimo. cap. 1. nume. ſeptimo. vſque ad decimum. & 27. cap. ſecundo. nume. decimo quinto. Gaudent iuſti, ſed in Domino, non in rebus ſæculi. lib. ſeptimo. cap. 1. nume. ſecundo. 4. 5. 11. vſque ad 14. 16. 19. 21. 24. 25. 29. & 31. Triſtitia ſecundum mundum, qua triſtatur quis propter diuitias, honores, &c. nociua eſt illam habenti. lib. decimo ſeptimo. cap. ſexto. nume. 1. ſecundo, octauo, & decimo.

Gen. 1.

7 *Tu ſolus peregrinus? &c.* Quibus ille dixit: *Quæ?* Hoc vno verbo ingens Domini amor erga homines aperitur, & quam ſit ad benefaciendum facilis, Obſecro cum iſta, de quibus diſcipuli loquebantur, Hieroſolymis acciderunt, dulcis amor meus Ieſu ibi non affuiſti? Numquid qui noſtri obliuiſci nuſquã vales, oblitus es pretioſiſſimi ſanguinis, quem copioſiſſime in remiſſionem peccatorum noſtrorum fudiſti in horto, in domo Pilati, in cruce? &c. Excidit memoria, quod vinctus fuiſti, conſputus, irriſus, flagellatus? &c. Adhuc in corpore cicatrices vulnerum remanſerũt, vt vel ſic obliuiſci non poſſis, quæ pertuliſti propter homines incommoda. Oblitus non erat, qui talia tertia die pertulerat, ſed vt infinitam in genus humanum proderet dilectionem, poſtquam ea eſt paſſus, quæ nullus pertulit Martyrum, nec omnes ſimul, ac ſi tantæ dilectioni aut modica ea eſſent, aut nulla ait: *Quæ?* Sicut homo, qui ingens contulit beneficium in eum, quem vehementiſſime diligit, quod commemorans ille, qui accepit vt gratus ſit in benefactorem, audit ab alio: Omitte hæc, quæ deſiderio meo leuia ſunt, qui maiora, ſi poſſem, vellem erga te conferre beneficia. Sicut Hiſpani dicimus: *Anda Señor que me corro deſo mas deſſeo yo hazer in vueſtro ſeruicio.* Ita arbitror iſta verba Ieſu accipienda: *Quæ?* id eſt, ſi quę pertuli in paſſione referantur, vel ad hominum merita, vel conſideretur mors illata Deo, vt in ſe eſt, inenarrabile continent beneficium & infinitum. Si autem hæc meum reſpiciãt deſiderium, meum in homines amorem, noua, ſi opus eſſet, & maiora, ſi fieri poſſet, ſuſtinerem tormenta. Homines quidem in beneficiis etiam minimis exprobrandis, & narrandis diligentiſſimi ſunt, quæ ab eorum memoria nuſquam recedunt, nec lingua, quia in anguſto hominum corde, & in alios minus benefico etiam modica ingentia credunt, & mentem eius, qui beneficium recepit, narratione fatigant, at in diuino pectore, vbi omne, quod recipitur, recipitur ad modum recipientis, cum ea exhibuiſſet beneficia, quæ omnem excedunt creaturarum capacitatẽ, & intellectum, vtpote quæ infinita ſunt, ac ſi minora eſſent ait: *Quæ?* obliuiſcuntur quidem homines & facile, & frequenter, quæ ab aliis acceperunt beneficia, at quæ contulerunt, maxime ſi illa ſint grandia, nuſquam obliuiſcuntur, & qui quæ recipiunt mandant arenæ, quę exhibent ſcribunt in adamante, at ſi in aliquo ſigna obliuionis oſtenduntur, hęc in generoſo & magnificentiſſimo pectore Chriſti licet cõfiderare. Quam aliter in illum afficiuntur homines, qui ſi vel obolum pauperi porrexerint, vel ad horam ieiunauerint, illud replicant aſſidue, quod ieiunent bis in Sabbato, &c. Ieſus velut oblitus eorum, quæ geſſerat, nouis beneficiis exhibendis his duobus diſcipulis intentus eſt. Hæc imitantium Ieſum cura ſit aſſidua, vt poſteriorum operum obliti ad ea, quæ ſunt priora, & noua, extendant ſe ipſos, vt ſic ad deſtinatum perueniant brauium ſupernæ vocationis. Non cogites, quod ambuſti ter, ſed quod longa tibi reſtet via, aiebat

pulchre Bernard. Non caſu factum, ſed diuino conſilio, vt dimidia tribus Manaſſes Iordanẽ non tranſierit, ſed in loco paſcendis ſuis pecorib. apto remanens terram promiſſionis non fuit ingreſſa; quam intrauit dimidia altera tribus. Manaſſes interpretatur obliuio, illorũ autem, qui obliuiſcuntur, quidam terram promiſſionis incolunt illi, ſcilicet, qui anteriorũ obliti, &c. currunt ſi quomodo comprehẽdãt, at qui recordantur præteritorum bonorum, quibus contenti ad ulteriora non properant, terræ promiſſionis non ſunt participes. Virtutes tranſactas in memoria habere uenales periculoſum eſt multum. lib. octauo. cap. octauo. nume. 3. lib. duodecimo. capit. 1. nume. nono. Conſiderare etiam potes, in hoc verbo; *Quæ?* illud protuliſſe Ieſum, quo diſcipulos hos obligaret ad commemoranda, quæ ab illo acceperant beneficia, vt maioribus, aut ſaltem nouis recipiendis redderentur aptiores, de qua re verbo Beneficia de eorum recordatione diſſeruntur multa.

Bern. ſer. 6. in nig. Nat. Domini.

8 *De Ieſu Nazareno, qui fuit uir Propheta potens in opere, & ſermone coram Deo, & omni populo, &c.* Ieſus potens opere, & ſermone, conuenit enim, vt Propheta potens ſit opere ſimul, & ſermone, ſed prius opere, deinde ſermone, coram Deo & omni populo. Prius enim placere debemus Deo, deinde danda opera, vt & coram hominibus ſine macula viuamus, ſicut de Zacharia, & Eliſabeth refert Lucas, quod incederent in omnibus iuſtificationibus Dei, & ſine querela in ordine ad alios. Dilectus vt ſit homo coram Deo, & hominibus. Sancti carbones ſunt, dum in occulto bene viuunt, lampades, dum horum virtutes patent hominib. lib. quinto. cap. 13. nume. vigeſimo nono. Tunc enim Sancti incedunt in iuſtificationib. Dei ſine querela, quando Sancti ſunt, & apparent. lib. duodecimo. capit. 1. numer. ſeptimo. De Prælatis etiam quod potentes futuri ſunt & opere, & ſermone, ſed prius opere, multa vide verbo Prędicator, & Prelatus. In oratione etiam aſſiduus, redienſque poſt ad bene operandum is potens eſt in opere, & ſermone. lib. 13. c. 6. num. 16.

Luc. 1.

9 *Narrabant, quæ geſta erant in uia, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.* Primum ad oſtendendum hoſpitalitatis meritum; ſic. n. per hanc meruerunt quidam latentes Angelos ſuſcipere, ut ait Paul. Et hi per hanc meruerunt agnoſcere Ieſum, quem mira loquentem non agnouerunt. Ecce, ait Gregorius, Dominus non eſt cognitus, cum loqueretur, & dignatus eſt cognoſci, dum paſcitur. Idem dicit Auguſtinus, non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabũtur. Verbo, eleemoſyna. Et verbum Dei ſic audiendum eſt, ut opere impleatur. lib. quarto, cap, decimo quarto. nume. 18. lib. 18. capit. 3. nume. 1.

Heb. 13.

Rom. 2.

10 Hęc, quę diximus in reſurrectione Ieſu, ſũt conſideranda, quæ oſtendenda eſt in nobis, vt Chriſtus viuus ſit in iuſtis, qui in peccatoribus

bus dicitur mortuus.lib.3. capit.duodecimo. num.2.& 3. Christi mors ostendenda est in nobis primo mortificatione membrorum, renuntiando sęculo,& vitiis carnis, secundo cũ iam resurgimus, & in nouitate vitæ ambulamus.lib.18.cap.decimo.num.octauo. Christus resurrexit tantum illis, qui in nouitate vitæ ambulant.lib.3.cap.13.nume.primo. & 32. Christi resurrectionem dum celebramus, spiritualia exercitia non minuamus. nume. 32. At perditissimi homines hoc aduentasse tempus credunt iterandis criminibus, quæ reliquerunt.lib.3.cap.13.nume.quinto. 30. vsque ad 32. Ignorantes quod reuertens dilectus noster per resurrectionem similis est capreę, hinnuloque ceruorum super montes Bethel, quia velociter aduenit,vt abstergat lacrymas ab eis,qui in montibus sunt Ecclesiæ, & virtutum, non in montibus voluptatum, & vitiorum, &c.

Rup. li.2.de diu. off.ca.5.

IN OCTAVA Paschæ.

Euangelium.

Cum esset sero die illa una Sabbatorum, & fores essent clausæ, &c. Ioan.20.

1 *In octaua Paschæ.*

CVM summa cura Dominus Iesus per quadraginta integros dies sacrosanctum resurrectionis suæ mysterium suadere nisus fuerit apparens & frequentius,& pluribus, quam illi sint,de quib. Euangelistæ meminerunt. li. 3.cap.13.num.vigesimo,& 21.Sicut ex doctrina Pauli indubitãter cõstat, vbi & apparuisse Iacobo meminit,& pl° quã quingẽtis fratrib. simul,vt quingenti viri contestes indubitatã facerent resurrectionis fidem,quam multis in locis prænuntiarant scripturæ sacræ futurã. lib.3.cap.13.nume.13.15.17. vsque ad 19.23. 26.vsque ad 28.Vnde edisserens ista verba,de quibus Euangelica lectio loquitur: *Multa quidem,& alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum.* Chrysostom. existimat Ioannem de istis tantum locutum signis,quæ post resurrectionem sunt facta. Eo quod adiiciatur *in conspectu discipulorum suorum.* Nam post resurrectionem tantum discipulis se exhibuit, & ostendit. Tanta autem sollicitudine istud mysterium suasit, incredibilique & illud dæmon abolere a mẽtibus fidelium curauit,eo quod in eius fide,aut incredulitate orbis, & hominum sita esset aut salus, aut perditio. Hac de causa in Apocalypsi,vbi,ut dicebamus in die Paschę,in illo,qui sedebat in equo albo,quem Ioannes viderat, Iesus intelligebatur suscitatus, continuo subdit Apostolus se vidisse bestiam,& Reges terræ, & exercitus eorum cõgregatos ad faciendum prælium cum illo,qui sedebat in equo, & cum exercitu suo. Iesus enim & Apostoli eius intentissimi erant suadẽ dę resurrectioni, sed vtrisque ingens bellum inferebant non dęmon truculentissimus draco,nec Reges terræ,Imperatores Romani,quibus totus fere orbis subditus erat, & Iudæi, qui exercitus nomine signantur, quib.prælio suum exequebatur bestia,hi omnes summa vigilantia curabant, ne mundus Iesum crederet suscitatum, ita vt Augustinus crediderit, quod oculi duorum discipulorum, qui ibant in Emaus,tenebantur,ne Dominum agnoscerent,diaboli cura,qua sensus erant veluti ligati,& alienati,ne reciperent species,quibus Iesum agnoscerent,cum quo fuerant conuersati. Cum primum Iesus est suscitatus & milites custodientes sepulcrum audierunt terræmotum magnum,ingentem lapidem ab ostio monumenti reuolutum viderunt Angelos colloquentes mulieribus, & dicentes Dominum surrexisse, exanimes prius effecti reuersi ad se profecti sunt in sanctam ciuitatem, & principibus Sacerdotum retulerunt, quæ acciderant stupenda,quorum ipsi testes essent, qui copiosam ab illis receperunt pecuniam, vt illa reticerent,immo dicerent, stulte quidem, quod ipsis dormientibus venissent Apostoli, & furati essent corpus Iesu, quæ res, etiamsi falsitatis argui,& conuinci facile posset, ita dęmone curante inualuit, vt vsque in hodiernum diem illam receperint Iudæi. Nec id solum potuit dæmon in his, qui vehementer oderant Iesum, ista suadere,ne crederent Iesum,quem oderant,suscitatum,sed;quod amplius mirandum est,quando mulieres sanctæ, & veraces,quarum inculpabilem vitam viderant Apostoli, retulerunt visiones Angelorũ vidisse monumentum apertum, Angelos astantes resurrectionem Domini vita sunt illis hæc verba,tamquam deliramenta, & cum discipulorum principes Petrus, & Ioannes venissent ad monumentum, & introissent, & reperissent omnia sic esse,sicut mulieres narrauerant, noluerunt credere. Immo cum ascensurus esset Iesus in cęlum,reprobauit incredulitatem,& duritiam cordis eorum, quia his, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et Thomas, de quo Euangelium loquitur hodiernum,cum decem audisset contestes Apostolos omni acceptione maiores, qui non audita retulissent,sed visa, credere noluit.Tandem cum per dies quadraginta præbuisset se Iesus, viuus in multis argumentis suadens eis operibus mirandis, & illi credidissent, cæperũt in die Penthecostes resurrectionem Iesu prędicare, cuius ipsi testes essent,quam operibus, & prodigiis stupendis suadebant,quam ne reciperent homines dæmon per manus Iudæorum varia tentauit media,dum terroribus, minis,& blanditiis, cardi-

Apoc.19.

Matth.24

Luc.1.

ceribus,flagellis,gentilium gubernatores, & Iudęorum principes concitans, fidem, resurrectionem abolere potuit. Cumque Apostoli videntes eos indignos æternæ vitæ conuerterentur ad prędicandum gentib.hoc mysteriũ, & inter eos Paul.cum resurrectionem Iesu ex mortuis vellet suadere,nouorum dæmoniorũ annuntiator vocatus est.Tali.n.compellatione iudicabant dignum eum,qui resurrectionẽ eius,qui obierat in cruce,vellet persuadere. Et cum argumentis multis,& miraculis hanc conuincere niteretur veritatem sapientissimus Paul.illam suasit solo Dionysio,& feminę, quæ dicebatur Damaris,& aliis nonnullis paucissimis, I.inter innumeros & nobiles, & plebeios,& doctissimos viros, qui in florẽtissima Athenarum vrbe studio bonarum litterarum dediti morabantur.Et idem cum eleganti discursu coram Agrippa Rege, & Festo gubernatore eius gentilibus prædicans suadere niteretur fidem,libenterq.auscultaretur, cũ adderet quod Christus esset primus ex resurrectione mortuorum,audiuit protinus; Insanis Paule,multæ te litteræ ad insaniam cõuertũt; stultum.n.iudicabant eum, qui resurrectionẽ suadere niteretur.Ea.n.diaboli cura erat, ut teste Hieronymo,idolum Iouis statueretur in sepulcro,ut resurrectionis Christi aboleretur memoria.lib.tertio.cap.13.num. duodecimo, At eques,qui equo insidebat,per dies quadraginta solum suadendæ resurrectioni propriæ inuigilabat. Vnde cum Magdalena Iesum resuscitatum vellet contingere, alloqui, & adorare,audiuit:Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem,quasi dicat, cito perge nũtia Apostolis me suscitatum, id enim expedit tissimum,quæ autem desideras me adorare,alloqui,postea antequam ad patrem ascendam eruntiterum te imuisens, eademque die apparuit duobus discipulis, decem Apostolis, postea quingentis fratribus. Et quia bestia simul cum exercitu suo mysterium hoc obscurare nitebatur, voluit Iesus vt multa corpora Sanctorum, quæ dormierant, surgerent, & exeuntes de monumẽtis post resurrectionem eius,venerunt in sanctam ciuitatem,& apparuerunt multis, prædicaturi sane multis illis sacrosanctam Domini resurrectionem.Cumque profecturus iam esset in cælum, inter multa,quę Apostolis dixit, illud memoriale protulit verbum promissionis supernæ: Accipietis virtutem superuenientes Spiritus sancti in vos,qui maiori plenitudine superinfunderetur vobis,vt tanta potentia acti, constanteque effecti fitis mihi testes sanctæ, scilicet, resurrectionis meę in omni Iudæa, & Hierusalem,& Samaria,& vsque ad ultimum terræ, & vt verba ista memoriæ remanerent mandata, cum hæc dixisset videntibus illis eleuatus est &c.Hæc tanta Domini sollicitudo in propria resurrectione suadenda eo tendebat, vt per illam indubie crederetur & nostra. Quoniã si Christus resurrexit, & nos resurgemus. Resurrectio enim corporum ex Iesu resurrectione optime ostenditur. libr. quinto decimo,capit.octauo. numer. secundo.quarto, & decimo tertio. Iesus enim resurgens spem resurrectionis nobis dedit. numer. secundo, & 12.Hæc autem indubitata resurrectionis fides ad operandam virtutem summopere conducit.Hanc enim non recipiens,quibus rationibus carnem,quæ breui in cinerem esset conuertenda, posset persuadere ad amplexanda ieiunia,ad humicubationem, ad flagella, ad lacrymas,& ad alia opera, quæ corpori sunt insuauia, si nulla inde caro reportaret commoda? Sed quia homo Christianus certa fide didicit,quod mortale hoc induere debet immortalitatem,& corruptibile hoc corpus incorruptelam, quando absorpta fuerit mors in victoriam; ideo libentissime amplectetur corpus ista,quæ molesta sunt carni,vt cũ hæc requieuerit in spe,surgat & reparetur in ultima resurrectione innumeris ditata bonis. 2

Et ita sicut aiebat Chrysostomus inter omnes hæreses Saducæorum vna erat pestilentissima, quæ resurrectionem negabat carnis, quoniam,qui hanc negant,omne propositum bene viuendi interimunt.lib.tertio. capit.decimo tertio,numer.sexto, vsque ad octauum. lib. decimo quinto, capit. octauo, numer. quinto. Et per totum caput. Resurrectio mortuorum credita in laboribus nos consolatur,hæc vitam nostram componit lib.secundo.cap.tertio.nume.vndecimo.lib.3. cap.13.nume.nono, usque ad duodecimum. Qui resurrectionem credit mortuorum, scit bonum,& malum alteri vitæ reseruatum, sicut eleganter probat Paulus, inquiens: Si Christus non resurrexit,nec nos resurgemus ad participationem bonorum cælestium cum eo. Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus,miserabiliores sumus omnibus hominibus. Quia sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Alioquin, quid facient, qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? id est, quid facient, qui baptizantur pro peccatis abluendis, si non sunt nouam gratiam accepturi, quam recipere non possunt homines, si Christus non resurrexit, qui resurgere debebat propter iustificationem nostram? Secundo, si resurrectio mortuorum non esset, labor Sanctorum esset frustraneus, vt quid & nos periclitamur omni hora? Quotidie morior propter gloriam, quam spero me habere apud Deum ex conuersione uestra ad fidem. Si (secundum hominem) ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? id est, quid mihi profuerunt, quæ perpessus sum incommoda Ephesi de resurrectione mortuorum disputans, ubi ab hominibus bestialibus multa pertuli nocumenta? Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur. Nolite seduci, corrumpunt bonos mores colloquia mala. Versiculus iste, secundum Hieronymum ex Menandro Poe-

Ho.42. imp.

1.Cor.15.

S.Tho.lec.4.

Matth.27

Act.1.

1.Cor.15.

ta desumptus est, quo admonet Paulus imperfectos, dicens quod corrumpunt bonos mores colloquia mala eorum, qui resurrectionem negant. Hæc Sanctorum magna felicitas est, quod seminatur corpus in corruptione, & surget in incorruptione, seminatur in ignobilitate, & surget in gloria, seminatur in infirmitate, surget in virtute. Surgent enim corpora glorioſa ſine noxia aliqua passione. Seminatur in ignobilitate, id est, corpus ante subiectum multis passionibus, & miseriis surget in gloria, id est, in claritate fulgens ut sol. Quia fulgebunt iusti, & tamquam scintillæ in arundineto discurrent. Assument pennas vt aquilæ, current, & non laborabunt, ambulabunt & non deficient. Quæ omnia accident iustis media resurrectione Christi. Quia primus homo de terra terrenus. Secundus homo de cælo cælestis. Qualis terrenus, tales & terreni, & qualis cælestis tales & cælestes. Hæc sanctus Thomas, quę commemorat Paulus ingentia facinora, in quę se præcipites dederunt impij, hæc una causa prætexta sequuta sunt, dicentes enim exiguum, & cum tædio est tempus uitæ nostræ, & non est refrigerium in fine hominis, & non est, qui agnitus sit reuersus ab inferis, quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tamquam non fuerimus, quoniam fumus afflatus est in naribus nostris, & sermo scintillæ ad commouendum cor nostrum, & transiuit uita nostra tamquam vestigium nubis. Vita nostra ex leui respiratione & modico igne, qui cordi uicinus est, pendet, quibus finitis, cuncta confestim peribunt in perpetuum, nec aliud inde reportabimus commodum, quam illud fuerit, quo dum uiximus lætati sumus. Quę inde secuta sunt mala sapiens latissime docet. Venite ergo (consequentia antecedenti, quam similis) utamur creatura, tamquam in iuuentute celeriter, &c. nullum prætum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Prata quærunt, qui cum in honore positi essent, nec intellexissent, iumentis similes sunt effecti, immo illis peiores. Quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors nostra, extra quam nullam credimus in altera uita futuram. Est iste malorum finis? Minime. Sequitur. Opprimamus pauperem iustum, & non parcamus uiduæ, nec veterano, nec reuereamur canos multi temporis. Sit autem fortitudo nostra lex iniustitiæ. Quid vltra? Circumueniamus iustum, Deum lingua & manibus aggredientes. Vnde in tot mala prȩcipitatio? Sequitur. Hęc cogitauerunt, & errauerunt, quia mercedem non sperauerunt iustitię, id est, præmium in alia uita iustis operationibus statutum, nec iudicauerunt honorem animarum sanctarum. Resurrectionis incredulitas in hęc mala impulit homines. Huius autem fides mentem hominis ad recte operandum eleuat, quæ ad bene viuendum promptum eum reddit. Vnde Petrus: Benedictus Deus, qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem conseruatam in cælis in uobis, qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo. Vnde vt quondam (Chrysostomus) Adam, cum paradiso pulsus fuit, in loco illi vicino constitutus est, ut locum uoluptatis, quo exciderat, quotidie cernens ad pœnitentiam moueretur, qua uel illum, uel alium longe meliorem posset recuperare, ita dum resurrectio Christi nobis fuerit præsens, in qua & nostra creditur, & speratur, si spes viua fuerit, ad recte viuendum mouebimur, vt hæc sit laborum consolatio, sicut aiebat Iob; vbi cum retulisset labores, quos patiebatur, filiorum orbitatem, facultatum amissionem, ægritudinum tantas congeries ut pelli illius consumptis, & corrosis carnibus a uermibus adhærerent ossa, derelictaque essent tantummodo labia circa dentes illius, vtpote quem manus Domini uatides illius, vtpote quem manus Domini uatides illius, vtpote quem manus Domini uatides

4 *Et cum hoc dixisset ostendit eis manus, & latus*, quæ remanserãt cum vulnerum cicatricibus, non solum vt mysterium resurrectionis Iesu crederetur, sed vt agnosceret homo vulnera, quę recepit dux noster, & princeps in bello cũ quib. victor exiit. Et qui pacem obtulit, si mul manus ostendit, ne similis illis crederetur, qui verbis quidem dulcia proferũt verba & amicabilia, sed cum illis indignerit, qui tãta audiuit vrbanitatis, & amoris verba, manus non inuenit operum in his, qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum, quib. imprecatur digna meritis
Psalm. 27. Regius Vates, cum addit: Da illis secundum opera eorum, & secundum nequitiam adinuẽtionum ipsorum. Adinuentiones.n. horum pessimę sunt, quas vindicare debet Deus, nec respicere eorum composita verba, sed facta, quę illis sunt contraria. Diabolo.n. hi similes sunt, cuius officium est sub verbis blandis ue
Psalm. 11 nenum abscondere. Et varia locuti sunt vnusquisque ad proximum suum, labia dolosa in corde & corde locuti sunt. Vana dicuntur locuti, quia vacua veritate sunt, quæ promittũt. Labia dolosa in corde & corde loquuntur. Ac si duplex haberent cor, vnum quod uerbis panditur cor blandum, beneuolum, gratum, simplex, & alterum, quod re vera intus est omnibus his carens, cor asperum, fictum, crudele. In lingua aliud, & aliud in corde, ut plurimũ habent homines. li. 10. ca. 8. nu. 2. & 3. Lingua calũniatorũ venenũ aspidũ est. nu. 2. li. 11. c. 15. n. 25. c. 16. n. 10. Iesus verus amicus verbis coniungit opera in hominũ vtilitatẽ, quæ exhibuit præclarissima, cũ vulneratus vt eorũ mederetur malis manus ostendit, quæ confixæ sunt, vt homines cernerent eius bonitatẽ, & liberalitatem, quem enim Hispani magnificum volumus compellare hunc dicimus, *manirrito*. Vnde cum vulneratis manib. penderet in cruce postulanti latroni, vt sui memoriam haberet in regno suo, illi continuo obtulit paradisum. Sed ne dum hęc consideramus, efficiamur segnes, & præsumptuosi, manus profert sanguine rubricatas & apertas, vt in manibus misericordiam eius legas, & iustitiam, ut confidẽtiam multam, & pusillanimitatem moderetur. Et sicut in resurrectione omnia appa
Matth. 28 rebant gaudio plena, dum Angelus appareret in ueste candida, &c. Sed tamen Angeli aspectus fuit sicut fulgur, quo maxime terrẽtur homines, & vestimẽta eius sicut nix, qua homines constringuntur, sic & modo Iesus ait: Pax vobis, sed ne his uerbis nimis confiderent hoies, & ad priſtina redirent mala, ostendit manus & vulnera, quib. visis cõsideremus Deum acrẽ peccatorũ vltorem. Præterea surgit Iesus cũ vulnerũ cicatribus (Bernar.) vt colũba aduenerit, quæ nidũ collocet in foraminibus petræ, quæ Christus est vulneratus. In vulneribus.n. *Ser. 6 in Cãt. cap. 2.*
Psalm. 83 Domini passer inuenire sibi debet domum, & turtur nidũ, vbi reponat pullos suos, ut tuti
Psal. 103. sint. Ibi colũba tuta consitit, ne ab accipitre deuoretur. Hęc petra refugium est herinatis, & leporibus, id est, peccatoribus & pusillanimis. In petra hac petream domum ædi- *Matth.* 7
ficat vir sapiens, ne cum flauerint venti, & venerint pluuiæ domus illa cadat, sicut illa cecidit, quam vir stultus super arenam ædificauit. Aperta sunt vulnera dulcissima Domini mei, vt fugam mel de petra, & oleum consolationis de saxo durissimo. Hæc Bern. Sacer iste puteus diuini pectoris mansit semper patens, ut exstinguendæ siti nusquam deesset occasio, ut qui similis ceruo sitiret ad fontem aquę
Psalm. 41 viuæ mirabili dulcedine potaretur ab eo, qui dum viueret, clamabat: Si quis sitit veniat ad me, & bibat, emeretque absque argento, & absque vlla commutatione vinum timoris, & lac suauitatis, & confidentiæ, dicẽte Apostolo Ioanne: Si quis sitit, ueniat, & bibat de fonte *Ioann.* 7.
vitæ gratis. Hæc quinque vulnera mystici sũt *Esa.* 55.
canales, in quib. adaquare debet verus Iacob *Apoc.*
ones, ut illa considerantes attente varios con
cipiat fœtus timoris, spei, odij peccatorum, *Gen.* 30.
amoris Dei, quibus diteſcat Laban spoliato. Latus vulneratum ostium est arcæ testamenti, in qua verum manna concluſum est, quo satiari debet homo, donec ad terram promissionis perueniat; sicut enim olim ingruente diluuio in latere arcę ostium aperuit Noe, quo *Gen.* 7.
cuncti ingrederentur, qui mortem vellẽt effugere, sic & resurgente Domino latus eius patuit, vt ingressi tuti esse possemus semper. Tunc.n. arca illa ab vno tantum liberauit diluuio, pauciſſimosq. in ea homines concluſos, quia ingresso Noe cũ suis clausit a foris ostiũ Dominus, & quia illo peracto, quo vniuersum hominum genus pęne deletum est, odoratus est Dominus sacrificium, arcumque dixerit ponendum in nubibus cæli, ut non esset deinceps diluuium dissipans terram, requieuit arca super montes Armeniæ in signum eorum, quæ acciderant, sed nusquam profutura amplius. Quia.n. cum pluere cepisset, instabat tẽpus irę Dei, recte clausum est ostium. At quia mortuo Christo tempus cepit diuinę pietatis, ostium diuinæ huius arcæ claudere noluit, vt illi, qui audierant: In mundo pressuram habebitis, huc veluti ad securũ portũ confugerẽt, vbi multis inundantib. diluuijs tutarentur. Nec solũ ostium vnũ apertum reliquit saluti hominũ accommodatum, sed quinque, quo facile ingrediantur. Et rubrum hoc mare nõ pedibus, sed affectibus ingressũ in terram promissionis transeant, quam nisi hoc medio intrare nemo posset. Et quia diuinus amor Domini in corde residebat, & operibus demonstrabatur, *Exod.* 14.
non diligens verbo solo, & lingua, sed opere & veritate, eapropter patens reliquit cor, quo internus panderetur amor, patentes, & uulneratas manus, ut is etiam miris operibus panderetur. Serpenti similis, angusta penetrans foramina petræ deponam ueterem hominem cum actibus suis, & induam nouũ, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Interq. uulnera clausus Do-
mini mei morabor ibi absconditus, sedensq. so-

solitarius tacebo, quoniam tempus pessimũ
1. Tim. 3. p. 3. 54 er. 4. est. Abscondar ibi, ne mundi huius fallacia, & adulatio me perimat, illum non videbo malis culpę, & pœnę scaturientem. Hæ sunt manus,
Exod. 14 de quibus scriptum est in Exodo: Viderunt Israelitæ Aegyptios mortuos, & manum magnã, quã exercuerat super eos. Manu ista pla
Dan. 5. gata iusta impij Balthasaris condemnatio describitur. Manum hanc suam extendit ad pauperes, quam aperiens inopi, vt domestici omnes vestiantur duplicibus, nec timeant a frigorib. niuis. Qua enim manu Aegyptius mergitur in profundo, & impius instar Balthasaris perit, eadem domestici Domini replentur bo
5 nis. Christi latus apertum in cruce, vt vitæ ostium panderetur hominibus, & a diluuio liberarentur. lib. 3. cap. 10. nume. 54. 67. & 77. Christi vulnera foramina sunt petræ, vbi homo requiescens multa consequitur bona. libr. 3. cap. 8. num. 18. & 19. Christi vulnera sunt in quibus uetus homo deponendus est. lib. nono. cap. 17. num. 18. Remanserunt etiam vulnerũ cicatrices, ut in dextera patris constitutus Ie sus piis fiduciæ maioris præberet occasionẽ, quod vultui patris se pro nobis exhibens, atq. pro nobis illi supplicans, quale genus mortis pro nobis subierit, semper ostendat. Sicut.n. naturæ auctor Deus animantium cordi, quod calidissimum est omnium membrorum pulmonem iuxta posuit, qui velut flabello quodã vehementem eius moderaretur calorem, ne nimio ardore dissolueretur, simile in diuino pectore expedit considerare, innumera hominũ peccata, diuini furoris ignem in eius pectore
Deute. 32. quotidie accendũt dicẽte ipso in Deutero-
Eccles. 28. mio: Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsq. ad inferni nouissima. Sicut.n. ligna siluæ, sic exardescit ignis. Quantus erit ille diuinæ indignationis ignis, cuius tot sunt ligna quot sunt totius generis humani peccata? Hunc ergo tantum ignem Iesus astãspatri sanguinis sui rore temperat, ac refrigerat. Idẽq. vulnera patẽtia adducet in iudicio, ut omniũ impiorum iustam denuntiet condemnationẽ per ostensionem eorũ, quæ pro omnib. passus est. Diuina.n. hæc vulnera in corpore Iesu re-
manentia perpetui testes contra hoies erunt.
Deut. 30. Testes inuoco hodie, aiebat Moyses, cælum, & terram, quod proposuerit nobis vitã & bonũ. Testes hic adhibet cælum, & terram, quæ perpetuo aduersum te pro Deo tuo testimoniũ dicent. Vrgentiores inuocabit Iesus testes contra nos, quia maiora ab ipso accepimus bona, fixuram. s. clauorum, & latus lancea apertum, quibus iusta hominum probetur condẽnatio, qui tanto beneficio abusi sunt.

6 *Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Hæc cum dixisset insufflauit, & dixit eis: Accipite Spiritũ sanctũ, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, &c.* In his verbis ingens considerandũ est beneficiũ, quod per manus Sacerdotum hominib. collatũ est, ingensq. eorum dignitas, quæ multas potestates ostendit Sacerdotiũ regno esse venerabilius, & maius. li. 16. c. 2. nu. 2. 4. & 10. Sacerdotes pauci salui fiunt, quia status hic excelsũ quęrit animum. li. 16. c. 3. nu. 4. & 5. Confessionis iudiciũ sedes est, quã vidit Ioann. in Apocalypsi. li. 3. c. 22. nu. 17. usq. ad 19. Cõfessio resina est in Galaat manu Sacerdotum imposita, vt sanetur homo. nu. 12. Confitens homo peccata sua iustificatur, & tunc audit: Cõfessio, & magnificentia opus eius. lib. 14. c. 21. num. 53. Confessione intrat homo portas Domini, ingressurus postea atria cæli in hymnis. li. 3. ca. 22. nu. 23. *Insufflauit*, vt daret Spiritum sanctũ. Flatu ignis accẽditur, & flatu etiam extingui tur. Spiritum.n. sanctum extinguit vita impura, defectus olei misericordiæ, rerum fluxarũ nimia cura, venti tentationum, nisi claudãtur feræ. li. 16. c. 12. num. 17. 18. & 41. *Insufflauit*, ut scias quod Spiritus sãctus deriuatus est a Christo in homines, num. 26. & 58. Spiritus sanctus postulat pro Sanctis, quando sunt vnum, ideo primum dixit Iesus: Pax vobis, & eos vnitos Spiritu ditauit sancto: Ideo uox turturis audi *Cant.* 2.
ta dicitur in terra nostra, non turturum, licet enim Sancti multi sint, spiritus vnus est in illis. li. 18. ca. 15. nu. 46.

Christi septem apparitiones numerat Euãgelium, in quibus septem dona Spiritus sancti aiebat Bernard. reperiri, quibus Apostoli bonis repleti sunt. lib. 3. c. 13. nu. 33.

DOMINICA PRIMA post octauas Paschæ.

Euangelium.

Ego sum pastor bonus. Ioann. 10.

Vide expositionem in festo S. Antonini Archiepiscopi Florentini ordinis Prædicatorum 2. die Maij.

DOMINICA SECVNDA post octauas Paschæ.

Euangelium

Modicum & iam non uidebitis me, & iterum modicum & uidebitis me. Ioann. 16.

Vide li. 3 c. 14. nu. 23. usque ad 29. & 33. li. 6. c. 3. nu. 14. c. 11. nu. 25 lib. 7. c. 2. nu. 15. ca. 4. n. 10. lib. 17. ca. 4. num. 5. & 6. c. 6. nu. 3. & 4.

PRIMA sancti Euangelij verba: *Modicum & iam non uidebitis me, &c.* a D. Auguſt. & aliis duplici ter tractantur. Primo ut tempus tristitię pas sio sit Christi, in qua ipsius præsentia ad bre ue tempus priuandi essent discipuli, & quia ipso resurgente post modicum iterum eum es sent visuri, tempus resurrectionis Domini *Dom. 2. post Paschæ.*

gaudio consecraretur. Secundum, quam intelligentiam de solis discipulis verba hæc sunt interpretanda; secundo vt tẽpus luctus intelligatur totũ tẽpus præsentis sæculi, tẽpus vero gaudij tempus futuri, in quo Deus absterget omnem lacrymam ab oculis Sanctorum. *Modicum & non uidebitis me*, quamdiu vita durauerit præsens, iterum autem videbitis me in morte cum vita hæc, quæ vapor est, ad modicum parens finita fuerit. Tractatu in Ioann. Augustin. *Aug. in Ioã.* ait: Modicum est totũ hoc spatium, quod præsens peruolat sæculum. Hoc modicum lõgum nobis videtur, quoniam adhuc agitur, cum finitum fuerit, tunc sentiemus, quam modicũ fuerit. Vita hæc æternitati comparata quam breuissima est. lib. vndecimo. cap. decimo. nu. quinto, vsque ad septimum & 14. In vita hac nihil gerere cum stabilitate possumus. lib. 18. cap. 16. nume. 21. & 26. Vita hæc torrens dicitur, quia cito transit, & in mortem profluit, ibidem nume. 22. Vitæ huius dies mensurabiles posuit Deus, vel breues, vel quatuor digitorum, vt Græca lectio habet. lib. 18. capit. 17. nume. 1. Vita hæc breuis effecta est misericordia Dei, vt cum virtutem operatur homo, minuatur labor. nume. octauo. 18. & 24. Vitæ humanæ breuitas damnatio delictorum est, ibidem num. vndecimo. De eius breuitate agitur nume. 12. & 16. Vita longæua indulta est Cain in vindictam fratricidij ibidem num. 15. Vita autem hęc, quantumcumque longa, re vera breuissima est. lib. 18. cap. 17. num. 16, 18. 20. & 22. Vnde hæc vt nos doceret Dominus, modicum vocauit tempus illud, in quo ipsius præsentia carerent iusti in hac vita. Modicum etiam & illud est, quo ad tempus relinquit amicos, in quorum bonum eos & visitat, & deserit. lib. secundo. cap. vndecimo. nume. tertio. li. 4. cap. 19. num. 15. cap. 21. nume. 1. 2. 4. vsque ad nonum. cap. 29. num. 6. Deus enim prosperis, & aduersis homines ad se trahit. lib. secundo. cap. vndecimo. num. 3. 10. 12. vsque ad 24. 26. 29. 30. 33. vsque ad 35. lib. 3. cap 15. nume. 23. lib. quarto. cap. vndecimo. numer. decimo. A Deo nec in prosperis, nec in aduersis recedendum est. lib. secundo. cap. vndecimo, nu. 31. & 35. cap. 19. num. 14. lib. 3. cap. quinto. nu. 23. cap. decimo. nume. 78. Licet enim Dei auxilium videatur serum homini in angustia constituto. lib. 4. cap. 7. nume. 10. & 11. cap. 12. nu. 13. cap. 14. num. 1. cap. 18. nume. nono. cap. 21. nume. septimo. lib. nono, cap. 20. numer. 23. tamen re vera dictum est his: Modicum contristabimini propter meam absentiam, sed iterum modicum & accedam, vt consolemini. Vnde falso credunt homines Deum oblitum suę misericordiæ, si ad horam non concedat, quæ illi desiderant. lib. quarto. capit. septimo. num. 23. cap. 12. num. 13. Bernardus enarrans verba illa: Reuertere dilecte mi, similis esto capreæ, hinnuloque ceruorum super montes Bether, inquit: Ideo sponsus dicesit a sponsa, vt auidius reuocaretur, teneretur fortius. Præteriens teneri vult, abiens reuocari. Vtrũque autem in bonum suorum ordinat, & ideo ait: *Modicum & non uidebitis me, & iterum modicum & uidebitis me.* O modicum, & modicum. O modicum longum. Pie Domine, modicum dicis quod non videmus te? Saluum sit verbum Domini mei, longum est, & multum valde nimis. Verumtamen vtrumque verum. Modicũ meritis, & non modicum votis. Habes vtrumque apud Habacuc: *Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit.* Quomodo non tardabit, si moram fecerit, nisi quod ad meritum satis est, sed non satis ad votum? At dilectum considerat absentem sponsa nec propria contuens merita, sed flagrans desiderio contuendi sponsum, anxia clamat: Reuertere dilecte mi, ne moreris, sed ea velocitate propera, qua iuuenculus ceruus salit in montibus Bethel, qui pascuis vberrimis abundant, vbi lasciuiens mira velocitate currit, hanc desidero in amantissimo sponso licet ea indignus sim. Et quia consolandis amicis suis diligentissimus semper fuit, ait: *Iterum modicum & uidebitis me*, vt mea præsentia consolemini. Sic contigit Abrahæ leuanti manum, vt dilectum sibi filium percuteret, & interficeret, ut ipsum Deo sacrificaret; continuo Angelus astitit, & obstitit percutienti, quem miris laudib. commendauit, & tristitiæ, quã de morte filij conceperat, statim prouidit. Iob cum a Deo derelictus credi potuisset, filiis orbatus, bonisque priuatus, pristinæ gloriæ restituetus est, &c. Ne sit homo illis similis, qui videntes quod Moyses moram faceret in monte vitulũ aureum conflarunt, ducem quærentes, qui eos præcederet dicentes: Huic Moysi nescimus quid acciderit, cum tamen ille absens esset, ut cum Domino ea negotiaretur, quæ populi concernerent vtilitatem, vt legem populus reciperet digito Dei scriptam. Sic & dicentes serui patrisfamilias, quod moram faceret Dominus venire, cæperunt percutere conseruos, &c. Ita dum in tribulationibus sunt credentes Dominum tardare impatiẽtia tanguntur, nescientes dominari animo suo. Expedit ergo valde ad recte viuendum, vt modicã credat iustus absentiam Dei, modicum vitæ huius tempus, in quo peregrinus expectat aduentum Domini; venturus cito vt illum coronet, modicum cogitet tempus tribulationis, quo abest Deus relinquens amicos in exteriori homine, quos in interiori non deserit, nisi derelinquatur ipse prior. lib. quarto. capi. 20. num. 3. & 15. cap. 21. num. 1. & 10. Totoq. hoc capite disseritur, quod licet Deus in nostrum commodum ad horam abscondatur, nos non derelinquit, nisi derelictus prius.

Ber serm. 74 in Cant.

Ioann. 16.

Habac. 2.

Exo. 32.

Amen amen dico uobis, quia plorabitis, & flebitis uos, &c. Sed tristitia uestra uertetur in gaudium. Ob absentiam meam contristabimini. Sicut enim mater dilecto filio suo, quem lactat, præsentiam suam quandoque subtrahit, ut filius ardentiori affectu ipsam desideret, ita Iesus Apostolis præsentiam & subtraxit, & obtulit: Abscondi faciem meam parumper a te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui. Parumper faciem auertit, vt perpetuo misereatur, vnde scriptum est: Modicum si oportet contristari, vt probatio fidei vestræ multo pretiosior sit auro. Quasi dicat: Necesse est breui huius vitæ tempore contristari, vt probemur. Esaias: Expectabo Dominum, qui auertit faciem suam a domo Iacob, ac si diceret: Quamuis Deus auerterit faciem a domo Iacob permittens nos tribulari, non propterea exanimari debemus, sed expectare, quia respiciet nos, & consolabitur. Deus autem omnis gratiæ qui vocauit nos ad æternã suam gloriam, in Christo Iesu modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitq. id est, si patienter feratis tristitiæ modicum propter Christum, ipse perficiet vos veros discipulos, & confirmabit per fortitudinem, & solidabit per constantiam sua gratia. Ista verba Christi ad electos omnes extendi possunt, de quibus scriptũ legimus: Beatus vir, cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum, in quo dũ viuit homo iustus constitutus est a Deo. Nam electi, quos Deus sua iuuat gratia, ascensiones faciunt in mundo. Lacrymis enim sibi scalam faciunt, per quam ad perfectionem conscendunt. Cuius scalæ primum gradum ascendit, qui propria flet peccata, & dicit: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, non vnam, aut alteram lacrymulã vix vi expressam, sed lacrymarum fluuium a cerebro tamquam a fonte perenni deduxerunt oculi mei. Quamrito sane, quia non custodierunt legem tuam. Lauabat Regius Vates per singulas noctes lectum fletibus, & lacrymis abundantibus stratum rigabat, cuius oculus furore turbabatur, dum indignabatur in seipsum propria considerans mala. Sic & Petrus, vt Pontifex Clemens eius discipulus refert, exaratum portabat vultum fletibus, dum negationis peccatũ ad memoriam reduceret, nec vsquam cantantem audiuit gallum, quin vberrimis compungeretur fletibus. Vix credibilia illa viderentur, quæ Ioannes Climacus refert, nisi testis ille extitisset oculatus eorum, quæ in monasterio quodã vidit. Vbi degebant viri religiosi, qui assidue cælum aspicientes veniam criminum & lacrymis, & frequentissimis suspirijs efflagitabant. Alij vero publicano similes nec oculos in cælum audebant leuare, sed aiebant: Non sum dignus videre Domine altitudinem cęli, quoniã irritaui iram tuã, &c. sed animas offerebant mutas, timoris, & verecundiæ plenas. Alij saccis induti, & cilicijs facies frequentissime percutiebant, & acriter. Inter hos multi madefactam habebãt lacrymis terram. Alij leonibus similes rugiebant a gemitu cordis sui. Alij acerrimo dolore percussi veluti insensibiles apparebãt, qui continua flendi assiduitate veluti ignem foncabant singuli verba: Heu me miserum: Heu me miserũ, iuste, iuste ignosce Domine, ignosce Domine. Alij panem contingere vix audebant, indignum credentes vt panem ederent hominum, qui vitam gessissent bestiarum. Cum mutuo loquebantur, aiebant: Si forte damnationis nostræ sententia iusta reuocata est? Quis scire poterit an custodes Angeli, quos fœtore scelerum nostrorum longe fecimus, ad nos iam denuo redierunt? Hi lacrymis maxillas combustas habebant, & cilicíorum pilos non habebant, quos amiserãt fletuum continuatione. Multi, dum frequentissime, & vehementer tunderent pectora, sanguinem spuebãt. Beati hi viri patrem monasterij obsecrabant, vt catenis, & vinculis ferreis manus vincirentur, & colla grauarentur, & pedes in neruo conijcerentur, donec vitam exhalarent. Et post multa, inquit Climacus: Hæc omnia incredibilia, quidẽ iudicabit piger, & negligẽs, sed non ille, qui grauia considerauerit peccatorum nocumenta, grauemq. perpenderit animæ ruinam. Lacrymæ Sanctorum simul reperiuntur cũ gaudio, lib. 7. cap. 1. numer. 8. vsque ad 10. cap. 4. num. 9. & 10. lib. 10. cap. 2. numer. 7. 10. & 23. Lacrymę Sanctorum æterni gaudij sunt semina, lib. 7. cap. 1. num. 10. lib. 10. cap. 2. numer. 3. 10. 14. 17. 18. & 23. Lacrymas, dum viuunt homines, multis de causis fundere debent, lib. 7. cap. 1. numer. 3. 4. & 12. cap. 4. nume. 6. 8. vsque ad 10. lib. 10. cap. 2. num. 8. 14. 17. vsque ad 20. & 23. Lacrymas ingentes fundebant olim iusti pro peccatis, lib. 10. cap. secundo, nume. 1. 2. 5. 15. & 16. Lacrymis placandum Deum etiam gentiles agnouerunt, libr. 10. capit. 2. numer. 10. Hic est scalæ primus gradus. Secundus quando quis legem Dei audiens lacrymatur, quia non eam, vt decet, opere perficit, sed multis imperfectionibus se subditũ cernit; Sic audiens populus legem fleuit. Lacrymæ in Sanctis sunt frequentes, dum multas in se vident imperfectiones, lib. 10. cap. 2. num. 22. Lacrymæ, quas & peccati dolor, & virtutis amor effundit, maxime homines cõglutinant Deo, lib. 10. cap. 2. nume. 7. & 8. Lacrymæ quales futuræ sunt, vt Deo sint probatæ, ibidem numer. 7. 10. 12. 19. vsque ad 21. Lacrymis merito vacare debent Sancti, dum viuunt, numer. 14. 15. & 22. Alius gradus, quo Sancti ascẽsiones faciunt lacrymarum is est, dum compassione proximi mouẽtur. Sic Iob: Flebam super eo, qui afflictus erat, quicumque ille fuisset etiamsi incognitus, egenus, inimicus, dum eum considerabam miserijs pressum, flebam, & compatiebatur anima mea pauperi. Et Paulus ad Romanos: Tristitia mihi magna est, & continuus dolor, &c. Lacrymæ Sanctorum funduntur propter mala proximorum, libr. 10. cap. 2. numer. 4. 5. 13. & 14. Lacrymæ sanctæ Monicæ matris Augustini traxerunt illum ad fidem, ibidem numer. 13. Alius gradus est, quando dilationem præmij flent, sicut Paulus aiebat: Scimus quod omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque huc. Non solum autem illa, sed & nos primitias

Esa. 54

Neemiæ 8.

Iob 30.

Rom. 9.

Rom. 8.

tias spiritus habentes intra nos metipsos gemimus adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis nostri. Lacrymæ Sanctorum, quæ de consideratione beatitudinis dilatæ oriuntur, gemitus sunt cordis, lib. 7. cap. 4. num. 6. 9. 10. 17. & 18. lib. 10. capit. 2. numer. 14. & 16. Lacrymæ Sanctorum oriuntur a feruore charitatis Dei, ibidem nume. 4. & 13. Sancti etiam honoribus, & diuitijs abūdantes tristes sunt, dū peregrinantur in mundo, lib. 17. cap. 6. nume. 12. Talibus lacrymis spirituales viri sibi ascensum ad beatitudinē præparant. At e contra mali gaudent, & scalam vsque ad infernum tendētem faciunt diuersis peccatorum gaudijs, quasi gradibus; ducūt. n. hi in bonis dies suos, & in puncto ad
Iob. 21. inferna descendunt. Secundo, gaudium malorum non purum est, sed mistum multis incommodis. Sic enim eis contingit, vt quondam Aegyptijs, qui a Patriarcha Ioseph terram accipiebant, sed tributariam, sic impij
Prou. 25. accipiunt terrena gaudia, &c. Fauus distillans labia meretricis, nouissima autem eius, etiam dum viuunt, amara redduntur, quasi absynthium. Cunctis enim diebus vitæ suæ,
Eccl. 5. comedit impius in tenebris, & curis multis,
Hier. 2. & ærumna & tristitia multa. Vnde Hieremias. Scito & vide, dixit, quia malum est, nec id solum, sed amarum etiam reliquisse te Dominum Deum tuum. Et nunc quid tibi vis in
Ibidem. via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? Aquam enim turbidam porrigit mundus, qui si diuitias hominibus præstat, multæ illas cōmitantur sollicitudines; si officia, & honores aut regna exhibet, ista curæ innumeræ sequuntur, vt dormire, otiari, aut comedere vix vacet. Matrimoniorum delicias multa consequūtur onera. Quæ mali, dum ebrietate mentem amiserunt, percipere non valēt, sed lætantur cum male fecerint, & exultant
Ioel. 1. in rebus pessimis, sicut scriptum est. Audite hoc senes, & auribus percipite omnes habitatores terræ, si factum est istud in diebus vestris, aut in diebus patrum vestrorum? Residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus & residuum bruchi comedit rubigo. Expergiscimini ebrij, & flete, & vlulate omnes, qui bibitis vinū in dulcedine. quoniam perijt ab ore vestro. Ac si dicat: Quicumque terram habitatis mundani audite, quod enim narrare uolo in diebus vestris accidit, nec credatis me illa tantum referre, quæ temporibus acciderūt antiquis, aut ea prophetare, quæ futuris euenient sæculis, sed ea, quæ modo versantur inter vos, vbi residuum erucæ comedit locusta. Per erucam, quæ toto corpore graditur, luxuria significatur; per locustam, quæ volat, superbia; per bruchum, qui omnia deuorat, gula; per rubiginem, auaritia. Dicit ego Propheta. Multos deuorauit luxuria, & quod ab ea relictum fuit deuorauit superbia, & quod ab hac reliquum fuit, auaritia consumpsit, & inter hæc omnia mundani lætātur, quasi ebrij vino delectationis mundi. Expergiscimini ergo ebrij, qui bibitis vinum delectationis mundi in lætitia, qui cum tot vitijs inuoluti sitis, & ob id flere deberetis, exultatis. Flete ergo potius, quia delectationis vinum tandem decidet de ore vestro, & consumabitur. Gaudium mundanorum tantum habet nomen gaudij, lib. 7. cap. 1. num. 17. 19. 29. 30. 32. & 33. cap. 2. num. 12. & 18. Gaudium malorum perseuerans esse non valet, lib. 7. cap. 1. num. 28. & 32. capit. 2. numer. 3. 13. & 17. Gaudium credunt esse homines in rebus sęculi, quia verum gaudium non sunt experti, lib. 7. cap. 1. nu. 29. & 30. Gaudium iustorum vberibus recte comparatur, vuæ autem mundanorum lætitia, ibidem nume. 32. De malorum gaudio differitur, lib. 7. cap. 2. per totum, vbi agitur gaudium malorum quale, & quam nociuum sit, sicut & eorum voluptas. Gaudium mundi inutile est innumeros pariens mærores, lib. 17. cap. 6. nume. quarto. Mundani homines turbido torrenti comparantur, qui aureo calice Babylonis potati, & inebriati infeliciter sunt felices, lib. 3. cap. 10. nume. 32. lib. 5. cap. primo, num. 2. vsque ad 4. lib. 7. cap. 3. numer. 11. Mundi huius dulcedo ad tempus fauces indulcat, sed in magnam amaritudinem conuertetur, lib. 4. cap. 39. num. 21. Mundi vincula asperitatem habent veram, & iucunditatem falsam, certum dolorem, incertam voluptatem, &c. lib. 11. cap. 12 numer. 26. Mundus vniuersus plenus peccatis ebrietate plenus est, lib. 14. cap. 11. numer. 4 8. & 10. Sed mirandum videtur, cum hæc ita sint; qua ratione dixerit Iesus, vt certitudinem rei huius significaret: *Amen amen dico uobis, quia uos plorabitis, mundus autem gaudebit,* cum de reprobis scriptum sit: Confundantur, qui me persequuntur, & non confundar ego, paueant illi & non paueam ego. Induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eo Domine. Contere eos in hoc sæculo contritutus postea eos in futuro. Induantur ait Dauid (Gregor.) sicut diploide confusione sua. Vestem duplicem vocauit impiorum confusionem, vtpote quæ in hoc sæculo incipit, vt perficiatur in futuro, vt vermibus hic corrosus Antiochus, vermi, qui non moritur, perpetuo corrodendus in alio sæculo moriatur, nec orans scelestus Deum misericordiam consequitur, vt vel in hac vita ad tempus sanitate & bonis potiatur. Iusti autem etiam in medio tribulationū gaudent, dicente Paulo: Quasi tristes, semper autem gaudentes. Vnde Chrysostomus aiebat: Qui igne Christi captus fuerit, flagella, & carceres sic contēnit, ac si in alieno corpore pateretur, vel adamantinum possideret corpus. Communicantes enim Christi passionibus gaudebant, a conspectu concilij recedebant lęti, quia digni extitissent pro nomine Iesu contumeliam pati. Sic cum Paulum, & Silam Macedones dire verberassent & misissent in carcerem, vbi vincti in ligno tenebantur, lętitia

4 *Rupertus. Hier.*

5 *Mundus autem gaudebit*, eo quod nocumenta vobis intulerit. Magna enim est malorū lętitia, cum mala, quæ cęperint, expleuerint.

Genes. 37. Sic post venditionem Ioseph iusti fratres eius
Exod. 30. sederunt, vt comederent. Et illi, qui succenderant Siccelech, & captiuos duxerant habitantes in ea, comedebant, & bibebant cum lætitia. Sancti odiuntur, & persecutionem patiuntur in hoc mundo, lib. 2. cap. 6. nume. 1. vsque ad 5. & 13. lib. 9. cap. 20. numer. 2. & 3. Cum ergo hæc tristia prænuntiauerit Iesus Apostolis, illa pertulerint in mundo tristia. His consolari debent homines in persecutionibus, in iniurijs, & calamitatibus, his consolabantur iusti, lib. 17. cap. secundo, nume. 7. & 8. Vt autē iusti animo non deficiant in persecutionibus, in plagis, in carceribus, in angustijs, audiunt: *Sed tristitia uestra* temporalis, *& modica in gaudium conuertetur* indeficiens,

Hom. 32. in Act.

1. Petr. 4.

Act. 16.

titia pleni media nocte hymnos concinebāt, nec egredi volebant, licet carcerem eis aperuisset Deus. Verum quidem vtrumque hoc est, cui veritati etiam consonum est, quod diuersis de causis gaudium, & tristia reperiūtur in iustis, & peccatoribus, libr. 1. capit. 10. num. 4. & 5. lib. 7. cap. 1. num. 7. vsque ad 10. & 27. cap. 2. nu. 5. Gaudium secundum Deum, & mundum, non cohærent, lib. 1. cap. 18. num. 20. 21. 29. vsque ad 31. libr. tertio, cap. 14. numer. 32. libr. 5. cap. 1. numer. 13. libr. 7. cap. 1. numer. 17. & 19. vsque ad 21. cap. 2. nume. 19. Gaudium, & delectatio iustorum in laboribus lib. 2. cap. 4. num. 21. 22. & 24. libr. tertio, cap. 25. num. 21. & 22. libr. septimo, cap. 3. num. 11. & 12. cap. 4. numer. 2. Gaudium in hac vita, & futura quomodo simul esse non possit, libr. 2. cap. quarto, numer. 24. lib. 7. cap. 4. numer. 10. Gaudent, & exultant iusti, sed in Domino, non in rebus sæculi, lib. 7. cap. 1. num. 2. 4. 5. 11. vsque ad 14. 16. 19. 21. 24. 25. 29. & 31. capit. 2. numer. 13. 16. & 19. cap. 3. num. 13. Gaudium, consolationes, & requiem in hac vita & in futura habent Sancti, sed differenter, lib. 7. cap. 3. per totum. Gaudium iusti non habēt, quasi tristitia autem sic ideoq. dicit Paulus: Quasi tristes semper autem gaudentes, libr. 7. cap. 1. numer. 27. Gaudium malum est in hoc sæculo malis, iustis autem gaudium bonum, lib. 7. cap. 2. numer. 14. Sancti quomodo consolabantur in aduersis lib. primo, cap. 8. numer. 3. & 4. Præterea planctum indicit Iesus Apostolis primis prædicatoribus, & omnibus illis, qui magistri & patres essent futuri cæterorum. Sicut enim idem instrumentum oculorum datum est & ad videndum, & ad flendum, ita prædicatores, qui speculatores dati sunt, vt mala populi contemplentur, & eis prouideant, eorumdem officium est populorum mala flere. Prælati compassionem habeant peccantium, lib. 14. cap. 31. num. 9. Sacerdotum, & Prælatorum arma lacrymę sunt, cum aliter Principibus resistere non possunt, lib. 16. cap. 3. numer. 7. Sacerdotes plangant peccata populi, lib. 16. capit. 2. numer. sexto.

tristitia, & mœtanea delectatio peccatorum, tristitiam hæreditabit perpetuam. Malis testimonijs, & persecutionibus afficiunt iustos, & illi gaudent, sed sors hæc mutabitur, lib. 17. cap. 2. num. 7. & 8. Lacrymantes, & mærentes Deus erigit sospitate, quia prospera fugiunt, & aduersa patiuntur, & gaudijs sæculi moriuntur lib. 7. cap. 4. numer. 10. Vnde scriptum *Esai. 65.* est: Ecce serui mei comedent, & vos esurietis. Ecce serui mei bibent, & vos sitietis. Ecce serui mei lætabūtur, & vos confundemini. Ecce serui mei laudabūt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis. Et seruos suos vocabit nomine alio. Et exultabo in Hierusalem, & non audietur in populo meo vltra vox fletus, obliuioni enim traditæ sunt angustiæ priores. Tunc vocabit seruos suos nomine alio, quoniam qui nunc dicuntur miseri, tunc dicentur beati. Vocabitur tibi no- *Esai. 62.*
men nouum, quod os Domini nominauit. Nominabitur tibi a Deo nomen nouum in *Baruc. 5.*
sempiternum, pax iustitiæ. Vincenti dabo *Apoc. 2.*
calculum candidū, id est, corpus solidum, & glorificatum, & in calculo nomen nouū, quod nemo scit, nisi qui accipit. Tantis enim donabitur in cælo honorificentissimis titulis, vt eos solus ille vere possit agnoscere, qui receperit. In iudicio finali sors iustorum, & iniquorum mutabitur iuste a Deo, lib. 9. cap. 9. num. 55. 58. 64. & 68. cap. 20. num. 17. & 18. lib. 12. cap. 4. num. 26. Boni, & mali duo filij sunt, qui in vtero Rebeccæ colliduntur, li. 3. ca. 21. num. primo. Hinc intelligere debemus, quod quæcumque hic accederint iustis, siue illa tristia sint, siue læta, omnia cedent in bonum, malis autem omnia in malum, lib. 4. capit. 17. numer. 14. & 15. cap. 24. numer. 3. vsque ad 5. cap. 29. num. 1. 5. & 6. cap. 34. numer. 23. vsque ad 25. Tunc verus Iacob, cum prętentes ha- *Genes. 49.*
buerit Ephrain, & Manassen manibus transpositis repudiato eo, qui maior credebatur in mundo potens, & diues, minori copiosam porriget benedictionem, ita vt admirantes simul, & pauentes dicāt impij: Hi sunt, quos *Sap. 5.*
aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Hi quorum vitam æstimabamus insaniam, & finem credebamus sine honore, inter Sanctos computati sunt, & inter Sanctos sors illorum est, quorum funes ceciderunt in præclaris, vt hæreditas eorum præclara eis esset, id est (Augustinus) limites possessionis mea in tua claritate Domine tā- *Psal. 15.*
quam sorte ceciderūt. Propter hoc lætatum *August.*
est cor meum, delectationes in dextera tua vsque in finem. Vel, vt Hierony. legit, iuxta Hebraicam veritatem: Lineæ ceciderunt mihi in pulcherrimis, & hæreditas speciosissima mea est. Ostendisti mihi plenitudinem lætitiarum ante vultum tuum, decores in dextera tua æternos. Quando concutientur impij timore horribili, continuo mirabuntur in subitatione insperatæ salutis iustorum, inspe ratæ quidem non a iustis, qui dum viuerent,

spe

spe gaudebant, sed ab impijs, qui non arbitrabãtur iustos pauperes, quos ipsi persequebantur, & contemnebant, talibus ac tantis
Genes. 49. bonis donandos. Quamuis ergo Iesus, vt alter Iacob, vicinus iam morti filijs suis ea retulisset, quæ euentura essent tristia, non solum voluit vt iacula præuisa ferirent eos minus, sed etiam vt ea, quæ mundus iudicaret nocumenta, carceres, vincula, iniuriæ, flagella, & mortes dulcia redderentur tãta pollicitatione considerata, qua certi redderentur, quod temporalis & momentanea tristitia
Psal. 125 in perpetuam esset lætitiam conuertenda, vt hi, qui euntes ibant & flebant, flentes seminarent, vnde venirent in morte cum exultatione portantes manipulos suos, quibus & ditescerent, & satiarentur. Dum quod in præsenti momentaneum, & leue tribulationis essent experti, æternum gloriæ pondus supra modum in sublimitate operaretur in ipsis, dum non contemplarentur temporalia, quæ videbantur, & cruciabant, sed quæ non videbantur, & sperabantur æterna. Quando ipsis ti-
Malach. 4 mentibus nomen Domini oriretur sol iustitiæ adducens sanitatem in pennis, vt tanta sanitate & bonis repleti saltarent sicut vituli nouelli in armentis lacte matrum pasti, & recreati. Consolabantur quidem, dum tribulationes pro dilectissimo sibi amico sustinebant. Eam enim dicebat Plutarchus, in libro
Plutarc. lib. de discrimine adulat. de discrimine adulatoris & amici, esse veræ amicitiæ naturam, quod illã Deus vitæ mortalium admiscuerit, vt omnia lauta, dulcia, grataq. hac præsente, simulq. res condiente redderentur. Cum enim nihil in rebus humanis amicitia inueniatur iucundius, lib. 1. cap. 19. num. 4. 5. 8. 9. 12. & 14. hæc facit vt ea suauia sint, quæ patitur quis pro amico suo. Sicut lib. 6. cap. 8. numer. 8. docetur in amicitia Damonis, & Pythiæ, qui mire certabant, vt alter pro altero moreretur, quod cernens Dionysius Rex ignoscens vtrique dixit: Rogo vt me quoque in vestram amicitiam recipiatis. Si autem humana hæc amicitia optabilia reddebat vincula, dulcemq. mortem, quę pro amico esset sebeunda, vtique qui audierant a Domino: Iam non dicam vos seruos, sed amicos, hæc amicorum futura lex erat, & fuit, vt gratanter ea susciperent, quæ pro amico tali, qui Deus erat, & animam ponebat pro amicis suis, essent perferenda incõmoda. Hac amicitiæ lege, quæ natura sua insuauia erant, reddebantur dulcia. Quibus & addidit Iesus, quod plorantibus & flentibus discipulis, gaudenteq. mundo in eorum aduersis, tristitia eorum in ingens esset gaudium conuertenda. *Vestra* inquit *tristia*, hæc *vertetur in gaudium*, non illa, quæ homines comitatur sceleratos, qui tristantur, & torquentur inuidia proximorum, tristantur dum, quæ desiderant, officia, & temporalia bona non consequuntur, tristantur dum implere non valent, quæ exoptant mala. Sicut tristabatur Achab, qui vineam Naboth consequi non valebat. Sicut conciderat vultus Cain inuidia fratris sui agitatus. Sicut Absalon, qui regnum volens vsurpare paternum, id consequi non potuit. Hæc enim mundi tristitia nociua est illam habenti, qua tristantur homines propter diuitias, honores, &c. libr. 17. cap. 6. nume. 1. 2. 8. & 10. Hæc mundi tristitia, cum 6
nociua sit multum, lib. 7. cap. 1. numer. 20. lib. 17. cap. 6. nu. 1. & 2. audire non meruit, quod vertenda esset in gaudium, quin potius in maiorem multo tristitiam commutãda, dum qui sic sunt tristes, in inferno omnibus carentes bonis, omnibus repleti malis, & inuidia, & odio Dei pleni absorbebuntur tristitia. At iusti audiunt: *Tristitia vestra* ea scilicet, quæ oritur vel ex odio peccatorum, vel qua tristantur de malis proximorum, vel dolent in vinculis, hæc quæ secundum Deum est tristitia innumera pariet gaudia, lib. 7. c. quarto, n. 10. vsq, ad 20. Tristitia. n. secũdũ Deũ in salutẽ definit. li. 17. ca. 6. num. 2. Tristitia, & lacrymæ secundum Deum multam seminant voluptatem, num. quarto. Tristitiæ, quæ secundũ Deum est, deputatur vita præsens, sequens autem gaudio, ibidem numer. 9. & 10. Cum ergo, dum homo viuit, tristitia tolli non possit, siue ea, quæ est in reprobis, siue illa, quæ comitatur iustos, id maxime curandum est, vt illa sit talis, vt qui eam habuerit, audire mereatur: *Tristitia vestra vertetur in gaudium*, illiq. proficua sit, lib. 17. cap. 6. num. 3. vsque ad 5. His enim dixit Iesus consolationem secuturam, qua considerata faciles redduntur labores omnes, alacres persecutiones, faciles ægritudines, facilis paupertas, & omnia facillima, quæ mundus tali destitutus spe iudicat intolerabilia. Labores reddit faciles consideratio beatitudinis, libr. 2. cap. tertio, numer. secundo, vsque ad 11. 17. 25. vsque ad 27. lib. 3. cap. 13. nu. 9. vsq. ad 11. lib. 6. ca. 9. nu. 17. vsque ad 19. cap. 11. num. 23. 24. & 26. libr. 9. cap. 15. numer. 24. 28. 29. 33. 34. 36. 38. & 41. Gaudium cupiunt omnes, sed soli iusti viam sciunt, qua peruenitur ad illud, lib. 7. cap. 1. num. 12. vsque ad 14. & 16. Nec solum hoc indubitatum est, quod in gaudio metent in sæculo futuro, qui in lacrymis seminauerint in præsenti, sed etiam quod in spe futuri sæculi gaudent iusti, etiam dum miseram hanc incolunt vitam, lib. 7. cap. 1. num. 27. & 32. cap. 3. num. 10. vsque ad 12. 16. 18. & 19. cap. 4. nume. 5. lib. 16. cap. 7. nume. 20. Gaudium enim verum illud est, quo in Deo, & de Deo gaudent homines, lib. 2. cap. 4. num. 8. lib. tertio, capit. 25. numer. 21. & 22. Gaudium enim iustorum nulla humana tristitia potest interturbare, lib. 7. cap. 1. num. 14. vsque ad 16. 18. 25. 27. 28. & 32. Tristibus succedunt læta, & tribulationibus prospera etiam in hac vita, lib. 2. cap. 11. numer. 13. vsque ad 16. 21. vsque ad 23. 26. 33. vsque ad 35. lib. 6. cap. 9. num. 23. 26. 27. & 32. lib. 7. cap. 3. num. 1. & 3. cap. 4. num. 9. vsque ad 20. libr. 17. cap. 6. numer. 4. 5. & 9. Siue ergo in hac vita, siue in futura promissione hãc Domi-

Domini implendam intellexerimus, sicut Augustinus in vtroque explicuit sensu, illa indubitata est, quod iustorum omnium tristitia in gaudium sit conuertenda maximum. Quod vt amplius explicaret, comparationem mulieris parturientis addidit, dicens.

7 *Mulier cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum.* In quibus verbis illud in primis considerandum est, hunc esse huius parabolæ scopum, grauem discipulorum tristitiam ex morte Domini prouenientem in maximam lætitiam conuertendam ex sua resurrectione. Graues enim dolores sæpe in sacris litteris parturientium doloribus assimilari solent. Breues etiã futuros Apostolorũ dolores dicit Christus eos parturientibus comparans. Et etiam quia sicut quod est causa doloris in parturitione, esse solet etiam, ait Chrysostomus, causa lætitiæ, ita res illa, vnde dolorem accepturi erant Apostoli, futura erat causa gaudij. Apostoli parturientibus ceruis, quibus
Psal. 13. astat Deus, comparantur optime, lib. 3. cap. 19. num. 13. vsque ad 15. Rite etiam per par-
Hier. 6. turientem mulierem studiosi homines luctibus expositi significantur, de quibus dicitur in Esaia: Torsiones, & dolores tenebunt eos, quasi parturientes dolebunt. Hieremias: Tribulatio apprehendit nos, dolores vt parturientis, id est, inuasit nos tribulatio, sicut do-
Michæ 4. lores solent inuadere parturientem. Et Micheas: Dole, satage filia Sion quasi parturiẽs. Quasi dicat: Si propter tribulationes doles, sit dolor vt parturientis, quæ patienter fert propter lætitiam sequentem. Mulier partui proxima inter spem, & metum versatur, timens ne abortum faciat, ita boni hic vbi bonorum operum tempus est, inter spem, & metum commorantur, timentes ne eorum bona opera depereant. Tristantur iusti, dum viuunt, incertitudine causæ suę visis imperfectionibus suis, lib. 7. capit. 2. numer. 15. & 16. lib. 17. cap. 6. nume. 8. Timor semper sit, vbi tor sunt impedimenta salutis, lib. 17. cap. tertio, numer. 4. 5. & 20. Timor sit in operanda salute, & non securitas, lib. 17. capit. tertio, numer. 12. 20. 21. 28. vsque ad 30. In tribulationibus spes consequendorum bonorum cælestium per illas consolari homines debet, lib. decimo septimo, cap. 4. numer. 5. vsque ad 8. lib. 18. cap. 4. num. 1. & 2. Hanc tristitiã sequitur gaudiũ dicente Salomone: Cor, quod
Prou. 14. nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus, id est, qui præteritam nouit tristitiã ex absentia Christi, ipso præsente ita gaudebit, quod in eius gaudio non miscebitur extraneus, quia qui extraneus fuerit a Deo illo indignus est. Quale, quamq. ingens futurum sit gaudium ista
Genes. 35. exposuit similitudine, qua nato filio masculo in mundo consolatur mulier omnium, quæ præterierunt, prorsus oblita. Et sicut quondam noluit Iacob, vt natus illi filius, cuius ortu interijt mater, vocaretur Benoni, id est, filius doloris, sed Beniamin, id est, filius dexteræ, quoniam etsi tanto parientis periculo filium receperat saluum, non dilectissimæ sibi vxoris considerans mortem, sed ortum infantis nomen potentiæ grandis ei donauit, non doloris; sic & iusti cum similes ceruis ineuruantur, vt pariant, supernus pater bonis operibus nomen dat dexteræ, non considerãs tristia, sed quæ inde sequantur bona. In præsenti sæculo tempus est partus, bonorũ operum tempus est vt Ecclesia multos Deo filios generet. Cui partui dum insistunt iusti, graues patiuntur a carne, & a mundo dolores, & afflictiones. Verum non tantum post dolores istos momentaneos, sed etiam per illos succedit in vita æterna gaudium & maximũ, & sempiternum, quo vnusquisque gaudebit per illos dolores se natum in regnum cælorum in nouum illum mundum. Concipiunt, & statim pariunt viri perfecti bona operantes, alij autem concipiunt, & numquam pariunt fidei verbum per opera bona, lib. tertio, cap. 21. numer. 2. 3. 7. 11. & 12. Conceptus & partus in bonum, & in malam partem accipitur in sacris litteris, lib. tertio, capit. 21. per totum. Cum Paulus ingentes pateretur dolores in parturiendis filiolis, aiebat: Propter quod non deficimus, quoniam licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur, tamen is, qui intus est, renouatur de die in diẽ. Vt enim Prophetæ breuitatem edicerent dolorum, quos ipsi patiebantur, aut populus, eos comparabant parturientium doloribus. *Esai. 21.* Esaias: Angustia possedit me, sicut angustia parturientis. Et Ezechias rex vt quæ populus patiebatur, quando a Senacherib Rege Siriæ obsessa est Hierusalem doceret, dixit: Venerunt filij vsque ad partum, & virtus non est pariendi, id est, tali tenemur dolore, quo *Esai 37.* mulieres in partubus difficillimis teneri solent. In hac vita, quæ conceptibus, & partui virtutum consecratur, multi sunt cruciatus, colliduntur enim infantes in vtero Rebeccæ pilosus, & rufus Esau, & mitis, & lenis *Genes. 25.* Iacob, ita vt illa dicere cogatur: Si sic mihi futurum erat, vt quid necesse fuit concipere? Congrediuntur cum vitijs virtutes, actus studiosi cum malis, velle enim adiacet iustis, *Rom. 7.* perficere autem bonum non inueniunt, sicut contigit Augustino, qui cum audiret: Exurge, qui dormis, & illuminabit te Christus, & pristinam vellet vitam deserere, non poterat respondere nisi verba lenta & somnolenta: Modo, & modo. Sine paululum, sed modo, & modo non habebant modum, & sine paulum in longum ibat. Cras, cras, & numquam veniebat istud cras. Sed iusti dicunt: A facie tua Domine cõcepimus, & quasi par- *Esai. 26.* turiuimus, & peperimus spiritum salutis. De *Hieron.* reprobis autem dicitur: Concipietis ardo- *Esai. 33* rem, & parietis stipulam.

Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Sicut enim 8

ab-

absente Deo innumera homines comitantur mala, multa premuntur tristitia, etiamsi ad horam corpus exultet, ita ipso redeunte quam plurima adueniunt bona, quando cor, & caro exultant in Deum viuum. Deo recedente ab anima funditus pereunt innumera bona, lib. quarto, cap. 19. num. 6. 9. 12. vsque ad decimum quartum. Deus, vita cum sit animæ, præstat illi, quæ hæc corpori, motum, decorem, &c. libr. quarto, cap. 19. nume. 11. cap. 26. num. 18. Deum habens inhabitantem felix est anima, infelix autem ea, a qua discedit, ibidem numer. duodecimo, vsque ad 14. 16. vsque ad 18. cap. 24. numer. 16. Deus in ira declinat a peccatoribus, a iustis autem in misericordia, libr. quarto, cap. 19. numer. 15. cap. 29. numer. sexto. Deus iratus valde faciem auertere dicitur a peccatoribus, lib. 4. capit. 26. numer. secundo, & septimo. Deus auertere faciem dicitur, dum non dat animæ notitiam sui, libr. quarto, cap. vigesimo sexto, num. septimo.

Psal. 83.

DOMINICA TERTIA
post octauas Paschæ.

Euangelium.

Vado ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me: Quo vadis? Ioann. 16.

Vide libr. 4. cap. 21. fere per totum, vbi docetur quod Deus in bonum iustorum aliquando sit absens.

Dominica 3. post octauas Paschæ. 1

INSTANTE hominum morte, cum multa sint, & grauia, quæ reddant illos anxios, & sollicitos, dum & separationem animæ a corpore, quam naturaliter horrent, considerant, nollentq. ingemiscentes grauati expoliari, sed superuestiri, ut absorberetur mortale a uita, dum incertitudinem causæ suę, quæ concludenda tunc est, animaduertunt, dum repræsentantur plura, quæ timore graui concutiunt eos, timent quidem, & pauent, etiamsi similes Arsenio septuaginta annis inseruierint Deo, egredi nolunt a corpore, timentes ne in die mala iniquitas calcanei sui circumdet eos, & inimicus potens prævaleat aduersus eos. In morte multa sunt, quæ terrere nos debent, lib. quarto, cap. primo, numer. 47. 59. & 60. lib. vndecimo, cap. nono, num. 11. 12. & 26. Tantis & cruciatibus, & periculis circumdati, consolari non valent filios, aut vxores, & amicos quos flentes conspiciunt, sed ipsi potius iuuandi sunt, & consolandi. At hæc Domini Iesu cura fuit cum appropinquaret morti, quæ transitus erat ad patrem, vt discipulos tristes consolaretur, ne videntes magistrum a se tolli, anxij clamarent: Pater mi, pater mi currus Israel, & auriga eius, qui enim filij erant sponsi, nec poterant lugere, quamdiu cum illis morabatur sponsus, ipso recedente lacrymarent vtique, & vt prouideret de remedio, docet absentiam illis fore expedientissimam, dum eo proficiscente aduenirent Spiritus sanctus, cuius præsentia innumera cõferrentur ipsis bona. Merito quidẽ ingenti tristitia affi- *1. Ioan.* cerentur discipuli, cum abiturum audirent magistrum, a quo innumera mundus reportaret commoda, illi enim, qui audierant, & viderant, perspexerant, immo & manu contrectauerant de verbo vitæ operationes mirificas, sacram doctrinam, quos seruos censuerat iam non vocandos, sed amicos, quibus quæ audierat a patre nota fecerat, cum quibus multa familiaritate conuersabatur. *1. Ioann.* Venerat Iesus in nouissimis temporibus præparatus mons domus Domini in vertice mon- *Isai. 2. Hieron.* tium, vt fluerent ad eum omnes gentes, & dicerent: Ascendamus ad montem Domini, & ad domũ Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius, non solum ea operantes, quæ magister iusserit, & quæ ab ipso fuerint præcepta, sed quæ consulens in manu, & libertate reliquerit humani consilij. Et tunc conflabunt gladios suos in vomeres, quia omnis duritia humani cordis Christi vomere frangetur, & eradicabuntur vitiorum spinæ, non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium. Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Domini. Christus fidelis erat sacerdos homines mundans a peccatis, lib. tertio, cap. quinto, num. decimo sexto. Christus, vt ignis, ad niueam regionem descendit, & homines accendit, lib. 3. cap. quinto, nume. 42. 58. & 66. Prouidit Deus incarnando grauissimis mundi necessitatibus, lib. tertio, cap. 5. numer. 71. 73. vsque ad 79. & 92. Qui fluuius erat paradisi in quatuor diuisus partes, num. 83. lib. vndecimo, cap. sexto, num. 72. Fluenta Euangelij ab ipso sacro pectore diffundebantur, vt esset arida in fontes aquarum. Figurabatur optime Christus in Moyse, & Aaron, lib. tertio, c. 9. n. 8. & 22. in multisq. alijs præclarissimis viris legis naturæ, & scriptæ, ibidem numer. 9. 10. 11. 41. & 47. cap. 10. num. 60. 87. & 88. Vnde sicut hi dati sunt mundo, vt conseruaretur, vt Israel captiuitatem euaderet, inimicis prævaleret, vt ab eis custodiretur, & gubernaretur, quorum vita vtilissima erat populo qui expedientissimum iudicaret, si horum vitam conseruaret Deus, quæ obsecro summus noster Sacerdos, noster Dauid, sapientissimus noster Ecclesiastes, fortissimus Sanson, luctator Iacob, Isaac, qui risum significat, inter nos degens nobis conferret bona? Ille, qui cinctus zona aurea ad mamillas vocatus est a Ioanne, quia abeo duo

Psal. 48.

Apoc. 1. duo testamenta, quibus homines viuimus, virtutem acceperunt, lib. 3. cap. 9. num. 31. Si inter homines multis degeret sæculis, quis conuenientissimum id non censuisset? Si illa contemplaremur homines bona, quæ ipso Iesu viuente, docente, operante miracula mundus acceperat, dicere debuissemus va- *Iob. 29.* lentiori iure, quam olim dixerat Iob multis priuatus bonis, orbatus filijs, destitutus salute, & Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos, secundum dies, quibus Deus custodiebat me, quando splẽdebat lucerna eius, & ad lumen eius ambulabam in tenebris? Quando secreto Deus erat in tabernaculo meo? Quando erat omnipotens mecum? Quã do lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei? Quando inter homines conuersante Domino custos erat ille, qui bonitate sua Samaritanus ob id vocatus est, *Matth. 23.* qui specialem hominum gereret prouidentiã *Isai.* volens eos congregare ea diligentia, & cura, qua gallina congregat pullos suos, cũ secreto ille, de quo scriptum est: Vere tu es Deus abscõditus sanctus Israel, saluator erat in ta- *Isai. 2. Hieron.* bernaculo nostro carnis infirmitate velatus, sed tamen omnipotens, de quo scriptum intellexit Hieronymus: Quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius est. i. qui debilis apparuit quidem, sed re uera excelsus repu- *Psal.* tatus est ipse. Quãdo splendebat, non lucerna super caput, de qua antiqui dixerant: Lucerna pedibus meis verbum tuum, sed sol in- *4. Reg. 20.* deficiens, & præclarissimus, qui in horologio Achaz in signum salutis futurę Regis Eze chiæ datus est, quando reuersus est sol decem lineis per gradus, quos descenderat, in quo sol noster Iesus figurabatur, qui paulo minus ab Angelis minoratus est. Quando lauabantur discipulorum pedes butyro, hoc est, diuinis consolationibus abundabant, & petra riuos fundebat olei gratiarum, & bonorum, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Adeo erant illius opera miranda, vt omnia cognoscere nullus posset, lib. 3. c. 8. nu. 23. Adiutiq. Apostoli Domini Iesu præsentia ita adamantini, & fortes effecti sunt, vt nullo valerẽt hoste superari, si ipsi vero adamanti Christo adhæsissent, sicut pro- *Amos 7. Hieron.* phetauerat Amos. Iuxta versionẽ septuaginta interpretũ, quã ediffserens Hieron. sic dicit, vbi nostra lectio habebat: Ecce Dominus stãs super murum litum, & in manu eius trulla cæmentarij, &c. septuaginta transtulerunt: Ecce vir stabat super murũ adamantinũ, & in manu eius adamas. Et dixit Dominus ad me. Quid tu vides Amos? Et dixi. Adamantẽ. Et dixit Dominus ad me: Inijciam adamantẽ in medio populi mei Israel. Adamas is fortissimus Iesus noster est, qui stetit super murũ adamantinum. i. super Sanctos, & Apostolos suos, quibus donauit vt adamantes vocarẽtur, & a nullo superati dicerẽt: Quis nos separabit a charitate Christi, &c. Certus sum autẽ quod neque mors, neque vita, &c. poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Iesu. Hæc contulit bona Iesus præsens in mundo, & alia, quę recẽsere longũ esset. Cum ergo Iesus de profectu suo loqueretur, tristitia grandis, rationabilisq. multũ discipulorũ corda impleuit, quã vt moderaretur, Iesus multa retulit cõmoda, quæ ipso proficiscente in cælũ reportarent illi aduenięte Spiritu sancto. Christus enim existẽs inter homines visibilis eorũ purgauit intellectus, recessit autẽ, vt Spiritũ sanctum mitteret, qui purgaret affectum, li. 3. c. 14. nu. 24. vsq. ad 28. Ideo dixit: *Expedit uobis vt ego vadã. Si enim non abiero Paracletus nõ ueniet ad uos, &c.* Expedientissimũ quidem fuit, vt Iesus, quãdiu Apostoli erant infirmi, cũ eis conuersaretur, expedientissimũ autem, vt iam in vita grandęui illius consolatione priuarẽtur. Sicut enim mater, quæ amẽs non est, scit lacte quidem alendũ infantem, qui solido, & rustico cibo nondum valet vti, qui masticare illũ non valet, nec digerere, qui modico calore naturali gaudet; cum autem adoleuerit, lacte pascendus non est, sed cibo alio. Et sicut stulte ageret mater educãs filiũ paruulũ carnibus, ita si eũ iam virum effectum vellet solo lacte pascere, sunt enim hi cibi varijs accõmodati personis. Sic & Deus lacte consolationũ mirifice recreat præsentia sua illos, qui in Christo paruuli sunt. At postquam adoleuerint, cũ exercitatos iã habeant sensus ad discretionẽ boni, & mali, recedere potest sponsus, spõsaq. ad tẽpus suauissimis eius amplexibus priuari. Vnde cũ Esaias vellet docere, quæ exhibi- *Esai. 66.* turus esset Messias hominibus imperfectis, dixit: Ad vbera portabimini, & super genua blãdientur vobis, quomodo si cui mater blãdiatur, & ego consolabor uos. Et alibi: In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, *Esai. 40.* fætas ipsæ portabit. Et iterũ: Filij tui de longe venient, vtpote robusti, filiæ autem tuæ de latere surgent, vel vt Hebræa lectio habet: Filię *Cap. 60.* tuæ lac sugent. Et hac ratione in Cãticis spõsa ardẽtissime præsentiam postulabat sponsi, osculum oris petens nunc, iam efflagitans, vt in hortum veniret, iã vt ostẽderet faciẽ, sonaretq. vox dulcissima eius in auribus, vtpote cuius vox dulcis esset, faciesq. decora: Tenui dilectũ, nec eũ dimittam. Postquã autẽ dilecti *Cant. 5.* præsẽtia mirabiles profectus est assecuta, quę amplius eũ desiderare debuisset, clamat: Fu- *Cant. 8.* ge, dilecte mi, super montes Bethel, quoniam *Eccl. 3.* tẽpus est amplexandi, & tẽpus cessandi ab amplexibus, tẽpus ridendi & tẽpus flendi, tẽpus belli & tẽpus pacis. Et quia iã instabãt dies, in quibus Apostoli cessarẽt ab amplexibus Domini, inquit: *Expedit nobis vt ego uadã, si enim non abiero Paracletus non ueniet ad uos.* Domine Iesu tãta inter te, & Spiritũ sanctũ oppositio est, vt si tu non abieris, ille venire nõ possit? Indiuisa sunt Trinitatis opera. Si quis diligit me sermonẽ meũ seruabit, & pater meus diliget eũ, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus vtique tres diuinę personæ. Indubiũ id quidem, nec ob id discessum suum necessa-

rium dixit, sed vt docet Augustinus, quia tã erãt affecti discipuli humanitati Christi amore quodam non carnali, sed humano, quo gratiam illam, quam Deus diffuderat in labijs illis, admirabantur speciosum forma præ filijs hominum, sic intuebantur, vt ea, quæ maiora erant, & interna, minus & aduerterent, & diligerent, Amor quidem bonus, sed minus perfectus. Vnde vt inuisibilia, & diuina. quæ supra humanitatem illam sanctam erant diligenda, vehementius amarent, & ad accipienda maiora dona digniores redderentur, vt solidiori vescerentur cibo, expediẽs erat, vt Dominus recederet, vt Paracletus veniret, vt
2. Cor. 5. dicere possent id quod postmodũ dixit Paulus: Et si cognouimus Christũ secundũ carnẽ, sed nunc iam non nouimus. Ac si diceret: Cognouimus Christum amore quodam humano
S. Thom. (Aug. & S. Tho.) etsi adhæsimus aliquãdo Chri-
2 Cor. 5. sto (voce enim loquitur omniũ Apostolorũ)
Iesai. 4. quando. s. nobiscum erat præsentia corporali, secundum carnem, id est, secundũ carnalem affectum, sed iam non nouimus, iam iste affectus carnalis cessauit per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, quo amor spiritualior, & eleuatior effectus est. Contigebat Apostolis, quod paruulo accidere solet, qui limpidissimum contemplans fontem, & in eo perspiciens vmbram pomorum, quam, simplicissimus cum sit, credit esse vera poma, eaq. optat & colligere, & manducare, credens se pomorum apparentia, quæ talia non arbitratur, ille posse satiari, & delectari, vt ab errore liberetur tanto turbatur aqua, vt sic oculos sursum leuet, & conspiciat in arboribus pendentia poma, quorum solam imaginem contemplabatur in aqua, ita discipuli attenti erant humanitati Christi, quæ respectu diuinitatis comparabatur sicut vmbra ad veritatem. Cõturbatur aqua moriente Domino, & pergente ad patrem, & mox intelligunt, dum stant aspicientes in cælum a sede Dei omne datum optimum, & omne donum perfectum sperandum esse, diuinitatis fructus incipiunt desiderare, & sedent in ciuitate, donec induantur virtute ex alto, &
Act. 1. baptizentur in Spiritu sancto, vt supernam diligant ciuitatem, nouam nuptam Agni, contemptis omnibus, quæ sunt in terra. Dum in villula orta est, & comitata marito, & filijs totam vitam duxit in miseria femina quædã, rogata vt curiam Regiam desideret, adeat vbi multis ditabitur bonis, multo afficietur honore, id contemnit, viculo suo, consanguineis, filio & marito multum affecta, illum credit cunctis ciuitatibus præstantiorẽ, curiamq. antecellere, vtpote quæ nullã aliam vidit ciuitatem, nec quæ geruntur inter Principes præclara animaduertit illa respuẽs, solum illa magnificit, & diligit, inter quæ educata est cõtemptibile oppidulum, in quo degit vir, & filius, qui sibi admodũ sunt chari, pro curia habet. Vt istam deserat stultitiam, & sanæ mentis effecta illa diligat, & magnipendat, quæ diligenda sunt contemptis his, quæ re uera vilia sunt, priuatur marito, & filio, & ducuntur hi ad curiam, vbi multis a Rege afficiuntur honoribus, tunc illa omni sollicitudine anxia, lacrymis plena inquirit diligenter curiam, & pergit omnibus alijs contemptis, quæ antea in patria & diligebat, & magnifaciebat. Vnde obsecro tanta nouitas accidit? quæ tantæ mutationis occasio? Translatio certe eorum, quos tenere, & multum diligebat in Regiã curiam. Sic discipuli Domini exilium reputabant pro patria, vtpote qui conniuebant illi, qui pater erat, & sponsus eorum Iesus, & dicerent: Bonum est nos hic esse. Transfertur sponsus in supernam patriam, & continuo contemnunt discipuli, eorumq. imitatores cuncta, quæ diligebantur in terra, & inhiant ore cordis in superna fluenta fontis vitæ, vilescitq. protinus mundus cum delectationibus suis. Vnde Ecclesia in vigilia Ascẽsionis postulat omnibus Christianis, vt eorum intentio, quo solemnitatis venturæ gloriosus auctor ingressus est, semper intendat, vt quo fide pergit, conuersatione perueniat. Quando Deus hominem
Aug. in conf. condidit, illum creauit, ait Augustinus, vt summum bonũ intelligeret, & illo frueretur, at miser homo creatorem deserẽs, creaturas amplexus est, transtulit & amorem, & cogitatus, humanosq. affectus a creatore in creaturas, quem vt misere perditum lucraretur, Deus homo factus est, vt mirabili potentia sua, & bonitate, & sapientia, hominis voluntatem abduceret a creaturis in creatorem, vt illis reiectis, quæ vilitatem, & fæditatem præ se ferebant, mirabili & magnificentissimo Domino coniungeretur, vt mirabilem hanc efficeret transmutationẽ, & metamorphosim, homo homini similis, cum illo conuersabatur, edebat &c. eius infirmitatibus prouidebat, & necessitatibus, vt similitudine illa, quæ causa amoris esse solet, sancta illa humanitas diligeretur, quæ in cælum transiata humana corda secum duceret, & eleuaret, vt Deum & desiderarent homines, & diligerent. Similis effectus fuit Iesus noster sapienti venatori, a quo accipirer aufugit cumque ad eius manus redire nolit, cibum ostendit, quo pascitur, quem cũ viderit, protinus ad dominũ reuertitur, illoq. saginatus dominum sequitur ferentẽ escam, quocumq. ille perrexerit. Ita Christus desiderauit homo factus cibare homines, & obescare illos, qui bestijs similes effecti fuerant, vt illi affecti multum eo proficiscantur, quo ille abierit, pergitq. in cælum, vt in Deum humana feratur mens. Vnde in oratione hodierna id instanter postulat Ecclesia, orans vt fidelium mentes ament, quod ipse præcipit, & desiderent, quæ ipse promisit, vt inter mundanas varietates ibi humana fixa sint corda, vbi vera sunt gaudia. Hoc ergo, ait Iesus, est meæ absentiæ lucrum, vt mentes vestræ trãsferantur in cælum, quo ad recipiendum Spiritum

ritum sanctum efficiamini digniores, & capaciores. Hæc diuina in nobis efficit bonitas, quod vt crescamus, similis agricolæ inferiores arboris ramos secat, vt superiores crescant, maiores det arbor fructus, & arbor eminentior fiat, voluntati enim humanæ, vt crescat in Dominum, terrenum aufert amo-
Aug. in conf. rem auferens amicum, filium, virum, aut vxorem. Minus enim te amat, ajebat Augustinus in confessionibus, qui tecum aliquid amat, ille perfecte te diligit, qui sine alio te diligit, & tanto quisque minus te diligit, qui cum alio te diligit. Efurientes enim implet Deus bonis, fastidiosos diuites dimittẽs inanes, eos, scilicet, qui consolationibus abundant terrenis. Religiosi amantes terrenas consolatiunculas carent cælestibus, libr. primo, cap. decimo octauo, numer. 29. & 31. lib. decimo quinto, cap. quarto, numer. 17. & 20.
3 Religiosorum hæc perfectio est exutam habere mentem cunctis terrenis, vnitamq. Christo, libr. 18. cap. 18. numer. primo. Spiritum sanctum vt accipiat homo, terram calcare debet, lib. sexto, cap. decimo quinto, numero secundo, lib. decimo sexto, cap. duodecimo, numer. 42. Spiritus sanctus animam in portum ducit, si munda vela voluntatis huic vẽto suspendantur, lib. decimo sexto, cap. duodecimo, numer. decimo sexto. Ex his colligere debemus, quod si humanus affectus erga humanitatem Christi impedimento esse valuit, ne Apostoli minus spirituales ad recipiendum Spiritum sanctum essent minus idonei, quid inordinatus amor hominum in homines, & temporalia bona poterit efficere nocumenti? Religiosis speciales amicitias interdicebant Sancti, lib. decimo quinto, cap. tertio, num. nono. Anima omnibus bonis terrenis vacua esse debet, vt cælum fiat lib. duodecimo, cap. tertio, numer. 36. Amicitia, hominumq. amor moderate, & ordinate sit in nobis, lib. primo, cap. vndecimo, numer. septimo, capit. decimo sexto, numer. 17. & 18. cap. 17. numer. 27. cap. decimo nono, numer. decimo tertio. Amor nisi moderetur quæ causabit damna, quando amor erga humanitatem Christi perficiendus fuit in
Ezai. discipulis, Christo sublato in cælum, vt Spiritum sanctum acciperent, qui, nisi Iesus abiret, venire non poterat. Angustatum est stratum mentis nostræ, & pallium breue voluntatis humanæ, si ad creaturas nimium extendatur duos operire non potest. Excludat ergo a se creaturarum amorem nimium, qui Spiritui sancto hospitium parare debet. Ait ergo Iesus: *Expedit vobis, vt ego vadã* non quia
Hebr. 10. eius corporalis præsentia non profuerit, sum me enim nobis profuit, immo summe necessaria fuit, sicut docet Paulus, quoniam Iesus initiauit nobis viam nouam. Ergo non ob id expediebat vt abiret, sed quia Apostoli in Christo quærebant, & expectabant temporale regnum. Dicit ergo Dominus, non ideo habeo, quod tædeat me uobiscum commorari, immo vestra vtilitas me cogit abire. Expedit uobis vt patiar, sic enim satisfaciam pro peccato vestro. Expedit vobis vt moriar, sic enim mors vestra abolebitur. Expedit vobis, vt sanguinem fundam, sic enim patrem vobis repropitiabo. Expedit uobis, vt ad patrem redeam, sic enim assistam vultui Dei pro vobis. Expedit vt Spiritum vobis impetrem, alioquin iterum excident, quæ dixi vobis. Adempta ergo eis visibili præsentia Saluatoris, didicerunt regnum Christi non esse de hoc mundo, eiusq. promissiones esse spirituales, vnde contemptis omnibus terrenis ad cælestia inhiabant. Obserua quam ob causam Deus suis subtrahit, quod amant filios, diuitias, amicos, vt discant in solo Deo sperare, alioqui forsan his rebus abuterentur in malum. Mortes filiorum, & coniugum tam frequentes sunt, quia eos immoderate diligimus, lib. quarto, cap. primo, numer. decimo nono, & vigesimo. Tandem
S. Thom. (S. Thom. in hoc loco) expediens dixit Christus vt ille abiret, vt aduenire Spiritus sanctus, quoniam quamdiu Iesus erat cum discipulis, sufficienti præditi erant auxilio ad resistendum malis & operanda bona, sufficientem habebant consolationem in aduersis, & tristibus, at absente Christo consolator necessarius erat Spiritus sanctus: Quem docebit scientiam, aut quem intelligere faciet au-
Esai. 28. ditum? Ablactatos a lacte, auulsos ab vberibus, vbi Iesus consolator abfuit, rogat patrem, sicut promiserat, vt alium paraclerum, & consolatorem loco sui mundus recipiat. Ille enim in cælo positus continuo poposcit a patre, vt mitteret Spiritum sanctum, libr. 16. capit. duodecimo, numer. 19. & 64. Accepit ille figmentum nostrum, & dedit nobis spiritum suum, numer. 26. Christo elevato in cælum Spiritus sanctus ad nos venit, libr. tertio, cap. decimo quarto, numer. 4. 13. 17. & 19.

Vado ad eum, qui misit me, & nemo ex uobis interrogat me: Quo vadis? Discat Christianus 4
vocationem suam esse, vt ad Deum vadat. Ideo semper apud se cogitet: Vado ad eũ, &c. Omnes quidem properamus, & numquam subsistimus. Homo enim natus de muliere,
Iob. 14. præterquam quod breui viuit tempore, numquam in eodem statu permanet. Vitam hã intelligat fugitiuam, & breuem, qui nouissima debet prouidere, lib. 18. cap. 16. numer. 24. In hac vita nihil gerere cum stabilitate possumus, num. 21. & 26. Vadit autem anima affectibus, veluti pedibus in Deum, sicut ijsdem dicitur volare tamquam pennis, & ascendere veluti scalis lib. 1. cap. 22. num. 7. lib. 9. c. 23. n. 23. & 24. Amore bono ascendimus ad Deũ, & malo descendimus, lib. 1. cap. decimo octauo, num. 11. Passiones quatuor, quatuor vitę sunt currus, quo homines ducuntur boni & mali. Dicitq. Iesus: *Vado ad eum, qui misit me*, quia non omnes vadunt ad Deum. Si ad Deum vadis, quid te oneras rebus terrenis, &

culpis? Cum his apparere non poteris in cõspectu Dei. *Vado*, inquit, quia in bono proficiscendum est semper, quoniam, vt aiebat Bernardus, in itinere Christiano nõ progredi regredi est. Stultum enim est velle stare, cum dictũ sit Loth egresso a Sodomis: Ne steteris in omni circa regione, sed in monte saluum te fac, ne & morti simili pereas, ac si Sodomã non fuisset egressus, illis enim similis eris in pœna, si steteris, & non ad montem properaueris. In scala enim illa mystica, quam vidit Iacob, Angeli ascendebant, & descendebant, nullusq. visus est stans, ait Bernardus, aut sedens: In virtute proficiendum semper, ita vt virtute habita nullus contentus sit, lib. quinto, cap. 8. num. 3. lib. 9. cap. 22. num. 10. 12. 13. 21. vsque ad 23. 26. vsque ad 34. lib. 14. cap. 24. num. 6. lib. 18. ca. 8. num. 1. 12. vsque ad 14. 16. & 18. In virtute qui non proficit, deficit lib. 9. cap. 22. nu. 15. 25. 26. & 34. libr. 14. cap. 8. nu. 18. *Nemo ex vobis interrogat me: Quo vadis?* Apostolos prouocat ad familiares interrogationes, quales deberent esse inter amicos, maxime ab inuicem separandos, vnde & vtilitatem perciperent, & a mœrore liberarentur. Morti iam proximus Iesus arcana patefacere cordis desiderabat, si interrogando digni fierent Apostoli. *Adhuc multa habeo vobis dicere*, id est opto, *Sed non potestis portare modo*. Interrogari desiderabat Iesus, vt verbis suis intellectum Apostolorum plenius illuminaret, affectumq. vehementius accenderet enarratione illius, cuius verbis corda ardebant. Cum enim semper diligens suos in fine maiora dilectionis signa ostendere cõstituisset, id solum desiderabat, vt familiariter eũ interrogantes viam aperirent sonanti tonitruo, quo imbribus impleretur inuia & desolata terra eorum. Hæc enim diuina bonitas, vt maiora velit hominibus beneficia, maioraq. bona conferre, quam illi recipere disponerent. Deus emittere nititur suam misericordiam, quasi qui parturit fœtum, lib. 4. ca. 7. numer. 9. & 16. Vnde interrogari volebat Dominus, vt eos doceret, quæ ipsorum, & nostræ expedirent saluti.

Genes. 19.

Bernar. epist. 91.

Iob.

5 *Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me. De iustitia vero, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me. De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.* In his verbis primum omnium diuina dilectio consideranda est, & pietas, quia ad arguendum mundũ cum mittere Iesus disposuisset Spiritum sanctum, qui amor est, venturum dicit. Sicut enim cum in ciuitate aliqua graue aliquod crimẽ, quod vergit in nocumentum grande reipublicæ patratum est, maxime autem si crimen fuerit Iæsæ maiestatis, iudicem mittit Rex, quem Hispani vocamus *Pesquisidor*, ita Iesus in iudicem missurum Spiritum sanctum dicit, qui iniuriam vindicet in ipsum illatam a mundo. Sed obsecro, Domine, non cõuenientius mitteretur potentia Patris, vt se de hostibus vindicaret? Diuina ira, & indignatio potius, quam diuinus amor, qui in condonandis offensis magnificus est, commodius officium iudicis exequi viderentur. Quia enim mundus Dei bonitate vitam non commutauit in melius, quando Deus homo factus est, dignus certe erat, qui diuinam experiretur potentiam, & indignationem, & qui potenter mala operatus est, porenter etiam tormenta pateretur, & qui tot, tantisq. beneficijs fuit abusus, qualia illa fuerant quæ incarnatione Domini, sancta eius prædicatione, tantorum prodigiorum patratione, eiusq. acerbissima passione, cuius mundus fuit auctor, dignam reciperet pœnam traditus tortoribus, & missus in carcerem, donec vniuersum redderet debitum decem millium talentorum, inde non egressurus, quousque solueret nouissimum quadrantem? Si quidem missurus, esset Iesus Spiritum sanctum, vt quos diligeret argueret & castigaret, & sicut pater flagellaret omnem filium, quem recipit leuicularumq. culparum, & negligentiarum, eos & punies, & diligens animaduerteret, non mirarer, cum iuxta delicti qualitatem cernerem esse plagarum modum, simpliciq. & benedicta medicina medicus noster sapientissimus leui, & facili mederetur ægritudini. At cum mundus arguendus esset grauissimorum criminum reus, is non quidem in spiritu iudicij, hoc est, leniter, sed in spiritu combustionis dignus erat, qui argueretur. Peccata leuia, vt sordes lauantur, grauia autem combustione egent, lib. 14. cap. 8. numer. vndecimo. Spiritus iudicij dicitur Spiritus sanctus, & combustionis purgans, & puniens, lib. 16. cap. 12. num. 26. Leui enim animaduersione iusti retrahũtur a malis, si quæ patrauerunt, vt in Dauid legimus, mundus autem criminibus immersus animaduersus graui vltione nõ respiscit. Cum ergo ascendente Iesu in cœlum mundus, qui totus in maligno positus erat, esset arguendus, in sacra enim scriptura mundus vocatur insinceriſsima, innumerisq. mutationibus obnoxia vita, lib. vndecimo, cap. 12. num. quarto. Mundi rectores, hoc est, malorum dicuntur dæmones, numer. 38. & 43. docetur quo modo in maligno sit positus, certe videretur non diuino arguendus amore, sed ea indignatione, & rigore, quo peccata semper fuerant punita, lib. quarto, cap. decimo octauo, numer. primo vsque ad 12. 15. 16. 18. vsq. ad 20. & 25. Maxime cum ista, de quibus arguendus erat mundus, post mortem Domini omnibus essent grauiora, vt in eorũ explicatione adnotabimus. Et si quidẽ adueniente Iesu in mundũ arguenda essent scelera, id multa mansuetudine esset agendum, cum venisset ille non iudicaturus mundũ, sed redẽpturus, veniens sedere in throno non iustitiæ, sed gratiæ, qnando tempus erat miserendi, non puniendi, quando postulantes discipuli ignem, quo funditus periret Samaria, audierunt: Nescitis cuius spiritus estis, cum illius non sitis, qui venit non perdere, sed saluare. Venit enim vt spõsus vnguentis plenus, vt sponsæ benefaciat, quantumcumq. illa exciterit antea adultera, lib. 3. cap. 5. num. 7. 58. 86. vsque ad 88. Christus enim in primo aduẽtu cunctis fuit placabilis, lib. 3. c. 5. nu. 28. 32. vsque ad 36. & 45. cap. 7. num. 34. 35. 42. & 43. Christus gladius quidem erat bis acutus non autem vibratus in primo eius aduentu, sed vibrandus in secundo, lib. 9. cap. 9. nu. 53. Nisi enim Iesus venisset prius misereri, quam iudicare, damnaret vtique omnes, lib. 2. cap. 11. nu. 32. Instante ergo incarnationis tempore spiritum mansuetudinis mittendũ ad arguẽdum nec mirum esset, nec magnipendẽdum videretur, cum aliud sit tempus pacis, aliud belli, aliud tempus plantandi, & aliud euellendi, quod plantatum est, si fructum non dederit. Primusq. Domini aduentus tempus pacis ab Angelis vocatum est, in quo doctrinarum semina, & fides plantanda essent in hominibus, vbi seminandum esset triticum, nec 6 eradicanda tunc zizania. Sed tamen licet hæc omnia vera sint, quod homines diuinam experiri indignationem mererentur, non dilectionem, cum non probandi essent amici leuium culparum arguendi, sed mundus inimicus Dei, grauissimorumq. criminum reus, qui verbi incarnati fuerat ingenti bonitate, summisq. beneficijs abusus turpiter, & nequiter, quæ Deus semper acriter punire consuerit, nihilominus hæc eius fuit admiranda bonitas, quod cum arguendum, castigandumq. mundum prædiceret, ad id Spiritum sanctum, qui amor est, missurum pollicetur, quo consolarentur peccatores, & veniam sperarent. Licet enim Iesus innumera sit perpessus tormenta in crudeli bello, quod cum hominibus gesit, in quo occisus est, & potens ad se vindicandum surrexit, nihilominus tot animaduertens hominum flagitia, amorem suum missurum dicit, qui causam examinet & vindicet ea bonitate & benignitate, quæ speranda est ab eo, qui amor dicitur, & est. Hæc diuina sunt opera, vt in operibus etiã iustitiæ summus eius manifestetur amor. Minatur Deus peccantem, brachium leuat vt percutiat, at virga, &, vt ita dicam, carnifex, & executor iræ amor est. Vnde aiebat Dauid: Virga tua & baculus tuus ipsa me cõsolata sunt. Ipsamet virga, flagella ipsa me consolantur, vtpote quæ delectatione sunt plena. Hæc adnotauit Gregorius in Ezechielẽ explicans verba illa: Et factum est in vigesimo quinto anno transmigrationis nostræ, facta est super me manus Domini, &c. & in cap. primum: Cum essem in medio captiuorum iuxta fluuium Chobar, aperti sunt cæli, & vidi visiones Dei. Cum esset inter captiuos Propheta apertum est cælum, & diuinis reuelationibus releuatus est populus, qui ob crimina sua in captiuitatem fuerat ductus, & iustitia Dei captiui erant, sed quia hæc miseri-

Psal. 22.

Greg. ho. 41.

cordia plena est cælum aperitur eis, & Prophetæ visionibus consolantur. Cũ Rex ingressus est, vt eos cõsideraret, qui ad nuptias eius venerant vocati, inuenit hominẽ, qui non habens vestem nuptialem repertus est, cui dixit: Amice, quomodo huc intrasti non habẽs vestem nuptialem? Quem expellere continuo vis Domine de conuiuio, & in tenebras mittere exteriores, amicum vocas? Vtique id facit, vt ostẽdat amorem antecedere punitionem. Rubus quondam visus a Moyse, quem stupens ille considerabat, spinis erat plenus ex vna parte, & igni immersus, in quo Dominus erat inter ignem, & spinas, in quo diuina obumbrabatur iustitia, quæ vulnerat, & sanguinem excutit ad modũ spinarum. Sed quia amore madet, & abũdat, ignẽ habet sparsum, quo totus rubus operitur. Vnde scriptum est: Cũ iratus fueris misericordiæ recordaberis. Deus punit prouocatus peccatis quasi inuitus, &c. lib. 4. cap. 12. late. Flagella Dei semper miscentur misericordia, lib. 4. c. 6. nu. 1. vsq. ad 8. 10. vsque ad 14. 16. & 17. c. 7. nu. 3. & 4. c. 12. nu. 7. lib. 6. ca. 9. nu. 24. & 33. lib. 14. ca. 18. nu. 1. Hac ergo de causa Dei misericordiam ostẽdi in hominum miseria, & non potentiã fuit expediens, li. 4. ca. 7. nu. 25. & 26. Hæc quidẽ Deo innata conditio est, sed caueat homo, ne eũ, qui talis est, amarum reddat assiduitate peccandi, sicut impij faciunt, li. 1. c. 20. nu. 4. lib. 4. c. 8. nu. 6. ca. 9. nu. 5. 6. & 9. Deum mitem in ferarum rabiem conuertũt peccatores, li. 4. ca. 18. nu. 20. in quo capite differitur, quod Deus acriter punit homines, quando non emendãtur. Illud diligenter consideret homo, quod Deus patienter fert peccantes, sed tamen cõpleto numero peccatorum acriter punit, li. 2. c. 11. nu. 8. 9. 22. vsque ad 24. & 26. ca. 8. nu. 1. 6. vsque ad 10. 12. & 16. ca. 18. nu. 9. vsque ad 12. 18. & 19. Dicit ergo Dominus iuste, expediẽtissimũ esse, vt vadat, & mittat amorem suũ, & benignitatem, vt arguatur mundus in misericordia, non in furore, aut ira, sicut Dauid postulabat: Domine ne in furore tuo arguas me, &c. Deo similes esse debent homines, vt correctionem in eis præcedat amor, dicente Paulo: *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto*, &c. huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, ne in spiritu vehementi conterantur naues Tharsis, & pereant. Vnde aiebat Plato: Vitia animæ, sicut & corporis inflationes, leniter tractanda sunt vnctionibus, vt curẽtur. Secũdo missurũ dicit Spiritum sanctũ, cui tribuitur bonitas summa, vt arguat mundũ, hæc enim necessaria est in his, qui alios debent corrigere, ne audiant: Qui prædicas non furandum furaris, &c. vnde homines parum nostris temporibus in arguendo proficiunt, quia ijsdem detinentur vitijs, quæ corripiũt. Corrigens alios prius se ipsum corrigat, lib. tertio, cap. vigesimo octauo, numer. decimo quinto & vigesimo tertio. Missurum ergo Iesus Spiritum sanctum dixit, vt tria argueret mundi crimina. Vt argueret illum de pecca-

Matth. 22.

Exod. 3.

Abac. 3.

Galat. 6.

Chrysost. ho. 77. in Ioan.

to, id est (secundum Chrysostomum) sine venia peccasse demonstrabit. Omnem auferet excusationem, *de iustitia*, id est, testimonium feret, quod ego irreprehensibiliter vixerim, cuius signum est, quia iam ad patrem vado perpetuo mansurus apud eum, quem nullus valet aspicere, nisi mundus & incoinquinatus. *De iudicio*, id est, meam sanctitatem ostendet, dum manifestabit, quam de diabolo victoriam reportaui. Vel aliter, *cum uenerit ille*, id est, cum perfecte corda vestra impleuerit, & ablato inordinato timore, veram animi libertatem, inconcussam constantiam, feruidamq. vobis dilectionem Dei, & proximi infuderit, tunc per vos incipiet arguere mundum, quia mundus & caro se arguere nesciunt. Via enim stulti, ait Sapiens, recta videtur in oculis suis. Vnde de

2. Cor. 3.

Iudæis dicit Paulus: Velamen positum est super cor eorum. Peccatorum enim is effectus est & certus, & pessimus, quod animam cæcat, ne illius cognoscat nocumenta, quæ infert mala, & bona, quibus priuat. Cæcitatem causant in anima peccata, lib. tertio, capit. 4. num. 3. 11. 12. 14. vsque ad 16. 19. & 21. Cæcitas aliquando est peccatorum causa, aliquando effectus, numer. 17. vsque ad 19. meritoq. cæcantur illi, qui bonum, quod cognoscebant, non facientes rebelles facti sunt lumini, ibidem numer. 19. & 20. Cognitio propriæ cæcitatis illuminat animam, qui autē, cum mali sint, videre se credunt, cæci sunt, libr. tertio, capit. 19. numer. 22. 33. 35. & 36. Cognitio bonorum, quibus carent, est in iustis, non autem in peccatoribus, lib. quarto, cap. 28. numer. 21. & 22. Arguet ergo si impius fueris, si autem pius consolabitur. Arguet peccata primum per internam illuminationem, secundo per externam prædicationem, vt conuertamur a vitijs, & exuamus veterem hominem cum actibus suis, & induamur nouum, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Tertio *arguet mundum de peccato* per piam, & sanctam fidelium conuersationem, quo enim pij sanctius viuunt, eo damnabilius apparent peccata mundi. Vnde Iesus dixit: Viri Ni-

Matth. 12

niuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam, id est, merito condemnandam ostendent. *Arguet de iustitia*, quam neglexerunt. Secundo de iustitia, & sanctitate Christi, quam non acceptauerūt, nec imitati sunt. Arguet *de iudicio*. Primo ostendens eos iuste condemnandos, & iudicandos. Secundo arguet *de iudicio*, quod nec attendunt, nec timent, nec præcauent iudicia Dei, quæ vident, & audiunt super impios recidisse. Peccatores, dum iram Dei non credunt venturam, sine freno peccant, lib. 4. ca. 8. num. 5. vsque ad 10. 12. 13. & 19. cap. 18. nu. 6. vsque ad 10. 13. & 14. Peccator fit tanto securior, quanto peior, lib. 4. cap. 19. nume. 13. cap. 31. numer. 39. Flagellis alienis visis non emendantur mali in grāde malum suum, lib. 6. ca. 10. num. 3. vsque ad 5. 7. & 26. Tertio arguet *de iudicio*, quo diabolus princeps mundi iudicatus est. Hæc enim impiorum ingens perditio est, quod quamuis videant eum debilitatum, nec sic tamen ei resistunt, aut fugiunt, sed ei adhærent. Recte, meritoq. iudicandi, & condemnandi hi, qui diabolo a Christo Iesu victo, viribusq. priuato subduntur. Diabolus enim iam victus illuditur a seruis Dei, lib. 2. cap. 8. num. 29. & 30. lib. 3. cap. 9. numer. 47. lib. 4. cap. 32. numer. 3. Diabolus modo ligatus est in cordibus impiorum, lib. 2. cap. 8. num. 35. 36. 38. & 42. Ligatus enim tantum prævalet negligentibus, lib. eodem num. 38. vsque ad 41. lib. 4. ca. 32. nu. 2. Quarto arguet *de iudicio*, id est errore, quod præpostero iudicio Deum relinquunt, & diabolo adhærent, vanis rebus student, veris neglectis. Quinto arguet *de iudicio*, quod non iudicant, aut damnant, sed probant mundum, & quæ in eo sunt, cum omnia sint vanitas, immo, quod amplius est, vanitatis ipsius vanitas. Cum mundus non esset amandus cuius figura præterit, libr. 11. capit. 12. numer. 41. Cum mundus, qui locus est malitiæ, & officina impietatis, contemnendus esset lib. 11. cap. 14. numer. octauo. Cumq. mundus diligendus non esset, cum omne, quod in eo est, concupiscentia sit carnis, &c. lib. 11. cap. 13. numer. 1. illum diligunt impij stulte quidem, sed nimis. Vnde merito damnādi sunt. Sexto arguet sapientiam mundi esse stultitiam. Mundus probat opes, voluptates, potentiam, nihil scit de rebus diuinis, vitam crucis, mortificationem, pœnitentiam damnat. Spiritus sanctus probat veram sapientiam. Vera autem sapientia est nosse opes, voluptates, &c. esse vanitatem. Sapientia vera in solis iustis est, vbi exponitur, in quo fita sit libr. 9. cap. 17. num. 2. vsque ad 8. 14. vsque ad 16. 22. & 25. Sapientia mundi stultitia est, nu. 6. 7. 13. & 15. Sapiens ille tantum est, cui quæque res sapiunt, prout sunt, ibid. nu. 24. Hinc consolandi multum sunt iusti, qui a mundo & iudicantur, & paruipenduntur, & condemnantur, cum infamijs subduntur, tum quia his iudicijs indignius multo subditus fuit Dominus meus Iesus, tum etiam quia certo veniet tempus, in quo arguantur, & conuincantur mundani in oculis totius orbis, immo cūctis tacētibus illi propriā confiteantur stultitiam corā toto orbe, quod vitam iustorum crediderint insaniam, cū illa sola vita, quæ in iustis erat, vera sapientia abundaret, reliquæ autem stultitiæ essent, & deliramenta hominum insensatorū. Arguentur mundani de iudicio & Christi, & Christianorum, qui hoc nomine digni fuerint. Cum causa enim Christi Dei tua causa, si iustus fueris, & iudicanda est, & condemnandū stultum impiorum iudicium. Hæc sit tibi consolatio, in infamijs, in iniurijs illatis. Mundanorum iudicia contemnenda sunt, quia corrupta sunt, & ridicula, lib. 11. cap. 14. num. 4. vsque ad 6. 8. 10. 12. & 14.

Ad-

8 *Adhuc habeo multa uobis dicere, sed non potestis portare modo. Sed cum uenerit ille Spiritus ueritatis docebit uos omnem ueritatem.* Monentur primum his verbis prædicatores, vt non tantum attendant quid dicant, sed & quibus, & quo tempore quæque loquantur. Considerent ut ea tantum proferant, quę audientes ædificent, & nō turbent. Prædicatores sancti dicuntur nubes pluentes, quando & vbi oportet. libr. primo capit. vigesimo tertio. nume. tertio. lib. vndecimo. cap. tertio. num. secundo. lib. 14. cap. 26. nume. vigesimo primo. vigesimo nono. 34. & 35. Prędicatores multa egent prudentia, vt sciant quæ, & quando & quibus debeant prædicare. libr. decimo quarto. cap. vigesimo sexto. nume. decimo sexto. 24. vsque ad 27. 34. & 35. capit. vigesimo nono. nume. 30. Prædicatores verbum Dei scindunt, vt quem integrū sumere non potest populus, sumat in partibus. lib. decimo quarto. cap. vigesimo sexto. nume. decimoquinto. vbi per totum caput de re hac disseruntur multa. Quod perfecit Iesus, dum quædam reseruauit Spiritui sancto, qui doctu rus erat omnem veritatem concernentem discipulorum salutem, doceretque efficaciter scientia practica, & non tantum speculatiua, qua existente multi pereunt, sed ea qua existente recte operantur iusti. Omnem veritatem edoctus est, qui scit, quid credendum est, quid agendum, quid sperandum, quid timendum, quid diligendum.

9 *Aug. in Ioā. tract. 100.*

Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit uobis. Augustinus sic habet: Spiritus sanctus clarificare dicitur Christum, quia diffusus in cordibus manifestabit ipsum æqualem esse Deo patri, vel certe, quia per ipsam charitatem timore deiecto repleti discipuli fiducia annuntiauerunt Christum hominibus, & sic eius fama diffusa est toto orbe terrarum, quasi dicat. *Ille me clarificabit*, id est, ille a uobis auferet timorem, & dabit amorem, quo me ardentius prædicantes gloriæ meę per totum mundum dabitis odorem, commendabitis honorem. Diciturque clarificatus, vel glorificatus Christus, quia prædicantibus Apostolis homines habuerunt de Christo clara cum laude notitiam. Apostoli enim Spiritu sancto adueniente effecti sunt cæli, nubes, flumina, & ignis, libr. primo, capit. vigesimo tertio, numer. decimo 12. decimo quarto, vsque ad decimum sextum.

DOMINICA QVARTA post octauas Paschæ.

Euangelium.

Amen amen dico uobis, si quid petieritis patrē in nomine meo, dabit uobis.
Ioann. 16.

Vide libro 13. ca. 9. maxime nu. 17. 18. 19. & 23. ubi docetur, quare orationes non exaudiantur semper, & quod orationes malorum exaudiuntur frequenter in eorum malum, quando in bonum iustorum Deus illis negat, quæ poscunt.

1 *Dom. 4. post oct. Paschæ.*

IN celebri concione cę næ, quæ prorenditur a capite decimo tertio Ioannis vsque ad 17. grauia, & difficillima multum Iesus animad uerterat, quę perpeti deberent Apostoli ab illa hora, quæ per totam vitam essent continuanda, quando & Iudæi, & gētes, inter quos incredibile esset odium, in hac vna discipulorum persecutione sociarentur fædere maximo, vtpote qui crederent Deo obsequiū præstare Iudæi, dum eos interficerent, gentes autem Diis gratissimum offerre sacrificiū, quorum fidem, & pietatem in Deos penitus extirpare Apostoli niterentur. In bello hoc, quod illorum morte dirimendum esset, omni homi num solatio destituti fideles, quando crucifigebantur, pelle exuebantur, &c. in solo Deo confidendum erat, in cuius tantum adiutorio securi viuerent, quod vt suaderet Iesus morti iam proximus, docet omnia, quæ illorum concernerent salutem, siue prospera essent, siue aduersa, cum Deo esse tractanda, a quo media oratione remedium in mediis fluctibus esset postulandum, sicut hactenus & fecerant, & inuenerant consolationem. Ad pedes enim Domini prostrati consolationem semper receperant, certique essent, quod in tristitiis, in pressuris, infamiis, infirmitatibus, &c. ad pedes properare mundi, vt vel liberarentur, vel consolarentur, stultitia esset maxima, maxima vero & sapientia, & prudē tia, si ad pedes Domini prociderent audituri liberationem a malis, si id esset expediēs, vel saltem solamen, si id Deus conuenientius iudicasset. Sicut enim olim, ait Basilius, cū Deus infantem Moysem mira gubernasset prouidē tia in Aegypto, vt post multa tempora eum principem constitueret populi, quem de Aegyptiaca captiuitate educere decreuisset fugiens indignationem Regis, quæ ortū habuit in morte Aegyptij cuiusdam, in Aethiopiam

Basil ho. 1. in Exam. li. 13. c. 3. n. 5.

venit,

venit, vbi in desertis vitam agens, orationiq. continuo vacans per integros quadraginta annos ibi commoratus, Angelicamque vitam ducens habilis est redditus ad tantum negotium peragendum, in quo innumeræ futuræ essent difficultates in egressu populi, in quo Rex & expoliaretur seruis, & vtilitatibus multis priuaretur, quo renitente in portentis, & signis egrederetur populus, per vastam deserti solitudinem pergeret, vbi hostes insurgerent, siti lassarentur, pane indigerent, ingressiq. terram promissionis ciuitates inuenirent magnas, & muratas, & monstra filiorum Enach de genere Ginganteo, quibus ipsi comparati locustæ terram ambulantes viderentur, & tales cum essent cum illis congredi, illosque debellare debuissent, ad hęc omnia Moyses & sui, & populi causam agens tot annis in eremo cum Deo rem tractauit, quo medio facillimũ illud fuit, quod impossibile prorsus videretur.

Exod. 17. Vnde cum primum populus contra Amalech certamen esset subiturus, montem conscẽdit Moyses, vt pugnante Iosue in campestrib. ipse orando vehementius leuans manus in monte congrederetur, & vinceret, quod armis milites pugnantes efficere non ualuissent. Quod ita insitum fuit animis gentium, qui terram incolebant, ait Origenes, vt Balac Moabitarũ Rex, cum videret Israelitici populi multitudinem ipsius regnum velle inuadere, exercitum non quæsierit, nec arma, & munimenta parauit, sed Prophetam Balaam quæsiuit, & magnis pollicitationibus curauit, vt ille contra populum precaretur, qui in Aegypto non armis, sed orationibus pugnauit. Cui dictũ fuit: Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. *Exod. 14.* Et hac de causa vt æqualibus pugnet armis sacrilegas quærit orationes impij Balaã. Vnde dixit Rex ad seniores Madian: Nunc ablinget Synagoga hæc omnes, qui in circuitu nostro sunt, sicut ablingit vitulus herbam cãpi. In quibus verbis docet Origenes a quodã Hebræo, qui ad fidem conuersus est, se didicisse, isto vsum exemplo, vt doceret Rex, quod sicut bos vtitur lingua, veluti falce, qua herbam scindit, quam inuenit, sic iste populus labiis pugnat, & arma habet in verbis, & precibus, vnde mittit Balaam, vt & ipse deferat verbis verba contraria, & precibus preces. Sicut igitur cum vetus illa Ecclesia tantis tribulationib. & periculis fuit expositа, tantos passa hostes ad Deum confugiebat, & orationibus iuuabatur, ita cum in noua Christianorũ Ecclesia mundus contra illam esset concitandus vniuersus, ad orationem confugiendũ monuit Iesus, cum dixit: *Amen amen dico uobis, si quid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis.* In quibus verbis docet nos quotidie, & continuo orare, continuam nostram necessitatẽ illi præsentare, in qua ad ipsum est confugiendum.

Ho. 13. in Numer. & 11. in Exod.

Exod. 16 Ideo voluit Deus, vt populus colligeret quæ *Oleaster.* sufficerent per singulos dies. Dignum inquisitione est, cur Domine non dedisti eis panem ad mensem, aut quem ad hebdomadam saltẽ seruare possent, sed ad singulos dies? Vult Dominus nos semper ab eius prouidentia pendere, quoniam nouit nos non adituros eum, nisi indigeamus. Hinc prospice quam sint multę, & grandes hominum miseriæ, quanta sit hominis paupertas, quanta animorum necessitas, cum ter in hoc capite præcipiat, ut eius misericordiam adeamus, & remedium postulemus. Quapropter Chrysostomus in Acta Apostolorum. lib. 13. cap. 10. num. 10. & 17. non solum id a fidelibus impetrauerat suasionib., vt cõiugati, sutores, &c. qui sæculi curis occupabantur, & alendæ familiæ erant officiis suis intenti, surgerent cum vxoribus, vt noctu orationibus vacarent, exemplo illius, qui Rex cũ esset, & in regendo populo in bello, & in pace totus occupatus, media nocte surgebat, vt cõfiteretur Domino. His non contentus sanctus Præsul id suadebat, vt filij cum patribus etiam paruuli, & filiæ cum matribus ad orandũ surgerent, & si quidem per ætatem, inquit sacras vigilias, & preces protrahere non ualuerint, surgant saltem, & orent, & ad lectulum reuertantur, vt inter materna vbera pendentes & orationi assuescant, & discant id summopere esse necessarium ad conseruandam virtutem, & vt rorem orando recipiant diuinę misericordiæ, & bonitatis. Sicut enim qui in eis locis degunt, in quibus terra non producit ea, quæ ad victum sunt necessaria, non germinat poma, nec frumentum, non vinum, non denique reliqua, quæ ad vitam humanam conseruandam necessaria sunt, indigent vt aliunde ista transmittantur, vt viuãt. Eaq. esse debet continua, & ingens eorum sollicitudo, ea gubernatorum Reipublicę prouidentia assidua, ne deficientibus his cuncti pereant, ita & cũ terra hæc nostra miseriis sit abundans, tantũ tribulos germinet, ac spinas, in qua quidquid reperitur, aut concupiscentia carnis est, aut concupiscentia oculorum, aut superbia uitæ, vbi vanitas sola abundat, vbi omnes cibi saturandis animabus non sunt accommodati.

Ho. 26. in Act.

Psal. 118.

Sed omne datum optimum, & omne donũ perfectum desursum est a patre luminum descendens, a quo non minus pendet vniuersa hominum spiritualis satietas, & gubernatio, quam terra ab influentiis cælestibus, vt fructificet. Eapropter orationi instãtes esse debemus, ut per illam cuncta nobis concedat Deus, quę ad vitam spiritualem & conseruandam, & augendam sunt necessaria. Et sicut hi, qui a potentissimo exercitu circumdati intra muros circũclusi fame laborant, eaque extenuati, & pauci tate militum non valent tantæ resistere potentiæ, fideli indigent nuntio, qui multa cum diligentia, & sollicitudine Regem adeat, illũque alloquatur, exponatque fideliter, quæ suis immineant pericula, vt cibos mittat, & milites, quorum aduentu hostes aufugiant, & timeant tantum præsidium, & auxilium; Ita cũ potentissimus dæmon inermes nos, & languidos uallet exercitu multo, ad orationem nunc tium fidelissimum confugiendum est, cuius

Iacobus. 1

precatu

4. Reg. 6. precatu (vt olim contigit Elisæo) exercitum mittat, quo aufugiat pauor illius, qui anxiabatur, dum cerneret Assyriorum exercitum multum, videns plures esse nobiscum, quam cum illis, cũ mons plenus esset equorũ, & curruum igneorum in circuitu Elisæi. Hæc enim diuinam interpellat præsentiam pro nobis, hæc nostris vt prouideat Deus necessitatibus in-
2 desinẽtur eius throno assistit. Orandus Deus continuo, vt a periculis liberemur. li. quarto. cap. 14. num. 3. & 20. Oratio cella est vinaria, vbi mens inebriatur bonis. lib. quinto, cap. 1. num. 21. Orationem quibus rationibus suadeant Sancti docetur. lib. 13. cap. tertio. per totum. In orationis mercatura diuites efficiuntur homines. lib. 13. cap. 3. nume. 6. Oratio magnus thesaurus est animæ, magnus portus, diuitiæ indeprædabiles, magna contra hostes arma. ibidem num. septimo. & 18. cap. 10. nu. 21. Orationis potentia ostenditur in victoria Iudæorum contra Amalech. lib. 13. cap. 3. nume. 8. 9. & 36. Oratio uires homini præbet contra potentissimum hostem, ibidem numer. 17. 28. 33. & 36. Oratio Pauli, & Sylæ aperuit carcerem, & Eliæ cęlum, & modo aperit cælum, & placatum reddit hominibus Deum. lib. 13. ca. 3. num. 14. Oratio in quocumque pectore sibi domicilium elegerit, id implet virtute. nume. 23. & 24. Orationis virtus innumera pericula depellit. lib. 13. cap. 3. num. 24. 28. & 33. Oratio nes summo mane, per diem, & in vespera, &c. faciendæ sunt, vt a diabolo simus tuti, ibidem num 26. & 35. cap. quarto, num. vndecimo. Oratione destitutus, ciuitas est absque muro captu facilis. lib. 13. ca. 3. num. 28. Oratio neruis similatur, qua anima compingitur. numer. 29. Oratione euadimus imminentia nobis pericula, & meditatione agnoscimus ea. lib. 13. cap. 3. num. 40. Orationem consulebat Chrysostomus artificibus inter exercenda officia suæ artis. lib. 13. cap. decimo. numer. 14. Orationi tempus sit, in quo sæculares occupationes domesticas compensent, nume. 15. Oratio animarum est firma custodia, & tutissimum præsidium. lib. 13. cap. 3. numer. 16. 23. & 28. Oratio lumen est animæ, sicut sol corporis. num. 20. & 38. Oratione deficiente impossibile est animam cum virtute degere. lib. 13. cap. 3. num. 23. & 25. Oratio est animæ ægrotã tis pharmacum. lib. 13. cap. 3. numer. 23. vsque ad 25. Oratio separat nos a brutis, & sociat Angelis, num. 27. & 28. Orantibus quæ bona conferat Deus recte colligit Chrysostomus, lib. 13. cap. 3. num. 31. Orationibus concupiscentiæ eliduntur, vt olim muri Hierico per iubilationem Sacerdotum, lib. 13. ca. 4. num. nono. Hac ergo de causa hanc promissionem: *Si quid petieritis, &c.* Iesus pluries repetit, non solum, vt ostendat in tribulationibus vnicum

2. Par. 20 esse refugium orare Deum, sicut scriptũ est: Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc nobis restat, vt oculos ad te leuemus, sed vt doceat etiam orationem donum esse Spiritus sancti non infimum. Vnde a Zacharia scriptũ est: Effundam super domum Dauid spiritum gratiæ, & precum, ipse bonitate mea gratia illos perfundam, quam solo Dei dono recipit homo, eodemque ad orandum eius excitatur animus. Vnde Sancti, qui mira Dei misericordia de luto fęcis educebantur, continuo orationibus dediti totam agebant vitam, nec vlla occasione ab oratione diuelli poterant. Orationem nec per triduum omisit Daniel iussus sub pœna capitis, ne oraret. lib. 13. cap. 3. num. 22. Orationę suam vitam egit Moyses similem cælicolis. lib. 13. cap. tertio. nume. 33. Orabat Dauid regiis negotiis occupatus septies in die. num. 34. & 35. Orationi tam erat deditus Iacobus, ut assiduitate orandi omnia fere membra essent emortua. libr. 13. capit. 4. num. 2. Orabat Paulus eremita tota nocte, licet centum iam esset annorum num. septimo. Orationem in templo tribus diebus, & tribus noctibus continuis habuit Isaac monachus. num. duodecimo.

Zacha. 12

Amen amen dico uobis, si quid petieritis patrem 3 *in nomine meo dabit uobis.* Quia hæc Domini promissio videri posset in multis inefficax esse, & inanis, eo quod plerique multa petant patrẽ in nomine filij, nec tamen impetrent, primum obseruandum est, quibus istud sit dictum, scilicet Apostolis, & in illis his, qui eis essent similes, non autem ad eos, qui aduersantur Chri-
Psal. 144. sto, sicut scriptum est: Voluntatem timẽtium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet. Nullns existimet, sicut stulte & noxie multi arbitrantur sæculares, orationem solis Apostolis, & Apostolicis viris esse demandatam, cũ maior sit eorum necessitas, qui in sæculo conuersantur, maiora pericula, vehementiores tentationes, in quibus frequentius ad orationem confugere debent, quam Ecclesiastici, & religiosi, qui tantis periculis non circumdantur. Mundus plenus periculis. lib, quarto. cap. secundo. num. secundo. vsque ad sextum. 13. li. vndecimo. capit. duodecimo. nume. 22. Mundum inhabitans dum in medio laqueorum se det, maiori cura contra dæmonem debet pugnare. lib. 15. cap. septimo. numer. secundo. In mundo degentes maiori egent studio, ut recte viuant, quam religiosi. libr. vndecimo. cap. duodecimo. nume. decimo quinto. Cum ergo Iesus Apostolis, & Apostolicis viris orationem suaserit, & quę illi petierint impetranda promiserit, non ab orationis studio eos, qui negotiis occupantur sæcularibus, arcere voluit, sed illud tantum significauit, eos, qui iusti sunt, impetrare quæ poscunt, si postulent & quæ ipsis conuenientia sunt, & iis adhibitis circumstantiis, quę explicabuntur. *Si quid petieritis patrem, &c.* id est, si spiritum habentes filiorum Dei, & peccata detestantes ad precandum Deum accesseritis mundi, ea impetrabitis, quæ postulatis. Vnde cum modum precandi in oratione Dominica Iesus explicuisset, primum illius uerbum fuit, sic orabitis: Pater noster, &c. vt spiritum afferentes filiorum ad ipsius pedes procidentes consequamini.

Conc. Colon. S. Tho. op. 7. Chr. ho. 9. exuar. in Mat.

quę

Basil.ho. 5. in Psalm. 28. quæ petitis. Vnde Basilius edisserens verba illa: Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum, id est, in oratione cum prius spiritū indueris filij Dei, offer Deo laudis sacrificia, quæ illi placeant. Nam qui obturauerit aures, ne audiat legē, oratio eius erit execrabilis, & maledicta. Et alibi: Cum multiplicaueritis orationes vestras, non exaudiā, quia manus vestræ sanguine plenæ sunt, indignum enim & illud est, vt eorum suscipiat Deus preces, quorum manus sanguine tinctæ sunt. Lauamini mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruerse, discite benefacere, &c. & venite & arguite me dicit Dominus, si non vobis concessero quæ postulatis. Qua ratione cum Hieremias suadere niteretur Iudæis, ut indignatum Deum placare curarent, quo Babylonica captiuitas, qua detinebantur, reuocaretur, inter multa dixit: Scrutemur vias nostras, & quęramus, & reuertamur ad Dominū. Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cælos. Nos inique egimus, idcirco tu inexorabilis es. Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio. Ille scrutatur vias suas, qui quę fecit mala, considerat, vt per pœnitētiam reuertatur ad Deum, quem peccando reliquerat. Quo peracto, leuare debet corda cum manibus. Ille leuat corda in cælum, ait Hieronymus, qui orat, leuat autem cum manib. etiam cor, quando orationi coniungitur vita bona, vt cum cor eum, qui eiusmodi est, non reprehenderit, fiduciam habeat ad Deum, vt quidquid petierit recipiat ab eo, quoniam mandata eius custodit. Manus itaque orationi vigorem præstant. Exaudiebat Deus precantes sanctos, quia aiebant: In medio tribulationū Deum exquisiui manibus meis, bona operās, nec solis verbis remedium ab ipso quærens, & nusquam deceptus sum, nusquam spes mea est frustrata. Sic & Daniel cum diceret: Posui faciem meam ad Dominum Deum meum rogare in ieiuniis, & sacco, & cinere, & referens quæ Iudæorum populo venerant mala, subdit: Omne malum hoc venit super nos, & non rogauimus faciem tuā Domine, vt reuerteremur ab iniquitatibus nostris, & quia mala non deseruimus, quibus detinebamur, frustraneæ sūt effectæ orationes nostræ, quib. libertatem postulabamus a Domino. Quoniam qui humilitatem ostendens procidit coram Deo, cui subiicitur corpore, sed hæc omnia cor non pertingunt, audire recte meretur a Deo, quod quondam dixit Isaac Iacob filio suo: Vox quidem vox Iacob est, sed manus manus sunt Esau. Quæ enim os loquitur pietatem redolent, verba sunt hominis iusti, manus autem & opera viri sunt peccatoris. Orationem comitētur bona opera, vt Deo probetur. lib. primo. capi. 21. num. quarto. lib. octauo. capit. septimo. nu. vndecimo, lib. 13. cap. quinto, num. 4. 5. 14. vsq. ad 17. 19. 27. & 30. cap. sexto. num. primo. vsq. ad tertium, quintum, octauum, & vndecimū. In oratione etsi verba sint eadem, si non sit idem affectus, non eodem modo adest Deus. lib. quarto. cap. 16. nume. decimo. Orantes labiis, & non corde arguuntur Iudæi. lib. 13. ca. quarto. nume. 11. Orationes nostras audiret Deus, si iusti essemus, non autem audit, quia non auditur ipse. lib. 13. cap. quinto. numer. 1. Orationum holocausta postulans Dauid, ut Deo offeramus, prius vult filij eius simus. numer. quarto. In oratione quotidie extendere ad Deum manus sanguine plenas vanum est. lib. 3. cap. 5. nume. 14. Orationes nostras acceptat Deus, quando corda cum manibus leuamus. num. 7. 9. & 15. In oratione cęcum, & claudum, & languidum offert, qui non habet bona opera. lib. 13. cap. quinto. num. 16. & 17. Orationem præcedit pœnitentia, vnde Dauid prius dixit confitendum Domino, & post psallendum. lib. 13. cap. 6. num. 10. Orationem nostram figet Deus auribus suis, si figamus nos in corde legem suam. ibidem num. 13. Orauit Deum vt patrem soli iusti, qui filij eius sunt, multis titulis. lib. 13. cap. 8. num. primo. & 12. Secundo obseruandum est, quod dicatur: Si petieritis. Petere autem est desiderare, & desiderium actus est non oris, sed animi & uoluntatis. Non ergo petunt patrem, qui ore tantū preces pronunciant, & non etiam ex animo id, quod ore petunt, desiderant, suū desideriū eleuatione animi in Deum, & ardore declarādo. Non mirum, si non exaudiantur, qui mēte distracti orationes voce multiplicant. Orans feruenter, & deuote manibus clamat, & pupilla oculi, quæ non ad loquendum data est, sed ad videndum, aut fiendum, non tacet, sed clamoribus aures Dei pulsat, vt concedat ea, quæ sic petuntur. lib. 13. cap. quarto. nume. 10. Orationes in aula sācta Dei offerre debemus, id est, sine mentis alienatione, & uanis curis. lib. 13. cap. 5. num. 4. & 3. Ille enim bene psallit, qui affectu orat sincero. ibidem & num. sexto. Orationes affectu precantis Deo placent, ne homo similis sit Cain recte offerens, sed non recte diuidens. libr. 13. cap. quinto. numer. 19. Ille orat in toto corde, & veraciter, qui intente orat, qui amaros gemitus, & non composita resonat uerba. lib. 13. cap. 5. nume. 26. & 27. Oratio non desidiosa, sed intenta, & quæ animo dolenti fit, scandit cælum. libr. 13. capit. 3. num. 18. 19. & 35. cap. 5. nume. 13. cap. 6. nu. 12. In oratione extendis manus, ut uincatur Amalech, cum vigil & sobrius oras. lib. 13. cap. 6. num. 14. Orationes sui temporis desides vocabat Chrysostom. & temulentiam sanctorum hominum. lib. 13. cap. septimo. numer. quinto. In oratione non magnitudine uocis, sed magnanimitate est clamandum cordis, ibidem num. nono. Orationem suam non audit, qui mente distractus est, & exaudiri eam uult a Domino? lib. 13. cap. 11. nume. quinto. & 14. Obseruandum tertio quod dicatur: *Si quid petieritis*, ea, scilicet, quæ hoc nomine digna sunt, uera bona, non vana, & quę nihili pendenda sunt, qualia sunt temporalia bona. *Si quid petieritis*, ait Augustinus, hoc est aliquid

1. Ioann. 3

Prou. 28.

Esa. 1.

Tren. 3.

Psalm. 76.

Dan. 9.

Augustinus. quid quod in beatæ vitę comparatione nō sit nihil. Sicut enim a potentissimo Rege obolum postulare nullus debet, sic nec a Deo modica bona, sed ea, quæ diuina magnificentia fuerint digna. Sic Alexandrum (Seneca) adiens mendicus, & eleemosynam postulans, ciuitatem accepit. Cumque pauper se tanto dono fateretur indignum, Alexander dixit: Minora præstare non potest Alexander. Antigonus Macedonum Rex Thrasyllo Cynico petenti dragmam: Non est, inquit, munus regium. De eodem etiam Alexandro legitur, quod cū Perillus vnus ex amicis suis filiabus dotē peteret, iussit illum capere talenta quinquaginta, cūq. is respondisset satis esse decē: Tibi, inquit, satis est tātū accipere, mihi vero non satis est tantum dare. Notans Regis esse maxima, & vltra spem concedere. Si hoc mortalib. hominibus ingenium inditum fuit, vt ad tantam venirent liberalitatem, & magnificentiā vt crederēt in iniuriam Regis modica postulari, cur non Deus opt. max. confundetur, si Christianus homo, cælestibus bonis contemptis, ea postulet, in cuius comparatione omne aurum arena est exigua, & tamquam lutū

Sapient. 7. æstimabitur argentum, & diuitię nihil sunt in comparatione ipsius? In oratione quærendus Deus, non alia ab ipso, qui vult se donare homini, libr. quarto. cap. 16. num. vndecimo, cap. 19. num. 16. lib. 13. cap. quinto. num. sexto, vsq. ad octauum. cap. nono, nume. 14. 15. & 18. cap. decimo, num. 22. In oratione lacrymę nō sint pro temporalibus bonis acquirendis, sed pro ęternis, lib. decimo, cap. secundo, nume. 21. In oratione prius mente sincera homo gratias agat Deo, humiliet se coram illo, & post petat cælestia. lib. 13. cap. quinto, nume. sexto, vsque ad octauum. 13. & 20. In oratione ille claudit ostium cubiculi, qui a Deo tantum postulat ætterna, ibidem num. 24. In oratione cū Deus non dat temporalia, quæ homo poscit, non ad insipientiam illius facit, libr. 13. cap. nono, nu. vndecimo, 13. 14. & 21. In oratione poscuntur temporalia, & non dantur, quia spiritualia petenda sunt. lib. 13. cap. nono. num. duodecimo, & 14. In oratione cito exaudiri postulant Sancti, quia terrena non poscunt, sed cælestia, nume. 16. In oratione exaudiuntur homines, cum petunt aliquid, non cum terrena, quæ nihil sunt, ibidem num. 18. Si autem aliquando terrena petantur, cum multa sunt moderatione petenda, sicut in oratione Dominica, cum docuit Iesus, vt panem peteremus. lib. 13. cap. 8. num. 3. 4. 15. 23. & 30. Hæc enim temporalia non toto animi affectu postulanda sunt.

Psalm. 53 Aduertendum etiam quod dicatur: *Si petieritis in nomine meo*, id est, propter merita Christi Deus in nomine tuo saluum me fac, vt intuitu meritorū Christi pater nos exaudiat. Sicut & sanctus Franciscus cum sacra Eucharistia in tremendis Missę mysteriis ostendebatur, dicere solitus erat: Domine Deus cælestis pater, respice in hanc glorioſam Christi tui faciem, & miserere mei. Petere per illum nos docet hic tamquam mediatorem inter Deum, & hominem, sicut Daniel dixit Propheta: Non in iusti- Dan. 9.
ficationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationib. tuis multis. Exaudi Domine, placare Domine, attēde, & fac ne moreris propter temetipsum Deus. Adhuc me loquente in oratione ecce vir Gabriel, &c. Patrem in nomine filij postula. Stultum est enim illum adire, vt petas, qui vel nō habet quod porrigat, vel indiget ipse his, quæ possidet. O munde stulte faciunt, qui a te & desiderant, & poscunt bona, quibus cares, quę vni dare non vales, nisi ab alio abstuleris, vnū vestire non vales, nisi alterum exspoliaueris, vnum in sublime extollere non potes, nisi prius alterum deieceris, vni non potes honorem porrigere, aut officium, nisi alterū illo priuaueris. Regiam dignitatem consequi non potest unus, nisi alter caruerit illa. Pater ergo orandus est in nomine filij, qui cum diues sit in misericordia, diuites nos valet efficere. Egenus factus est, ut eius inopia nos diuites essemus, multo magis ditandi eius ineffabilibus bonis. Sicut enim olim Iudas Machabæus, cum a Deo per orationem auxilium flagitaret, innumeras, easque vix possibiles consecutus est victorias, quas de hostibus reportauit, cum autem a Romanis auxilium quærens illis nimium fidit, victus est, ita & Christianus homo, cum mediatorem habēs Iesum patrem interpellauerit, ea consequetur, quæ postulat, & non aliter. Christus propitiatorii recte vocatur, lib. tertio. cap. quinto. nume. 67. Christus mediator inter nos, & patrem, ibidem num. 17. 41. & 59. cap. septimo. nume. 47. cap. nono, num. octauo, cap. 14. nume. quinto, & sexto. a Christo omne bonum deriuatur in Sanctos, lib. tertio, cap. quinto, num. 11. 36. 38. 40. 41. 46. & 47. Denique in verbis his promissio est indubitata: *Si quid petieritis patrem, &c.* Si in hac promissione subaudiatur aliquid, 5
quod in omnibus similibus sententiis est intelligendum, scilicet, si recte, & debite *petieritis in nomine meo*. Hanc conditionem insinua- Iacob. 4
uit Iacobus dicens: Petitis & non accipitis, eo quod male petatis; iam non recte petunt, qui non pro magnitudine eius, quem petunt, & rei, quam petunt ardenter, instanter, & reuerenter petunt. Quique non cum firma petunt fiducia. Non recte petunt in nomine Christi, qui indigna petunt nomine Christi, qui præsentia bona, aut malorum præsentium depulsionem precantur absolute, & non sub conditione ordinis ad Dei gloriam, aut propriam salutem. Augustinus etiam notat; *Dabit uobis*, vbi ea beneficia significantur, quæ ad eos, qui petunt, proprie pertinent. Nam alioqui Sancti pro aliis orantes non semper audiuntur, quia alij indigni sunt, qui accipiant, quæ eis Sancti precantur. Exaudiuntur autem omnes Sancti pro se orantes, dum recte sibi petunt in nomine Christi, etiamsi ad horam promissa differantur, dum tamen negantur illis, quæ petuntur, dantur certe utiliora. Cum ergo

go his adhibitis conditionib. postulauerimus in oratione vtique vel illa, vel potiora assequemur. Orantibus Sanctis differt Deus, quæ promisit, vt illi clariores reddantur. lib. secundo, cap. secundo, num. quarto. 19. & 24. In oratione non exaudit Deus ad voluntatem semper, sed ad vtilitatem. libr. sexto. cap. decimo. nume. 30. lib. 13. cap. nono. num. primo. secundo, 6. 7. 15. 19. & 23. Orationi instet homo certus quod accipiet, quæ postulat, aut vtiliora. lib. 13. cap. 3. num. 39. cap. quinto, nume. 8. Orationes alienę non prosunt, nisi virtute propria iuuentur, lib. 13. cap. quarto, nu. secundo, vsque ad quintum. In oratione etsi Deus tardus videatur, vt det, quæ promisit, aut poscimus, dabit tamen certo, lib. decimo tertio, ca. quinto, num. nono, & decimo. In oratione multis de causis homo non exauditur, ibidem & in toto capite quinto agitur qualis futura sit oratio, vt Deo probetur. Orationem offerens Deo ex corde puro, & conscientia bona thus mundum offert Deo, lib. 13. cap. sexto, nume. 1. Orans & peccans, potius videtur delusor Dei, quam rogator, ibidem num. quinto. Orandus est Deus ita, vt silentium non demus ei, donec concedat, quæ petimus, libr. 13. cap. septimo, nume. septimo. In oratione non exaudimur, vt perseueranter, & cum emendatione vitæ oremus, & propter indignitatē, vel quia non expedit, lib. decimo tertio. cap. nono, nume. quarto, quinto, & octauo. In oratione aliquando non exaudimur, quia nociua sunt nobis, quę poscimus, ibidem numer. sexto. vsque ad nonum. 12. 13. 15. 19. & 21. lib. 14. capit. 20. nume. 13. In oratione grataner suscipiat homo, vel quod differantur, vel non dentur quæ petit, lib. 13. cap. nono, num. septimo, nono, 15. & 21. In oratione certi sumus, quod dabit Deus, quę postulamus, aut quæ nouerit vtiliora, ibidem num. 23. In orationis Dominicæ omnibus petitionibus perseuerantiā precamur, lib. decimo quarto, capit. 24. nume. 10. & 11. Sancti non exaudiuntur, quando scelera populi id merentur. lib. quarto, cap. decimo octauo num. 17.

6 *Vsque modo non petistis quidquam in nomine meo. Petite & accipietis ut gaudium uestrum sit plenum.* In quibus verbis primum diuina est bonitas consideranda erga discipulos, & erga innumeros Christianorum, qui cum segnes, & negligentes Deum non orauerint, vel id non fecerint quibus decuit conditionibus, & tamen cum ob id digni extitissent ne exaudirentur, rursus rogati ad orandum inuitantur. In orationibus Deus mitis ostenditur acceptans vnam, quæ attente fit, & obliuiscens multas, quæ cum distractione fiunt, libr. 13. capit. 11. num. septimo, & octauo. Posset quidem Deus iusto iudicio suo dicere, sicut quondam increpans Iudæorum populum dixerat: Quia vocaui, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret. Despexistis omne cōsilium meum, &c. ego quoque in interitu vestro ridebo, &c. cum irruerit repentina calamitas, *Prouer. 1.* & interitus, quasi tempestas ingruerit, &c. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam, mane consurgent, & non inuenient me, eo quod exosam habuerint disciplinam, & non acquieuerint consilio meo, id est quia vsque modo nec petere, nec accipere voluistis, deinceps clamabitis, & non exaudiam, immo in interitu vestro ridebo. Non tamen sic dicit, sed: *Petite & accipietis*, adhuc manus mea aperta est. *Esa. 65* Sic apud Esaiam promiserat: Quæsierunt me, qui ante non interrogabant, inuenerunt, qui non quæsierunt me, dixi: Ecce ego, ecce ego ad gētem, quæ non inuocabat nomen meum. Et illi, de quibus scriptum est: Qui immolat bouem, quasi qui interficiat virum, qui mactat pecus, *Esa. 66* quasi qui excerebret canem, qui offert oratio nem quasi qui sanguinem suillum offerat, qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolo. Talia (Hieronymus) erant sacrificia, tales orationes dignæ, quæ a Deo grauissime punirentur, sicut homicidium, sicut oblatio suilli sanguinis, &c. & tamen licet tales essent, Iesus inquit: *Vsquemodo non petistis quidquam in nomine meo*, sed amodo voca me pater meus dux virginitatis meæ. *Petite & accipietis*. Si Dominus etiam contemptus præcipit, vt petamus, utique dabit, quæ postulauerimus. Vnde *Gen. 24.* in Genesi orat seruus Abrahę, ut quam filio domini sui viderit expedire uxorem, concedat, & antequam compleret lo qui ecce egrediebatur Rebecca. Prope enim est Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. Solet Dominus suos reddere certiores bonorum, quæ petunt, vt bis lætentur, semel in spe, & item rum in re. *Petite & accipietis* ea, quæ uobis ex- *Nume. 11* pedierint. Etiam mali exaudiantur, sed in prop rium malum. In Numer. orat Balaam, ut vadat ad maledicendum populo Dei. Impia sane deprecatio, & audit: Surge, vade cum eis. Quo niam, ut ait Augustinus, aliquando negat propitius, quod concedit iratus, & qui cor suum Deo aduersum habet, non debet confidere his, quę sibi concesserit Deus, sed ea magis timere. Postulat infidelis plebs carnes, & accipit illas, & adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei descendit super eos. Nouerat Dominus Balaam fragilitatem, & inconstantiam, & ideo misericorditer ire prohibuit, ipse vero suæ inconstantiæ ignarus ire vult. Et iratus est furor Dei, quod pergeret ipse. Orationes frequentes Sanctorum sunt, ex quibus Iesus ædificat templum, & altare, & eas offert patri, lib. 13. cap. tertio, nume. 3. 31. & 32. Orationem poscit Deus, non ut nobis loquentibus discat, quæ homini sunt necessaria, sed ut ei fiat homo familiaris. libr. 13. cap. tertio, num. 11. Orationem suadens Deus & honorat nos, & amorem ostendit suum, num, vigesimo, vsque ad vigesimum secundū, & 27. Orationem qui non amat, nihil egregiæ dotis in anima possidet, & qui eam optat multis abundat bonis, lib. 13. capit. tertio, numer. 22. & 23. Orationibus reddebantur Sancti fortes, & alacres in tribulationibus, ibid. nu. 32.

Petite

7 *Petite ut gaudium uestrum sit plenum.* Augustinus sic intelligit hoc *petite in nomine meo, ut gaudium uestrum sit plenum*. Petite gaudij vestri plenitudinem, quæ plenitudo continget in uita futura. Alij sic intelligunt: *Petite & accipietis*, quæ petitis, & tunc gaudium vestrū erit plenum, etiam hic & perficietur, dum per Christum se vident a patre impetrare quæcumque petunt. Impletur & alia ratione gaudium fidelium in Christo, dum accipiunt, quæ in illius petunt nomine, nimirum quia accipientes Spiritum sanctum, & eius dona, (hæc enim maxime in illius nomine sunt petenda) fortes efficiuntur contra vitia, & a conscientiæ accusatione liberantur, atque ob id spirituali replē tur gaudio, quod fructus est spiritus. Hæc ratio est Cyrilli. Orandum est, ut accipientes quę petierimus spiritali gratia repleti & prudentiores per spiritum facti aduersus sordidas possimus voluptates militare, & ita amore virtutis in dies ardentiores, & fortiores ad opera sanctificationis facti retributionis spe gaudeamus, & mœstitia conscientię criminū depulsa, gaudio Christi mentes nostras replea mus. Iusti ergo gaudium postulant plenū, vel beatitudinem postulantes, in qua tātum gaudium plenum, & perfectum reperitur, uel secundum statum præsentis fragilitatem, & possibilitatem, gaudium plenum consequuntur in oratione, qui vident se impetrare, quæcumque postulauerint, vel recipientes Spiritum sanctum fruuntur testimonio bonæ conscientiæ. Spiritus sancti dulcedo vbera sunt sponsi duo in remissionem, scilicet, peccatorum, & gratiarum distributionem. lib. vndecimo. ca. 6. num. nonogesimo octauo. Spiritus enim sanctus fluuius est omnem ciuitatem Dei lætificans. lib. 16. cap. 12. num. septimo. & 44. Gaudium internum, quod venit a virtute, appetūt iusti, non quod a rebus temporalibus oritur. lib. 6. cap. 19. num. 20. cap. 20. nume. 13. libr. 3. cap. 25. num. 21. & 22. lib. septimo, cap. 1. num. 18. 20. & 22. Gaudium spirituale operatur puritas conscientię. lib. 3. cap. 24. num. 11. libr. 7. cap. primo. num. 22. 25. 29. & 31. cap. 3. numer. 13. De re hac disseritur lib. septimo, cap. 1. per totum, vbi docetur gaudium verum in quo situm sit, & quod soli iusti illo potiantur. In oratione quandoque tantis gaudiis replētur Sancti, vt ea fari non possint, lib. 13. cap. tertio. num. 37. Oratio & contemplatio sepulcrum est mentis exterius mortificatæ, lib. nono. ca. 14. num. 16. Oratio homines tristes consolatur, lib. 13. ca. 3. num. 18. & 19. Oratio postulat beatæ uitæ dulcedinem, lectio inquirit, meditatio inuenit, contemplatio degustat. Oratio saporem acquirit, lectio cibum ori apponit, meditatio masticat, contemplatio est ipsa dulcedo, vnde ista omnia coniungenda sunt, lib. 13. cap. 3. num. 41. & 42. *Petite ut gaudium uestrum sit plenum*. Triplex est genus gaudiorum, alia sunt gaudia vacua, alia semiplena, alia plena. Gaudium vacuum, gaudium mundi *Esa. 29* est, de quo scriptum est ab Esa. Sicut somniat esuriens, & comedit, cum autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius, & sicut sōniat sitiens, & bibit, & postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est, sic erit multitudo omnium gentium, quæ dimicauerunt contra montem Sion. Hester sancta loquens de gaudio mundi dixit: Tu scis Domine, quod numquā lętata sit ancilla tua, ex quo huc translata sum, nisi in te Domine. *Hester 14* Et Iob: Si lętatus sum super multis diuitiis meis. Et Amos: Væ qui lætamini in nihili. Va- *Iob 31.* num est gaudium mundi, vt post in bonis temporalibus, quę vana sunt, fundatur, non enim ædificium fundamento perfectius esse valet, cum autem cuncta, quę geruntur in terra, & vana sint, immo vanitatum vanitates, vana etiam erunt gaudia, quæ illa consequuntur. *Amos 6.* Transeunt temporalia omnia tamquam vmbra. Et Ecclesiast. Vana spes, & mendaciumviro insensato, & somnia extollunt imprudētes. Quasi qui apprehendit vmbram, & persequitur ventum, sic & qui attendit ad uisa mendacia. Quibus nominibus terrena significantur, &c. vbi considerandum est ista tēporalia vmbræ comparari, quoniam sicut quando sol in parte posteriori hominis radios transfundit, vmbra hominem antecedit, & præit, cum autem radij in faciē diriguntur, umbra hominem sequitur; sic & cum Christus verus sol a nobis recedit, cuius radii facies nostras non illuminant, rerum temporalium vmbra diuitiæ, honores, voluptates, magnæ apparent, & multo perfruimur gaudio, qui illa possidemus. At cum diuinus hic sol faciem nostram perfundit, & reuerberat, vmbræ nec videntur, nec apparent, sed sequuntur, dum a Sanctis cū cta ista contemnuntur. Vnde Dauid aiebat: *Psalm.* Renuit consolari anima mea utique in his rebus, quæ caducæ sunt, licet illis abundem diuitiis, honoribus, regia dignitate, &c. sed memor fui Dei, & delectatus sum. Gaudium mun 8 danorum tantum habet nomen gaudij. lib. 7. cap. primo. num. 17. 19. 29. 30. 32. & 33. cap. 2. num. 12. & 18. Gaudium malorum perseuerās esse non valet, lib. septimo. cap. primo. nu. 28. & 32. cap. secundo. nume. secundo, 13. & 17. Gaudium malorum, quia cito transit, appeti non debet, lib. septimo, cap. secundo, numer. 3. 4. 17. & 20. Gaudent mali in sæculi felicitate, in qua laborant iusti. lib. septimo. cap. secūdo, num. 12. & 17. lib. 17. capit. 6. nume. vndecimo. Gaudium huius sæculi vanum est, quia difficulter acquiritur, & cito amittitur, lib. septimo, cap. secundo, numer. 20. Gaudium mundi inutile est innumeros pariens mærores, libr. 17. cap. sexto, nume. quarto. Alterum est gaudium semiplenum spirituale, scilicet, de quo scriptum est ab Esaia: Vinum tuum mistum est *Esai. 1.* aqua. Semiplenum, quia non plene satiat, quia hęc bona spiritualia, quamdiu viuimus, cum multo periculo possidemus, & cum multis imperfectionibus. Gaudium, quod est in Domino, & non aliud meretur hoc nomen. lib. septimo. cap. primo. nume. decimo quarto, vsque

ad 19.21.31.& 33.cap.secundo. num. quarto. Gaudium quod est in testimonio conscientiæ paradisus recte dicitur. libr. septimo. capit. 2. num. 19.& 23. Gaudium verum animæ solus Deus est. lib. septimo. cap. 1. num. 26.& 33. cap. secundo, num. 13. 14.& 19. cap. 3. numer. nono, cap. quarto, num. septimo. Gaudium in Spiritu sancto est de memoria futurorum bonorũ, lib. septimo, cap. primo, num. 31. cap. 3. nume. 7.& 8. Gaudium Sanctorum in hac vita nõ est perfectum, sicut nec victoria, quam de hostibus reportant, libr. septimo. cap. 3. numer. 5. 7. vsque ad 9.& 16. cap. quarto, num. quinto, ca. 8. num. 23. Gaudium est in testimonio bonæ conscientiæ, sed cum timore, libr. 7. cap. 3. nu. 13.& 17. cap. 4. num. 9. cap. 8. num. 23. Illud autem iustorum gaudium etsi perfectũ non sit, magnum tamen est, lib. 7. cap. 3. numer. 18. 19. 21. vsque ad 23. Gaudium plenum est in cęlo, vbi cuncta euenient prospera, & Sanctorum voluntati conformia, & quęcumque desiderauerint, consequentur gaudentes de Deo, & in

Psalm. 35 Deo, dum replebuntur ab vbertate domus eius, & torrente voluptatis eius inebriabũtur, quę ebrietas consumatum gaudium significat illorum, qui satiabuntur ab uberibus consolationis Dei, &c. Quando intellectus perfecta Dei visione perfundetur, & voluntas abundabit gaudio, & perfruetur omnibus bonis. Augustinus, gaudium plenum est frui Deo, ad cuius imaginem facti sumus. de quo Esa. Tũc

Esa. 66 videbis, & affluues, &c. videbis diuinam essentiam, & affluues omnibus bonis, tantisque diuitiis, vt mirari satis non possis, quibus & cor tuum timore, dum viueres, coarctatum dilatabitur. Gaudium plenum est gaudium spirituale, cui nihil restat addendum, quale est in cælo lib. 13. cap. nono. nume 18. Hoc gaudiũ absque vlla conditione postulandum docet Dominus in his verbis, &c.

9 *Venit hora cum iam non in prouerbiis loquar uobis, sed palam de patre annuntiabo uobis.* Hæc promissio partim impleta est in resurrectione, partim & perfectius in aduentu Spiritus sancti, per quem eos Christus perfectiori donauit patris, rerumque diuinarum cognitione. Ingens sane promissio, ingensque beneficiũ, secreta referare cęlestia his, quibus Dei dono datum est nosse mysteria regni cælorum, illuminatus enim intellectus animæ uoluntatem pertrahit ad quærenda, & diligenda diuina. Cognoscit homo utilitatem suam, dum Dei perfectiones cognoscit, & considerat, lib. tertio, cap. 19. nume. 27.& 28. capit. vigesimo, nume. primo, secundo, quarto, vsque ad sextum, nonum, vsque ad vndecimum. 13. 20. 21. 23. & 25. Cognitio diuinarum perfectionum quã to fuerit maior in anima, eam ad maiora leuat bona, lib. tertio, cap. 20. nume. tertio. 8. 12. vsque ad 19. 22. vsque ad 24. & 26. Cognitio Dei in anima si perfecta fuerit, facit vt homo sæculo moriatur, ibidem nume. decimo quarto, vsque ad decimum septimum, & 23. Cognitio Dei in anima iuuat multum, ut diligatur ille. lib. tertio, cap. 20. nume. decimo quinto, vsque ad decimum septimum, & vigesimũ. Cognitio Dei exhilarat animam, & ad recte operandum ducit, ibidem numer. 18. 19. 23. 24.& 26.

10 *Et non dico uobis, quia ego rogabo patrem de uobis: ipse enim pater amat uos, quia uos me amastis, &c.* Ait se modo non dicere, quod prius dixit, ego rogabo patrem, significans non opus esse, vt sic dicat, quasi pater parum erga eos propensus esset, & hac de causa intercessore indigerent apud eum. Sicut in hominibus tũc intercessorem quærimus apud eum, a quo quid obtinere contendimus, cum illum aut nobis offensum, aut parum amicum putamus. Quamquam ergo vere dicere possem, ut aliquando dixi, quod ego patrem pro vobis sim rogaturus, id tamen modo non dico, ne hunc putetis patrem vobis parum esse affectum. *Hebr. 9.* Alioqui Paulus introisse dicit in ipsum cælũ, *1. Ioann. 2* vt appareat vultui Dei pro nobis. Et Ioannes: Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum. Ipse enim pater sponte, & vltro amat vos, & proinde non poterit non vltro vobis tamquam amicis indulgere, quæ petitis eum. Dicit autem: *Ipse pater amat uos, quia uos me amastis.* Quæ verba non sic sunt accipienda, quasi nostra dilectione præueniamus absolute omnem patris erga nos dilectionem, eãq. mereamur primi, id enim Pelagianum est, sed quod nostram dilectionem sequatur dilectio patris, quoad aliqua noua dilectionis indicia. Asserit autem patrem eos amare, non tantum ob fidem, sed ob dilectionem contra eos, qui dicunt solam fidem sufficere ad salutem. Vide verbo gratia, & liberum arbitrium, lib. 7. cap. nono. per totum vbi docetur gratia, auxilium Dei, & liberum arbitrium, & labor, ad virtutem, quo ordine sint necessaria. Fidei cõiungenda sunt opera. libr. 6. cap. 3. numer. 6. 8. vsque ad 10. 15. vsque ad 27. libr. 9. cap. 17. nu. 23, lib. 18. cap. 12. num. 15. Fides, quæ per dilectionem operatur, est quæ neminem finit peri re. lib. sexto, cap. tertio. num. 20. Fidei vita charitas est, per quam operatur, libr. septimo, ca. octauo, nume. 33. Charitas excellentissimum donum est, sine quo reliqua non valent ad salutem, libr. tertio, capit. secundo, numer. primo, vsque ad sextum, nono, vsque ad decimum octauum, 21. 29. 45. & 49.

FE-

FERIA SECVNDA

Dominicæ quartæ post 8. Paschæ.

In Rogationibus.

Euangelium.

Quis uestrum habebit amicum, & ibit ad illũ media nocte, &c. Luc. 11.

Vide in expositionem huius Euangelij lib. 13. capit. 3. maxime nume. 41. cap. 5. nume. 8. cap. 7. nume. 4. usque ad 7. cap. 9. num. 4. 5.& 8. lib. 14. cap. 6. nume. 40. Mutuanda sunt etiam multa ex his, quæ diximus Dominica anteriori, multa enim utrique Euangelio sunt communia.

1 *Fer. 2. in Rogationibus.*

ROGATIONVM institutio, quæ vulgo *Ledanias* vocantur, non est noua in Ecclesia, sed antiqua multum. Litaniæ enim minores maioribus sunt antiquiores, vtpote quæ a beato Mamerto Episcopo Viennensi tempore Zenonis Imperatoris ab hinc mille annis adinuentæ sunt hac occasione, quod temporibus sancti huius Pontificis apud Viennã contigerunt incendia crebra, terræmotus assidui, nocturni sonitus, populosis hominũ conuentibus feræ siluestres se ingerebant in tantum, vt pauidi cerui per angusta portarũ usque ad fori loca penetrarent, ædes publica, quæ præclarissima erat, flammis terribilibus conflagrare cæpit. Perstitit inuictus Antistes festiuis altaribus, & calore fidei succẽsus flumine lacrymarum ignem compescuit, & tunc concepit animo quidquid hodie psalmis ac precibus mundus inclamat. Rogationes maiores a Diuo Gregorio Papa sunt institutæ, cum in tota Italia ingens grassaretur pestis, quæ urbes deuastabat, maxime autem Romam, quæ ortum habuit (referunt historiæ) ex eo quod inundationibus maximis, & vehementia imbrium segetes suffocatæ sunt, vnde terribilis venit fames, quam sequuta est crudelis pestis anno 590. Talis qualis in orbe visa nusquam fuerat, quæ incepit tempore Pelagij secundi, & in exordio summi Pontificatus Gregorij maximi continuata est. Qui sanctissimus Pater ieiuniis, eleemosynis, & orationibus communibus diuinam cæpit clementiam interpellare. Conuocauit semel populum Romanum 29. Augusti, ingentique dolore tactus sanctissimus Pręsul clamauit:

Hierem. 4 Iam videntibus cunctis impleta sunt, quæ quõdam prophetauerat Hieremias; Ascendit leo de cubili suo, & prędo gentium se leuauit, egressus est de loco suo, ut ponat terram tuam in solitudinem, ciuitates tuæ vastabuntur remanentes absque habitatore. Super hoc accingite vos ciliciis, plangite, & vlulate, quia non est auersa ira furoris Domini a uobis. Et erit in die illa dicit Dominus, peribit cor Regis, & cor Principum, & obstupescẽt Sacerdotes, & Prophetæ consternabuntur, & dixi: Heu, heu, heu Domine Deus, ergo ne decepisti populum istum & Ierusalem, dicens: Pax erit vobis? Et ecce peruenit gladius usq. ad animã. Videtis quales sunt, quæ accidunt, hominum mortes extra cursum regularem naturę, non præuenit ægritudo interitũ, sed mors potius antecedit infirmitatem. Qui hoc pestilenti morbo percutitur, prius interit, quã confiteri possit, aut conteri. Qui in vna habitant domo non sic intercipiuntur morte, ut mutuo se possint in tanta calamitate iuuare, sed omnes simul intereunt. Tantaque erat pestis magnitudo, ut intra breue temporis spatium, in quo ista prædicauit summus Pontifex, octoginta obierint videntibus cunctis in Ecclesia sãctę Sabinæ, vbi populus aderat. Hac occasione Litaniæ cæperunt, & orationib. his publicis usa est Ecclesia ad placandum Deum, quæ ait Concilium Aurelianense, vt habetur de consecr. dist. 3. cap. Rogationes, voluit vt his dieb. ieiunaremus, vel saltem cibis quadragesimalibus vterentur fideles. Quo tempore nec debet quis vti veste solemni, sed nigra in signum pœnitentiæ. In quibus diebus debent omnes, tã viri, quam mulieres, serui & ancillæ a seruilibus operibus vacare, quo magis plebs vniuersa conueniat, vt multa cura Deum placet iratum contra varia, & multa hominum crimina. Ad id enim orationes communes, si vt decet fiant, multum conducunt, dum tanto rum preces diuinam interpellãt misericordiam. Clamant enim illi, nec contemni possunt, qui fletibus, & corde Deum rogant, libr. quarto, cap. 16. num. nono, & decimo. libr. 13. cap. quinto, num. 21. 22.& 26. cap. septimo. nume. nono. Oratio lacrymis rigata in multam altitudinem crescit. lib. decimo. ca. secundo, num. sexto. Orationibus suis communiebant orbem Sancti, lib. 13. cap. 3. num. 31.& 32. Oratio ad tantam dignitatem euehit nos, vt pro Petro, & Paulo, dum viuerent, orarẽt fideles, li. 13. c. 3. num. 32. Orationes alienas etiam sãcti mendicare debent. li. 13. cap. 4. num. 3. & 5. Orationes alienæ multum prosunt nobis, illęque, dum communes sunt, iuuant multũ. ibidẽ num. 3. vsq. ad 6. Oratio nostra duas alas habere debet, contẽptũ mũdi, & afflictionẽ carnis, li. 13. c. 5. nu. 30. Orationẽ comitetur ieiuniũ, vt his duab. alis volet homo in cælum. li. 13. c. 6. nu. 4. 5.& 8. Orationes, quæ pro toto populo fiunt, clamores sunt, li. 13. c. 7. nu. 9. Oratur Deus vt pater noster, nõ meus, quia docuit cõmunẽ orationẽ facere pro fratrib. li. 13. c. 8. n. 1. 3. 5. 6.& 12. Propter terræmotus, & incẽdia, & grauissimã pestẽ tãtis cogẽtib. necessitatibus rogationes inuẽtæ sũt, quib. Deus indignatus ob horum peccata placaretur, & quia eius-

modi neceſſitates nec harũ cauſa ceſſauit, etiã orationes a temporib. illis uſque ad noſtra tẽpora ſunt conciuuatæ. Illæ quidem priſtinis tẽporibus multa agebantur veritate, modo autẽ cum neceſſitates creuerint, & peccata inũda uerint ſuper terram, ridiculæ ſunt. Orationes tepidæ, & miſerę hominum taxantur, li. 5. ca. 2. num. 1. & 2. omniq. carent veritate, omni deuotione, dum a paucis perficiuntur Eccleſiaſticis, confabulationibus, murmurationib. & cachinnis plenæ, quæ Deum potius irritent, quam moderentur, quibus imperfecta arguitur hominum fides, libr. tertio, cap. ter-
2 tio, numer. quarto. Tempore paſchali rogationes inſtitutæ ſunt, vt cum fidelium plerique ſacro quadrageſimæ tempore tranſacto, & pœnitentia iam peracta, ad priſtina reuerterentur vitia, commonefierent tãtæ & ſtultitiæ, & malitiæ, unde in nocte cænę locum adduxit Pauli Eccleſia: Ideo inter vos
1. Cor. 11. multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Quod dicit Apoſtolus (ſanctus Thomas)
S. Thom. quia in primitiua Eccleſia propter indignam ſumptionem Euchariſtię puniebantur multi infirmitatibus corporalibus, vel etiã morte. Vnde ait, ideo, id eſt, in ſignum futuri iudicij multi infirmi, ęgritudines diuturnæ. Hæc etiã accidebant, cum in Paſchę tempore ad vomitum reuertebantur fideles, ſicut lamentaba-
Serm. 14. ex 29. mar. tur Baſilius in ebrietatem, & luxum, vbi poſtquam fleuiſſet, in quæ deueniſſent homines peccata, poſt illa confeſſa in quadrageſima ait: O miſeri, quot noctibus fruſtra vigilaſtis, quot diebus fruſtra conueniſtis. Tacerem mo-
Hiere. 20. do, niſi Hieremię metuerem exemplum, qui populo incredulo, & nimiũ perdito nolens lo qui factum eſt verbum Domini in interioribus. eius quaſi ignis exæſtuans, & defeci ferre non ſuſtinens, quia vtique ignis eius interna corrodebat viſcera. Feminæ timoris Dei oblitæ in reſurrectionem comuntur, ornantur, ridẽt, ludunt, choreas ducunt in muris ciuitatis. Iſta lamentabatur Baſilius, quæ noſtris temporib. tamquam nenię contemnuntur. Bern. etiam
Ber. ſermo. 1. reſur. illud acriter dolebat, quod quadrageſima iã tranſacta eſſent homines verboſi, ut ante, curioſi vt ante, pigri & negligentes, vani, detractores, iracundi, vt ante, eadem repetẽtes, quę dudum fleuimus. Reſurrectionem exoptant fideles, heu, vt liberius vacent uoluptati. Proh dolor peccandi tempus, tempus recidendi facta eſt reſurrectio Saluatoris, ex hoc commeſſationes, & ebrietates redeunt, cubilia, & impudicitiæ, & laxantur concupiſcentiis frena, quaſi ad hoc reſurrexerit Chriſtus, & non magis propter iuſtificationem noſtram, & poſt multa addit: Propter hoc crebra in diuerſis regionibus hominum mortalitas ſpecialiter his diebus. Hæc mala vſque ad noſtra tempora peruenerunt, immo his maiora ſunt, & crebriora flagella, ſicut & peccata. Nullum calamitatum genus paſſus eſt olim mundus, quo miſerum hoc ſæculum cumulatiſſime nõ abundet. Et licet illa non experti fuerimus diluuia, quæ tempore Noe acciderunt, non quidem, quia illa non merebamur, modo maiori forte ratione, ſed quia arcum Deus bonitate ſua ſtatuerit in nubibus cæli, ne deinceps diluuium eſſet diſſipans terram, dum illum, & non hominum ſcelera contemplare tur Deus, nec ea experti fuerimus incendia, quæ olim Sodoma, & aliæ ciuitates ſunt paſſæ, nec peſtilentiæ, quæ tempore Gregorij pertulit Roma. Nec ea experti ſimus bella, quæ tempore Gothorum, & Agarenorum experti ſunt maiores noſtri. Nec ea viſa ſit fames modo, quæ fuit tempore Dauid, quando in Hiſpania per 26. annos pluuia data non eſt. Sed tamen alia proſpicimus mala his maiora, dum hæreſes totum fere Occidentem miſere inuaſerint, quibus miſere homines fide priuati ſunt. Bella patiuntur fideles aſſidua iam a Turcis, iam ab hæreticis immiſſa. Peſtilentię crebro modo in una prouincia, iam in altera. Sterilitates maximas quandoque aquarum penuria, aliquando earum abundantia experimur. Etſi quondam bella patiebantur homines, abundantia tractuum conſolabantur, & ſalute, & in rebus concernentibus religionem miranda proſperitas, dulcia coniungebantur amaris, & læta triſtibus ſociabantur, quibus reſpirabant homines. Et lacrymæ euentuum, quæ triſtes erant, abſtergebantur lætis aduenientibus nuntiis, accipiebatque ſtatim dulcia, qui dudum guſtarat amara. At modo illud conſecuti ſumus miſerum tempus, in quo triſtia aliis ſuccedentibus triſtibus obliuiſcuntur, & ſicut clauus clauo pellitur, ſic lacrymæ vnius infelicitatis alia ſuperuenien te maiori, immo aliis mille aduenientibus ſimul, ita ut nullus detur reſpirandi locus, nulla occaſio conſolationis recipiendę. Hie ronymus Danielis ediſſerens illa uerba:
Dan. 9. Et ſtillauit ſuper nos maledictio, & deteſtatio, quæ ſcripta eſt in libro Moyſi, quia
Hieron. peccauimus ei, recenſet flagella, Babylonicam captiuitatem, & quę ibi pertulerunt Iudæi mala, & ut eorum ponderet leuitatem ait: Et ſtillauit ſuper nos maledictio, quaſi dicat, non totam in nos effudiſti iram, ſed ſtillam furoris, ut correcti reuerteremur ad te. Et tamen tantis perpeſſis calamitatibus omne malum hoc uenit ſuper nos, & non rogamus faciem tuam Domine, ut reuerteremur ab omnibus iniquitatibus noſtris. Duritia multa, ut & in plagis poſiti Deum non rogarent. Stilla maledictionis percuſſi ſunt Iudæi, in nos autem uenit ut fluuius ingens, unde ad Deum docemur confugere pro remedio. Semper enim apud omnes nationes id creditum eſt neceſſarium, ut qui neceſſitatibus premuntur, ad pedes Dei remedium quęrant. In qua re & fideles, & barbari tam erant certi, ut Hieronymus
Lib. quæſt. in Paral. referat, Philiſthæos idolum colere, cui lacrymas tantũ offerebãt, quod prędcedebat popu-

lum, cum ad præliandum egrediebatur, & illi flentes ſequebantur ipſum, vt eius adiutorio de hoſtib. victoriam reportarent. Stultũ quidẽ illud erat, vt cordati homines crederẽt a mutis ſimulacris victoriam conſecuturos, ſed in hac inſania conſequenter illi philoſophabantur, vt ab illo auxiliũ quęrerent in neceſſitatibus, quem Deum credidiſſent. Et qui lignum, aut lapidem pro Diuo coluerit, ab eo opportunum remedium quæſiturus accedit. Nec ſolũ ſanctus Rex Ezechias Daniel, &c. ſed & barbari Niniuitę ieiuniis, & orationibus diuinã vrgente neceſſitate interpellabant clemẽtiã, & Pharao imminentibus plagis a Moyſe efflagitabat, vt precaretur Deum, ut eos a tantis eriperet cladibus. Vnde omnes nationes, quãtumuis ferę, & barbaræ, & Sacerdotes habuerunt & ſacrificia, vt his mediis poſcerent a Diis adiutoria in tribulationibus. Vnde tam
4. Reg. 1. acriter indignatus eſt Deus contra Ochoziã Regem, qui corruens de cænaculo, & ægrotans, nec ipſum adijt, ut conſuleret, nec remedium poſtularet. Et ita cum ingruente peſte, quam dicebamus, Romę cũ ſummus Pontifex Gregorius orationibus aſſiduis Deum interpellaret, corruptus aer viſibiliter aufugiebat, & viſus eſt Angelus, qui enſem ſanguine plenum in vaginam mittebat, quando diui-
3. Reg. 8. næ indignationi impoſitus fuit finis. Et Salomon, cum templum illud magnificum multis ſumptibus & labore peregiſſet, & arcam teſtamenti ibi collocaſſet, poſtulauit a Deo, vt qui illuc Deum rogaturi accederent, ſiue fideles hi eſſent, ſiue barbari, a quacumque neceſſitate liberarentur, quod & conceſſit Dominus, &
3 impleuit. Deo accedunt homines in tribulationib. impudenter, cum eum in pace cõtemſerint, lib. ſecundo, cap. 17. nume. 9. Deus velociter adeſt his, qui in veritate illum quærunt, & uocant, lib. 4. cap. 16. per totum. Dei auxiliũ implorandum ſemper, ibidem nume. 6. & 13. Deus. n. refugium eſt, & virtus, alia extra ipſũ refugium, in quib. non eſt virtus, li. 4. c. 16. nu. 12. & 13. Vnde ad ipſum confugiendum eſt in neceſſitatibus media oratione. Hocq. grande donum ipſius eſt, ſi mentibus hominum ingerat deſiderium accedendi ad ipſum rogaturi,
Pſalm. ſic Dauid gratias agens Deo aiebat: Benedictus Deus qui non amouit orationem meam, & miſericordiam ſuam a me. Aequaliter illi gratus ſum, eo quod & me ad orandum incitauerit, & quod ab eo miſericordiam ſim conſecutus ea recipiens, quæ poſtulaui. Oratio interpellans Chriſtianos reſpõdet ſacrificio Iudæorũ, quod uocabatur Indefinens, li. 6. ca. 2. n. 4. & 5. Sed licet omnibus hominibus commune ſit, vt ad Deos ſuos confugiant, ipſos in neceſſitatibus rogaturi, Chriſtianorum illud ſit proprium, ut imminentibus preſſuris, & peccatis relictis, vt late diximus in concione anteriori, & multa in veritate ad Deum accedamus,
Iſa. 37. ſicut fecit ſanctus Rex Ezechias, qui non ſolũ orauit, cum Ieruſalem obſeſſa eſt, etiamſi ſecundum traditionem Hebræorum Rapſaces Dux exercitus Senacherib filius illius fuerit; li. 16. ca. 4. num. 29. Sed cum templum eſſet ingreſſus, ait Hieronymus, nec os reſerare fuit auſus, ſed Sacerdotes ſaccis, & ciliciis opertos miſit ad Eſaiam, vt Propheta ſacer Dominum rogaret, & ille reiecta purpura regia ſac co etiam indutus eſt, & dixit Prophetæ; Dies tribulationis, & correptionis, & blaſphemiæ dies hæc, &c. Leua orationem pro reliquiis, quæ repertæ ſunt. Quia indutus Rex ſacco, induti Sacerdotes ciliciis, in templo ſimilis publicano nec oculos ad cęlũ audet leuare præ humilitate, nec os aperire, audit cõtinuo Rex ab internuntiis: Ne timeas, non dabitur Ieruſalem in manu Regis Aſſiriorum, & ſaluabo eam propter me, & propter Dauid ſeruum meum. Et continuo ab Angelo totus exercitus Regis Aſſiriorum illa nocte depopulatus
Iudith 9. eſt, & occiſus. In Bethulia Iudith induit ſe cilicio, & poſuit cinerem ſuper caput ſuum, & lacrymis Deum interpellans rem perfecit uix credibilem; ſic & Heſter, cum orationes lacrymis, ciliciis, cinere, virtutem acciperent.
Oratio etiam Danielis commendata eſt ex ieiunio, perſeuerantia, & lacrymis, lib. 13. capit. ſexto, numer. octauo. Opertus enim ſacco, &
Dan. 9. cinere, & extenuatus multis ieiuniis dixit: Tibi Domine iuſtitia, quaſi dicat, *la razon os ſobra Señor*, nobis Domine cõfuſio faciei, i. *corridos de lo hecho* tibi autẽ Domine miſericordia, qua ſubleuati proſternimus nos preces. At quas mundus modo patitur calamitates, vt dicebamus, excedunt eas, quas antehac pertulit mundus, cumq. tales hę ſint, ludicre cum Deo agimus de remedio. Ratio quidem eſt, quia in viſione illa, quæ Danieli fuit reuelata, quatuor uidit
Dan. 7. beſtias, prima ſimilis leenæ, ſecunda ſimilis vrſo, tertia pardo, ſed de vltima loquẽs ait: Aſpiciebam in viſione noctis, & ecce beſtia quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos comedens, atque comminuens, & reliqua pedibus cõculcans. Priores beſtiæ propria nomina acceperunt, quia earum crudelitates dici poſſunt, ſed ultima nomine caret, quo etiam carẽt mala, quę intulit mundo, vtpote quæ & grauiſſima ſunt, ingentia, & innumerabilia, quæ beſtia deuorat ex parte, & ex parte conculcat, vt illa paruipendantur, & cum inſpexerimus mundũ vicinũ interitui, hæreſibus, bellis, peccatis, &c. dicamus inſani: Vulnerauerunt me, & non dolui; traxerunt per acutiſſimos lapides, & ſpinas, & nec ſenſi quidem. Quis. n. hominum ad Deum accedat in veritate, & in cor de perfecto, vt remediũ quærat? Nullus: quia miſerandum accepimus ſæculum, ait Auguſt.
Auguſt. de quo Dauid fuerat locutus: Ab increpatione
Pſal. 75. tua Deus Iacob dormitauerũt, qui aſcenderũt equos. Superbe, ambitioſe diues increpate Deus, & dormis? Duritia enim cordis, obdormitio eſt, vnde nec prementia ſentis mala: excitabit te Deus aliquando, & ſenties tũc damna, quando his prouidere non poſſis. Imminenti ingenti aliqua calamitate, & vrgẽte

Hom. 41. in Acta. reformatio noua experiri consuecuit, ait Chrysostomus, in Acta, refertque Constantinopoli accidisse, dū terræmotu quodā ciuitas quateretur: Nostris temporibus innumera patimur tristia, & tamen nec emendamur, nec de remedio cogitamus. Olim fecit Rex Salomon in domo regia saltus Libani, clypeos aureos ducentos, vt eius proderetur potentia. Sed veniens Rex Aegypti aduersus Roboā filium eius sceleratum tulit thesauros domus Domini, & regios, & scuta aurea, quæ fecit Salomō, pro quib. fecit Rex Roboam ærea scuta. Diuitiæ quidem ab hostibus sunt sublatæ, relictumque tantum est æs sonans. Scitis quid dicere intendam, cum olim in Letaniis conueniebant & Ecclesiastici, & sæculares canētes: Sancta Trinitas vnus Deus miserere nobis. Sancta Maria, &c. Propitius esto, parce nobis Domine, &c. Peccatores te rogamus audi nos. Aureæ sonabant voces, quæ magnitudine deuotionis Deo erant pretiosę, quibus ille merito placabatur. Sed modo, heu me, solus vocum sonat tinnitus diuinas aures non pertingens. Singulis annis processiones fiūt, Litanię cantātur ubique, & tamen calamitates semper sūt eædem, & peccata, Deus enim non exaudit nos instantibus magnis necessitatib. & quare, lib. 13. cap. 6. num. 2. & 3. lib. 14. cap. 12. num. 5. vsque ad 8.

3. Reg. 10. & 14.

4 *Quis uestrum habebit amicum, &c.* Quotiescumque Ecclesia Christianum populum congregat in rogationibus, siue maiores illę sint, siue minores, hoc utitur Euangelio, in quo interrogatus Iesus a discipulis quomodo esset orādum, tradita oratione Dominica, vna eleganti comparatione docuit orationis necessitatem, qua uirtute pollere debet, qui cum Deo in oratione negotiari debet relicta vita mala, in qua erat. Perseuerantiam docuit necessariam ad consequendum, quod postulat homo, quæ a Deo sunt postulanda, ut illa nec indifferentia sint, nec nociua (Caietanus) quoniam ista non conceduntur nisi forte vt puniatur qui talia receperit in proprium malum.

In primis considerandum est, quod in hac comparatione docet Iesus, quæ sit orationis vis, maxime si sit perseuerans, vt sic ad fiduciam impetrandi inter orandum, & ad constātiam inuitaret, quæ duo sunt orationi summe necessaria. Et ita ut hanc probaret veritatem, quod oporteret semper orare, & non deficere, similitudinem hanc proposuit: *Iudex quidā erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur*, id est, qui nec diuina, nec humana consideratione adduci poterat ad bene operandum. *Vidua autem quædam erat in ea ciuitate, & ueniebat ad eum dicens: Vindica me de aduersario meo. Et nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se. Et si Deum non timeo, nec hominem reuereor, tamen, quia molesta est mihi hæc uidua, uindicabo illam, ne in nouissimo ueniens suggillet me. Ait autē Dominus: Audite, quid Iudex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet uindictam electorum suorum clamantium ad se die, ac nocte?*

Luc. 18

Nostræ parabolæ idem finis fuit, cuius sensus hic est: Si tantum valet instans amici precatio apud amicum hominem, ut si inoportuno tempore, quo iuste negari poterat, petit ab eo aliquid, ille etsi non moueatur respectu amicitiæ, tamen victus improbitate precantis etiam amplius offerat, quam petebatur, multo magis valebit apud Deum hominibus amicissimum, quem amorem ut explicaret Iesus, amorem parentum uocauit hic malignitatē, lib. 13. cap. septimo, nume. quinto. Apud Deū, cui nullum tempus est importunum, quique precantium importunitate non offenditur, sed delectatur. Ille enim orationibus hominum non lassatur, sed eas multum optat, li. 13. cap. tertio, nume. duodecimo. vsque ad 15. & 19. cap. septimo, numer. quarto, & 6. adeo ut quod iuste negari poterat, aut etiam debebat veluti precantis perseuerantia victus concedat, idque etiam copiosius, quam petebatur, vel ob id maxime differens dare, quod petitur, vt accendens desiderium, vberius donet quod petitur, sicut in parabola docetur, in qua accommodatos tantum, & tres panes amicus dicitur postulasse, recepisse autem non tres tantum, sed quotquot habet necessarios, eosque non commodatos, sed donatos. *Matth. 18* Sicut & cum illo fecit, qui debebat decem millia talenta, qui dilationem tantum solutionis postulans a Domino condonationem accepit. Sic & cum Zachæus desiderio uidendi Iesum arborem conscendisset, id, quod optabat, consequutus est, nec id solum, sed audiuit insuper: Descende, quia in domo tua oportet me manere, sibi expediens inquiens, quod publicano viro expedientissimum erat, vbi intrauit, & epulatus est. Vnde Ecclesia canit; *Deus qui & merita supplicum excedis, & vota.* Postulat Salomon diuitiis contemptis sa- *3. Reg. 3.* pientiam, qua creditum sibi populum regere potuisset, & hanc accipit cumulatissime, & diuitias, quas nullus mortalium vsquam possederat. Postulat Centurio salutem seruo, & au- *Matth. 8* dit: Ego veniam, & curabo eum. Amplius concedit, quam promittit, sicut cum in Numeris *Num. 17.* præcepisset Deus Moysi, vt duodecim acciperet virgas, duodecim tribuum, & illum eligeret in summum Sacerdotem, cuius virga flores protulisset, virgaque Aaron non solum floruit, sed & fructum dedit. In oratione amplius dat Deus frequenter, quam rogatur. lib. tertio. cap. decimo, num. 105. lib. quarto, cap. nono. num. primo, cap. 25. numer. primo. Per hanc accommodationem patet exemplum a- ductum duo ostendere, nempe quod perseurantia orationis etiam id impetrat, quod iuste poterat negari. Oranti aliquando non statim adest Deus, vt detur occasio amplius deprecandi, lib. primo, cap. 21. num. quarto, lib. 13. cap. nono, nume. 20. & 21. Orationis perseuerantiam docuit Dominus, lib. 13. ca. tertio, nume. vndecimo, 29. & 30. cap. quinto. num. 8. cap. septimo, numer. quinto, vsq. ad septimum. In oratione perseueret homo, sic enim regnū cælo-

cælorum vim patitur, dum orationis vi rapitur, lib. 13. capit. 5. numer. 28. & 29. Vnde intulit Dominus: *Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis.* In quibus verbis docuit orare cum sedulitate multa, magna patientia, & perseuerantia, lib. 13. cap. 7. num. 5. Orationis cōditiones explicuit Christus in parabola Lucæ 11. li. 13. cap. 7. numer. 5. & 6. In quo capite late agitur de perseuerantia. Secundo exemplum indicat nos ad Deum, tamquam ad amicum, summa cum fiducia accedere debere. Quomodo ille, de quo in parabola, fretus amicitia etiam intempesta nocte non est veritus amicum dormientem interpellare, & recusantis exaudire ostiū perseueranter pulsare. Sic & nos clamare debemus: Exurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne obliuiscaris in finem. Cur faciem tuam auertis, obliuiscaris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ, ac si graui somno sopitus non audires? Ne exciteris tamquā dormiens Domine, tamquam potens crapulatus a vino, vt percutias inimicos tuos in posteriora, & opprobrium sempiternum dessillis, sed excitare misericors, & amicus, vt porrigas ea, quæ nobis ad salutem sunt necessaria. Postremo parabola indicat etiam qualia debeamus a Deo petere, scilicet bona, & quę ad vitæ spiritualis sustentationem nobis, & alijs sunt necessaria, & vtilia, sicut ille, de quo in exemplo, panes dicitur petisse non ci- 5 borum lautitias. Considerandum etiam est in hoc Euangelio, nonnulla esse verba multum animaduertenda, quibus vsus est Iesus, vt homines efficaciter mouerentur ad orandum, orationis animaduersa necessitate, dum panem postulare dicit is, qui orat, spiritum, & aerem petere, quo respiret, sine quo viuere non possit. In homine enim Christiano duplex est vita, altera naturalis, quæ præsentia animæ in corpore causatur, altera spiritualis, quam Spiritus sanctus in anima iusti operatur. Et sicut cibus, & somnus, & respiratio necessaria sunt ad vitam conseruandam humanam, sic cibus spiritualis, & respiratio necessaria sunt, vt vita spiritualis conseruetur. Orationem respirationi comparauit Chrysostomus, lib. 13. cap. 3. num. 12. Oratione deficiente impossibile est cum virtute degere, ibidem num. 23. & 25. Oratio cibus est animæ, lib. 13. cap. 7. num. 8. Oratione enim veluti cibo & delectatur anima, & vires recipit, ne insurgentibus tentationibus pereat. Vnde in Psalm. 95. Hieron. vbi nos legimus: Sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione eius, legit ille: Fortitudo, & exultatio in Sanctuario eius. Sanctuarium orationis locus est. Orationis autem feruidæ comites sunt fortitudo ad labores subeundos propter Deum, & exultatio in Spiritu sancto. Quæ duo munera pondus totum vitæ spiritalis inuicto robore sustentant. Et vt orationē recte comparatam aeri, quo respiramus, intelligas, Regius Vates tam illi deditus dixit: Os meum aperui, & attraxi spiritum *Psal. 118* q. d. sicut aperire os necessarium est ad recipiendum aerem, quo cordis nimius calor moderetur, ita oratio necessaria est, vt ardor, & ignis inuoluens, qui venit ab Aquilone, homines non inuoluat. His rationibus moti primi Christiani, vt refert Philo Iudæus in lib. de vita contemplatiua, toti in- *Lib. 2. hist. Eccles. ca. 6.* tenti erant orationi. Vnde ait: Christiani etiam coniugati, vrbibus relictis, secreta adeunt solitudinis, vt feriati temporalibus mundanorum negotijs liberius Deo vacent. In Alexandria multi istorum viuūt, vbi orationi, & sacræ lectioni vacantes non comedunt vsque ad vesperam. Celebrant sacras vigilias frequenter noctem integram ducentes insomnem in oratione. Per plures noctes lectum relinquentes humi cubant, vt lecti duritie excitati surgant citius ad sacras vigilias peragendas, &c. Certe Sancti omnes tā erant dediti orationi, non solum quia hæc magnum adducit bonum ex colloquio cum Deo, li. 13. cap. 3. num. 7. 28. & 34. sed quia cibus est, & respiratio animæ.

Psal. Psal.

Quis uestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, &c. Mediæ noctis, in qua amicus rogationibus interpellaretur, memoriā fecit non casu certe, sed commoditatem volēs edicere nocturnarum precum, quando iustus media nocte surgit ad confitendum Domino. Dies enim sæcularibus negotijs deputatur, nox vero quieti. Quod vero nocte ad Deum proficiscamur, ostenditur liberum debere esse animum ad orationem, & feriatum a forensibus negotijs: Anima mea de- *Esai. 26.* siderauit te in nocte, id est, in quiete, separata a mundi tumultibus. Similiter Tren. 1. *Tren. 1.* Consurge in nocte, & lauda in principio vigiliarum, effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini. Orationes nocte faciendas consulebant Sancti, lib. decimo tertio, capit. tertio, nume. 14. & 26. cap. quarto, numer. vndecimo, vtpote quæ multum proficuæ sunt, cap. decimo, numer. 1. 9. 17. 19. & 20. Orabat Iesus in monte solus & nocte. vt a loco & tempore doceret tranquillitatem in oratione quærendam, lib. decimo tertio, capit. vndecimo, nnmer. tertio. Cum enim expedientissimum sit ad orādum, mentem colligere, vt cogitationibus vanis ab anima pulsis, Deum quietus contempletur homo, vt ductus in solitudinem cogitationum, quam animam talem viderit alloquatur, & consoletur, ad id perficiendum nocturnum quærens silentium, & media nocte adiens amicissimum Dominum ad pedes eius consolabitur, ea, quæ postulauerit, consequetur, & Deum sibi placatum reddet, quem vagus assistens coram eo posset indignari. Orandum nocte, & die, sed in nocte maior tranquillitas est, lib. decimo tertio cap. decimo, numer. 6. 7. 9. 10. 13. & 22. In oratione vanas cogitationes pellere expedit multum, lib. decimo tertio, cap. vndecimo, nu. primo, & decimo quarto.

6

Hieron. in Psal. 95.

Orat

Orat in conspectu Domini solus ille, qui precatur vndequaque mentem suam colligens, ibidem numer. secundo. Ad orationem veniens cogitationum tumultus foras relinquat homo, numer. decimo tertio. In oratione vilissimus puluis distractus insanit, iniuriusq. est Deo, licet bonitate sua id toleret, lib. decimo tertio, capit. vndecimo, numer. decimo quarto. Vt ergo huic malo grandi prouideatur surgat homo nocte, & adeat Deum, &c.

7 *Quis ex uobis patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi? Aut piscem, numquid pro pisce serpentem dabit illi? &c.* Multi a Deo panem petunt, at quia Deus intelligit illis lapidem futurum, quo dentes comminuantur, eis minime concedit. Non ea præstat, quæ in modum serpentis virus effundant, quibus homo venenatus intereat, sed vt latius in Dominica quarta diximus, multa negat propitius, quæ concedit iratus. Sed qui pater est tuus dabit
1. Reg. spiritum bonum petenti, non eum, qui cum malus sit, te exagitet, sicut Saul, sed eum, qui sanctus cum esset, ab eo recessit & directus est in Dauid, quem ipse conseruandum
Psal. 50. poscebat dicens: Spiritum sanctum tuum ne auferas a me, sed redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Patrem postula, vt cum ad eum accesseris, qui pater tuus est, cum multo accedas gaudio, & cum multo simul tremore, libr. decimo tertio, capit. tertio, numer. 20. & 27. His verbis fide grandi poscere nos docuit Iesus, lib. decimo tertio, cap. quinto, num. octauo, & decimo. Ad patrem enim timorem reuerentialem habere debent filij. Quapropter
S. Thom. lect. 4. ad Ephes. 3. (ait S. Thom. lect. 4. in caput 3. ad Ephe. edisferens verba illa: Flecto genua ad patrem) oratio genibus flexis fit in signum reuerentiæ in Deum. Procidimus enim mente, & corpore, ait Chrysostomus, dum cogitamus illius, quem alloquimur, excellentiam, & quæ apud tantum Deum geruntur negotia similes cælicolis, qui illius regiam maiestatem contemplantes coram illo procidunt reuerentia pleni, libr. quarto, capit. 42. numer. primo. In oratione Dominica Deus dicitur pater, vt doceat cum fiducia petere, & ea, quæ digna sunt filijs Dei, libr. decimo tertio, cap. 6. 12. 19. & 20.

IN DIE ASCENSIONIS Domini.

Euangelium.

Recumbentibus vndecim discipulis apparuit illis Iesus. Marc. vltimo.

De ascensione differitur lib. 3. cap. 14. per totum, & lib. 2. Rosarij cap. 12.

INTER articulos Christianæ fidei, qui sacrã Domini humanitatem concernunt, vnus est is, quem hodierna die Ecclesia celebrat in Saluatoris nostri sancta Ascensione in cælum, quando insigni victoria de hostibus reportata, insigni potitus triumpho, in cælum, vnde præliaturus descenderat, rursus ascendit. Et vt quondam Romani duces, qui insignem aliquam prouinciam Romano imperio acquirebant, vel rebellantem denuo subiugabant, in vrbem recipiebantur triumphali vecti curru, quem captiui omnes circumdabant, cui obuiam egrediebantur omnes vrbis Senatores, nobiles omnes pretiosis induti vestibus. Cumq. triumphalis arcus paratus esset, in eo sculpebãtur præclara triũphatoris gesta, celebres victoriæ, quas cõsecutus fuerat, cui tota ciuitas acclamabat, peractaq. via insignis quidam orator qua poterat eloquentia insignem victoriam, illiusq. gesta præclara populo proponebat, qui dies in toto Romano imperio celebris erat, & memorialis; sic valentiori multo iure Ecclesia triũphans in cælo, & ea, quæ adhuc militat in terra, Saluatoris victoriam celebrat illa quidẽ incessanter, & perpetuo clamãs: Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro. Et qui *Apoc.* vicerat leo de tribu Iuda, agnus sedet in throno, quem circumdant procidentes omnes cæli ciues, ista autem singulis annis ingressum, & summi Principis, & Sacerdotis ad memoriam reducit, quando vulneratus in cruce de diabolo triumphauit, & postea captiuis circumdatus captiuam ducens captiuitatem cælestem ciuitatem intrauit. Et quidem (Bernardus) Romanos principes comitabãtur captiui, qui mi sere vinciebantur, proprias amittebant sedes, omnibus exspoliabantur bonis, quibus qui victoriam fuerat consecutus diues efficiebatur, illis remanentibus nudis, mendicis, & exulibus; at noster Princeps pauper prius effectus est, in cruce omnibus bonis exspoliatus, vt eius inopia nos diuites esse-
mus;

mus; eos qui in captiuitate Babylonica detinebantur, liberauit mira libertate, soluit compeditos, & qui exules filij Euæ ad ipsum clamabant, ad portum salutis, & patriam propriam sunt reducti. Huic obuiam procedunt non inclyti Romanorum ciues, sed illustrissimi cælorum principes, quem comitantur quousque sedeat ad dexteram patris, hoc est, in potioribus eius bonis sancta Saluatoris humanitas commoretur, vbi præclara eius gesta non in lapidibus arte politis, sed in diuina scribantur essentia, vbi perpetuo ea legat omnis beatus. Hanc gloriã nullus insignis cõcionator valet edicere, etiam si Angelus ille sit, qui itineri interfuit, aut ex Apostolis sacris, qui ascendentem vidit in nube lucida. Christus enim in Ascensione via aquilæ in cælo est, quam Salomon ignorauit, lib. 3. cap. 14. numer. 36. Christus cum baculo transiuit Iordanem moriens, sed ad patrem redijt cum duabus turmis triumphator, lib. 3. cap. 13. numer. 26. Christi resurrectio, & ascensio figurata, quando Sanson clausus in Gaza surrexit, & ad montem profectus est, ibid. numer. 28. Christi ascensio super omnes creaturas in figura Moysi est ostensa, libr. 3. cap. 5. numer. 20. Christo ascendenti Angeli congratulantur, & homines consolantur, lib. 3. cap. 14. numer. 10. 11. & 18. Christus in ascensione captiuam duxit captiuitatem, id est mortem, vel homines ibid. num. 19. Christus incarnando venit in hortum suum, moriendo messuit myrrham, resurgendo comedit fauum, ascendendo bibit vinum cum lacte, lib. 11. cap. 6. num. 112. Discessus quidem Christi a nobis ingens videtur ratio tristitiæ. Separatio enim a re multum amata animum
1. Reg. cruciat, cum amor nihil aliud sit, quam vnio duorum animorum. Quid hic Dauidis & Ionathæ lacrymas commemorem? Quid Iacob Patriarchæ vbi Beniamin natu minimum filium a se cum cæteris fratribus diuelli, & in Aegyptum ire passus est? Cũ ergo nulla amicitia cum Christi amicitia sit comparanda, quo modo fidelis anima, quæ illius amore flagrat, non mærore affici debeat, cum illum a se separari videat? Vnde Augustinus aiebat
Cant. in meditationibus: Recessisti consolator meus, nec valedixisti. Quid ego dicam, quid faciam? Quo vadam? Quis dilecto meo annuntiabit, quia amore langueo? Defecit gaudium cordis mei: versus est in luctum risus
4. Reg. 2. meus. Domine appare mihi, exhibe præsentiam tuam, & consolatus ero. Scidit vestimenta sua Elisæus, cum Elias in igneo curru raptus ab illo discessit, cuius præsentia tam multa reportabat commoda, & vocibus tristitiam ingentem manifestantibus clamabat: Pater mi, pater mi, currus Israel, & auriga eius. Quæ verba perfectam non reddunt sen-
Aug. serm. 201. de tempore. tentiam, quæ verbo carentia, sensum quidem non exprimunt, sed illius dolorem, animiq. teneritudinem, quam maxime his verbis Elisæus explicuit. Cum ergo, vt Augustinus ait, hæc Eliæ discessio figura fuerit resurrectionis Christi, quid mirum, si eam considerantes homines non possint consolari? Augustinus in confessionibus confitebatur Deo, quod cum fidissimus illi amicus interijsset, consolari non magis poterat, quam consolaretur, si anima illius existente diuisibili, in duas scissa fuisset partes, quarum vna a corpore egressa alteram reliquisset in illo, nec nimio dolore commotus scire poterat, quid illi esset expediens, quidq. illi optandum foret, viuere, an mori, cum in vita, & in morte multa inueniret, quæ illum possent vehementer cruciare. Ita videtur in ascensione Domini nobis contingere, cum ille discedat, non qui dimidium est animæ nostræ, sed qui intimius quam anima in nobis est, in quo viuimus, mouemur, & sumus, quo recedente quasi exanimes videamur remanere. Tristia quidem ista videntur, quæ enarrauimus, sed proculdubio ingenti sunt plena consolatione. Non solum cælestibus ciuibus, qui ea hora in aere expectabant, vt digrederetur a Virgine, & a discipulis, vbi multi astarent Angeli, qui nuntij & ascenderent, & descenderent, vt ea referrent, quæ gerebantur in terra, iam suos aiebant, alloquitur discessurus cõtinuo, iam ab eis separatus est, iam ascendit, iam adest. Iter facite ei, qui ascendit super occasum, hoc est, super cælum, vnde lucifer cum suis corruit. Iste formosus qui venit gradiẽs *Esai. 53.* in virtute fortitudinis suæ Dominus nomen illi. Hi quidem quorum muri ædificantur in sancta ciuitate lætabantur sane, sed etiam Apostoli vehementer lætati sunt, qui in san- *Luc.* ctam ciuitatem cum gaudio magno laudantes Deum sunt reuersi, libr. 13. capit. 14. *Act. 1.* numer. 18. Lætanturq. omnes iusti, dum Christum Dominum considerant immortalem, & triumphũ mirabilem, quo raptus est in cælum, non ab Angelis ductus, sed propria *Hieron.* virtute subleuatus. Et sicut olim, ait Hiero- *1. Reg. 18* nymus, cũ Dauid acceptis lapidibus de torrente Goliath vicit, & proprio gladio eius caput amputauit, sanctam intraret ciuitatem cum canticis receptus est summa alacritate eorum, qui tanto essent hoste liberati, sic cũ in monte Olineti Iesus positus cælos ascẽdit, & Angeli lætificati sunt, & homines, cũ vtrique magnum consecuti fuissent bonum, & vidissent quem finẽ habuissent opprobria Christi. Liber ille fuerat ait Hieronymus intus, & *Epist. de prima circunc.* foras scriptus, in quo quamdiu quidem vixit *Hieron.* in mundo, quædam quidem scripta erant, vilitatem, paupertatem repræsentantia, in quibus vix aliqua poterant legi, quæ non ad con- *Bernard.* temptum prouocarent illius, qui licet Deus esset, aiebat. Ego autem sum vermis, & non *Psal. 21.* homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis, intus autem scribebantur magnifica, & cælestia. Quæ extrinseca quidem oculis hominum patebant, vilia illa erant in eo, qui in stabulo inter bestias iacebat, qui flebat, qui patiebatur, flagellabatur, de quo scriptum
lege-

legebãt homines: Vidimus eum quasi leprosum, & percussum a Deo, & humiliatum, non erat ei aspectus, neque decor. Hæc quidem extra, sed intra cuncta ille gubernabat, qui cuncta creauerat, in cælo tonabat qui in præsepio vilibus operiebatur pannis, &c. At modo in admirabili ascensione cuncta illa, quæ vilitatem possent ostendere, aut carnis infirmitatem, diuina potentia, & bonitate deleta sunt, vt & ea, quæ scribebantur foras, magna essent, & mirifica, diuinamq. magnitudinem exprimentia, sicut illa extiterant, quæ dum viueret Iesus, intus fuissent scripta. Iesus noster mortalis, ait Bern. in caput 1. Canticorum, sicut pelles extitit Salomonis. Quoniam sicut istæ positæ in quadrigis, & lecticis Salomonis, qui sericis, & aureis indumentis ornabantur, miram pulchritudinem, & magnificentiã tegebant expositæ pelles niuibus, imbribus, frigori, luto, ardori solis, pulueri, quibus, quæ intrinsecus erant, conseruabantur, cum pelles incommoda omnia in se reciperent, quibus interna ornamenta maiestate regia Salomonis digna carebãt; ita Saluatoris nostri lacrymæ, nuditas, paupertas, diuinam celabant magnitudinem, licet hæc aliquando mirandis operibus, quasi quibusdam cancellis, proderetur. At moriente Domino concissus est saccus fratris nostri Benjamin, & infinitus thesaurus, qui latebat, manifestatus est, diuinæq. cortinæ aureæ, quæ tantum insinuabantur per rimulas, quibus tanti Regis proderetur auctoritas, apertæ sunt; immo ipsæ pelles, quæ viles videbantur, & vilitatibus expositæ, frigoris, niuis, mortis, &c. mutatæ sunt & hiacynthinæ, celestesq. sunt effectæ, dum sacrũ Domini corpus quatuor dotibus est ornatum. Iesus enim (Bernardus) vocatus est admirabilis, quando natus est, consiliarius, dum prædicans quæ homini expedirent aperuit, Deus in miraculorum operatione, fortis in passione, pater futuri sæculi in resurrectione, & hodie ascendẽs in cælum princeps pacis in perpetua beatitudine. Cum introducit pater primogenitum, & vnigenitum filium suum in orbem terræ dicit: Et adorent eum omnes Angeli eius. Expedientissimumq. id fuit, vt cum ille veniens in propria a suis nec fuisset cognitus, nec receptus illorum culpa, quod Angeli aduenirent adoraturi eum, quem mundus non cognoscebat, &c. Paucis ab hinc diebus Deum suum illi viderant post tanta perpessa opprobria ab hominibus contemptum, &c. hodie autem eius celebrant victorias. Vidi, ait Ioannes, cælum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, vocabatur fidelis, & verax, & in capite eius diademata multa, & exercitus qui sunt in cælo, sequebantur eum in equis albis vestiti byssino albo, & mundo. Et præmiserat: Et audiui quasi vocem tubæ magnæ, & sicut uocem aquarum multarum, & sicut vocem tonitruorum magnorum dicentium: Alleluia, quoniam regnauit Dominus Deus noster. Cum Christus cælum ingressus est, laudes concinuerunt omnes cælestes ciues illius, qui nomine proprio, & nostro possessionem capiebat cælestium bonorum. Et statim Agnus apparuit sedens in equo albo, non quidem indutus lorica, aut galea, nec gladium aut lanceam deferens, seu clypeum nec ipse, nec qui illum comitabantur, qui his induti fuerant, dum milites hic in tentorijs degerent, quando regnum cælorũ vim patiebatur, & violenti illud essent rapturi, quando graues timebantur hostium potẽtiamorũ incursus, qui eos & vulnerare possent, & exspoliare bonis, & vincere, quando audiebant: Certa sicut bonus miles Christi, at cum iam exultent victores capta præda, & sanctã ingrediantur cum Principe ciuitatem in gaudio, vt diuidant spolia, nec ille, nec illi, vtpote qui pacifice iam hostibus superatis supernam possident ciuitatem, armis prædicti intrant, sed coronis coronati multis in vestibus albis, in corporibus intraturi mũdis, qui sanguine flagellorum, & lacrymis, &c. eas in vita conspersérant. Iob olim, Deo sic in illius bonum permittente, in sterquilinio vlceribus, & vermibus scaturientibus plenus iacebat, qui mille pressus necessitatibus, & doloribus viuebat, ille, qui teste Origene, Hieronymo, Gregorio, Rex erat ea considerans, in quibus vixerat, prospera, aiebat: Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos, secũdum dies, quibus Deus custodiebat me, &c. Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi. Videbant me iuuenes, & abscondebantur, & senes assurgentes stabant. Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo, vocem suam cohibebant duces, & lingua eorum gutturi suo adhærebat. Auris audiens beatificabat me, eo quod liberassem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non esset adiutor. Referens Iob in sterquilinio iacens omnibus his bonis priuatus, dum ea in memoriã reduceret, vehementius cruciaretur præsentibus calamitatibus addens talium prosperitatum recordationem, sicut postea, cum ad pristinam dignitatem, immo ad maiorem est reductus, memoria malorũ delectaretur. Noster Iesus, e contra tristia considerat, quæ præteriere, & cernit quod facta sint omnia noua. In platea supernæ ciuitatis iam positus, in cathedra præclara iam sedet, qui cathedrã acceperat in mundo vilem & dignam hominum crudelitate, & impietate. Ibi sedens astant creaturæ omnes pendentes ab ore narrantis. Illustrissimæ ciuitatis inclyti Principes muti effecti digitum ori imponunt, nec mutire audent, tantam aspicientes maiestatem, sed omni reuerentia pleni silentio increbili audiunt narrantem sponsum, & Regem ciuitatis suæ noua, quæ pertulerat in via, attendebant referẽtem absentiæ suæ successus, quæ cum hominibus egerat mira, dicentem quorumdam ingratitudinem, aliorum deuotionem

Bern ser. 28. in Cant. 1.

Bern ser. 10. ex par.

Hebr. 2.

Apoc. 19.

Iob 29.

tionem, Principum infidelitatem, Apostolorum fidem, dura, quæ pertulit, verbera, & verba. Sedebat ille Agnus, & Rex, in quorum præsentia magni illi, potentissimiq. ciues non maiorem præferebant auctoritatẽ, quam illa sit, quæ est in milite ad Regem relato, sed minorem multo. Ibi aures, oculi, tota mentis intentio ab illo pendebat, cumq. tã sit illustris gens illa, vt si vel minimus Angelus illius ciuitatis in nostra venerit suburbia, Principes, & Sancti pauore trementes pene exanimes corruant aspicere non valentes illius gloriam, qui in cælo omniũ est minimus, is, & qui inter omnes Seraphinos est maior, corruit ascendente Christo coram tanta maiestate. Auris audiẽs, quæ pro hominũ salute gesserat in terra beatificabat tãtam bonitatem, tantam misericordiam illius, qui liberauerat pauperem vociferantem, & pupillum omni destitutum auxilio. Nec solũ pauperem instanter clamantem, sed dormientẽ, sed contemnentem, sed resilientem liberasset. Nec solũ beatis Principibus dies hic celeberrimus fuit, & lætus, sed etiam hominibus iustis, qui tunc erant, lætus & nobis. Quamdiu Iesus noster mortalis vitã egit inter homines, expugnãdæ illi supernæ ciuitati intentissimus fuit, cũ enim illius muri altissimi essent, & fortes, sicut vidit Ioannes in Apocalypsi, portæq. ex lapidibus pretiosis constructæ, nec Angelus, vt quondam, paradisum, sed Deus ipse ingressum illius tueretur, per multum tempus ciuitas vallata fuit, etiamsi diuinum verbum geminæ gigas substantiæ, infinitæq. virtutis eam obsedisset, cui cælum totum astabat, hanc congrediens ciuitatem multa pertulit vulnera, & tandem interijt, vexillisq. sanguine illius tinctis non in quibus scriptum esset: Senatus populusq. Romanus, sed Iesus N. R. I. Hodie multis militibus stipatus princeps noster sanctam ingressus est ciuitatem. Vbi animæ sanctæ, quæ tunc Iesum comitatæ sunt, spolia belli colligunt, quibus perpetuo diteſcant, exultantq. in re hostibus superatis, sed tamen etiam homines Christiani, qui nũc sunt, exultant in se. Sicut enim cum nomine Hispaniæ, & Regis illius milites firmam, & opulentissimam ingrediuntur ciuitatem, quæ armis capta fuit, vel reguum, quæ ibi reperiunt spolia diuidunt, regnum intrant, sed tamen Hispanis omnibus ius conceditur illuc adeundi, & omniũ nomine illi intrant. Remanemus modo ad sarcinas, dum socij in bello extiterunt, & ingressi sunt sanctam ciuitatem, sed cum (Hieron.) diuidentur spolia, portio nobis erit concedenda. Ideo dixit Paulus ad Ephesios: Cum essemus mortui peccato, conniuificauit nos in Christo, & conresuscitauit, & consedere nos fecit in cælestibus in Christo, vt ostenderet in sæculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo. Consedere nos fecit, iam sedemus. Quid est hoc, quod dicit Paulus? iam sedemus? Non ne alibi dicit: Non quod iam acceperim, iam comprehenderim, aut iam perfectus sim, curro, &c. Cursus, & sessio non recte videntur conuenire. Sed Sancti dicuntur sedere, quia spem, & conuersationem habent in cælo, quia vbi thesaurus est, ibi & cor positum est. Istud igitur est, quod primum Iesu sedente ad dexteram patris accepimus beneficium, vt ibi sint hominum cogitatus, desideria, ibi nostra fixa sint corda, vbi vera sunt gaudia. Christus ascendit in cælum, vt synagoga populorum eum circumdet, libr. 3. cap. 14. num. 2. & 17. Christus enim ascendens spem nobis reliquit, quia profectus est parare nobis locum, ibidem num. 29. Quia enim fere tota hominum felicitas in hoc consistit, vt homo visibilia hæc contemnat, & sola æterna, quæ in cælo sunt & meditetur, & diligat, ad quod multa a Deo adinuenta sunt media, hoc, de quo loquimur, efficacissimum fuit, Christum in dextera patris collocare, vt vbi fuerit corpus, ibi collocentur & aquilæ: vt ea, quæ sursum sunt, quæramus, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapiamus, non quæ super terram. Tibi dixit cor meum, tecum loquitur, vnde exquisiuit te facies mea, vultum tuum Domine requirã. Vnde aiebat Bernardus: Duo sunt, quæ in nobis purganda sunt, intellectus & affectus. Intellectus quidem, ne erret in vanitate creaturarum, aut vagetur, sed colligatur, vt supernam illam contempletur ciuitatem. Voluntas autem tunc ordinata est, cum illud bonum vnum, quod illi intellectus proposuit, diligit, illum solum cogitat, illoq. vno delectatur. Purgandus est intellectus, vt nouerit, affectus, vt velit. Raptus est Enoch, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animum illius. Purgatus est intellectus ab omnibus mundanis rebus. Recordor nunc Helisæi sancti, cui cum Elias dixisset, vt in ascensu suo postularet quod vellet respondit: Oro, vt fiat spiritus tuus duplex in me. At ille: Rem difficilem postulasti, attamen si videris, quando tollar a te, erit quod petisti. Nonne tibi videtur Elias ascendentis Domini signare personã? Elisæus autem chorum Apostolorum anxie suspirantẽ in ascensione Christi? Quis ergo est iste spiritus duplex, qui quæritur, nisi illuminatio intellectus, & affectus purgatio? Res difficilis, quia rarus in terra est, qui illum habere mereatur. Christus quærendus in cælo, non in tumulo, aut tabulo, libr. tertio, cap. decimo sexto, numer. decimo nono. Aiebat Augustinus: Rectarum voluntatum connexio iter est quoddam ascẽdentium ad beatitudinem, veluti quibusdam passibus, prauarum autem voluntatum implicatio, vinculum est, quo alligatur abijciendus in tenebras exteriores, de quibus ab Esaia scriptum est: Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. Primi vero beati sunt, qui verbis, & factis cantant canticum graduum. Vnde cum iter face-

Philip. 3.

Coloss. 3.

Psal. 26.

Bern serm. 3 Ascen.

Sap. 4.

4. Reg. 2.

4 Aug. lib. 11. de Trini.

Esai. 5.

Hieron. Ephes. 2.

faceret Ieſus, & videntibus diſcipulis eleuaretur, cum intuerentur euntem illum, duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis, qui dixerunt: Viri Gallilæi quid ſtatis aſpicientes in cælũ, &c. Non eſt tẽpus ſtandi, dũ viuitis, ſed properandi. Si hi reprehendũtur, qui conſiſtunt, vt cælum aſpiciant, quali reprehenſione digni erunt, qui oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram? Qui ſe viatores, & peregrinos huius mundi non conſiderant, ſed ciues. Iuſti autem peregrini ſunt futuram inquirentes ciuitatem, qui temporalia non quærunt, lib. ſecundo, capit. ſecundo, numer. 5. 8. 9. & 25. libr. vndecimo, cap. decimo quarto, numer. 8. 9. 11. 12. 14. 15. 17. vſque ad 19. Mali autem ciues ſunt huius mundi multis de cauſis, libr. primo, capit. decimo, numer. quarto & quinto. Præterea dies hæc ſummi gaudij eſt, dum patri ſe præſentauit, qui noſtra valeat negotia pertrectare multa cum veritate, & poteſtate. Qui enim tam fuit magnificus, quando iſta agere non poterat, niſi proprio effuſo ſanguine copioſiſsime, qualis erit modo, quando multa facilitate ea poterit efficere, quæ hominum concernunt ſalutem? Expedientiſsimum enim ſemper fuit, vt Sancti aſtarent Deo huius indignationem moderaturi, ſicut per Eſaiam dixit Deus, cum propter perditiſsimos Iudæorum mores ciuitas Hieruſalem a barbaris eſſet obſeſſa: Protegam ciuitatem hanc propter me, & propter Dauid ſeruum meũ. Et in oratione, quam Iudas Machabæus ſuis fecit militibus, narrauit ſomnium huiuſmodi: Apparuiſſe virum ætate, & gloria mirabilem, & magni decoris habitudine, de quo dixit ſummus Sacerdos Onias: Hic eſt fratrũ amator, hic eſt, qui multum orat pro populo, & vniuerſa ſancta ciuitate Hieremias Propheta Dei. Vnde dixit Origenes: Omnes illi, qui ante nos dormierunt, patres pugnẽt nobiſcum, & adiuuent nos orationibus ſuis, ita enim ſcriptum eſt in Numeris: Quia ablinget ſynagoga illa hanc ſynagogam, ſicut ablingit vitulus herbam viridem in campo, id eſt, ſynagoga Domini, quæ nos præceſsit in Sanctis, ore, & lingua conſumit aduerſariam ſynagogam, id eſt, orationibus, & precibus aduerſarios noſtros abſumit. Orationes Sanctorum, qui iam ſunt victores in cælo, iuuant multum pugnantes in terra, libr. decimo tertio, capit. quarto, numer. primo & octauo. Si Sanctorũ aſsiſtentia ante Deum tam fuit ſemper hominibus proficua, quid quæſo vtilitatis conſequemur ex præſentia Ieſu coram patre, cui & tanta debetur reuerentia, pro qua exaudiatur, nec repulſam patiatur, & qui tanta veritate noſtris intentus fuit neceſsitatibus, & vtilitatibus? Vnde aiebat Ambroſius: Chriſtus & ſtare, & ſedere dicitur in dextera patris, vt intelligas in vno intelligi potentiam, in altero miſericordiam. Pro poteſtate Regis ſedere dicitur, at pro bonitate interceſſoris ſtare. Iudex cum reſidet, aduocatus cum aſſurgit, lib. 3. ca. 14. num. 35. Si ibi ſolummodo magnificus Dominus noſter, qui tam magnifica geſsit in terra, qualia inde ab eius manu expectare poterimus bona? Vnde Paulus, vt huius noſtri interceſſoris bonitatem ediceret, aiebat: Talem habemus Pontificem, qui cõſedit in dextera ſedis magnitudinis in cælis ſanctorũ miniſter. Cumq. noſter is Pontifex & ſedeat, & in ſede non qualicumq. ſed magnitudinis & in cælis, vbi cuncta magna ſunt, quando homines in maxima conſtituti dignitate conſeruos ſolent obliuiſci, & amicos, ibi miniſter vocatur, & ſeruus Sanctorum. Mira res, non ſolum in noſtrum ſe obtulit bonũ, quando flebat, & mortalis degebat inter nos, quando dixit: Non ueni miniſtrari, ſed miniſtrare, ſed nomine gaudet miniſtri, & ſerui, cum in opulẽtiſsimis illis ſtatibus regnat, quando cæleſtes ciues coram illo procidunt, tunc miniſter vocatur Sanctorum, ne dixerim etiam peccatorum. Talis enim futurus nobis erat Pontifex ſemper viuens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat, vt nobis eſſet Pontifex, ſanctus, innocẽs, impollutus, ſegregatus a peccatoribus, & excelſior cælis factus, qui non habet neceſsitatem, ſicut alij Sacerdotes prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populo, id eſt, cum neceſsarium non ſit, vt ſua tractet negotia, & ea, quæ illius concernunt ſalutem, & gloriam, ſolis noſtris inſiſtet, & qui pro peccatis ſuis hoſtias non poteſt offerre, vt pater illi efficiatur placatus, & ei reconcilietur, id vt efficiat nobiſcum Deus omni cura tractabit.

Ad morum autem correptionem tria conſiderare debet Chriſtianus homo in hac ſacra Domini aſcenſione. Primũ, quod Agnus, vt aiebat Bernardus, ſequendus eſt, quocumque ierit, eum ſequamur patientem, ſequamur & reſurgentem, ſequamur & multo libentius aſcendentem. Crucifigatur vetus homo noſter ſimul cum illo, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltra non ſeruiamus peccato mortificatis membris noſtris, quæ ſunt ſuper terram. Sed & quomodo ipſe ſurrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. In hoc enim mortuus eſt, & reſurrexit, vt peccatis mortui iuſtitiæ viuamus. Cæterum quoniam vitæ nouitas locum exigit tutiorem, ſequamur etiam aſcendentem, non quærentes ea, quæ ſuper terram ſunt, ſed quæ in cælo. *Expedit nobis, vt ego uadam*, vos de terra ad cælũ, de carne ad ſpiritum translaturus. Aſcendens Chriſtus in altum cum ipſo aſcendere nos debemus, eſt autem triplex hominis aſcenſio. Prima ab iſtis rebus ad nos, ſecunda ad cor altum; tertia ad Deum, libr. tertio, cap. decimo quarto, nu. decimo ſexto. Eleuatis manibus ferebatur in cælũ vulnerum cicatrices diſcipulis oſtendens. Ac ſi diceret: Videte qualiter aſcendam; manus conſiderate pureo

pureo colore aſperſas, qui huc aſcendere voluerit, tales deferat manus & operibus, & laboribus plenas, vt manus diſſolutæ cõfortentur: vt habeamus fiduciam in introitu Sanctorum, quia Chriſtus inchoauit nobis nouam viam, id eſt, quæ hactenus nec inuenta fuerat ab aliquo, nec calcata, vt ſic accedamus cum vero corde, id eſt concordante cum operibus in plenitudine fidei, i. fide firmata per charitatem, illa enim dicitur plena. Aſcẽdit vt adimpleret omnia donis ſuis, quia terra erat inanis & vacua; vel adimpleret omnia, id eſt, omne genus hominum ſpiritualibus donis impleret. Chriſtus in monte Oliueti, vbi captus eſt, & orauit, aſcendit, vt oſtenderet hac via eundum in cælum libr. tertio, cap. decimo quarto, nu. decimo quarto, & decimo quinto. Chriſto coaſcendit homo aſcendens ad ſe, ad cor altum & Deum, ibidem num. 16. Chriſto coaſcendit, qui cor habet in cælo, & peccata relinquit, lib. 3, cap. 4. numer. 20. & 21. 30. & 31. Chriſtus quibuſdam iam ſurrexit, ſed nondum aſcendit, numer. 23. Chriſti Aſcenſionem perperam ille celebrat, cuius conuerſatio eſt in terra, num. 29. Chriſtum patientem, ſurgentem, & aſcendentem ſequi debet homo, ibid. num. 31. & 32. Chriſti aſcenſu in cælum commercium inijt terra cum cælo, cum terra aſcendit, & Spiritus ſanctus deſcendit, lib. 3. cap. 14. nume. 33. Vt autem Agnum ſequi poſsimus, paulatim ille aſcendit, licet in ictu oculi aſcendere valuiſſet, qui Deus erat, & corpus ferebat agile, vt ſi tu in via mandatorum Dei non cucurreris, ſaltem audias: Hæc via, ambulate in ea. Audi Greg. 22. Moral. cap. 14. in figura Danielis, cap. 10. Qui primo iacebat conſternatus, & vultus eius hærebat terræ, & leuauit ſe ſuper genua, &c. hæc interpretãtem: iacere in terra eſt eſſe in peccatis, cum ſurgere incipimus, ſtamus ſuper articulos manuum, inchoãte enim profectu ex magna iam parte a terra ſuſpenditur. Erecti, ſed trementes aſſiſtimus, cum a terrenis deſiderijs perfecte ſubleuati verba Dei, quo plus cognoſcimus, plus timemus, ideo ſtetit Daniel ſed tremens, vltimo autẽ audit: Noli metuere, quod fit cum timor iſte tranſit in amorẽ. Non quamprimum Ezechiel flumen ingreditur, operitur fluctibus, ipſumq. tranſuadare non poteſt, ſed primum traducitur per aquam vſque ad talos, rurſum vſque ad genua, poſtea vſque ad renes, & denique intumuerũt aquæ profundi torrentis, qui non poterat pertranſiri. Sic a paruis exordijs ſæpe in magnã altitudinem creſcit virtus, ſi non ſiſtat homo gradum. Sancti frequẽter in exordio vitæ ſuæ dioſæ multas experiebantur imperfectiones iræ, vanitatis, &c. vnde clamabant: Imperfectum meum viderunt oculi tui, immo non ſolum tui, qui perſpaciſsimi ſunt viſus, ſed mei; ſed nihilominus ſpero quod in libro tuo omnes ſcribẽtur, non illi ſoli, qui in virtute ſunt conſummati, ſed qui adhuc varijs detinentur imperfectionibus, ſi illas deſerere curauerint. Aſcenſiones enim in corde ſuo diſponere debet ille in valle lacrymarum, in loco in quo poſitus eſt. i. donec perueniat ad locũ, ad quẽ creatus eſt. Non omnibus dictum eſt, ſed dilectiſsimo ſponſo: Ecce iſte venit ſaliens in mõtibus, tranſiliens colles, ſimilis capreæ, hinnuloq. ceruorũ. Nec inter diuina beneficia modicũ illud eſt, ait Hieronymus, quod Spiritus Domini eleuet te inter cælum, & terram, ſicut manus Domini Ezechielẽ leuauit, licet in cælo non ſtatim conſiſtas. Et licet ſponſa pẽnas poſtulet, vt volet ſicut Regius Vates aiebat, nec ambulare contenta eſt, tamen ab illo, qui humanas coguoſcit imperfectiones audit: Surge, & propera amica mea. Pulli enim auiũ, aiebat Chryſoſt. ſaltibus aſſueſcunt, dũ paruuli ſunt, vt maiores effecti volẽt. Volãt quidam, currunt alij, etſi quidem nondum id efficere potueris, audi, vt conſoleris, Dauid dicentem: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Multi enim ſunt, & quidem iuſti, qui triſtantur, videntes ea non perficere, quæ deſiderãt, vnde aiebat Iob: Si flagellat, occidat ſemel, & non de pœnis innocentum rideat. Quæ verba eleganter ediſſerens Gregorius ait: Iuſti multum triſtantur, dum cernunt in via Dei non tam veloci properare curſu, quanto vellent. Ait autẽ quod Deus dicitur ridere de his pœnis, *y hazer donaire*, quoniam lætatur multum Deus, cum cernit flentes iuſtos, eo quod non tanta animi alacritate properent, quanta cupiunt. Vide de re hac, lib. nono, cap. ſexto, numer. decimo, cap. vigeſimo ſecundo, numer. 1. 2. 9. 16. 23. 27. & 28. libr. decimo octauo, capit. nono, numer. octauo, cap. duodecimo, num. ſecundo, vſque ad 4 & 24. cap. decimo tertio, numer. ſexto, & ſeptimo. Secundo in Aſcenſione is ordo conſiderandus eſt, quem Paulus explicat: Qui deſcendit, ipſe eſt, & qui aſcendit ſuper omnes cælos, vt adimpleret omnia, primum deſcendit per incarnationem & mortem, & poſtea aſcendit per aſcenſionem, ſic cum ſuis ſe habet Deus, vt primum deſcendant miſerijs, & laboribus impliciti, & poſtea eleuentur. Mundus autem ſuos econtra, prius eleuat, vt poſtea deijciat. Deieciſti eos dum eleuarentur. De re hac multa peruia ſunt in doctrina Sanctorum.

6 Præterea ad ædificationem noſtram illud animaduertendum eſt, quod licet Ieſus in cælum aſcenderet, vt patrem nobis propitium redderet, libr. tertio, cap. octauo, numer. primo, cap. decimo quarto, numer. primo, ſed tamen hominum perditione accidit vt non peragat ſceleratorum hominum negotia ille, qui cælum conſcendit, vt de eorum tractet ſalute, qui ipſum expectant, lib. tertio, cap. decimo quarto, num. 1. & 22. qui aduocatus dicitur iuſtus.

Tandem feſtiuitas hæc continuanda ſemper eſt, cum reſpexerimus multis titulis nos

Deo obligatos. Cum Moyses, esset moritu-
Deut. 34. tus, præcepit illi Deus, vt montem conscen-
deret, vt inde terram contemplaretur pro-
missionis. Mortuusq. est ibi Moyses seruus
Domini in terra Moab iubente Domino, & se-
peliuit eum in valle terræ Moab, & non co-
gnouit homo sepulcrum eius vsq. in hodier-
num diem. Doctores mirantur hoc factum,
quod cum Moyses tam fuerit a Deo dilectus
in vita, semperq. habitus fuerit pro honore
maximo, quod defunctorum corpora multo
cum honore sepeliantur a suis, quod Moyses
solus existens in monte obijsset, & quod eius
sepulcrum nulli innotesceret. Quod factum
referunt Sancti, non solum, ne populus ido-
latriæ deditus illum coleret pro Diuo, sed in
ista occasione specialis fuit consideratio, me-
tusq. rationi multum consentaneus, ne illum
adoraret, a quo tot receperant beneficia, qui
tot subditus fuerat periculis illorum causa,
qui principatum recusauerat Aegypti eli-
gens magis cum illis affligi, quam absque il
lis honorari, qui innumeras difficultates eo-
rum causa vicit, & passus est, qui ante Deum
coram Regibus mira diligentia eorum caus
as egerat in vita, ne talem ac tantum virum,
ranq. ipsis beneficium pro Deo adorarent,
diuina disponente clementia eius corpus non
comparuit. Quis hæc consideret, qua ratio-
ne hominum & insaniam, & perditionē dis-
simulare poterit? Quod cum Iesum nouerit
mus pro nobis mortuum, vestigia, quæ ter-
ræ remanebāt olim impressa, vnde Iesus ascē-
derat in cælum, lib. tertio, cap. decimo quar-
to, num. duodecimo. ipsum eleuatum in cæ-
lum in dextera patris consedisse, cui infinitis
obligationibus homines sumus astricti, illi
non seruiamus. Statuit diuina sapientia, vt
Christus redemptor noster Deus esset non
solum, fortē, vt nos reconciliaret Deo, & de-
bita nostra solueret ex toto rigore iustitiæ,
sed etiam ne homines tam essemus obligati
alicui, qui Deus non esset, sed Deus incar-
natus, Deus mortuus, Deus in cœlum ascendit,
vt illum perpetuo & diligeremus, & adora-
remus, qui tanta, tamq. præclara nobis ex-
hibuit beneficia. Quod non facimus sed om-
nium horum obliti cuncta vilipendimus, quæ
ab ipso recepimus. Immo contingit Domi-
no nostro Iesu Christo, quod Moysi quondam
Exod. 24. accidit cum Israelitico populo. Ascendit iste
iussu Domini in montē, & operuit nubes mon
tem, & habitauit gloria Domini super Sinai,
vbi quadraginta diebus mansit ieiunus negotia tractans populi. Et cum in monte esset,
Exod. 19. totus mons fumabat, & cū Deus in igne, non
mirū quod crederet populus tot peractis die-
bus quod interijsset Moyses, & necessarius
illis esset incerti itineris dux, vnde dixerunt:
Aaron fac nobis Deos, qui nos præcedant,
Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de ter-
ra Aegypti, nescimus quid acciderit. Vnde
cum vitulum aureum conflassent, vindicauit
iniuriam Deus, quæ ipsi, & seruo suo illata
fuerat. Sed quid quæso considerationis habet
hæc iniuria cum illa, quam hodie Christia-
norum plurimi irrogant nostro Christo? Mi-
ramur quod Prophera sacer tam diuturno
ieunio, tam perseueranti oratione in igneo
monte populi peragens negotia perseueras-
set, & quod eodem tempore infidelis plebs
contemptibilia in eum protulerit verba, quēt
& deserere disponebat, quod tanta ingratitu-
dine tantæ responderet sollicitudini? Prophe-
tæ perfidus populus, quod disponebat dispone-
ret, & non quæreret quid actum esset de Pro-
pheta suo, Sacerdote suo, iudice suo, & duce
suo? Graue peccatum, sed tale quod adumbret tantum velut vmbra Christianorum ho-
minum ingratitudinem, & obstinationem in
Iesum. Christus in cælo minister Sanctorum,
nos autem stulti, & scelerati non solum tan-
ti benefactoris tunc obliuiscimur, quando in
benefaciendo nobis occupatus est, sed illum
contemnimus, illi iniurij sumus, illum & ver-
bis, & factis offendimus. Quid quæso retule-
rit quod Iesus in excelsis ea disponat, quæ no-
stram concernunt salutem, si in infimis nos
tantam impedire salutē curauerimus? Scri- Eccles. 34
ptum est enim: Vnus ædificans, & vnus de-
struens, quid prodest illis nisi labor? Vnus
orans & vnus maledicens, cuius vocē exau-
diet Deus? Sub pedibus eius omnes homines
futuri sunt, sicut Ecclesia canit: Donec sub-
pedaneos victos, vel spontaneos ponat inimi-
cos. Christo omnes subijciuntur, boni & ma-
li, oues & boues, &c. lib. 12. cap. 2. huius. Et
subijciamur ergo sub pedibus eius serui effe-
ctiillius, vt Dominicæ Ascensionis participes Act. 10.
efficiamur. Aperto iam cælo linteum cernit
Petrus, & in illo innumera reptilia, & qua-
drupedia immunda, & audit: Occide, & mā-
duca, vt intelligas omnibus apertam iamdu-
dum salutis, si velint, dicente Deo: Quod Deus san-
ctificauit, tu ne cōmune dixeris. Sedet enim 1. Petr. 3.
Iesus, ait Petrus, ad dexteram patris, vt de-
glutiat mortem, vt illa trucidata, & deuora-
ta, hæredes simus vitæ æternæ.

Circa expositionem Euangelij breuiter 7
aliqua adnotanda sunt. Et in primis cū increpauit incredulitatem discipulorum, & statim
adiunxit: *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ*, admonere voluit
Prælatos non solum debere subditos punire
ob peccata, sed etiam amoris signa castigatis
ostendere, neque propter illa, quæ ad hono-
rem conducūt auferre, si illi fuerint correpti,
sicut Deus cum reprehendisset, & correxisset Genes. 3.
primos parentes, fecit illis tunicas pelliceas.
Nam etsi peccator puniendus sit, homo ta-
men fouendus est, qui modus Domino pecu- Esai. 40.
liaris est. Consolamini consolamini populū
meum o Prophetæ dicit Dominus vester, lo-
quimini ad cor Ierusalem, & aduocate eam,
quoniam completa est malitia eius, dimissa
est iniquitas illius. *Apparuit autem illis re-*
cumbentibus, & edentibus. Bonis nulla occa-
sio interdicit, quin a Deo recipiant bene-
ficia

ficia, dum dormiunt, manducant, loquun-
1. Cor. 10. tur, quia siue manducent, siue bibant, om-
nia in gloriam Dei faciunt, & ita omnia
eis cooperantur in bonum. Et folium eius
non defluet, etiam folium id, quod minimum
est, non perijt, quia in lege Domini fuit vo-
luntas eius. *Increpauit seorsum.* Non vult Do-
minus sæculares neque cernere, neque scire
defectus, & peccata Sacerdotum, aut ma-
gnatum, sed quoad fieri potest abscondit.
Ideoq. voluit vt non coram omni populo mo
Num. 20. reretur Aaron, sed mortuus est in vertice
Oleaster. montis. Vnde scriptum est: Abscondes eos
in abscondito faciei tuæ a conturbatione lin-
guarum. Sic cum mortuus esset Saul, & filius
eius Ionathas, dixit Dauid: Nolite hæc annū-
tiare in Geth, ne lætentur filiæ incircumciso-
rum. Sacerdotes, & religiosos infamare ma-
xime curant viri scelerati, lib. 9. cap. 15. nu-
mer. 21. Prælatos Deus seruauit suo examini
discutiendos, non populi, lib. 14. cap. 30. num.
11. Increpauit Iesus discipulos etiamsi illius
intimi essent amici. Solent Principum chari
impune peccare, & nihil timere, scientes eos
neminem audere arguere. Sed Dominus a
domo sua iudicium incipit. Sic fecit cum fi-
lijs Aaron: In propinquis meis sanctificabor.
Vel, vt nostra habet lectio: Sanctificabor in
Leuit. 10. his, qui appropinquant mihi. Vnde serui
Principum, quia puniri non timent, pecca-
re non metuunt. Serui Dei sciunt se habere
Num. 20. Dominum, qui vitia impunita non relinquat.
Et in Numeris arguit Moysem, & Aaron:
Pro eo, quod non credidistis mihi, vt sanctifi-
caretis me coram filijs Israel, &c. Dicebat
Aristides: Ab ipso lare, a domesticis, scilicet
& familiaribus, iudicium sumito. Debent
enim maiores primum suorū intimorum vitā
Ezec. 9. corrigere. A sanctuario meo incipite. Pec-
cata a sanctis viris commissa punit Deus, libr.
4. cap. 18. num. 23. & 24. *Increpauit eos*, & sta-
tim dixit: *Euntes, &c.* Docentur hic Princi-
pes, & superiores Prælati suos inferiores mi
nistros, si culpas habent, secreto, vt diximus,
corrigere, sed publice coram omnibus ho-
norare, vt in pretio habeantur. Sic Dominus
Num. 20. in Moyse fecit, quem arguit in Numer. & ta-
Exod. 19. men in Exod. dicit: Ecce venio ad te in den-
sitate nubis, vt audiat populus me loquentē
Num. 12. tecum, & credat tibi. Et in Numer. secreto
arguit Aaron, quia murmurauit cōtra Moy-
sen, & tamen multis in locis publice honora-
Num. 27. uit eū. Et in Numer. dixit Dominus ad Moy-
sem: Tolle Iosue, & impone manum tuam su-
per eum. Qui stabit coram Eleazaro Sacerdo-
te, & omni multitudine, & dabis ei præcepta
cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ, vt
audiat eum omnis synagoga filiorum Israel,
id est, coram omnibus, quibus præficiendus
est, summe honora eum, vt subditi videntes
quanti eum faciat superior, eum reuereantur, & honorent. Sic Iesus cum discipulis
iturus in cælum fecit.

DOMINICA

infra octauas Ascensionis.

Euangelium.

Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis.

Ioann. 15. & 16.

Onuenientissime Ec- 1
clesia omnibus his die bus, in quibus ascen- *Dominica infra octauas Ascensionis.*
sionem Domini in me
moriam reducit, dum cōsiderat homines fi-
deles propter illius absentiam mærore cō
fectos, vtpote qui recedente Iesu, a quo tot
mundus reportabat commoda, non solum
tristitia afficiendi essent homines, sed crede-
rent se multis priuatos esse bonis. Vt autem
horum tristitiam moderetur Ecclesia, ma-
gnaque expectent bona Domino existente
ad dexteram patris, magnificā edisserit pro
missionem, quæ quondam proposita fuit
discipulis, cum Iesus vicinus morti ipsos es-
set corporaliter derelicturus. Illi enim, qui
tot reportarant commoda magistri miri-
ficis exemplis, ipsius admiranda doctrina,
conuersatione, miraculorum inspectione
proculdubio vehementissima absorberētur
tristitia, nisi Spiritum expectassent duplicem
illo recedente. Sicut enim quondam dum
discessurum sciret Eliam Elisæus animaduer-
tens ex vna parte, quæ illius præsentia re-
portaret commoda, & ex altera, quod ipso
recedente mundus maiora pateretur mala,
maiora ille pericula, non elatione motus,
aiunt Sancti, sed necessitate spiritum postu-
lauit duplicem, qui illi necessarius foret, &
accepit. Sic dum discipuli corporea magistri
destituti præsentia multis priuarentur bonis,
mundus maioribus implicandus esset malis,
pluribus, grauissimisque peccatis, eis Spiri-
tum promisit veritatis, cuius assistentia ipsi
redderentur valentiores ad perpetiendas
persecutiones, & illius testimonio mundus
pristina desereret vitia. In vtroque illo nocu-
mento proprio, quod Apostoli cernebant,
duplicem adhibet consolationem, alteram,
quod honori Christi illud esset expediens, vt
cum apud homines tam esset vilipensus, op-
probrium hominum, & abiectio plebis effe-
ctus, aduenies Spiritus sanctus de illo testi-
monium perhiberet efficax, perhiberent &
Apostoli, vt Deus ille crederetur, & adora-
retur, qui dudum vermiculus exiguus fuerat

reputatus. Consolatur etiam eos, quoniam aduenientе veritatis spiritu, illi ad ferendos labores reddereutur fortiores. Quibus etiam medijs Ecclesia nos his diebus tristes consolatur. Et in primis cum Iesus noster fidus esset amicus, soluſque hoc nomine dignus, cum a suis esset recessurus, mundoque corporalem suam præsentiam ablaturus, ea animaduertit, quæ amici solent, quando eos deserunt, quos intime diligunt. Primum pro mittunt in terra, quo pergunt, illa omnia facturos, quę illis iudicauerint expedientia. Secundo poscunt, vt si forte in terra, quam derelinquunt, necessaria fuerit vel sollicitudo, vel cura, vel aliqua re indiguerit qui discedit, ipsi id curent, ac si proprium esset negotium, quod illius intererit, qui longe abest. Prædicit etiam si aliqua nouerit inconuenientia, aut pericula, in quæ incidere valent, qui recedente amico remanent illius solatio destituti. Hæc totius Euangelij summa est. Primum, promittit Iesus in cælo illa tractaturum, quę illis fuerint conuenientia; missurum scilicet Paracletum, postulat vt testimonium perhibeant de illo ipsius inter homines prædicantes excellentiam; indicitq. illis pericula, vt ad ea, quæ iam nouerint ferenda, reddantur promptiores. Christus cum primum cælum intrauit de mittendo Spiritu sancto sollicitus fuit, illumq. vt mitteret postulauit a patre, lib. decimo sexto, cap. duodecimo, numer. decimo nono, & sexagesimo quarto. Illa enim nubecula quam
3. Reg. 18. seruus Eliæ vidit, cum terra maxima premeretur sterilitate, vtpote dum per annos tres,
Augusti. & menses sex non pluerat nec in Iudæa, nec in prouincia Sidoniæ, vbi fuerat oriunda impia Iezabel, ita erat modica, vt interrogatus Prophetæ famulus, quid cerneret? respondisset: Nubeculam quasi vestigium hominis. Hæc Elia orante in eam magnitudinem excreuit, vt totam cæli faciem operiret, quæ postea liquefacta arentem terram inebriauit, & maxima fructuum vbertate fæcundauit. Sic Christus, qui inter homines nouissimus virorum existimatus est, in cælū sublatus instar nubis copiosam cælestium donorum pluuiam in terram demisit, qua mundus sterilitate bonorum operum pressus fæcundatus est. Inundauerant mala super
Oseæ 4. terram, furtum, homicidium, adulterium, riuiq. fluebant, sed cruoris, dum sanguis sanguinem tangeret, sed ne aduenirent irrigui Spiritus sancti fluuij, hominum peccata, & cælum reddiderant æneum terra existente
Deut. 28. ærea aut ferrea. Dabat Dominus imbrem terræ pulueremi, quo arida terra amplius siccaretur, & de cælo descendebat cinis, quo sterilis terra maiorem in se haberet sterilitatē. Venit Spiritus sanctus a Domino missus, & innumera sublata sunt mala. Ipse enim, qui germen est Domini, in magnificentia fructus fuit terræ sublimis, lib. tertio, cap. decimo quarto, numer. 30. Ab illo enim omnia ista reportauimus bona, qui septem donis Spiritus sancti repletus fuit, lib. decimo septimo, cap. duodecimo, numer. sexagesimo. Dum enim ille in cælum ascendit, supra modum humanam honorauit naturam, dum primitias humanæ naturæ obtulit patri, lib. tertio, cap. 14. numer. quinto, vsque ad 10. Christus enim est, quo medio pater egressus est in salutem populi sui, lib. tertio, capit. 14. numer. decimo tertio. Spiritus sanctus, & verbum diuinum significantur per duo illa Seraphin, quæ Esaias vidit, lib. decimo sexto, capit. 12. *Esai. 6.* numer. tertio. Spiritus sanctus a qua dicitur, quia rigat, & abluit ibidem num. 46. 52. & 53. De quo scriptum est: Si continuerit aquas, omnia siccabuntur, si emiserit eas, subuertent terram. Spiritus sancti dona aquæ comparantur, lib. primo, cap. 25. nu. 2. Vt autem, quæ in hac Domini promissione inclusa sunt bona, intelligere valeamus, singula illius verba diligenter interpretanda sunt dum dicit: *Cum uenerit Paracletus, quem ego mittam vobis a patre, Spiritum veritatis, &c.* Primum omnium diuinam hanc personam paracletū vocat, quod nomen exhortatorem significat, aduocatum, patronum, deprecatorem, & con- *Psal. 47.* latorem. Secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ. Si hominum miseriæ, vtpote quæ multæ sunt, patrono indiguerint, cuius intercessione pellantur, Spiritus sanctus est, de quo scriptum est: Quod ipse Spiritus secundum Deum postulat pro *Paulus 8.* Sanctis vicem gerens aduocati, & patroni, quo indubie, si voluerit homo, a supremo, & incorrupto iudice sententiam assequetur, *Genes. 2.* quam desiderat. Si qui proprias considerat culpas, tremebundus fugit ad folia, aduocatum habet; qui timore inordinato excusso eum dignum diuino conspectui reddat. Nec solus Moyses in monte nostris vtilitatibus occupatus est, sed his non contentus, Spiritum sanctum mittit, qui donis suis, sacraq. illius præsentia causæ nostræ aduocatus sit, sit & exhortator, vt si miser homo virtutis difficultatem exhorruerit, nec montem ascendere valuerit, cum virtutis iter remotum posuerint Cælicolæ, cum tamen ad vitium facilis, vicinaq. semita cunctis pandatur mortalibus, vt planum se se offerat iter quærentibus illam, Spiritus sanctus, qui exhortator est, efficaciter humanæ voluntati quantumuis infirmæ suadebit, vt alacriter & prompte virtutis iter arripiat, moueritq. eam efficaciter, vt omnibus posthabitis virtuti insudemus, vt vilescat mundus cum delectationibus suis illi, qui mundum superomnia venerabatur, & quæ prius nolebat tangere anima sua, non præ angustia sed a Spiritu sancto exhortatus, cibi illius sint delicatissimi, & desideratissimi, quos ipse mira condire dulcedine, & valebit, & volet. Chrysostomus explicans qua ratione *Chrysost. ser. 1. Pentec.* nomen paracleti exhortatorem significet, qui fideles exhortatur semper ad bonum,

corda

corda fidelium, vt in eius spiritu recta sapiant, & delectent, quæ amarissima sunt his, qui illo caruerint: Mira res, ait, inhortatur, & obsecrat Deus mortalem, obsecrat Deus lutum, Dominus seruum, qui abundantissimam certe exhiberet misericordiam, si
Hier. 3 vel rogatus ipse, & interpellatus beneficeret, & tamen his non contentus læsus ille nos rogat, vt reuertamur ad ipsum, & dicit: Vel a modo voca me, pater meus est dux virginitatis meæ. Cumq. repudiatus vir, cuius thorus adulterio pollutus est turpiter, ad feminam, quæ tale patrata est crimen, reuertere merito non dignetur amplius, tu tamen licet fornicata sis anima, non semel aut iterum, nec sacrum tanti viri thorum fueris semel maculata, sed fornicata cum amatoribus multis,, immo instar expositæ meretricis in omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso fueris prostituta, dona exhibens amatoribus contra consuetudinem mulierum, tamen rogo vt reuertaris ad me certa quod gratanter suscipiam te. Spiritus sanctus interne alios alloquitur amice, vt filios, alios vt fratres, alios vt amicos compellit, instigat, ad se trahit, a terrenis transfert, & ad cælestia vocat, vrget, mentem diuino accendit desiderio; vt illa cogitemus, inquiramus, imaginemur, & somniemus, quæ nostræ expedierint saluti omni metu posthabito, & omni difficultate contempta. Amor Dei, quia rogat nos læsus, & aspernatus non desistit, lib. primo, cap. sexto, numer. 31. & 32. capit. quinto, num. quarto, libr. quarto, capit. 10. numer. 4. 5. 7. 10. & 12. Spiritus sanctus malas cupiditates consumit, & hominem hominem esse non sinit, lib. 16. capit. 12. num. 11. 12. 23. & 24. Spiritus sanctus quæ conferat bona explicantur varijs nominibus illius, ibidem numer. 22. vsque ad 25. Spiritus sancti locutionem qui corde concipit, & cognoscit, audit verbum absconditum mentem humanā subleuans a terrenis, li. 16. ca. 12. nu. 51. Spiritus sanctus renouat faciem terræ, id est, voluntatem terrenam, ibidem num. 61. Spi-
S. Thom. Ioan. 14. ritus sanctus adiuuat infirmitatem nostram, vt declinemus a malo, & faciamus bonum, numer. 62. & 63. Præterea paracletus dicitur, id est, consolator, quo deficiente cuncta,
Iob. 16 quæ in mundo sunt, homines consolari non valent, quibus dicere iure valemus, quod quondam Iob dixerat amicis suis: Consolatores onerosi omnes vos estis, quæ homines consolari nescīūt, sed tædio afficere. Spiritus tristis exsiccat ossa, vt arida tabescant,
Esai. 61. hoc autem aduenientе Spiritu, exultant ossa humiliata. Spiritus enim Domini super me, vt illius impertiens dona consoler omnes lugentes, demque eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, palliumq. laudis pro spiritu mæroris. Iste enim Spiritus, ait sanS. Thom. Ioan. 14. ctus Thomas, Paracletus dicitur, quia de peccatis præteritis nos consolatur in quantum dat nobis spem veniæ. Vnde loco citato Esaiæ postquam dixisset: Spiritus Domini super me, quasi explicans, quæ in illo effecisset addidit: Misit me vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, vt consolarer peccatores. Fructus enim spiritus gaudium 2. Cor. 1. est, vt sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per ipsum abundet consolatio nostra. Quæ mundani habent gaudia a turpitudine, furto, periurijs, & cibis prodeuntia, sua reputent mundani, in talibusq. delectentur miseri, iustis enim Spiritus sanctus consolator est, omnibus reiectis. Hos enim semper consolari desiderat. Vnde pulchre *Chrysost. ho. 25. in Genes.* animaduertit Chrysostomus, quod cum Deus aquis diluuij vniuersum mundum delere decreuisset paucis exceptis, Noe inclusit in arcam, & clausit ostium a foris, ne tristaretur iustus perspiciens proximos amicos, & consanguineos pereuntes. Et cum expediens iudicari potuisset, vt ista cerneret sanctus, vt *Psal. 57* manus suas lauaret in sanguine peccatorum, hoc est, mundior euaderet videns vindictam culparum, & filij minus perfecti hoc medio cautiores in posterum fierent, his prætermissis, consolationi amici sui prouidere voluit, qui Deus est totius consolationis. Spiritus sanctus pignus est Sanctorum, dum viuunt lib. septimo, cap. tertio, numer. sexto. Spiritus sancti dulcedo duo vbera sunt sponsi, libr. vndecimo, cap. 6. numer. 98. Ciuitatem Dei lætificans fluuius, dicitur Spiritus sanctus, lib. decimo sexto, cap. duodecimo, num. septimo, & 44. Spiritus sanctus oleum dicitur propter exultationem charitatis, lib. decimo sexto, cap. duodecimo, numer. 46. Præterea pollicetur Iesus se missurum spiri- 3 tum, vt hinc colligas, quanta sit necessitas *S. Thom. 1. p. q. 36. ar. 1.* illum recipiendi. Hac enim ratione diuina hæc persona spiritus vocatur, qui aerem significat, quo respiramus. Quoniam sicut impossibile est, vt animalia ea, quæ pulmonem habent, viuant absque respiratione, qua media aer attrahitur, quo inordinatus calor cordis conseruetur, & animal viuat; nec ad edendum aut loquendum solum os concessum est nobis, sed etiam ad respirandum, narium fenestrulæ ad id sunt concessæ. Ita Spiritus sanctus aer dicitur, sine quo vitam spiritualem viuere non potest homo. Imbibitus mundo est ignis ille inuoluens, qui ab Aqui- *Ezech. 1.* lone veniens monstratus est Ezechieli, quo hominum innumera multitudo combusta est, vel si ad tantum mali non peruenit ambusta est (*chamuscada*) excepta illa modica amicorum Dei pars, quæ diuino hoc aere a tanto malo liberatur. Et vt quondam flamma i- *Dan. 3.* gnis, quæ erat in fornace Babylonica, quæ quadraginta nouem cubitis eleuabatur, adolescentes ad horam combussisset, nisi Deus fecisset medium fornacis quasi ventum roris flantem, quo ignis vis moderaretur, ne inclusos occideret pueros, sicut combussit ministros Regis, qui eam incende-

bant, ita proculdubio ignis cupiditatis, ambitionis, turpitudinis Sanctos non comburit, quia Spiritus, & aer diuinus adest, qui ista moderetur. Ignis cupiditatis devorat omnia bona, sicut ignis charitatis omnia mala, libro tertio, capitulo 26. numero septimo. Spiritus est, in quo viuimus, mouemur, & sumus. De quo etiam scriptum est: Auertente te faciem turbabuntur, auferes spiritum eorum, & deficient, & in pulverem suum reuertentur. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Spiritus proprius euacuandus, vt diuinus ingrediatur, lib. tertio, cap. 19. num. 20. & 21. lib. 16. cap. duodecimo, numer. 59. Spiritus sanctus est, qui spirat in Sanctos spiraculum vitæ, lib. 16. capit. 12. numer. tertio. Spiritus sanctus est virtus oris Dei, quo virtus cælorum confirmata est, ibidem nume. 6. 34. 43. 55. & 62. Spiritus sanctus facit, vt Deus intra nos sit, quem olim Prophetæ foras videbant, ibidem numer. 25. Præterea tertia hæc diuina persona spiritus vocatur, qui etiã ventum significat, qui cum validus fuerit, cuncta ad se trahit, sicut intelligit Hieronymus locũ Ezechielis: Et vidi & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens. Et infra: Quocumq. ibat spiritus, illuc eunte spiritu & rotæ pariter eleuabantur, sequentes eum, spiritus enim vitæ erat in rotis. Vbi nostra lectio habet. Ventus turbinis; septuaginta interpretes transtulerunt: Spiritus auferens, & vbi is erat impetus venti, ibi animalia ibant, ibi & rotæ eleuabantur pariter cum illo. Tanta enim erat potentia venti, vt animalia natura sua grauia mira velocitate eleuarentur. Rotæq. quæ de se motum non haberent, dum spiritus vitæ illis coniungeretur, & incederent, immo & per aera volarent impulsu spiritus agitatæ. Qui enim filij sunt Dei, spiritu hoc aguntur, & rapiuntur. Quos enim Spiritus sanctus replet, totos rapit, & sua efficaci suggestione impellit, quocumq. voluerit. Si arctissimi monasterij inclusionem persuaserit, mirabili impulsu illuc hominem, & feminam delicatam pertrahit dicentes: Charitas Christi vrget nos. Sicut enim ventus, qui nauem ferit in puppi, illam ad portum multa celeritate perducit, & quo dirigentis voluntas intenderit, sic diuino hoc vento hominis voluntas impellitur, vt Deum solum diligat, memoriam vt illius recordetur, intellectum vt quæ illi placita sunt cogitet semper. Spiritus sanctus animam in portum 4 ducit, si munda vela voluntatis huic vento suspendamus, lib. decimo sexto, cap. duodecimo, numer. decimo sexto. Vento autem deficiente nauis in portu stans quiescit, quousque is venerit, qui nauigationi, quæ aggredienda est, sit accommodatus, ita quantumcumque intellectus abundet fide, voluntas spe, eleemosynis, ita vt homo distribuat omnes facultates suas in cibos pauperum, immo

Psal. 103

Hieron. Ezech. 1.

etiam si tradiderit corpus suum igni, vt comburatur, vento Spiritus sancti deficiente nauis portum deserere non valet, in quo est, & illũm acquirere, quo pergere cupiunt nauigantes. Non solum autẽ promisit Iesus missurum se Spiritum qualemcumque, sed spiritum veritatis, qui vtique mundo apprime necessarius est, in quo spiritus habitat mendacij, & vanitatis. Illa enim innumera mala, quæ Oseas retulit, quod inundassent super terram, hinc ortum habuere, quod veritas in terra non inueniretur. Deficiẽte enim veritate, quid ni inundarent homicidia, furta? &c. *Spiritus veritatis*, quia per donum intellectus, & scientiæ practicæ docet fugere vanitates sæculi, & mendacia. Spiritus scientiæ facit, vt cognoscamus nos fragiles, & dolentes in hoc exilio, lib. decimo sexto, cap. duodecimo, num. 69. Spiritus intellectus datur, vt mentis intuitu purificato, diuina intelligamus, numer. 70. & 71. Spiritus qui in mundum venit, cum primum Angeli cælo pulsi sunt, vt primos deciperet parentes spiritus mendacij fuit, dum dixit: Quacumque die comederitis eritis sicut *Dij*, nequaquam moriemini, &c. Idem in processu temporis aduenit cum dixit: Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum, quo deciperetur Achab, & periret, nec Spiritus veritatis, qui in ore Micheæ Prophetæ inueniebatur, admissus est. Hæc enim maxima erat illius sæculi infelicitas, quam lamentabantur Prophetæ, potissime autem Hieremias, dicens: Prophetæ prophetabant mendacium, & Sacerdotes applaudebant manibus suis, & populus meus dilexit talia. Et alibi: Ecce ego ad Prophetas somniantes mendacium, qui seduxerunt populum meũ in mendacio suo. Et item: Vos igitur nolite audire Prophetas vestros, qui dicunt vobis: Non seruietis Regi Babylonis. Quia mendacium prophetant vobis, vt longe vos faciam de terra vestra, vt pereatis tam vos, quam Prophetæ, qui vaticinantur vobis. Cum ergo spiritus is mẽdacij non solũ esset a plebe receptus, sed a Prophetis falsis, vt verus commendatus Spiritum veritatis promittit Christus, quo mundus mendaciis plenus reformetur. Vnde Esa. diuinum hũc spiritum, spiritũ vocat iudicij, quia his, quos replet, rectum præstat iudicium, vt verum & bonum prosequantur, vanum & malum fugiant, postulãtes a Deo, vt spiritum rectum innouet in visceribus suis Deus, vt velut animalia illa Ezechielis plena sunt oculis ante, & retro, quibus & temporalia vana cognoscant, & æterna diligant. Et sicut Iesus, qui suscitatus insidebat equo albo, & vocabatur fidelis & verax, docuit vanitatem fugere sæculi, cælum adiit, vt spiritũ mitteret veritatis, quo cuncta contẽnerẽtur humana, & ludicra bona huius sæculi. Ideoque meo iudicio Spiritus sanctus figuratus est in columna nubis, quæ Iudæos præcedebat. lib. tertio. cap. nono. num. 45. Spiritus

1. Cor. 13.

Osee. 4.

Hier. 5.

Hier. 22.

Hier. 27.

Esa. 4.

Psalm. 50

Ezech. 1.

Apocal. 1

sanctus

sanctus eos, quos inhabitat, irradiat ut sol, per quem transformatur homo a claritate in claritatem. lib. 16. cap. 12, num. nono, decimo. 12. 23. 24. & 58. Spiritus sanctus lampas accensa est in cordibus iustorum. ibidem nume. 17. Sed si Spiritus sanctus spiritus est veritatis, vt diximus, vnde in nobis deceptiones tantæ? Tenebræ nostrę illas excedunt, quas Aegyptij quondam patiebantur. Palpamus, vt cæci, parietem. Mola asinaria instar Sansonis circumducimur miseri, dum his rebus terrenis inhæremus. Quia spiritum hunc veritatis non recipit, nisi qui ablactatus fuerit a lacte, & ab vberibus auulsus, quod quia nos non curamus, tã multa patimur nocumenta, dum hoc spiritu caremus, quem mundus non potest accipere. lib. vndecimo. cap. duodecimo, nume. quarto. lib. 16. cap. 12. num. 16. 41. & 51. Et quia de Spiritu sancto copiosior redibit sermo in sermone sequenti, hæc sufficiãt in expositionem horum uerborum: *Cum uenerit Paracletus, &c. Spiritum ueritatis, &c.*

Esa. 28

5 In quibus verbis illud etiam animaduertẽdum est, quod intermiscet Iesus consolationem, ne plus iusto terrerẽtur Apostoli ex his, quæ dixerat de persecutionibus sustinendis. Sic enim Deus fidelibus suis nimis læta temperat tristibus, ne insolescant, & nimis tristia temperat lętis, nec desperent. Natura nostra neutrum ferre potest, nec nimis læta, nec nimis tristia. Lætis extollitur, tristib. deiicitur. Quod autem, cum de persecutione loquitur, meminit Spiritus sancti, ideo est, quia sine illo persistere in tentationibus non valemus. Vt enim aiebat Iob: Neque fortitudo lapidum, fortitudo mea, neque caro mea ænea est. Ecce non est auxilium mihi in me. Quæ est enim fortitudo mea, vt sustineam? Vtique viribus meis id efficere non possum, nisi Deus astet, qui mihi vires tribuat. Ipse enim est, qui ponit humiles in sublime, & mærentes erigit sospitate. Ipse saluum facit egenum de gladio oris eorum, scilicet, malignorum, & de manu violenti pauperem. Deus enim vulnerat, & medetur, & percutit, & manus eius sanabunt. In sex tribulationibus liberabit te, & in septima uon tanget te malum. Vnde in hac sacra concione cænæ dixit Dominus Petro: Non potes me sequi modo, sequeris autem postea cum Spiritu sancto fueris repletus. Et profecturus in cælum omnibus discipulis, quibus dixerat grauia imminere pericula, vt ad illa perferenda redderentur apti, dixit: Sedete in ciuitate donec induamini virtute ex alto. Et conuescens præcepit eis, ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris, qua impleta testimonium redderent intrepidi de illo. Vnde in psalmo aiebat Regius Vates: Deus noster refugium & virtus, adiutor in opportunitatibus in tribulatione. In tribulationibus iustorum declarat suam misericordiam, dum eos liberat, lib. 17. capit. quarto, num. 16. In tribulationibus opportunus adiutor est Deus, non patiens iustos tenta

Iob 6.

Cap. 5.

Ioan. 13.

Luc. 24. Act. 1.

Psalm. 45

ri supra vires. lib. 17. cap. secundo. numer. 15. Tribulationibus tunduntur Sancti, vt sicut lapides dolati in cælo collocentur, libr. 6. cap. 9. nume. 41. Tristibus succedunt læta, & tribulationibus prospera etiam in hac uita. lib. 2. ca. 11. numer. 13. vsque ad 16. 21. usque ad 23. 26. 33. vsque ad 35. lib. sexto, cap. nono, nume. 23. 26. 27. & 32. lib. septimo. cap. tertio. nume. 1. & tertio, cap. quarto. num. nono, vsque ad 20. lib. nono, cap. decimo quinto. numer. 38. libr. 17. cap. sexto. num. quarto, quinto, & nono.

Prętera quod statim post commemorationẽ Iudaicę ingratitudinis Spiritus sancti meminit, manifestum indicium est, quod Dei bonitas vincit malitiam humanam, & quod impiorum incredulitas non irritum reddit fructum eorum, qui Christo adhærent. Vnde aiebat Paulus ad Romanos: Quid enim si quidã illorum non crediderunt? Numquid incredulitas eorum fidem Dei euacuabit? Absit. Est enim Deus verax, &c. Sic nunc impiorum peruersitas non impedit dilectionem Dei erga pios. Quantumcumque enim scelerati essent Sodomitæ, hæc illorum peruersitas impedimento non fuit, ne iustus Loth cum suis reciperet misericordiam, nec cum omnis caro corrupisset viam suam, misericordia Dei ablata est a Noe, qui diluuio inundante in arca liberatus est. Sicut enim malorum societas non nocet piis, ne ipsi bene faciant, ita nec nocere debet, ne diuinam consequantur misericordiam, qua digni sunt. Et ita licet Iudæorum populus plenus esset peccatis, & innumera essent Hierosolymis mala, hæc licet consideraret Iesus, nec tanta malitia victus est, nec tanta misericordia exspoliati sunt discipuli, qui illa digni erant. Dei misericordia hominum peccatis non vincitur, lib. quarto, cap. 7. nume. vigesimo. Deus respicit iustos, vt saluet, & facientes mala, ut perdat. libr. quarto, capit. 24. nume. duodecimo, cap. 26. nume. nono. 13. 15. & 17. Vnde scriptum est: Verumtamen pretium meum cogitauerunt repellere, & tunc quando illi diuina misericordia erãt indigni, ego cucurri in siti, vt eos lucrifacerem, lib. quarto, cap. vigesimo tertio, nume. nono. Mali non maculant bonos, si eis non consentiant, &c. lib. vndecimo, cap. quinto, numer. 14.

Roman. 5.

Gen. 19.

Gen. 6.

Psalm. 61

Et uos testimonium perhibebitis, quia ab initio 6
mecum estis. Testimonium perhibebit de me spiritus ueritatis ostendens diuinitatem, & omnipotentiam meam, & hanc interne hominibus suadens, sed tamen licet ille de re hac sollicitus sit, tamquam ad hoc missus, sed vos illius coadiutores, & cooperatores esse debetis. Licet enim neque qui plantat, sit aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus, cuius est velle, & perficere pro bona voluntate sua, sed tamen Paulo præcipit Deus, vt plantet, & Apollo rigare debet ministri eius, qui omnia bona operatur in nobis. Ille quidem primum diuinus Spiritus testimoniũ perhibebit, ille principalis actor

est

est in hominum salute, sed huius cooperatores homines tunc tum in his, quæ concernunt aliorum salutem, tum in his, quę ad propriam expectant vtilitatem. Stultum enim est simul, & impium hæc soli committere diuinę voluntati. Vnde cum gratiam Dei recepisset Esai. qui pollutus erat labiis ipsis exustis, statim clamauit: Ecce ego, mitte me ad docendum populum, vt testimonium perhibeam de te apud incredulum, & sceleratum populum, lib. septimo, cap. octauo, num. secundo. Gratia Dei reddit iustos omnibus potentiores, ne quis eis prævaleat, ibidem nume. 3. 4. 21. & 25. Gratię Dei cooperatores esse debent homines, num. quinto. Liberum arbitrium hominis insufficiens est ad bonum sine Dei auxilio. lib. 4. cap. 14. num. quarto, vsque ad 6. 9. usque ad 18. li, 7. cap. nono, numer. quarto vsque ad septimum, 13. vsque ad 16. 19. vsque ad 23. Sed nihilominus liberum arbitrium cooperari debet diuinæ gratiæ, lib. quarto, cap. 14. numer. 15. & 16. lib. septimo, cap. nono, nume. 6. 7. 12. 13. 19. 22. & 23. Vt ergo vtrumque hoc necessariũ doceret Iesus, & quo ordine hęc duo essent coniungenda, dixit spiritum veritatis testimonium perhibiturum, & quod illi nihilominus etiam testimonium perhiberent. Et quia ad testem requiritur, vt talis sit, ne propter malam vitã reiici possit; hinc Apostolorum sanctitas patet, qui omnes dicere poterant: Non audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non effecit Christus. Apostoli montes fuere illuminati prius a Christo, & inde lux diffusa est ad alios, lib. 14. cap. 26. num. 29. Apostoli principes sũt, qui pręuenerunt, vt populi sequerentur, libr. 14. cap. 25. §. secundo, num. 46. Apostoli mundum conuerterunt, non propter miracula, sed quia in ipsis erat verus glorię, & pecuniarum contemptus, lib. 14. cap. 29. nume. octauo. Ex his patet quod Sacerdotes, & Prędicatores, & Prælati, qui testimonium aliis debent perhibere de Christo & verbis, & operibus, reliquã populi multitudinem ab humeris, & supra debent excedere, nec illis virtutibus contenti esse debent, quæ in aliis reperiuntur. Qui uenit, vt testimonium perhibeat veritati testis omni acceptione maior futurus est. Mirãda fuit vita Baptistæ, qui venerat, ut testimonium perhiberet de lumine, non verbis solis, sed potissimum operibus. Prædicatores diuina gratia pleni alios vtiliter docent, lib. septimo, ca. octauo, num. 32. Lib. 14. cap. 27. numer. quarto docetur, quod Prædicator non loquatur nisi ea, quæ per ipsum effecerit Christus. Prædicatoribus, quos ad hoc munus assumit Deus, dat virtutes multas, lib. decimo quarto, numer. vigesimo septimo, numer. decimo quinto. Prædicator talis sit, vt nullus eũ iuste arguat. quia vir sanguinum domum Deo ædificare non debet, lib. decimo quarto, cap. 18. numer. vigesimo secundo. Prælatis magna sanctitas necessaria est, vnde plerique viuunt subditi, qui moriuntur Prælati, lib. decimo quarto, c. 31. num. 21. & 28. Et lib. 16. cap. 1. late docetur, quod Sacerdotis, & Prælati dignitas multas postulet virtutes.

Absque Synagogis facient uos. Maxima, & grauissima dicit aduersa, nam odium mundi, & ablationem bonorum temporalium, quasi leuiora non commemorat, sed ea tantum, quæ maxime affligunt. Hinc Paulus ad Corinth. ait iustos esse peripsema mundi. Terribile. n. est e populo eiici Dei. Consolationem tamen præstat, quod Christus dicit eos eiiciendos, non ex populo Dei, & Ecclesia Sanctorum, sed e Synagoga sathanę. Ecclesiæ quidem, & Sanctorum communionem, & Dei gratiam nobis mundus auferre non potest. Quod autem suã nobis interdicit familiaritatem, conuersationem, & amicitiam, nihil obest, immo plurimum prodest. Quo enim longius a mundi consortio recedimus, & impiorum amicitia, eo propius Deo accedimus. Arguit autem hoc verbum mundi malitiam, & cæcitatem. Malitiam, quod pios pati non potest, sed a se eiicit; tamquam contrarios operibus suis, qui illis improperant peccata legis, qui tãquam nugaces æstimantur ab illis, a quorum viis se abstinent tamquam ab immunditiis, vnde illorum præsentia maxime torquentur. Arguit etiam hoc verborum malorum miserandam cæcitatem, quod eos eiiciunt, quorum beneficio viuunt. Ideo enim Deus non statim animaduertit in impios, ne triticum simul cum zizaniis eradicetur. Propter pios, qui in mundo sunt, mundo parcitur. Postquam autem a malis fuerint separati, statim, iudicium Dei irruet in impios. Id quod legimus accidisse tempore Noe, Loth, & Aegyptiis. Vbi mundus periit, Noe in arcam incluso, & Sodoma combusta est, cum primum Loth montem ascẽdit, & Aegyptij horrendo iudicio perierunt Israelitis ab ipsis recedentibus. Quod ergo suis Iesus dicit a congregationibus pellendos Iudæorum, & illorum fuit summum beneficium, ne iusti perirent cum impiis, & istorum summum malum, cum paleis manentibus absque tritico igni essent tradendę, & zizania in falsiculos alliganda ad comburendum. Iustorum societas vtilis est multum, lib. quarto, capit. 6. num. primo, & secundo, libr. vndecimo, cap. 5. nume. 11. Deus multitudini parcit propter iustos, lib. quinto, cap. quarto, numer. 2. 4. 5. & 8. cap. octauo, num. quarto, usque ad sextum, 9. 13. & 15. Iusti facile decipiuntur, quia cæteros de suo affectu iudicant, & ideo ingenti dono Dei a Synagogis impiorum pelluntur, lib. nono, cap. 17. num. 10. Iusti per siccum ambulant in medio mari, dum malis exemplis non corrumpuntur, libr. nono, cap. 19. numer. 1. Iusti alios patiuntur murmuratores, alios qui eos conantur in malum mergere, libr. vndecimo, cap. 15. num. 15. Iusti vocem turturis audiunt, cum a turbis sunt alieni, libr. duodecimo, cap. tertio, num. quinto. Iusti consilio Ecclesiæ fugiant malos illos persequentes, sicut Iacob cõ filio Rebeccæ fugit Esau fratrem suum, libr. decimo octauo, cap. 17. num. 3. Mundi odium con-

7 1. Cor. 4. Sapient. 2. Gen. 7. & 19. Exod. 14

contemnere debent iusti, lib. octauo, capi. nono, numer. primo. Mundanis cohabitans iustus in virtute non proficit, lib. vndecimo, ca. 12. num. 6,

8 *Venit hora ut omnis, qui interficit uos, arbitretur obsequium se præstare Deo.* Tolerabile quidem videretur, si mundus detraheret, si odiret, si persequeretur. Impiorum enim persecutiones exercitationes sunt iustorum, lib. vndecimo, cap. decimo quinto, nume. 17. vsque ad 19. & 21. Malis tamquam virga, & paleis vtitur Deus, vt iustis correctis illi igni tradantur, li. quarto, cap. 36. num. vndecimo, & 14. lib. sexto, cap. nono, nume. 32. Murmurationes impiorũ in iustos istis prosunt, & illis nocent, lib. quarto, cap. 36. num. secundo, lib. vndecimo, capit. 15. num. primo, nono, decimo, 14. 16. vsque ad 18. 20. 21. & 25. cap. 16. num. primo. Odium mũdi contristare non debet Sanctos, libr. secũdo, capit. sexto, num. quarto, quinto. 20. & 21. lib. octauo, cap. nono, num. primo. Sed non solum odit, verum ferina crudelitate iustos occidit. Verum etiam occidi tolerabile esset, si mundus agnosceret aperta fronte se impie agere; & confiterentur impij, se ideo occidere pios, quia pij sunt. Sed tantum abest, vt hoc confiteantur, ut potius velint videri occidendo pios bene se agere, & cultum præstare Deo. Sic sanctum Iob plus merito cruciabat, quod ipsius amici contenderent eum mala illa meruisse, quam ipsa in se mala cruciarent. *Omnis, qui interficit uos* Iudæi, scilicet, & gentes, qui sicut in vnum conuenerunt aduersus Dominum, & aduersum Christum, sic & aduersus seruos eius. Vnde Paulus: Tamquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsema, vel vt alia habet lectio: Putamenta vsque adhuc spectaculum facti Deo, & Angelis, & hominibus. Damnamur ad bestias, sicut adulteri, homicidæ, ut nostro sanguine placetur Deus, quem crederent mundo acriter indignatum ob nostram malam vitam, quæ si de medio non tolleretur, Deus nostri causa orbem deleret, talia cogitabant de nobis, qui nos persequebantur, & occidebant zelum Dei habentes, licet ille secundum scientiam non esset, sed stolida æmulatio. Credet mũdus quod in sanguine vestro lauet manus, vt Deũ iratum sibi reddat propitium. Certe acris hęc persecutio erat. Persequebatur quidem Saul Dauidem, sed ira & odio ingenti concitatus. Vnde aiebat aliquando flens: Sanctior tu es, quam ego Dauid fili mi, nec vllam possum iustam prætendere causam bellandi aduersum te. His sane verbis Dauid consolaretur, dum audiret inimicum laudes suas canentem, at Apostoli impietate prætensa occidebantur. Nemo vestrum patiatur, vt fur, aut maledicus, si autem vt Christianus non erubescat, sed magis glorificet Deum in isto nomine. Et hac de causa iusti acrius dolent, dum a Christianis persecutionem patiuntur, quam si eã paterentur ab infidelibus, libr. nono, cap. vigesimo, num. 22. Quod enim passione moti impij persequantur iustos sibi contrarios, multam adducit consolationem. Plura enim sunt, ut differitur, lib. secundo, cap. vndecimo, numer. vigesimo septimo, lib. nono, cap. 20. nume. primo, quæ iustos in huiusmodi persecutionibus debent consolari. Vide lib. nono, cap. decimo quinto per totum. At quod sub nomine zeli hominum iustorum periclitetur honor, fama, & vita, intolerabile sane uidetur. Si enim ciuitatis iudex, ut passioni suæ satisfaceret, idque cęteris constaret, alterum persequeretur, tolerabile esset malum, sed non id facit aperte, sed sub titulo iustitiæ, & Christianitatis. Si vnus ex passione alteri noceret, bene quidẽ, sed sub nomine boni communis, & publici graue malum. Sicut & multæ murmurationes sunt, quæ sub hoc titulo proponuntur causa simulata religionis, & dilectionis, & tristitiæ de malo fratris, cum re vera ab odio fratris illa procedat, lib. vndecimo, cap. 16. numer. 15. cap. 17. num. 10. Hæc ergo dicit Christus Apostolis: *Venit hora, in qua omnis, qui interficit uos, &c.* Abel persecutionem, & mortem passus est a fratre, quia eius munera Deo placebant nullo alio quæsito colore. Hismael ferus erat homo, manus eius contra omnes, qui illius moribus dissimiles erant. Prophetæ a Regibus, quia veritatem illis inuisam prędicabant, immo & Christus occisus est, quia operibus malis Iudæorum contrarius erat, a quorum viis abstinebat, tamquam ab immunditiis, &c. At Apostoli, vt homines scelerati a Principibus mortem, grauissimasque persecutiones passi sunt. Hæc est prudens illorum consolatio? Est vtique, & mirabilis Christi dispositio, vt mundus, qui mendax est, deceptus eos persequatur, & quod discipuli constantes in persecutionibus semper fuerint, lib. nono, cap. vigesimo, num. quarto. Qui talia, talique occasione patientes gloriabantur, cum Sãcti veteris testamenti patientes dolerent, lib. 14. cap. primo, num. sexto. Vnde ut eos cõsoletur, dicit: *Venit hora*, breui, scilicet, durabit impiorum potentia: Non enim relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum. Breui durabit Sanctorum afflictio, & superueniet æterna consolatio, lib. nono, capit. nono, numer. 60. lib. 17. cap. secundo, num. septimo, & octauo.

Et hæc omnia facient, quia non nouerunt patrem, neque me. In omnia impij irruunt vitia, quia Deum, vt expedit, non nouerunt. Qui enim Deum iudicem cogitaret, non peccaret. Qui Deum patrem cogitaret, ad omne bonum promptus esset. Qui Deum cogitaret vindicẽ esse seruorum suorum, numquam pios lædere cogitans scriptum ab Zacharia: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Numquam impunitos relinquam, sui sceleris pœnas luẽt. Sic in Genes. dixit Deus Abrahę: Scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subiicient eos seruituti, & affligent quadringentis annis. Verumtamen gentem, cui seruituri sunt, ego iudicabo.

9 Psal. 2. 1. Cor. 4. Sapien. 2. Psal. 124 Roma. 10. Zachar. 2 Genes. 15.

bo. Et cum Moyses rubum vidit ardentem, in rubo Ecclesiam significauit, vt ostendat omnes, qui tetigerint eam, a spinis eius pungendos. Nullus enim cuiuscumque potentiæ, aut conditionis Ecclesiam vmquam læsit, qui non maximas, & grauissimas pœnas daret. Considera etiam quod ardet in Sanctis flamma, & nonnumquam grauis, sed cum illi lignum sint viride, non solum non consumuntur ab igne, sed suam semper seruant viriditatem, & insuper pungunt. Hæc si agnoscerent, & considerarent impij, vos non persequerentur, *sed id faciunt, quia non nouerunt patrem, neque me.* Cognitio Dei in anima ad recte operandum eã ducit, libr. tertio, capit. 20. nume. 18. 19. 23. 24. & 26. Cæcitatem incutit primum diabolus animæ, vt mala suadeat, lib. tertio, ca. quarto, num. secundo, 12. 17. 20. & 21. Dei cognitio iuuat multum ad hoc, vt homines ei seruiant, lib. tertio. ca. vigesimo, num. octauo. 12. vsque ad 19. 24. & 26.

Exod. 3.

IN DIE SANCTO Pentecostes.

De mysterio quod narratur Actuum 2.

Dum complerentur dies Pentecostes, &c. Actuum 2.

Libro 16. cap. 12. per totum docetur, quod Spiritus sanctus in die Pentecostes copiosissime datus sit discipulis suis, cuius existentia in anima, & dona pariunt utilitates multas. Vide etiam lib. 1. capit. 23. nu. nono. 12. 15. 16. & 22. lib. 4. cap. 27. nume. 13. lib. 5. cap. 1. num. 20. & 21. cap. 5. nume. 10. lib. 6. cap. 2. num. 2. cap. 3. num. 5. lib. 9. cap. 17. nume. 2. libr. 12. cap. 2. num. 26. cap. 3. nume. 4. 5. & 34. lib. 14. capit. 31. num. 16. & 17. Et ea, quæ diximus in concione anteriori in illa uerba: Cum uenerit Paracletus, &c. In libro Rosarij, libr. secundo, capit. decimo tertio, per totum.

1 *In festo Pentecostes.*

CVM hactenus Ecclesia a Dominica prima Aduentus ea retulerit bona, quæ homines acceperunt a Christo Domino existente in terra, in die hac refert, quæ ab eodem recepe runt iam regnante in cælis copiosissima, ingentiaque dona. Quoniam cum solummodo ibi magnificus sit vocitatus Dominus noster, non solum bona tanta magnificentia digna communicauit his, quos secum detulit in cælum, sed etiam his, quos exules, & orphanos reliquerat in terra. Cum enim iussisset Iesus iam iam ascensurus in cælum discipulis, ne ab Hierosolymis discederent, sed quod ibi expectarent promissionem patris baptizãdo non aqua, ut Ioannes suos lauerat discipulos, sed Spiritu sancto, quo toti essent perfundendi. Quod & accidit, cum sacro illi senatui Beata Virgo præsideret, cui in absentia filij gubernatio suorum statuum fuerat commissa, cumque simul Ecclesia illa, meritis quidem ingens, licet numero parua, in Sion moraretur, ieiuniis, & orationibus vacans, sacris communionibus, diuinis allocutionibus tota intẽta, & occupata, decem peractis diebus ab Ascensione Domini, dum certi essent tanto beneficio potituros non posit multos dies, nullũ sane tempus dabatur otio, modica pars temporis somno, & minor cibo, arbitrantes ne forte in prima vigilia, aut in secunda, &c. in hac die, vel in altera diuinus aduenire Spiritus iã promissus hac ratione & noctes ducerent insomnes, & toto illo tempore diuinis vacarẽt, lib. 16. cap. duodecimo, num. vndecimo, & 13. Dum ignorarent horam. libr. 18. cap. quinto, nume. quinto, cum & breuitatem scirent, & diem ignorarent, vigilantissimi tantum expectabant beneficium. *Vnde factus est repente de cælo sonus* tamquam flatus vehementis, nõ sicut quondam ille fuit, qui irruit in domum filij maioris Iob, de quo scriptum est: Quod filiis, & filiabus illius vescentibus in domo fratris sui primogeniti repente ventus veniẽs irruit a regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quæ corruens oppressit omnes liberos illius, & mortui sunt, sed spiritus vehemens repleuit domum Sion, in qua filij Iesu morabantur, vt nouam acciperent uitam, noua dona, & apparuit ignis, non ille, de quo ibidem scriptum est: Quod ignis Dei cecidit e cælo, & tactas oues, puerosque consumpsit, sed qui in variis linguis apparuit, quo repleti sunt Spiritu sancto discipuli, & cæperunt loqui varijs linguis.

Esa. 33

Iob 1.

2 Aduertendum etiam est, quod secũdũ doctrinã sancti Thom. in prima parte, q. 43. art. 3. quam docuit Magister sentent. cum Theologorum scholast. in 4. sentent. distinc. 14. & 15. quam antiqui patres Leo primus, Ambros. & Augustin. asseuerarunt & alij, Spiritus sanctus & aduenies discipulis in hac die, & cunctis his, quos per infusionem gratiæ suæ iustificat, non datus fuit in solis donis, sed in propria etiam persona, in qua nouo modo eam inhabitat mentem, quam iustificat, quam sacra & diuina præsentia sua & ditat, & ornat, ac illustrat, in qua est inquit sanctus Thom. sicut amatum in amante, de quo dicitur: Quod magis est anima eius ubi amat, quam in corpore quod animat, sicut cognitum in cognoscẽte, & sicut gubernator, qui nauim non desinit, donec portum ingrediatur, & sicut curator regens personam pupilli, cuius vtilitati, quam ille minus curat, semper intentus est. In omni tempore ab orbe condito quotiescumque Angelus, aut homo esse accepit supernaturale, & diuinum a gratia deriuatum, Spiritus sanctus simul datus est. Cõditi si quidẽ primi parẽtes in iustitia originali simul cũ ea Spiritum sanctũ acceperũt. Sicut enim Philosophia docemur, ait S. Thomas, ad humanos motus non sufficere animã, nec ea instrumenta, quæ ad eos coercẽdos accepimus a natura, sicut oculi, qui dati sunt ad videndum, pedes ad ambulandũ, nec ambulare illis potest homo, nec videre, nisi cõcursus primæ causæ, quę Deus est, interueniat, quo moueantur pedes ad ambulandũ, oculi ad inspiciendũ, intellectũ, volũtatem, &c. ad sua munia exercenda, sic in anima iusti, licet gratia sit velut forma in essentia animæ residens, hęc ad recte operandum non sufficit, etiam si virtutibus, & donis illustratas habeat potentias, intellectum fide, voluntatem spe, & charitate, &c. quæ instrumenta sunt a Deo data ad recte operandum, nisi diuinus adueniat Spiritus, qui & virtutes excitet ad suas operationes, & corroboret, vt vnaquæque virtus ea valeat moderari, ad quę cõcessa est. Et ita Basilius referens verba illa Genesis, Spiritus Domini ferebatur super aquas, ait Hebræa exemplaria sic habere: Spiritus Domini incubabat super aquas, sicut gallina, quæ incubat ouis, vt illius vitali calore viuificentur, & fiant pulli, dic Spiritus sanctus hac metaphora significaretur, quod ferẽdus esset super homines, vt illi & viuerent, & ad producenda virtutum opera habiles redderentur, sicut tunc aquæ ad producendos vocucres, &c. Hoc ingenti beneficio potiti sunt discipuli, cum primum Iesus cælum ascendit. Ipse enim est, de quo scriptum credidit Hieronymus ab Esa. In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis, cum in dextera patris collocatus est, & continuo exultatio his, qui saluati fuerint de Israel. Ascendit Christus ad patrem, ait Chrysostomus, & regressus clamabat ad patrem: Exurge in occursum meum, & vide, & tu Domine Deus virtutum, Deus Israel, intende ad visitandas omnes gentes. Ego visitaui, inquit, ea perficiens in mundo, quæ a te mihi fuerunt demandata, intende iam tu, cum ego opus consummauerim, quod dedisti mihi, vt facerem ad visitandas omnes gentes, nec solas oues perditas domus Israel, ne vni dicatur animæ: Spiritus sanctus superueniet in te, sed omni creaturę, sicut & quondam fuerat prophetatũ a Ioele: Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij uestri, & filiæ vestræ. Iuuenes vestri visiones videbunt, & senes vestri somnia somniabũt, &c. & erũt mihi in filios, & filias, & matres, & fratres; talis enim vocitatus est a Domino, qui fecerit voluntatem patris, qui in cælis est. Audiuit olim homo culpis exigentibus: Terra es, & in terram ibis, aduenias Spiritus sanctus tuus, vt renouetur facies terræ. Cum Moyses in montem ascendisset, lex descendit. Hic vbi Christus in cælum ascendit, Spiritus sancti lex nobis aduenit. Illic ignis montem impleuit, hodie Spiritus sanctus in linguis igneis apparuit. Illic linguam, quam non nouerat, audiuit populus, & hodie linguam, quam non nouerat, locutus est Apostolorum chorus. Illic cum lex daretur, voces tubæ sonabant; & hodie *factus est repente de cælo sonus*. Hæc Chrysostomus. Spiritus sanctus aduenit, vt nouas conderet leges in die Pentecostes ascendente Christo, ut olim data fuerat lex libr. 16. cap. 12. numer. 19. 20. 25. 49. & 64.

S. Tho. 1. 2. q. 62. art. 1. ad 3.

Esa. 4.

Chrys. serm. de spiritu sanct.

Psalm. 58

Ioann.

Ioel 2.

Matth. 12

Exod. 19.

Antequam huius mysterij aggrediamur 3 expositionem considerandum est, quibus rationibus motus sit Iesus, vt paucis ab eius ascensione transactis diebus, Spiritum sanctum miserit, tam magnificum donum hominibus exhibitum, quo non essent digni etiamsi multis annis, ieiuniis, & orationibus vacantes huic soli dono recipiendo fuissent intenti; qui mortales erant, & domos luteas habitabant ad recipiendaque spiritualia minus apti. Et in primis multis rebus intentus Iesus in hac visibili Spiritus sancti missione copiosissima, illa non contemnenda est, quod missionẽ hãc Spiritus accelerauit, ne discipuli arbitrarentur, quod nouum assecutus Iesus statum, nouã dignitatem illorum fuisset oblitus, immo experientia discerent, si id possibile fuit, nouam illi indutam curam salutis eorum, quos reliquerat in mundo, cui semper fuisset intentus. Non similis effectus hominibus putaretur, qui largi sponsores cum fuerint, eorum protinus obliuiscuntur, quę spoponderunt. Sicut in Genesi legimus de præposito pincernarum, cui cum Ioseph restitutionem in gradum pristinũ prophetasset, & quod in gratiam Regis esset reuersurus, & tantum id posceret: Memento mei, cum bene tibi fuerit, & facias mecum misericordiam, vt suggeras Pharaoni, vt educat me de isto carcere, nec verbum Regi locutus est, antiquã consecutus benevolentiam Principis. Hac re contentus fuisset Ioseph, qua dignus fuit, nec tamen obtinuit. Christus in cęlum iturus beneficium non receperat a discipulis, immo nec ab eo, quod magis mirandum est, vllam postulauerant gratiam, sed potius ille eorum increpauerat incredulitatem, & duritiam cordis, quibus non obstantib. Spiritum sanctum mira celeritate misit, vt eos inauditis hactenus afficeret donis. Et quia iam vadens dixerant Angeli de illo: Quemadmodum vidistis eum euntem in cælum, ita veniet, ne crederent illis consolationes futuro tantum sæculo reseruatas, cum etiã dixisset: Iterum videbit vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium uestrum nemo tollet a vobis istud futurum etiam, dum viuerent manifestare volens misit Spiritum sanctum, cuius fructum gaudium dixit Paul. Spiritus sapientiæ est quidam internus sapor, ac suauissimus gustus, lib. decimo sexto. capit. duodecimo. numer. 71. Gaudia hominum, dum conuertuntur ad Deum non auferuntur, sed mutantur. libr. septimo. capit. tertio. numer. decimo, vigesimo, & vigesimo primo. Vnde aiebat Origenes

Gen. 40

Ho. 20. in Ioſue. in Ioſue, quod ſicut quondam Caleph filiæ ſuę ſuſpiranti conceſſit irriguum ſuperius, & inferius, ita Deus ſuis gaudia conceſſit, non ſolum in futuro ſæculo, ſed etiam in præſenti.

Serm. 37. in Cant. Pſalm. 121 Et Bernard. in Cantica idem docere uolens adducit locum Pſalmi: Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus. In quibus verbis lętatus dixit Regius Vates de præterito, licet ibimus dixiſſet de futuro. Antequam ad deſideratam peruenia-mus patriam gaudium nobis datur de ſpe. Et licet ſpes dilata ex una parte animam contriſtet, ſicut ſcriptum eſt: Spes, quæ differtur, affligit animam, recte huic animæ congruit. Expectatio iuſtorum lætitia, dum triſtantur, quia deſiderato bono non potiuntur, conſolantur autem, dum grauibus rationibus, & cõiecturis moti ſperant illud conſecuturos. Hæc Bernard. Vnde non tantum remuneratio lætitia eſt, ſed ipſamet exſpectatio.

Secundo Dominus Ieſus Apoſtolos in graui reliquerat neceſſitate conſtitutos, maxime egentes auxilio, vt induerentur virtute ex alto, ne tam mira, quæ operatus fuerat, in medio terræ penitus interirent. Licet enim poſt reſurrectionem inſufflaſſet Ieſus, & porrexiſſet ſuis Spiritum ſanctum, ſed adhuc diſcipuli metu pleni in ſuperiori parte cænaculi clauſi remanebant omnino reticentes ea, quę concernerent hominum ſalutem, nec teſtimonium reddere audebant reſurrectionis Domini. Vnde noua religio eodem fere tempore, & exordium accepiſſet, & finem, aduenit autem Spiritus ſanctus, & homines trepidãtes in grandem mutauit exercitum, quo mundus crucifixo ſubditus fuit, ſicut Auguſt. ad litteram interpretatus eſt viſionem illam celebrẽ Ezech. ediſſerens, quando manus Domini aſportauit Prophetam in campum plenum oſſibus ſiccis mortuorum, cui dixit: Putaſne oſſa iſta tam vehementer ſicca poterunt reuiuiſcere? Cui ille. Domine res hæc mihi incognita eſt, quam tu ſolus põtes cognoſcere. Et Dominus. Prædica, & dic: Oſſa arida audite uerbum Domini. Ecce ego intromittam in vos ſpiritum, & viuetis. Dabo uobis & neruos, & carnem & cutem, & animam, & viuetis, eritq. opus hoc dignum omnipotentia mea. Cępit clamare Propheta, & acceſſerunt oſſa ad oſſa vnumquodque ad iunctũram ſuam. Et uidi, & ecce ſuper ea nerui, & carnes aſcenderunt, & extenſa eſt in eis cutis, & ſpiritum non habebant. Præcipit Deus Ezechieli, ut dicat: Hæc dicit Deus, a quatuor ventis veni ſpiritus, & inſuffla ſuper interfectos iſtos, & reuiuiſcent. Cumque dixiſſet verba hæc, ingreſſus eſt in ea ſpiritus, & vixerunt, ſteteruntque ſuper pedes ſuos, exercitus grandis nimis valde. Ante oſſa nimis arida poſt horam exercitus grãdis valde, cum accederent oſſa ad oſſa vnumquodque ad iunctũram ſuam. O Dei mirabilis potentia Apoſtolis, & nobis ſummopere neceſſaria, quod dum vnanimiter perſeuerarent in oratione amore grandi conglutinati, qui dudum animo erant conſternati, dedit cor carneum facile mobile a Deo, qui cor habebant lapideum, cutem acceperunt, ieiunantes, & orantes. Hæc enim opera ſunt externa, quid reſtabat? vtique vt a quatuor ventis veniret ſpiritus, qui oſſa arida in exercitum magnum conuerteret, quo mundus iſte expugnatur Deo rebellis, & qui in ſuum principem impie coniurauerat, huius exercitus potentia ei denuo ſubiiceretur. Duodecim erant Apoſtoli, turba hominum fere centum viginti, tam paucis militib. exercitus grandis nimis valde potuit fieri? Vtique. Alias enim impoſſibile foret, ut unius Apoſtoli prędicatione tot millia hominum perditiſſimorum ad fidem adducerentur confitentes ſcelus maximum, quod in morte Dei ſui impie patrarãt, & quod Iudęi terrenis diuitiis, honoribus, & vanitati vehementer implicati, & qui conueniens iudicauerant Dominum occidere, ne venirent Romani, & exſpoliarent eos facultatibus ſuis, has continuo ponerent ad pedes Apoſtolorum, habentes cor unum, & animam vnam in Domino in terra ambulantes, & Angelicam vitam repentina, & grandi mutatione agentes velut in cælo degentes. Vnde aiebat Bern. ſerm. 3. Spiritus ſancti: Exultationes Dei in faucib. Apoſtolorum, & gladij ancipites in manibus eorum, ad faciendam uindictam in nationibus, increpationes in populis, ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, gloria hæc eſt omnib. Sanctis eius. Cum primum enim exultationes Dei aduentu Spiritus ſancti fuere in faucib. eorum, continuo gladios acceperunt ancipites, ut carnem diuideret a ſpiritu, & totus mundus Deo ſubiiceretur, ut gloria maxima illis accreſceret, qui Spiritus ſancti potentia talia patrare ualuerunt, vt in igne zeli Domini deuoraretur terra, & cælũ fieret, quia conſummationem cum feſtinatione faciet cunctis habitantib. terram. Tanta enim bona, tamque ingentia poterat efficere piſcator unus diuino hoc ſpiritu repletus in hac die. Hæc omnia mire obumbrata docet Rupert. Abbas libro decimo. de diuin. offic. c. 13. vbi ait, quod in ſeptem illis ſigillis, quæ aperuit Agnus, quæ nullus alius valuit aperire, in quib. multa ſignificabantur, quæ in Eccleſia aut accidiſſent iam, aut eſſent futura, inter alia retulit Ioann. quod cum aperuiſſet ſigillum ſeptimum, factum fuit ſilentium in cælo, quaſi media hora. Et vidi ſeptem Angelos ſtantes in conſpectu Dei, & datæ ſunt illis ſeptem tubæ. Et alius Angelus venit, & ſtetit ante altare habens thuribulum aureum, & data ſunt ei incenſa multa. Et accepit Angelus thuribulum aureum, & impleuit illud de igne altaris, & miſit in terram & facta ſunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terræmotus magnus. Silentium, ait Gregor. media tantum hora durauit, quia dum in mundo ſumus, ex toto ab illius curis liberari non valemus. Angelus, qui coram altari poſitus fuit cum

aureo thuribulo pleno incenſo, quem & impleuit de igne altaris, & miſit in terram, & facta ſunt tonitrua, &c. Iſte ignis Spiritus ſanctus erat, de quo magni conſilij Angelus Dominus Ieſus thuribulum impleuit aureum ſuæ puriſſimę humanitatis, & in cælum profectus miſit illum in terram, & homines inviros alteros ſunt mutati, tantæ potentiæ reſiſtere non valẽtes, ſicut potentia tanta fulgurũ, quę cumque repererit, comburit, & incẽdit ligna, vt iſta mutuato calore a fulgure alia igneſcant; ſic Spiritus ſanctus & Apoſtolos mutauit, & talem illis contulit potentiã, vt virtute ab hoc ſpiritu communicata alios accẽderẽt homines frigidiſſimos, & terrenos. Spiritus sã ctus pugnat in nobis contra nos. lib. ſecundo. cap. nono. num. 27. Spiritus ſanctus eſt ſpiritus oris Dei, quo virtus cælorum confirmata eſt, lib. 16. cap. duodecimo. nume. ſexto. 34. 43. 55. & 62. Spiritu ſancto adueniente ſpiritales effecti Apoſtoli in media pericula intrepidi proſilierunt, lib. eodem. nume. vndecimo. & 20. Spiritus ſanctus aduenit diſcipulis, vt illo armati prodirent inter hoſtes, ibidem num. 13. Spiritus ſanctus eſt, a quo omne robur cõmunicatur animæ. lib. 16. cap. duodecimo. nu. 36. 64. & 65. His, aliiſque titulis motus Ieſus cum primum cælum ingreſſus eſt, Spiritum ſanctũ miſit copioſiſſime in terrã. In cuius miſſione multa conſideranda ſunt.

4 In primis illud aduertendum eſt, quod beneficium hoc incomprehenſibile prorſus eſt, vndecumque illud attendatur. Si enim conſideremus, quod in cælo iam regnans Spiritum ſanctum miſit, proculdubio, qui magnus erat, & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri in monte ſancto eius, ingentia collaturus erat bona. † Quoniam ſi talia recepit mundus ab eo, quando iacebat in præſepio eiulans, vilibus indutus pannis, raras de virgineo pectore guttas lactis expectans infans, ſi talia conferre valuit infans, ut eius inopia diuites efficerentur homines, qualia poterant exſpectare ab eodem regnante in cęlo omnibus cæleſtibus diuitiis cumulatiſſime magnificato? † Quando ſcelerati homines actu Dei benignitate abutebantur, in incarnatione, vita, & morte talia receperunt bona, qualia conferrentur illis, qui orationibus, & ſacris communionibus, & vigiliis diuinam implorabant pietatem. Fontem aquę uiuæ ſalientem in uitam æternam accepit muliercula, quæ nec paulum aquæ ſitienti Domino dignata eſt porrigere; quid non reciperent fideles, qui noctes ducebant inſomnes, ut aduentu Spiritus ſancti ſanctificarentur? Quando erat vermis, & non homo, homines Angelis æquabat, uel præcellebat, quando infixus erat in luto miſeriæ, & fæcis, ſuſcitabat a terra inopem, & de ſtercore erigebat pauperem, ut eum cum principibus populi ſui collocaret; quod erat acturus, quando principabatur iam cælo, & ſuam uolebat oſtentare & potentiam, & miſericordiam in cælo? Vtique vbi magnificus eſt Dominus noſter opera exhibuit tanta magnificentia digna. Vnde Hieronymus in epiſtola ad Hedibiam animaduertit, quod cum per Prophetam Ioel hanc promiſiſſet miſericordiam, quam in aduentu Spiritus ſancti recepturus eſſet mundus, ſicut interpretatus eſt Petrus in prima, quam ad populum habuit, concione in hac die, dixit: Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. In quibus uerbis abundantiam ſpiritus uoluit ſignificare, quæ nomine effuſionis ſignificabatur, ſicut cum hoc donum aſcenſurus in cælũ promiſiſſet Ieſus dixit: Baptizabimini Spiritu ſancto nõ poſt multos hos dies. Baptizandos hoc ſacro Spiritu dixit, quia toti diuina hac aqua eſſent lauandi. Et Petrus Actuum 2. cum Iudęi muſto plenos crederent diſcipulos, dixit: Non ſicut vos æſtimatis hi ebrij ſunt. Ebrij quidem hi ſunt, ait Bernardus, ſed non ea ebrietate, quam uos creditis, ſed altera, quam feliciter patiuntur introducti a ſupremo, & magnificentiſſimo Rege in cellam vinariam, quæ erat domus illa, ubi erant congregati, & orantes, tunc adueniente Spiritu ſancto inebriati ſunt ab vbertate domus Dei, & torrente illius potati. Vnde egreditur ſponſa clamans: Fulcite me floribus, & ſtipate me malis, quia amore langueo. Vnde cum ſanctiſſimi huius Spiritus uirtutem edicere vellet ſacrum Concilium Nicænum in ſymbolo, confitetur, Qui ex patre, filioque procedit. † A patre, ut eius oſtendatur potentia, quam mira ſint, quæ diuinus hic amor operatur in pectore, quod illuſtrat. Ex filio, cui ſapientia tribuitur. Diuina enim edocet, nec cæcat, ſed illuminat. Mundanus amor homines, in quibus eſt, viribus priuat, ut in Sanſone factum legimus, qui amore Dalilę viribus priuatus eſt; ſicut & Dauid ſanctus, qui amore captus Berſabeæ uiribus fuit deſtitutus. Videtur amor iſte, ut fabulæ olim mentiebantur, Vulcani mallea toris filius, quia *principio de muchos ierros*. Puer incedens oculis vitta ligatis cæcus, infirmus, & ſtultus. Diuinus autem amor potentes, & ſapientes homines reddit, vtpote qui ex patre, filioq. procedit.

5 Secundo, ſi modum conſideres, qui in donando hoc diuino Spiritu hodie ſeruatus eſt, perſpicies quanta animi propenſione fit conceſſus. Primum, factum dicit Lucas repente de cælo ſonum, ſubito, mira velocitate & ſonus venit, & cum eo Spiritus ſanctus. Non tardat Dominus in benefaciendo, ſicut homines, qui vel ſi leue conferre beneficium debeant, tanta id faciunt moroſitate, & tarditate, ut intolerabile ſit illud expectare, non conſiderantes vulgatum prouerbium quidem, ſed celebre: Quod qui cito dat, bis dat, & ſapiens improperet illum, qui craſtinum expectet diẽ ad porrigendum aliquid, cum ſtatim illud

Li. 10. de Geneſ. ad Ezech. 37.

Pſalm.

Ioann. 4

Ad Hedibiã Hieron. Ioel 2.

Act. 1.

Act. 2.

Bern. ſem. 49 in Cant.

Act. 2.

possit dare, qui tamen ueloces sunt ad effundendũ sanguinem: At Deus tardus, ait Chrysostomus, in destruendo, uelox autem ad ædificandum. Vnde Hieronymus ad Fabiolam explicans versiculũ illum Psalmi: Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoriis, ait: Quæ a Deo veniunt beneficia, ea veniunt velocitate, qua sagittæ a potenti brachio excussæ, quæ imperceptibiliter pertranseunt aerem, vt vix in medio videri possint, antequam in termino, talisque est illa velocitas, qua Spiritus sanctus sua confert beneficia illis, qui his indigni non fuerint. *Hiero. ad Fabiolam.*

Spiritus sanctus electorum corda visitans ab omni peccato potenter purgat, libr. septimo, capit. octauo. numer. trigesimo primo. *Spiritus* sanctus postulandus vt veniat velociter, cum spiritus proprius defuerit. libr. decimo sexto, cap. duodecimo. numer. quinquagesimo nono. Sequitur: *Et apparuerunt Apostolis dispertitæ linguæ tamquam ignis, sedítque supra singulos eorum.* In quibus verbis huius beneficij mirabilem fructum considerare licet. Est enim ignis inter omnia elementa magis actiuus, ac potens, vt omnia, quæ repererit combustibilia, in se conuertat, vtpote quod cæteris nobilius cęteris altius communicet sese. Accidentia eius, & substantia eius in ignem conuertunt, quæ repererint, si illa sint capacia. Ita cum *Spiritus* sanctus in ignis specie insederit discipulis, hanc eius & inclinationem, & potentiam ad conuertendos homines in se animad uertere licet. Ingenti Dei bonitate ignis aduenit, non qui terram combureret, & perderet maledicto proximam, non ferentem triticum, sed spinas, sed qui tribulos combureret, quibus adustis terra faciens fructum benedictionem acciperet ab eo, a quo tale beneficium recepit. Sicut enim olim cum ignis Dei bonitate, & potentia Elia orante descendit, qui sacrificium combureret, licet aqua plenum esset, id potenter effecit, bouem consumens usque ad ossa, ligna humectata, lapides, aquam ipsam, & puluerem; ita & *Spiritus* sanctus, peccata concremat, malas inclinationes moderatur, vsque ad puluerem venialium peccatorum. Omnia mutat, ita vt qui dudum totus erat terrenus, vanitati per omnia deditus, luto voluptatum immersus, diuitiis acquirendis totus occupatus, subito sit cęlestis, ita vt maiori propensione feratur in *Deum*, quam antea ferretur in mundum, sicut scriptum est: Animæquiores estote filij, & proclamate ad Dominum, erit enim memoria vestra ab eo, qui duxit vos. Sicut enim fuit sensus vester, vt erraretis a *Deo*, decies tantum iterum conuertentes requiretis eum, id est, *Deum* interpellate orationib. vestris, qui vir vester est; confidite quod Dei bonitate id fiet, vt maiori multo diligentia queratis me, quam antea quæ feceritis ea, quę in mundo sunt. Mira res, in qua supramodum sancti huius *Spiritus* declaratur bonitas, & virtus. Qui enim considerat, quanta animi propensione homines ferãtur in malum, inquirant officia, honores, diuitias, voluptates, de quibus scriptum est: Cursor leuis explicans vias suas onager assuetus in solitudine in desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui, nullus auertet eum. In quibus uerbis Hieronymus ardentissimum desiderium patrandi mala, multamque uelocitatem voluit explicare, is perspiciet, considerans incredibiles labores, quos passi sunt Romani imperandi causa, quibus se exposuerit periculis magnus Alexander, quæ subierint inconuenientia Græci, vt iniuriam receptam a Troianis vindicarent, quanta sollicitudine Heliogabalus, & Sardanapalus vitam delicioſam fuerint sectati, iudicaret sane satis diuinam colligi pietatem, & potentiam, si hi eadem cura, eadem diligentia, & animi propensione quæsierint diuina, qua ante quæsissent terrena, & tamen his non contentus Propheta addit, decies maiori diligentiæ illa esse quærenda, diligentiaque ab his, quos diuinus is ignis plene possederit, sicut de vno Ignatio inter innumeros memorari libet. Qui ad bestias damnatus aiebat: O felices bestiæ, quæ quæruntur iam, vt earum dentib. molar. Quando venient? Quando compedibus soluentur, vt comedant me? Dominum meum rogo, vt ferociores reddantur solito. Heu me, si forte non audebunt contingere me, sed mãsuescent, sicut aliis accidit aliquando? si eas videro stantes, & miteſcentes, ego ipse prouocabo illas. Quod si nec id sufficiens fuerit, ego ori earum me ingeram, nec a cæpto desistam proposito, donec ipsæ me deglutiant. Quis talia vsquam audiuit? Hoccine est mortalis hominis desiderium? Non sane, sed eius, qui mutatus iam est, sicut dixerat Propheta, in Angelum, aut *Deum*. Hæc virtus ignis, cuius potentia tam sunt mutati Apostoli, vt etiamsi illis demandatum negocium longe esset difficilius, & grauius, quam ea omnia fuerint, quæ Moysi, & Prophetis committebantur, nullus recusauerit mandatum; non dixit Petrus: Non sum eloquens, sicut dixerat Moyses, neq. pueros se confessi sunt, sicut Hierem. sed intrepidi in medio hostium prosilierunt, quemadmodũ si igneus homo in medias incidat stuppas. Luctabantur Apostoli cum impiis, ac si quis copiosissimum gestãs ignem luctetur cũ eo, qui portat aridum fœnum. *Hebr. 6.* *3. Reg. 18* *Baruc 4.* *Hierem. 1* *Hieron.* *Exod. 4*

Spiritu sancto misso de cælo, Prædicatores corda hominum penetrarunt. libr. 3. ca. nono. num. 32. *Spiritus* sanctus in igne datus, ne homo vel tepescat, vel frigescat. lib. 16. capit. 12. num. 1. & 37. *Spiritu* sancto veniente in die Pentecostes terra cælum facta est. numer. 12. 64. & 65. *Spiritus* sanctus in igne venit propter duo, num. 12, 20. & 58. Venit etiam in ignem ferens vindictæ seueritatem impiis, num. 13. & 32. *Spiritus* sanctus in igne datus, vt argutur gratiæ copia, & vehementia, numer. 14. Abundantiusque insedit Apostolis, quã olim Pro-

Prophetis. num. 15. *Spiritus* sanctus vocatur ignis inuoluens. nu. 30. quo igne arma hæreticorum comburuntur. nu. 31. *Spiritus* sanctus vrit renes, & cor. i. delectationes, & cogitationes noxias. num. 35. & 61. *Spiritus* sanctus in igne venit propter lumen, & ardorem. ibidem num. 65. Sed si ad homines transformandos in igne missus est *Spiritus*, cur obsecro in linguis igneis datus est, & nõ potius corda essẽt, quæ aduenirent, & insederent super singulos Apostolorum ignea, vt cordib. combustis omniũ sensuum reformatio statim egrederetur, totiusq. hominis? Nonne instar peritissimi medici reformari debuisset cor, a quo omne bonũ, & malum, vita & mors procedit, sicut dixit Dominus; Quæ de corde procedunt, ea coinquinant hominem? Cor. n. perditum omnia fundi tus euertit, sicut experimur, lingua, auris, manus, &c. si autem cor ignescat, sensus omnes protinus reformantur. At si *Spiritus* sanctus singulos sensus medicare uoluisset, cũ per eos tamquam per fenestras mors ingrederetur: (quinque. n. sensus quinque sunt ciuitates, quę loquuntur (ait Hieronym.) linguã Aegyptiam in hoc mundo, dum vident oculi mulierẽ ad concupiscendum eã, & aures audiunt de fratre, quæ mala sunt, &c.) Vt ergo prouideretur de remedio in fonte aduenirẽt corda ignea, etsi in singulis riuis aures darentur igneę, oculi ignei, gustus igneus, &c. Ita est quod cor est principium vitæ, & ita ventus venit, quo ossa arida vixerunt, & cor carneum igneũ effectum est, in quo cuncti sensus moderati sunt. Sed tamen cũ damnum linguæ sit communius, quod moderari nesciunt, qui alias passiones rationi subiiciunt, huic nocumento vtpote vniuersaliori, & maiori specialiter prouidere voluit *Deus*, dum in linguis igneis *Spiritus* sanctus venit, vt linguam specialiter moderaretur, de qua scriptum est: Quod linguam nullus hominum domare potest. Lingua loquitur de abundantia cordis bonum, vel malũ. li. 10. c. 6. n. 4. c. 8. n. 2. Linguam tangit Seraphin Esa. c. 7. n. 3. Lingua commune est, & frequens malum, qua dæmon vtitur ad perdẽdos homines li. 10. c. 7. nu. 4. & 5. c. 8. nu. 4. 10. & 15. In quo capit. 8. late ostenditur per totum, quod lingua commune sit malũ, in qua pauci nõ labuntur, ob eius periculum. *Spiritus* sanctus datus est Apostolis in linguis igneis, & uariis, vt eius necessitas ostenderetur. li. 16. ca. 12. nu. 20. 21. 38. 39. 49. & 50. *Spiritus* sanctus apparuit in linguis igneis, quia nullius linguæ duritia est, quæ non eo soluatur. ibid. nu. 45. *Spiritus* sanctus in igneis linguis apparuit, quia quos replet, ardentes, & loquentes facit. nu. 58. & 62. Sed obsecro, si *Spiritus* sanctus ignis tantã ferens virtutẽ, tantam ad mutandos homines potentiam, vnde mundus tantis indulgẽtiis, confessionib. &c. tam est frigidus, & algens? Vtique quia inter omnia elementa minus resistit ignis, & ita, qua facilitate accẽditur, eadẽ extinguitur. Si diligitis me, mandata mea seruate, & ego rogabo patrem, & alium Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscũ in æternũ, *Spiritũ* veritatis, quem mundus nõ potest accipere, quia non uidet eum. Vos autem cognoscetis eũ, quia apud vos manebit, & in uobis erit. Manebit vobiscũ in æternum, non tãtum quia confirmati fuere Apostoli in gratia, sed quia semper manet, nisi expellatur. *Spiritus* sanctus disciplinæ effugiet fictũ, & auferet se a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. Et quia tanti boni incapaces estis, illiq. dicitis: Recede a nobis, scientiam viarũ tuarũ nolumus, ideo mundus tantis abundat malis. Et etiam quia dæmon, qui simia Dei semper esse desiderat, mittit spiritum suum in linguis igneis, lingua. n. ignis est vniuersitas iniquitatis. *Spiritus* sanctus varias dat linguas ut saluet, ille, vt perdat homines murmurationib., iuramentis, &c. Et quid mirum, quod dæmon varias doceat linguas, unam, qua proximum alloquaris præsentem risu plenã, & beneuolẽtia, alterã, qua eundem discedentẽ prodas? Sicut. n. (Gregor.) mundanis duo præbet corda (monstrum ingens) alterũ quod intus est malitia, & dolo plenũ, alterũ, quod signis ostẽditur beneuolũ, ita varias porrigit linguas. Labia dolosa in corde, & corde loquuntur, qui interna plena habent malitia, licet externa dulcia videantur, sic & linguæ variæ sunt in præsentia, & absentia proximorum, & hac de causa mundus tantis scelerib. abundat, & *Spiritus* sanctus hospitium nõ inuenit, ad proprias remeat, cęlestesq. sedes. *Prou. 19* *Hieron.* *Iacob. 3.* *Matth. 15* *Iacobus 3*

Repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cæperunt loqui uariis linguis prout Spiritus sanctus dabat eloquiillis. Diuinus hic *Spiritus* totam replet domum, memoriam, intellectum, & uoluntatem, nihil in domo iusti derelinquit, ubi capere possit mundus. Est. n. similis serpenti Moysi, qui deuorat serpentes incantatorũ Aegypti, dũ deuorat mundanas consolationes. &c. Et ideo Apostoli cum primum repleti sunt *Spiritu* sancto, protinus varietate linguarũ, & motib. externis internam virtutẽ externis signis prodiderunt. *Spiritu*. n. sancto qui plenus est, mutatus in virum alterũ *Dei* magnalia facere non valet. li. 7. c. 8. n. 32. Sicut. n. experientia didicimus, quod cũ primum homo aduenientẽ te animavitam recipit, continuo externi motus vitales illam ostendunt, sic & cum *Spiritus* sãctus mentem implet, protinus interna uita proditur externis signis, modestia, lingua, oculorum compositione, &c. Vnde Apostoli *Spiritu* sancto repleti cæperũt loqui variis linguis, continere se non poterant, sed in omnib. linguis diuinam prædicabant bonitatẽ, propria Hebræa lingua non contenti, Hispana, Gallica, &c. cæterisq. linguis prædicabant, vt omnib. illis Deus innotesceret. Ex amicis Iob dixerat vnus, cũ desiderium loquendi vellet exponere: En venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit. Animæ desiderantes ea, quæ intus sunt prodere, non quiescunt, donec ea perficiant, quæ tã- *Exod. 7* *Ber sermo. 3 Asscen.* *Iob 32.*

topere desiderant, sed omne impedimentum dirumpũt, omnemq. vincunt difficultatem. Hæc potest anima, quid quæso diuinus efficiet spiritus? Vtiq. manibus, oculis, verbis, & nutibus se manifestabit. Vnde Ecclesia singulis diebus, dum recitans horas canonicas hora tertia aduentus Spiritus sancti meminit, dicit: Nunc sancte nobis Spiritus dignare promptus ingeri nostro refusus pectori. Quid inde? Os, lingua, mens, sensus, vigor, cõfessione personabunt, &c. Diuinum hunc Spiritum postulemus a Deo (Hierony. Ephes. 1.) qui sanctum facit eum, cui fuerit infusus, qui sanctus vocatur, vt spiritus sapientiæ sapientem, & cõsilij cautum, & fortitudinis fortẽ, & pietatis piũ, & timoris timidum faciat eum, quem inhabitauerit, vt illo signati simus spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostrę. i. vt spiritus promissionis sponsores nos faciat, hoc est, nouiter obligatos Deo, & his, quæ ipse præceperit, & vtcumque voluerit. Concedat nobis Deus spiritum iudicij, & ardoris; iudicij, vt eum locum tribuat in animavnicuique rei, quo digna fuerit; & ardoris, vt, quæ conuenientia sunt, potenter operemur. Det spiritum rectum intellectui, & sanctum volũtati; vel sanctum, vt homo recte se habeat in ordine ad se, ut sciat unusquisque vas suum possidere in honore, & non in passione desiderij, sicut gentes, quæ ignorant Deum; spiritum rectum, ne proximos lædamus; & principalẽ, vt in utroque hoc bono perseueremus. lib. 16. ca. 12. nu. 9. 66. & 67. Postulemus septẽ dona Spiritus sancti, vt in pũcto sequi valeamus motum Dei, ad hoc enim illa dantur, sicut virtutes ad sequendum motum rationis. Hæc. n. dona ponũtur, vt quędam perfectiones hominis, quib. homo disponitur ad hoc, vt bene sequatur instinctũ diuinum Spiritus sancti. De usu horũ donorum septem, quorum quatuor perficiũt intellectum, scilicet, donum intellectus, sapiẽtię, scientiæ, & consilij, & tria voluntatẽ, nempe donum timoris, pietatis, & fortitudinis differitur. li. 16. c. 12. nu. 68. usque ad 71. Spiritus sancti dona septem gradus sunt, quib. aditus cæli aperitur. lib. 8. ca. 8. nu. 30. Spiritus sancti septem dona opprobrium patiebantur in mũdo vsque ad aduentum Christi. lib. decimo sexto. cap. 12. numer. secundo. Spiritus sancti dona pignus sunt, vt de promissione, quæ nobis fit, certitudinẽ habeamus, ibi dem nu. 54.

Ephes. 1. *Hieron.*

Esa. 4 *Psal. 50.*

1. Thes. 4.

S. Th. 12. q. 68.

IN FESTO SANCTISSIMAE Trinitatis.

Euangelium.

Iuxta vsum fratrum Prædicatorum.

Erat homo ex Phariſæis Nicodemus nomine. Ioan. 3.

De quo agitur in inuentione ſanctæ Crucis.

Iuxta vsum autem Romanum.

Euangelium.

Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra. Matth. 28.

Trinitatis ſacratiſſimum myſterium figuris, & cõparationibus explicant Sancti, quod rudi plebi cauteproponendum eſt. li. 17. c. 5. per totum. Vide etiam li. 4. c. 15. nu. 1. uſque ad 4. 6. uſque ad 10. 15. & 16. li. 14. c. 26. nu. 1. uſque ad 3. 21. 24. 34. 35. & 36.

In feſto ſanctiſs. Trinitatis. 1

SACRA hæc festiuitas ante trecẽtos solos annos in Concilio Pisano iussa est celebrari peracta solẽnitate Spiritus sancti, quia absq. Spiritus sancti reuelatione sanctissimæ Trinitatis mysterium cognoscere non valet mortalis homo, sed ipso docẽte, tria in re hac considerãda sunt multũ. Primũ, quod sacramentũ hoc absconditũ a sęculis in Deo multa cũ moderatione rudi plebi proponendum est, ne homo scrutator effectus maiestatis tantæ, opprimatur a gloria. Secundũ, quod omni b. est inefabile mysteriũ istud omnem excedens facultatẽ naturæ & Angelicę, & humanæ, omnes superans rationis vires. Et cũ hoc indubie de illo sentiendũ sit, nihilominus cõiecturis, & crassa, vt aiunt, Minerua explicite, & sciendũ est, & explicandũ. Tertium, quod huiusmodi inuestigatio eminenter speculatiua debet esse, & practica, ut ad morum reformationem hac consideratione iuuemur, ne cognitio hominis Christiani illi similis sit, de qua aiebat Iacobus: Tu credis quoniam vnus est Deus. Benefacis, & dæmones credunt, & contremiscunt. Sed ut fides, quæ per charitatẽ operatur, hominem ad recte operandũ moneat, in bono confirmet, &c. Circa primũ. Cũ in clara diuinæ Trinitatis visione essentialis constet hominũ, Angelorũq. vltima felicitas, dũ mor-

Iacob. 2.

mortalis ad tantam visionem eleuari non potest homo, dum viuit, alteram sortitus est beatitudinem imperfectam, de qua scriptum est a Ioanne: Hęc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Nunc quidem videmus per speculum in ænigmate, visuri postea facie ad faciẽ eum, quem contemplabamur obscure per fidem. Hæc enim suauis, & conformis naturæ Dei dispositio est, in qua ab imperfecto proceditad perfectum, vt obscuræ visioni clara succedat visio, & iustorum semita procedat vsq. ad perfectam diem. Sicut enim quondam dum Iacob innumeros perpessus fuisset labores, vt Rachelis amplexibus frueretur, cum illam in vxorem postulasset a patre, clam suppositaest Lya lippis oculis. Cumque conquereretur Iacob, quod seruisset septem annis pro Rachel, non pro Lya, respondit Labam: Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias. Licet quidem venustior, & pulchrior multo sit clara Dei visio, maior natu fides est, in qua desponsamur Deo, quæ lippis est oculis, quia moris patriæ est, vt prior sit fides, & quod huic succedat euidentia in patria. Interim autem rudi multa cum cautela ineffabile hoc mysterium differendum est, ne contingat, quod puteo hoc immenso aperto, bos aut asinus corruat & pereat, & pœnã luat, qui inconsideratus aperuit illum. Apud Ezechielem inquit Hierony. multa cum considerationeprecipiebat Deus: Cum ingressi fuerint Sacerdotes in sancta sanctorum, non egredientur de Sanctis in atrium exterius, & ibi reponent vestimenta, in quib. ministrant, quia sancta sunt, vestientur que vestimentis aliis, & sic procedent ad populum, id est, quãdo procedendum est ad eos, qui non possunt templi abdita penetrare, nec diuinæ scientiæ arcana cognoscere, egrediantur Sacerdotes ad eos foras non illis induti vestib. quas in sanctuario ferebant, nec illum loquantur sermonem, de quo scriptum est: Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Sed adimpleãt præceptum Pauli: Tamquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis. Sicut enim stultum esset, & impium, si mater infantulo illum vellet porrigere cibum, qui rustico operanti in uinea conueniens est, nec enim illum posset deglutire, nec mandere, quod si faceret, qui modicum habet calorem moreretur, sic & populo sacramenta abscondita a sęculis in Deo propalanda non sunt, qui sensus exercitatos nondum habent. Sed inter omnia, sacræ Trinitatis mysterium ineffabile est, ita vt neque Paulo iniuriam faceret, qui in tertium cælum raptus est, qui diceret, quod ad illud effandum elinguis esset, licet ille arcana audierit verba, quæ non licet homini loqui. Et Baptista Ioannes lucifer ille, qui venerat ut testimonium perhiberet de lumine tanta Dei notitia præditus, ignorauit in hoc mysterio plura, quam fuerint illa, quæ illi sunt diuina bonitate reserata. Vnde Paulus ad Hebr. nomine Christi loquens, ait: Ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus, pueros ac veluti infantes eos vocet, quibus datũ erat nosse mysterium regni cęlorum quib. & dixerat Iesus: Omnia, quæcumque audiui a patre meo nota feci vobis, infantilis enim cognitio recte uocitatur omnis illa, quam de Deo habent etiam Apostoli, dum viuunt. Ab ortu Domini vsque ad Concilium Pisanum, in quo solemnitas hæc fuit instituta, mille ducenti & viginti anni transierunt, in quibus Ecclesia sancta silentio voluit ut hæc celebraretur festiuitas. Vnde cum Augustinus vir tam excellenti ingenio pollens, tamque miro studio, sanctitate, & reuelationibus præditus per quindecim integros libros ea disputasset, quæ sacrum concernunt mysterium Trinitatis, concludit: Fateor, nihil tanto mysterio dignum protuli, sed ignorantiam confitens meã clamo: Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam. i. ait Regius Vates: Cum meipsum quas habeo potẽtias, organa, &c. plene non intelligam, hinc recte quam sit supra hominis vires diuinam cognoscere maiestatem. Tribuisti mihi Domine animam vnam in tribus potentiis, quæ vna cũ sit, per intellectum cognoscit res, per voluntatem amat, aut odit illas, & per memoriam illarum recordatur, nec scio qua ratione id effeceris in me, qua ratione vnam potero diuinã essentiam in tribus potentiis cognoscere. Confortata quidem hæc cognitio est in me, dum indubitanter id credo, sed nõ potero ad eam, id est, huius modum perfecte intelligere mortalis. Nec id solum accidit ob intellectus mei tarditatem, sed quia res ipsa in se incomprehensibilis est. Vnde Basilius libro de moribus, cum de cognitione differeret Dei, dixit: Rem ipsam, sicut suapte natura est, etsi omnium hominum mentes vna ad inuestigandum coirent, itemque ad enuntiandum linguæ concurrerent, tamen qui assequi posset, existeret nemo, dicente Salomone: Dixi, sapiens efficiar, & ipsa longius receſſit a me multo magis, quam erat. Nec soli Sancti istã assequuti sunt veritatem, sed etiam gentiles Philosophi. Vnde Tullius dixit: Homini timide & pauca de potestate Deorum dicẽda sunt. Et Seneca adducit Aristot. dicentem: Numquam nos verecundiores esse debere, quam cũ de Diis agitur. Cognoscere Deum perfecte non valet homo, dum uiuit, lib. tertio, cap. 4. num. decimo tertio, decimo sexto. ca. quinto. num. 19. Deum in seipso cognoscere non potest homo, dum uiuit. lib. 14. cap. 15. numer. 1. quarto, usque ad nonum. 16. 18. 20. usque ad 22. cap. 21. num. secundo. Deum velle comprehendere maior insania est, quam totum mare pugillo includere, lib. quarto, cap. 15. num. 2. vsque ad quartum, septimum, usque ad 10. 14. & 18. Deum perfecte cognoscere non valent Angeli, ibidem. De Deo sufficienter loqui nõ possumus, numer. tertio. quarto, sexto. 11. 16.

Ioan. 17.

Heb. 2.

Gen. 29.

Augustꝰ.

Psalm.

Basil. libr. de morib.

Esa.

Ecclesia. 7

1. Cor. 3.

Tullius.

Aristot.

Orig. hom. 7. in Ezc.

2

20. & 21. Istud quidem indubitatum est, quod omnis humana cognitio, quantumcumque præstans, ignorantia est, sed etiam ea, quæ sacra Theologia de ineffabili hoc mysterio docet, quantumcunque imparia sint, si ad illius magnitudinem referantur, illa adhuc vulgo celanda sunt, sicut ajebat Origenes obumbratum id fuisse, cum præcepisset Deus Moysi, & Aaron, vt cum populus iter arripere debuisset per desertum, ingrederentur Aaron, & filij eius tabernaculum fœderis, & sanctum sanctorum, & deponerent velum, quod pendere ret ante foras, inuoluerentque eo arcam testimonij, & operirent rursum velamine hyanthinarum pellium, quæ violaceo colore tinctę erant, & supra pallium ponęretur totum hyacinthinum. Et subdit: Mensam quoque propositionis inuoluent hiacynthino pallio, ibi thuribula, crateres, mortariola catinos super, quæ omnia extendent pallium coccineum, operient aureum candelabrum cum forcipib. & lucernis; omniaq. vasa tępli pallio hyacinthinarum pellium. Altare aureum inuoluetur eodem modo, & sic inuoluta tradent ea Sacerdotes Leuitis, ut portent inuoluta, & non tangent vasa sanctuarij, ne moriantur. Ipsi disponent onera singulorum, &c. Alij nulla curiositate videant, quæ sunt in sanctuario, priusquam inuoluantur, alioquin morientur, inquit Origen. Inuoluta hęc omnia, quæ retulimus cõmendanda sunt Leuitis a Sacerdotib. ne intereant. Qua in re id Dominus voluit significare, quod Sacerdotes mysteria fidei inuoluta tradere debent populo, custodiantque ea intra uelamen conscientiæ suę, & non facile ea in publicum proferant. Etsi res poscit proferre inferioribus, & imperitioribus tradere, ne nuda proferant, & aperta ostendant. Soli filij Aaron nuda hæc cernere poterunt, secundum quod humana patitur imbecillitas, alij autem velata hæc in humeris suis portẽt. Attendant Sacerdotes, quod ipsi inuoluta hæc recipere non debent, sed nuda parati reddere rationem omni poscenti barbaro, & infideli de ea, quæ in ipsis est, fide. Quæ cum Sacerdos intellexerit nuda, inuoluta porrigat plebi, ut scilicet, plebs magis opere, & bona uita ea agnoscat: cũ enim id fecerit, ea portat in humeris potius, quam in intellectu. Hactenus Origen. Expedientissimum quidẽ est, inquit idem, ut intelligat homo, quod in fide Trinitatis fundatur, & sustentatur Ecclesia, sicut scriptum est: Quia funiculus triplex difficile rumpitur, sed funiculus hic sic tradendus est sæcularibus, non autem Ecclesiasticis. Quapropter de Pythagora dicit idem Origen. lib. primo contra Celsum, quod duplex habebat genus discipulorum, qui ad eum audiendum conueniebant, inter quos alij edocebantur publice, alij intra priuatos parietes, vbi soli illi conueniebant, & audiebant ea, quæ tanti uiri iudicio indigna essent, ut ad profanas & mundi expiatas aures peruenirent. Sic sunt in Ecclesia, quæ omnibus debẽt esse communia, & agricolis, & sutoribus, &c. cuiusmodi sunt decalogi præcepta ea, quę in doctrina, quæ uulgo dicitur Christiana, continentur, alia vero sunt mysteria, quæ proceribus Ecclesiæ proponenda sunt, ab ipsisq. inuestiganda. Hæc indubitata sunt. Sed nihilominus cũ homini in lege nona patescere nõ posset æterna salus absque fide Trinitatis explicata, licet hæc mysteria alte inuestigãda non sint a simplicibus, vt docetur li. 17. c. 5. n. 25. & 26. nihilominus proponẽda sunt illis, ut credãt in tribus personis diuinis vnam simplicissimã naturam indiuisam. Et ut quondam (sanctus Antoninus) impius Balthasar, cum vasa templi profanasset, & Deus tantum punire scelus coleri motte statuisset, manum vidit tribus digitis in pariete iustam Regis condemnationem scribentem, in quo vna intelligeretur diuina substantia in tribus personis existens. Et sicut in sole, vnus cum sit, est ipse & lux ab illo dimanãs, & calor, sic tres personæ Trinitatis, pater comparatur soli, filius solis splendidissimo radio, & Spiritus sanctus est veluti calor ab vtroque procedens. Fides itaque docet quod pater ingenitus, dum ab æterno cognoscit se, & suas diuinas perfectiones, menteque & intelligentia in seipsum flectitur, suam substantiam intuendo producit conceptum, & verbum coæternum sibi, quod est imago patris, in qua perfectissime repræsentatur paternæ gloriæ maiestas, sicut dicit Paulus, qui cũ sit splendor patris, & figura substantiæ eius, &c. Sicut enim homo dum leonis contemplatur naturam, illius conceptum producit, qui est illius naturalis similitudo in intellectu hominis: existens, qua perfecte repræsentatur leo, ita pater intelligendo se naturali increata, & infinita cognitione producit filiũ. Differunt autem quod intellectus noster ob suam imbecillitatem, quia impotens est ad producendam substantiam, producit conceptum, qui est accidens, diuinus autem intellectus, vtpote qui potentissimus est, & immensus, producit substantiam, & rem sibi similẽ in natura, nempe filium, qui est secunda Trinitatis persona. Spiritus sanctus, qui est amor, duorum medius, nexusque sempiternus, quo nimirum & pater filium a se genitum, & sibi æqualem diligit, & filius patrem, a quo genitus est, increato diligit amore, is amor Spiritus sanctus est. Amore namq. summo, & increato amplexatur pater filium, & filius patrem, ita quod ab æterno, & usque in æternũ pater filium, in quo omnes suas intuetur perfectiones diuinas, nec per instans non diligit, sed nec ab eius dilectione potest cessare, nec vero filius a diligendo patre tanto, & tali, a quo genitus est, non factus. Vnde cum sẽper se diligant, semper producunt Spiritum sanctum, qui procedit semper, & necessario a voluntate patris, & filij, ita quod eorum uoluntas, quantum attinet ad productionem Spiritus sancti, necessitatur, ita quod libera est, hoc est, non coacta, sed spontanea

Orig. hom. 4. in Num.

Amo. 3. p. ca. 10. c. 7. § 9.

Dan. 5.

Aug. libr. de Trin. & in.

Ad Hebr. 1.

Ex. 9. & Exo.

Lib. 1. contra Celsum.

nea, non autem libera, id est, non necessaria, quod Theologi dicunt, libera, vt distinguitur contra coactam, non vt distinguitur contra necessariam. Hæ tres personæ sunt vnus Deus, vnus Dominus, vna substantia, vna vita, vna bonitas, in tribus est vnus simplicissimus intellectus, vna voluntas, eædem perfectiones. Perfectio nulla est in patre, quæ non sit in filio, & in Spiritu sancto, quidquid perfectionis habet pater per hoc, quod generat, eandẽ habet filius per hoc, quod genitus est. Et licet pater generet filium, non tamen ob id est illo prior, aut filius posterior, sed simul sunt ab æterno, sicut sol, & eius radius, & calor in eodem instanti fuere. Itaq. sicut in Christo Domino tres naturas in vna persona confitemur, scilicet, Verbum Dei, carnem, & animam. Tres sunt naturæ ita distinctæ, sicut res a re, vna tamẽ est persona, vnus Christus in hac triplici natura subsistit. Ita e contra in Trinitate in vna simplicissima substantia tres personas confitemur. Si autem ista intellectus creatus, dum viuit in mortali corpore, intelligere non valuerit, operiat sicut Rebecca vultum suũ pallio fidei, vt Isaac adoret pronus in terra, cuius maiestatem, & trinitatem non valet in carne existens contueri. In petraq. fidei abscondatur cũ Moyse, dũ Deum non potest contueri, relinquatq. seruos Abraham, & solus ascendat in montem cum filio suo Isaac, hoc est, ratione in infimis derelicta, fide comite ad huius mysterij celsitudinem conscendamus. Cælius Rhodiginus refert de Trimegistro cõsummatissimo Astrologo, quod cum ascendere dereuisset, ad considerandam Trinitatem, somniauit dormiens quod vomebat cælestes orbes, stellas, elementa, solẽ, lunam, quia incomparabiliter Trinitatis cognitio omnium naturalium rerum exuperat cognitionẽ, nec illam intelligere valebit homo, nisi euomuerit naturales rationes, supra quas omnes cõsurgit hoc mysteriũ. Thales Milesius in quodam eminentiori loco constitutus contemplaturus siderum motus, & cum paululum deambulans foueam non videret, cecidit in illam, risit quidam, qui illum inspectabat & dixit: Ignoras viam super terram, & cognoscere vis stellarum cursum per cælos? Hoc refert Theodoretus in lib. de fide, ac si legistro sunt, inuenimus cum labore, quæ autem in cælo sunt, quis inuestigabit? Cumq. Dominus insipientiam vellet Iob illi improperare, multa retulit naturalia, quæ quotidie cernimus, quorum causas & modũ, &c. prorsus ignoramus, ne quis miretur, si hebes ad intelligentiam huius mysterij inueniatur, maxime cum verum illud sit, quod Philosophorum princeps Aristoteles dixit in libro magnorum moralium: Melius, & perfectius esse pauca de cælestibus opinari, quam multa de inferioribus scire, melius his omnibus erit cognoscere per fidem, licet imperfecte, vnam in tribus personis essentiam, quam nullus Principum huius sæculi cognouit, quam omnia secreta naturalia demõstrationibus euidenter cognoscere. Licet verum sit in hoc mysterio, quod Salomon dixit, vt interpretatur Basilius libro de moribus: Dixi sapiens efficiar, & ipsa sapientia longius recessit a me, multo magis, quam erat. Hierem. clamat Aaa. prima tantum rudimenta, immo tantum primam alphabeti litteram & elementum scio, & illud repeto ter, vnum confitens Deum in tribus personis existentẽ, cuius mysteriũ Concilium Aurelianense quartum tempore Pelagij primi celebratum anno Domini 552. vel circiter explicat vulgato illo loco Esaiæ, in quo sane omnia, quæ hactenus diximus, continentur. Et in primis quo ostenderet sacramentum hoc esse ineffabilẽ, retulit Esaias, vidisse Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum. Duo mihi termini idem significant, sed geminati sunt, ait Chrysostomus, vt intelligamus Dei cathedram incomprehensibilem, quam nec cogitatione concipere, nec verbis explicare quis potest. Et ea, quæ sub ipso erant, replebant templum, vel vt Hebræi legunt: Fimbriæ replebant templum, *los alamares de la ropa*, id quod minus esse quis posset credere, replebat cælum. Seraphim stabant, & Dominus sedebat, & nihilominus diuinam hanc maiestatẽ comprehendere non valebant, quia minimũ diuinæ maiestatis (si minimum dici potest in illo, in quo nihil est quod infinitum non sit) maius est, quam tota hominum, & Angelorum gloria. Quod ad nostrum modum intelligẽdi minus est in Deo, incomparabiliter excedit omnia creata, & quæcumque Deus per omnipotentiam suã condere potuisset: Sex alæ vni, & sex alæ alteri, duabus velabant faciem eius, duabus velabant pedes eius, & duabus volabant. In quibus verbis duos edisserunt sensus Sancti conformes lectioni Hebræorum, licet nostra lectio minus recte hunc primũ admittere videatur, alter quod Seraphini illi duabus alis proprios velarent vultus, non audentes, nec potentes tantam intueri maiestatem, ne manerent infinito illo lumine *deslumbrados*. Vel certe cum perspicacissimis oculis diuinam illam intuerentur maiestatem, quæ videbant in eo relata ad infinita alia, quæ Angelicus, & creatus intellectus penetrare non poterant, ea dicebantur videre, quæ intueretur homo velatis oculis. Et quia quantumcumque conentur diuinas in integrum cognoscere perfectiones, non possunt, ideo duabus alijs alis velabant pedes. Mira res, & quæ mirum in modum ineffabile ostendit mysterium, quod cum Seraphini hi perfectissimi actu tot sæculis diuinas contemplati fuissent perfectiones, nihil aliud cogitantes, quo ab hac diuellantur consideratione, non dormiunt, vt interueniente somno cessent vel ad horam, non comedunt, nec per instans a consideratione Trinitatis

valent

Eccl. 7.

Cõcil. Aurel.

Esa. 6.

Genes. 24.

Exod.

Genes. 22.

Sap. 9.

Iob. 38. & 39.

valent cessare intellectus perfectissimi, vt illi sint vniti vnione quadam ineffabili diuinę essentiæ, & cum intellectui datum sit lumen gloriæ, quo & potentiæ illæ eleuentur, proportionentur sempiterno illi obiecto, confortentur, vt diuinas valeant intelligere perfectiones, ne intellectus infinito illo lumine obruatur, sicut noctua posita ad lumen solis, ita intellectus illorum ad manifestissima illa, quæ sunt in Deo, cum semper volent. Duabus alijs alis velant pedes, quia omnis eorum cognitio imperfecta est, etiamsi infinito tẽpore vnam tantum perfectionem Dei cõtemplarentur, illam intelligere non valerent, vt intelligibilis illa est. Immo etiamsi Deus nouum conderet Angelum cum quanta perfectione infinita ipsius potentia creare illũ posset, cuius intellectui totum conferret lumen gloriæ, quod habent omnes beati simul, immo totum, quod eius potẽtia valet actu conferre, quando iste tanta excellentia conditus tot sæculis, quot stellas habet cælum, quot guttas aquæ mare, & grana arenæ flumina omnia, infinito hoc tempore, si nihil aliud cogitaret, quam Deum hunc trinum, & vnum, quãdo secundum rectam rationem arbitrari potuisset infinita cognouisse respectu eorum, quæ restarent intelligenda, nihil prorsus cognouisset, cum finiti ad infinitum quod restat nulla existeret proportio. Et hac de causa Esaias aduertit, quod licet semper volarent, semper operiebant facies & pedes. Quod vt protestarentur clamabant, ait Hieronymus. Sanctus, Sanctus, Sanctus, in quo profundissimum explicabant Trinitatis mysterium. Dominus Deus exercituum, in quo nomen sanctum Iehoua in lectione Hebraica cõtinebatur. Et protinus subdit, domum fuisse repletam fumo. Quoniam rationibus multis conuincit Aristoteles, quod Deus est vnus, sed domus impletur fumo, cum illi eum dixeris etiam trinum. Licet enim ratio naturalis dictet proprium esse boni, vt sit diffusiuum sui, & quod summum, & infinitum bonum summo & infinito modo se debet communicare, sed tamen quod hoc fiat per hoc, quod pater generet filium sibi consubstantialem, & æternum, hoc ratio naturalis non pertingit, & ideo domus repleta est fumo. Præterea licet ratio dicat, quod in Deo æterno est infinitus amor, quo nulla creatura meretur diligi, in qua cum finita sit bonitas, ei infinitus non debetur amor, sed quod is amor talis sit, quod ex amore reciproco patris, & filij producatur Spiritus sanctus vtrique æqualis, ratio non attingit, sed solus Deus per fidem illud reuelauit, & ideo domus repleta est fumo. Alia lectio, quæ nostræ germanior, & conformior explicationi Hieronymi est, intelligit, quod Seraphini illi duabus alis velabant Dei faciem, & Dei pedes, significantes diuinam essentiam omnibus esse incognitã, vt cognoscibilis illa est. Vel velabant faciem, & pedes, vt innuerent principium, & finem in Deo inuestigari non posse, cum principio careat, & fine diuina maiestas, quæ infinita est. Duabus autem alis volabant, vt significarent promptam suam voluntatem, & obedientiam, vel volabant cognitione, & amore, quibus tamquam duabus alis ferebantur. Et vt olim cum arca testamenti fabricata est, quæ in tabernaculo posita erat, virgam habebat Aaron, tabulas legis, & vrnam Mannæ, vbi significabatur, quod in vna essentia erat persona patris figurata per virgam, quia patri tribuitur potentia, in tabulis persona filij, cui tribuitur sapientia, in manna dulcedinem Spiritus sancti, cui tribuitur bonitas. In magnifica illa visione Danielis vbi in magnifico throno antiquus dierum sedit, & capilli capitis eius tamquam lana munda. Antiquus dierum pater dicitur, non quia senior sit antiquior, aut prior, sed quia principium est filij, & Spiritus sancti. Facies eius filius est, Spiritus sanctus fluuius igneus, rapidusq. egrediebatur a facie Dei, a patre & filio procedens. Et in Apocalypsi quatuor animalia, licet vndique oculis essent plena, quibus egebant, vt illũ contemplarentur, qui sedebat in throno, nec plene valebant, qua propter clamabant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. Et ad illorum voces viginti quatuor seniores procidebant coronas capitis deponentes, & re ipsa protestantes ante Deum trinum, & vnũ, nullam posse stare creaturam, nullam coronam esse dignam. Trinitatis personas esse tres cum æquali virtute docent sacræ litteræ, lib. 17. cap. 5. numer. 3. 12. & 13. Trinitatis & Dei scientia incomprehensibilis est, numer. 4. vsque ad 9. Trinitatis mysterium in vtroque testamento prędicatur, ideo duo Seraphin clamabant illud, ibidem num. 10. 12. & 13. Trinitatis mysterium cognouit Abraham, cum tres vidit, & vnum adorauit, numer. 11. Et idem explicuit Moyses in primis illius verbis, numer. 13. & 26. Trinitatis, & vnitatis Dei imago optime in homine reperitur, numer. 14. & 19. Trinitatis personæ antiquis patribus per similitudines innotuerunt, ibidem, num. 18. Trinitatis mysterium, etsi incomprehensibile sit, inuestigandum est Dei adiutorio, num. 20. & 21. Trinitatis personæ comparantur soli, & luci, & igni, & splendori lib. eodem numer. 2. & 23. Trinitas personarum, & vnitas essentiæ aliquibus similitudinibus ostenditur a Sanctis, num. 14. 19. 24. & 26. Nec mysterium hoc solis similitudinibus, sacræ scripturæ locis, & fide probatur, sed & miraculis. Inter multa autem vnũ refert D. Antoninus accidisse in vrbe quadam Orientis, quam primum cepit error erga sanctissimæ Trinitatis mysteriũ dum Sacerdos quidam sacrum faceret, tres guttæ veluti aquæ eciderunt, quæ in vnam coeuntes pretiosissimam margaritam, reuerenter inter reliquias sanctas collocata est, quo miraculo vnitas essentiæ in tribus personis ostẽsa est. Coniectari autem possemus miris modis

Dan. 7.

Apocal. 4

Esai. 6.

Genes. 1.

Ant. 3. p. tit. 10. c. 7. §. 5.

dis Trinitatis sanctæ magnitudinem. Primo, si consideret homo, quæ in superna ciuitate cælesti Sanctis reseruata sint bona, & quod illa ex visione clara Trinitatis resultant, si considerauerit quis pro modulo suo, quæ sacræ humanitati Christi, diuinæ illius animæ in clara visione Dei sint collata bona, quæ ex hoc sunt maiora, & potiora, quam illa, quæ alijs sunt concessa, quia plures perfectiones videt in Deo, & quamque illarum cum maiori lumine gloriæ, plura attributa & in vno quoque illorum plura, quæ ibi latent, beatior est cæteris Sanctis. Et quæ humanitati Domini incomprehẽsibilia donata sunt priuilegia, vt posset satisfacere patri ex toto rigore iustitiæ mereri infinite, &c. propter vnionem hypostaticam humanæ naturæ sunt tributa, communicatio idiomatum, &c. vt hinc colligas, quod si visio Dei, vnio ad Deum tam magnifica operantur bona, quid erit esse Deum? Hæc de mysterio sint dicta, in quo ea modo consideranda sunt, quæ ad nostram faciunt ædificationem, vt indagato vtcumq. mysterio, clamet homo: Exaltabo te Deus meus Rex bene viuendo, & benedicam nomini tuo in sæculum, & in sæculum sæculi, quia magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis, &c. magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur, memoria abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt. Nomina enim Trinitatis nomina dulcedinis sunt, & pietatis, libr. 17. cap. quinto, nu. 22. Idq. summopere curare debet homo, vt in eo reluceat imago Trinitatis, id est, vt sicut pater infinitas suas perfectiones agnoscens generat filium, sic homo, dum semper suas multas imperfectiones considerat, suas concipit miserias, quibus in se generat Deum vilitate propria semper considerata, pauperie, ignorantia, prauis affectionibus, cultiorum, bonorũ temporalium administratio, vxoris aut viri familiaritas animum auertat ab hac tam vtili cõsideratione, sed curat maiori qua potest diligentia se ipsum agnoscere, & quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis Sion, considerat anima, quam sit facta vilis iterans vias suas. Et ita sicut Deus diuinas suas perpendens perfectiones, dũ se ipsum agnoscit, generat filium sibi consubstantialem, dumq. illum increato diligit amore, a quo & diligitur, producitur Spiritus sanctus, ita & in hac, de qua loquimur, cognitione, qui dicere potest: Scio quod non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum, odiũ producit sui ipsius, quo proprius amor funditus euertitur, a quo tanta, tamq. ingentia oriuntur mala, quo medio ad illam accedit perfectionem Euangelicam, quæ in odio cunctarũ rerum, & sui ipsius consistit. Proximorum autem considerat perfectiones, eorũ imperfectionibus oblitis, vt sic illorum producatur amor. Cognoscere se, & cognoscere Deum tota hominis perfectio est, lib. tertio, cap. 19. numer. 34. vsque ad 39. & 42. Deus etiam voluit, vt fides Trinitatis præcederet necessario ad vltimam salutem, consequendam, vt his cognitis veritatibus ad diligẽdum Deum prouocemur, vt fide prouocati ea operemur, quæ refert Paulus ad Hebræos, licet difficilia illa sint. Cognitio enim, & contemplatio diuinarum perfectionum radix est amoris ipsius, multorumq. bonorum, vt late docetur, lib. tertio, capit. 20. per totum, maxime, num. 3. 8. 12. vsque ad 20. Nihil enim amplius impellit voluntatem hominis, vt illa vehementer feratur in Deum, quam consideratio earum perfectionum, quæ in illo sunt. Qui enim eius contemplatur potentiam, bonitatem, sapientiam, pulchritudinem, &c. ad eum amandum potenter excitatur, doletq. vehementer, qui considerat tot retroactis tẽporibus in amore tantæ bonitatis tepuisse, vocans vehementiori ratione, quam Iacob, dies paucos, & malos, quos in vita transegit ista dilectione priuatus clamans cum Augustino: Pulchritudo tam antiqua, & tam noua, sero te cognoui, id repetẽs multa animi amaritudine cruciatus. Ad eum enim modo, quo Theologi asserunt beatos necessitari ad diligendum Deum, non quo ad specificationem solum, sed quo ad exercitium etiam, quia dũ intellectus lumine gloriæ ad intus diuinas videt, & contemplatur infinitas perfectiones illius summi boni, in eius dilectionem voluntas necessario fertur, ita suo modo licet in via id accidere nõ possit propter multa, tamẽ illud indubie crediderim, quod quo magis intellectus & speculatiue, & practice fertur in cognitionem Dei summi boni, qui trinus & vnus est, tanto magis voluntas feretur in Deum. Et sicut in beatis ex visione sequitur amor necessario, sic proportionabiliter in via regulariter ex cognitione sequitur amor, & ex maiori cognitione maior dilectio, & animi propensio in ipsum, & ad ea, quæ voluntati eius fuerint conformia. Vnde adnotauit Origenes in cantica, quod cum primum sponsa, illa protulit verba: Ecce tu pulcher es dilecte mi, continuo addidit: Lectulus noster floridus. Quousque colũbini oculi sponsæ sunt tributi, sponsi perfectionem, & pulchritudinem non cognouit, illa autem cognita lectulum possedit cũ illo communem, in quo suauissimis eius amplexibus fruebatur, sic & anima, &c. Fluuius enim igneus, rapidusq. egreditur a sedente in throno, quo humana rapitur voluntas ad eum summe diligendum, vt sic milliamillium ministrent ei, qui summe bonus, atque perfectus est. Vnde optime dixit Paulus: Nos autem gloriam Domini speculantes in eãdem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tãquam a Domini spiritu. Ac si diceret Paulus, inquit S. Thomas: Metamorphosis hæc & transformatio, quã in anima diuinus producit amor, habet pro fundamento, & origene eam transformationem, quæ in cognitione Dei consistit,

Hebr. 11. 12.

Aug. in Confess.

Psal. 144.

Hom. 3. expositione 2. in Cant.

Dan. 7.

Paulus 1. Cor. 3.

S. Thom.

6

sit, a qua amor egreditur. Transformatio perfecta voluntatis, quæ tantum est in cælo, a perfecta cognitione Dei, quæ ibi est, imperfecta autem transformatio voluntatis, quæ est in via ab imperfecta cognitione, quæ habetur per fidem. Vnde Gregorius in Ezechielem aduertit quam recte dixisset prius Diuinus vates: Hæc visio similitudinis gloriæ Domini, & infra: Et vidi, & cecidi in faciem meã, vbi prius similitudo gloriæ Domini apparet, & post alloquitur, & eleuatur Propheta. Nisi enim aliquid de æternitate in mente videretur, numquam in faciem nostram pœnitendo caderemus. Vnde scriptum est: In multa sapientia multa est indignatio, & qui apponit scientiam, apponit dolorẽ. Cælestia enim cognoscentes terrenis animum subdere dedignamur. Et fit in multa sapientia multa indignatio, quia quanto plus proficimus in cognitione, tanto amplius nobis indignamur de peruerso opere. Et sumentes in omnibus scutum fidei, in eo tela omnia inimici, licet iniquissimus ille sit, telisq. igneis vtatur, *y con ingenios de furgo* nos aggrediatur, fide illa recipientes, si voluerimus, ab omni læsione efficiemur immunes. Et sicut qui in increato lumine viderit lumen, protinus inebriatur ab vbertate domus Dei, & torrẽte voluptatis illius poratur, ita suo modo qui diuinas considerat perfectiones, velut ebrius alienatur a sensibus, vt omnium delectationum terrenarum obliuiscatur. Vnde cum dixisset Propheta sacer Elaias loquens de aduentu Messiæ: Et cognoscent Dominum Aegyptij in die illa, & colent eum, subdidit: In hostijs, & muneribus & vota vouebunt Domino, & soluent ait Hieronymus. Postquam cognouerint Aegyptij Dominũ, colent eum in hostijs spiritualibus. Vnde illud indubie crediderim eam esse radicem tantorum malorum, quæ fiunt omni propulsato timore, & abiecto freno ab hominibus; quod ea, quæ de Deo fides Christiana docet, minime considerent, ita docuit Aug. li. 19. de ciuitate Dei dicens: Tanto minus anima subditur Deo, quãto minus Deum in ipsis suis cogitationibus concipit, a cuius facie concipere deberet, & parere spiritum salutis, &c. Exigit etiam huius mysterij fides ingentem a nobis gratitudinem, quoniam cum sine illa impossibilis sit in lege noua salus, quod illud Deus nobis reuelauerit per spiritum suum, relicta innumera multitudine, quam sine fide illius perire est necesse, in quo sita est imperfecta, & inchoata hominis beatitudo. Quoniam licet fides hæc non sufficiat ad salutẽ, si opera desint, sed tamen, etiamsi quis vitam ageret cælicolis similem, nisi fides adesset Trinitatis, ille non saluaretur. Vnde ingenti hoc beneficio Dei bonitate potiuntur Christiani, qui cæterorum est radix, & origo.

7 Docet autem Ecclesia in Euangelio hodierno, vt in nomine, & virtute Trinitatis baptizentur homines, vt omnibus constaret neminem regenerari in nouum hominẽ absq. Dei trini, & vnius cognitione, & ideo ait: *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, &c.* Illatio diuina omniq. misericordia plena: *Omnis mihi est demandata potestas, euntes ergo docete.* Potens ium, ergo omnes doceantur, baptizentur, ad vitam veniant, a morte eripiantur. Ad hoc iusti potestatem accipiunt, vt omnibus benefaciant. In Genesi Ioseph dixit fratribus in suprema constitutus dignitate: Misit me Dominus ante vos pro salute vestra, vt escas haberetis ad viuendum. Posuit me Deus in Dominum, vt scilicet, vobis & omnibus benefaciam, non est collata maiestas hæc, vt pupillis, pauperibus noceam, vt luxurier, superbiam, &c. sed vt benefaciam proximis. Vnde cũ in Numeris precaretur Moyses Dominum, ne populum deleret ingratum, sed illius potius misereretur, dixit: Et nunc magnificetur fortitudo tua, tuam enim omnipotentiam non puniendo, sed parcendo, & miserando manifestas. E contra mundus similis Aman omnem potentiam suam, omnem fauorem potentissimi Regis ad perdendos Iudæos, & opprimendos ordinabat, &c.

Euntes docete omnes gentes. &c. docentes eos seruare omnia, quæcumque mandaui vobis. Ne curiosa, sed agenda docete. Lex enim Sacerdotibus, & Prædicatoribus est demandata, vt seruet populus, quæ Dominus præcepit. Vnde scriptum est in Deuteron. Scripsit Moyses legem hanc, & tradidit eam Sacerdotibus filijs Leui.

Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem s æculi. Quocumque pergit iustus, eum Dominus comitatur. Sic in Genesi fuit Dominus cũ Ioseph in domo Domini sui, fuit etiam cum eo in carcere, sicut scriptũ est Sapien. 10. Descenditq. cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni. Et in Genesi dixit ad Iacob: Ero custos tuus, quocumq. perrexeris, secundum illud Sapientiæ: Iustum deduxit Dominus per vias rectas, &c. in fraude circumuenientium eum illi affuit. Et Abrahæ dixit Deus in Genesi: Ego scutum tuum, vbi nostra dilectio habet: Ego protector tuus. Mala iustum attingere vix possunt, cum illius scutum Deus sit. Lib. 4. cap. 3. differitur de prouidentia Dei in homine, & quam sit illa specialis in Sanctos. Deus Sacerdotibus iubet, vt doceant, & quæ ipsos concernunt, suæ relinquant prouidentiæ. De munere Prædicatorum, & quod curiosa populo raro proponere debent, sed vtilia, quæ operentur, late & eleganter differitur, libr. 14. cap. 25. 26. 27. & 28.

IN

IN FESTO sacratissimi Corporis Christi.

Euangelium.

Caro mea vere est cibus & sanguis meus vere est potus. Ioan. 6.

Lib. 5. capit. 12. differitur in toto illo quod Eucharistia est hominibus data ex Dei beneficio, quæ reuerenter, & frequenter & consideranter accipienda est.

1 In festo Corporis Christi. VRBANVS quartus anno 1262. vel eo circiter hanc instituit solemnitatem, vt perpetuis futuris tẽporibus in Ecclesia vniuersaliter celebraretur, vt iugis in nobis esset memoria beneficij, quod in passione Christi recepit homo. Et sicut quondam in lege veteri, vt Dei memoria suaderetur, verba sacra liganda erant ante oculos, & in manibus, lib. 2. cap. 12. nu. 18. in lege noua, vel quia id hominum perditione non sufficeret, vel certe vt maiora exhibendo mundo beneficia diuinum hoc institutum est sacramentum, vt Christum Dominum in medio paradisi Ecclesię positũ consideret homo, diuinos quos porrigit fructus, lib. 3. cap. 5. num. 41. cap. 9. num. 37. lib. 5. cap. 3. num. 11. qui sunt ad conseruandam vitam, & folia ad sanitatem gentium, quia non solum corpus Christi ibi existens gratiã confert, & auget, & conseruat, sed & species ipsæ sacramentales, quæ sacramentum sunt tantum, ad salutem gentium maxime conducũt. Hæc Dei gratia, vt ingenti adhibito hoc beneficio redemptionis ineffabile sacramẽtum in hominum memoria reconderetur dicente Domino: Hæc quotiescumq. feceritis in mei memoriam facietis, vt recordemini mei, recordemini & beneficiorum ingentiũ, quæ vobis contuli. Si quidem homines ab ea, quæ ipsis insita erat, natura peccando non degenerassent, acti fide, quam nobis Deus contulit, qua certo credimus sacrum incarnationis Verbi mysterium, vitæ & mortis acerrimæ, quam gratanter pro hominibus pertulit, id sane sufficere debuisset, ne homines nec beneficij, nec benefactoris obliuiscerentur. Quoniam licet olim in lege veteri, cum primum beneficium insigne, licet temporariũ illud esset, Iudaico populo exhibuisset de habenda illius memoria, cura populo demandabatur, quoniam cum beneficia illa in his, qui ea recipiebant, finirentur, qualia erant, quæ in egressu de Aegypto, in deserto, in sustentatione Mannæ, in victorijs, quas contra hostes consequebatur populus, merito nouis præceptis solemnitatibus memoria suadebatur futuris eorum beneficiorum, quæ ipsis non fuissent exhibita, sed eorum parentibus. In arca testaměti lex collata per Moysen vrna cælestis cibi, quo pasti sunt olim patres Iudæorum, virgaq. miraculorum continebantur, ne collata beneficia obliuiscerentur, qui ea nec fuissent experti, nec recepissent. Adinuentio sane necessaria, vt eorum memoria conseruaretur. Cæterum insigne, & cæleste redemptionis humani generis beneficium cunctis collatum fuit, non solũ his, qui tunc iustificati sunt pretioso sanguine Agni immaculati, & incõtaminati Iesu Christi, sed & omnibus, qui nascituri essent, quibus ex æquo collatum est beneficium, quod in se est, minorem fructum non faceret in futuris, quam fecisset in his, qui tunc erant. Et licet in nobis memoria merito conseruanda esset, tamen præuidens Dominus Iesus Christianorum hominum ingratitudinem, & obliuionẽ, qui, vt aiebat Bern. heredes essent futuri opprobrij Iudæorũ, de quibus scriptum est: Quod non fuerunt memores beneficiorum eius, & mirabilium eius, quæ ostendit eis, hunc hominibus contulit sacrum panem, hanc ingentem festiuitatem adinuenit Ecclesia, vt immobilis persisteret tanti beneficij recordatio. Et quidem olim, quæ in memoriam præcipiebantur Iudæis, hanc tantum suadebant absque noui beneficij collatione, ita arca, manna, virga, altare, &c. At in re, de qua loquimur, id quod redemptionis nostræ est memoria, ingens etiam est beneficiũ, in quo redemptio ipsa sanguis ipse Christi, & illius fructus continetur veluti in causa, ita vt sacra hæc hostia signum sit rei sacræ vere, & efficienter sanctificantis nos. Et si quidem absque nouo hoc beneficio dicere debuisset Christianus, Deo. Obliuioni detur dextera mea, si non meminero tui si non proposuero Hierusalem in principio lætitiæ meæ, adhæreat lingua mea faucibus meis, illo exhibito, si vtriusque memoria desit, dignus est, qui audiat valentiori iure, quam olim insensatus Iudæorum populus: Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, populus autem meus his stolidior, & irrationabilior me non cognouit, &c. Væ populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis, qua congeminatione terminorum idem signi ficantium ingentem iniquitatem consurgentem ex beneficiorum ingratitudine amplificare voluit, quæ & in nobis tanto est maior, quanto beneficia nobis porrecta excedunt antiqua. Ne tantum homini Christiano accidat malum, annuam hanc solemnitatem instituit Ecclesia in nouam recordationem, si forte quotidianæ Missæ vsu eam non operentur in plebe, in qua (S. Thomas) qui officium illius edidit, sic exorsus est: O quam suauis est, Domine, Spiritus tuus, qui vt dulcedinem tuam in filios demonstrares, pane suauissimo de cælo præstito elurientes reples bonis. Triplicem autem

Serm. 11. in Cant.

Psal. 136.

Esai. 1.

autem inuenio causam inter innumeras, vt homines Christiani extra se rapiãtur mirum in modum letificati, vt coram arca hac testamenti mystica psallat, & tripudiet Christianus, choreas ducat, insigneſque populi nouas quærant hac die adinuentiones, ad aperiendum internum gaudium, quod animis Christianorũ ineſſe debet. Prima, quia Deus opt. max. bonitate ſua voluit, vt homines & non Angeli, nec ipſius maieſtas per ſe ipſam inſtrumenta eſſent tantorum miraculorum, qualia illa ſunt, quæ in hoc ineffabili ſacramento continentur. Illis tanta eſt collata virtus, tanta potentia vt virtute verborum, quæ in conſecratione corporis, & ſanguinis Domini profert ſub modica illa quantitate hoſtiæ totus ſit Chriſtus tanta magnitudine præditus, quantam habet in cælo, extenſas habens partes in ordine ad ſe, licet inextenſæ ſint in ordine ad locum. Vbi ſubſtantia panis non annihilatur, ſed tranſubſtantiatur in ſubſtantiam corporis Chriſti ex vi verborum, quæ Sacerdos profert. Quod ibi maneant omnia accidentia panis abſque vllo ſubiecto, quod illa ſuſtentet. Eſtque idem numero corpus in innumeris locis indiuiſum & manens in ſe integrũ, non minuitur, etiamſi ab innumeris manducetur. Vnde canit Eccleſia tanti myſterij perpendens miracula, quæ omnem ſuperant hominum capacitatem: Quod non capis, quod non vides, animoſa firmat fides, præter rerum ordinem, & ſupra ordinem rerum, ad quam naturalis ratio non pertingit, ſed fides. Totus eſt Chriſtus in minima hoſtiæ particula, ſi diuidatur, totus q. ſanguis in vna illius gutta, ſi a reliquis partibus ſeparetur. Quæ omnia hominũ medio facta ſunt, quorum naturam mirum in modum Deus in conſecratione huius ſacramenti honorauit. Sacerdotis verba miranda virtute panem conuertunt in corpus Chriſti, lib. 5. cap. 12. nu. 38. Sacerdotum dignitas etiam Angelis inconceſſa fuit, libr. 16. ca. 1. nu. 8. vſque ad 10. Quia enim olim amore ſummo actuś Deus pater voluit, vt Chriſti caro conculcaretur, & ſtatueretur ad pedes carnificum, & diuinus illius ſanguis, vt lutum platearum contẽneretur, quod libentiſsime paſſus eſt Dominus dicens, vt cõmorat Paulus ad Hebræos inducẽs Chriſtum loquentem patri: Sacrificia, & holocauſtomata non tibi placuerunt, tunc dixi: Ecce venio. Hoſtiam & oblationẽ noluiſti, corpus autem aptaſti mihi. Corpus mihi dediſti, in quo paterer quod ego libentiſsime accepi, & & gratanter paſsioni, & morti me obtuli. Cõuenientiſsimum ergo fuit, vt ſicut humiliatus Ieſus vſque ad mortem crucis exaltatus fuit, & nomen accepit ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, ita & ſuper humeros Sacerdotum eleuetur, & portetur, quorum dignitas omnes excellit hominũ dignitates regias. Nec id ſolum voluit pater, vt ſacrum filij corpus in dextera ſua collocatũ ab Angelis adoraretur, vt omnes ſuperni ciues coram Agno procíderent, coronas deponerent ſeniores viginti quatuor, Agnũ ſequerẽtur illa centum quadraginta quatuor millia, quæ Ioannes vidit in Apocalypſi habẽtia nomen eius ſcriptum in frontibus; ſed voluit etiã, vt in terra vſq. ad ſæculi cõſummationẽ noui omnipotentia ſua conderentur Angeli (tali enim nomine dignos cenſuit Sacerdotes Malachias Prophera dicens: Labia Sacerdotis, &c. Angelus enim Domini exercituum eſt) qui quotidie genu flecterent, procideret, & adorarent viuentem in ſæcula ſæculorum eum, qui fuit mortuus, & vilipenſus, & eſt iã viuens, & viuificans omnes, quotquot viuificantur. Et quia tam ingens beneficium, tam magnificum donum humanũ excedebat deſiderium, humana merita, inſtante paſsione dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Deſiderio deſideraui (Hebraiſmus eſt, vehementer deſideraui) hoc Paſcha manducare vobiſcum, vt diuinum inſtituerem corporis, & ſanguinis mei ſacramentum in cibum, & potum, quo ſatiaremini ab vberibus conſolationis meæ & de torrente voluptatis, & dulcedinis, quæ eſt in ſanguine meo, potaretis: Deſiderabant olim Sãcti, ſuppoſita fide, incarnationis myſterium: Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum, &c Deſiderabant eum quaſi leproſum, & percuſſum a Deo, & humiliatum. Clamabant: Fremea ſuſcitare ſuper paſtorem meum, &c. Deſideria hominum erga tantum ſacramentum, & beneficium expreſſa non memini me legiſſe, ſed arbitror tantæ rei donum in deſiderio verbi explicitum. Dixerat quidem Eſaias: Frũt Reges nutritij tui. Sed quod ſanguine, & corpore incarnati verbi nutriendi eſſent, quis intellexit? Ad vbera portabimini, & ſuper genua blandiẽtur vobis ſcriptum legо: ſed quod ad vbera portati diuino corpore, & ſanguine verbi diuini eſſent ſatiandi, non ita aperte lego. Hom. 2. ad populũ Antiochenũ, aiebat Chryſoſt. Tamquam maximam hæreditatem mellotẽ Heliæ Heliſæus & optauit, & ſuſcepit, dum magiſter in curru igneo raperetur in aera, hæreditas omni auro preferenda

cū cerebri essent fontes, & oculi fluuij in aera eleuati, sicut de S. Dominico refert Diuus Antoninus, quod aliquando non celebrabat, quia extra se rapiebatur & vocibus, & clamoribus, & abundantia lacrymarum vix sacrum perficere valebat, quod Sacerdotibus talibus astaret Deus, qui acceptaret eorū sacrificiū beneficiū esset grāde, & assiduis precibus cælū interpellaret populus, vt tales viri sibi concederentur, quorum oblationibus gratificaretur Deus, sicut olim precibus Moysi, Prophetarum, &c. Sed in lege noua beneficium recepimus incomparabiliter maius, vt scilicet etiamsi Sacerdos sceleratior sit, & peior omnibus, qui torquentur in inferno, dæmonibus nequior, toleratus ille ab Ecclesia sacris se turpiter ingerens, & in proprium malum altari astans, negotiatur cum Deo remissionem pœnarum in toto, vel in parte. Ecclesiastes a capite 44. vsque ad 50. laudat viros
Eccles. 44 glorioſos in generatione sua, quorum intercessione tam extitit Deus illi populo (licet ille id non mereretur) beneficus, vt quo sæculo vixissent illi, quos ipse refert, plebs illorum experiretur sanctitatē, quā respiciens Deus placaretur, quos viros misericordiæ vocat; at in Ecclesia Sacerdotes omnes, quorū numerus tam est auctus, etiamsi meritum sit diminutum, lib. 14. ca. 16. nu. 19. 20. 25. & 26. illi omnes dū altario assistunt, infallibiliter cum Deo negotiantur. Mira res, quod te ludente, dormiente, confabulante, &c. si inimicus Dei non es, Sacerdos offert hoc sacrificium, quod tibi proficuum est. Christum Dominum contemplare in cruce vulneratum, quem pater aspicit, vt iram moderetur, & talem imaginare Sacerdotem, qui Christus Domini est altario deseruiēs. Vulnerat sponsa sponsum in
Cant. 4. vno oculorum suorū, & in vno crine colli sui in reliquo, eleemosyna, in vase aquæ, quod egeno porrigit, & non vulnerabit vehementius cor sponsi offerens ei corpus, & sanguinem dilecti filij sui, eius meritū, eius sanguinem, eius flagella, & vulnera offerens, vtique vulnerabitur cor eius. Itaq. Sacerdos Missam celebrās vltra illud cōmodum, quod sibi reportat istud suspiciens Sacramentum, omnibus fidelibus, qui sunt in gratia, etiamsi in purgatorio crucientur, prodest ad remissionem pœnarum. Virtus quidem huius sacrificij talis ex se est, vt sufficiēs sit ad condonādas infinitas pœnas, si infinitæ esse possent in homine amico Dei, licet istud, (quod infinitum est) moderetur alunde. Itaq. statuit Sacerdos quicumq. sacrum facit coram patre eā, quæ Iesus pertulit verbera, clauos, spineā coronam, crucem, vt illa intuens eam moderetur iram, quam concepit ob innumera hominum scelera, ne te detractorē, adulterum, periurum, perpetuis ignibus cruciandum traderet, si in passionem filij oculos non figeret. Et quia res hæc tam est viris Christianis vtilis, & profecta, tamq. necessaria, & a qua tāta reportamus commoda, vt eam conseruaret in Ecclesia, multa perferre voluit tanta maiestate indigna, vt Sacramentum corporis, & sanguinis sui, in quo ipse realiter existit, iam comburatur ab hæretico, iam coquatur a Iudæo, iam vilipendatur a blasphemo, & hæc omnia contemnit diuina bonitas, vt hoc medio iustorum cōmodis consulat. Et 4
tam est proficuum sacrificium hoc Missę cunctis fidelibus, vt inter innumera damna, quæ reportaturus est mundus tēpore Antichristi illud sit ingens, quod dixerat futurum Pro-
Dan. 12. pheta Daniel auferendum scilicet iuge sacrificium, quod reste Hieronymo Christiana Missa est, quo sublato, innumera alia mala suadebit orbi pessimus ille homo, sicut & suasit Lutheranis, cum eorum impius magister abrogandam docuit Missam, vt ea sublata, funditus cuncta corruerent bona. Nec beneficij huius consideratio vsquam a mentibus fidelium recedere debuisset, quod Deus mira bonitate sua per manus transire voluit Sacerdotum pollutas, vt tantum bonum ad me transiret, ore sacrilego Sacerdotis contingitur, masticatur, in corpore innumeris culpis fœdato sepelitur, vt per fœtentem locum ad benefaciendum iustis transeat, dum iustus communicans perficitur in bono, & hoc sacrificio a pœnis liberatur, quæ remissis culpis manent. Gratus sit homo Deo, qui Sacerdotem damnans culpa sua illi innumera per ipsum confert bona, & qui sibi mortem infert, celebrans populo Christiano inenarrabilia confert bona. Tertio dies hic tantæ lætitiæ consecratur, in quo memoria recolitur illius beneficij, quo corpus suum Iesus dedit in cibum, & in potum sanguinem fidelibus dereliquit. Sicut enim olim cum Deus orbem condidit, primū insufflauit, & factus est Adam in animam viuentem. Quia autem ille quatuor qualitatibus inter se contrarijs erat constitutus, quarū perpetua pugna mortis immineret periculum, & calore naturali agente in humidum radicale, in quo radix est vitæ, vita conseruari non posset, nisi per humidum nutrimentale, & cibus perficeretur, cibum homini dedit, & arborem vitæ posuit in medio paradisi. Sic, inquit Innocentius Tertius, cum tempore gratiæ nouum Deus conderet orbem, nouas creaturas: Ecce fa-
Genes. 2. cio omnia noua; per pœnitentiam insufflauit & dixit: Accipite Spiritum sanctum, vt viuet iustificatus homo in spiritu filij Dei. At vt vita hæc perpetuo conseruaretur, cibum hunc fidelibus dereliquit in paradiso Ecclesiæ. Et sicut in initio, cum primum conditus est homo, qui in gratia, & iustitia originali constitutus similis erat Angelis, ita cibum accepit Angelorum arborem vitæ, sed cum primum peccans degenerauit in bestiam, cō-
Genes. 1. munem accepit cibum cum illis: Dedi vobis omnē herbā, &c. & cunctis animātibus terræ, vt illis, & vobis cibus sit cōmunis herba, qui comparati iam estis iumentis insipientibus, Vt autem homines ad pristinam reducerentur dignitatem, corpus suum dedit Dominus in cibum pretiosissimum quidem, quia salutiferus, dulcis, secundo, quia rarus, tertio, quia
2. Reg. 23 infiniti valoris. Sicut enim aqua illa, quam tres fortes viri adduxerant de cisterna Bethlehem, vt sitienti Regi porrigerent, vt eius prouiderent potius gustui, quam necessitati, eam bibere noluit Dauid dicens: Num sanguinem hominum istorum, qui profecti sunt, & animarum periculum bibam? Et libauit eā Domino. At quæ nobis porrigitur esca, sanguinis Christi pretium est, quod libenter contulit Deus, vt nostræ prouideret necessitati. Et vt olim Elias in vmbra iuniperi comedit & obdormiuit, & iterum comedit, non vt dormiret, sed vt ambularet in fortitudine cibi illius. Vtrumque enim hoc cibus, dū sumitur, operatur, & vapores eleuat ad cerebrum, vt homo requiescat in somno, & pristinas reparat vires, ne deficiat homo; ita Sacramentum hoc a desiderijs sæculi quiescere facit eum, qui illo vtitur, & vires præbet, ne instantibus huius sæculi difficultatibus deficiat. Eucharistiam sumendam, vt nutriatur homo, docuit Christus lib. quinto, capit. 12. numer. sexto. Eucharistia panis dicitur, quia vitam hanc, & futuram roborat, ibidem nu-
mer. 11. 22. 24. 27. & 31. Eucharistia cibus est
5 olim promissus seruis Dei, ibidem num. 23. & 24. & 27. Eucharistia panis est quotidianus, quem in oratione Dominica postulamus, lib. 13. cap. octauo, numer. 13. vsque ad 15. & 17. Hoc autem beneficium ingens est. Quoniam licet confessio peccata condonet, homo per illam in gratia iam constitutus vitā recipiat, & animæ salutem, qua carebat, sed tamen homo remanet imbecillis in periculo certo recidendi in pristina mala, quia per vitia pristina potentiæ languent, habitus virtutum non sunt perfecti, affectus humani ad malum tendunt, facilitas in malo, multaq. difficultas in bono reperitur, sicut experientia teste dicimus, huic malo vt prouideret Deus, sa-
S. Thom. Opusc. 58. 4. Reg. 20 cram hanc mensam dereliquit, cuius assiduo vsu hæc moderētur mala, sicut docuit S. Thomas dicens: Aegrotauit Ezechias mortifera infirmitate, ad quē ingressus Propheta Esaias voce Domini comminando dixit: Dispone domui tuæ, quia morieris, & non viues: cōuersus Rex ad parietem fleuit, lacrymisque motus Deus reuocare decreuit sententiam, & iterum misit Prophetam, qui diceret: Vidi lacrymam tuam, licet enim vberrime fleuerit, ad primam lacrymam iram moderatus sum, non morieris, & adducit massam ficorum, & illam imponit lateri, & applicat vulneri, qua sanitati pristinæ restitutus est. Vlcus Regis est concupiscentia carnalis, appetitus deordinatus vindicandæ injuriæ, diuitiarum, honorum, voluptatum. Remedium, quod tibi Dominus dereliquit, massa ficorum est; corpus suum est continens dulcedinem multorum bonorum ad medicinam malorum deficiorum, lib. 5. cap. 12. num. 36. Et ita indubie istud credendum est, vt hoc deficiente remedio confestim omnia intentent mortem dicente Iob: Attenuetur fame robur eius, & *Iob. 18* inopia inuadat costas eius, deuoret pulchritudinem cutis eius. & cōsumat brachia illius primogenita mors. Animaduerte quot, quātaq. referantur nocumenta, cum carens cibo attenuatur fame animæ robur. Vires enim animæ deficiunt deficiente cibo, inopia costas inuadit, vt ossa, & costæ nudentur, ita vt numerari possint arescentibus hominibus, id est, hominum miseriæ cunctorum oculis patebunt, dum sicut Sodoma peccata celebrabunt, nec abscondent, deuoratur pulchritudo cutis, id est, virtutum splendor, qui antea oculis hominum apparebat gratiosus, & brachia consumit mors, id est, potentiam ad bene operandum. Deum lego, quē recipere iussi sunt, comminutum qui illum adorauerunt, *Exod. 32.* vt morerentur, ille enim potatus manifeste prodebat culpam peccatoris, vt periret. No ster Deus comestus & potatus vitam porri- *Aulus Gellius libr. 10. c. 18 Vale. max. lib. 4.* git. Dicunt historiæ Artemisiam virum suū Mausolum in cinerem conuersum comedisse, vt reconditus in pectore velut in sepulcro ille, qui tantopere ab ipsa diligebatur, perpetuo cum ea moraretur; stulte quidem, sed tamen ingentem viri stultitia hac protulit amorem; nos summa sapientia Deum nostrū cibum factum traijcimus in stomachum, vt anima viuat in æternum, vt vnum essemus cum Deo. Quia sicut Catilina vt omnes, qui coniurauerant in Cæsarem, vnum essent, multo firmarentur amore, multa fortitudine, &c. cruorem sanguinis simul biberunt, impie quidem, nos autem summa religione sanguine potamur Christi, vt vnum simus, vt fortes efficiamur in bono. Iob sanctus Patriarcha *Iob 31.* cum ea retulisset beneficia, quæ exhibuerat pupillis, uiduis, aduenis suis, & extraneis, &c. Aiebant viri tabernaculi mei, inquit, quis det de carnibus eius, vt saturemur? Quasi dicat ait S. Thomas. Tam sumus obligati, & affecti *S. Thom.* homini huic tam in nos benefico, vt illum, si fieri posset, intra viscera recondere voluissemus, vt gratitudinem proderemus cunctis, & beneuolentiam, cum autem beneficia, quæ a Christo Domino recepimus infinite sint maiora, & quia & grati, & cordati dicere debuissemus: Quis det de carnibus eius, &c. ipse dixit: Accipite & comedite, hoc est corpus meum, vt mecum vnum efficiamini, illud traijcite in stomachum, vt nutriat non ventrē, sed mentē. Quod si facere contempserit homo, certe miser in innumera veniet mala, sicut aduertit Hieronymus in Ezechiele, vbi *Hieron.* cum retulisset Propheta peccata, & multa & *Ezec. 4.* grauissima, in quæ se præcipitem dedit populus, quæ Deus acriter tulisset, immo quæ futura essent in Ecclesia dixit: Fili hominis, ecce ego conterā baculum panis in Hierusalē, & comedent panē suum in pondere, & aquam in mensura, vt deficientibus pane, & aqua, corruat vnusquisq. ad fratrem suū, & contabescat

beſcat in iniquitatibus ſuis. Panis enim iſte animam nutrit, corroborat, delectat, &c. Nec mirum, quoniam ſi iuſto panes ſunt lacrymæ, panes labores ipſi propter Deū perpeſsi. Labores manuum tuarum manducabis, non ſolum laborū fructus, ſed ipſimet labores manducantur, his ſatiatur anima, his roboratur, quid quæſo fiet ſi panem comedat, qui de cælo deſcendit? Vtique illa aduenient homini cumulatius multo bona, quæ olim Iſaac imprecatus fuerat Iacob filio ſuo, cum illi benedicens dixit: Ecce odor filij mei: ſicut odor agri pleni, cui benedixit Deus. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini & ſeruiant tibi populi, & adorent te tribus: eſto Dominus fratrum tuorum, & incuruētur ante te filij matris tuę. Qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus, & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Cumq. eiulans Eſau patri diceret obſecrans, vt & illi etiam benediceret: Num vnam tantum benedictionē habes pater? sāctus reſpōdit: Frumento, & vino ſtabiliui eū, & tibi poſt hæc fili vltra quid faciam? Cum frumento & vino eum reddiderim ſtabilem, frumento. ſ. electorum, & vino germinante virgines, nihil reſtat quod porrigam. Et quia tale beneficiū iſtud eſt, olim pro ſumma pœna Eccleſia peccatores a cōmunione arcebat, cum peccati grauitas id exigeret, ſicut Niceph. Calix. li. 3. hiſt. Eccleſ. refert, quod cum Conſtantinopolitani Imperatores Arcadius & Eudoxia mundum turbaſſent malis, & Chryſoſtomum ſua expulliſſent ſede, quia hæreticis non fauebat, Innocentius Primus eis cōmunionem ſacrā interdixit, inquiēs: Ego minimus inter homines, & peccator, cui, licet indigno, ſedes Petri commiſſa eſt, participationē indico ſacrorū myſteriorum tibi Arcadio, & Eudoxiæ vxori tuæ, & Sacerdotē, qui vobis Euchariſtiā porrigere fuerit auſus, ab executione ordinū perpetuo depono. Quod & cū Theodoſio Imperatore feciſſe Ambroſius refertur in decretis de pœnitentia diſt. 2. cap. cum apud Theſſalonicā. Hoc ingens beneficium hominibus fuit collatū, vt oſtenderet Deus & quanti pēderet homines, & ingentem in eos dilectionē. Inter vltima verba, quæ Dauid moriēs Salomoni filio ſuo mandauit, tempore, quo mortis ſollicitudo eū angere, & a multis diuertere potuiſſet, illud fuit: Filijs Bercellai Galaaditis red des gratiam, occurrerunt enim mihi, quando fugiebam a facie Abſalonis fratris tui, quādo a toto fere regno derelictus ſum, qui illi adhærebant, & hic mihi fidus extitit amicus, cuius beneficij memor filijs eius hactenus rependi gratiā, & hisquę hactenus feci nō cōtentus, volo vt cōmunem etiā tecū menſam habeāt illā præclaram, quā cum contemplaretur Regina Saba, non habebat vltra ſpiritū admirās & cibos & ordinem miniſtrantiū. Ieſus non beneficia recepit a nobis, ſicut Dauid, ſed nos ab illo innumera, pro quibus iniurias multas rependimus, & morti appropinquans hāc nobis reliquit menſam mēſa Salomonis multo splēdidiorem, in qua ipſe corpus ſuum in cibū, & ſanguinē in potū dereliquit, vt infinitū ſuum erga homines proderet amorē. Cum Ionathas patefacere deſideraret amorem illum maximum, quo Dauid diligebat ſicut animā ſuam, in eius ſignum cum mutuo diſcedere debuiſſent, tunica, qua erat indutus, exſpoliatus eſt, & dedit eam Dauid, & cętera veſtimenta vſque ad gladium, & arcum ſuum. Sed quæſo nonne ridicula hæc ſunt, ſi ea reſpiciamus, quę Ieſus receſſurus a nobis fecit dans ſe ipſū in cibum, & ſanguinem in potum? Quando Nathā Propheta, vt Dauid adduceret ad flendum adulterium, parabolam texuit de oue, vt oſtenderet ingētem viri pauperis dilectionē erga ouiculam ſuā, illud pro eximio dilectionis argumento poſuit, quod eam ſuſtentaret pane menſæ ſuæ, & potaret calice ſuo, noſter autē Ieſus immēſa dilectione ſua rupit venas immēſæ charitatis ſuæ, vt ſanguis eius ad nos veniret, quo potaremur, non de cibo menſæ ſuæ, ſed ſeipſo nos paſcens, vt maximam eius dilectionem aduerteremus in nos. De re hac vide lib. 5. c. 12. n. 9. vſq. ad 12. 17. 21. & 26. Sed obſecro vnde prouenit, vt aſsiduis cōmunionibus & Sacerdotes, & laici meliores nō ſint, cum Sacramentū hoc potens ſit ad conferenda ſumma, & ingentia bona? Vtique quia cibus, ſi calor deſit naturalis, aut vita, proficere non poteſt homini ad ſalutem. Fauū mellis S. Tho. dicit figurā fuiſſe ſacraméti in ore leonis inuentum, leoni in nullo proficuus fuit, ſed Sanſoni, qui fame preſſus illum accepit, & vi caloris in propriū corpus traiecit. Sacramē-tum hoc animarū eſt, quo ipſæ viuunt in corporibus mortificatis. Præcipiebat in lege Deus, vt in ſacrificio leproſi Sacerdotes duos acciperent paſſeres, quorum alter occideretur, & illius ſanguine aſpergeretur alter, qui viuus remanſurus erat. Peccator leproſus eſt, peccato immundus, ad remediū peccati duo paſſeres, qui ſumuntur, corpus ſunt, & anima: moriatur caro cilicio, flagellis, ſanguis prodeat, & hoc ſanguine perfundatur anima viua, vt iam non viuat vanitas, non peccatum, ſed Chriſtus, vt dicat: Quid eſt tibi mare quod fugiſti, &c. A facie Domini mota eſt terra, a facie Dei Iacob. Sanctis hæc ſancta conceſſa ſunt, vnde tempore Chryſoſtomi, cum ad communicandum accederent fideles, clamabat Diaconus: Sancta ſanctis, quaſi dicat. Si quis non eſt ſanctus, non accedat. In tabernaculo gladius Goliath ſuſpenſus, & involutus pallio poſt Ephod albo linteo cooper tus, quia certe Chriſtus ſub ſpeciebus albis panis gladius eſt indigne cum ſumentibus. Et Madianita vidit in ſomnis panem ſubeneri cium in caſtra Madiam deſcendere, cumq. veniſſet ad tabernaculum, percuſsit illud, atque ſubuertit, & terræ funditus coæquauit. Et dixit alter, qui audiebat referentem ſomnium: Non eſt hoc aliud, niſi gladius Gedeonis. Gladius Chriſti in pane his, qui indigne eo vtuntur. Olim in paradiſo duas Deus condidit arbores alteram vitæ, alteram in cuius eſu fuit mors, in Eccleſia in vno eodemq. pane, vita continetur, & mors. Vnde (Antoninus) poſtquā in cap. 11. Hierem. dixiſſet Deus: Quid eſt quod dilectus meus (id eſt, qui multis titulis diligere tenebatur) in domo mea facit ſcelera multa? addidit: Numquid carnes ſanctæ auferent a te malitias tuas? Quaſi dicat, cum ſcelerib. plenus ſis arbitraris cuncta fore ſalua, ſi ad altare acceſſeris? Minime, ſi dignus non accedas. De præparatione, & munditia, quam ad ſacram hanc menſam adducere debent fideles, multa diſſeruntur, lib. 5. capit. 12. numer. primo, vſque ad 10. 12. 13. 14. 15. 16. 26. & 33. Euchariſtiam reuerenter ſumendam probant Sancti, lib. eodem numer. 9. 21. 22. & 31. Euchariſtiam ſic volebant Sancti ab indignis non contingendam, vt hos tempore communionis ab Eccleſia iudicarent eſſe pellendos, numer. 16. 18. Euchariſtia accepta, & agno comeſto, multi inſurgunt lupi peccatis obnoxij, numer. decimo octauo & vigeſimo nono, quam multa cum deuotione accipiebant Sancti, nu. vigeſimo primo. Quam præparatione multa ſumendam docuit Sapiens, cum dixit: ſi ſederis ad menſam Principis, &c. numer. 33. & 34. Euchariſtiam, vt recipiat homo, reparet prius iuuentutem in petra iſtar aquilæ, lib. duodecimo, cap. tertio, num. 25. & 26. libr. decimo quarto, cap. 17. numer. 30. Cum autem cibus neceſſarius ſit vitæ conſeruandæ, ita & Euchariſtia. Vnde in primitiua Eccleſia, vt refert D. Tho. 3. p. q. 80. ar. 10. ad vlt. fideles quotidie cōmunicabant. Vnde ait Anacletus Papa, & habetur de conſecra. diſ. 2. cap. peracta: Cōſecratione peracta omnes communicent, qui noluerint, Eccleſiaſticis careant liminibus. Sic enim ſtatuerunt Apoſtoli, & ſancta Romana tenet Eccleſia. Dionyſius Pauli diſcipulus refert quod tempore ſuo omnes, quotquot ſacris intererant, pane hoc cæleſti reficiebātur, exceptis cathecumenis, energumenis, & publicis pœnitentibus. Et Iuſtinus Martyr addit, quod Dominicis diebus omnes qui in agris, & oppidulis morabantur, conueniebant in vnum locum, & precibus, & lectione ſcripturarū peracta, ſacram ſumebāt Euchariſtiam, quam Diaconi ferebāt abſentibus, qui illuc non poterāt accedere. Ad Euchariſtiam frequenter accedendum eſt, lib. 5. cap. 12. nu. 13. 15. 19. 25. 30. & 39. Euchariſtiam Romæ accipiebant fideles tempore Hieronymi quotidie, ibid. num. 20. Euchariſtiā quotidie accipere cur nec laudant, nec vituperāt Sancti, ibidem nu. 20. & 30. Euchariſtiam poſcimus dari nobis quotidie, ne a Chriſti corpore ſeparemur, lib. 13. cap. 8. numer. 28. De frequentia Sacramenti neceſſaria, & præparatione agitur in libello noſtro Roſarij, li. 1. c. 10. §. 2. per totū c. 17. §. 7. Vbi illa exponuntur verba: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

Genes. 27.

Zach. 9.

Niceph. Calix. lib. 13. hiſt. Eccleſ.

3. Reg. 2. 6

S. Tho. 3. p. q. 80.

Iudicū. 14.

Leuit. 14.

Pſal. 113

1. Reg. 21.

Caro mea vere eſt cibus & ſanguis meus vere eſt potus. Vt breuiter Euangelicam exponamus lectionem, aduertendū eſt primo, quod prius horum animos beneficio panum diſpoſuit, quam legem de proprio corpore comedendo iniungat. Sic antequam montem aſcendat, & legem populis promulget, ſanat omnes male habentes. Hac prudentia vſus eſt Moyſes. Poſtquam percuſsit Seon Regem Amorrhæorum, legem explanare cæpit, vt doceat quod quem volueris legibus aſtringere, & obligare, prius beneficijs exhibitis diſponas. Facile enim homines illorum iugum admittūt, quos prius beneficos ſentiunt. *Caro mea vere eſt cibus, &c.* Deus homini nihil efficacius perſuadere deſiderat quā diuinū amorē, qui nullo alio modo fortius captatur, quam cibo, vnde in Numer. cum habitaret populus inter filias Moab, comederūt & adorauerunt Deos earū. Et Oſeas: Vadam poſt amatores meos priores, qui dabant mihi panes meos, & aquam meam, oleum meū, & potum meum. Si ſolus cibus corporalis cor hominis abripit, quid erit ſpiritualis, & tā ſpiritualis cibus? Quid ipſius Dei carnem edere? Vnde conſulit Salomon, quod Paulus ad Romanos: Si inimicus tuus eſurierit, ciba illum, ſi ſitit, potū da illi, hoc enim faciens carbones ignis congeres ſuper caput eius. Non auro, vel argento, ſed cibo animū illius cōciliabis. Pretioſo ergo hoc cibo hominibus porrecto carbones ignis cōgerit Deus ſuper hominū capita, vt eū diligant. 8

Sicut miſit me uiuens pater, & ego viuo propter patrem, & qui mādúcat me, & ipſe uiuet propter me. id eſt, ſicut vita mea eadē, quæ patris eſt, ſic vita eius, in quo ego permāſero, vitæ meæ ſimilis erit, i. innocentiæ, iuſtitiæ, & ſanctitatis meæ puritatem, ac imaginem referet, qui digne hoc receperit Sacramentū, ita vt alter ſit Chriſtus in me mirabiliter trāſmutatus, ſicut Auguſtinus in cōfeſsionibus narrat, quod dū lucem inconſuetam recepiſſet, quæ illū & dilectione, & timore ſimul impleuit, vocē audiuit de excelſo dicentem: Cibus ſum grandiū, creſce, & manducabis me, nec tu me mutabis in te, ſicut cibū carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me. Eſt enim cibi proprium, vt ex illo & comedente vnum fiat. Hęc autem vnio rerū tam diſſimiliū, ſicut Deus, & homo, &c. ſacra cōmunione fit, vt eadē ſit in vtroque voluntas, idem velle, & idē nolle; vt vbi fuerit impetus Spiritus, illuc incunctanter gradiatur iuſtus. Euchariſtia fons eſt paradiſi fluuios ſpirituales diffundens, lib. 5. ca. 12. num. 12. quæ animā incendit, ornat, & innumera cofert bona, nu. 11. vſque ad 13. 27. & 36. 9

Hic eſt panis, qui de cælo deſcendit. Non ſicut manducauerunt patres veſtri manna, &c. Chriſtum manna optime figurauit, lib. 11. cap. 6. num. 121. Euchariſtia manna eſt, quod quotidie pluit, lib. quinto, cap. 12. nume. 37. & 38. Manna cibus erat dulciſsimus, & candidus, cui hæc erant annexa miracula, primum quod vnū cum eſſet, omniū ſaporū plenitudinē cō-

Matth. 4.

Deut. 1. Oleaſter.

Num. 25.

Oseæ. 2.

Prou. 25. Rom. 12.

7. Conf. c. 10.

Sap.6. tinebat ; sicut scriptum est : Angelorum esca nutriuisti populum tuum, &c. in se habentem omnis saporis suauitatem, &c. & deseruiens vniuscuiusque voluntati ad quod quisque volebat conuertebatur. Præterea cibus hic ad sufficientiam satiabat, sicut ipse
Exod. 16. comedens indigebat. Colligebatur Gomor, quæ mensura magna erat, secundum Iosephum *tres celemines vel cinco banegas*, neque pro viro amplius, neque pro puero minus colligebatur, & nec vni deficiebat, nec alteri superabundabat, sicut adnotauit Paulus: Qui multum non abundauit, & qui modicum non minorauit. Item cibus hic nec datus populo in terra Aegypti, nec promisionis, sed peregrinantibus in deserto, interim dum ad admirabilem illam terram non peruenissent, sed transito mari rubro, & submersis in aqua hostibus, & consumpta farinula, quam po-
Exod. 12. & 14. pulus eduxit de Aegypto. Sic diuinus hic cibus omnem continet dulcedinem, omnem saporem, in quo omnium virtutum, & charismatum plenitudo est. Ibi iustus inuenit gratiam, æger sanitatem, lætitiam mæ-
Esai. 65. Hiron. stus, famelicus abundantiam, de quo Esa. 65. Ecce serui mei comedẽt, & vos esurietis, &c. Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini. Cibus secundum vniuscuiusque capacitatem reficit, quamuis enim ipse in se infinitæ sit virtutis, fructus respondet merito, & deuotioni suscipientis. *Si* Gigas est, qui accedit, habet vnde satietur, si Pygmæus, vnde reficiatur. Si tamen lotus in mari rubro Aegyptum egressus homo illum recipiat, lib. 5. cap. 12. numer. 36. non enim seruorum est cibus, qui in operibus luti occupantur, sed filiorum, non est ciuium, sed peregrinantium. Ex adipe frumenti sine cortice satiantur superni ciues. *Si* suauitatem huius cibi non
Psalm. percipis, ideo est, quoniam Aegypti farinula non defecit. Gustus infectus cælestem non percipit alimoniam. Curæ huius sæculi, anxietates, sollicitudines, ambitiones, inuidiæ, odia, cupiditates, libidines, appetitus effrenes, cogitationes turpes, passiones illecebrosæ ista farinula Aegypti sunt, quisquis his inficitur, cælestem hunc panem gustare non potest, sicut gustus organum amaritudine coleræ infectum cibi dulcedinem experiri non sinit. Immo sicut in cibo illo, in quo ea erat suauitas, quam diximus, scaturiebant & vermes, si recte non colligeretur, ita & in hoc sacramento, &c.

DOMINICA PRIMA post Pentecosten.

Secundum vsum Romanum.

Euangelium.

Estote misericordes sicut et pater vester misericors est. Luc. 6.

Quod in ordine fratrum Prædicatorum legitur Dominica tertia post octauas Trinitatis.

Vide libr. 9. capit. 10. numer. 3. 5. & 8. libr. 14. cap. 10. numer. 14. libr. 9. cap. 10. per totum agitur de iudicio vtili, & temerario, &c. & lib. 5 cap. 10. per totum, vbi disseritur de eleemosyna.

1 Dominica 1. post Pentecostem.

TOTA sacri Euãgelijlectio ad mores instruẽdos tam est accommodata, vt perfectionis Christianæ breuis summa sit. Quoniam qui proximum diligit, legem impleuit, quæ in hoc vno verbo comprehenditur, sicut Paulus *Rom. 13.* ait: Quoniam qui proximum diligit ipsum, illius necessitatibus prouidet, illi iniurius non est, illius & honorem, & famã conseruare nititur, & cum hęc omnia homini propter Deum præstat, hunc & prius, & perfectius diligit, & hac ratione, vt docet S. Tho. *S. Thom. lect. 2. Rom. 13.* lect. 2. in cap. 13. ad Rom. in dilectione proximi includitur dilectio Dei sicut causa in effectu, sicut in dilectione Dei, includitur dilectio proximi, sicut effectus in causa: Proximi amor nutrit amorem Dei, lib. primo, cap. 15. nume. 18. Amor proximi nos ducit ad amorem Dei, ideo Spiritum sanctum primum dedit Christus in terra, secundo misit è cælo, lib. 16. cap. 12. nume. 58. Quia autem proximus diligẽdus non est solo verbo, aut lingua, sed opere, & veritate (proximos sic diligamus, vt eorum portemus onera, lib. 1. cap. 16. nume. 1. 7. & 8. Proximos vere diligere debemus eorum necessitatibus prouidendo, ibid. numer. 2. 3. 7. vsque ad 10. & 12. Proximorũ malis compatiendum est, boniſq. congaudendum, lib. 9. cap. 5. nume. 13. 16. 21. & 23.) propterea cum Dominus dilectionem proximi vellet suadere, sic exorsus est: *Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est.* In quibus verbis ad beneficentiam nos Christus hortatur supremi patris exemplo, qui in omnes benignus, & misericors est, sicut Esaias *Esai. 26.* aiebat: Et præparabitur in misericordia solium, & sedebit super eum in veritate. Dicturus enim Propheta Deum redditurum, quod iustum est, præmisit, & præparabitur in misericordia solium, & sedebit super eum in veritate, cũ prius in misericordia soliũ fuerit præparatum, vbi ante iustitiã præmisit misericordiã. Nisi enim prius misericodriã exhibuisset, quã iustitiã, nullus proculdubio mortalium

talium saluaretur, cum omnes peccatis obnoxij egerent gratia Dei, lib. 2. cap. 11. nume. 32. Vnde conuenientissimum fuit, vt in throno gratiæ prius sederet Deus. Diciturque super solium sedere misericordiæ, quia virtus hæc supereminet aliis. Ad miserendum ostenditur Deus pronior, quam ad puniendum. lib. secundo. cap. 11. num. primo, quarto, vsque ad septimum. 10. 19. vsque ad 21. 25. 26. & 32. cap. decimo quarto. num. secundo. lib. quarto. cap. septimo. numer. tertio vsque ad quintum. 7. & 8. cap. nono. num. 6. 7. & 14. capit. 11. nu. nono. Misericordię tempus si modo non esset, non essent qui in iudicio coronarentur. li. quarto. cap. vndecimo. num. 26. vsque ad 28. Sic nos & proximis misereri debemus, vt filij simus illius qui antonomatice misericors dicitur; misericordia enim similes nos reddit Deo, sicut filius patri similis est. Vnde misericordia Christiana commendatur. lib. quinto. cap. 10. num. 61. lib. octauo. cap. octauo. num. 13. vt sicut Deus nos diligens vehementer nobis compatitur, & nostræ miseriæ prouidet, sic in homine sit & alienæ miseriæ in corde compassio, quæ a vero illius amore originem trahat, & simul affectum consequatur affectus, vt illũ
Leuit. 24. consoletur, illi subueniat, eum corrigat. Sic enim in Leutico præcipiebat Deus, vt ignis in altari semper arderet, nec id solũ, sed quod bonis operib. tamquam lignis, & mane, & vespere, hoc est, frequenter nutriretur, essentq. etiam in altari panes: Nos sic in anima charitatem habeamus proximorum, vt panis etiã
Colos 3. adsit beneficentiæ erga ipsos, dicente Paulo ad Colossenſ. Induite vos sicut electi Dei sancti, & dilecti uiscera misericordiæ, hæc ad interiorem hominem pertinet, induite etiam benignitatem, vt proximis etiam beneficiatis. Quasi dicat: Vos, qui a Deo estis dilecti, & electi, habete viscera misericordiæ, bo-
Zachar. 7 nitateque plena erga fratres vestros. Sic & Zachar. dicebat: Misericordiam, & miserationes facite vnusquisque cum fratre suo, viduam, & pupillum, & aduenam, & pauperem nolite calumniari, & malum vir fratri suo nõ cogitet in corde suo. Ac si diceret; Facite cũ fratrib. uestris misericordiam per interiorẽ compassionem super infirmitatib. eorum ex animo dolendo, & facite miserationes per exteriora opera, scilicet, visitando infirmos, ele-
2 emosynas porrigendo. Charitatis officiũ est, vt per eam inuicem onera nostra portemus exemplo Christi. libr. tertio. cap. secundo. nu. 39. vsq. ad 41. Charitas patiens est, vt aliena mala toleret, benigna, vt quos tolerat, amet. lib. decimo quarto. cap. primo. nume. 31. Charitas de corde puro, conscientia bona & fide non ficta, summa totius boni est. libr. decimo sexto. cap. vndecimo. nume. decimo. Charitatis tres gradus commendati sunt a Christo Domino in cruce. lib. 3. cap. decimo. nume. 81. & 82. Proximorum mala propria vocabant Sancti. lib. primo. cap. decimo quarto. num. 9. 12. 13. 19. vsque ad 23. lib. nono. cap. 16. num. 6. Proximorum bonis qui congaudet, & de malis tristatur, duo habet vbera sponsæ. libr. 1. cap. decimo quarto. nume. decimo quinto. ca. decimo sexto. num. vndecimo. Proximorum onera portantes, recte cruis comparantur. lib. 12. cap. 3. numer. 24. Vnde Regius Vates: *Psalm. 40.* Beatum uocat eum, qui intelligit super egenum, & pauperem in die mala liberabit eum Dominus: Psalmus iste duplicem habet sensũ proprium, vnus de Christo, sicut ipsemet docuit Ioann. intelligitur (Augustin.) etiam de *Ioan. 13.* Christi membris. Nam sicut corpus vnum, ita & vox vna, & sicut sponsus vnum fit cum sponsa, ita & vox vna. Vnde Sancti communiter hoc vtuntur Psalmo in commendationem misericordiæ in egenos. Et licet scripturæ plenæ sint benedictionibus in eos, qui in pauperes sunt pij, inter omnia hic Psalmus in trib. primis uersibus elegans est, precatur enim in illis Regius Propheta ea omnia bona, quæ precatur his, qui in Christum pij sunt. Dum andis: Beatus, intellige omnia postulare bona his, qui in pauperes misericordes sint, qui statum consequentur omnium bonorum aggregatione perfectum. Dum intelligit homo super egenum, id est, qui sollicitus est, & prospicit egeno, & pauperi. Primum postulat id, quod interius est, curam, & affectum, ut in se sentiat homo, quę sentit egenus, & afflictus indutus, vt dicebamus, viscera misericordiæ, vt proximum diligat, illique compatiatur. Amor enim, qui artis magister est, si verus fuerit erga eum, qui miser est, cuncta gubernabit, quæ necessaria fuerint ad illius leuamen, consolationem, & remedium. Vnde Propheta non solum eos commendat, qui subueniunt egenis, &c. sed potissimum studium habent pauperum curam, & sollicitudinem, & sunt intelligentes, & industrij, sapientesque sunt in arte hac, quæ omnium est quæstuosissima, qui scientiæ huic diligentem nauant operam, habentque instrumenta, quibus eam valeant exercere. Chrysostomus enim hom. 33. *Chry ho. 33. ad pop.* ad populum optime, & eleganter probat eleemosynam esse artem, & omnium artium quæstuosissimam, quæ & omnes excellit. Nam alię indigent adiutorio aliarum. Ars constituẽdę domus indiget ea, quæ facit ferrã, & malleum, &c. Et tamen ars misericordiæ in pauperes voluntate sola eget, & opus quodcumque secundum cuiusque possibilitatem opus perfectum est artis, sicut in vetula docuit Do- *Luc. 11.* minus, quæ misit æra minuta duo in gazophilacium. Eleemosynæ meritum non ex magnitudine doni, sed ex affectu donantis pensatur. lib. quinto. capit. decimo. numer. 13. 14. 22. 36. & 51. Hunc in die mala, hoc est, laboriosa qua- *1. Timo. 4* lis est dies iudicij liberabit Dominus dicente Paulo: Pietas ad omnia utilis est, promissionẽ habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Quando *Iaco. 2.* iudicium fiet sine misericordia crudeli, & im misericordi. Deus enim peccatum hoc cordi tam habet insitum, vt velut omnium oblitus in auaros rigidus sit animaduersor, sicut scriptum

Ezech. 22 ptum est: Complosi manus meas super auaririam,quam fecistis,& super sanguinem, qui effusus est in medio tui. Complosi, hoc est, percussi manus. Hoc enim signum est doloris, & indignationis. *dar palmadas.* Vel certe,quod vulgo nos dicimus Hispani *comi me mis manos* præ ira. Quando Dominus mundum decreuit cradicare per aquam,& funditus perdere,di-

Gen.6. xit: Pænitet me,&c. Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Iniquitas certe magna,quod caro prænaleat contra spiritum. Tunc pugna multa inter sensualitatem & rationem,hominem exteriorem,& internũ. At qui auarus est, bellum statuit inter Deum, & præmia æterna ex vna parte , & misera & caduca bona ex altera, quorum dilectio præ-

3 ualet diuinæ,& proximi dilectioni. Magnus sane videtur *Dei* contemptus, & in proximũ iniuria grauis sanguinem effundere pauperum,propter pecunias. Vnde duri in paupe res quasi per antonomasiam dicuntur peccatores. Sicut enim (Augustinus) nomine peccatoris Dauid intelligit dęmonem, caput omnium peccatorum Psalm. 36. ita in eodem

Psalm. 36 Psalmo etiam auarum appellauit peccatorẽ dicens: Mutuabitur peccator, & non soluet, iustus autem miserebitur & retribuet. Diuites enim mutuo accipiunt pecuniam, vt reddant Deo in pauperibus. Cum egenum videris,eum cogita postulantem, vt reddas, quæ illi debes. Iustus autem,qui eleemosynis deditus est,miseretur, etiam quando superfluum non habet,nec eleemosynam porrigere tenetur. Cum ergo iudicij dies aduenerit,tunc iu-

Tsalm. 71 dicabit Dominus pauperem, & saluos faciet filios pauperum. In die mortis nihil ita homines consolabitur, sicut memoria bonorum, quæ pauperibus sunt collata,sicut de Ezechia

Esa.38 anima duertit Hieronymus, quod cum moriturus bona retulisset, quæ in uita fecerat, peculiariter operib. misericordiæ ob oculos positis,consolatus est. Et in Psalmo quadragesimo de eo,qui intelligit super egenum, & pau-

Psalm. 40 perem scriptum est: Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius, vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius,quasi dicat. Sicut ægrotanti thorus præparatur , vt melius requiescat,ita & consolatus es in ægritudine illum , qui in pauperes beneficus est.

Et quia diuitiæ in perniciem solent esse homi num,qui eis abundant,prouidit pauperes, qui velut *triaca* mederentur veneno diuitiarum. Deus etiam per naturam inclinauit homines ad benefaciendum egentibus, vnde dixit Ioã-

1.Cap.3. nes. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere , & clauserit viscera sua,&c. Claudere viscera vocauit Ioannes proximis indigentib. non benefacere,quasi dicat. Viscera aperta sunt, & ad porrigendum parata , tu autem duritia tua illa claudis , sicut si fontis perpetem meatum occluderes,ne procederet,vt sitim extinguĕret cunctorum. Vnde sicut Deus beneficia sua vocat ea,quæ exhibĕtur pauperi,ita & iniuriã propriã dicit eam,quæ fit pauperi: Qui despicit pauperem,exprobrat factori suo. Et locus Lucæ sic est,qui thesaurizat, & non est in Deum dives. Vbi cum retulisset Dominus historiam diuitis stulti,qui pauperib. contemptis,de amplificandis horreis sollicitus audiuit: Stulte hac nocte repetent a te animam tuam,&c. qui celeri morte omnib. bonis fuit priuatus miser,concludens Dominus parabolam dixit: Ita accidet ei,qui thesaurizat sibi, tantum commodum suum respiciens, neglectis egenis,is enim erga Deum dives esset, si ditaret pauperes,& quia id non facit,in Deum liberalis non est. Diuites,& pauperes. non casu,sed iustis de causis sunt in mundo.lib.quarto.cap.39.num.primo.libr.quinto.cap.10.nu. quinto.septimo.23.33.& 52. Dives diuitiarũ immersus luto heritius est habitans desertã Babylonem.lib.quarto.cap.39.numer.sexto. Diuitum mensæ multorum pauperum constant sanguine.ibidem num. 32. & 33. Dives misericordiam magnam poscere non potest a Deo, nisi pauperib. secundum magnam misericordiam prouideat.libr.quinto. capit. decimo.nume.31. Diuites porrigentes eleemosynas leuant manus,ut vincatur Amalech.n.55. 4

Pro.17 *Luc.12.*

Nolite iudicare,& non iudicabimini. Nolite condemnare,& non condẽnabimini. In his verbis docet Iesus, vt nullus in corde suo malum proximo machinetur,nec cogitet, vt malum inferat, aut sinistra interpretatione , quæ bona sunt, aut indifferentia, in deteriorem partem applicando. Qui enim sincere proximum diligit,malum de eo non suspicatur, dicente Paulo: Charitas non cogitat malum. Charitas enim non solum propria delicta operit , sed etiam aliena , quę nisi euidentia sint, & quæ nulla possint tergiuersatione celari,non iudicat. Vnde Regius Vates postulabat a Deo: Miserere mei secundum iudicium diligẽtium nomen tuum,hoc est,ea moderatione, ea pietate , qua amici tui facta proximorum iudicant , dum ea semper in laniorem partem interpretari conantur. Quod vero occulta, & indifferentia in meliorem partem iudicanda sint in Deuteronomio optime docetur, præcipiente Domino,quod qui puellæ alteri desponsatæ stuprum intulerit, in ciuitate simul cum ea lapidibus obruetur,puella quia non clamauit,cum esset in ciuitate, vir quia humiliauit vxorem proximi sui. Sin autem in agro reperit, &c. & apprehendens concubuerit cum ipsa, ipse morietur solus, puella nihil patietur,&c. Sola erat in agro,clamauit, & nullus affuit,qui liberaret eam. Obsecro,quonam pacto iudices scire poterant puellam clamasse, si illa sola erat in agro,nullusque extitisset aut silentij,aut clamoris testis? Ob id sane,quod cum neutrum sciretur , id quod indifferẽs est ad meliorem partem applicari debet. Sic nos fratrum nostrorum opera indifferentia, bona semper suspicemur. In Genesi Iacob sanguineam filij sui vestem aspiciens dixit: Fera pessima deuorauit filium meum Ioseph. Neque enim

1.Cor.13.

Psalm.

Deut.22.

Gen.37.

enim tantum nefas de filiis suspicari poterat. Non ita multi faciunt, qui non solum indifferentia,sed etiam bona opera sinistre interpretantur. De quibus Iacobus aiebat: Qui detrahit fratri,aut iudicat fratrem suum,detrahit legi,& iudicat legem;si autem iudicas legem, non es factor legis,sed iudex vnus. Est enim legislator,& iudex,qui potest perdere,& liberare. Tu autem quis es,qui iudicas alienum seruum? Ac si dicat. Bonum opus lege probatur, & quod non plene cognoscitur , iudicare vetat. Tu ergo qui proximo detrahis,vel bonum opus eius perperam interpretaris, aut indifferens iudicas quod nescis , non proximo detrahis,sed legi, ipsamque legem iudicas, quæ bonum opus probat,& quod ignoratur,inuestigare prius iubet. Tu vero nequaquam legis es factor,sed iudex, cum tibi legem Deus tradiderit,nõ vt iudices,sed vt serues: Eius vero iudex vnus est *Deus*,qui potest perdere te,qui alios iniuste iudicas, & ipsam seruantes legẽ saluare. Similiter & Paulus aiebat: Nolite ante tempus iudicare , quousque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique a Deo. Tempus tenebrarum est,in quibus iudicare non possumus. Cam uerenda patris suis fratrib. ostendebat irridens, alij vero patris nuditatem aliorsum oculos vertentes cooperuerunt. Ita electi viri minime proximorum defectus inquirunt, praui vero homines iustorum opera ad iudicandum temere curiosius speculantur. Sanctis quidem pro minimo est,vt a mundanis iudicentur, aut ab humano die, cum qui eos iudicat Dominus sit. At ipsi,qui iudicant,iniuriam inferunt iustis , vnde acriter a *Deo* & iudicandi sunt,& puniendi,dicente Propheta: Eos,qui te iudicauerunt,ego iudicabo. Ita etiam Paulus ad Roman. Inexcusabilis es omnis, qui iudicas,in quo enim alium iudicas,teipsum cõdemnas. Si enim spirituales viri,qui potius iudicare possent a iudiciis se abstinent, qua pœna digni sunt hi, qui cum corruptissimi sint, alios & iudicare,& condemnare non verẽtur? In his verbis resecatur uitium scribis, & Pharisæis peculiare,nec non hominum vulgo passim commune. Siquidem Pharisæi , cum sibi ignoscerent in grauissimis peccatis,tamen aliorum iudices erant inclementissimi , etiam ea calumniantes,quæ recta erant, siniſtre interpretantes,quæ erant dubia , exaggerãtes, quæ erant leuia , excolantes culicem,camelũ glutientes. In iudiciis ferendis in causa proximorum cauti,& moderati sint homines,lib.9. cap.decimo.nume.tertio. Iudicantes fratres, iudicium,quod Dei est,sibi usurpant , ibidem & nume.quarto. Iudicare bona opera malo fi ne fieri impium est, & opus proprium diabo- li.numer.quinto. Iudicia mundanorum contemnenda sunt,quia ridicula,corrupta,& quę statim marcescunt.lib.vndecimo.cap.decimo quarto.num.quarto,vsque ad sextum. 8.9.10. 12.& 14. In his vero verbis; *Nolite iudicare,&c.*

Iacob.4.

1.Cor.4.

Esa.49

Rom.3.

tria considerãda sunt. Primum,quod iudiciũ prohibeatur a Christo Domino in his verbis, Secundo,quib. rationibus adducendi sunt homines,ne iudicent ea,quæ Dominus prohibet iudicare. Et tertio, vnde peccatum hoc tam frequens inter homines Christianos originẽ trahat. Circa primum docet sanctus Thomas 22.q.60.artic.2. in corpore, & ad primũ quod iudicare est actus, quo quis determinat aliquid esse bonum,vel malum,iustum,aut iniustum. Istudque iudicium est triplex, primũ, quo homo iudicat seipsum examinando diligenter opera sua, quod vtilissimum est, propriumque viris iustis, quod frequenter consulebat Chrysostom. docens a Regio Vate præceptum, vt quæ dicerent mala in cordib. suis, in cubilibus compungerent, & flerent. Si homo ad iudicandum pronus est , tribunal conscendat,mens conscientiæ iudex,quę adducat omnia peccata in medium , & ponat dignas singulorum pœnas. Iudex proprius sit modo 5 homo,& statuat se coram se, libr.nono,capit. decimo.nume.septimo.decimo,& undecimo. Iudicium sit in homine,quod peccatum damnet,& uirtutem sequatur , ibidem nu. primo. Iudicium bonum cum homo ante se ponit, mala sua, & bona post tergum , mali autem e contra faciunt,ibidem numer.sexto.septimo. decimo,& vndecimo. Iudicans hic homo pec cata sua in Domini conspectum venit modo, ne veniat in iudicio,ibidem num.nono. Iudicia recta iustorum in causa propria sunt proficua multum,ibidem nume.decimo,& 11. Et in hoc numero docetur , quod peccator iudicare se negligens maximo torpore sopitur. Et licet hoc iudicium tam sit vtile,& necessarium,non propterea homo iudicare se debet ita,vt se iustum credat , dicente Paulo ad Roman. Beatus, qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. Quoniam vt docet S. Thom. exponens verba illa Pauli. Si nosmetipsos diiudicaremus,non vtique iudicaremur, tripliciter potest quis iudicare seipsum. Primo,discutiendo propriam conscientiam ita,quod probare & examinare se sit iudicare se, sicut ait Paul.ad Galat. Opus suum probet vnusquisq. Secundo,sententialiter seipsum absoluendo, quasi iudicando seipsum innocentem , & nullus debet seipsum iudicare,quia nescit homo, an odio,vel amore dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta. Vnde aiebat Iob: Si lotus fuero quasi aquis niuis , & fulserint uelut mundissimæ manus meæ , tamen sordibus intinges me . Et iterum: Si iustificare me uoluero,os meum condemnabit me , si innocentem me ostendero , prauum me probabit. Tertio modo contingit hominem iudicare reprehendendo se, & sua facta , & puniendo mala,quæ fecit. Et sic iudicabat se iustus Iob, cum aiebat: Vias meas in conspectu eius arguam. Et: Ponam coram eo iudicium , & os meum replebo increpationibus . De quo Augustinus lib.de pænitentia: Versetur ante oculos nostros imago futuri iudicij , & ascendat

Chrysost.

Psal.4.

Galat.6

Iob 9.

Rom. 14.

S.Thom.1. Cor.11.

Iob 31.

Cap.25

homo

homo aduersum se,& constituto in corde iudicio adsit accusans cogitatio, testis conscientia,& carnifex cor, inde quidem sanguis animi confitentis per lacrymas profluat,postremo ab ipsa mente talis sententia proferatur, vt se indignum homo iudicet participem fieri corporis,& sanguinis Domini. Prohibet ergo Paulas, immo & Dominus in verbis propositis iudicium,quo quis se iudicat sanctũ,hoc enim peruersum est, & multorum malorum exordium. Iudicium autem,quo quis & agnoscit, & arguit propriam miseriam, sanctum est,nec illud prohibet locus iste. At vero, vt sciamus in ordine ad proximos, quę iudicia liceãt,& quæ in his verbis: *Nolite iudicare,&c.* condemnentur: sciendum primum est aliud esse iudicare rem aliquam esse peccatũ mortale,&longe aliud quod is,qui tale facit opus, peccet mortaliter. Frequenter.n.cõtingit vt nõ peccet homo iudicans actũ aliquẽ esse peccatum mortale,& tamen, qui illum operatur, non peccat mortaliter, uel quia excusatur ignorantia, vel quia motu indeliberato illum operatus est. Vnde peccaret, qui ex leuib. indiciis iudicaret illum mortaliter deliquisse. Secundo aduertendum est,quod de manifeste malis, quæ nec ex obiecto, nec ex intentione possunt excusari, non est peccatum iudicare, quia cum intellectus conuincatur euidentia facti,vel debet actum suspendere, vel certe si id non faciat,debet iudicare homicidiũ,blasphemiam,esse mala. Et propterea Dominus non dixit: Non iudicetis, sed: *Nolite iudicare*, quia iudicare hæc facta mala, nõ est in nostra potestate,sed cũ possumus & est in nostra voluntate iudicare hoc esse bonum, vel malum, quia vel factum non est certum, vel cum illud intrinsece malum non sit, dubium est, quo id animo fiat, tunc nobis præceptum datum est de non iudicando. Aduerte etiam ex S.Thom. 22.q.60.artic.3. quod in hoc iudicio duplex est gradus. Primus,quando quis incipit ex leuibus indiciis dubitare de bonitate alterius, & hoc est peccatum veniale, pertinet enim ad tentationem humanam, sine qua vitam hanc transigere non valemus. Secundus gradus est,quando quis pro certo malitiam alterius existimat ex leuib. indiciis,& hoc si sit de aliquo graui est peccatum mortale, iudiciũq; temerarium,quia caret auctoritate. Mihi.n. concessum non est iudicare ea,quorum malitia incerta est, & pendens ex intentione, & quia contra prudentiam est ex leuib. indiciis sententiam proferre contra fratrem. Vt.n. aiebat Basil.docens iudicium sumendum non esse ex his,quę apparent, Bel extrinsece quidẽ *Basil.ho.21. ex variis.* eneus erat,& splendens, multam & fortitudinem,& pulchritudinem præ se ferens, intrinsecus autem luteus ille erat, & iusti quidem thesaurum habent in vasis fictilibus, & quæ extrinsecus apparent,lutea sunt,interiora vero ænea sunt, e diuerso impij,&c. Mendaces filij hoĩum in stateris,qui res aliter iudicant quã illæ sint dicentes lucẽ tenebras,& tenebras lucẽ,amarũ dulce,&dulce amarũ,qui dicebãtur *Ioann.7.*

a Domino secundum faciem iudicare, iusto prudentique iudicio neglecto, quod impiorũ proprium est malum. Iudicare aperte malali citum est,non autem indifferentia,libr. nono, cap.decimo.numer.octauo.Iudicia temeraria frequentissima sunt in mundo, quibus ea iudicat homo,quæ nollet vt de se iudicaret quis, ibidem.

Circa secundum, multis rationibus adducendi sunt homines,ne proximos iudicent temerarie. Sic enim expedit homini sua dicta, & facta diligentius attendere, arq. in his suos lapsus,errata, & defectus prospicere, ut non libeat ei aliena curiosius obseruare, aut obseruata carpere. Id enim indubium est,vt si homo is fuerit occupatus curis ab alienis operibus scrutandis immunis fiat.Quapropter dum proprium agunt negotium, quod tanta eget animaduersione, dum hic mentem omnem adducunt cætera contemnunt, ne pluribus intenti minus intendant rei, quæ tantam postulat sollicitudinem. Et dum vix sufficere se credunt propriæ conscientiæ scrutandę, alienam deserunt,ne curiose & inquirant, & iudicent. Quid quod etiam fraternæ credunt charitatis esse aliena uitia occultare, ea extenuare, dubia vero candide interpretari? Et dum homo agnoscit se proximi sui conseruũ esse,non iudicem,correctorem, & non detractorem a iudicando se abstinet, quoties indicia non fuerint vrgentia,his enim iudicans Salomon filium dandum ei, quæ vera esset mater eius,cuius commota sunt viscera, cum deeo diuidendo sententiam ferret, sapientissimus iudicatus est,non temerarius. Præterea *S.Th. loc.1. ad Rom.14.* sanctus Thom.tres adducit rationes,propter quas a falso iudicio abstinere debent homines,secundum doctrinam Pauli dicentis: Qui non manducat, manducantem non iudicet. Quare hoc? Primo, quoniam Deus illum assumpsit.i.in seruum, a se iudicandum. Ille autem,qui assumitur ad superioris iudiciũ,non debet ab inferiori iudicari. Et ideo concludit: Tu quis es?id est,cuius auctoritatis,vel virtutis es,qui iudicas alienum seruum, proximum,scilicet tuum,qui seruus est *Dei*? Cuius occulta *Deus* sibi reseruauit ad iudicandum.Nemo enim nouit, quæ sunt in homine, nisi spiritus hoĩs,qui in ipso est. Immo & homo,quę in seipso geruntur, nõ agnoscit dicẽte Iob:Si simplex fuero hoc ipsũ ignorauit anima mea. Vnde cum Hierem. verba illa protulisset;Prauum est cor hominis, & inscrutabile,& quis cognoscet illud?Quasi cordis cognitio occulta esset hominibus,& Angelis, intulit: Ego *Dominus* probans renes & corda. Si intueri cor nobis datum non est, nec iudicare illius arcana erit concessum.Secunda ratio Pauli est,quia *Domino* suo stat, aut cadit. Siue viuimus, siue morimur, *Domini* sumus, ad illum pertinent,quæ nostra fuerint bona, vel mala iudicare, non ad proximos, nisi quatenus vice Dei funguntur. Tertia ratio est. Tu autem quid judicas fratrem tuum? i. qua vtilitate, vel necessitate iudicas fratrem tuũ temere

temere de occultis,quæ tuo iudicio non sunt commissa? Iudicantes fratres iudicium, quod Dei est,sibi vsurpant.lib.nono.cap.10.num.3. Qui furatur, vtilitatem prętẽdere potest,qua ieuius fiat peccatum, in alijs peccatis passio, ira,necessitas, quibus omnibus cũ careat hoc peccatũ minorem habet excusationẽ. Vt autẽ Iesus suaderet, ne alios iudicaremus cõdẽnaremus,&c.id persuasit dicẽs: *Nolite iudicare, & non iudicabimini,&c.* vsque ad illa verba: *Date & dabitur uobis.* Quę dupliciter possunt intelligi. Quidam enim ad ipsos homines referunt, vt sit sensus:Ne iudicetis alios,sic fiet vt vicissim ipsi non iudicemini ab hominibus, & sic de reliquis. Ideo secundum hunc intellectum *Dominus* ab iniquo, & prauo iudicio auocat ea ratione, ne & nos quoque illud experiamur, quod natura mire inuisa res omnib. sit, sua ab alijs curiose vestigari, ac finistre arbitrari:Qui.n.aliquam æquitatis portiunculam retinet a prauo, & odioso iudicio vitæ alienæ facile absterrebitur, si cogitet quam graue, & permolestum sit, se, & sua ad hunc modum iudicari. Porro secundum hunc intellectum istæ promissiones non sic sunt accipiẽdę,quasi vniuersaliter veræ, & in omnibus sic se habentes. Non enim si quis candide de proximis,& factis ipsorum sentiat, ob id a nullo ei iniquum iudicium est expectandum. Quis.n. ab iniquo iudicio vsquam fuit alienior Christo? & quis tamen id eque passus est ab alijs? Sed *Dominus* rudibus, & vulgaribus locutus hæc dixit, quod vulgo frequenter id fieri soleat.Omnino.n.qui candida facta aliorum interpretantur,apud plurimos vicem merẽtur, licet non omnes.Ita contra, qui omnium censores se faciunt, ij plane & alibrum iudicijs iniquioribus sese reddunt obnoxios. Monet .n. ita comparatum esse diuinitus, vt quales ipsi fuerimus in alios,tales alios experiamur erga nos,sicut scriptum est:Anima,quæ benedicit, impinguabitur, & qui inebriat, & ipse quoque inebriabitur. Et propterea subdidit: *Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, rementientur uobis*,id est,si æqui fueritis in iudicãdo, sentietis alios vestrorum factorum fore æquos iudices. Contra si iniquiores æstimatores alię iniæ vitæ fueritis, tales quoque alios experiẽtes Naboth iuxta mensuram delicti puniti sunt, iuxta verbum Heliæ in eodem loco, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, linxerunt etiam sanguinem Achab: Fratres Ioseph multa passi sunt in Aegypto incõmoda, quia multa & ibi ab eis passus est frater vendi tus. Eodem modo quia Pharao in aquis interficiebat paruulos Iudæorum, & ipse in aquis maris rubri pariter peremptus est. At Augustin. Chrysostomus, alijque veteres has omnes promissiones ad Deum referunt; Noli te condemnare proximos vestros, & non condẽnabimini a *Deo*,&c. Et conueniens omnino videtur, vt vtraque intelligentia simul cõprehendatur,& sit sensus: Nolite iudicare alios, sic fiet vt aliorum iudicium effugiatis, aut saltem vt *Dei* seuerum iudicium non experiamini. Itaque(Augustinus) eadem ipsa quæ alijs vel bene, vel male feceritis, erũt vobis remunerationis vestræ causa, secundum ea, quæ feceritis iudicabimini, siue ad præmium, siue ad pœnam. Qui curiose alienã vitam discusserit, illius vita etiam a Deo exacte dijudicabitur. Et qui proximum condemnauerit, ipse quoque condemnabitur a *Deo*. Qui vero æquus fuerit proximorum iudex, æquum quoque & benignum experietur *Dominum*. *Qua mensura mensi fueritis,&c.* id est, si bene feceritis,bene recipietis,secus,si male. Quia scriptum est. Cum sancto sanctus eris,& cum peruerso peruerteris,reddẽs præmia iustis,& peccatoribus pœnas. *Psalm. 27*

Circa tertium, vnde.s.peccatum hoc iudicandi oriatur in hominibus,aduertendum est quod iudicia hæc temeraria ex triplici capite, vt plurimum,solent oriri. Primo, quia qui malus est,reliquos credit (licet stulte & impie) sibi similes.lib.nono.cap.10.numer.5. Vnde scriptum est ab Ecclesiaste: In via stultus ambulans, cum ipse sit insipiens, omnes stultos æstimat,quod Hispani eleganter dicimus: *Pienſa el ladron que todos son de ſu condicion*, sic Vagao putabat Holofernẽ cũ Iudith dormire, & illud de sancta femina cogitabat, quod ipse fecisset,si posset. Sic de Iacob iudicabat Laban,quod idola sua esset furatus,&c. sicut e contra iusti cum recti sint, simpliciter ambulant,& idipsum de alijs credunt. Vnde Paul.cum illatas sibi a Iudæis grauissimas iniurias retulisset, nec peruersa posset illorum opera bene interpretari,ad sanam eorũ intẽtionem confugiens testimonium perhibebat, quod æmulationem,zelumq. *Dei* habebãt,quo mouebantur credentes obsequiũ se præstare ipsi flagellantes Paulum, licet zelus ille rectæ rationi non esset conformis. Ita & Iosue, cum Gabaonitæ simulantes longũ iter mẽtirẽtur illi, dolũ suspicatus non est,sed credidit,quia charitas nõ cogitat malum. Præterea iudicia hæc temeraria frequenter oriuntur ex odio, dum.n. quis male affectus est erga proximũ, illa eadem, quæ in amico recta arbitraretur, in eo, quem odit, minus bona existimat. Sic aiebat Dominus Pharisæis dicentib. quod in Belzebub eijceret dæmonia: Si ego in Belzebub eijcio dæmonia,filij vestri in quo eijciũt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. q.d. eadẽ opera in filijs vestris,quos dil gitis, diuinæ tributis virtuti,quæ in me inspicientes diabolicæ tribuitis potestati, cũ tamen idẽ genus operum eidẽ esset auctori tribuendũ, quod non facitis propter odiũ, quo me prosequimini. Sic quia se tangi permittebat a Magdalena, eũ credebant non esse Prophetã, cũ munus Prophetæ esset & peccatores recipere, & eos ad panitẽtiã adducere. Eademq. ipsa opera, quæ turbæ admirabantur, Pharisæi propter inditũ odiũ blasphemabant. Tertio, iudicia hæc in semb. orianturex antiqua experientia. Vnde ait Aristo-

Iudith.14. *Rom.10.* *Iosue 9* *Luc. 11.* *Eccles. 10* *S.Th.ubi su.*

Arist. 2. lib. Rhetor. Aristoteles in lib. 2. Rhet. quod senes sunt maxime suspiciosi, quia multoties experti sunt aliorum defectus. Non considerantes, quã facile sit, in oculis Domini subito honestare pauperem, variasq. esse in hominibus rerũ vicissitudines in his, qui libertate arbitrij & bona sæpe deserunt, quæ inchoauerunt, & mala derelinquunt, quibus dudum fuerant implicati; sicut Dominus dixit Ananiæ, cũ referret ea, quæ de Paulo fama narraret mala, quod iam vas esset electionis multis repletum odoramentis virtutũ. Cum ea sit & diuina bonitas, & potentia, vt instantanee suscitet e terra inopẽ, & de stercore erigat pauperem, vt sedeat cũ principibus, &c.

Eccles. 11

Act. 9.

Psal. 112.

8 *Dimittite, & dimittemini.* In his verbis inæstimabilis bonitatis Dei diuitiæ ostendũtur. Nõ. n. dedignatur Deus iniurias hominib. illatas offensis contra se factis æquare, quod inter maxima beneficia nobis collata numerari potest, quod si iniurias remittat homo sibi vilissimo vermi illatas, sibi etiam condonentur peccata contra maiestatem infinitam Dei cõmissa. Si Saluator Dominicam orationem nõ ordinasset, temeraria profecto illa sententia videretur: Dimitte nobis debita nostra, &c. Cuius. n. arrogãtiæ esset Regi terreno dicere: Dimitte mihi læsæ tuæ maiestatis crimen, quia ego homini, qui me iniuria affecit, peperci? Quid. n. nos vilissimi homines iniurias condonãtes præstamus, si cũ eo, quod Deus effecit, peccata remittendo comparetur? Cum Dei offensa infinita sit, nostra vero vilissima. Tamẽ Deus dixit: Dimitte nobis, &c. & hic; *Dimittite, & dimittemini.* Propterea dicebat Paul. ad Ephes. Estote inuicẽ benigni, & misericordes, donantes inuicem sicut Deus in Christo donauit nobis. De re hac longissimus nobis maneret sermo, nisi Dominicæ 21. sequenti, vbi celebris illa parabola de eo, qui debebat decẽ millia talẽta differitur (cuius tota mẽs est iniurias remissionem persuadere) reseruaretur. De qua etiam re docentur multa fer. 6. Dominicæ in quinquagesima. Et lib. 1. c. 12. late, sigillatim autem de remittendis iniurijs agitur. li. 9. c. 4. per totum, & in expositione orationis Dominicæ in lib. nostro Rosarij, vbi illa enarrantur verba: Dimitte nobis debita nostra, &c.

Ephes. 4.

Date & dabitur vobis. Pauper neminẽ pauperem facit nisi eũ, qui sibi non miseretur. Sicut Lazarus pauperem effecit auarũ diuitẽ adeo, vt aquæ guttam expostularet. Alios vero, qui miserentur, ditare solent, sicut Helias uiduã. Vnde Paul. aiebat: Sicut egentes, multos autẽ locupletantes. De eleemosyna multa docentur late, & eleganter lib. 5. c. 10. per totũ. Quã vt suadeat Dominus eius præmium edisserit dicens: *Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Mensuram bonam.* i. iustam retribuet, quia reddet vnicuiq. iuxta opera sua. *Confertam*, quia supra condignũ ad futuram gloriã. *Coagitatam.* i. supra id, quod desiderari potest ad Ephes. Ei autẽ, qui potens est omnia facere, superabundanter quã petimus, aut intelligimus. *Superfluentem*, i. supra id quod humana cogitatio attingere valet. Esa. Oculus non vidit, &c. De beatitudine li. 2. c. 1. quod ingentia in illa sint bona, & vnde illa colligant Sancti, docetur per totum caput. Cum de pœnalo queretur Dominus dixit: *Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis*, quia punit citra cõdignũ Deus ex misericordia, quia vero ex liberalitate præmiat, ultra condignum de præmio agẽs mensuram vocauit confertam, &c.

Esa. 64

Rom. 8

Eph. 3.

Numquid potest cæcus cæcum ducere? &c. In hac parabola docere Iesus voluit, quod qui alium iudicare, & reprehendere præsumit, ipsumq. instruere, videat ne ipse eisdem vitijs, & errore implicitus sit, ne ambo in foueam cadant æternæ damnationis. Possunt etiã verba hæc intelligi de Prædicatoribus, & Prælatis, qui perditi, vel ignorantes alios regere nõ ualẽt. Corrigens alios prius seipsum corrigat. li. 3. c. 28. n. 15. & 16. 22. nsq. ad 24. li. 9. c. 16. num. 9. Prædicatores quales futuri sint, vt profint. li. 14. c. 29. Prælati quales desiderandi sũt a plebe, ibid. c. 31.

10

Luc. 16.

3. Reg. 17.

2. Cor. 6.

Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est non consideras? Prohibet in his verbis Dominus, ne quis alienæ vitæ severus sit censor, suæ interim negligens. Vbi Dominus præcipue voluit, ne ex aliorum correctione, & condemnatione sanctimoniæ opinionem quæreremus, aut ne veritatẽ odiosam redderemus, quod fit cum apertis criminibus obnoxius est, qui alium de paruis corripit.

DOMINICAE SECVNDAE post Pentecosten.

Secundum morem Romanum.

Euangelium.

Homo quidam fecit cænam magnam, & vocauit multos. Luc. 14.

Quod in ordine fratrum Prædicatorum legitur Dominica 1. post 8. Trinitatis.

Vide li. 18. ca. 3 nu. 4.

CVM Iesus conuiuio esset exceptus a quodã Principe Pharisæorũ, parabolam hanc proposuit hac occasione, quod quidam ex conuiuis dixit: Beatus qui manducabit panem in regno Dei. In qua docere voluit, qui sint qui tali

Dom. 2. post Pentecosten.

tali felicitate fruentur, & qui sint ab ea excludendi, & quare. Nec in primis illis, qui ad opulentissimã cœnam inuitati excusarũt se; oẽs reprobi intelliguntur, cum nullus describatur homicida, fur, &c. sed illud reproborũ genus, qui humanis negotiis licitis quidem ex suo genere impediuntur a cælesti conuiuio, ex inordinato affectu ad humana negotia, seu officia licita. Tales. n. describuntur inuitati ad conuiuiũ cœleste, quia secundum exteriora opera nihil præ se ferunt indignũ cælesti beatitudine, & tamen cum hora cœnæ venit, inordinatus affectus manifestatur. Hora autem cœnæ tempus est migrandi ex hac vita, & tria hominũ genera renuunt venire. Qui uillã emerat, qui iuga boum, & qui vxorem duxerat. Et in verbis illis. *Rogo te habe me excusatum*, excusatio non verbo intelligenda est, sed facto. Fit. n. affectu præponente humana officia cælesti beatitudini inordinato affectu, vnus præponit uillam amori cælestis conuiuij. In hoc ordine sunt occupati nimis maiorib. negotiis licitis, sed inordinate. Qui dicit: *Iuga boum emi* circa minora occupatur inordinato affectu. Alter carnalibus delectationib. (licitis tamẽ) subiectus est. Postea vocauit peccatores exteriores, qui erant intra Ecclesiam. Et tandem illos, qui extra eam erant, infideles. Hęc est germana intelligentia huius parabolæ secundum Caiet. & conformis doctrinæ Augustini de verbis Domini, vbi ait: Concupiscẽtia carnis est dicere: *Vxorem duxi*, concupiscentia oculorum: *Iuga boum emi quinque*, ambitio sæculi: *Villam emi*, li. 11. c. 13. num. 1. Mundo vti debemus, non autem eum inordinate diligere, lib. 11. c. 12. num. 29. Hieron. in epistola ad Dama sum. *Villam emi* dicit iis, qui terrenis operibus labore desudans longe est a Deo. Qui *iuga boũ emit quinque*, terrenorum sensuum voluptate perfruitur. Qui uxore ducta venire ad nuptias non potest, effectu caro nequaquam vnum esse potest cum spiritu.

Ep. 4. ad Damasum.

In expositione primæ partis parabolæ considerandum est diligenter, qua ratione Dominus Iesus in his trib. inconuenientia narrauerit eorum, qui propter diuitias, honores, & voluptatem licitã matrimonij ad cæleste conuiuium venire neglexerunt cũ in horum trium contrariis eadem reperiantur incõmoda, ne dicam maiora. In his. s. qui diuitiis, vxoribus & honoribus carent. Cumque hæc tria instrumenta sint ad conquirẽdam virtutem accommodata, in his tam manifesta Dominus narrauerit & pericula, & inconuenientia. Non dubium est, nisi quod homines illi, qui in republica sic sunt uiles, ut amittendi honorem nullũ valeant subire periculum, vtpote qui omni destituti sunt honore, quod freno carent grãdi, quo in officio possent se continere. Sicut enim honor præmiũ est virtutis, ita & illã debet comitari, ut indiuiduus eius comes, nec illius esset præmium, si illi contrariaretur. Sed studiosi honoribus sunt digni, quibus & iniusti merentur priuari, vtpote illis prorsus indigni, vnde honores, & mundanam gloriam sectandã docuerunt Romani factis, & Philosophi verbis. li. 7. c. 5. n. 5. & 6. Honor est præmiũ virtutis, ad quos sãcti assumuntur inuiti. li. 8. c. 4. per totum. Honorandus est pauper, si iustus sit, & potens, si male uiuat, vilipendẽdus, li. 8. c. 4. n. 1. li. 9. c. 10. nu. 2. Præterea etiam hi, qui in dignitatib. sunt & officijs, honorãtur ab alijs, contemnuntur autem, qui in republica uiles sunt, sicut Iob de seipso narrat potẽte: Cui astabant omnes, cuius sapientiam & potẽtiã admirabantur, at cum adultimam deuenit miseriam, derelictus ab amicis, contemptus a consanguineis miras perpessus est etiã a propria vxore iniurias, quæ adamãtinum pectus possent in impatientiam mergere, sicut & ille aiebat ista considerans: Neque fortitudo lapidum fortitudo mea, neque caro mea ænea est, vt iniurias, quas & a proprijs, & ab extraneis patior, valeam sustinere. Quoniam iniurias & contemnere, & remittere, inimicos q. diligere, hisq. benefacere illorum est proprium, qui filij Dei sunt, perfectique, similes illi, qui solẽ suũ oriri facit super iustos, & iniustos, cumque hi pauci sint huiusmodi q. damnis subditi, qui in republica sunt contemptibiles, vtpote quib. diuites irrogant iniurias verbis, & factis, a quibus infamantur, & inhonorantur; & cum iniurias vindicare non possint, eos irreconciliabili odio prosequuntur; His autem periculis carent illi, qui in dignitatibus, & honorib. constituti magnificantur a populo, quos nec lædere uerbis, aut gestis ullus audet.

Item quod in paupertate quis degat, ita vt in sudore vultus sui uixvescatur pane suo, sed forte mendicus egeat alieno, inconuenientia videtur habere non minora, quam illa sint, quæ diuites patiuntur, & æqualia illa considerabat sapientissimus Salomon, cum dicebat Deo: Mendicitatẽ, & diuitias ne dederis mihi. Quoniam in vtroque non modicum perpẽdebat periculum ab vtroq. postulat liberari. Confitetur quod saturatus diuitijs forte illicietur ad negandum Deum, & dicet: Quis est Dominus? Timet etiam, qui prudentissimus est, quod diuitijs, & victu destitutus, egestate compulsus furabitur, aut periurabit nomen Dei. Vtrumq. dolor, & labor, hinc Scylla, hinc Charybdis. Nõ omnib. cõcessum est, vt in stercilinio positi diuitijs priuati, & bonis alacriter cantent. Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita & factum est, sit nomen Domini benedictũ, sed quod probabilius accidet, illud est, quod in paupertate periclitabitur castitas virginis, & coniugatæ, periclitabitur fama, corruet honor, interibit virtus. Cum algens homo nudus in medio hyemis indumento carens se conspexerit, dicet, qui ut alter Franciscus fuerit roganti fratri, ut illi uenderet sudorem, quo in media glacie destitutus erat: Illud vendidi Christo, & quidem magno pretio, sed qui talis non fuerit nuditate pressus, in lectulo vili cubans æger, medico carens, & medicinis, immo & ci-

Prou. 30.

Iob 2

bo,& homine,qui illi vel calicem porrigat aquæ, inter hęc damna periclitabitur patientia,&c. Et tandem quod vxorẽ quis duxerit, quod ualet adducere impedimentũ ne cælesti interſit conuiuio? Melius eſt nubere,quam vri dixit Paulus. Vnuſquiſq. propter fornicationem vxorem ſuam habeat,& unaquæq. ſuũ uirum habeat. Nolite fraudare inuicem,niſi forte ex conſenſu ad tempus,ne tentet vos Satha 1.Cor.11. nas propter incontinentiam veſtram. Quis in carne ambulans poterit non ſecundũ carnẽ militare? Incontinentiam malleum uniuerſę terræ uocauit Hierem. quia uix uel unus inueniatur,qui non illo contũdatur. Ab exordio ſæculi uſque ad ortum Deiparæ Virginis, quæ prima uotũ emiſit caſtitatis, omnes nuptijs vacabant, non ſolũ ad propagandũ genus humanum,ſed etiam vt incontinentiã cauerẽt, & monſtrũ illud vincerent, de quo ſcriptũ retulit Iob,inquit Hiero.quod virtus eius eſſet Hiero.ad Eu ſto. in lumbis,vbi origo eſt huius uitij. Nolo dicere, ait ille, ſupra quod ſidera inimicus collocet thronum ſuum,quot petras excauet,& habitet coluber in foraminib. earũ. Hoc peccatũ diaboli enſis eſt, quo innumeros occidit homines. Et qui adamas effectus audire meruerit: Si tranſieris per ignẽ,flamma nõ cõburet te,a nullo peccato ſuperatus, ſicut nec Amos 7 adamas a ſolo libidinis calore mortifero diſ- Eſa.43. ſoluitur,qui per ſanguinẽ hirci animalis libidini deditiſſimi ſignificatur. Vnde Hierony. Ep.Valerij in epiſtola Valer.ad Rufin.refert,quod cũ Va ad Ruſin. lentino Imperatore moriẽte octogenario, & virgine audiret multos referentes, quas de hoſtib. reportaſſet victorias, & præclaras, & multas reſpondit: Solam vnã aſſequutus ſum victoriam, in qua glorior vehementer, quod inimicorũ omnium terribilem vicerim carnẽ meam. Quam non memoraſſet potẽtiſſimus Imperator inter omnia, quę geſſit præclara, præclariſſimam hanc victoriam,niſi difficilis illa eſſet maxime. Pauci ſunt, qui ſequuntur Apoc.14. Agnũ quocumq. ierit,quod de virginib. retulit Ioan.in Apocalypſi,qui uenerũt ex magna tribulatione non ſolũ,vt arbitror,quia lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni morientes propter fidẽ,ſed etiã quia carnis ſuæ vicerũt potentiam. Quis tam conſtans,ut oculos velit Tertulliã. in eruere,ſicut de quodam Philoſopho memorat Apolog. Tertullianus,ne feminas videns in peccatum ruat? Pauci ſunt,qui tentationibus carnis aggreſſi inſtar Diui Benedicti nudi volutentur inter urticas,& ſpinas, vt ſanguine cruentati per vulnus,carnis uulnera excutiant mentis? aut in congeriem niuis, ſicut Beatus pater Hier. ep.22. Franciſcus? Pallent frequenter ora ieiunijs, & deſiderijs prauis mens æſtuat,& in frigido corpore animus ardet. Cum ergo beſtia hęc tam ſit terribilis, & fera, accommodum ſane videbitur ad ſalutem medium, quod homo vxorem ducat, & qui non ſe continet, nubat ne pereat. Quæ diximus adeo ſunt certa,ut vel experientia teſte multi illa didicerint. Sed tamen nihilominus quod Euangelium hodiernum docere nos voluit, illud eſt, quod in dignitatibus,officiis,& honoribus, in opulentia,& diuitiarum abundantia, in coniugatorum ſtatu non quidem ex natura rei, ſed ex hominum malitia,& ex his, quæ regulariter comitantur tales ſtatus,multa ſunt pericula, maioraque multo quam ſint in horum cõtrarijs,licet ut diximus, nec plebei, nec pauperes,nec illi,qui cælibem vitam ducunt, vitam hanc tranſigere poſſint immunem a periculis,quæ certe omnem comitantur ſtatum. Sũt tamen gradus uarij,in quibus maiora, aut minora reperiuntur inconuenientia, licet in uita nullus a lapſu ſit ſecurus.lib.2.cap.10.num. octauo,lib.nono.cap.22.num.16.libr.14.cap. 21.num.41.lib.15.cap.ſexto.num.3.& 4.li.18. capit.13.numer. quinto,& decimo.Subiacet quidem periculis, qui plebeius eſt,priuatamque vitam ducit,ſed pluribus, & potioribus, qui in dignitate,& officijs vitam agit. Cum munera hæc etiam Angelicis,gigantiniſq.humeris, ut aiebat Bernardus Eugenio tertio Pontifici maximo, ſint formidabilia. Dignitates,& honores vinum quidem ſunt cũ moderatione acceptæ,& potatæ, nocumentũ nõ afferunt,ſed commodum,quale & legimus in multis,& videmus in alijs, qui Sancti ſunt. Vnde Sancti docebant non temere iudicãdos eſſe uiros potẽtes,eo quod terrenis negotijs, & officijs occuparentur.li.9. c.10.nu. quarto. At frequenter accidit,vt vinum immoderate potatum & damnum inferat ſtomacho, & capiti,& illud quod ſplendens in vitro animũ ad ſe rapit in nouiſſimo ingrediens prius blãde,mordet,vt coluber, & vt regulus venena diffundit,ita & honores in vitro quidem ſplẽdent,ingrediuntur blande,dum homines honores exhibitos, officijs diuitias cõcomitan- Prou.23. tes cernunt,non onera,ſed cũ potati fuerint, venena diffundunt, & hoĩs vitam ſpiritalẽ ne- Apocal. cant. Potata in aureo calice Babylonicæ meretricis non ſentiuntur officiorum,ducũ,magnatorum,auditorum,&c. pericula, & cum inebriati fuerint homines illis, minus ſentiunt,quæ inferant mala. Sicut ebrius,qui vulneratus non dolet,& tractus non ſentit,ſed dicit: Quando euigilabo,& rurſus vina reperiã, quia ſemper ad maiores aſpirant honores, maiora inquirunt officia ebrij non ſentiẽtes præ uino nocumenta.li.1.ca.17.num.22.& 23. Honoribus,& dignitatibus uti, & non abuti 3 magni eſt animi,lib.octauo.cap.quarto.nu.2. Honores perniciem afferunt ignauis, ſuperbis contemptus aliorum,&c. ibidem nu.2.3. & nono. Humana felicitas multorum malorũ eſt cauſa.lib.ſexto,cap.nono,num.8.12.& 13. Vnde honores contemnere expedientiſſimũ eſt,quod multis rationibus ſuadebant Sancti, lib.primo.cap.20. numer.16.17.19.vſque ad 21.23.uſque ad 26.& 28.lib.octauo.cap.quarto, num.nono. Honores & dignitates conſequuntur mali,non boni, quod magnum malũ eſt,lib.ſeptimo.cap.quinto.numer.3.& 12. Honorãtur impij in via,qui in peruẽtione dã-

nabuntur,lib.ſeptimo.capi quinto.num.nono. vſque ad vndecimum. Et vt iſta ediceret Dominus inconuenientia, in hac parabola illum refert vocatum ad conuiuium, qui villam emerat,& renuit venire ad cænam. In quo uno omnes illi ſignificantur, qui honoribus,& dignitatibus inordinate concupitis, licet verbis taceant, operibus a cæleſtibus epulis excuſantur,ſimiles illis, qui verbis confitentur ſe noſſe Deum,factis autem negant. In eo autem,qui iuga boum emerat quinque, quibus occupatus etiam dixit; *Rogo te habe me excuſatum*, diuitiarum ſignificantur damna, & pericula,quæ in diuitib. maiora ſunt multo, quã in pauperibus, licet hi illis ex toto non careant. Diuitias poſſidere malum non eſt. Diuitiæ enim bonæ ſunt ijs,qui illis bene vtuntur,lib. primo.cap.24.num.29.lib.4.cap.38.nume.16. 17.19.& 20.cap.39.nume.ſecundo.cap.41.nu. nono,& decimo. Diuitiis qui recte uti ſciunt, laudandi ſunt,lib.ſecundo.cap.15.numer.11. 30.34.& 44.cap.18.num.vndecimo.li.quarto, cap.38.num.12.& 20.cap.41.nume.quinto,9. & decimo. Diuitiis,& paupertate tentati homines in vtroque debent eſſe cauti.li.quarto, cap.40.num.12.& 14. Sed tamen diuitiarum præcipitia omnibus ſunt tam aperta, ut beatum dixerit ſapiens illum, qui poſt aurum nõ abijt,nec ſperauit in pecuniæ theſauris. Et quia rarus eſt is ſubdidit: Quis eſt hic, & laudabimus hominem, qui mirabilia operatus eſt in vita ſua, qui potuit tranſgredi & nõ eſt tranſgreſſus facere mala & non fecit? Nõ vtcumque potuit (poſſe enim tranſgredi commune eſt omnibus hominibus, qui libero potiũtur arbitrio) ſed cum multa haberet, quæ eum ad tranſgrediendum allicerent, multa, quæ ad peccandum mouerent, illis reiectis, viriliterque conculcatis, ſuperatis, malum operatus non eſt: Diuitiarum nimius amor ad multa pertrahit mala,libr.primo.capit.17.nu. 12.13.17.22.& 26.cap.24.nume.vndecimo,& 31.lib.ſecundo.cap.18.nume.primo, uſque ad octauum,lib.quarto.cap.38.num.8.9.& 14.c. 40.num.ſeptimo,& octauo. Diuitiarum amor totum mundum ſubuertit,libr.primo,cap.17. num.13.cap.24.num.16.& 25.libr.quarto,ca. 39.num.29.& 30. Diuitiæ habitæ,uel non habitę inordinate concupitæ multa cauſant dãna,lib.primo,cap.24. numer.decimo nono. Diuitiæ aurea imago ſunt, quam impius Nabuchodonoſor iubet adorare.lib.ſecundo.ca. 15.num.16.libr.quarto.cap.41.num.2. Diuitię dantur malis,quia æternis ſeruantur ſuppliciis.li.ſecundo.cap.18.num.17.& 18.li.nono, cap.39.num.18.24.vſque ad 26. Diuitię recte comparantur ſpinis,li.4.cap.38.num.7.c.40. num.6. Diuitum friuolæ excuſationes ſunt ad conſeruandas diuitias,li.1.c.24.num.20.li.4. cap.38.nume.16.& 17.cap.39.num.ſecundo, & tertio. Diues diuitiarum immerſus luto, he ritius eſt inhabitans deſertam Babylonem,li. quarto,cap.39.num.ſexto. Diuites impij, ſicut piſces maiores deuorant minores,ibid.nu.17. 25.27.& 28. Diuites plures ſunt,qui pereunt, quam pauperes,licet in vtriſque prędeſtinati ſint,& reprobi.lib.4.cap.41.num.octauo.

Similiter etiam in eo qui dixit: *Vxorem duxi, & ideo non poſſum uenire*, multa ſignificãtur impedientia beatitudinis conſeruationem in his, qui alligati ſunt & vxoribus, & viris ſicut Paulus dixit: Qui ſine vxore eſt, ſollicitus eſt, 1.Cor.7 quæ ſunt Domini,quomodo placeat Deo. Qui autem cum vxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt mundi,quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt. Mulier innupta,& uirgo cogitat, quæ ſunt Domini,&c. Iſtam veritatem ediſſerens Hieron. Hier. ep.11. eleganter epiſt. ad Gerontiam,& docens quæ in coniugatis impediũt virtutis proſecutionem ait: De Ezechiele ſcriptum legimus exiſtente in Babylone: Mortua eſt vxor mea, & apertum eſt os meum,quaſi nõ poſſet in opere cõiugali libere prophetare. Et Hieremiæ prohibet Deus captiuitate imminente,ne vxorẽ accipiat. Et li.1.contra Iouinian.ait,Adam & Lib.1 contra Eua in paradiſo ante offenſam virgines erãt. Ioviniam. Poſt peccatum autem extra paradiſum proti nus nuptiæ. Et ſi præceptũ a Domino acceperũt de procreãdis liberis,audierunt: Creſcite & multiplicamini. Quorſum hęc? ut repleatis terrã. Terram implent nuptiæ, virginitas autẽ paradiſum; Dilectus.n. paſcitur inter lilia.i. inter virginum candidatiſſimos choros, proficiſcitur ad collem thuris,hoc eſt,ad puriſſimos virginum greges. In domo Dei vaſa aurea viri cælibes ſunt, fictilia autem & terrea coniugati ſunt. Hieronymus epiſtola Valerij Ep. Valerij. ad Rufinum,in qua ei ſuadet, ne vxorẽ ducat ait: Phoroneus Rex,qui primus leges gentib. dedit,& qui primus eximia ſapientia Græciæ gymnaſia amplificauit litteris morti propinquus dixit Leontio fratri ſuo: Attigiſſe quidẽ ſummam felicitatem mortalib. poſſibilem in hac uita,ſi uxorem non duxiſſem. Cumq. alter ſciſcitaretur, quod ad id impedimentum afferre poſſet mulier, protinus reſpondit: Omnes viri id ſciunt, & utinam tu uxorem ducas, nec id experientia teſte diſcas. Et Cicero poſt repudium Terentię ad ſecundas nuptias tranſire recuſauit dicens ſe philoſophię pariter, & uxori operam dare non poſſe. Et Cato Vticenſis dixit: Si abſque femina poſſet eſſe mundus, conuerſatio noſtra nõ eſſet abſque Dijs. Quibus omnibus non id colligendum eſt, coniugatorum vitam eſſe damnandam, nec Hieronymus ſecundas damnauit nuptias, vt multi falſo crediderunt, ſed illud tantum, coniugatorum uitam & periculis abundare, & liberius Deo uacare poſſe, qui coniugia deſerunt, ſicut & Paulus docuit: Matrimonia contemnere expediens eſt, libr.undecimo, ca.octauo, nume.14.16.uſque ad 18.& 20. ca.vndecimo. num.quinto. Matrimonium virginitati æquare hæreſis fuit Iouiniani, quam mire refellit Hieronymus lib.11.cap.8.nu.16. uſque ad 19. & 29. In quo multæ ſunt moleſtię, multaq. impedimenta ad bene operandum, ibidem numer. 16. uſque ad 20. 22. & 29. Matrimo-

nio iungantur, qui se non continent, alijs casta vita consulenda est. lib. 15. cap. 7. numer. 9. Virgo quędam, dum vrgeretur ad nuptias, tẽplum adiens ab ara diuelli non potuit. lib. 18. cap. 6. num. 15. Virginitas, & continẽtia pręponderant coniugio, vterq. tamen status bonus est. li. 16. c. 7. nu. 5.

Homo quidam fecit cænam magnam, & uocauit multos. Totius parabolæ intentio ea est, quam explicuimus, sed quia sententię singulæ mysteriis sunt plenæ, breuiter adnotandæ sunt. Et in primis, cænam vocauit magnam Lucas conuiuium illud, quod in Ecclesia militãte, & triumphante suis Dominus præparauit. Vnus vtriusq. mensæ cib. est, licet diuersimode præparatus, dum hic vident iusti Deum per speculum in ænigmate, in sæculo autem futuro facie ad faciem. *Magna cæna*, quia numquam finienda, cum homines in ea ceperint epulari. *Magna*, si illius consideres dignitatem, quibo nitate sua venit ministrare. *Magna*, quia cibus pretiosissimus est Christi sanguine comparatus. Tot fercula in hoc conuiuio sunt, quot Spiritus sancti charismata, quotque præcepta in Ecclesia dantur, de quibus in Ecclesiastico *Eccles. 39* scriptum est: In mandatis eius epulabuntur super terram, & in necessitate præparabũtur, & in temporibus suis non præterient verbum, q.d. Fideles in Ecclesiæ conuiuio mãdatis Christi quasi ferculis epulabuntur, & quamdiu super terram erunt, præparabuntur studiosis operib. ad supercæleste conuiuium, & tẽporib. suis nequaquam Dei verbum, & præcepta transgredientur, & sic ad beatitudinis cænam apti erunt. Audite audientes me, & comedite *Esa. 55* bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra, i. audite me, quicumque Dei conuiuio frui vultis, comedite non id, quod mundus vobis præparat, sed bonum, quod Christus vobis proponit in Ecclesia, & talibus ferculis, quæ abundant pinguedine gratiæ, delectabitur anima vestra, quia iam mensa sacramentorum parata est, quib. ad supremum conuiuiũ præparabimini. Cæna in hoc mũdo (Cyrillus) verbum Euangelicum est, fercula autem varia Sacramenta sunt, quib. homo reficitur, potissime autem sacrum altaris Sacramentũ, quod frumentum electorum est, & vinum germinãs virgines. Sacrum conuiuium, in quo Christus sumitur, & recolitur memoria passionis eius, mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur, mensa, a qua surgunt homines fortes veluti leones, ait Chrysostomus, ignẽ expirantes diabolo formidolosi. De Eucharistia differitur late. lib. quinto. c. duodecimo. Dicitur etiam cœna æterna beatitudo, in qua magnificentissima præparata sunt bona. Et hac de causa conuiuiũ id, ad quod Dominus homines inuitat non prandium, sed cænam nominat. Inuitat mundus ad prandium, non ad cænam. Solet enim in hac vita suis amatoribus delicias præparare, sed hora cænæ, quæ hora mortis est, quando homines diuinum ingressuri sunt conuiuium relinquit eos famex & siti cruciandos; Sicut dines epulo delicijs, & *Luc. 16.* diuitijs hic abundans, qui epulabatur quotidie splendide, expertus est, guttam aquæ nec habens, nec recipiens, cum eam in miserãdã consolationem postulauit. Scriptũ est enim: *Esa. 65.* Ecce serui mei comedent, & vos esurietis; serui mei bibent, & vos sitietis; serui mei lætabũtur, vtpote qui in domo sunt conuiuij, & vos *Baruc 4* confundemini iuxta illud: Nutriuit eos cum iunditate, dimisit autem illos cum fletu, & luctu. Conuiuium incipit in hac vita, & perficitur in sequenti, sicut beatitudo. libr. secundo. capit. primo. numer. quarto. sexto. 23. vsque ad 25. Beatitudo horrea, & torcularia dicitur habere, quia nec esurient, nec sitient Sancti. lib. secundo. cap. 11. num. quinto decimo, & 27. In beatitudine satietas, & esuries simul erunt ibidem num. 30. Beatitudinem, & felicitatem cupiunt mali in hac vita, iusti autem in futura. lib. 3. cap. 17. nume. decimo tertio. Cœnatus autem in hac vita intrat, qui verbo Dei pascitur, quod cibus dicitur animę. li. primo. cap. vigesimo secundo, nume. decimo quarto. lib. sexto. cap. primo. num. tertio. libr. decimo octauo, cap. decimo. nume. quadragesimo primo. Qui autem cœnam hanc præparauit, homo vocatur. Quoniam quando sacrę litterę Dei benignitatem ostendere uolunt, eum homini comparant, qui ab humanitate sic vocatus est, quando autem vindicatiuam Dei virtutem significant, animalibus feris illum comparant. Sic Daniel; In nubibus cæli quasi fi- *Dan. 7. 8. & 10.* lius hominis veniebat; & vt doceret Danielem, & consolaretur: Stetit iuxta eum quasi species viri; sic & vir vestitus lineis venit, ut corruentem erigeret, & consolaretur. At quãdo vindicaturus de hostibus venerit, dicit *Ose. 13* Ose. Ego ero eis quasi leena, & sicut pardus in via Assiriorum, occurram eis quasi vrsa raptis catulis, &c. in quibus verbis se vocãs leonam, pardum, & vrsam diuinam voluit indignationem edicere. Homo itaque hic vocatur Deus, quia benigne ad cænam nos inuitat. Deum dulcissimum amarum reddunt mali. lib. primo. cap. uigesimo. num. quarto. lib. 4. c. octauo, num. sexto. cap. nono. nume. quinto. 6. & nono. lib. quarto. cap. 18. nume. 20. Vocasse autem dicitur multos, immo omnes, qui omnes homines vult saluos facere, & ad agnitionem veritatis venire. In hac parabola primũ agitur de vocatione Iudæorum, & quia illi noluerunt venire, vocatæ sunt gentes. Sic in Ac- *Act. 13.* tib. dixerunt Iudæis Paul. & Barnabas: Vobis primum oportebat loqui regnum Dei, sed quia indignos vos iudicatis æternæ uitę, ecce conuertimur ad gentes. Gentes acceperunt hæreditatem Iudæis promissam. lib. secundo. cap. 10. num. 14. & 15. libr. 5. cap. 7. numer. 1. 2. 10. vsque ad 25. 27. vsque ad 29. 31. vsq. ad 33. Dei vocatio est ingens ipsius beneficium, cui continuo obediendum est. libr. quarto. cap. 4. per totum. Dei vocatio multiplex est. ibidem num. 13. c. 27. num. 4. Deus ab initio per semetipsum loquebatur hominib. postea scriptu-

ris tamquam longe a se constitutis, & absentibus, lib. quarto. cap. 27. num. primo. Deus loquitur, cum in mentibus Sanctorum voluntatem suam, atque rectum intellectum inspirat. ibidem nume. secundo. quarto, quinto, octauo, duodecimo, vsque ad decimum quintum. Deus clamoribus excitat peccatores. nume. 4. vsque ad 6.

6 *Et misit seruum suum hora cænæ dicere inuitatis ut uenirent, quia iam parata sunt omnia. Et cœperũt omnes simul excusare.* Ad epulas vocat Deus homines, & renuunt venire. O dementiam inex- *Esther 5.* cusabilem, sacrilegam stultitiam. Olim Aman ad Assueri magnificum conuiuium vocatus gaudens proficiscebatur cunctis edicẽs, vxori narrans Regis beneuolentiam, quod eũ ad conuiuium vocasset, in quo quæ illi euentura essent damna prorsus ignorabat; & vocatus homo ad cęleste conuiuium, in quo innumera sunt bona, non solum Dei magnificentiam nõ *Esa. 22* commendat, sed nec venire dignatur. Cõquerebatur olim Deus per Esa. quod futuris temporibus vocare deberet Dominus exercituũ ad fletum, & ad planctum, & ad caluitium, & ad cingulum sacci, & ecce gaudiũ, & lætitia occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum, &c. Et vehemẽter indignatus Dominus ait: Et reuelata est in auribus meis vox Domini exercituum, si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini dicit Dominus Deus exercituũ. i. nõ dimittetur, indigni vt remissionem accipiant, qui ad plãctum nocati, & ad saccum, conuiuijs, delicijs, lætitiæq. vacabant dicentes: Comedamus, & bibamus, cras. n. moriemur. Si hæc tanta fuit culpa, tantum creditũ est scelus, vt in expiabile diceretur, qualis quęso illorum erit peccatum, qui ad epulas vocati, in quib. iam omnia sunt incarnatione, & morte Christi magnificentissime parata noluerunt venire. Vocantur ad caluitium illi, uocantur ad planctum, vocantur ad saccum, non mirum si deliciarũ amatores id renuant, sed stultitiæ, & demẽtiæ tantæ quod vocatus homo ad lautum, & opiparum conuiuium non veniat, qualis erit excusatio? Vocabatur adolescens quidam a Domino, ut uenderet omnia, quæ haberet, & daret pauperibus, ut ipsum sequeretur, recessitque tristis, disciplinam respuit, nec mirum qui possessiones habebat multas; at quam præ texere excusationem poterunt, qui ad nuptias vocantur, nec ueniunt? Cum Laurẽtius *Psalm. 41* immanissime torqueretur in craticula ustus aiebat Tyranno: Infelix has epulas ego sempер optaui; & Regius Vates: Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes, quibus nutrior, aiebat, delector, sustentor, nec solum fructum laborum manducabat, sed ipsismet laboribus pascebatur, dum audiret: Labores manuum tuarum manducabis inediam, lacrymas, flagella, & cætera pœnitentię opera manducabant libenter, immo cinerem sicut panẽ manducabant Sancti, & poculum lacrymis temperabant; & qui in Euangelio hodierno ad cænam vocantur, uenire recusant? Si cœna beatitudo æterna est, quis tam amens, ut illam non concupiscat, cuius desiderium tam est humanum inditum naturæ? Vt enim Augustinus corrigeret Mimum, qui in emporio innumeros contemplatus homines dixit se omnium scire cogitatus, qui essent, uilius emere, & carius res uendere, aiebat Augustinus: Diceret potius, quod in mente, & desiderio esset omnium, si hanc proferret sententiam. Omnes beati esse vultis, & miseri esse non uultis. Beatitudinis appetitus naturaliter est homini inditus, lib. 2. cap. 2. num. 2. 3. & 27. Certe vult, & non vult piger, quoniam impij bene quidem beatitudinem uolunt, sed bene operari renuunt, vnde simpliciter statuenda hæc veritas est, quod renuunt uenire, quoniam felicitatis æternæ desiderium efficax in solis est illis, qui recte viuunt. li. 2. c. 2. nume. 3. 6. 7. 23. & 28. Immoritam sunt stolidi peccatores, ut beatitudinis acquirendæ gratia mala operentur, lib. 2. cap. 4. num. 19. Si autem cœna conuiuium sit, quod in Ecclesia hac militante hominib. præparauit Deus, etiam appetendũ illud esset. Quoniam virtutis operatio hominum, qui rationales sunt, naturæ conformis est. Virtus. n. & disciplina licet in præsenti videatur esse mœroris, re vera gaudium habet iustus illã operans lib. 18. ca. 11. num. 7. & 13. Virtutem enim operandam etiam Philosophi docebant tritis prouerbiis. ibidem numer. 15. Probatur n. 12. ibid. quod virtus suauior sit uitiis, etiãsi præmiũ nullum esset. Indubium hoc, sed quia impij vellent uirtutem absque labore, cum tamen virtutis acquirẽdæ causa labores sint ferendi. lib. nono. cap. 15. num. 2. lib. 18. cap. 8. num. 8. nono. & 17. cap. 11. numer. quarto. Tamen quia hęc malorũ peruersio est, ut frui velint vtendis, & uti fruendis. li. 6. c. 14. num. 3. 4. & 6. propterea ad bonorum actuum epulas vocati se excusant uolentes frui honorib. diuitiis, & delectationibus, quibus uti tantum debuissent.

Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire, & uidere illam. Rogo te habe me excusatum. Sunt 7 multi, qui tam ample uiuere uolunt, ut aliis non sit ad habitandũ relictus locus. Audiãt hi Dominum pręcipientem in Gen. Cõgregen- *Gen. 1.* tur aquę in locum vnum. Cedant aquę suo loco, vt terra fructificet. Quid aliud præ se fert locus iste, quã vt qui lata loca possidẽt eis cedãt, & alios simul uiuere sinãt, ne similes illis sint, de quib. Propheta dixit: Væ qui cõiũgitis domum domui, & agrum agro copulatis? *Esa. 5.* Et nunc, inquit, habitabitis uos soli in medio terræ? Quibus statim comminatur dicens: Si non domus multæ in desolationem fuerint, grandes & pulchræ absque habitatore. Quia enim proximis locum dare noluerunt, perdiderunt sua. Cesserunt aquæ loco suo, ut terra posset fructus facere, tibi uero non pręcipitur, tuum locum relinquere, sed alienum non occupare. *Emi uillam*, summa diligentia mundani curant

dilatare terminos suos. Audiant isti Dominū in Exod. dicentem: Ponam terminos tuos a mari rubro vsque ad mare Palæstinorum, & a deserto vsque ad fluuium. Non dilatat multū Dominus terminos suorum, sed arctos, & quasi conclusos eos habere vult. Impinguatus enim Israel, dilatatus dereliquit Deum factorē suū. Vnde Oleaster in enarratione morali cap. 24. Numerorum ait: Diuisit Dominus terras, & regna non solum linguarum diuersitate, sed etiā altissimis montib. & rupibus, vt constat de Alpibus inter Italos, & Germanos, & de Pireneis inter Gallos, & Hispanos. Sed tanta est quorundam hominum ambitio, vt terminos, quos Deus & natura posuerunt, euertere velint. Audite Principes quid Dominus per Esaiam dicat Regi Syriæ, & Regi Israel, qui dilatare cupientes terminos suos terram Iudæ occupare molebant. Non stabit (ait Dominus) neque erit, sed caput Syriæ Damascus, & caput Damasci Resin, & caput Ephraim Samaria, & caput Samariæ filius Romeliæ. Non est signum dilectionis diuinæ terminos tibi extendere, largas possessiones dare, & amplas domos. *Villam emi.* Caue ne sit hoc cum proximi damno, sicut de vinea Naboth, videmus cum scriptum sit: Non tanges terminos proximi tui. Non solum non auferes, vsurpabisque, sed nec continges: Diuites enim quo plura habuerint bona, plura desiderant. lib. secundo. capit. 15. num. decimo, & 23. cap. 17. num. 24. capit. 18. num. 5. 6. & 23. lib. quarto. cap. 38. nume. 1. 2. & 10. cap. 39. num. 29. & 30. Diuites, qui per fas, & nefas diuitias congregant, taxantur. lib. secundo, cap. 17. nume. 12. cap. 18. num. 18. lib. 4. cap. 39. num. septimo, octauo, decimo vsque ad 12. 14. 15. 18. 20. vsque ad 22. 29. & 30. *Villam emi, & necesse habeo exire, & uidere eam.* Si primū eam vidisset, & contemplatus fuisset damna, & pericula, illam non emisset. Considerauit agrum cælestis disciplinæ, & quæ inde nascerentur bona mulier fortis, & emit eum. Obsecro vt perpendas delectationem peccati carissime venditam a diabolo ne emas illam, renuntias enim cælestem cænam ob vilitatem rerum temporalium, de qua re multum iusteque conquerebatur Dominus per Ezechielem dicens: Violabant me ad populum meū propter pugillum hordei, & fragmen panis, id est, ea est sæcularium hominum dementia, vt non erubescant me violare etiam publice, *a uista de todo el mundo*, pro re vilissima, pro pugillo hordei, quo bestiæ aluntur.

Exod. 23.

Deute. 23 Oleaster.

Num. 24.

Prou. 31.

Ezech. 13

8 *Et alter dixit: Iuga boum emi quinque, & eo probare illa. Rogo te habe me excusatum.* Quid mirū, ait Ambros. si iste ad cæleste conuiuium non pergit, qui emit iuga, cum Dominus interroganti inueni quid faceret, vt perfectionem adipisceretur, & saluus fieret, respondisset: Vade & vende omnia quæ habes? &c. Quid mirum, quod is, qui emit iuga boum, cænam contemnat siquidem vocatus Eliseus a Domino iuga boum relinquit, boues occidit, & illis conuiuium magnum præparat, ne sibi impedimento essent? &c. Gratissimum iugum Christi suscipiendum esset gratis, & noluit iste, sed intolerabile iugum sæculi emere, cuius occasione cænam non acceptauit, sicut nec ille, qui vxorem duxerat, &c. Tria sunt mundi farcula, propter quæ diuina contemnuntur. Ex quibus honor, & dominandi appetitus taliter hominum corda peruertit, vt plerosq. videas non solum cælestis conuiuij, sed sui prorsus oblitos, in curijs Regum commorari toto pene suæ vitæ tempore, vt tantillum dominij, vel honoris, & gloriæ consequantur. Ambitio multorum malorum est exordium, quæ omnia naturæ iura funditus euertit. lib. 1. cap. vigesimo. nume. vndecimo. vsque ad 14. 16. vsq. ad 18. 26. 27. & 31. Alij terrenis possessionib. intenti excusantur, alij delicijs dediti. Ab his tribus hortabatur Paul. abstinere dicens: *Colos. 3.* Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, auaritiam, quæ est simulacrorum seruitus, propter quæ venit ira Dei in filios incredulitatis, quasi dicat, cohibete rationis vinculo membra vestra, ne incidatis in libidinem, concupiscentiā malam per ambitionem, & auaritiam propter possessiones, quia propter ista uenit ira Dei in incredulos, qui quasi Deo non credentes eius promissa, & voces contempserunt.

Ambros.

3. Reg. 19

9 *Tunc iratus pater familias dixit seruo suo: Exi cito in plateas & uicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc.* Iratus dicit: *Ite & uocate*, quia quod quibusdam est ira, alijs est misericordia. Ioannes in Apocalypsi vidit Angelum in sole, & clamauit voce magna dicens omnib. auibus, quæ volabant per medium cæli: Venite, & congregamini ad cænam magnā Dei, vt manducetis carnes Regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium & carnes equorum, & sedentium in ipsis, & carnes omnium liberorum, & seruorum, & pusillorum, & magnorum. Angelus in sole Saluator est, qui in sole posuit tabernaculum suum. Aues, quib. clamauit, viri Apostolici, & spirituales, quorum conuersatio in cælis est, qui volant per mediū Ecclesiæ prædicando. Ijs, ait: Congregamini ad cænam magnam beatitudinis, quam Deus præparauit, vt comedatis carnes Regū, &c. Hæc per metaphoram accipienda sunt. Comedere carnes Regum, est Reges conuertere per prædicationem, & potentes, & plebeios, & eos, qui animalem vitam ducunt, sicut Petro in linteo ostensum est. Sic Ezech. dictum est: Dic omni volucri: Conuenite, properate, concurrite vndique ad victimam meam, quā ego immolo vobis victimam grandem super montes Israel, vt comedatis carnem, & bibatis sanguinem. Carnes fortium comedetis, & sanguinem Principum terræ bibetis, &c. & pinguium omnium. *Exi cito.* Vide eius bonitatem. Non enim quomodocumque eos vocat, sed cito sine vlla mora, non enim piger est Deus, vt nobis benefaciat, sed diligens, & valde sollicitus, vnde dicit Zachęo: Festinans de-

Apoc. 19.

Psalm. 18

Act. 10.

Ezech. 39

Luc. 19.

descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Mea interest, quod tibi vtile iudico. Nolunt venire primi, sed alios vocat, quia Dei misericordia hominum peccatis nō vincitur, lib. 4. cap. 7. num. 20. Veniant mendici ad nuptias, vt illius inopia, qui propter ipsos egenus factus est, ditescant. Veniant debiles, quia non est opus valentibus medico. *Psalm.* Veniant claudi, qui ei dicant: Dirige gressus meos in semitis tuis. Veniant cæci, & dicant: *Psal.* Illumina oculos meos, ne vmquam obdormiam in morte.

10 *Exi in uias, & sæpes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea, &c. In uias & sæpes* iubet exire, vt nullus desperet, quantumuis sceleratus sit, dummodo is vocanti velit obtemperare. Peccatores grandes Deus mutat in Sanctos solita bonitate, lib. 4. cap. 23. num. 12. vsque ad 13. lib. 7. cap. 8. num. 14. libr. 14. cap. 8. num. 23. cap. 18. num. 4. vsque ad 6. 18. 19. & 23. Peccator etsi flagitiosissimus sit, non desperet, lib. 4. cap. 7. num. 5. 6. 16. 17. 20. 24. vsque ad 26. lib. 14. cap. 18. num. 4. vsque ad 6. 9. vsque ad 11. 16. 18. vsque ad 25. lib. 16. ca. 11. nu. 11. 18. & 20. *Compelle intrare.* Hoc duobus modis contingit, primo ostendendo voluntati nostrę tantum bonum, vt ipsa vix possit non illud appetere. Secundo, remouendo & abscondendo omne malum, & cum obiectum voluntatis sit bonum, tam ingens bonū illi propositum ipsam rapit, vt currat in odorem unguentorum sponsi sicut Saulo accidit. *Act. 9.* In quibus etiam uerbis mira ostenditur Apostolorum uirtus, qui uno sermone innumeram multitudinem quodammodo cogebant ad fidem. Apostoli mirabiles in conuersione mundi extiterunt, lib. 1. cap. 23. num. 12. usque ad 17. 20. 21. 23. usque ad 27. 31. & 32. lib. 6. ca. 4. num. 5. usque ad 16.

11 *Dico uobis quod nemo uirorum illorum, qui uocati sunt, gustabit cænam meam.* Mirum est cū ipsi se excusauerint, id sibi Deum pro pœna inflgere, scilicet, quod ipsi nolunt. Ipsi ire noluerunt, & Deus minatur quod cænā non gustabunt? Is est peculiaris modus, quo Deus reprobos punit, scilicet sua uoluntate. Ita quod praua ipsorum voluntas ipsis pœna sit. Et est grauissimum hoc pranorum hominum supplicium, vt id velint, & impleant, quod volunt, sicut Dauid imprecans impijs ingens malum aiebat: Fiant contra Dominum semper. Ac si dicat: Impleat Deus in ipsis quod volunt, hæc enim summa illorum miseria est. Quia exacerbauit Dominum peccator secundum multitudinem iræ suę non quæret. Sicut enim ingens Dei beneficiū est, cum peccatoris viæ ad peccandum occluduntur, & occasiones auferuntur peccandi, libr. 4. ca. 6. num. 7. & 8. cap. 10. nu. 1. vsque ad 3. 6. 8. & 9. ita summum eius in hac supplicium est, vt ea consequatur, quæ desiderat, & qui vult ire post amatores suos, illos inueniat continuo.

Psal.

Psal.

DOMINICA TERTIA post Pentecosten.

Secundum morem Romanum.

Euangelium.

Erant appropinquantes ad Iesum publicani, & peccatores. Luc. 15.

Quod in ordine fratrum Prædicatorum legitur Dominica secunda post octauas Trinitatis.

Vide libr. 18. capit. 5. numer. 25.

IN toto hoc Euangelio, 1 antequam ad singularem illius expositionē deueniamus, illud diligenter considerandū est, nihil & vtilius, & necessarius contingere vsquam hominibus potuisse, aut vero felicius, quam quod peccatoribus libera concederetur facultas appropinquandi ad Iesum, quod ipse sceleratos homines inuiseret, ipsos reciperet, cum illisq. manducaret, & quod Domino opprobrio dabatur, ob quod & taxabatur, & irridebatur, hoc in maximam hominis cedebat felicitatem, vtpote cum hoc solum relictum esset medium, quo ipsorum perditis conscientijs prouideretur, quo & publica detestarentur mala, & ad sanam redirent mentem, diuinamq. perpenderent & benignitatem, & bonitatem. Vnde etiam Pharisæorum & cæcitas, & impietas aperitur, qui rem detestabātur, a qua omnium pendebat salus. In recipiendis peccatoribus tam fuit Iesus sollicitus, vt semper eorum inuigilaret saluti, sed tamen in Euangelio hodierno, in quo eos recipit, cum eis conuiuatur, temporis circumstantia solerter consideranda est, in qua tam se exhibuit publicanorum amicum & benefactorem. Quoniam cum in capite anteriori illa protulisset verba. Si quis venit ad me, & *Luc. 14.* non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam & sequitur me, non potest meus esse discipulus. Qui non renuntiat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Vitam Euāgelicam, & Christianam vocauerat ædificium turris, quæ indiget multis sumptibus grādiq. diligentia & labore, congressum cum multis, & potentibus militibus. Et quia hæc omnia, odire patrem, filios, vxorem, & vitam, renuntiare omnibus facultatibus, cum id saluti esset expediens, præ se ingentem ferebant difficultatem, ne his territi in virtute rerardarentur, vocat ad se peccatores, & publica-

Dominicæ 3. post Pentecosten.

nos

nos trahit, quia illa, quæ præmiserat, consulebat his, qui culmen vellent ascendere perfectionis, & ne quis crederet illis solis Hierusalem cœlestem aperiendam esse, publicanos vocat, quibus etiam patet salus, licet ad illa perfectionis consilia non pertingant, vt se & sua relinquant, etiam quando diuinæ non fuerint contraria voluntati, sed tantum propriã deserant voluntatẽ, quando hæc diuinæ non concordauerit, diuitias, quando eas possidere non valuerint absque animæ cõdemnatione, quia vel alienæ sunt, vel ex necessitate salutis pauperibus erogandæ, feminam, quãdo diuinum de ea deserenda habuerit præceptum, honoremq. contemnat, quando Deus id iusserit. Et quia nemo repente fit summus, Iesus publicanos recipiebat, & peccatores, contentus quod sceleratam, cui inhiabant, vitam detestarentur, licet ad Euangelicam perfectionem non aspirarent, quam Apostoli sequebantur Domini, sic intelligit Hieronymus in epistola ad Principiam expositione Psalmi 44. locum Cant. Sexaginta sunt Reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus, vna est columba mea perfecta mea, &c. inquit. Quæ supergressæ sunt sex dies mundi, & futura suspirãt regna. Reginæ sunt, quæ autem nondum venit ad nuptias, concubina dicitur, diuersa autem multitudo credentium, quæ necdum potest sponsi copulari amplexibus, nec de eo liberos parere, adolescentula dicitur. Ideo enim dixit Ezechiel: Eleuauit me spiritus inter cælum, & terram, spiritus non statim eum ad cælum leuat, sed inter terram, & cælum, vt terrena interim derelinquens festinet ad cælum. Sic enim in Euangelio Iesus in docendis hominibus se gessit, sicut Salomon (qui in typo eũ præcesserit) de quo animaduertit Hieronymus in librum Ecclesiastes, quod primũ librum ediderit Prouerbiorum, vbi adolescẽtem instruit, & puerum, qui primis indiget rudimentis, & lacte pascitur, cum primum virtutis arripiens iter nouam inchoat vitam. In libro Ecclesiastes virum perfectæ ætatis instruit, & maturæ, ne quidquam in mundi rebus putet esse perpetuũ, sed caduca, & breuia vniuersa, quæ cernimus, vnde ea contemnat, licet non deserat. In libro autem Canticorum iam consummatum virum, & calcato sæculo præparatum sponsi iungit amplexibus. Primum relinquenda sunt vitia, pompis sæculi renuntiandum est, & tandem anima iam perfecta clamat: Osculetur me osculo oris sui. Iesus ergo trahit ad se peccatores doctrinam docens communem, qua salutem consequantur multa cum facilitate. His autem, qui istis non contenti maiorẽ desiderant perfectionem, turrim ædificat, exercitum parat, cuncta docet contemnere, vitam, filios, &c. Mandata Dei prius implenda sunt, deinde cõsilia lib. 3. cap. 5. numer. 22. lib. 11. ca. 1. num. 3. vsque ad 7. Mandata Dei funes sunt, quibus Hieremias abstrahitur a luto, lib. 5. cap. 13. num. 26. & 27. De re hac quod mandata Dei implenda primum sint, deinde inspirationes, ac consilia, quæ Dominus nostro reliquit arbitrio, late disseritur in toto capite 1. lib. 11. & lib. 18. cap. 10. num. 13. 14. & 26. Mandata Dei qui implet, etiamsi id non faciat omni animi sinceritate, & desiderio, non punitur a Deo, lib. 11. cap. 2. num. 8. Virtutis alius est gradus incipientium, alius proficientium, & alius perfectorum lib. 3. cap. 11. num. 44. lib. 4. cap. 20. numer. primo, lib. 5. cap. 8. nu. tertio, lib. 18. cap. 9. numer. 9. & decimo. In virtute alij sunt perfecti, & alij imperfecti, lib. 5. cap. octauo, nume. 1. vsque ad 3. 11. & 12. libr. 18. cap. 9. num. 6. cap. 13. num. 4. Virtus relictis prius vitijs paulatim ab imperfecto ad perfectum inuestiganda est, lib. 9. cap. 22. num. 9. 16. 23. 27. & 28. In virtute varij gradus similes sunt hominum ætati, lib. 9. cap. 22. numer. 18. lib. 18. cap. 10. num. 28. cap. 12. numer. 2. vsque ad 4. 23. & 24. cap. 13. numer. 4. Quod in virtute varij sint gradus, & quod non illæ in omnibus hominibus æquales esse valeant, docetur in toto capite 9. lib. 18. maxime num. 2. & 3. 6. 7. 8. 9. Præterea peccatores maximos, & publicanos ad se trahẽs Iesus non solum propriam ostendebat omnipotentiam, & bonitatem, propriumq. commendabat honorem, sicut docet Chrysostomus, qui talis erat, vt latrones vno verbo mutaret in sanctos, sicut maior est honor medici, qui lateris dolorem, aut ardentem febrem quotidianam facile curat, quam si leui mederetur tertianæ: ingens medicus in publicanis, & peccatoribus, de quorum remedio vix spes vlla videretur relicta, sed insuper in horum ægrotorũ curatione voluit Iesus ægrotantes animare, ne vllus desperet, aut salutem diffidat. Sic aiebat Augustinus sermone de verbis Apostoli Pauli, accidisse in Pauli conuersione, qui dum antea etiam consideraret vitam, aiebat: Humanus sermo (vel fidelis, vt nostra habet lectio) sermo humanitate, & fidelitate plenus Christus Iesus uenit in hunc mundũ peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Sed misericordiam consecutus sum, vt in me primo ostenderet omnẽ longanimitatem, ad informationem eorum, qui crediturí sunt ei in vitam æternam. Accidit Christo Domino, quod peritissimo medico, qui nouam ingrediens ciuitatem, in qua eius peritia cognita non est, ægrotos quærit, qui maioribus, grauioribusque detinentur morbis, vt illis (præter spem) ad pristinam sanitatem restitutis cæteri fidant medico, eius se committant scientiæ, certi quod salutem consequentur, si illius uoluerint obtemperare uoluntati. Et qui maiora euaserunt pericula, cæteris suadeant curationis facilitatem, cum illi grauiori pressi morbo sint curati. Hæc erat Pauli mens, ait Aug. cum aiebat. Misericordiam consecutus sum, ut in me ostenderet omnem longanimitatem, qua considerata, cæteri sperent, ideo publicanos recipiebat. Itaque sicut

Hier. epist. ad princ. Cant.

Hier. in Eccl.

Chrysost. ho. 2. de cruc.

Aug. ser. 9. de verbis Apost.

sicut Deus quondam cum familiaribus ipsius amicis peccantibus ipsis non ignoscebat, sed delinquentes acriter puniebat, ne qui dissimulantẽ Deum cernerent, de eius misericordia plus iusto præsumerent. Sicut de Moyse docet Gregorius, qui post miranda virtutum opera, post insolitos fauores, quibus Dei benignitate potitus fuerat, quia non sanctificauit Dominum coram filijs Israel in percussione petræ, vita priuatus est, antequam terram ingrederetur promissionis, vt cunctus populus Dei timeret indignationẽ, ita modo peccatores & publicanos inuitat, eis fit familiaris, & amicus, ne ullus desperet, quantumuis malis abundet, si ad Domini voluerit confugere misericordiam, qui gallinæ similis cõgregare vult pullos sub alas, & in similitudinẽ aquilæ eos portare in humeris, ne miluus eos rapiat de manu sua. Si de Deo mirã hanc bonitatem non cognouissemus, quam primus parens non fuerat in alijs peccantibus expertus, vtique sicut ille ad folia confugeremus diuinam eius horrentes præsentiam. Vel latibula rupium inquirentes trepidantes vultum Dei in nos iratum prospicere confiteremur cum Cain: Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear, vel laqueo suspensi interirent homines, nisi didicissent quod reciperet peccatores, & manducaret cum illis. Immo quod ouiculam errantem considerans quæsiuit illam, nec expectauit, vt aduẽtaret peccator in similitudinem filij prodigi clamans, & eiulans: Pater pecaui in cælum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus, sed ipse saliens in montibus & transiliẽs colles ouem quæsiuit, quam super humeros imposuit, ne errabunda ouis aut lassaretur, lassatus est ille, ne properans inter spinas sanguinem funderet, quasi pluris faceret indipondere peccatorum meorum grauatum clamat: Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum (proprias vocans iniquitates eas, quæ hominum erant, vt eius hinc innotesceret amor, lib. quarto, cap. 7. num. 22.) Et sicut onus graue grauatæ sunt super me. Amorem Dei ad se consideret homo, ne desperet, qualem autem dilexerit ne superbiat, dum ardenter hominum salutem sitit, quando illi actu peccant, lib. 4. cap. 23. numer. 9. & 10. Amor Dei magnus, quando rogat nos Iesus, nec aspernatus desistit, lib. 1. cap. 6. num. 31. & 32. cap. 5. num. 4. lib. 4. cap. 10. num. 4. 5. 7. 10. & 12. Deus etiam non quæsitus nos quærunt? lib. 4. cap. 16. nume. 13. Deus imbecilles trahit ad se super humeros, lib. 4. cap. 24. numer. 9. & 19. Dei iustitiam solam considerare non expedit, lib. 4. cap. 11. num. 1. & 32. Deus vt misericordiam suam ostẽdat, per se ipsum consolatur tristes, lib. quarto, cap. nono, num. 4 cap. 14. num. 2. In Deo misericordia, & iudicium considerandæ sunt simul, lib. 2. cap. 11. num. 11. 12. 18. 32. vsque ad 34. lib. 4. cap. 8. numer. 2. 3. 5. vsque ad 10. & 12. cap. 9. num. 13. 14. & 18. Deus promptior est ad indulgenda peccata, quam homo ad accipiendam indulgentiam, lib. 4. cap. 7. num. 19. cap. 8. num. 11. Lib 4. cap. 11. docetur, quod Dei opera sunt misericordia, & iudicium, quæ simul sunt consideranda. Ad miserendum Deus semper est pronus, lib. 9. cap. 23. numer. 9. vsque ad 11. Misericors Deus amandus est, & potens timendus, lib. 4. cap. 11. numer. 22. 30. vsque ad 36. Misericordia & iustitia duo pedes Dei sunt, quorum vnum sine altero osculari non expedit, lib. quarto, cap. 11. numer. 34. vsque ad 36. Misericordia Dei in infinitum superat criminum magnitudinem, lib. 14. cap. 23. nu. 6. & 7. Peccatorum remissionem prædicat nunc Deus, non parciturus postea contemnenti, lib. 14. cap. 23. num. 23. 27. & 28. Peccato immersum desperare, & stantem confidere perditio animarum est, lib. 14. capit. 18. num. 12. vsque ad 15. 19. 20. 22. 24. & 25. Peccata Dauid sancti permisit Deus, vt nullus de se confidat, aut desperet, lib. 14. cap. 10. nu. 6. Peccata a sanctis viris commissa punit Deus, vt cæteri timeant, lib. 4. cap. 18. num. 23. & 24. Item etiam veritas huius sententiæ, quam insultantes dixerunt Pharisæi de Domino, summa fuit hominum felicitas, ingens beneficiũ, quo cessante perirent cuncti. Misericordiæ enim si tempus modo non esset, nullus in iudicio coronaretur, lib. 4. cap. 11. num. 26. vsque ad 28. Si Deus noster peccatores non reciperet, si eos non inuitaret, si ipsorum domos etiam non rogatus non ingrederetur, quid quæso sperare possent illi, de quibus scriptũ est, quod omnis caro corrupit viam suam? Quæ esset relicta spes mundo, in quo a planta pedis vsque ad verticem non inueniebatur sanitas, sed omne caput languidum, omne cor mærens cum existeret, inferioribus membris vix spes salutis cõcederetur? Bibunt homines iniquitatem, sicut aquam, ea delectatione, ea facilitate, ea animi propensione, qua sitiens, & febri ardens calicem potat aquæ frigidæ. Vnde cum omnes ægrotarent, nisi cælestis medicus eos & inuiseret, & curaret, interirent vniuersi cum in libero arbitrio diuino deficiente auxilio, & gratia, & præueniente & comitante vis non esset redeundi ad Deum. Summa ergo fuit ipsius misericordia, ingens beneuolentia, quod hominibus longe a se positis clamaret: Si quis sitit veniat ad me & bibat. Venite ad me omnes, qui peccatis onerati estis, & ego reficiam vos: Omni quidem tempore illud de Deo sentiendũ fuit, quod peccatores & reciperet, & quæreret nec vsquam peccauit homo, quin illum & quæreret Deus, & ad veniam inuitaret. Hæc illius fuit summa bonitas, quæ primis innotuit parentibus, cum primum peccauerunt, Deus in humana figura, vt aiunt Sancti, deambulans in paradiso eos contemptus quæsiuit. Cum dixit Adam: Vbi es? eum ad ueniam inuitauit.

Greg. epist. 1. lib. 9.

Esai. 1.

Ioan. 7.

Genes. 4. uit. Ad eandem trahere voluit Cain, cum eius concidisset vultus tanto malo, quale erat inuidentia fraternæ gratiæ, quem vocauit & alloquutus est, cum occiso fratre rursum dixit: Vbi est Abel frater tuus? id interrogãs, quod sciebat ad agnitionem tanti sceleris eum trahere volebat, vt resipisceret, & veniam postularet. Et quod de his, & alijs narrat scriptura, de omnibus intelligendum est, etiamsi barbari, & feri homines essent illi, grauibusq. delictis inuoluti. Non solum Angelis custodibus curam hanc cõmisit, sed ipse illam suscepit medijs inspirationibus, aliorum hominũ exhortationibus, immo & flagella ipsa ad hoc infligit, vt resipiscant homines, & mala, in quibus sunt, deserant; sicut adnotauit Hieronymus lib. quæst. in Genes. ex verbis illis psalmi: Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, verumtamen misericordiam meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea, id enim nocere non est, sed benefacere. Et apud Oseam postquam Dominus illa protulisset verba mirum eius amorem redolentia: Ego quasi nutritus Ephrain portabam eos in brachijs meis, & nescierunt quod curarem eos, ego in brachijs portabam eos, vt Hispani dicimus, *yo los traia en palmas* ne læderentur, & in tantum dilexi eos, vt morbidam quem humeris meis ipse portarem, subdit: Et ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum, & declinaui ad eum, vt vesceretur mecum. Ad id carnem assumpsi: Vbi nos legimus: *Ego nutritius Ephrain*, septuaginta interpretes verterunt: Ego colligaui Ephrain, id est, ego clementissimus Dominus compedes illius pedibus imponebã, ne a me longius fugeret. Ego quasi exaltans iugum, &c. legunt septuaginta: Paululum maxillas eorum alapis verberabam, non puniens, sed emendans, propterea enim ait: Et ero eis quasi dans alapas. Iudex lacerat carnes, funibus torquet, flagellis atque ignibus cruciat, qui autem pater est, lasciuientem filium palma percutit, addit autem nomen illud, quasi, quia quæ minatur potius sunt beneficia, quam flagella, ideoq. ait: Et declinaui ad eum, vt vesceretur. Cumque præmisisset minans: Sicut Adama ponam te, vt Seboin (quæ sunt duæ ciuitates quæ cũ Sodoma combustæ sunt) subdit: Conuersum est in me cor meum, pariter conturbata est pœnitudo mea, non faciam furorem iræ meæ, nõ conuertar vt disperdam Ephrain, quoniam Deus ego & non homo. Vbi austeritatem iudicis pietate mitigat patris. Non sum hominis similis, qui ad hoc punit, vt perdat, sed Deus, qui quamdiu viuit homo, punit, vt emẽdet. Hactenus Hieronymus. Vnde summa Phariſæorum hæc fuit stultitia, quod cum illi tantis abundarent peccatis, vtpote qui camelum deglutiebant, sepulcra erant dealbata quidem oculis hominum, sed reuera fœtentia, & ossibus mortuorum plena, qui agere summas gratias Deo debuissent, quod misisset Deus pater, filium suum in mundum, vt peccata condonaret, id uitio dabant, quod summa erat Dei pietas. Nec mirum, quoniam qui lynceos habebãt oculos ad alienas culpas, etiã minimas & contuendas, & condẽnandas, trabem ingentem oculis insitam habebant, ne ingentia flagitia, quæ in ipsis erant, animaduerterent. Ad tantum enim iam deuenerant malum, vt dæmoni similes effecti accusatores essent fratrum, quod nomen diaboli propriũ dixerat Iob, & quod nomen conueniebat eminenter capiti, illud etiam participabant hi, qui tam præcipua illius erant membra, cum tamen a peccatis tantis resurgere absq. *Dei* gratia non valerent, lib. 14. cap. 6. num. 43. & 44. cap. 7. num. 20. cap. 8. num. 27. Peccatis & malis mundus plenus, lib. 4. cap. 33. nume. 21. vsque ad 4. cap. 34. nume. 1. Peccatis alienis vilis gaudent mali, lib. 7. cap. 2. num. 10. Peccata sua ignorant mali, lib. 14. cap. 20. numer. 3. cap. 22. nume. 37. Peccatores flagellat Deus, vt in æternum parcat, lib. 4. cap. 5. numer. 5. vsque ad 11. 14. 15. 23. & 28. Peccatores vocat Deus ad pœnitentiam, libr. quarto, capit. quarto, num. 6. vsque ad 8. lib. 14. ca. 18. nu. 16. Peccatores Deus consolatur, ne desperẽt, sed resipiscant, lib. 4. ca. sexto, nume. 6. 13. & 14. cap. 7. num. 3. & 4. lib. 14. cap. 17. numer. 6. vsque ad 8. Quia enim peccator Dei vultum formidat videre, lib. quarto, cap. 20. numer. 18. ideo publicanis, & peccatoribus ipse appropinquat. Vnde peccator stulte *Deum* vult fugere, lib. 14. cap. 6. nume. 6. Peccatores desperati non tantum medicos non adeunt, nec vocant, sed nec ad se venientes recipiunt, lib. 14. cap. 8. numer. 8. His non displiceret Christus, si se peccatores crederent, nec ipsi detraherent, quod cum peccatoribus manducaret, sed similem desiderarent gratiam, qui similem agnoscerent miseriam, sed quia se mentiebantur iustos, & cum Sanctis se ingerebant raptores effecti lib. 18. cap. 15. num. 3. ideo damnant, quod laudare debuissent, tamquam omnibus necessarium. Sed iam ad expositionem textus Euangelici veniamus, vbi, quę diximus, amplius enarrabuntur, & explicatius.

Iob. 1.

Erant appropinquantes ad Iesum publicani, & peccatores, vt audirent illum. Tantam Dominus 6
præ se tulit erga omnes benignitatem, vt nemo quantumuis multis, & grauibus obnoxius peccatis, quantumuis alijs abominandus ob suam impuritatem vereretur accedere ad illum, licet sanctissimum, & ab omni vitio alienissimum. Quoniam qui pro esu pomi tãtas intulit calamitates, &c. qui cunctum de- Genes. 6.
leuit orbem tactus cordis dolore ob hominũ crimina, iam cum peccatoribus manducat ille, de quo canit Ecclesia: Iesu nostra redemptio, amor & desiderium, Deus creator omnium, homo in fine temporum. Quæ te vicit clementia, vt ferres nostra crimina, crudelem mortem patiens, vt nos a morte tolleres? Is gloriosus Domini Iesu titulus est, vt pecca-

peccatores respiciat, & quæ Romanorum ingens erat laus, quam ipsis propriam illi aiebant: Parcere subiectis, & debellare superbos, hoc Christi nostri encomium est, cum Phariſæis & contemptis, & debellatis publicanis
Ioh. 19 parcit, dum eos ad se iubet appropinquare. Iob conquerebatur halitum suum etiam vxorem suam exhorruisse, quod cum vermibus ille scateret, etiam vxor, quæ virum tantopere diligere debuisset, ad eum accedere recusaret halitum fœtentem ferre non valens.
Iam. 9. Et Martha sciscitanti Domino vbi corpus fratris sepultum esset, respondit: Iam fœtet quatriduanus mortuus, nec eum valebimus fœtentem ferre, & tamen cum iniquitatũ pestilentissimus sit fœtor, sicut Regius Vates aiebat:
Psal. 37. Putruerũt & corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ, Iesus cum peccatoribus manducat, nec eorum exhorret conuersationem, licet maiorem spirent diuinis naribus fœtorem, quam spiraret Antiochus, qui se ipsum ipse adhuc ferre non poterat. Ex quibus inæstimabiles Dei diuitias, & bonitatem cognoscere poteris, quod cum peccatores omnibus sint exosi, eos saluator vt vere medicus minime fastidit. Factus sum mihi metipsi grauis, aiebat Iob in sterquilinio iacens, & dicens: Vsquequo non parcis mihi, nec dimittis me, vt glutiam saliuam meã? Peccaui. Quid faciam tibi o custos hominũ? Quare posuisti me contrarium tibi? Dum qui me comedunt vermes, non dormiunt, mihi metipsi intolerabilis sum, ferre me non possum. At Deus qui nimio agitur hominũ amore, sceleratos homines, qui his sunt multo fœtentiores, non horret, non recusat eorum sanioſa vulnera contrectare, nec cum eis edere, qui morbo gallico laborantibus sunt peiores, & putentiores, sicut enim vulgo dicitur, *a la hambre no ay pan malo*, & Iesus noster famem vix credibilem patiebatur conuersionis peccatorum, vnde ad omnes properabat, omnes glutire gestiebat, qui postmodum dixit
Act. 10. Petro in Actibus dum linteum ostendisset immundis & venenatis animalibus plenum: Occide, & manduca, nec exhorreas venena ibi latentia, virtute enim diuini caloris, & amoris digerenda hæc sunt, ne noceant, sed in te conuertãtur, vt de lateribus Aquilonis fiant ciuitas Regis magni. Appropinquabant iam ad Deum peccatores, cum tamen olim vniuersa Iudæorum plebs descendente *Deo*, vel certe Angelo, vt Moysi loqueretur in monte,
Exod. 19. audisset ne ascenderet in montem, nec tangerent fines illius: Omnis qui tetigerit montem, morte morietur. Cumq. descendisset Dominus, dixit secundo Moysi: Descende, & contestare populum, ne forte velint transcendere terminos ad videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo. Id referre præcipiebat Deus populo Moysi, cui iam dixerat: Sanctifica illos hodie & cras, descenditq. Moyses, & sanctificauit eum. Cumq. audissent: Estote parati in diem tertium, nec appropinquetis vxoribus vestris. Talia iusserat Dominus plebi olim, sed homo factus omnes appropinquãt quotquot volunt, etiam illi, qui peccatis detinentur publicis, quos alloqui indignum videbatur. Sicut enim ad Dauid cõueniebant omnes olim, qui erant in angustia 1. Reg. 22
constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo, & factus est eorum princeps, qui eos consolaretur, & adiuuaret licet, qui pauper tunc erat, ab imminentibus malis liberare eos non posset, quin potius ipse contra impium Saul iuuaretur ab illis. Noster Dauid 1. Cor. 9.
ditissimus, & omnipotens, omnibus omnia factus erat, vt omnes ad se traheret & faceret saluos, illorum debita soluens, ab omni eos angustia penitus erueret, nec illorum exhorruit fœda scelera. Peccatores sepultis sunt peiores, lib. 14. cap. 6. num. 7. & 8. cap. 7. nume. 25. cap. 8. num. 23. & 28. cap. 13. numer. 1. & 9. cap. 17. num. 23. Peccator verecunde peccãs sepulcrum est opertum, patens autem qui inuerecundus est, lib. 10. cap. octauo, nu. 1. & 2. Et cum illi omnes creaturæ ipsi factæ sunt inimicæ, quæ illi famulabantur, lib. quarto, cap. 29. num. 1. vsque ad 5. solus Dominus ab illis contingi se finit, & inuitari, ac si fidus esset amicus. Et licet peccator lectulus sit fœtidus sponsi, ad quem impudenter vocat Deum, lib. 14. ca. 17. num. 30. ipse venire non renuit, nec ad lectum, nec ad mensam, vt illum ad se pertrahat & conuertat.

Et murmurabant Phariſæi & Scribæ dicẽtes: Quia 7
hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Sicut praua opera peccandi occasionem præbere consueuerunt, si quando vero ex illis boni alicuius sumitur occasio, non ipsis, sed accipientis sinceritati tribuendum est, ita similiter studiosa opera boni occasionem præbere solent. Si quando vero ex eis mali ansa sumatur, non ipsis, sed sumentis prauitati ascribendum est. Sic Dauid cum ipsum audiret Se- 2. Reg. 16
mei maledicentẽ Regem, & dicentem: Egredere vir sanguinum, vir Belial, certe commouenda eius essent viscera, vt eum vel occidi fineret, vel odiret, sed quia sanctus erat, inde grandis meriti sumpsit occasionem, sicut ex acri persecutione Saulis & humilior fiebat, & Deo gratior. Sic & Ioseph, cum venditio- Genes.
nem fratrum ad memoriam reduceret, & quę ab ipsis perpessus fuerat mala, ipsis non indignatus Dei consilio id actum prædicebat in illorum salutem, diligẽtibus enim *Deum* omnia cooperantur in bonum his, qui secundum propositum vocati sunt sancti. At Saul ex Rom.
præclare gestis Dauid, vnde tot ille reportabat commoda etiam temporalia, occiso gigante, vnde ædificari debuisset grauium criminum culpa sua occasionem accepit. Quod ex recte factis oriantur bona, & ex male ge- 1. Reg. 17
stis mala, illud est per se, malitia autem alterius, vel bonitate & mala pariunt bona, & bona generant mala. Sic Phariſei reprehensione sunt digni, quod cum peccatis alienis compati debuissent, non insultare, ipsi Domini,

mini benignitatem dum magnificere,& laudare debuissent, murmurabant. libr. nono, cap. decimo sexto, numer. tertio. Murmurabant, quia ingrediebatur domum Zachæi ait Augustinus eo titulo, quo culpare possent medicum ingredientem domum ægroti. Magnus sane de cælo venit medicus, quia magnus in terra iacebat ægrotus, quem non hominum traxerant merita, sed peccata, qui venerat, vt saluum faceret populum suum a peccatis eorum. Tanta doctrinæ Domini fuit efficacia, & dulcedo, vt eos, qui iam vitijs, & rebus huius sæculi penitus erant addicti, ad se traheret discendi causa, vnde grandem eius virtutem admirari debuissent, id videntes Pharisæi, qui nusquam aberant a Domino semper quærentes quod carperent, cum congratulari merito debuissent peccatoribus resipiscere cupientibus, & laudare Christi benignitatem, quod neminem fastidiret, aut a se pelleret; murmurabant id in eo reprehendentes, quod summe fuerat prædicandum, idq. ex suo ingenio, sanctitate alicuius indignum reputantes, quod certissimũ veræ sanctimoniæ signum est. Aiunt, hic non cogitat quod se intermiscens & conuersationibus pessimorum hominum, & conuiuijs quod malorum contubernio contaminentur boni. In Exo. imperfectis dicitur: Non iunies fœdus cum eis, ne forte peccare te faciant in me, &c. quia Iudæis, vtpote in Aegypto educatis, idolatriæ deditis interdicitur gentium commercium, ne ad colenda idola adducerentur. Et ita dicunt Sancti quod Aegyptij, qui miraculis visis ad Deum conuersi, qui cũ Iudæis iter arripuerunt deserti, eis persuaserunt, vt vitulum conflatilem facerent, & adorarent. In idolatria enim educati parua sumpta occasione in mores pristinos retidebant, &c. Non considerantes quod Deus qui essentialiter bonus erat, damnum ex conuersatione peccatorum recipere non magis valebat, quam radij solares lutum illustrantes. Sicut enim medicus, qui domum ingreditur ægroti, ipsum curans damnum non recipit, nec index ex eo, quod rei ad ipsum accedant. Iusti gaudent de aliorum profectu lib. 7. cap. 4. numer. 3. cap. 8. num. 13. Lugentq. aliena mala lib. 4. cap. 14. num. 3. Iusti infirmitates, & peccata infirmorum debent sustinere; lib. 9. cap. 16. num. 1. & 6. & in lib. 9. cap. 19. per totum docetur, quod iusti inter impios non corrumpuntur, si sint perfecti, quoniam potius ad Deũ trahunt illos. Iusti enim non communicant peccatis, licet communicent peccatoribus, lib. 9. cap. 19. num. 10. lib. 11. cap. 5. num. 14. Et quidem si homines alijs detraherent etiam benefacientibus, vnde ipsi reportant incommoda, non mirarer. Index enim infestus est homini, etiam dum per iustam sententiam priuat eum facultatibus suis, aut honoribus, &c. Prælato detrahit subditus minus religiosus, quia illum ad monasticam obseruantiam compellit, & Regi homicida, &c. Quia licet amabile sit bonum, ac laudabile, sed cum vnicuique proprium sit appetibilius, cum alienum cernit propriæ vtilitati contrarium, murmurat. Sic Datan, & sui aduersum Moysen & Aaron, qui summo Sacerdotio fungentes honorabantur inferrexerunt, quia hæc in damnum proprium cedere sunt arbitrati. Esau persequebatur Iacob, eo quod & benedictionem surripuisset, & primogenituram. At quod quis alienæ detrahat virtuti, a qua nullum reportat damnum, officium vsurpat diaboli, qui opera bona Iob incusabat apud Deum, qui accusator erat fratrum, mirandum potius, quod qui amator fratrũ esse debuisset, illa damnaret, sicut ami ci illius fecerunt & propria vxor. Super hæc omnia Pharisaica insania sacrilega hæc fuit, vt illa obmurmurarent, & damnarent, incusarentq. in Christo, a quibus tot reportabant ipsi, qui peccatores erant, commoda, quod scilicet ille peccatores benigne reciperet. Hæc inuidia operari potest tam contraria & rationi, & illi ipsi, qui inuidus est. Sicut enim quondam fratres Ioseph, cum illum audissent somnium referentem, in quo regiam dignitatem sibi obtingendam retulisset, cum sane gaudere debuissent, quod ab eo diuitijs, & potentia illustrato multas possent accipere diuitias, multos honores, tamen non poterant ei quidquam pacifice loqui, sed oderant & persequebantur; immo & Saul Dauidem, a quo psallente recreabatur, vt moderatius a dæmone impeteretur, regnum tuebatur contra potentissimos hostes, & tamen inuidia agitatus cuncta hæc floccipẽdebat, eumq. miris modis e medio tollere satagebat, ita & Pharisæi, &c. Inuidia inter passiones pernicioson, quæ soli nocet auctori, libr. nono, cap. quinto, numer. primo, vsque ad 4. 7. vsque ad 12. 13. vsque ad 15. 17. 18. 20. 26. vsque ad 30. Inuidia vincit feritate omnia bruta, ibid. numer. 3. 5. 7. 11. & 20. Inuidia vitium est proprium diaboli, numer. 5. 9. 12. 14. 16. vsque ad decimum octauum. Inuidere alienis bonis infania est aperta, numer. decimo octauo, & vigesimo. *Murmurabant Pharisæi.* Aduerte quam sint homines in magnis constituti honoribus linguis maledicorum subiecti. Aiebat Hieronymus prologo 2. in Iob: Si fisselam iunco texerem, aut palmarum folia complicarem, nullus inuideret mihi, aut detraheret, sed qui munera ardua exercent multorum detractionibus sunt obnoxij; sic cum Iesus ingẽs a patre accepisset officium ipsius proprium, quo virtute propria condonaret peccata, quo modo effingere posset murmuratorum linguas? Res mira, omnia ora Prophetarum clamabant, quod Iesus in mundum venturus esset ad ignoscenda peccata, *Hierem. 31. Michææ 7. Zachariæ 13. Esai. 43. & 53. &c.* Et tamen insani Scribæ inde colligunt illum non esse Messiam, vt inde colligas mundanorum & murmurationes, & iudicia quam sint stulta, & parui pendenda.

Ang. serm. 8. de verbis Apostoli.

Exod. 23.

Cum

Cum in peccatore tria sint animaduertenda, natura hominis, quæ bona est, peccatum, & pœnitentia. Naturæ compatiẽdum esset propter graue malum, quod peccando incurrit, peccatum, quod summum malum est, odiendum, & de pœnitentia gaudendum; isti nec naturam considerabant, cui comparerentur, nec pœnitentiam, propter quam gaudium est in cælo super vno peccatore, & maius propter multos, qui detestantes peccata accedebant ad Iesum. Et turpiter fallebantur hi iudicantes peccatores ex his, quæ in ipsis videbãt mala, cum facillimum sit in oculis Domini subito honestare pauperem, vt qui ante horam in stercore iacebat, iam sedeat cũ principibus, & solium gloriæ teneat. Mundanorum ergo iudicia, cum sint corrupta, contemnẽda sunt lib. 11. cap. 14. nu. 4. vsque ad 6. 8. 10. 12. & 14. Murmuratibus frustra irascitur, qui dat murmurandi materiam, lib. 11. capit. 15. numer. 8. Si tamen non detur occasio, murmuratio exẽplo Domini ferenda est, ibidem num. 9. vsque ad 13. 18. & 19. cap. 17. nume. 7. In murmurationibus testimonio conscientiæ consolentur iusti, lib. 11. cap. 15. numer. 23. & 26. lib. 12. cap. 1. num. 6. Murmuratio graue peccatum est, licet aliqui leue illud putent, lib. 11. capit. 17. numer. 8. vsque ad 10. & 12. Murmurationes, & reprobationes malorum vitam iustorum claresc̃ere faciunt, lib. 17. cap. 2. num. primo. Murmuratores, qui numquam cessant ab hoc malo, deuorant plebem Dei, vt cibum panis, lib. 11. cap. 16. numer. vndecimo. Sed quia taliter viri sancti murmurationes ferre debent, vt innocentiam ostendant suam, sicut late docetur, lib. vndecimo, cap. decimo quinto, per totum maxime num. 2. vsque ad 7. 12. 24. & 25. propterea Iesus duplici parabola murmurandum non esse, sed gaudendum potius, eo quod publicanos adduceret ad pœnitentiam, & morũ correptionẽ edocuit dicẽs.

9 *Quis ex vobis homo, qui habet centum oues, & si perdiderit vnam ex illis nonne dimittit nonaginta nouem, &c.* Iesus vt suum factum a calumnia vẽdicaret, parabolas proposuit, vt intelligerent omnes, quanta cura sint peccatores ad resipiscentiam inuitandi, quantaq. benignitate recipiendi, cum resipiscunt, & quantopere sit omnibus gaudendum de eorum resipiscentia, tantum abest, vt quis obmurmuret, ac reprehendat. In prima de oue docet, quanta cura peccatores sint requirendi, & quanta clementia suscipiendi, ne murmuremus, sed congaudeamus & recipientibus, & receptis. Ideoq. cum publicanis libenter congredi, vt ad morum correptionem eos inuitaret, ex quibus & sibi, secumque sanctis Angelis gaudium est. Atque ob id Pharisæos, qui id iniquæ ferebant, diuersam a Deo, atque sanctis Angelis mentem habere, ac proinde sathanicam, & prauam, iniusta murmuratio, & impia, factumq. a calumnia liberum. Per centum oues significat certum, & perfectum electorum numerum, per vnam vero ouem peditam vnumquemque electum, adhuc errantem. Docetq. non destitutum, donec inueniat quotquot ad electorum numerum pertinent. Ouemq. erraticam non increpet præira, percutiat, vel occidat, sed imponat in humeros suos gaudens, &c. Tot sunt hodie, qui a via veritatis aberrent, vt non ouis, sed gregis nomine debeant explicari, sicut aiebat Hieremias: Grex perditus factus est populus meus. Peccatis mundus est plenus, & peccatoribus, lib. 4. cap. 11. nu. 4. 5. 10. Amor mirus in ouem, quod nostram perditionem suam iacturam dicit, & cum meum potius damnum sit, vt dicitur a Iob, quasi suũ Deus accipit, Ioan. 6. Hæc est voluntas patris mei, vt omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo. Quos dedit mihi pater non perdidi ex eis, &c. præter filium perditionis. Ecce amor, qui etiam amplius exaggeratur, cum dicitur reliquas oues in deserto reliquisse gratia quærendi perditam, quasi nihil solatij cum alijs habere videatur, quamdiu perditam non inueniat. Sicut mulier absente viro dicit se solam, quamuis patrem, filios, & familiã multam habeat, quia sine viro non videtur delectari, ita & Iesus, &c. Ipse quærit infinitis modis eos, quos dignos se ab æterno iudicauit. Quærit ouem, quia læsus nos rogat, derelictus eos quærit, de quibus scriptum est ab Esaia: Omnes nos quasi oues errauimus, &c. & Deus posuit in eo iniquitates omnium nostrũ. In humeris portat Osee 11. & Esai. 46. dicit: Ego feci, ego feram, ego portabo, & saluabo, id est, ipse homines, qui peccatores sunt, feci, ego feram patienter, eo quod non statim seuere puniam, ego meis humeris per misericordiam portabo. Propterea principatus Christi super humerum eius est, quia nos in humeros suos impositurus erat. Sumus Sacerdos ingrediens sancta sanctorum pretiosos lapides in humeris portabat, & nomina filiorum Israel, ita Christus perditas oues super humeros suos imponit. Vnde in Ezech. scriptum est: Perfode tibi parietem & egredieris per eum in conspectu eorum, & in humeris portaberis, id est, rumpe iniquitatum parietem, qui te a Deo diuidit, vt egrediaris a dæmonis carcere, & porteris in humeris misericordiæ Dei: Num. 11. audiuit Moyses flẽtẽ populũ, & ait ad Dominũ: Cur impo suisti pondus vniuersi populi huius super me? Nũquid ego cõcepi omnẽ hanc multitudinẽ, vel genui eam, vt dicas mihi. Porta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in terram, pro qua iurasti patribus eorũ? Non possum solus sustinere omnẽ hunc populum, quia grauis est mihi. Et dixit Dominus ad Moysen. Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, &c. & descendam, & loquar tibi, & auferã de spiritu tuo, tradãq. eis, vt sustentent tecũ onus populi, & non tu solus graueris. Hæc tãta populi dilectio illi seruabatur, qui in sinu suo cõgregare deberet agnos. Qui enim orbem vniuersum genuerat, illum

Iob. 22.
Ioan. 6.
Ioan. 17. & 18.
Hiere. 50
Esai. 53.
Osee. 11.
Esai. 46.
Exo. 39.
Ezech. 12
Num. 11.

errantem super humeros libenter gestabat,& non solum Iudaicum populũ, quo onere tantę charitatis vir grauabatur Moyses,sed gaudens in similitudinem oniculæ totum humanum genus peccatis obnoxium gestabat noster Christus cujus dilectio in immensum excedebat eam, quæ erat in Moyse,& qui quondã sicut aquila portauerat in humeris Israelem, pastor effectus totum orbem in humeris ad caulas reducit. Sacerdotem veteris legis solum nomina super humeros & pectus portare iubet Dominus, nouæ vero legis & gratiæ pastor Christus re ipsa nostram ouem super humeros portat. In lapidibus autem pretiosis adumbratum cerne,quam pretiosa fuerint nomina ouium apud magnum pontificem Christum.

Exod. 28.

10 *Congratulamini mihi,quia inueni ouem meam quæ perierat.* Sibi gratulari vult,non oui,licet ouis sit vtilitas,non sua vt videas quanti peccatores æstimet. *Dico vobis quod ita gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente, quam supra nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia.* Maius est gaudium de peccatore cõuerso, ait Gregorius, quia & dux in prælio plus eum militem diligit, qui post fugam reuersus hostem fortiter premit, quam illum, qui numquam terga præbuit, & num quã aliquid fortiter gesit. Sic agricola illã amplius terram amat, quæ post spinas, vberes fruges profert, quam eam, quæ numquam spinas habuit, & numquam fertilem messem producit. Hæc Gregorius. Vel gaudium maius futurũ in cælo dicit super vno peccatore, non quia pluris Deus peccatores conuersos æstimet, quam iustos, sed quia noua de illo gaudendi ratio ex sanitate consurgit. Sicut pater qui ægrotum filium cernens ad pristinã sanitatem restitutum amplius lætatur, quam de filio suo,etiamsi hunc plus diligat. Cyprianus autem libro de duplici martyrio ironice putat intelligendum non loquens Iesus de vere iustis, sed de iustitia Pharisaica. Sicut illud, Non veni vocare iustos, sed peccatores, &c. id est, maius est gaudium de vnius peccatoris vera pœnitentia, quam de vestra præsumpta iustitia. Contra eos enim loquitur, qui putabant,& mentiebantur se iustos,nec egere pœnitentia. *Gaudium in cælo, &c.* gaudet pater eo, quod nouos accipit filios, filius quia sanguinem suũ videt sine causa non esse effusum, & Spiritus sanctus,quia acquirit nouum templum in quo habitet.

11 *Aut quæ mulier habens dragmas decem, &c.* Homo significatur per dragmam,quia ad imaginem Dei est creatus. Accendit lucernam quando sua doctrina peccatores traxit: Mandatum lucerna est, lex lux, subuertit domum, quando doctrina sua contriuit petras, &c.

Prou. 16.

Exod. 25. *Gaudium Angelis*, in Exodo iussit Deus fieri propitiatorium, & quod iuxta arcam essent Cherubin, vt scilicet Deo gratias agãt & gaudeant de propitiato peccato. Gaudent quia non in vanum curã nostri gesserunt, quia amplificatur superna ciuitas, cuius muri ædificantur. Et Deus ipse gaudet impleto illo. *Esa. 61* Eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui, &c.

DOMINICA QVARTA post Pentecosten.

Quæ etiam est 4. post 8. Trinitatis, iuxta morem fratrum Prædicatorum.

Euangelium.

Cum turbæ irruerent in Iesum, vt audirent verbum Dei &c. Luc. 5.

Vide lib. 9. ca. 21. nu. 8. lib. 12. ca. 3. nu. 17. lib. 14. cap. 26. nu. 34. lib. 18. cap. 2. num. 24. & 25.

1 *Dominica 4. post Pentecosten.*

ANTEQVAM ad expositionem Euangelij accedamus, illud in memoriam reducendum est, quod Augustinus docet. Christum Dominũ duplici interfuisse piscationi cũ discipulis, alteri, cum adhuc mortalis inter ipsos conuersaretur, quam Euangelium hodiernum enarrat; alteri, de qua loquitur Ioan. capi. 21. cum iam Iesus surrexisset a mortuis, in qua vtraque duplicis Ecclesiæ & militantis in mũdo, & regnantis in cælo statũ voluit significare. In prima retia mittere nõ iussit, neque ad dexterã, neque ad sinistrã, sed Petro dixit: Duc in altũ & laxate retia in capturam, & tam copiosam piscium ceperunt multitudinẽ, vt rumperentur retia & pene mergeretur nauicula, qua in re innuitur, nec solos bonos inueniri, nec solos malos, sed mistos intra retia enim fidei, & sacramentorum iusti cum reprobis concludunt, sicut in arca Noe animalia munda, & immũda simul fuerunt vsque ad diluuiũ trãsactum, finitis autem aquis diluuij, postquam reddita est orbi Domino iubẽte trãquillitas, de solis animalibus mũdis sacrificium Domino oblatum est, quia soli boni perueniunt ad Deum. In secunda vero piscatione iussit Iesus mittere in dexteram nauigij rete, quia tunc soli iusti in Ecclesia illa futuri sunt sicut in parabola sagenæ significatum est. In illa enim edicere voluit Dominus bonos, malos q. per prædicationis sagenam congregandos vsque ad finem sæculi, tunc q. malos a bonorum consortio separatos, in ignem q. eiectos, boni in diuina vasa essent elegendi. Tunc enim mortui qui in Christo sunt, resurgent primi, & Deus eos, qui dormierunt Iesu somnũ dulcissimũ adducet cũ eo. Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus. Hic non

Gen. 6.

Matth. 13

Aug. lib. 2. de Symbolo ad Catechumenos.

1. Thes. 4

non scinditur rete, vbi posuit Dominus fines supernæ ciuitatis pacem, summamq. tranquillitatem. Illic pæne mergebantur nauiculæ, hic nullum est periculum, quando iã iusti de laqueo venantium sunt liberati. Hoc Domini munus est, piscatores multos mittere, qui piscabuntur eos. Piscatores & venatores in malam, & in bonam partem accipiuntur in sacris litteris, lib. duodecimo, cap. tertio, numer. 12. In Ecclesia permisti boni & mali separabuntur in futuro, lib. 3. cap. 17. numer. 15. vsque ad 17. lib. quinto, cap. 3. numer. 1. 6. 10. & 13. cap. octauo, numer. decimo, libr. 9. cap. 20. num. 22. cap. 21. numer. 5. 6. 8. 9. 11. 12. 15. & 17. lib. 18. cap. 15. numer. 22. 26. & 27. In lib. 5. capit. 3. varie comparatur Ecclesia in qua mali permisti sunt bonis. In piscatione, de qua meminit Lucas, non audiunt Apostoli Dominum iubentem, vt mittant in dexteram nauigij rete, sed sagenam Euangelicam intrant cum monachis, clericis, Prælatis, nobilibus, plebeis, bonis, alij, qui tales non sunt, sicut Iesus dixit in Euangelio: Duæ erunt feminæ molentes, vna assumetur ad regnum, & altera relinquetur in mola. Duo in agro, vnus assumetur, & vnus relinquetur. Duo in lecto, vnus assumetur, & vnus relinquetur. Molentes sæculares sunt, qui audiunt: Descende, sede in puluere virgo filia Babylon sede in terra, non est solium filiæ Chaldæorum, quia vltra non vocaberis mollis, & tenera. Tolle molam & mole farinam. In lecto quiescentes a curis sæcularibus semoti religiosi sunt, in agro Prælati, & Prædicatores. Inter quos vnus assumetur, & vnus relinquetur, vnus in cælum recipietur, altero excluso. In hac piscatione dicunt discipuli magistro: Per totam noctem laborantes, nihil cepimus, in altera fructum laborum manducant iusti, qui non esurient, neque sitient amplius, neque cadet super illos sol. In hac Euangelica piscatione non accidit in omnibus, quod in captione piscium euenit. Pisces enim capiuntur ad mortem, sed in spirituali piscatione capiuntur ad vitam, & libertatem. In mari pisces, qui hamo, vel retibus capiuntur, pereunt, reliqui degentes in aquis viui manent, qui autem verbo Dei tamquam hamo non capiuntur, mortui manent. Verbo Dei Sisara interimitur, cum quis in se vitia necat, libr. 18. capit. secundo, numer. quarto. Verbum Euangelij est mare, in quo piscantur Apostoli, in quo Hebræus euasit, & Aegyptius interijt, li. 18. cap. secundo, numer. 34. Verba Dei audiens, & custodiens trãsit a morte in vitam, lib. 18. cap. 16. num. 23. Sermo Dei non capit in nobis, quia sicut hamus pisci, tunc capit, quando capitur, lib. 16. cap. 10. nu. 38. Cum capitur homo, tunc respirat, tunc libera perfruitur aura, qui antea similis erat gigantibus, de quibus aiebat Iob: Quod gemerent sub aquis. Iusti quidem cum auibus conuersationem habent in cælo, qui autem ad id perfectionis nondum peruenerunt alatis pisci bus similes esse debent, ne immundi sint. Iusti dum cælestia appetunt pisces dicuntur alati, lib. 2. cap. 15. num. 61. lib. 9. cap. 23. numer. 16. lib. 12. cap. 3. nu. 2. Iusti aquilæ comparantur, quia mentem habent in cælo, lib. 2. cap. 16. nu. 40. vsque ad 42. Iusti dum perfecti sunt viuũt in spiritu, mali in carne, inter quos alij sunt medij, lib. 3. cap. 1. numer. 24. Iusti pisces mũdi sunt habentes pennas, & squãmas, quibus & de cœno surgunt, & veterem deponunt hominem, lib. 12. cap. 3. num. 2. & 17. Quia hæc mystica sunt, ad expositionem Euangelij veniamus.

Psal. 149. *Hiere. 16.*

Esai. 47.

Iob 26.

2 *Cum turbæ irruerent in Iesum, vt audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genesareth.*

In his verbis primum considerandum est turbarum desiderium audiendi verbum Dei, cum dicitur, irruere, id enim est, cum impetu ferri. Ea enim, quæ humanam concernunt salutem, non segniter, & pigre moroseq. tractãda sunt, sed multa adhibita sollicitudine, ne maledictionem incurrat, quam sacræ litteræ comminantur his, qui opus Dei operantur negligenter, sicut ea agunt homines, quæ parum ad rem conducunt. Hoc malorũ omnium retulit exordium liber Geneseos in Cain dicens: Factum est post multos dies, vt Cain offerret Domino de fructibus terræ munera. Dilata autẽ illa, & pigre oblata Deus nõ respexit, sicut respexit illa, quę obtulit frater multa cũ animi deuotione, & diligẽtia. Sicut & Abraham, qui cum de offerendo filio mandatum accepisset durum, intrepidus inconsulto negotio, nec mane expectans de nocte surrexit, & perrexit ad immolandum dilectissimum filium. Sic & cum peregrinos, immo Angelos, immo in ipsis Diuinam intuitus Trinitatem hospitio recepisset, vt eis necessaria prouideret, festinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitq. ei: Accelera, fac subcinericios panes. Ipse vero ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum, & optimum, deditq. puero, qui festinauit, & coxit illum. Omnes festinant in domo Patriarchæ, nescit enim tarda molimina Spiritus sancti gratia. Sicut enim magnes inuisibili quadam, & congenita sibi virtute trahit ad se ferrum, sic & noster Iesus, qui adamas est, quem vidit Amos, (in editione septuaginta interpretum) superna quadam virtute omnia valet ad se trahere, etiam homines duros, frigidos, ferreos, &c. Virtutẽ tamen remisse quærũt homines Christiani, cũ ardentissime quærant alia, lib. 2. ca. 17. num. 4. vsque ad 10. lib. 6. cap. 1. num. 9. lib. 9. cap. 22. num. 14. & 15. lib. 18. cap. 11. num. 25. In virtute alij incedunt passu, alij modesto incessu, alij rapido cursu, libr. decimo octauo, cap. nono, numer. decimo. Virtutem operans Christianus remisse, grandi pœna dignus est, lib. decimo octauo, cap. vndecimo, numer. 25. & 26. Virtus enim, quæ alacritate non fit, sed tædio, relinquitur facile, ibidem numer. 28. Verum quidem est, quod in virtute nunc feruet homo, iam repescit, vt confidat, & timeat

Gen. 4.

Gen. 22.

Gen. 18.

Amos 7. *Hieron.*

meat, lib.decimo octauo, cap.decimo tertio, numer.nono, & decimo. Sed tamen satagere debet semper, vt sollicitudine non piger, spirituq. feruens Domino seruiat, irruatq. in Iesum his similis effectus, qui id faciebant, vt docentem audirent. Audituræ properabant turbæ verbum Dei, in quo multus animi profectus consistit. Audiant sermones Dei, qui malum desiderant derelinquere, & bonũ operari. Ad virtutem enim operandam multum iuuat sacrarum litterarum lectio, sacræ enim litteræ montes sunt Bethel, in quibus Dei fides prospicitur, & operum perfectio adimpletur, lib.6. capit.3.numer.primo. Sacræ enim scripturæ lectio mentem erudit, & ad amorem Dei perducit, li.decimo tertio, cap.sexto, numer.decimo quinto. Sacra scriptura mensa fuit Israeli, in qua verbo Dei pascebatur, lib.16.cap.4.numer.primo, lib.18. cap.2.numer.32. Sacra scriptura speculum est veritatis, quod nemini blanditur, & neminem seducit, & c. lib.16.capit.quarto, nume.32. cap. sexto, num.18. Sacra scriptura arbor est Ezechielis, cuius fructus est in cibum, & folia ad medicinam, lib.18.cap.secundo, num.25. Sed tamen verba hæc in ore doctoris maiorem afferre solẽt vtilitatem. Qui enim ad sacram lectionem audiendam conueniunt Christiani ad nundinas veniunt, vt inde diuites reuertantur, lib.16.cap.quarto, num.quinto. Quapropter deploranda est illorum insania, qui dum aut putant se scire ea, quæ propriã concernunt salutem, aut ea, quæ concionator est populum edocturus, tẽpla adire recusant non intelligentes in graue animarum nocumentum, quantum valeat diuinus sermo viua loquentis voce auditus, immo & quicumq. alius sicut Aeschines, cum Rhodi exulasset, dixit (Hieronymus) audientibus orationem, quam Demosthenes aduersus eum iudicibus proposuisset, vbi mirantibus cunctis atque laudantibus sententiarum grauitatem, suspirans dixit: Quid si ipsam audisseris bestiam sua verba resonantem? In quibus verbis, & vim persuadendi & conuincendi auditores, quæ fuit in oratore, voluit explicare, cuius virtute illud factum est, quod mortua vox, oratioq. lecta non effecisset. Humana vox latẽre energia talia operatur, quid poterit vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia? Vtiq. parturire faciet ceruas, cõfringet erectas Libani cedros, ac ita minutatim comminuet sicut teneritnũ vitulũ, qui in montibus pascitur. Ab ore enim prædicatorũ micãt fulgura, & coruscationes, quæ & illuminant orbẽ terræ, & interimunt carnẽ, vt spiritus saluus fiat in diẽ Domini. Dauid quidem sapientissimus vocitatus est, inter tres sedens in cathedra, non solum ob regni potentiam, sed quia alios docere esset idoneus, cui reuelata innumera sacramenta scimus. Qui & peccati nocumenta optime agnoscebat, & quæ peccatorem comitarentur mala, & tamen patrato homicidio, & adulterio ad lauam mentem non

Hieron. ad Pauli.

Psal.28.

2.Reg.11. & 12.

redijt, donec Prophetam Nathan audiuit increpantem. Ad eius enim vocem subito facta est vehemens animi illius concitatio, tantoq. dolore actus clamauit: Peccaui, vt protinus audiret Prophetam respondentem: Dominus quoque transtulit peccatum tuum a te, non morieris. Nabuchodonosor contemplabatur arborem illam, quæ statum suum significabat, quod succidendus ille esset, sed nihil hac cogitatione mouebatur: sed cum visioni adiuncta fuit viua vox Danielis, pœnitentiam egit. Doctus Paulus in lege ad pedes sapientissimi Gamalielis Ecclesiam persequebatur, sed cũ vocem audiuit dicentem: Saule, Saule, quid me persequeris? illum quem sacræ scripturæ lectio, & libri non conuerterant, vox prædicationis conuertit. Sic & vox Esaiæ ad Ezechiam. Dispone Domui tuæ, &c. mox conuersus ad parietem acriter fleuit, & Domini misericordiã impetrauit. Sacri denique Prophetæ efferatos mores barbarorũ principum breui sermone in mansuetudinẽ cõuertebant. Quapropter turbarum exẽplo, & id satagere debemus, vt audiendis cõcionibus uacemus, vtq. id multa cũ deuotione geramus, ne sacrã doctrinã oscitantes audiamus, sicut facimus. Surgent certe hi in iudicio contra nos, sicut Niniuitæ aduersus Iudæos, qui per campos irruebant, ferebanturq. impetu magno, vt audirent Christum, nos si quidem audimus verbum Dei (quod non frequenter facimus) multa cum tepiditate ad Ecclesiam properamus, & leuiculæ quaq. occasione ad mensam non accedimus, &c. Sermonibus audiendis raro vacant homines, & quando concionibus intersunt, vix attentissimi sunt, lib.16. cap.19.nu. 1. & 2. Sermones audientes tantum diebus festis acriter arguebat Orige, ibidem numer.2. Sermones audiens negligenter acriter a Deo puniter, lib. eodem & capite, nume.6.16.17. & 39. Sermones audiendi sunt attentissime, tamquam regiæ litteræ ad nos missæ. ibid.numer.16. vsque ad 18. & numer.22. docetur, quod sermones raro oscitanter, & modico tempore audimus, cum spectaculis frequentes, & attentissimi simus. Sermones Pauli ingenti cum desiderio audiebantur in coniusionem nostram, numer.24. Sermonibus interesse, vt remittantur peccata, conuenientissimum est, ibidem num.28. Sermones audire sedendo, nisi graui infirmitate vrgente prohibebat Augustinus, nu.39. Sermones audiendi sunt, quia excitatur spiritus, etiam si homo ea sciat, quæ dicenda sunt, libr. 18. cap.tertio, num. secundo. Verba Sanctorum talia sunt, vt ex illis fulgura micent, lib.5. cap.decimo tertio. numer. decimo. Verbum Dei magis prodest auditum, quam lectum, lib.decimo sexto, cap.quarto, numer.decimo quinto, & decimo sexto. Verbum Dei in ore prædicator accipit, vt regna, id est, peccata eradicet, lib. decimo octauo, cap. secundo, num. sexto. Verbum Dei & spiritualia colloquia mire excitant animam, lib.18. cap.2.

Dan.4.

Act.9.

num.35.

numer.35. Verbum Dei multiplices habet vtilitates, si recte audiatur, ibid. numer.52. Verbum Dei pluuia est quam pluunt prædicatores, vt germinet terra lib.18.cap.2. num.13. & 17. Verbum Dei ignis est inflammans iustos, quod non audientes peccatores concalescunt rebus mundi, lib.16. capit.10. num. septimo. Est q. sagitta perforans cor audientis, fixumq. manet, dum operatur homo quæ audit, ibidem num.decimo, & vndecimo. Ecce horum laudem inde collectam quod irruerent, vt ab ore Iesu audirẽt verbum Dei. In quibus etiam verbis ipsius Christi benignitas, & ad docendum cupidos promptitudo animaduertenda est. Quæ nobis commendantur, dum testatur, nihil offensum importunitate vrgentis turbæ, sed illius desiderio satisfacere volentem ascendisse nauim. Nullumq. locum Christo visum ineptum & indignum sua prædicatione, dum modo in synagoga, modo in monte, modo in campo, modo in naui prædicat, vbique ea tractans, quæ hominum concernunt salutem. Dominus hominum improbitate non vincitur, sed delectatur. Orationibus nostris Deus non lassatur, sed eas multum desiderat, vt nobis beneficiat, lib.13.cap.3.num.12. vsque ad 15. & 19. cap.7.num.4. & 6. Christus factus homo curam hominis suscepit specialem, lib.3.cap.5. num.12.13. & 18. cap.9. numer.35. Christus nimis optat habere, quos saluet, libr.14.capit. 23. num.5.

3 *Vidit duas naues stantes secus stagnũ, &c.* Ascendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum a terra reducere pusillum. Vt doceret eos, qui doctrinam suam sequi volent, abstrahere se debere a terrenis affectibus, a voluptatibus, diuitijs. Pusillum dicit, quia rebus caducis in integrum renuntiare perfectorum est. Nec qui terram deserit, continuo in altitudinem venit maris. Primum audiant Paulum diuites dicentem & præcipientem. Ne sublime sapiunt, nec sperent in incerto diuitiarum, dicturi post longum probitratus sum propter Christum detrimenta. Primum dicet Iesus: Quærite primum regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis, postmodum vero: Qui non renuntiauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus: In exordio Corinthijs nouiter ad fidem conuersis loquitur Paulus: Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tamquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi non escam, nondum enim poteratis. Perfectorum autem est solidus cibus. Audiant Apostolum Ephesij dicentem: Accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. Prius corporeis pedibus egreditur Abrahã, ait Augustinus, de Hur Chaldæorũ cognatos deserens, & facultates, & Mesopotamiam profectus iam ibi existens audit. Egredere de terra tua mente, scilicet amore, perfecta terrenorum renuntiatione. Modo rogat ascẽdens in nauim Petrum, vt a terra eam reducat pusillum, auditurus postea. *Duc in altum, & laxate retia uestra in capturam.* Nemo enim repẽte perfecte fit sapiens, aut summus in vna aliqua facultate. Sed habet ars quæq. profectus suos. Virtus roboratur in anima, & deponitur homo a lacte, & tunc fit conuiuium in domo Abrahæ, lib.nono, capit.22. numer. secundo. Virtutis varij gradus sunt, dum in Ecclesia alij dicuntur reginæ, alij concubinæ, alij adolescentulæ, lib.18.capit.nono, numer.sexto. Virtutis varios gradus explicat Deus Ezechieli in ingressu portarum templi, ibidem num.septimo. In virtute incipientes, proficientes, & perfecti explicantur in tribus nominibus Solomonis, numer.nono. Virtutis perfectionem, & verticem attingere non valens in secundo virtutis gradu manẽat, sicut Loth in Segor, li.18.cap.12. numer.quinto, & sexto. Montes quidem excelsi ceruis, sed petra refugium herinatijs & leporibus, sed quia ille adhuc extra Sodomam tutus non est, audit. In monte saluũ te fac. Virtutis perfectionem ille attingit, qui mũdus in cogitationib. & operibus, animam nõ habet in rebus sæculi, lib.18.cap.duodecimo, num.20. Virtus quatuor gradus habet, quibus distinguitur omnium electorum profectus, ibidem numer.24. Iusti numquam sunt in hac vita simpliciter perfecti, lib.1.cap.25.numer.septimo, libr.6. cap.16.numer.31. lib.tertio, cap.19. num.26. vsque ad 28. lib.nono, cap.12. num.secundo, vsque ad 9.11. & 12. lib.14. cap.nono, nume.5. & sexto, cap.18. numer.secundo. Iustis astat Deus in meridie cum clariorem scientiæ lucem infundit, cum autẽ rudimenta accipiunt adiuuantur diluculo, lib.9.capit.12. numer.1. Iusti, dum viuunt ad perfectionem tendunt, sed nondum sunt perfecti, ibidem numer.9. & 10.

1.Tim.

Philip.2.

1.Cor.3.

Ephes.6.

Psal.

4 *Duc in altum, & laxate retia uestra in capturã. Sedit Iesus, & docuit de nauicula turbas,* docuit & discipulos verba vitæ æternæ, quæ Euangelista non refert mysterijs plenissima. Transeuntes discipuli, post Christi Domini ascensionem euangelizabant gentibus verbum Dei. Sedet autẽ Iesus, vt aduertas quod nõ perfunctorie, sed multa cum deliberatione, & cura his intẽtus est, quæ hominum saluti necessaria sunt. Sicut.n. medicus domum ingrediens ægrotantis mendici non sedet, sed stans, & velut alijs intentus curam illius agit, at cum vxor aut filius graui laborant morbo sedens multa cum attentione & sollicitudine illorum saluti intẽtus est, quos tam tenere diligit, ita & Iesus sedens docet turbas, vt summã erga eas ostẽdat dilectionẽ. Concioneq. feliciter peracta dicit Petro: *Duc in altũ*, &c. eo fine, ait Theophylactus, vt Dominum nauis renumeraret. In quo admiranda est summi Dei munificentia, qui Petro pro modico labore, quo nauem paululũ reduxit a terra rogatus, & nauis vsu tantã tribuit piscium copiã. Modicos labores &

hominũ ieiuniolũ, lacrymulam, calicem aquæ frigidæ magnificus remunerator irremuneratum non relinquit, sed Petro & multitudinem piscium porrigit, & quod in immensum amplius est ad tantam dignitatem vocatur vt audiat. *Ex hoc iam homines eris capiens.* Iusti in hac vita, & in futura bona recipiunt a Deo, lib. septimo, cap. tertio, num. secundo, vsque ad 4. 6. vsque ad 9. 15. 16. 18. 19. 21. & 22. Iusti modo labores fructuum manducãt, manducaturi post fructus laborum, ibidem numer. duodecimo. qui & centuplum accipiunt in hac vita, & postea vitam æternam, numer. vigesimo secundo, & vigesimo tertio. Illis minime similis est Dominus, de quibus aiebat Citharœdus sacer. *Dederunt mala pro bonis* sterilitatem animæ meæ, sed cum magno fœnore & lucro Deus rependit id, quod illi exhibetur seruitium. In paucis vexati iusti in multis bene disponentur, spes electorum est immortalis in æternum. Ecce quam modicum laboraui & inueni mihi multam requiem. Laborum enim, etsi modici illi sint, gloriosus est fructus. Iustos enim honestat Deus in laboribus, & complet labores illorum & perficit.

Psal. 34

Sap. 3.

5 *Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete.* In verbis illud in primis considerandum est, quod semper nos Dominus voluit diuellere a fiducia in rebus vanis, & in nostris viribus, & ostendere nihil ciuitatẽ nostrã posse custodire, nisi ipse Dominus custodiat. Vnde cum homines mœnibus, & turribus fiderent, quas ædificare volebant, vt pertingerent vsque in cælũ, dissolutum est opus eorum. Et cum aquæ diluuij iam iam imminerẽt, arcam, quam ipse fabricauerat, Noe ingressus est, sed clausit a foris ostium Dominus, vt intelligas quod nihil nostra diligentia prodest ad nos seruandos, nisi Dominus manum suam opponat & claudat. Sic & in cap. 1. Numerorum fuerunt omnes viri bellatores in populo Israel sexcenta tria millia quingenti quinquaginta, vbi audis innumerabilem fere multitudinem & quæ copiosissimum constituebat exercitum, non audere cum Chananæis congredi, vt sciant gentes in auxilio Domini esse victoriam. Aggæus. Ponite corda vestra super vias vestras. Seminastis multum & intulistis parum, comedistis & non estis saciati, bibistis & non estis inebriati, operuistis vos, & non estis calefacti, & qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum. Absque Dei enim adiutorio labor noster inanis est. Sicut in Esai. aiebat Dominus (Hieronymus) his qui confidebant in vanis, & in incerto sæculi equos Aegyptios desiderantes, quorum velocitate lætabantur, quibus ait: Si reuertamini & quiescatis salui eritis in silentio, & in spe erit fortitudo vestra. Et noluistis & dixistis. Nequaquam, sed ad equos fugiemus, ideo fugietis. Et super veloces ascendemus, ideo velociores erunt, qui persequentur vos. Mille homines a facie terroris vnius fugietis, donec relinquamini quasi malus nauis in vertice montis, id est, omnes peribitis, vno aut altero excepto in viribus, & fortitudine Aegypti confidentes, & non in Domino, cum tamen scriptum sit in Psalmo: Nec enim gladio suo possederunt terram, sed dextera tua & brachium tuum. Tu es ipse Rex meus & Deus meus, qui mandas salutes Iacob. In te inimicos nostros ventilabimus cornu, &c. Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me, saluasti enim nos de affligentibus nos. Liberũ arbitrium hominis insufficiens est ad bonum absque Dei auxilio, libr. quarto, cap. decimo quarto, numer. quarto, vsque ad 6. 9. vsque ad 18. lib. septimo. capit. nono, numer. quarto, vsque ad 7. 13. vsque ad 16. 19. vsque ad vigesimum tertium. Ideo Petrus dicit: *Per totam noctem laborantes* industria nostra *nihil cepimus*, sed in nomine *& verbo tuo laxabo rete.* Hoc bonum iusti habent, vt nihil sibi aut suis meritis tribuant, sed superiorum virtuti: Sic in Genes. ille seruus Abrahæ precatur: Deus Domini mei Abraham, &c. Vnde dicitur in Exod. Fortitudo mea Dominus. Non præsumunt Sancti de sua fortitudine licet fortes sint, sed dicũt: In Deo meo transgrediar murum. *In verbo tuo laxabo rete.* Hic mundus sua retia habet. Habet sathanas piscatores suos qui miseras animas carnis blandimentis in mortis carcerem conijciunt. Sed felices illæ, quas rete Apostolicum de profundo criminum abducit & de tenebris ad lucem, ad vitam trahuntur, vt iam mortuæ Deo viuant. Piscatur dæmon hamo, quo piscis & torquetur, & moritur, vi extrahitur, inescatur honoribus, diuitijs, delectationibus. Innumeri proh dolor piscantur leui cibo, nec considerant miseri, quod illo inebriati trahuntur ad mortẽ. O lamentanda hominum insania, quod propter modicam dulcedinem inescati ad mortem rapiuntur æternam. Immo quod maioris insaniæ argumentum est, hamum devorãt, quo pereant, in quo nulla est esca honoris, delectationis & vtilitatis, vt expendere licet in periuris, detractionibus, in iudicijs temerarijs, &c. At cum Christus innumera proponat oblectamenta, honores veros, diuitias veras, delectationes veras, vix vnũ aut alterum piscatur, &c. Item verba ista: *Præceptor per totam noctem laborantes*, &c. in sensu spirituali, qui menti Augustini conformis est, id nos edocent, impiorum vitam & innumeris laboribus esse refertam, & quod illorum nullus ipsis sperandus sit fructus. Veritatem hãc non aliter probandam censuit Augustinus, quam experientia, hæc enim euidenter nos docet, quæ mali patiuntur incommoda pro rebus, quas vitiose diligunt, quanta pro falsis diuitijs, quãta pro vanis honoribus, quanta pro ludicris affectionibus periculosissima & molestissima patientissime tolerantur. Honorũ amatores & facultatum, vt illa consequantur

Genes. 11.

Genes. 7.

Num. 1.

Aggæi. 1.

Esai. 30.
Hieron.

Psal. 43.

Genes. 24
Exod. 15.

Psal.

6

Lib. de patientia.

tur, & consecutis non careant, soles, imbres, glacies, fluctus, & procellosissimas tẽpestates perpetiuntur, visq. desideriorum facit tolerantiam laborum. Quis referre valebit, quæ passus est Catilina incommoda, vt malum faceret? Quę patiuntur fures, qui noctes ducũt insomnes in media hyeme in montibus niues perpetientes, vt itinerantib. insidientur? Hæc Augi. Et Iob horũ nomine aiebat inquit Gregor. Ecce menses vacuos & noctes laboriosas numerauimihi, id est, licet iusti noctes laboriosas numerent, donec viuunt, donec mane inclarucrit supernæ felicitatis, quia vitam, iuniijs, flagellis, vigilijs, ciliciis plenam transigunt, numerẽtq. mali labores his maiores in toleranda ira viri, importunitate uxoris, in alenda familia, sed tamen impius noctibus laboriosis adiungit menses vacuos, qui per totam noctem laborans nihil capit. Vnde dixit Iudas in sua Canonica: Secundo eos, qui non crediderunt perdidit, secundo in sæculo futuro perdidit eos, qui in sæculo præsenti multos perpessi sunt labores, de quibus & Regius Propheta dixerat: Induantur sicut diploide confusione sua. Diploidem duplum vestimentum dicimus, *ropa afortada*: Cõfusione ergo sicut diploide induti sunt, qui temporalibus & æternis laboribus feriuntur. Iusti simplici induuntur vestimento, ea scilicet confusione, illis incommodis, quæ cum vita finiuntur; impij illis, quæ in morte viridescunt, hæc Gregorius. Quot sunt vitia, tot sunt animi tormẽta, quia iusti Domine, & sic est, vt cæna sua sibi sit omnis inordinatus animus similis illi, quẽ ferebat Dido, cum dicebat: Heu furijs incẽsa feror. Seruiunt. n. impij Dijs alienis, qui eis requiem non præstant die, ac nocte, crudelissimis enim dominis peiores sunt & dæmones, & culpæ, quæ nec ad horam quiescere sinunt seruos suos, cum tamen nullus sit dominus, qui seruo tempus non concedat quieti, vel tantillum noctis. Hi sunt de quibus aiebat Iob: Qui inter huiusmodi lætabantur, & esse sub sensibus delicias computabant sub spinis, a quib. lacerantur, sunt mali, sed quia easdem punctiones rerum temporalium victi amore non sentiunt, ideo spinis lacerati delicijs frui arbitrabantur. Hi inebriati propterea dicuntur absynthio, quia sicut ebrius quod patitur nescit, ita qui inebriatur absynthio, & hoc quod sumit amarum est, & tamen non sentit illam amaritudinem ebrius. Vel certe stupenda horum insania aperitur, inardescens sitis mundanorum desideriorum, dum amarissimũ absynthium ad os admouere non renuit, immo & illud vsque ad ebrietatem potare peccator, ac si suauissimum potaret vinum, cum tamen non maior ibi sit re vera voluptas, quam in calice absynthij bibito, sicut ad hæc illa Psalm. 37. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, hoc est, vmbris voluptatis, quia re vera ea, quæ in peccatis mali credũt delectabilia, umbræ tantum sunt voluptatũ somniatæ delectationes, licet veras eas credat mundus, somniatas autem, & ludicras eas, quæ opera virtutum comitantur, quia. n. ebrij sunt ista aliter, quam sint, iudicant. Onus enim Babylonis videt Esa. Propheta. Hieroso lymis degens, non autem qui inter Babylones incredibiles patiuntur miserias, & labores, sic & peccatorum miserias illi tãtum norunt, qui interna luce fruuntur. Labores malorum intolerabiles, quos vt ebrij non sentiũt, lib. decimo. cap. 1. nume. octauo. 12. & 13. Labores malorum incipiunt hic duraturi sine fine. ibidem nume. 14. Labores necessario ferunt boni, & mali. Si ergo labores fugere nullus potest, eos expedit amplecti, qui Sanctorũ sunt proprij, lib. 10. cap. 1. numer. 13. vsque ad 15. lib. 18. cap. octauo, num. octauo, & nono. Mali intolerabilem seruitutem patiuntur in mundo, etsi eam non sentiant. lib. nono. ca. 13. num. 14. Mali noctes laboriosas, & vacuas sibi numerant, lib. 10. ca. 1. num. decimo sexto. Mundanos innumeris inuoluit dæmon malis lib. quarto. cap. 33. num. primo, vsque ad quartum. cap. 34. nume. 1. & 11. cap. 39. numer. 21. Mundi vincula asperitatem habent veram, & iucunditatem falsam, certum dolorem, incertam voluptatem, lib. 11. cap. 12. nume. 26. At iusti licet in hac vita laborent, sed tamen certa remunerationis spe, ait August. Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat, id est, hoc ipsum quod in nobis dolet, cum facta carnis mortificamus, cum esurimus, aut sitimus per abstinentiam, dum frenamus delectationes carnis per castitatem, dũ iniuriarum laceratione sustinemus per patientiam, dum reiectis voluptatibus laboramus, quidquid in huiusmodi attritione dolet creatura est. Dolet enim corpus, & anima expectat reuelationem filiorum Dei, quia spes electorum immortalitate plena est. Vanitati enim creatura subiecta est non volens, id est, pœnæ peccati, sed propter eum, qui subiecit eam in spe, qua sperat iustus vitæ miserias finiendas, & liberabitur homo a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. At in peccatoribus præterquam quod illorũ labores importabiles sunt, dicent: *Nihil cepimus.* Lassati in via iniquitatis, & perditionis ambulauerunt vias difficiles. Sed quia laborum nullus relictus fuit fructus, sed sempiternus cruciatus, addunt: Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt illa omnia tamquam vmbra, & tamquam nuntius præcurrens, & sicut nauis, cuius, cum præterierit, non est vestigium inuenire, &c. Quia spes impij tamquam lanugo est, quæ a vento tollitur, & tamquam spuma gracilis, quæ a procella aspergitur, & tamquam fumus, qui a vento diffusus est, & tamquam memoria hospitis vnius diei præteuntis. Summa autem impiorum miseria illa est, quam Esa. explicuit, dicens: Sicut somniat esuriens, & comedit, postquam autem fuerit expergefactus vacua est anima ei, &c.

Amidor. 4. *Hiere.* 16

Ex. mor. c. 16 *Iob* 30.

Hieron.

Psalm. 37 *Chrys. hom.* 5. *ad Hebr.*

Li. 83. *quæs. Roman.* 8.

Sapient. 5

Esa. 29

Sic

sic erit multitudo omnium gentium, quę dimicauerunt contra montem Sion. Nec id solum, sed vt tanto malo non prouideant. Miscebit vobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros, & erit vobis visio omniũ, sicut verba libri signati. Librum enim, qui sigillo munitus est, nullus legere valebit. Sic & vos laborum vacuitatem non cognoscetis in nocte huius sæculi, sed mane sequentis vitæ percipietis fallaciam Laban, qui Lyam supposuit vobis, cum tamen eam Rachelem crederetis pulchram, &c. Si surgerent modo a sepulcris Romani Principes, Cęsar, &c. Alexãder vtique dicerent: *Per totam noctem laborantes nihil cepimus*. Hęc est malorum pœna ingens, inquit August. quam edisserit Dauid in Psalmo 57. his verbis: Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum, sicut viuentes, sic in ira absorbet eos. Legit Augustin. Priusquam producat spinas vestras rhamnus, tanquam bibentes, tamquam in ira combibit eos. Rhamnus spinarum genus, quod multi arbitrantur ab Hispanis vocari, *cardo corredor*, alij *cambron o carca*, suntque spinæ densissimæ. Primum herba est blanda, & tenera, & inde cum creuerit, spinę egrediuntur. Modo ergo delectant peccata, & quasi non pungunt. Herba est rhamnus priusquam producat spinas, priusquam miserarum delectationum tormẽta procedant manifesta. Cruciantur. n. vakde, qui quod multum desiderant cõsequi nõ valent, quando autem id consequuntur, cruciantur timore. Sed licet hæc modo impij non sentiant, in alia vita spinæ illorum rhamni erunt, id est dolores omnes, & compunctiones tormentorum producentur, & erit pœnitentia infructuosa, sicut spinarum sterilitas. Vos rhamnus estis peccatores, quem rhamnum, id est vosmetipsos in hac vita, priusquam in futuro spinas combibit, uel absorbet, ut nos legimus, id est, quasi absorbendo apparere non sinit, ne futura perpendant tormenta. Hæc August. nec præsentes labores. Qui autem in verbo Dei laxant Euangelicum rete, & in hoc sæculo, & in futuro innumeris abundant bonis.

Aug. in Psa. 57.

7 *Et annuerunt sociis, qui erant in alia naui, ut uenirent, & adiuuarent eos. Et uenerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita ut pœne mergerentur.* Locus iste in primis admonet adiuuãdos fratres cum prosperi, & alacres sunt congratulantes ipsis. Sic isti adiuuabant Petrum in tanta multitudine piscium gaudentem. Sic in ortu Baptistæ vicini congratulabantur parenti bus illius de natiuitate tanti infantis; ita & Paul. Corinth. aiebat: Adiutores sumus gaudij vestri. In tempore autem tribulationis maiori cura iuuandus est proximus. Rumpebatur rete, & copem ferebant omnes. Tu qui diues es, cur pauperi nudo non subuenis? Nemo est, qui pauperem adiuuet, qui iacenti manũ porrigat. Si diuites ueri essent proximorum amatores, vel solo nutu eorum necessitates intelligerent, & eis prouiderent, sicut Ioannes, & Iacobus fecerunt. Quod non ita contingit, quin potius nec clamores, nec vulnera, nec multa, quæ in egenis respiciunt, quæ vel feras ad compassionem mouere potuissent, diuitũ duritiam emolliũt. Qui inuideant prosperitati diuitum, & in eorum aduersitate consolentur multi sunt. At qui congaudeat bonis, & cõpatiatur damnis, vix vnus reperitur, aut alter. Charitas probat discipulum Christi, lib. 1. cap. 12. nume. sexto, cap. 15. nume. 12. 13. & 19. Charitas quomodo dicatur patiens, benigna, &c. lib. 3. cap. secundo. nume. 10. usque ad 18. 42. vsque ad 44. Charitatis officium est, vt per eã onera nostra portemus, lib. 3. cap. secũdo. num. 39. vsque ad 41. Christiani varia sortiti sunt nomina, quibus sciant saluti proximorum debere prouidere. lib. 1. cap. 15. num. quarto. sexto. vsque ad nonum. Proximorum bonis, qui congaudet; & de malis tristatur, duo habet vbera sponsę lib. 1. cap. 14. num. 15. cap. 16. num. 11. Proximi vtilitati, qui cõsulit in ea inuenit propriam, sicut qui eius periculum contemnit, in eo proprium reperit, lib. 1. cap. 15. num. octauo, & nono. cap. 16. num. 16. Proximorum malis compatiendum est, bonisque congaudendum. lib. nono, cap. 5. nume. 13. 16. 21. & 23. Pauperes in camino degentes paupertatis a diuitib. iuuentur, lib. quarto. c. 41. num. 3. Pauperes artificia mille iam tẽporibus antiquis, sicut & nostris commentari cogebantur, vt diuitum duritiam emollirent; lib. 5. cap. 10. num. 29. & 31. 42. & 43. Copia tã ta piscium nauiculę plenæ fere mergebantur. Diuitię enim etiam a Deo collatæ periculis non carent. Vnde Petrus, qui vti sciebat bonis tantam piscium multitudinem Deo. sic disponente piscatus est, cum alij discipuli nihil prendidissent. Illud enim certum est Dei bonitate multos diuitijs priuari, ne pereant, alios eis abundare, vt pauperib. sint subsidio. Iusti, qui sciunt abundare, sciunt & penuriam pati. Bonis enim omnia cooperantur in bonũ, sicut malis omnia cooperantur in malum, lib. quarto, cap. 17. nume. 14. & 15. cap. 24. nume. 3. vsque ad quintum. cap. 29. nume. 1. 5. & sexto, ca. 34. num. 23. vsque ad 25. Diuitiæ bona sunt eis, qui illis bene utuntur, alijs autem mala, lib. 1. cap. 24. num. 29. lib. quarto, cap. 38. num. 16. 17. 19. & 20. cap. 39. num. 2. cap. 41. nume. 9. & 10.

8 *Quod cum uideret Simon Petrus procidit ad genua Iesu, dicens: Exi a me, quia homo peccator sum Domine.* Considerata magnitudine Domini seipsum, propriamque vilitatem agnoscit Petrus. Sic Rebecca viso Isaac descendit de camelo operuitque vultum. Sic Iob aiebat: Domino: Auditu auris audiui te, nũc autem oculus meus uidit te, idcirco ego me reprehẽdo, & ago pœnitentiam in fauilla, & cinere. Sic in Ezechiele legitur: Quod statim, vt fiebat vox super firmamentum, submittebant animalia alas suas. Ait ergo Petrus: Dum tuam Domine omnipotentiam consido, iudico me peccatorem, licet alijs relatus de me, aliquid forte possem præsumere, Deo cognito meticulosus est Petrus. Deum quãto plus cognoscunt beati, amplius timent, & reuerentur, quod & nos facere debemus. li. 4. c. 15. nu. 7. vsque ad 10. li. 6. c. 3. num. 3. Dei notitia quanto creuerit in anima, tãto maior erit in homine notitia propriæ infirmitatis. li. 3. c. 20. nu. 6. 7. 10. 11. & 13. li. 4. c. 15. nu. 11. & 17. De re hac late multũ disseritur li. 4. c. 15. & quod Dei maiestas sit incõprehensibilis & quod expediat eam sic considerare frequenter. Considerandum etiam est, quod vt plurimum peccatores in malis Deũ cognoscunt. Erubescant & conturbentur in sæculum sæculi, & confundantur, & pereant. Quid inde? Et cognoscant, quia nomen tibi Deus, tu solus altissimus in omnem terrã. Sic in Exod. cum Dominus comminaretur Aegyptijs, dixit: Et scient Aegyptij, quoniam ego Dominus. Iusti autem cognoscunt Deũ in bonis, & in malis: Deus in domib. eius cognoscetur cum susceperit eam. s. Sion. In his etiã verbis: *Exi a me Domine*, notatur Petri sũma modestia, non solum quod se peccatorẽ agnouit, & indignum Dei consortio, sed etiam quod nihil ex hoc facto sibi laudis arrogauit, quãuis & nauis, in qua contigisset sua esset, & rete ipse iecisset in mare, quin potius ex magnitudine successus, qui plerosq. elatiores reddidisset, factus est modestior, totã facti huius gloriam Christo transcribens, se vero nihil agnoscens, quam peccatorem. Sic in prædicationib. sũma laudis totius vni Christo tribuenda est, cuius auspicijs soluitur ad dicendum lingua, cuius spiritus afflat dicentis pectus, cuiusq. occulta vis attrahit animos auditorum. Prædicatores laudem humanam quærentes in concionib. oliua pulchra sunt, quam ignis cõbussit. li. 14. c. 29. num. 31. Prędicator propter vanam gloriam prædicans pollutum panem offert. li. 14. c. 30. nu. 9.

Psalm. 82

Exod. 14.

Psalm. 47

9 *Et ait ad Simonem Iesus: Noli timere.* Nõ excludit timorem, qui initiũ est salutis, sed pusillanimitatẽ, & diffidentiam. Id. n. suadere voluit Deus Abrahæ dicens: Noli timere, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. In tabulis vide verbo timor, & spes.

Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum. Mirum, ut continuo omnia reliquerint. Quã de causa Spiritus sanctus venit in similitudinem venti, & in similitudinem ignis & linguæ, quibus omnibus nihil est mobilius, velocius, aut facilius. Quod pulchre dicit Dauid in Christi persona: Populus, quẽ non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi, id est, statim vt audiuit, obediuit. Obediendum est statim, & incunctanter Deo, lib. quarto, cap. quarto, nume. 1. vsque ad tertium. 14. usque ad 17. li. 13. c. 1. num. 2. 3. & nono. lib. decimo quarto, capit. decimo septimo, num. 22.

Psalm. 17

DOMINICA QVINTA post Pentecosten.

Quæ & quinta etiam est post octauas Trinitatis in ordine Prædicatorum.

Euangelium.

Nisi abundauerit iustitia uestra plusquam Scribarũ & Phariſæorum, &c. Matt. 5.

Vide lib. primo. cap. 12. per totum. lib nono, capit. quarto, num. nono, & decimo, cap. septimo. de ira. lib. decimo. cap. octauo, num. 17. lib. 14. cap. quinto, num. primo, & secundo. libr. 18. capit. 10. numer. 1. & 2. Cui Euangelio multa accommodata sunt feria 6. post Quinquagesimam de dilectione inimicorum, & Dominica 21. post Pentecosten de eo, qui debebat decem millia talenta.

IN primis in Euangelica lectione, in qua cunctis fidelibus ea præcepit Iesus, quæ & difficultatem prę se ferre videbantur, & molestiam hominib. qualia suam iram internũ animæ motum tam facile efferuescentem compescere, & frenare, accenso sanguine circa cor, linguam moderari, illa non moderata relicto munere fratri reconciliari læso, ab eo veniam postulare, illud animaduertendum est, præceptum hoc ingentem vnicuique nostrum afferre vtilitatem, dum per illud prouidit Deus honori, & famę fidelium, uitæ, & tristitiæ, & omnibus his rebus. Vnde innumera nobis oriuntur incommoda, dum ira transit in odiũ, vnde homicidium procedit, ira autem sedata linguam moderari non est difficile. Moderaturque Dominus malum graue, illudque uniuersale, in quo fere nullus est, qui nõ labatur. Non enim tulit legem de re, in qua raro homines impingunt, sed de ea, de qua scriptum est: Linguam nullus hominum domare potest, in quietum malum plena veneno mortifero, cũ tamen omnis natura bestiarum, & volucrum, & serpentium, & cætorum (vel cæterorum animantium) vel domita sint a natura, vel saltem hominum ingenio mansuescant, & qui ferocitatem rhinocerotis, vrsi, pardi, & leonis valet compescere, linguam cohibere uix potest a malo, & labia ne loquantur dolum, ut dies videre possit pacatos, & bonos, quales ille consequitur, qui dominatur animo suo potentior effectus, quam ille, qui expugnator est vrbium munitarum. Sicut enim præceptum de furto, homicidio, adulterio, omnib. homi-

1 *Dom. 5. post Pentecosten.*

Iacob. 2

Psalm. 33

Prou. 16.

nibus

nibus vtilissimum fuit, dum his homines arcentur, quantum ex vi præcepti est a bonis alienis contrectandis, vt cuicumque reperta fuerint aliena, ita sint tuta in itinerib. in montibus, ac si in arca essent circumclusa, nec vigilare vsquam homo cogatur, ut furem ingredientem, & perfodientem domum propellet, cantetque sic vacuus viator, ita & pecunijs plenus in medijs montibus, nullum timens, dum nullus est fur, nullum habens necessariũ seruum, qui vineam custodiat, &c. non in nauigatione formidans pyratam, tot habens custodes bonorum, quot sunt homines, qui a Deo acceperant naturale præceptum omnib. commune de bonis alienis nec desiderandis, ne dicam contrectandis. Omnibus damnis, quæ recensere vix esset possibile, prouidit Deus cohibens furtum, cohibens homicidiũ, de remedio etiam prouidit, vt cuiusq. uitam nullus insequeretur, cum vnicuique mandasset de proximo suo, ne quis insana illa proferret verba, quæ olim primus protulit homicida: Numquid ego custos sum fratris mei? sed ægritudines, longam senectutem timere possent homines, quibus vitæ finis imponeretur, aut vero cum iudices multa cum consideratione quempiam ad mortem damnarent.

Gen. 4.

Hæc enim præcepti uirtus fuit, vt per illud Deus homicidia omnia rescinderet, si ipsum præcipientem audire vellent homines, nec esset, qui hostem merito timeret diuino hoc præcepto compeditum amplius, quam si ille funibus esset ligatus. Sic & adulterium inhibuit, vt famæ hominum prouideretur, ne quis alienum violaret thorum, proximi vxorẽ contingeret, vnde tanta sequuntur nocumenta, tot inhonorationes, metus tristitiæ, quas moderatur mandatum hoc. Quapropter etiã si difficilis sit mandatorum huiusmodi obseruatio, tamen quæ inde consurgit hominib. vtilitas difficultatem istam moderatur. Mandatis suis obedire iubet Deus, quia nobis prosunt non illi. libr. vndecimo, cap. 3. numer. 28. cap. quarto. nu. 2. Cum ergo iusserit Deus in Euangelica lectione, ne quis irascatur fratri, ne quis verba proferat contumeliosa in illũ, ne odium seruet in pectore, sed cui iniuriam intulit reconcilietur, certe mala multa, & grandia, & frequentissima moderatus est. Dũ enim iram frenandam docet, incompositaq. verba, etiam quæ leuia videntur moderari, non solum homicidium compescuit, sed vt medicus peritissimus iram, quę radix illius est, amputauit, & linguæ frenum imposuit, quæ multorum, & frequentium malorum est origo, vt illa frenata honor, & fama hominum conseruetur, moderatis Christianorum omniuni locutionibus, conuicijs, vnde tot veniũt in Republica damna, tot inimicitiæ, tot scandala, tot iurgia, tot cædes. Summa ergo Dei bonitate actum est, vt dum quis per tantillam curam iram arcet, & linguam cohibet, eadem mensura remetiantur alij, ut mansueti etiam effecti hoc præcepto & cor tutentur, & linguam, ne illa meditetur, aut proferat, quibus contristandus est frater, & lædendus. Tuaque tam modica diligẽtia radicem amputas multorum criminum, quã omnes alij obligati inte benigni sunt, & beneuoli. Quod si alij id nõ præstiterint, dum tot inundant mala super terram, certe Dominus hoc præcepto fontẽ exhaurire voluit, vnde tot riuuli amaram aquam producentes oriuntur, hominum autẽ culpa accidit, vt quæ in tota Republica hoc præcepto statuere disposuit bona, & vtilitates non sequantur. Sequerentur autem si iræ & linguę impetus moderarentur homines, sicut Deus hac lege statuit. Mansuetus in bonis alienis gaudet, in malis dolet, omnibus gratus Deo, & hominibus. lib. 14. cap. 1. numer. 16. 17. & 20. Mansuetos dæmon non audet aspicere, dum in eis regiam agnoscit similitudinem, & arma, quibus victus fuit, ibidem numer. 21. Mansuetudo animam in perpetua tranquillitate constituit, ibidem num. 3. & 20. Ira grandis est ebrietas animę, lib. quinto. cap. primo. num. quarto. lib. nono. cap. septimo, num. 3. 19. 22. & 39. Iræ locum cur dicitur dare, qui non se vindicat, lib. nono. cap. quarto. nume. 3. 4. 9. & 10. cap. septimo. num. 34. Ira, si imperium animæ sumpserit, hominem in feram conuertit. lib. nono. cap. septimo. nume. primo, vsque ad quartum. 16. 17. & 19. Est enim ira breuis insania re vera, ibidem numer. 2. 3. 15. 16. & 39. Ira moderanda est propter commoda, quæ inde reportantur, ibidem nume. quarto, vsque ad sextum. 11. vsque ad decimum quartum. Irato fratri indignari non debemus, sed compati, ibidem num. octauo, nono. 13. vsque ad decimum quintum. Ira innumeris malis animam insuoluit, lib. nono. cap. septimo. num. nono. 12. vsque ad 14. 19. usque ad 23. 38. & 39. Ira fratris mansuetudine verborum sedãda est. num. 10. 14. 18. 19. 24. & 25. Irato fratri dic, alius mihi linguam & manum cohibet. num. decimo quarto. Iratus etiam in hac vita pœnas dat, ibidem numer. 15. 22. & 23. Ira cordi impressa putredo est, & vipera peior, ibidem num. 23. Iram deponendam docuit Esa. post aduentum Christi, quando vomeres in gladios conflandos dixit. libr. nono. cap. septimo, nume. 26. Iracundia dicitur ianua omnium viciorum, ibidem num. 29. Iracundis cõuiuere perniciosum est, lib. vndecimo. cap. 5. nume. quarto, & quinto. Ira innumeras passiones, & mala generat, vt acutus gladius animã confodit. lib. decimo quarto. cap. primo. num. vndecimo, & 20. Iracundus homo insuauis est omnibus, & communis hostis omnia loquitur vt dęmoniacus & insanus, ibidem numer. 18. & 20. Ira draco immanis est, cuius ignis quidquid contigerit necat, lib. 14. cap. 1. nume. 33. Cum ergo tanta mundo eueniãt mala ab hac animi passione tum concernentia illos, qui ista passione detinentur insani, tum etiã alios qui ab iratis hominib. multa perpetiũtur mala, diuina bonitate factum est, vt de arcenda ira inter nouæ legis præcepta Reipublicæ cõueni-

uenientissima hoc statuerit vnum inter priora, quo communicatis bonis prouideretur in fonte, & radice. Quod si quis forte hac passione fuerit concitatus de moderanda lingua secundum mandatum dedit, quo sicut violento torrenti exitus datur, ne cuncta subruat, ita & iræ locus detur, libr. nono, cap. septimo. nu. primo, & secundo. Iram enim suam ostendit fatuus, sapiens autem eam occultat, vt langueat, ibidem num. 27. & 29. Irascitur homo aliquando, quia id ex parte effectus est naturæ, sed malum sermonem proferre prohibet Deus, lib. nono. cap. septimo, num. 32. vsque ad 34. 36. & 37. Præcipit Dominus ne vel leuiculã conuitia in fratrem dicamus, dumque linguam præcipit moderari frequentissimo malo mederi voluit, ex quo homines ab alijs hominib. nocumenta recipiunt, quibus vix usquam in posterum valent prouidere, dum in ira vehementer agitati verbum proferũt contumelioſum, & pacem turbant & quæ protulerunt sic animis audientium infunduntur, vt obliuiscantur nusquam, & ea vt sacra oracula credant, cumq. volet irreuocabile verbũ, illud in tota Republica manifestum fit, vnde honor læditur, qui reſarciri non potest, nec fama reparari; quapropter comminationibus persuadere Dominus voluit, ne fratri quis diceret Raca, aut fatue, sed linguã moderaretur Christianus, ne fratrẽ læderet, sed lingua iusti loquatur iudicium, dum cũ consilio loquitur bona. li. 10. c. 6. nu. secundo, & 3. ca. 7. n. 16. Linguam grandi cura seruet, qui peccare nõ vult, lib. decimo, cap. septimo, num. 2. 4. vsque ad sextũ, nonũ. 12. 16. vsque ad 19. cap. octauo. nume. octauo, & nono. Linguam tangit Seraphim Esa. quando ea, quę interdicta sunt, non loquitur homo, cap. septimo, num. 3. Linguam Deus modo duplici muro circumdedit, & tãquam carnifici traditur dentibus, ne pereat homo, lib. 10. cap. 7. num. quinto. Linguam nõ frenans concordiam dissipat, num. nono. Linguã custodienda est, vt homo custodiat vias suas. lib. decimo, cap. septimo, numer. 12. 17. & 18. cap. octauo. num. septimo. In lingua alij plus, alij minus, omnes tamen labuntur, li. 10. cap. octauo, numer. secundo. 15. & 18. Linguæ peccatum omnium est fere propensissimum, idemque multiforme, ibidem num. 3. septimo, 19. usque ad 21. Lingua tam est fera bestia, ut eam nullus domare valeat, nisi Deus adsit. lib. decimo, cap. 8. num. 4. & 17. Lingua maiora in fligit vulnera, quam gladius, ibidem nume. 8. & 20. lib. vndecimo, cap. 16. num. 7. Lingua maledica vipera est, quæ flatu vno inficit tres, eũ qui loquitur, & de quo loquitur, & audientes, lib. decimo, cap. octauo, num. 20. Loquens vertens, lib. 10, cap. 8. num. 1. 2. & 21. Linguam & labia seruauit dæmon Iob, vt in his laberetur, qui insuperabilis illi fuit. li. 10. cap. 8. nume. 4. Cum ergo hæc sint communia linguę pericula, & ea, quæ in homine irato reperiuntur maiora, vt ea proferat, quibus indignetur proximus bono totius Reipublicæ prouidit pijssimus pater noster, & omnium vtilitati cum irã moderari, & linguam docuit. Quod si iam verbis læsus est frater, curam exhibendã docuit specialem, ut in pristinam amicitiam eum ducamus, quem læsimus omnibus posthabitis, ne inimicitiæ sint inter homines, sed multa tranquillitas & pax. Et Dominus, qui offensus nullum tradidit præceptum, quo nos cogeret, vt statim eum nobis amicum, & beneuolum redderemus (quod nobis expedientissimum est) voluit hominum mirus amator, vt offensum fratrem, nec per horam, si possibile illud esset, reconciliare differremus, sed dimisso sacrificio illius quęreremus amissam gratiam, vt quod in nobis est, cum omnibus hominibus pacem haberemus, lib. 14. cap. quarto, nume. 7. Pax oleum dicitur, quod lex iubet offerre, quia sine ea bona opera Deo non probantur, lib. 14. cap. quinto, num. primo. secundo, & 3. Inimicos etiam læsi alloquantur, eisque recõcilientur, lib. primo, cap. 12. numer. 3. 4. 8. 33. & 39. Inimicitiæ, & diuisiones innumera generant mala, lib. 14. cap. quinto, nume. sexto. Vnde Dei beneuolentia præceptum accepimus de reparanda pace, & amicitia fratrum, sine qua Deo hominum seruitia grata esse non possunt. Et quia singula hæc, quę ut diximus, tam sunt omnibus hominibus vtilia, tamque toti Reipublicę proficua, eleganter Euangeliũ hodiernum prosequitur, ad singulorum expositionem deueniamus.

Nisi abundauerit iustitia uestra plusquam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. In primis possunt hæc verba intelligi de Apostolis, & eorum successoribus, vt comparetur iustitia Doctorum Euangelicorum cum iustitia Scribarum, & Pharisæorum, & significatur Doctores Euangelicos perfectiora & facere, & docere oportere, quam faciebant, & docebant Scribæ, & Pharisæi. Doctores Ecclesiæ in lignis arcę Noe quadratis, & linitis significantur optime. lib. quinto. cap. 8. numer. secundo. Sacerdotibus veteris legis licebat uti uxoribus, quod modo non licet, li. 16. cap. primo, nume. 33. & 35. Sed quia præcepta illa, quibus statim explicat, quæ sit iustitia illa abundantior, quam requirit, ad omnes pertinet Christianos, rectius hæc sentẽtia intelligitur dicta toti populo, & omnibus Christianis. Itaque significat nos optimis, & illis, qui pro sanctissimis habiti sunt apud Iudæos, debere esse meliores. Aduertendum etiam est, non comparari iustitiam nostram cum hypocrisi Scribarum, aut quouis alio eorum uitio, sed cum eorum iustitia, id est, virtute, & æquitate, quam ex aliqua parte gerebant. Ideoque non dicitur: Nisi meliores sitis Scribis, & Pharisæis, sed; *Nisi abundauerit iustitia*, significans nos debere implere eorum iustitiã, & tamen etiam illi aliquid debere superaddere. Iustitia autem maior, quæ a nobis requiritur, consistit in iustitia, non solum exteriorũ operum, quam solam sectabantur Pharisæi, sicut

cut Dominus docuit historiam narrans Pharisæi, qui ascendens in templum, vt oraret, illa tantum memorabatur opera, quæ externa erant: Ieiuno bis in sabbato, &c. sed etiam internarum affectionum. Non in externis cære monijs potissimum sitam existimemus virtutem, quemadmodum illi, sed in spiritu, vt fortitudo sit in homine interiori, & in exteriori pulchritudo, sicut de Christo Domino scripeũ interpretatur Bernard. in Psalmo vbi dicitur: Dominus regnauit decorem indutus est, quem externa opera producunt, quæ oculis hominum patent; indutus etiam est fortitudine, quę in internis animæ virtutib. est sita. Vel aliter secundum interpretationem Augustini: Iustitia Christiana eam, quæ Scribarum est, antecellere debet, quia illorum virtus in dictis, & non factis consistebat; nostra autem & dicta, & facta habere debet, cum scriptum sit: Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui fecerit voluntatem patris mei. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. De quibus dictum est sub fortis mulieris nomine. Quæsiuit lanam, & linum, & operata est consilio manuum suarũ. Et illud: Manum suam misit ad fortia. De fructu manuum suarum plantauit vineam. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus, & verbis & factis, iustitia interna & exteriori. Et post hęc subdit: Os suum aperuit sapiẽtiæ, & lex clementię in lingua eius. Et concludit: Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis, hoc est, in morte, opera eius. Hæc enim debent mulieris non verbosæ, sed fortis virtutem commendare & prædicare. Fides ad cęlum non perducit, nisi bona opera ei adiungantur, lib. 3. cap. 16. num. nono. & 13. lib. quarto, cap. 42. num. sexto. Fidem habens sine operibus ille est, de quo scriptum est: Ficus enim non florebit, &c. libr. sexto, capit. 3. num. octauo. Fidem habentes sine operibus in loco sunt vidientium, quos quasi impios percutit Deus, ibidem num. 26. & 27. Fidem habentes sine operibus rugæ sunt Ecclesiæ, libr. nono, cap. 17. nume. 23. Fidem & opera habentes iusti tamquam domestici Dei vestiti sunt duplicibus. libr. 18. capit. decimo, numer. 24. Virtus non verbis, & fictæ, sed pie, rectoq. animo operanda est, quod multi non faciunt, lib. 14. cap. 19. nume. primo, vsque ad 3. 6. & 16. li. 18. cap. decimo, num. decimo. Virtutum externa opera non acceptat Deus, si interno spiritu sint vacua. libr. decimo quarto, cap. 19. nu. 1. usque ad 3. lib. 18. cap. decimo. num. quinto, 33. & 34. Virtutem operans homo, dum vult apparere laudabilis, mel comedit in summitate virgæ, si autem tantum laudes humanas quærat, saturatur melle, libr. decimo octauo, capit. primo. nume. 36. & 37. Virtutem operans cum aliqua vanitatis permistione, comedit cum sanguine, ibidem nume. 37. Virtutes minimas facere reiectis omnibus grauioribus, Pharisæorum est proprium, libr. 18. cap. decimo, nume. 3. vsque ad quintum. Virtuti prius studere debet homo in interiori homine, & post externa curare, ibidem numer. 5. 6. 26. 33. & 34. Tunc enim probata est virtus, quando actus interni, & externi coniungũtur in eodem num. 33. & 34. Virtutem qui operatur propter honores, diuitias, vel voluptates, mutat gloriam Dei in similitudinem volucrum, bestiarum, & serpentium; lib. 18. ca. 13. num. vndecimo. Quia ergo homines Christiani externis virtutibus, verbis religiosis, coniungere debent internam animi virtutem, facta egregia, eorum virtus, abundare debet super iustitiam Scribarum, & Pharisęorum. Vnde Augustinus in tractatu ultimo illius tomi, qui est de perfectione iustitiæ, edisserens verba illa Iob: Iustitia vestitus eram, & circumdedi mihi iudicium sicut chlamydem (editio vulgata aliter habet) inquit: Ista vestis belli solet esse magis, quam pacis, vbi adhuc expugnatur concupiscentia, non vbi erit plena sine aliquo prorsus hoste iustitia nouissima inimica morte destructa. Cum homo non finit regnare peccatum in suo mortali corpore ad obediendum desiderijs eius, inest quidẽ peccatum in membris eius, sed non regnat, quia non obeditur desiderijs eius: Iustitia induitur, qui in vtroque homine eã portat. Quæ in nobis perfectior esse debet, quam in antiquis ait Chrysostom. quia noua lex ampliora promittit præmia, maioremque habet Spiritus sancti gratiam, requirit supra antiquam maiora certamina. Lex noua veteri perfectior, Deuteronomium est in cordib. iustorum scriptum. li. 18. cap. decimo, num. secundo. Legis veteris præcepta cæremonialia, non bona dicit Paulus, id est, nihil magnum ad virtutem conducentia. lib. decimo. cap. 3. nume. 3. 7. & 8. Lex uetus imperfecta est, Euangelica autem perfecta. ibidem nume. 7. 8. & 13. Lex vetus ministratio mortis dicta est, lex autem noua ministratio spiritus, num. 13. Sed, proh dolor, cum tam vrgentibus causis maiorem a Christianis Dominus postulet virtutem, pro quib' ille mortuus est, quorum corda illius sacro sãguine rigentur, ut uberiores reddant fructus, qui effuderit copiosissime Spiritum sanctum super omnem carnem, qui in discipulis baptizati sunt, qui tot, taliaque Sacramenta receperunt sanguinem Christi continentia, a quibus merito multa postulat Deus, quia plura receperunt: Et cui multum datum est, multum exigitur ab eo, nec illam saltem virtutẽ præstant, quę Scribis, & Pharisæis erat peruia. Illi enim verbis, externis operibus uirtutem colebant, a vitiis abstinebant, quæ animos intuentium ad malum trahere potuisset, ieiunia frequentia in illis erant, eleemosynæ assiduæ, templorum frequentationes, orationes, quę in hominibus Christianis vix reperiuntur. Non inter nos ieiunia, sed comessationes, & ebrietates, & impudicitiæ, quæ ista consequuntur, non crebrę eleemosynæ, qui vel obolum algenti, & pereunti pauperi non porri-

Luc. 14.

Psalm. 94

Aug. li. de fide & oper.

Matth. 7

Rom. 2

Prou. 31.

Aug. lib. de perf. iust. Iob 29.

Hom. 16. in Matth.

porrigimus, nulla de bono nomine cura, sed per nos nomen Dei blasphematur inter gẽtes, arcentur a fide infideles nulla in Christianis cernentes opera, quæ ipsos ad fidem pertrahant, sed multa, quæ ab ea arceant, quod acerrime dolendũ est. Christianus, quia maiora accepit in Baptismo bona, quam Iudęus, si cadat, grauius isto peccat. lib. 3. cap. 15. nume. 1. vsque ad tertium. & 16. lib. 6. cap. 11. num. 15. Christiani perdite viuentes multi sunt, qui arcent infideles a fide. li. 3. c. 15. nu. 11. 12. & 15. li. 4. c. 31. num. 40. Christianæ disciplinę signa, quib. a barbaris distinguuntur, rara sunt in fidelibus. li. 3. c. 16. nu. 1. 2. 11. & 12. Christiani perpauci inueniuntur modo hoc nomine digni. li. 5. c. 5. num. 5. vsque ad 7. Christiani multi dignosci non possunt ab infidelib. qui habent in se similitudinem bestiæ, quam vidit in Apocal. Ioann. li. 12. ca. 3. numer. 4. cap. 4. num. 15. Et licet Christiani multi sint numero, pauci sunt, qui studiose uiuant, lib. 14. ca. 11. num. 11.

6 *Audistis quia dictum est antiquis; Non occides, &c. Ego autem dico uobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.* Tres facit Dominus gradus peccantium citra homicidiũ per irã, & indignationẽ, & tres item pœnarũ gradus. Leuius. n. est irasci tantum fratri, & irã in corde retinere cõpressam, quam si irrumpẽte ira dicat quis fratri: Raca, vel fatue. Quod autẽ trium istorum peccatorum leuissimum est. S. irasci fratri, par facit condemnationi homicidij in lege, non quod æque graue sit peccatum irasci fratri tantum, & occidere illũ, vtrobiq. dicens: *Qui occiderit fratrem, reus erit iudicio, qui irascitur reus erit iudicio*, sed vt doceret Euangelicæ doctrinæ perfectionem, & sic Christiano studendũ esse effugere omnem iram in fratrem, quomodo Scribæ, & Pharisæi vitabãt homicidium. Secundo aduertendum est, quod non prohibetur in his verbis primus iræ motus, qui non est in homine, sed ira deliberata, cui cõsensus accedit. Sãcti quidẽ irã uocabãt permanentẽ, & diuturnã tristitiã, stimulũ vero breuem, ac subitũ, indignationem. lib. 9. ca. 7. nu. 9. Ira affectio naturalis hominum est, &c. li. 14. c. 1. nu. 33. Irasci hominis est, & iram non perficere Christiani. li. 14. c. 2. nu. 2. Ira accẽdũtur aliqui cito, & cito frigescunt, alij tarde & nimis iram seruant, quod peius est. li. 9. c. 7. n. 39. & 40. Deinde nec huiusmodi ira prohibetur qua quis vitio hominis offenditur. Ad quod significandũ quidã putant dictum; *Qui irascitur fratri*, hoc est, non vitio hominis, sed homini, quẽ diligere deberet, eo quod frater sit. Dicitur autẽ oportuna ira, quę sumitur aduersus eos, qui contra Dei præcepta viuunt, quando non ad vindicandũ nos, sed ad vtilitatem eorum, qui male viuunt, ex dilectione irascimur cum congrua honestate, & moderatione. Debetq. irasci homo, & indignari aduersus propria peccata. Ira rationis aditrix cõtra peccatum necessaria est. li. 9. c. 7. nu. 6. usq. ad 8. 16. 17. 37. 40. & 41. Ira mala est, de qua dicitur: Deponite omnem Iram; bona autem, de qua scriptum est: Irascimini, & nolite peccare, ibidem num. 31. 37. 40. & 41. Irascimini, & nolite peccare multipliciter exponitur, num. 32. 34. 36. & 41. Ira, qua animus per zelum mouetur contra peccantem fratrẽ, mentí dominari non debet, sed velut ancilla dominæ seruire, ibid. num. 41. Tertio aduertendum est, 7 quod in his verbis; *Ego autem dico uobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, &c.* docet Dominus initijs peccatorũ occurrere, ne peccare grauius contingat. Omnem. n. mali occasionem a suis tollere vult Deus. Sic in Exod. iubebat: Nomen aliorũ Deorũ non memorabimini. Et Paul. ad Ephes. Fornicatio, aut immunditia, nec nomi netur in vobis, sicut decet Sanctos. Voluit Dominus idolũ non nominare, ne cõtingeret colere, sed abijcere omnem peccatorũ occasionẽ. Et in Leuit. quia occasionem ruinæ filijs Aaron dederat, vinum illud Sacerdotibus in eo capite interdicit. Et in Deuteronomio; Perdendo perderis omnia loca in quibus seruierunt gentes. Nocere valde peccatoribus solent peccatorum reliquiæ, & monumenta, quæ pręteritorum vitiorum memoriam renouare solent. Ideo quidquid peccatum ad memoriam reducere potest, delendum est; ita vt etiam si fieri possit nomen deleatur eorum. Quia capilli Absalonis radicitus euulsi non sunt, interijt miser hærens in quercu, cum iterum creuerũt. Sic in Nume. comedit populus, & adorauit Deos earum. Et in Exod. Cauete, ait Dominus, populo ne ascendatis neque tangatis montem. Prohibet Deus initia transgressionum. Ob hanc causam forte Dominus Euæ prohibuit, vt ipsa dixit, arboris interdictæ contactum, ne contingeret eam venire ad esum. Quare & hic Dominus non solũ prohibet montis ascensum, sed contactum. Ideo enim prohibet tangi, ne contingeret ascendere. Vbi disce, quam sit cauendum peccati terminos accedere, si vis non peccare. Hac de causa in Gene. Rachel furata est idola patris, vt idolatrandi tolleret occasionem. Hanc. n. causam inter alias assignant Hebræi furti idolorum. Hac de causa in his verbis, *Qui fratri ira scitur sine causa, &c.* peccatorum initia tam seuere interdicit, ne contingat in grauiora ruere. Peccata minima si negligant homines, incident in maiora, lib. 14. cap. nono. num. secundo. cap. 22. num. 39. Peccatum cauet, qui non respicit paruumne sit illud, aut magnum, sed iubentis qualitatem. lib. 14. cap. nono, nume. 3. cap. 22. num. 39. Peccata sic relinquenda sunt, ut longe recedamus ab eis, libr. quarto, cap. 31. nume. primo. Peccata minima primum suadet dęmon, vt paulatim veniat homo ad maiora, & maxima, ibidem num. nono. & decimo. Cum autem ait: *Qui irascitur, &c.* ostendere vult quantum malum sit dare locum iræ, quæ statim crescit in odium, &c. Sic cum indignatum cerneret Deus Cain in fratrem, & iratum valde, vocato eo ait: Quare iratus es? Vbi Sanctis pagninus vertit; Vt

Luc. 14.

Exod. 23.

Eph. 5.

Leuit. 10

Num. 25

Exod. 19.

Gen. 31.

Genes. 4.

quid est ira tibi? id est, caue tibi, quia iratus innumera patrabis mala, sicut & factum est, dum continuo ira percitus dixit fratri suo: Egrediamur foras, & interfecit illum. Ira euellenda est cito a corde, ne in odium conuertatur. lib. nono. cap. septimo. numer. 37. & 39. Ira ignis est celeriter extinguendus, quod facit, cum iniurias obliuiscitur homo, ibidem num. 11. 18. 19. 23. 31. & 37. Ira freno diuini iudicij, & eorum, quæ contra Deum commisit homo ab anima pellenda est, & moderãda, ibidem num. vndecimo, & 14. ne uirum stultum interficiat iracundia, quæ ut ait sapiens, in sinu stulti requiescit. Diciturque stultus, quia caret prudentia, qua passiones moderetur. Si enim iram in exordio moderatus non fuerit homo, ignis vehementissimus incenditur, ait Chrysostomus, quo cuncta vastantur. Qui irã pullulantem compresserit, Angelo similis est, qui autem id non effecerit, adhuc hominis nomen nõ meretur. Iste naufragatur, & proijcit merces in mare, alter vero tutus nauigat. Iram vincens multum probatur apud sapientes, licet stulti illum irrideant. lib. nono. capit. septimo. num. 12. vsque ad 14. & 20. Et sicut qui merces proiicit in mare procellis insurgentibus, cum fluctus fuerint sedati, vel in portum applicuerit, vehementer angitur, quod quę multo, & diuturno labore acquisierat, breui maris agitatione amiserit; ita qui sedato mari irę, & indignationis, considerat quę amisit animæ bona, multum cruciatur. Vnde irati in se reuersi dolore simul anguntur, & metu eorum, quę amentes non aspiciebant. lib. 9. c. 7. num. 13. 20. & 21. Chrysostomus, Augustinus legendum censent in hoc loco: *Qui irascitur fratri*

8 *suo sine causa.* Quod si Dominus eam tantũ prohibuit iram, quę sine causa est, consequens sane videtur omnem indignationem esse licitã. Inimico quidem indignantur homines, a quo iniuriam patiuntur, & damna in facultatib. honore, &c. Quis tam insanus, ut causa non precedente irritetur, & excãdescat cõtra eũ, qui irę causam non dedit, dum illum in nullo læsit? Quod autem læsus irascatur homo prohibitum non videtur, cum iram rationabilis antecedat causam, quæ illum ad irã excitet. Bestijs feris similes fuere Tyranni, qui nulla præcedente ratione sæuiebant in Martyres. Colligatum se confitebatur Ignatius decem leopardis, tali enim nomine, inquit, dignos cẽ seo eos, qui ex beneficiis nostris sæuiores sũt, Diabolo similes, qui cum nullum nocumentũ ab hominibus accepisset, in illos vt leo rugiens circuit, &c. Qui ex patre diabolo sunt sequuntur eum, quia sunt eius. At quod ut plurimum contingit, illud est, homines mansuetos multa animi tranquillitate frui in eos, qui ipsos non contingũt ne in diuitiis, &c. irascuntur autem in eos, qui sibi sunt damno. Recte quidem legem hanc tulit Dominus eo tenore uerborum, quem diximus, in quo fratrem vocauit quemcumque hominem, qui ab uno patre est, vno pariter mecum sangui-

Iob 5.

Chr. ho. 3. in Ioan.

ne redemptus, etiamsi ille dilectissimo me orbauerit patre, aut fratre, &c. Ille autem dicitur irasci sine causa, qui ad iram non concitatur propter honorem Domini, eius offensa actus, sicut Moyses, qui egressus est a Pharaone in ira furoris sui. Qui tabulas legis fregit ira percitus iustissima, quod populus vitulum adorasset aureum. Et sicut Phinees, qui cum in impetu furoris sui confodisset gladio concumbentem Iudæum cum Madianitide, sicut clauus clauo pellitur, ita diuinam iram ira sua moderatus est, sicut scriptum est: Stetit Phinees, & placauit & cessauit quassatio, & reputatum est ei in iustitiam in generationes perpetuas. Sicut & Eleazaro, cui contremuerunt renes, dum cerneret thurificantẽ fratrẽ idolo, quem trucidauit super aram. Instigãte enim Spiritu sancto ista operabantur, qui irascebantur, nec peccabant; Qui ut corrigat fratrem, vt emendet indignatur, cui eius incumbit correctio, recte facit. At quãdo quis irascitur læsus in honore, fama, bonis, licet rationabiliter id facere credat, re vera irascitur sine causa. Illa. n. causa me indemnẽ seruat a culpa, quæ Dei est, concernens diuinum honorẽ, aut fratris vtilitatẽ. In his ergo verbis id Dominus voluit, quod sicut proximum nõ solũ odio prosequi non debemus, sed insuper benefacere ipsi, ut internam deponamus malẽuolentiã, & externa opera in eius vtilitatẽ exhibeamus, ita vt amore interno externa cõiungerentur opera; ita voluit, ut & inimico nocumentum nullus inferret, & insuper illi non icascremur interius, nec verbum in ipsum proferret incompositum. Vindictam itaque prohibuit & iram, quę est appetitus vindictæ, quæ solum requiescit in sinu stulti, licet per sapientis sinum aliquando prætereat velociter. Requiescit autem & eneruat internã animi virtutem, &c.

Exod. 11.

Psal. 105

1. Mach. 2

Qui dixerit fratri suo: Raca, reus erit iudicio, &c. Id dixit Iesus, inquit Chrysost. ut intelligas quod nec leue quidẽ & minimũ cõuitiũ in fratrem culpa vacat, nec pœna grãdi, nec de grauioribus dubitare nõ debeas. Raca. n. indicium tantũ cõtẽptus significat, sicut cũ Hispani aliquẽ mendicũ vocãt, *Desarrapado picaro.* Qui irascitur sine causa, iste reus erit cõsilio, hoc est, dignus accusatione, ut corã iudice accusetur, quod *si dixerit Raca, reus erit iudicio*, i. cõsẽsu iudicij de proferẽda cõtra eũ sẽtẽtia agnita iam culpa, quã negare nullus potest, sẽtẽtia supplicij expectãda est, quæ certo sequeretur. *Qui autẽ dixerit fratri: Fatuè* (nisi causa correctionis dicat, sicut Paul. ad Gal.) *reus erit gehẽnæ ignis*, i. dignꝰ, qui per irreuocabilẽ, & definitiuã sẽtẽtiã æternis incẽdijs tradatur. Si reus gehẽnę est, qui irã moderari noluit, sed ea ad tãtũ deuenit malũ vt fratrẽ fatuũ vocauerit, ira quæ ad linguam peruenit, tãta æstuersione digna est, ex eo quod fatuũ proximũ vocauit iratus, qualiter quæso ea vindicãda est, quę ad linguã, & manũ uenit quãdo ad vulnerandũ, vel interimendũ hominẽ, vel per falsũ testimoniũ eũ inhonorã

Li. de ciuit. Dei. cor. 8.

9

dum

dum fuerit deuoluta? Sane de re hac Euãgeliũ non loquitur, cum. n. Dominus de re hac verba fecit hanc prohibitionem antiquis factam animaduertit, in qua tanta, & tã aperta patẽt incõmoda, quæ latere non possent Iudæos, licet in intelligentia legis multis perfunderentur ignorantiis. Et sicut Dominus dixit: Qui non credit, non iudicatur, eius. n. causa examine non eget, nec sententia, iam iudicatus est, tam grandi causa infidelitatis patente, ita cũ ira operib. malis ostenditur, taxanda non est cuius damnum, & malum omnib. notũ est, sed ea, quę in corde geruntur, vel verbis aperiuntur, ea interdicta docuit Christianis, cętera autem reliquit tamquam principia practica,

10 & moralia apud omnes certa.

Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, &c. In his verbis docet Dominus quid faciẽdum sit ei, qui fratrem in aliquo læsit, eo quod sciret fieri non posse, quin inter fratres nõnũ quam offensæ orirentur, & vnus alterum læderet, saltem: Raca, vel: Fatue, dicendo. Si tale quid aliquis commiserit, ante omnia ei operanda est, vt scissa concordia resarciatur, & fratri reconcilietur. Adeo vt huic rei sacrificij oblationẽ postponat, quæ non potest accepta esse ab eo, qui fraternæ charitatis violator est. Ostẽdit nos nõ posse nostris sacrificijs recõciliari Deo, quãdiu non fuerimus recõciliari fratri. *Si offers munus tuum.* Sic diuinũ negotiũ, etiam cũ in manib. est, intermittendũ est, & posthabendũ reconciliationi fraternæ, a fortioriq. alia negotia intermittenda, ne recõciliatio cũ fratre differatur, sed quã citissime fiat. Efficax est valde hæc sententia ad suadendũ studiũ recõciliationis, eo quod doceat primũ concordiã fratrũ Deũ malle, quã sacrificia. Deinde nõ esse Deo accepta sacrificia, ac proinde nec quęuis alia opera nostra, si desit charitas mutua. Nec solũ efficax est hęc sentẽtia. vt quęrat reconciliationẽ, qui læsit, sed etiã ad hoc, vt qui læsus est, facile fratri recõciliationẽ quærenti condõnet, ne Dei sacrificia illi offerenda remoretur, & impediat. Aduertenda etiã hic est mira Dei benignitas, qui vt promoueat mutuam fratrũ charitatẽ, cũ nulli astrictus sit, suã gratiã vult pendere a fratris gratia, ita vt suã impertiri nolit, nisi fratris gratia impetrata. Interrũpatur, inquit, minister iũ meũ, vt tua charitas integretur. Sacrificiũ mihi est fratrũ reconciliatio. Hęc est acceptissimũ sacrificiũ, sine qua Deus aliud non recipit. Et sicut in sacrificijs legis veteris, ait Basil. vbi modica quædã reperiebatur macula, vel mutilatio nõ integri alicuius mẽbri, sed modicæ partis, abscissæ auriculæ, &c. si vir ille erat, sacerdotio reddebatur inhabilis, si hostia, in sacrificiũ offerri non poterat, in quib. declaratur, quæ a nobis exigitur iustitiæ præstãtia, vt ad offerendũ munus Deo accedam⁹. Statimq iubet Deus, ut ad reconciliandũ fratrẽ properemus, quia hæc passio veloci eget curatione, dicente Paulo ad Eph. Sol nõ occi-

Ad Gal. 5.

Basil. hom. 2. de baptis.

Ephe. 4.

dat super iracundiã vestram. *Relinque ibi munus, &c.* Vide misericordia Dei quomodo hominũ vtilitates amplius aspicit, quã suos honores. q. d. libenter expecto Dominus seruos, vt vos in amicitiã veniatis. Aduertendũ itẽ quo modo Iesus hoc mandato etiã iustitiã nostrã abundantiorẽ facit iustitia Scribarũ, & Phari sæorũ, siquidẽ hi statim ad sacrificia cõfugiebant, quasi per ea cuncta statim crimina expiarentur, etiã neglecta fratris recõciliatione. Contra quos, ut alibi dixit: Malle misericordiã, quã sacrificiũ, ita significat malle charitatẽ fraternã, quã sacrificiũ, sicut olim dixerat manus abhorrere sanguine plenas odij fraterni, ob quod Iudæorũ sacrificia nõ accepturet, quæ etiã hic respuit, dũ reconciliationẽ fratris nõ curat, qui illum læsit. Figura huius præcepti, & exẽplũ præcessit in Iacob, qui non nisi fratre Esau sibi reconciliato legitur altare erexisse, ĩ quo sacrificiũ obtulit gratũ Deo. Sic & Ioseph, antequã pranderet cũ fratribus eis, etsi læsus ipse, reconciliatus est. Eucharistiã sumens qui insidiatur fratri, Iudæ similis est. lib. 5. ca. 12. nu. 4. 10. & 32. Orationẽ nostrã non recipit Deus, si odio in corde conseruetur. li. 1. c. 12. n. 5. 7. & 34. li. 13. c. 5. n. 17. lib. 14. c. 5. nu. 2. Orationes non audit Deus, nisi concordes fuerimus. li. 13. c. 5. n. 2. 5. & 17. In oratione qui immolat debile Deo, hoc est, orationes cũ ira, &c. maledictus est. li. 13. ca. 5. nu. 17. Inimicos etiam læsi alloquãtur, eisq. reconciliẽtur. li. 1. c. 12. nu. 3. 4. 8. 33. & 39. Porro quod dicitur: *Frater tuus habet aliquid aduersum te*, dupliciter intelligi potest: Augustinus. n. intelligit eũ habere aliquid contra aliũ, qui ab eo læsus est, & causam habet de eo conquerendi. Ita q. non dicitur: *Si tu habes aliquid contra fratrẽ*, sed: *Si frater habet aliquid aduersum te*, quia non præcipitur ei, qui ab alio læsus est, vt ante oblationẽ reconcilietur fratri, quamuis magnæ sit perfectionis, si quis læsus fratrẽ inducat ad reconciliationẽ secum ineũdam, satis huic erit, si offensam condonet, & iniuriã remittat, sicut Euangelium Dom. 21. docet de illo, qui debebat centũ denarios, &c. Sed quãuis non necessarium sit, vt is, qui læsus est, reconciliationẽ quærat, bene tamen vt ante oblationem remittat iniuriã fratri, sicut in Dominica, quã retulimus, dicendũ erit copiose. Chrysost. intelligit eũ habere aliquid aduersus alterum, cui tum alio non bene conuenit, sed qui inimicitias cũ eo gerit iustas, vel iniustas, & ob id absolute dictũ: *Si frater tuus habet aliquid, &c.* vt intelligatur etiã ei, qui læsus est, præceptũ esse, vt reconciliationẽ eius quærat, qui ab ipso dissidet, & se læsum ab eo putat, etiãsi non sit. Ideoq. dictum Chrysost. putat: *Reconciliare fratri tuo* quod tam offenso conuenit, quã offenti, quod pertinet ad perfectionẽ Euangelicã, quam Christus hic tradit, etiamsi illud sub præcepto non cadat. Ideo. n. Paul. viros vult orare in omni loco leuantes puras manus sine ira, & disceptatione. Intelligenda item est hæc sententia cum eo sale discretionis si. s. tẽ

Genes. 33

Gen. 45

1. Timo. 2

pus & locus, & prudentiæ ratio ita permittat. Nec tam seruanda sunt verba, quam intentio Domini, quæ est, vt quantum in nobis est, cum omnib. hominibus pacē habentes, omnia post posita omnib. faciamus, quo offensum fratrē reconciliemus nobis, adeo vt etiā sacrificium Deo iam iam offerendum intermittamus, cū ita fieri potest, quo memores offensę fraternę eum, qui offensus est, placemus, priusquam sacrificium absoluamus. Quod si autem re ipsa fieri non potest, vt offensum adeamus, saltem corde, & bono proposito peragendum est, vt offensum placare proponat, antequā offerat sacrificium. Vel, vt Augustinus ait lib. de conflictu vitiorum, & virtutum: Munus nostrum oratio nostra est, altare nostrū cor nostrū est, q.d. ne in corde tacitam precem effundas, nisi prius offensum proximum ad mansuetudinē perducas. Admonet ergo locus iste, quanta diligentia examinanda sunt, quæ Deo sumus oblaturi, ne cum offensa proximi minime resarcita accedamus. Sic præcipiebat lex, ut in decima die acciperetur agnus, & domū duceretur occidendus in quartadecima luna, ut illis dieb. examinaretur, si quid haberet maculæ, quod illud a diuino conspectu arceret; sic & oblaturi Deo Eucharistiam, orationē, eleemosynam, sacrificium gratissimum examinandū est prius, vt omni postposito odio sine macula Deo offeratur. *Vade prius reconciliari ei, quē offendisti* sic misit Iacob nuntios ad Esau, licet cum benedictione patris illi iā prælatus esset, & vendita primogenitura inferior effectus, vt maior seruiret minori. Et inclinauit se super terram decem uicibus, vel septies, ut lectio habet nostra, vt irati fratris animū placaret, quod & ita accidit, cū cucurrit Esau in occursum eius, & amplexatus est fratrē stringensq. collum eius, & osculans fleuit. *Vade prius*, &c. Munus crudele non acceptat Deus: si ferocem animum non deponis, cur accedis? Scriptum est. n. Cū multiplicaueritis orationes uestras, non exaudiam. Quare? Quia manus uestræ sanguine plenæ sunt per odium fratris. Vnde in Leuit. præceperat Deus: Bos, siue ouis non immolabuntur una die cum fœtibus suis. Dum. n. non vult Dominus, ut filius eodē cum patre die ad aram trahatur, docet nos id, quod Christus, ut si ad aram accedentes meminerimus iniurios nos fratribus fuisse, ferocem animum esse deponendum, & frater reconciliandus antequam munus Domino præsentetur, ne repudietur ab ipso, iuxta illud quod scriptū est a Malachia: Non est mihi voluntas in uobis, & munus non suscipiam de manu uestra, vtpote quia languidum, & debile offertis mihi.

Augustl. lib. de conflictu vitiorum & virtutum.

Exod. 12.

Gen. 32.

Gen. 33

Esa. 1.

Leuit. 22

Malac. 1.

DOMINICA SEXTA post Pentecosten.

Euangelium.

Cum turba multa esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent. Marci 8.

CIRCA expositionem huius Euangelij multa consulenda sunt in Dominica 4. quadragesimæ quæ huic sunt multum accommodata, quibus pauca restant superadenda, inter quæ illud primū est, quod Dominus post patratū miraculum quinque panum, conuenienter istud gessit secundo, duo hac iteratione ostendēs, indeficientē. s. suam bonitatē, & sequentib. se nihil unquam etiā temporalium defuturum. Quamuis maiora promiserit bona his, qui illum fuerint secuti, immo ea, quę sola nomen bonorum iuste merentur, cuiusmodi spiritualia sunt. Hæc illorum portio in terra viuētiū, quæ iure hæreditario debentur filiis, qui & hæredes sunt Dei, cohæredes autem Christi. Ista enim sunt quæ loco benedictionis Deus dat amicis suis. lib. secundo. cap. decimo sexto. num. 17. 24. & 25. lib. quarto. cap. 41. nume. 12. & 13. Sed qui spiritualia dat, quæ digna sunt bona amicis suis, temporalia adijcit, vt accessoria, ita certo vt Sacer Vates clamet: Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Et licet ille tota die misereatur, & commodet, nihilominus semen illius in benedictione erit. Vnde cum Isaac, Deo linguam eius mouente, & aperiente benedictionem copiosissimam electo a Domino Iacob dedisset, dixit quidem primum: Det tibi Deus de rore cæli abundantiam, spiritualia (inquit Bernardus) præcipue offerens, quæ in rore cæli diuino illapsu in eius mentem intellexit pater sanctus, sed ne ille circa temporalia sollicitus redderetur de pinguedine etiam terræ abundantiam promisit illi, qui recte abundantia uti sciret, panem autem, & piscículum his, qui in opulentia constituti abuterentur bonis in luxum, in superbiam, & perditionem. Voluit ergo Dominus deordinatam tollere ab hominibus temporalium sollicitudinem, vnde tanta uidemus oriri inconuenientia, & quod verbis multis persuadere uoluit, sicut Dominica decima quarta dicendum erit, hoc ipsum commodius egregiis factis suasit in lege ueteri, dum Abrahæ, Isaac, Iacob, Eliæ, Iudæis in obsidione Samarię quando desperatum credebat remedium populus, in diuturna Iudęorū peregrinatione per

1 *Dom. 6. post Pentecosten.*

Psalm. 36

Gen. 27.

quadraginta annos in vasta solitudine, quādo nec arare poterant, nec metere. Sic & istis victum contulit abundantem in deserto, vbi Apostoli illud, vel difficile iudicabant, vel impossibile, cum dicerent: *Vnde istos hic quis poterit saturare panibus in solitudine?* Et ut illorum curam doceret se habere specialē, cum de numero panum requisisset, continuo præcepit turbis discumbere super terram, vt esu rientes pasceret, qui pullis coruorum inuocātibus eum escas parat, & aues quæ non laborant, neque nent, neque congregant in horrea cælestis pater alimenta indeficienter ministrat. Reprobis quidem frequenter, quæ cōcupiscunt immoderate temporalia in proprium malum largitur. Sicut illis, qui in eremo postulabant carnes, &: Pluit sicut puluerē carnes, & sicut arenam maris volatilia pennata, ea abundantia, & liberalitate, qua arenam quis largiretur poscenti, sed dum adhuc escæ essent in ore, necdum ad stomachum, aut vix descendissent, ira Dei descendit super illos, & occidit pingues eorum, & ceciderunt in medio castrorum, qui a Deo contra ipsius voluntatem ea efflagitarunt, quæ tam ipsis esset nociturą. Et sicut carnis curam non faciendam docuit Paulus in desiderijs, bene tamen, vt adnotarunt Sancti in necessarijs, ita ea, quæ necessaria sunt, non rogatus concedit Iesus turbis, quo immodicam eorum sollicitudinē propulset, immoderatum temporalium desiderium, grandium malorum originem. Vnde Dominus animarum medicus & aufert, & dat, sicut iudicat expedire. lib. quarto, ca. 40. num. 15. Bona temporalia moderate, & ordinate diligenda sunt. lib. primo, ca. vndecimo, nu. septimo vsque ad decimum. cap. 17. num. quarto, & septimo. lib. secundo. cap. 16. nu. 24. & 25. Bona temporalia vt præcipua diligunt reprobi, iusti autem vt accessoria. lib. primo, cap. 17. num. 20. cap. 18. num. 14. li. secundo. c. 16. num. 12. 16. 24. vsque ad 26. cap. 19. numer. 22. vsque ad 25. Bona temporalia concedit diabolus hominibus, quo magnis eos premet bonis, his mbdicis concessis, li. secundo, capit. 19. num. 21. 22. & 45. cap. 16. nume. 28. cap. 17. num. primo, 20. & 21. cap. 19. num. 1. & secūdo. Bona temporalia ea desideranda sunt, quib. prouideatur necessitati, non voluptati. li. 2. c. 16. n. 6. 11. 12. & 16. Bona temporalia dat Deus reprobis, cum ea poscunt, quia ægri sunt, de quorum salute desperatum est. li. 2. c. 18. n. 24. li. 14. c. 20. num. 13. 15. 17. & 18. Bona temporalia sine sollicitudine quærenda sunt, li. 13. c. 8. nu. 4. & 9.

2 Secundo etiam considerandum ingēs benignitatis, & misericordiæ Domini exemplum. Cum. n. turbæ ob suam vtilitatē Domino adhærerent, & apud illū manerent, tamen misereri se dicit turbæ, eo quod triduo perseuerarent secum. Quo docemur Dominum ita misereri sequentium se, cū in malū aliquod inciderint, ac si ab ipsis ille commodum aliquod reportaret, cum contra res se habeat, quod illi sequentes ipsum non solum spiritualia doctrinæ cōmoda, sed & temporalia sanitatū reportarēt. Eademq. quæ hominum sunt magnifica beneficia, vt sua acceptat seruitia, ut ea multa liberalitate remuneret, cū potius homo inseruire Domino debuisset perpetuo, eiq. perpetuas referre gratias, quod animū eius ad sequēdū impulerit, & mouerit, & quod remunerat domū est ipsius, quod illi remunerare deberet homo si posset. Eduxit Deus populū in Aegypto dura, intolerandaq. seruitute pressum ab intolerabili Regis barbari liberat tyrannide, quasceleratus, & impius homo, & infantes viros necabat, & viuentes lateritijs operib. misere cruciabat. Afflictabantur miseri, qui honorē, diuitias, libertatem, & requiem simul amiserant, inuocabant Deum, ut tātis malis oppressos solita benignitate liberaret: fecit id Dominus in signis, & prodigijs eos eruens in manu forti, in brachio extento libertatem concedens, multa Aegyptiorū dona argenti, & auri, duces porrigit Angelos, & quasi illi in egressu beneficiū aliquod Domino fecissent, de eo remunerando sollicitus est, eū circūducens per desertum, & docens, & custodiens sicut pupillā oculi sui, pane Angelorum eos cibans, illis indesinenter astans, legem tribuens in mōte Syna. Immo & cum Dominum Moyses cerneret iuste, grauiterq. indignatū, & ad populum puniendū, & sese vlciscendū paratum, diuinā compescebat indignationē dicens in populū, quem ab Aegypto eduxerat in manu forti, sæuire non debere, ac si egressus populus diuinę obediens voluntati in his, quæ ipsius vtilitatē tantopere concernebant, Deum obligassent ad miserendū & dissimulandū iniurias. Cū potius indignus omni misericordia videretur, qui tantis calamitatib. ereptus & benefactorem contemneret, & illi iniurius extitisset. Sed tamen hæc Dei nostri erat bonitas, vt seruitia sua, quæ revera magis dicenda essent beneficia, remuneret, & illis obligetur. Sic & Abrahā eripuit de Hur Chaldæorū, vbi iteridolatras degens ingentib. periculis fuit expositus, rusticanos deserens consanguineos, & modicas facultates. Et qui re uera diuino hoc beneficio nouiter erat obligatus, audit: Faciam te, si egressus fueris si mihi obedieris, in gentem magnam, multiplicans multiplicabo te: benedicam his qui tibi benedixerint, & maledicam maledicentibus tibi, & multa alia in sequentibus promisit, & impleuit Dominus, quia Abraham suos deseruit, & pro gratidi hoc beneficio, quod recepit egrediens, præmia multa, & magna largitus est Deus, & sua dona hominum vult esse seruitia, quæ remuneret. Sicut & Apostolis, qui miseram uitam deserentes, qui multo labore vix victum, & vestitum quæritabant, & consequebātur, qui ab illo erepti Iesu Domino essent obligati audiūt; Cētuplū accipietis, & vitā æternā possidebitis. Sedebitis, qui ista deseruistis propter me, sup regias sellas iudicātes

vniuersũ orbẽ, tãta largitate præmians quod receperunt illi beneficium relinquentes quæ reficiebant retia, vt fierent hominum piscatores. Hæc in nobis etiam animaduertere licet, cum Deus ea, quæ recepimus beneficia ab ipso, æternis remunerat bonis, & cũ mãdata sua implere iubeat Deus, quia nobis prosunt non illi. lib. vndecimo. cap. 3. numer. 28. cap. quarto. num. secundo. Nihilominus sic eorum impletionem remunerat, ac si illi soli profuissent, quod vt doceret, turbam iubet pascere, & saturare quia triduo Dominum sustinuissent, quasi non hoc in magnam eorum cederet vtilitatem, qui verba vitæ æternæ audiebant, & a languoribus, & infirmitatibus curabantur. Cumque homines Christianos ad se vocans, & trahens & reficiat, & exoneret, & liberet graui dæmonis, & intolerabili tyrãnide, pro hoc in nos collato gratis beneficio, æternam porrigit beatitudinem, quam recipit qui beneficium acceptat, & benefactorem experitur largum ad idem donum cælestibus bonis gratificandum, & cum perditio Israel ex ipso sit homine, salus ab illo est, qui sua beneficia coronat. Amor Dei est in causa, ut profectus nostros & curet, & vocet suos, lib. primo. cap. sexto. nume. 21. Beneficio Dei bona recipimus, mala autem peccatis nostris. lib. secũdo. cap. 12. num. 16. cap. 13. num. 32. Quatuor magna beneficia his exhibuit turbis, excepit fatigatos, docuit ignorantes, sanauit infirmos, & refecit famelicos. Quapropter cum populum pascere disponeret, *gratias egit.* Narrat
Luc. 10. Euangelista, quod exultauit Christus in spiritu, cum ei discipuli retulissent quæ in prima Euangelij prædicatione euenissent læta, cum eorum doctrinam populus gratanter recepisset, sic *gratias agit* lætus, cum videt le hominũ sequela ad conferenda eis beneficia obligatum. Gaudebat Paulus & congratulabatur fidelibus, dum eos cerneret bonis operibus occupatos, gauderet immensa charitas Iesu vehementius multo, dum turbam vidit egentẽ, quo ad recipiendum beneficium habilis redderetur. *Gratias agit* humanitas sancta patri, ac si in eo beneficus illi extitisset, quod homines traxisset, vt eos reficeret, & benefaceret.

3 *Cum turba multa esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent.* Deficiebat his victus, necessitate multa premebantur, in squalenti erãt eremo, ejus defecerat, non quia illi lusib. consumpsissent bona, aut immoderatis sumptib. illa prodegissent, sed qui ciborum obliti, vt audirent Iesum, longe a proprijs recesserant laribus, & cum triduo sustinuissent Dominũ, nec haberent quod manducarent, de longe venissent, mirabiliter attracti dulcedine mirabili verborum Dei; qui dicere potuissent:
Exod. 16. Patriam, & nostra dereliquimus, mundum & mundanos contempsimus cibos, cur si manna pascere non vult Deus, sicut olim pauit patres
3. Reg. 19 nostros in deserto, vel subcinericium panẽ, & vas aquæ non porrigit egentibus, vt quõdam Eliæ. Qui filius Dauid est, vel illius misericordiam recordetur, qui Amalechitæ seruo ab *1. Reg. 30* hero derelicto cum lassum, & fatigatum repperisset, pauit, & in suam accepit societatem. Iam farinula defecit Aegypti, & eos consumpsimus panes, quos reportauimus, obsecro vt nostri miserearis, quo dicere valeamus: Quo- *Psal. 26.* niam pater meus & mater mea dereliquerũt me, protinus Dominus assumpsit me, cui est cura de nobis. Quam bene hi nouerãt vtram que ferre fortunam, & quam æquo animo fe- *Eph. 4.* rebant inopiam, qui re ipsa aiebant: Scio abundare, scio & penuriam pati. *Sic* & Abrahã *Genes. 12* dives valde, & qui tam potens erat, multo cũ discrimine & honoris, & vitæ descendit in *Genes. 20.* Aegyptum ad quærendum panem æquo animo ferens inopiam, & in Geraris peregrinatus est, cuius mirabilis fuit æquitas, qui ex sũmis diuitijs ad summam paupertatem deiectus, nihil fuit propterea mutatus. Nuper armauerat trecentos vernaculos domus suæ, quibus Reges Syriæ debellarat, & nunc baculo in manu assumpto ipse, & vxor eius cogitur ad Geraros descendere, ibique mendicare. Mira valde est hominis impatientia, quæ neque ad horam ferre valet rerum temporalium defectum, sicut Iudæi, murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysem & Aaron in solitudine, dixerũtque: *Exod. 16.* Vtinam mortui essemus per manum Domini in terra Aegypti, quando sedebamus super olas carnium, & comedebamus panem in saturitate, cur induxistis nos in desertum istud, vt occideretis omnem multitudinem fame? *Psal. 58.* Hi sunt, de quibus scriptum est: Si non fuerint saturati, & murmurabunt. Neque his contenti sunt, quibus viuere possint, nisi satientur. Neque libertatem consecutam æstimant, im- *Genes. 28.* mo pluris ea faciũt saturitatem. Sic in Genesi cũ adhuc imperfectus esset Iacob Deo se obligat seruiturum, si dederit panem, &c. Confitebitur tibi cum benefeceris ei. Hi non murmurant, nec escas poscunt a Domino, sed expectant. Pauperes uoluntarij, nec copiam concupiscunt, nec inopiam metuunt, lib. quarto. cap. 28. num. 14. & 15. capit. 38. nume. tertio. Paupertatem stulte timent homines, ne aliorum auxilio egeant, cum id necessarium sit, lib. 14. capit. tertio, nume. nono. Sed licet isti inopiam patiantur, & famem, Deus illis in deserto panem porrigit, & verus filius Dauid, immo eius pater, & Deus eos, qui mundum reliquerant, & in desertum secesserant, pascit. Non quidem panem pluit de cælo, nec subcinericium panem, sicut Heliæ adfert Angelus, sed panibus & piscibus vsque ad saturitatem sustentat, & in fornace Babylonica paupertatis existentib. Deus (vt sui moris semper fuit) assistit. li. 2. c. 15. num. 16. li. 4. c. 41. nume. 2. & 3. Pauperes, & diuites audiant quod de manna dictum est: Qui multum habet, nõ abundauit, & qui modicum, non minorauit, quia non deficit Deus in prouidendis necessitatis. li. 14. ca. 3. nu. nono.

Mi-

Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent, quod manducent. Si Dominum Iesum sequaris, ipsius misericordiam, & curam super te inuenies. Qui enim cunctorum, quæ sunt in sæculo, oblitus sollicitus est in his, quæ sunt Dei sui, quomodo illi placeat, is sane Dominum experietur sollicitum in his, quæ illius concernunt salutem qualis semper fuit erga illos, qui diuinæ se commiserunt bonitati. Mũdani quidem solliciti sunt, quæ sunt mundi, vt ait Paulus, sed quia mundus fidelis amicus non est, non continuo illius gerit curam, qui illi indesinenter adhæret, sicut adnotauit Gregorius in seruo Amalechita, qui cum Domino suo fideliter seruisset, cum primum illum ægrotus, & lassus secutus non est, illius curã non gessit, sed cum in itinere dereliquit; sic & mundus, cum fidelem seruum in egestate, in infamia sibi inutilem futurum respicit, eum protinus derelinquit. Sicut & Iob historia narrat, cui, cum potens esset, multi astabant, cum autem in pauperiem deuenit, etiam a fratribus se derelictum conqueritur, immo ei astabant, vt conuiciarentur. Antiquum, & frequens malum, quod lamentabatur gentilis Poeta dicens. Dum fueris felix, multos numerabis amicos, tempora si fuerint nubila nullus erit. Amicitia mundana condẽnatur, lib. 1. cap. 13. num. 11. cap. 19. num. 2. & 3. Amicitiam ignorauit Cicero Christum ignorãs, lib. 1. cap. 19. num. 1. Amici in necessitatibus dignoscuntur, lib. 1. cap. 15. num. 18. cap. 19. num. 11. 13. & 14. lib. 6. cap. 8. num. 8. Mundo autem derelinquente homines, assumit eos Deus, lib. 11. cap. 12. num. 31. & 40. Sollicitus semper fuit
Exod. 34. Deus in eos, qui sollicitudinem gerunt illius. Vnde in Exodo scriptum est: Cum dilatauero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ, ascendente te & apparente in conspectu Domini Dei tui ter in anno. Ne timeas aliquid tibi finistri accidere, cum te in operibus occupaueris pietatis: Qui enim curauerit, quæ sunt Dei sui, ipsum habebit curatorem in his, quæ expedierint illi. *Sic* fecit, cũ
Dan. 6. iustis omnibus veteris testamẽti, cum Daniele, qui religionis gratia in lacu leonum inclusus, & leonum rabiem moderatus est, & Prophetã portauit Abacuc in cincinno capitis, qui eum pasceret. Hac enim de causa docebant Sancti generalem Dei prouidentiam erga homines in eos esse specialem, qui seruirent illis esset in rebus eius occupati, quorũ om-
Matth. 10. nes capilli numerati essent, nullusq. de eorum capitibus absque patris periret voluntate. Dei prouidentia specialis est in Sanctos, lib. 2. cap. 13. num. 34. lib. 4. cap. 3. num. 1. 3. 5. vsque ad 7. 9. 10. 12. 14. 15. 17. 19. vsque ad 22. & 26. De qua re late disseritur in hoc cap. 3. lib. 4. vbi docetur, quod Deus dicitur sedere in cælis ob specialem prouidentiam erga iustos, nu. 1. 3. 8. Ob quam etiam rationem specialiter, qui Deus omnium est, dicitur Deus iustorum, num. 3. 15. 16. & 19. cap. 16. num. 1. Ob id signum dicitur ponere in suis in eodem cap. 3. num. 4. Vnde Dei prouidentiam negantes, & grauiter peccant, & acriter puniuntur, lib. 4. cap. 3. num. 12. & 23. cap. 13. num. 10. 15. vsque ad 18. Deus refugium, & virtus paucorum est, quia pauci sunt, qui in necessitatibus ad eum recurrant, lib. 4. ca. decimo sexto, num. 3.

5 *Et si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficiẽt in via.* Ne deficerent, lassis occurrit Christus, *Genes. 14.* sicut quõdam Melchisedech Abrahæ, cum reuerteretur a cæde quatuor Regum, qui panẽ protulit, & vinum ad pascendos viros, qui cum eo venerant lassi, vt cum illo vires resumerent. Occurrendum est lassis cum victu. *1. Reg. 25* *Sic* Abigail occurrit Dauid cũ victu, vt ipsius & sociorum prouideret necessitati, qui in montibus latitabant fugientes iram Regis Saul. Sic & Bercellai, quia suspicatus est pa- *2. Reg. 17* ti famem Dauid, cum fugeret Absalonẽ, obtulit frumentum, & farinam, & pollentam, & fabam, & lentem, & frixum oleo cicer, vt cibis vulgaribus milites pasceret, obtulit etiam mel, & butyrũ, & pingues vitulos Regi ad vescendum. *Sic* & Dominus, ne ieiunos remitteret eos, qui ipsum fuerant secuti, curam gessit de pascendis ipsis. Qua in re docere etiam voluit, debere Prælatos curã habere de suorum sustentatione subditorum, sicut in Numeris aiebat Moyses sollicitudinẽ *Num. 11.* gerens de pabulo populi: Vnde est mihi caro, vt tãtam possim alere multitudinem? Quod a Deo instanter postulabat. In Genesi cum *Genes. 41.* fames inualuisset in terra Aegypti, clamauit *Oleaster.* ad Regem populus pro pane. Non enim Reges dignitatem regiã sunt consecuti, vt pauperes reddãt pauperiores, vt vassallos expolient nouis semper quæsitis tributorum impo positionibus, sed vt eorum etiam prouideant necessitati. Vnde apud Esaiam legis: Indumentum tibi est, princeps noster eris. Et iu- *Esai. 3.* rabit in die illa: Non ero Dominus, & in manu mea non est panis. Non sum medicus, & in domo mea non est panis, nolite me constituere principem populi. Docere volens, quod non ad exspoliandum subditos, sed inducendos, non ad auferendos cibos, sed porrigendos Reges constituti sunt. Et hac fortasis de causa cum Iesus tam liberaliter populum pauisset, quæsitus est, vt præficeretur in Regem *Ioan. 6.* populi, qui ad ipsum alendum tam esset potens. Et qui Rex erat, licet non temporalis, de pascendo populo sollicitus fuit, cum ille cibos non tulisset, nec haberet, quod manducaret, Domino fidẽ necessaria recepit. Sicut enim olim in Exodo, cum cogeretur Israeliti- *Exod. 12.* cus populus, vt Aegyptum velociter desereret, nec pulmenti quidquam occurrerat (vel vt alia lectio habet, curauerat præparare) a Domino pasti sunt; sic cum turba mira diligentia secuta esset Dominum in desertum de præparando cibo minime sollicita, Iesus eos ieiunos dimittere noluit, ne deficerent in via, quam eius causa fuerant ingressi. Prælati natura-

turales patres affectu & dilectione debent vincere, lib. 13. cap. 1. num. 5. Prælati qui Ecclesiæ opibus abutuntur, rapinam pauperum habent in domo, lib. 14. cap. 30. numer. 3. & 5.

6 *Responderunt ei discipuli sui. Vnde istos poterit quis hic saturare panibus in solitudine?* Licet in his verbis Doctores animaduertant discipulorum diffidentiam, qui maiori erant reprehensione digni, qui viderant innumeram populi multitudinem quinque panibus hordeaceis satiatam mira Christi potentia, viderant præclara miracula his maiora, quæ operatus multa facilitate ille fuerat, quibus attrahendi essent, vt cuncta crederent non solum possibilia, sed facilia ei, qui potens esset in opere, & sermone: Sed etiam discipulorum piũ, & benevolum animum considerare licet, qui instorum proprius est, qui largissime vellent indigestibus subuenire. Qui si non possunt, quod volunt, certe faciunt, quod possunt. Sicut & Marcus Euãgelista aliud retulit miraculum, in quo panibus hordeaceis turbam pauit, dixerunt: Euntes ducentis denarijs ememus panes, omnia, quæ secum habebãt, dare libenter volebant. Pius enim, si non potest tunicam, & pallium donare, pallium saltem dat, impius autem, si non potest vtrumq; tollere, saltem altero spoliat. Sic cum Pharao necessitate cõpulsus cogeretur, vt Israeliticum dimitteret populum ad sacrificandum, aiebat: Ite, oues tantum vestræ, & armenta remaneant, paruuli vestri eant vobiscum. Cum non possunt impij omnia bona iustorum rapere, laborant tamen, vt aliquid saltẽ apud se retineant. Iob: Agrum non suum demetũt, & vineam eius, quem vi oppresserint, vindemiant. Nudos dimittunt homines indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore. Nudis, & incedentibus absque vestitu, & esurientibus tulerunt spicas, cum iusti ostium viatori semper patuerit, & de velleribus ouium suarum calefactus esset pauper, qui buccellam non comedebat solus. Horum natura. Viatoribus vitulum saginatum occidere iubet Abraham, vt peregrinos pascat, qui facilius posset eorum necessitatibus prouidere, egregium parat diligenter conuiuium illis, quos homines credidit viatores. Hæc hominum, qui aliquid habent, cura sit, vt quomodo potuerint, sic sint misericordes vel modicum, vel multum egentibus exhibentes, similes effecti & viduæ, quæ quod habuit hausit in æra Dei, & discipulis, qui eucta, quæ habebant, abundanter tribuebant ad subueniendum fratribus, nec in posterũ multa cum anxietate prouidebant illi fidentes, qui iubet vt illi dent turbæ manducare, & frivolas damnent diuitum excusationes ad cõseruandas pecunias, lib. 1. cap. 24. nu. 20. lib. 4. cap. 38. numer. 16. & 17. cap. 39. num. 2. & 3. Diuites, si omnia sua dare nolunt pauperibus, diuidant ea, lib. 4. cap. 39. nume. quarto. Cum tamen diuites periclitantes in mundo, ne iacturam patiantur bonorum, ea transferre debeant in manum pauperum, lib. 5. cap. 10. numer. 11. Diuites auaros damnabit mulier, quæ Heliam pauit, ibidem num. 22. & 34. Diuites cum tanta dent parasitis, sortis &c. paupertatis metu pauperum non miserentur, ibid. num. 34. & 77. Diuites absque ratione multas congerunt rationes, ne benefaciant, lib. 5. ca. 10. num. 70. Eleemosyna illa perfecta est, quæ præuenit pauperem, nec precibus extorquetur, ibid. nume. 56. Eleemosynam sic facere iubet scriptura, vt pene nullus excusetur ab ea nu. 57. Pauperes Christi, æraria sunt diuitum, ibid. num. 68.

Marc. 6.

Exod. 10.

Iob 24.

Iob 31.

Luc. 21.

7 *Et manducauerunt, & saturati sunt*, qui & inordinatam cibi appetentiam moderati sunt, & his contenti sunt, quæ a Domino receperunt maiora non requirentes, sed moderato victu satisfecerunt & naturæ, & necessitati, non voluptati. In hoc enim gulæ rationem constituebant Sancti, quod homines nõ cultiores cibos desiderarent solum, sed in quorumcunque deordinato appetitu, quales ea fuit, quæ animum impij Esau commouit in esulentiũ, quæ Iudæos conturbabat in eremo, dũ aquam vehementer optabant, & pepones, & allia, & cæpas Aegypti reminiscebantur, & concupiscebant, vehementer Dominũ ad iracundiam prouocantes. In hoc enim peccati huius nocumentum consistit, quod scelerati homines, inimici crucis Christi vẽtrem colant pro Deo in confusionem eorum, qui terrena immoderate sapiunt, siue illum siliquis porcorum cupiant onerare, siue vitulo saginato. Et frequenter maiori cum damno rusticus in alia tertur, quam potes ferretur in selectos cibos. Et sacræ litteræ, dum opulentam Salomonis mensam ad memoriam reducunt, quam vehementer admirabatur Regina Saba, illam non condemnant, damnantes eum, qui propter ruinam cibum vendidit primitiua. Hæc veritas docetur in libro. 1. cap. 1. num. 17. 45. & 52. & num. 142. & 56. Libro q. 7. cap. 2. nu. 5. vsque ad 8. docetur quod cibus moderate sumendus sit. Hi famem patiẽtes satiati sunt cibo, quo non voluptati, sed necessitati prouidit Dominus. Hic enim abstinentiæ vsus est, vt medium seruet, ne homo aut voluptate corrumpatur, aut fame pereat, li. 1. capit. 1. numer. 47. 48. et 51. Quam commensurãdam docebant Sancti vitibus vniuscuiusq. libr. cap. 9. num. 4.

Ber. in serm. de septem panibus.

8 Miraculum istud spiritualiter exponit Bernardus in tribus concionibus de expositione huius Euangelij. In quo docet, quod Christus satiauit eos, qui triduo illum secuti sunt. Prima dies est timoris, secunda pietatis, tertia rationis, lib. 18. cap. 10. numer. 31. In his triplex significatur virtutis profectus in illis intellectus, qui triduo sequentes Christum saturati sunt. A mundo, & Aegypto recedens iter tridui proficiscatur, vt integer Spiritus, anima, & corpus dicta, cogitata, factaq. mortificentur, lib. 13. cap. 12. nu. 2. & 36. Iusti pascuntur,

tur, dum audirent ea verba, quæ eos ad timorem trahunt, deliciantur autem, qui multum proficiunt, lib. 18. cap. 15. nume. octauo. Et sicut tunc Iesus excepit fatigatos, inscios docuit, ægrotos curauit, refecit famem patientes, hæc eadem beneficia Iesus perpetuo largiturus erat eis, qui ipsum sequerentur. Primum enim operibus peccatorum fatigatos ad pœnitentiam recipere debebat, secundo per gratiam illustrare tenebris peccatorum excæcatos, tertio sanare per iustificationem iaculis peccatorum vulneratos, & tandem reficere per internam consolationem peccatis debilitatos. Misericordiæ Dei panes sunt cor hominis confirmantes, libr. quarto, cap. septimo, numer. 30. vsque ad 33. capit. decimo, numer. vndecimo, cap. vndecimo, numer. secundo. Misericordias septem in septem panibus significatas agnoscat quibus homo in se, lib. quarto, cap. septimo, numer. vigesimo secundo, vsque ad trigesimum tertium. Bernardus ait: Miseri, qui desertum non ingrediuntur, vt a Deo beneficium recipiant, sed miserabiliores omnibus hominibus, qui profecti quidem sunt, cum alijs, sed cum illis non sunt refecti. Quando baptizati sumus renuntiantes diabolo, & pompis eius, desertum cæpimus habitare Christiani effecti, sed dum in peccatis persistimus, cum alijs non reficimur. Item considerandum est, quod sicut Deus eos, qui illi adhærent, pascit, ita diabolus multoties homines pascit, quando negotiationibus illicitis, vsuris, homines diuites efficit, vt epulentur splendide induantur purpura, & bysso & pauperum sanguine satientur, & pereant. Hæc enim horum maxima perditio est, quod his, quæ Deus illis porrigit, ad edendum contenti non sunt, sed alia quærunt contra ipsius voluntatem, similes illis, qui cum manna colligerent contra Dei præceptum non cibum, sed vermes colligebant. Hi sunt de quibus aiebat Esaias: Quod iugulabant arietes, comedebant carnes, &c. & Amos: Væ qui opulenti estis in Sion, &c. Qui canitis ad vocem psalterij, id est, omnia opera vestra, inquit Hieronymus, expectant voluptatẽ, nihilq. facitis, nisi quod ventri, & libidini placet. Gulæ serui effecti dediti edacitati viuunt, lib. primo, cap. primo, numer. 29. & 55. Diuites ad sobrietatem reducat diuitis epulonis, & Lazari parabola, lib. decimo quarto, cap. 3. numer. 7. Dicat Christianus:

Esai. 22.

Amos 6.

Ideo edimus, vt viuamus,
non ideo viuimus,
vt comedamus.

DOMINICA SEPTIMA post Pentecosten.

Euangelium.

Attendite a falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium.
Matt. 7.

Vide lib. 8. ca. 9. nu. 30. lib. 14. ca. 23. num. 25. lib. 18. cap. 10. nu. 12.

Dominicæ 7. post Pentecosten.

POSTQVAM Dominus Iesus a cap. 5. Matthæi vsque ad septimũ tradidit veræ, & absolutæ pietatis, & virtutis sũmam, tam eã, quæ Prælatorum esset propria, quam quę omnium hominum statui conueniret in diligendis inimicis, in ieiunio, oratione, & eleemosyna, & adhortationem ad ingrediendum viam arctam, conuenientissime nunc subijcitur de vitandis falsis Prophetis, quod hi abducere nitantur homines a vera religione, & via, quæ ducit ad vitam, cum tamen sese profiteantur viæ huius & doctores esse, & ductores, idq. callide, simulata quadam sanctimonia, præ se ferant, a quibus proinde summa cum vigilantia cauendũ esse admonet, quod sicut perniciosissimum est, si recipiantur, ita agnosci non possunt, nisi adhibita diligenti quadam cautione, & animaduersione. Pseudoprophetas vocat omnes falsos doctores. Sunt autem falsi Prophetæ in duplici differentia. Quidã enim aperte Christianismũ impugnant Christum negantes, & quæ aperte sunt fidei in illo negantes, sicut Mahumetes. & qui eum sequũtur magistri, sicut Antichristus. Alij sunt, qui Christianismum, & Christi nomen professi sub Christianæ, & Euãgelicæ doctrinæ prætextu docent, quæ sunt Euangelio, & veritati contraria, quales sunt hi, quos communiter hæreticos vocamus, de quibus loquitur Paulus: Spiritus manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiã. Et in Actibus præcipiebat Paulus Prælatis (vocauerat enim maiores natu Ecclesiæ a Mileto mittens Ephesum) inter multa: Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos non parcentes gregi. Et ex vobis ipsis exurgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos

1. Thim. 4.

Act. 20.

pulos post se. Propter quod vigilate, memoria retinentes, quoniam per triennium nocte, ac die non cessauit cū lacrymis monere vnūquemq. vestrum. Ab his falsis Prophetis attendere iubet Dominus, tum vt eos agnoscamus, tum vt eorum consortia vitemus. Quoniam cum hæresis, vt cancer, serpat, nisi in pestifero hoc morbo fugiendo grandem adhibuerimus curam, peribimus certe. Et si quidem omnes impios & fugere, & vitare cōueniens est, ne corrumpāt bonos mores colloquia praua, & qui tangit picem inquinetur ab ea. Psal. 35 odini Ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo, vt degens inter innocentes, lauē manus meas, & altare Domini circūdē, vt Domini enarrem mirabilia. De qua re latē disseritur multis in locis, li. 3. cap. 10. num. 101. lib. 9. ca. 21. num. 8. lib. 11. cap. 5. num. 3. vsque ad 8. 10. vsque ad 13. cap. 12. numer. 5. & 6. lib. 9. cap. 19. num. 8. 11. 12. & 14. lib. 10. cap. 9. num. 4. & 5. lib. 14. cap. 4. nu. 4. Cum enim reprobi sociantur reprobis, augent peccata, vnde Dei bonitate hi ab alterutrum separantur, lib. 11. capit. 5. numer. 2. Dum enim maiori facilitate impij corrumpunt iustos, quam ab istis illi conuertantur, merito virandi sunt, lib. 11. cap. 5. numer. 12. Sed tamen cum hæretici non solum voluntati nocumentum inferant, quod minus esset malum, sed intellectui, dum homines trahunt in reprobum sensum, summa sollicitudine eis attendere debemus. Hi enim verba Dei furantur testimonijs scripturarum aburentes, lib. 8. cap. 1. nume. 11. Cumque diaboli cornu fuerint ventilati, conculcant aquas pedibus, dum intelligentiam scripturarum inuertunt, ibidem numer. 12. & 16. Dum enim male intelligunt scripturas, facti sunt quasi arcus dolosus ibi numero 13. Hæreticorum carmina dulcia sunt Sirenarum cantica ad decipiendos incautos num. 15. Potioneq. turbida doctrinarum suarum inebriāt populum deceptorum, ibid. nu. 16. Hæretici vulpes sunt Sansonis religiosa habentes principia, finem vero fraudis suæ incendio deputarum nu. 18. Hæretici vasa sunt mortis, quę sunt in arcu sacrę scripturæ, quam ad suam perditionem interpretantur lib. 18. cap. 2. num. 39. Qui sacram scripturam male intelligentes pluunt laqueos super peccatores ibidem num. 40. Hæretici enim ab Ecclesia egressi pugnant contra eam lib. 4. cap. 33. num. 3. lib. 8. cap. 1. nu. 1. & 3. Cum ergo tanta sit inardens hęreticorū sitis, qua nituntur existentes in Ecclesia perdere, vt corruat integritas morum, & fidei, vt sic de remedio desperent, non solum vitandi sunt (id enim omnes facerent fideles, si eos agnoscerent) sed nimia adhibenda est cura, vt eorum animus pateſcat, & norint Christiani omnes, potissimum autem Prælati, & doctores, & prædicatores Ecclesiæ sub ouina pelle luporum latere ferocitatem. Vestimenta autem ouium, quęcumque pertinent ad externam sanctitatis declarationem, interpretanda sunt ieiunia, eleemosynæ, orationes, diuitiarum contemptus, Sacramentorum frequentia, immo & simulata castitas, quam etsi raro diligant, eam oculis hominum mentiuntur lib. 8. cap. 1. num. 13. Hereticorum, & hæresum multitudine vtitur diabolus, vt sub Christianitatis nomine, & ouis pelle oues perdat. Dum enim vestem variam morum, & virtutis apparentis sumunt, nocent perniciosius lib. 8. cap. 1. nu. 1. & 2. Perdite enim viuens ille non facile homines ad falsum dogma trahit. Sed hæreticorum conuenticula cauernæ potius, quam Ecclesiæ, quæ vulpes recipiunt, demolientes vineas lib. 8. cap. 1. n. 3. 13. 18. & 22. Hæretici paleis recte comparantur, qui liniunt parietem blanditijs num. 11. Hæretici occulti non tam facile capiuntur, quam manifesti nu. 22. Hi sunt intrinsecus lupi rapaces, quia cum sanctitatem, & simplicitatem foris ostendant, in animo & latenter nihil aliud sunt, quam lupi, qui re vera gregem Dominicum, & oues Christi, id est, simplices dilacerare studēt lib. 8. cap. 1. num. 4. Aduertit autem Iesus discipulos, aduertit & fideles omnes, quia hæreses eorum temporibus seminatæ sunt, postea germinauerunt, & tandem maturauerunt, ibidē, num. 6. Hæreses illæ facile vel vinci possunt, vel vitari, quæ in nullo cum vera fide conueniunt, quæ autem in multis conueniunt cum ea, facile decipiunt incautos, libro 8. capite primo, nu. 17. & 21. Et quidem sunt alii qui extrinsecus lupi, veluti aperti veritatis hostes. Verūm ab intrinsece lupis plus est periculi, quod sub habitu ouis lupum agant. Non est negotij lupum ab oue dignoscere, si vterq. edat suam vocem, si vterq. sua pelle tectus veniat. Verum quid facias, vbi lupus omis vocem, & vellus assumit, vt crudelius oues laniet? Multi hæreticorum vocem quidem habent Iacob, dum se mentiuntur, quod non sunt, se mentiuntur Christianos catholicos, sed maiorus habent pilosas, peccata multa operibus ostentantes, luxuriosi, blasphemi, auari, crudeles, qui solos cæcos valent decipere, vt quondam Isaac deceptus est a Iacob. Alij autem etiam videntes decipiunt, dum eorum cernunt mores, qui in hypocrisi loquuntur mendacium, & simulant sanctitatem. Vnde quondam & Manichæi, & Arriani innumeris incommodis, & erroribus Ecclesiam perdiderunt, dum & falsis multa intermiscebant vera, & ea docebant, quæ vel Trinitatis absconditum mysterium, vel creationis abditam veritatem impugnabant, nec homines animaduertere poterant illorum cauteriatā conscientiam, dum eam sanam virtutis similitudinibus mentirentur. Sed quod mirari salitudinibus non possunt, illud est, quod nostris calamitosis temporibus vnius Martini Lutheri, & idiotæ, & scelerati hominis, & vilis homuntionis suasu accidit, vt maior Orientis pars erraverit a fide, quam dissuadere non valuit doctissimi viri ingenium, nec ingenui potētia & arma, nec sub ouina pelle tecta

tecta lupina crudelitas. Non enim illæ aut sui virtutē simulabāt ieiunijs, orationibus, diuitiarum cōtemptu, templorū, & Sacramentorū frequentia, dū omnia ista cornibus ventilabat bestia. Iuge sacrificiū altaris abolēdū censuit, sacras confessiones, quas grādi bonitate sua Deus in remissionē peccatorū fidelibus dereliquit, exstirpare & voluit, & valuit. Tēpla sacra demolīēda curauit, sacras imagines deiecit, Sanctos orare prohibuit, ieiunia interdixit, cælibatum reprehendit, sanctum religionis statum, in quo cōtemptis diuitijs, honoribus, delicijs, propria voluntate, & cōiugijs Deo vacabant multi Christianorum, execratus est, & cum primum hæresim suasit, cunctis flagitijs ianuam aperuit, vt mutuis cædibus se trucidarent velut rabidi canes, Lutherani Acolampadios, hi Ziunglianos, Hugonoti Sacramentarios. Licet enim inter se omnes conueniant, vt dogmata suadeant, & Catholicos persequantur, sed tamen intestinis bellis, & opinionibus inter se dissident, Iudicū. 15 similes effecti vulpibus Sansonis, quarum tāum caudæ ligabantur, vt Philisthinorum segetes incenderent, capita autem soluta, quo illæ inter se bellarent morsibus, & dentibus se lacerarent, ira & rabie percitæ. Sic isti concordant quidem contra nos, sed cum inter illos tot sint sententiæ, quot capita, mutuis se persequuntur bellis, odijs. Hi sicut draco Apoc. 12. Apocalypsis capita habēt septem, dū in multas partiti opiniones, & sectas mutuo se persequuntur, vnam tantum habentes caudam, qua tertia stellarum pars deiecta est, deijceturq. tota stellarum multitudo, nisi Deus illius potētiam esset moderatus, & alæ cōcessæ fuissent mulieri, quibus fugeret in desertum, & nisi Spiritus sancti igne hæreticorum comburerentur arma, libr. 16. capit. 12. num. 31. Hi enim cum impiorum sint capita contra se diuisi sunt, vniuntur autem vt iustis 3 inferant damna, lib. 12. cap. 4. num. 26. Vnde sicut inexcusabiles essent oues, quæ lupis aperte venientibus in propria pelle, & voce illorum se ingererent faucibus, nullam valentes prætendere excusationem, dicentes quod lupi ouem mentiti sunt, & vocem, & habitum, ita cum hæretici Lutherani luporum vestimentis induti sacrilegi tantam hominum multitudinem perimāt, horum est inexcusabilis insania, dum vident ea suadere, quæ ratio abhorret, quæ lex naturalis condemnat. Aduentarunt olim Arriani, Manichæi, Pellagiani, Ebionitæ in vestibus ouium deceperunt insipientem plebem, non mirum. Surrexit Lutherus cum suis abijcientes ouinas vestes Sacramenta, ieiunia, castitatē, &c. & nihilominus cuncta vastassent, nisi Dominus inquisitorum, & Regum potentissima Psal. 73. exurgeret manu, vt iudicaret causam suam Ioan. 1. memor improperiorum suorum eorum vtique, quæ ab insipiente sunt tota die. Et cum victoria, quæ vicit mundum, fides esset Catholica, hæc pęne exterminata est, cum vineā Ecclesiæ singularis ferus depastus est, quam exterminauit aper de silua. Hi quidem in exordijs potētibus huius sęculi adiuncti sunt, vt valerent vi, & potētia blasphema dogmata suadere, lib. 8. cap. 1. nume. 20. Et in exordijs quidem blanditijs, postmodum minis trahere valuerunt tenella membra Ecclesiæ. Mali enim ad peccata impellūt iustos quandoque exemplis corruptis, quandoq. per vim lib. 17. cap. 2. num. 27. Cumq. hi inter omnes hæreticos vitā suadeant delicioſam, loquantur placentia carni, ea iudicent conuenientia, quæ delectant, ea deserenda, quæ cruciant, dum salutem fidei solæ ascribunt, operibus studiosis, quæ molesta sunt sensibus, reiectis, facile animas capiunt eorum, qui talem vitam desiderant. Vnde mirari nullus debet, quod hæretici sint modo in Ecclesia, quam semper persecuti sunt, libr. 8. capit. 1. numer. 7. Immo quia hominum vita ad tantum deuenit mali, vt homines cum iam institerint tempora periculosa, quæ minatus fuerat Paulus, seipsos amantes, cupidi, elati, superbi effecti fuerint, protinus Apostatarint a fide Catholica, quæ ipsis omnia ista interdicebant, ad quæ vehementi passionum impetu effrenes ferebantur, & quia illorum erant mala opera, dilexerunt magis tenebras, quam lucem, qua horum malorum fæditatem intueri respuebant. Fides aliquando amittitur, quia sine operibus est otiosa, lib. 6. cap. 3. numer. 2. 9. vsque ad 11. 27. & 28. Hanc enim merentur peccatores amittere, licet Deus bonitate sua illam conseruet, ibidem nume. 7. Fidem habentes sine operibus in loco sunt videntium, quos quasi impios percutit Deus, ibid. num. 26. & 27. Attendere ergo & cauere iubet Dominus suos a falsis Prophetis, ne falsis eorum prædicationibus decipiantur, scripturarum falsa intelligentia, dum illi nubes sunt tenebrosæ tenebrosam baiulantes aquam falsæ doctrinæ, lib. 18. cap. 2. nume. 13. Nec considerant suis intenti voluptatibus impij, quod hæreticorū aquæ amaræ sunt, & pessimæ, & cęnosæ, ibid. num. 23. cap. 3. numer. 10. Quorum dogmata venæ sunt mortis, lib. 18. cap. 2. num. 26. Non considerantes, quod hæreses multæ sub principatu dæmonum egressæ sunt, & quod vna semper mansit fides Catholica sub vno principe Christo, lib. 8. cap. 1. num. 6. Cuius veritatem mire docuit Augustinus libro contra epistolam fundamenti, lib. 6. cap. 4. num. 18. Quam tanta hostium potētia delere non valuit, nec modicum eius exordium Romanorum & vis, & diligentia abstulit, nec tota inferni potestas aduersus eam potuit prævalere. Ecclesia acriter persecuta semper tutata fuit a Deo, lib. quarto, cap. 23. numer. 3. cap. 33. num. 3. & 4. lib. 5. cap. 3. numer. 2. 5. & 16. cap. quarto, nu. 11. vsque ad 13. Et licet omnibus dicat Dominus: *Attendite a falsis Prophetis*, quia Ecclesiam omnes debent iuuare, & fidei conseruationem curare, sicut olim in ædificatione taber-

taberna culi omnibus demandatum fuit, vt donaria afferrent, vt construeretur, & exornaretur, lib. 5. cap. 4. numer. 6. libr. 16. cap. 10. numer. 5. & 6. Tamen maxime his verbis alloquitur doctores, & Apostolicos viros, qui Ecclesiam tutari debent ab insidijs diaboli, lib. 5. cap. 4. num. 5. Cum hi hanc velut lectulum Salomonis, fortes ambire debent omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi, propter timores enim dæmonum nocturna tanta in his virtus, & tanta vigilancia necessaria est. In Ecclesia muri, & turres ædificantur, ne dogma peruersum prævaleat veritati, lib. 18. cap. 15. num. 32. hæc de hæreticis.

Cant. 3.

4 In his etiam verbis doctores non solum hæreticos comprehensos arbitrantur, sed etiam hypocritas, de quibus aiebat Augustinus: Vel appare, quod es, vel esto, quod appares. Isti quasi lupi a patre cælesti gloriam rapiunt, quam sua falsa iustitia captare procurant. A filio rapiunt veritatem, quia falsi ipsi cum sint, sanctitatem vitæ exterioris picturamentiuntur. Sed a Spiritu sancto rapiunt bonitatem, cum perditissimi intus sint, sicut scriptum est: Quæ est spes hypocritæ, si auare rapiat? Ac si dicat: Quid prodest aurum bonorum operum ostendere, si auare rapiat? Et Hieremias: Numquid auis discolor hæreditas mea mihi? Nũquid auis tincta per totum? Venite cõgregamini omnes bestiæ terræ, properate ad deuorandum. Discolorem auem (Hieronymus) pauonem intellige, qui pulchritudine, & multitudine plumarũ abundat, cum tamen carnes eius, quæ intra plumas clauduntur, immundæ sint in lege, & esui ineptæ, in qua Dominus populum Israeliticum figurauit, quæ & hypocritas etiam significat. In quibus verbis dicere voluit Propheta: Seruos meos nequaquam multis coloribus, quasi pauum, aut Camaleõ indui volo, quod scilicet ad Deum, & mundũ simul conuertuntur, cum tamen Elias Iudæorum populo quondam dixisset: Vsquequo claudicatis in duas partes? Dei esse videtur, quod exterius hypocritæ ostendunt, & mundi, quod interius per cogitationem quærunt. Hi nolunt exspoliari lupina veste, qua interius induti sunt, sed exterius veste ouium superuestiri contra legis mandatum, quo cauebatur: Ne Iudæi induerentur vestimento, quod ex lino, lanaq. contextum esset. In tali veste linum, quod subtile est, occultatur, lana vero, quia grossior, exterius ostenditur; ita multi malitiæ linum in animo occultantes, exterius lanam simplicitatis ostendunt. Augustinus edisserens illa verba: Si vere vtique iustitiam loquimini, ait: Si loquimini iustitiam ita, vt os, & id, quod rectum est, probet, & quod huic contrarium condemnet, recte iudicate filij hominum, id est, hæc agite, quæ dixistis. Hoc enim significare voluit Christus cum dixit: Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Quid te vis dealbare paries lutee, & multa cum consideratione accipere, si vere vtique iustitiam loquimini, cum cor virtute vacuum sit? Audi Esaiam dicentem: Redite prævaricatores ad cor, quia in corde scripta est lex, quæ prohibet homicidia, adulteria, &c. Et quia homo fugitiuus erat cordis sui, ideo post primam legem cordi scriptam secundam accepit, scriptam ad reformationem cordis, vt externa internis, & os cordi conformaret. Attendere ab his docet Christus, quia cum hypocritæ viam sanctitatis appetunt, in errorem lapsi tardius emendantur, lib. quarto, capit. 30. numer. decimo octauo & decimo nono. Hypocritarum vita carecto similis est speciem viriditatis habẽs cum sterilitate, qui dum viuit Sanctus creditur, sed sole Christo veniente ad iudicium, vt scirpus siccatur, libr. 8. capit. nono, numer. 17. 18. 21. vsque ad 24. 26. & 27. Hypocritæ gloria, etsi nubes tergerit, quasi sterquilinium in fine perdetur, ibidem numer. vigesimo quinto, vsque ad vigesimum septimũ. Est enim eius vita quasi visio phantalmatis ostendens in imagine, quod non habet in veritate. Hi arbores sunt facientes quidem fructum, sed non suum, ibidem numer. trigesimo. Hi in vestimentis veniunt ouium, id est, ea & fingentes, & proponentes, quibus incautos, & simplices valeant decipere. Sic in Numeris exploratores terræ promissionis, primum quidem dixerunt terram lacte, & melle fluere, & addiderunt: Nisi quod fortis est populus, monstra, &c. Sic detractores mala admistis bonis referunt, vt facilius suadeant vitia, prius multa in eius commendationem proferunt, cui quærunt detrahere, & postea, sicut scorpiones cauda pungunt. Vnde Salomon aiebat: Fili, si te lactauerint peccatores, non acquiescas eis. Non dixit: Si apud te detraxerint, sed si te lactauerint. Ac si diceret apertius: Si volentes proximo, aut terræ detrahere, dixerint eam lacte & melle manare. Iussit etiam attendere a falsis Prophetis, vt animaduerteret pernicioſum, & periculosum errorem esse in duce, quem omnes alij sequuntur. Vnde valde cauendum est: Si surrexerit in medio tui Propheta, aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum atque portentum, & euenerit, quod locutus est, & dixerit tibi: Eamus, & sequamur Deos alienos, non audies verba Prophetæ illius, &c. Propheta ille morietur, quia locutus est sermonem contra Dominum. Tam perniciosa res est reipublicæ falsus Propheta, vt Dominus extremis temporibus se polliceatur huiusmodi ablaturum apud Zachariam simul cum idolorum cultura: In die illa succidere faciam nomina simulachrorum e terra, & non memorabuntur amplius & etiam Prophetas, & spiritum immundum transire faciam e terra. Et erit cum prophetauerit quispiam vltra, dicent ad eum pater eius, mater eius, & genitores eius: Non viues, quia mẽdacium locutus

Iob. 27.

Hiere. 12.

In psal. 57. August.

Oleaster.

Num. 13.

Deut. 13. Oleaster.

Zach. 13.

tus es in nomine Domini. Et configent eum pater eius, & mater eius cum propheta uerit. Et erit in die illa, confundentur Prophetę, nec operientur pallio saccino, vt mentiantur, sed dicet: Non sum Propheta, homo agricola ego sum. Iam tũ beneficium accipiet populus vt falsis careat Prophetis, qui in vestimentis ouium venientes eum perdant. Prælatis, & Prædicatoribus existentibus malis, recte dicitur sermo Domini pretiosus, id est rarus, quia non eis reuelantur, quæ prædicent lib. 14. cap. 28. numero trigesimo secundo. Prædicatorum falsorum deceptiones aperit suis Deus libro 14. capite 27. numero vigesimo secundo. Prophetas, & Prædicatores falsos primat Deus, misericorditer hoc munere, ne populum decipiant, libro decimo quarto, capite vigesimo octauo, numero decimo sexto. Prædicatores sancti plumbum in rem, falsi autem laqueos, libro decimo octauo, capite secundo, numero quadragesimo. Sed quia omnibus inditum est desiderium cauendi falsos Prophetas, quos tales crediderint, rotaque hominis felicitas in hac parte illa est, vt eos, qui tales fuerint, agnoscat, vt agnitos caueat, ideo intulit Dominus: *A fructibus eorum cognoscetis eos*. Fructus, inquit Chrysostomus, sunt opera conuersationis illorum. Non enim nomen Christi Christianum facit, sed veritas Christi, quia in nomine Christi multi ambulant, in veritate autem Christi pauci. Et Hieronymus in Ezechielem: Ex fructu arbor agnoscitur, sic internus Christiani viri animus, interna hominis reformatio lingua, oculis, manibus aperitur. Non folijs, sed fructibus plene dignoscitur arbor, bonis operibus, non verbis. Chrysostomus in Marcum: Adam folijs nuditatem suam voluit operire, nec id profuit, non enim folijs verborum, sed bonorum operum fructibus, & hominis turpitudo celatur, & interna virtus cognoscitur. Et vbi Dominus siculneæ maledixit, quę folijs abundans fructibus carebat, ait: Quicumque homo profitetur se esse Dei, & iustitiam non operatur, arbor est folia habens, & non fructus, de quo dixerat Paulus, cum futurorum temporum calamitates, enarraret: Quod exurgerent homines habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita. Ex his enim sunt, qui penetrant domos & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur varijs desiderijs, quas falsis verborum apparentijs, ficta mortificatione decipiunt, &c. Et sicut siculnea illa Euangelica, quia plantata erat in via, fructus ferre non valuit, quia transeuntes exspoliabãt eam gemmis, floribus, & fructibus, ita & hi cum implicent se negotijs sæcularibus, diabolus transiens per eos gemmas aufert, quæ sunt rectæ cogitationes, flores bonorum desideriorum, quæ a rectis cogitationibus oriuntur, fructus autem opera sunt perfectæ iustitiæ, quæ a bona procedunt vo-

Chrysost. ho. 19 in Matt.

Hieron. in Ezech li. 3.

Hom. 12. in Marcum.

Hom. 39. in pent.

1. Tim. 3.

luntate, quæ Deo recte comparatur, quia hæc odorifera est apud Deum. Istam veritatem, vt amplius explicet, addit homines nec de spinis vuas nec de tribulis ficus posse colligere.

Sic omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere, &c. Hæc sententia significat malos non producere fructus bonos, quamuis ex malis illorum fructibus quidam nouerunt sibi bonos fructus colligere similes apibus, quę ex amaricantibus floribus dulcia conficiunt mella, quibus omnia cooperãtur in bonum, libr. quarto, cap. decimo septimo, numer. decimo quarto, & decimo quinto, cap. 24. numer. tertio, vsque ad quintum, capit. vigesimo nono, numer. 1. 5. & sexto, cap. 34. numer. 23. vsque ad 25. Deo ex malis bona eliciente. Nec etiam intelligendum est Dominum voluisse significare, ita etiam hominem bonum numquam facere, aut posse facere fructus malos, malum quoque numquã facere, aut posse facere bonos, sed tantum significare voluisse, non posse fieri, vt hominis boni fructus omnes vel plures, & potiores, mali sint, sed contra potius debere eius fructus omnes, vel plures, & potiores esse bonos. Et similiter non posse fieri, quin hominis mali omnes vel plures, & potiores sint mali. Ita vt facile sit saltem ex quibusdam fructibus eius dignoscere malitiam eius, quãtumuis eam multis conetur tegere virtutum speciebus. Quoniam sicut aiebat Dominus: Homo ex bono thesauro cordis sui profert bona, id est, cum plenum sit cor eius sapientia, & virtute, fieri non potest, quin saltem potiores, & plures eius sermones sint boni. Sic malus non semper profert mala ex malo thesauro cordis sui, sed aliquando ex adiacente sibi adhuc bono profert bona, fieri tamen non potest, quin frequenter e plenitudine deprauati cordis loquatur mala, quia vt plurimum os loquitur ex abundantia cordis bonum, vel malum, lib. decimo, capit. sexto, numer. quarto, cap. octauo, numer. secundo. Lingua cordi debet concordare, vt bene loquens, bene viuat, lib. decimo, capit. sexto, numer. sexto, libr. vndecimo, capit. secundo, num. 22.

6

Luc. 6.

Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Omnia vult Dominus suum munus exsequi, & ea operari, propter quæ condita sunt, sicut in Genesi dixit: Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum fructum iuxta genus suum. Infra: Fiant luminaria, & continuo diuidant diem ac noctem, & sint in signa, & tempora, dies, & annos; ad hoc enim a me sunt condita, & factum est ita. Vnde cum Hieremias diuinam retulisset indignationem contra Ieconiam, sterilitatem viri dixit esse tanti mali causam. Omnia etiam insensata dant Deo suo quidquid ab eis postulauerit, etiamsi id sua natura non

7

Genes. 1.

Hiere. 22.

habeant, solus homo negat Deo suo, quæ ab eo poscit. Sic in Numer. dicitur: Petrá dabit aquam suam (vt legit Sanctis pagninus)
Num. 20. Petræ munus non est aquam porrigere, dabit tamen illam, quia hæc Domini voluntas est. Mandatis Dei obediunt cūcta creata vno homine excepto, lib. vndecimo, cap. 3. num. 8. 23. vsque ad vigesimum quintum. In his etiam verbis, inquit Hieronymus, docere voluit Do-
Hieron. ad Demetria. minus, non satis esse ad consequendam salutem malum non facere, peccata declinare, nisi bona insuper faciamus. Non enim eradicandam, & in ignem mittendam dicit eum arborem solum, quæ malum protulerit fructum, sed illam etiam, quæ fructum bonum non dederit. Augustinus libro
Aug. lib. de gratia Christi. de gratia Christi contra Pelagium dicit: Duę arbores bona, & mala, duo sunt homines, bonus, & malus. Homo bonus, qui est voluntatis bonæ, malus autem voluntatis malæ. Voluntas bona, radix bona, voluntas mala, radix mala. Fructus autem harum radicum, atque arborum facta sunt, dicta atque cogitata, quæ bona de bona voluntate procedunt, & mala de mala. Vir iustus arbor fructifera est: Super torrentem orietur
Ezech. 47 in ripis eius ex vtraque parte omne lignum pomiferum, non defluet folium ex eo, & non deficient fructus eius. Per singulos menses afferet primitiua, quia aquæ eius de sanctuario egredientur, & erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam. Vir perfectus arbor pomifera est, non defluent eius doctrinæ folia, nec fructus bonorum operum, sed tempore opportuno producet, quia aquę gratiarum, quibus irrigatur, a Deo procedunt, & fructibus eius cibabit homines, & folia verborum eius ad medelam animarum erunt. E contra mali audiunt: In fructibus
Prou. 15. impij conturbatio, quia ex peruersorum hominum operibus plerumq. conturbatio oritur, quia ipsi oues Christi seducunt, & tales fructus producunt, quales ipsi sunt, sicut scriptum est: Numquid currere possunt in petris equi, aut arari in bubalis potest? Quia
Amos 6. conuertistis in amaritudinem iudicium, & fructus iustitiæ in absynthium. Equi ægre currunt in petris, eo quod læduntur, & corruunt, ita hi malis assueti bona operari vix possunt. Bubali autem bobus similes sunt, sed iugum ferre, vt illi sua feritate nolunt, quia cum siluestres sint, ipsum excutiunt. Ita hi, quamuis bonis assimilentur in exteriori pictura, tamen terram colere non possunt. Hi suam iustitiam statuere volentes iudicium Dei in amaritudinem conuertunt, crudelissime se gerentes, & fructus iustitiæ, qui suauissimi sunt, in amaritudinem conuertunt. Bona enim opera, quæ dulcia sunt, amara fecerunt ad malum finem destinando. Homo arbori comparatur, libr. primo, cap. primo, numer. octauo, libr. nono, cap. vigesimo primo, numer. decimo quinto, & decimo septimo. Vnde Græce homo vocabatur antropos, id est, arbor inuersa, cuius radices in parte sunt superiori, a qua humorem percipere debent, vt fructum ferant. Modo plantatur in terra, in cælum postmodum transferenda. Modo in paradiso, Ec-
Genes. clesiæ sita fonte illius sanguine, scilicet, Chri-
Psal. 1. sti rigatur, & cum in lege Domini arboris rationalis voluntatis fuerit, erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit, &c. & folium eius non defluet, perpeti fonte sanguinis Christi rigatum, cum autem in cæ-
Apoc. 22. lum transtulerit illud Deus, a sede Agni aquæ deriuabuntur crystallo similes, quibus torrente voluptatum Dei potatum perpetuam conseruabit viriditatem, duodecimq. producet fructus, & iucundissimos, & suauissimos. Iusti sunt, de quibus scriptum est: In monte sublimi Israel plantabo illud, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam, & habitabunt sub ea omnes volucres, & vniuersum volatile sub umbra frondium nidificabit, & scient omnia ligna regionis, quia ego Dominus, humiliaui ompe lignum sublime, & exaltaui lignum humile, siccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum. Hæc Domini virtus fuit, ait Hieronymus, qui lignum quondam viride Iudaici populi arefecit culpa sua, quia fructum non ferebat, sed dedit erugini
Psalm. fructus eorum, & labores eorum locustæ, & occidit in grandine vineas eorum, & moros eorum in pruina, & lignum aridum populus gentilis vir de factum est, & qui oleaster erat amara, in bonam transijt oliuam. Sed quod sine multo animi dolore dici non
Roman. 9. potest, illud est, quod cum diuinum verbum descenderit sicut imber de cælo, vt infunderet terram, & germinare eam faceret, illa
Esai. 55. fructum conuertit in spinas. Sicut enim Ioanni in Apocalypsi reuelatum est, primus An-
Apoc. 8. gelus tuba cecinit, & facta est grando, & ignis mista in sanguine, & missa sunt in terram, & tertia pars arborum concremata est, dum rectam viuendi regulam deseruerunt. Quoniam sicut arbor fructum non dat, nisi illa influentias cælestes in se recipiat, sic & cui causa particularis vniuersalem, sic & fructum virtutem ferre non valet homo, nisi diuina perfundatur gratia, & insuper illi liberum cooperetur arbitrium. Gratia Dei rigat animas, vt floreant, & fructus faciant, & radices mittant, libr. septimo, cap. octauo, numer. decimo sexto, & vigesimo quinto. Gratia principaliter operatur bonum, cui cooperatur homo, lib. septimo, cap. nono, numer. quinto, sexto, octauo, vsque ad decimum sextum, & decimum nonum. S. Tho. explicans illa verba: Fructus autem spiritus, &c. ait: Virtutes, & bona opera dicuntur fructus, quia sicut fructus in arbore acquiruntur labore, & studio, sic virtutes oriuntur ex libero arbitrio auxilio gratiæ. Dicuntur etiam fructus, hoc est, fru-
S. Thom. ad Galat. 5. lect. 6.

ctuosa, quia æternum gloriæ pondus operantur. Impij autem arbores dicuntur autum-
S. Th. in Ep. Canad. nales a Iuda in sua canonica, ait S. Thomas. Autumnales, quia fructus ad rectam maturitatem non perducunt. Bis mortuæ, scilicet in ramis, & in radice, in ramis bonorum operū, & radice bonæ volūtatis perdite viuunt. Eradicatæ, quia malis operibus vehementer assuefacti fructus ferendi vix illa relicta est spes. Et quidem gentes turcæ, & infideles extra Ecclesiam plantati non ferentes fructus bonorum operum excusationem habent, licet sufficiens ea non sit; at Christiani secus decursus aquarum, immo sanguinis, vt dicebamus, in Ecclesia plantati, qui fructum vertunt in absynthium omni excusatione priuātur. A fructibus cognoscendi sunt, oues sint, an lupi. Christianorum vita nec simplicitatem onis, nec vtilitatem, nec mansuetudinem præsefert. Vix vnus est, qui alteri commodo sit. Lupina grassatur in eis feritas, duplicitas eorum, quibus eor ori non consonat, lib. 10. cap. 8. num. 2. & 3. Malorum enim hæc est conditio, vt mel habentes in ore, venenū seruent in corde, lib. nono, cap. 17. num. 1. 7. 9. vsque ad 12. 21. vsque ad 23. Vbi omnia per duplicitatem fiunt, nec vllus est, qui alteri fidere amplius possit, quam ouicula crudeli, & rapaci lupo, qui illius sitit vitam, facultates, honorem, vt perdat. A fructibus arbores agnoscuntur, Christiani autem non solum infructuosæ sunt arbores, recte salicibus Babylonis comparati, lib. 3. cap. 17. num. 19. lib. 12. cap. tertio, num. 35. lib. 14. capit. sexto, num. 21. sed cum radix vitiata sit voluntatis, furta, homicidia, luxuriæ, &c. sunt quæ cernuntur, nec inter Christianos maior veræ
Luc. 13. virtutis demonstratio, quā quæ in infideli, & barbaro conspicitur viro. Cū Dominus ediceret ficulneam in vinea sua, frugiferaq. terra plantatam, & per tres annos, hoc est, in adolescentia, iuuentute, & senectute stercoratia radici admota, summaq. adhibita diligentia a vineæ cultore in ipsa fodienda, putanda, &c. fructum non protulisset, quid expectandum est? Sententiam non protulit Iesus, quoniam cum prius cultori vineæ dixisset: Ecce tres anni sunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio, succide ergo illam, vt quid etiam terram occupat? Et precibus cultoris etiam altero anno non solum dimissa, sed & nouis beneficijs cultura adhibita, quæ fructum non protulit, eradicanda est, & in ignem mittenda, nec Domini vineæ expectanda sententia illius, qui sce-
Matth. 21 lerate viuens iam iudicatus est, dignus, qui audiat: Numquam ex te fructus nascatur in sempiternum, quod summa maledictio est, nec id solum, sed excidendi sunt, qui tales sunt, & in ignem mittendi, sicut arbor, quæ & fructum bonum non fecit, & fructus protulit malos innumerabilium criminum, quibus Dei meruit iram, plus quam nationes omnes. Christiani, qui hoc nomine gloriantur, & perdite viuunt, recte comparantur Cham, cum quo maledictionem perpetuo hęreditabunt, lib. tertio, cap. 10. numer. 42. & 43. Christiani male viuentes indigni sunt hoc nomine, & acrius puniendi, quam alij, lib. tertio, cap. 15. numer. primo, per totum caput, cap. 16. num. 11. & 12. lib. 18. capit. 11. numer. 25. Christianæ disciplinæ signa, quibus a barbaris distinguūtur, rara sunt in ipsis, lib. tertio, cap. 16. num. 1. 2. 11. & 12. lib. 12. cap. 3. num. quarto. Christianos damnabunt barbari, qui ea in cultum operantur idolorum, quæ illi propter Christum renuunt operari, libr. 17. cap. 1. num. 5. Si excidituir ficulnea, quæ terram occupat frustra, quid quæso illa merebitur, quæ terræ nocumentum infert abominabili fructu? In primis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, sicut clamauerat *Matth. 3.* Baptista: Facite fructus dignos pœnitentiæ, iam enim securis ad radicem arboris posita est. Non positam securim dicit (Chrysostomus hom. 11.) ad ramos, ad folia, ad truncum, sed ad radicem, docens tales immediabiliter esse feriendos, & nec spem curationis esse habituros. Exciditur e vita, ne delectationibus fruatur præsentibus, quas tantopere concupiscebat, qui clamat: Dum adhuc *Esai. 38.* ordiretur tela succidit me, præcisa velut a texente vita mea. Exciditur etiam, dum abscinditur a reprobis facultas omnis bene operandi in morte. Exciditur impius a spe, vt numquam quidquam boni sperent in sempi-
Iob. 19 ternum, quorum nomine aiebat Iob: Destruxit me vndique, & pereo, & quasi auulsæ arbori abstulit spem meam. Et in Ezechiele late sub specie arboris frondosæ, & eleuatæ, in-
Ezech. 31 fructiferæ tamen, prædicit excisionem Pharaoni, & illius nomine impijs. Vnde præcipiebat Deus Iudæis: Si qua autem lignæ non
Deut. 20. sunt pomifera, & agrestia, succide. Eas enim voluit arbores, vt succiderentur, quæ cum ferendis fructibus natura sua essent aptæ aliunde infrugiferæ redderentur, excidendos potissimum docens eos, qui in Ecclesia existentes sua grandi malitia imbribus cælestibus venientibus, & terra exculta, &c. illi velut infrugiferæ arbores soli incēdio aptæ eradicarentur, & in ignem mitterentur, sicut scriptum est: Prænaricatores sicut spinæ euellentur vniuersi, quæ non euelluntur manibus, &
2. Reg. 23 si quis tangere eas voluerit, armabitur ferro, & ligno lanceato, igneq. succensæ comburētur vsq. ad nihilū. Euellentur non manu, id est, suaui morte, sed illa, de qua dicitur: Mors pec
Psal. 33 catorum pessima, armata manu ferro, experiens Domini & comminationem, & maledictionē, quā Iob præmiserat his verbis: Non
Iob. 24. sit in recordatione, sed conteratur sicut lignū infructiferum, qui pauit multa cura sterilem carnem, & viduæ animæ bene non fecit. Et cum illius insaniam explicuisset, qui cucurrit aduersus Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus est, intulit: Non mit-
Iob 15. tet in terra radicem suam, ramos eius arefa-

ciet flamma. Antequam dies eius impleantur, peribit, & ramus eius (vt correctior habet lectio) arescet, lædetur quasi oliua proijciens florem suum. Et in Psalmo Regius Vates aiebat: Dilexisti omnia verba præcipitationis, quibus animam tuam præcipitio occidisti, propterea Deus destruet te, & euellet te, immo & radicem tuam de terra viuentium. Et Hieremias: Ponam eos velut ficus malas, quæ comedi non possunt, quia pessimæ sunt, & persequar eos in gladio. Deus enim occidere vult per mortem eos, qui suis beneficijs abutuntur, nec fructum ferunt. Deus velut eleuata iam securi ad feriendum misericordia sua detinet, & quo magis expectat, eo seuerius animaduertet cum succidet. Et quia ista homines non aduertunt, abscinduntur, ita dicebat Iob: Vidi eos, qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos, flante, Deo periisse, & spiritu oris eius esse consumptos. Et infra: De mane vsque ad vesperam succidentur, & quia nullus intelligit, in æternum peribunt. Homines a principio vitę vsque ad vltimum succiduntur, quia peccando Deum irritant, & paulatim ille ictus ingeminat animaduersionibus, inspirationibus, &c. Sed quia nullus tantam misericordiam Dei intelligere vult, ad vltimum succisi perpetuo peribunt, vt vbi. ceciderit lignum, ibi perpetuo sit. Sed antequam id nobis accidat, comminantem Dominum audiamus nos comparantem magnæ arbori excisæ, sicut Nabuchodonosor, qui quamuis excissus fuerat, per pœnitentiam iterum germinauit. Si autem excissus in ignē mittatur homo, nulla reliqua erit spes iterum germinandi. De pœnis inferni, vide lib. nono, cap. tertio, late. In inferno miseria super miseriam erit cruciari sine spe misericordiæ, ibid. numer. 12.13.& 20. Succiduntur, & quasi non sunt, & in ignem mittuntur, vt pœnas luāt, damnati, dicuntur enim non esse, quia Deo perierunt etsi subsistant in pœnis, num. 10. In inferno dolor, & timor coniunguntur, quod in hac vita respectu eiusdem rei non contingit, ibid. num. 19.

Psal. 51. *Hiere. 29* *Iob. 4.* *Eccl. 11.* *Dan. 4.*

9 *Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem patris mei, &c.* Augustl. lib. quæst. ex vtroque testamēto, inquit, irrisor videtur, qui Dominum vocat eum, cuius præcepta contemnit, & verbis suis condemnabitur, quia Dominum vocat, quem minime se timere operibus suis ostendit, & seruire recusat ei, quem Dominum confitetur. Non mirum enim si confringat iugum, rumpat vincula, dicat: Non seruiam ei, quem Dominum nec agnoscit, nec confitetur. Qui autem Deum Dominum confitetur, nec eius implet mandata illum nec timet, nec honorat, vt Dominum, sed ipsum pro nihilo ducit, lib. 11. cap. 3. num. 11. & 12. Qui fecerit voluntatem patris, inquit, non qui audierit solum. Et nunc Israel audi præcepta, & iudicia, quæ ego doceo te, vt faciens ea viuas, & ingrediens possideas terram, &c. Et in Apocalypsi: Beatus qui legit, & qui audit verba prophetiæ huius, & seruat ea, quæ in ea scripta sunt. Vnde in Cantico, post quam sponsa dixerat: Fulcite me floribus, protinus adiunxit: Stipate me malis, fructibus, scilicet, & operibus, non solis verborum flosculis. Et infra: Mane surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si verbis studiosis coniunguntur facta. Propterea enim (Gregorius) in Ezechiele apparuit in Cherubin similitudo manus hominis sub pennis eorum. Actiones enim vitæ per manus significatæ subijciendæ sunt alis doctrinæ, & verborum, vt filius consilium accipiat sapientis patris dicentis: Suscipiat verba mea cor tuum, non solis auribus illa recipienda sunt, sed corde, & recipiat cor verba mea, vt custodiat ea & viuas. Verba enim legis præcipiente Deo pendebant ante oculos, & in manibus, vt ea operarentur homines, quæ scirent diuinæ voluntati esse conformia. Verbum Dei sic audiendum est, vt opere impleatur, libr. 4. cap. 14. num. 18. lib. 18. cap. 3. num. 1. Verba enim Dei custodiēs homo corriget viam suam, lib. 16. cap. 10. numer. 32. lib. 18. cap. 2. numer. 52. De re hac multa sunt in indice locorum communium. Aduertendum etiam est, quod si beatitudo interdicta est his, qui Deum Dominum vocant, cuius voluntatē non perficiunt, dum ipsum laudant; quid quæso expectādum est ab his, qui ipsum impie blasphemant, & peierant? &c. De qua re multa habes, lib. 9. cap. 11. per totum.

Apocal. 1 *Cant. 2.* *Cant. 7.* *Ezec. 1.* *Prou. 4.*

DOMINICA OCTAVA post Pentecosten.

Euangelium.

Homo quidam erat diues qui habebat villicum Lucæ 16.

Vide lib. 4. cap. 31. numer. 6. lib. 6. cap. 3. num. 21. & 22. lib. 14. cap. 20. num. 1.

MVLTIS illisq. grauissimis & rationibus, & parabolis cōuincere nisus est Iesus Pharisæorum auaritiam, vtpote qui tanta hac ægritudine laborātes maxime innumeris alijs detinerentur malis, a quibus liberari non possent, nisi prius hanc omnium radicem exploderent, cuius rei gratia inter alias hac Dominus parabola vsus est, eius autem summa in tribus consistit. Primum, vt intelligerent illi omnes homines bonorum temporaliū esse dispēsatores nō dissipatores, ac ob id exactā ab illis rationēposcendā aliquando, si illis abutātur bonis, quę & in propriā, & communem vtilitatem sunt concessa, vt hac ratione ducti multa cum sollicitudine curent, vt ea ad voluntatem Domini dispensent. Secundo ad hoc tendit parabola, idq. præcipue, vt sicut dispensator ille, cum primum audiuit, & credidit se sua priuandum dispensatione, sollicitus multum fuit, vt futuræ vitæ prospiceret, nec aliud præsentius reperit remedium, aut efficacius, quam vt bonis Domini sui in suum commodum vtens, quamdiu posset, pararet sibi amicos ex bonis Domini sui, ita & nos cogitemus aliquando a temporalium horum bonorum dispensatione amouendos, ac ob id solliciti simus, qua ratione nobis in æterna vita, vbi non erit horum in manu nostra dispensatio, prospiciamus, sciamusq. illam demum prospiciendi nobis rationem esse commodissimam, si ex acceptis diuinitus facultatibus benefaciamus liberaliter egenis, per quos in æterna simus recipiendi tabernacula, peracto iam dispensationis nostræ officio. Tertio ad hoc tendit parabola, vt intelligamus, quod si Dominus iniqui dispensatoris passus dispendia laudat dispensatoris prudentiam, quod aduersus Dominum quidem fraudulenter, sed pro se prudenter egerit, multo magis a Domino nostro, qui & ditissimus est, & nullum damnum potest sustinere, & cuius præceptum est, vt pauperibus benefaciamus, laudandi sumus, si bonis eius nostræ dispensationi commissis ab ipso ita in nostrum commodum vtamur, vt per ea nobis locum in æternis mansionibus paremus. Illorum amicitia, de quibus dicit parabola, parabatur per hoc, quod eis tamquam domini debitoribus debitum remittebatur ex parte, horum vero paratur per hoc, quod eis tamquam amicis Domini tribuuntur nobis concessa. Argumento ergo a minori significare Iesus voluit, quod si dispensator ille pro temporali vita adeo fuit sollicitus, & tanta astutia vsus est, vt futuræ inopiæ prouideret, multo magis nos maiori præditos prudentia de æterna vita nobis conuenit simili ratione prouidere, & si ille laudatus est a Domino iniuria affecto, quod prudenter sibi prospexisset, multo magis nos laudabimur ab eo, qui & non patitur damnum, & hoc facere non solum non vetuit, sed & præcepit. De eleemosyna, quam suadere Iesus, tam eleganter hac parabola voluit, differitur late, lib. quinto, capit. 10. ad quam etsi multis rationibus nos excitarent Sancti, ibid. numer. octauo, vsque ad 14. 19. 20. 23. 24. 26. & 33. tamen ea, qua Euangelium vtitur hodiernum, imperfectis efficacissima est.

Dominica 8. post Pentecosten.

2 Cum Deus in monte legem dedisset Moysi, vt eam imperfecto Iudæorum populo prolaturet, tantum præcepit illis ibi: Ne furtum facerent, nec ea, quæ proximorum fuis-

Exod. 20.

sent bona, concupiscerent, aut contingeret inuito domino; at Iesus antiquæ legis perfector his non contentus, frequenter in lege noua præcepit, non solum vt aliena non acciperent Christiani, aut ambirent, sed insuper, vt propria fratribus largirentur, sicut enim legem antiquam per nouam perficiendam asseruit, dum proposito mandato de non occidendo, intulit: Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio, ita & antiquo præcepto de non furando alterum tradidit de iuuando fratre egente, vt sic faciat sibi homo amicum, qui eum recipiat in æterna tabernacula. Hominum auaritiam in pauperum oppressione lamentabatur Iob dicens: Asinum pupillorum abegerunt, & abstulerunr pro pignore bouem viduæ, subuerterūt pauperum viam, & oppresserunt pariter mansuetos terræ. Agrum non suum demetunt, & vineam eius, quem vi oppresserunt, vindemiant, nudos dimittunt homines indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore, vim fecerunt deprædantes pupillos, & pauperem spoliauerunt, nudum incedere fecerunt absque vestitu, & esurientibus tulerunt spicas. Et Habacuc: Væ ei, qui multiplicat non sua. Vsquequo aggrauat contra se densum lutum? Densum lutum dicit, quod non de facili homo egreditur. Væ qui congregat auaritiam malam domui suæ, vt sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mali. Contra eum verba hæc loquuntur, qui iure, vel iniuria multiplicare nititur facultates suas, non intelligens quod ruina domus suæ inde sequatur. Furtum graue crimen est, quod Deus acriter punit, libr. nono, cap. vndecimo, num. 31. Diuites, qui per fas, & nefas diuitias congregant, taxātur, lib. secundo cap. decimo septimo, num. duodecimo cap. 18. numer. 18. libr. quarto, cap. 39. numer. septimo, & 8. 10. vsque ad 12. 14. 15. 18. 20. vsque ad 22. 29. & 30. Euangelica perfectio est, vt propria largiamur, quam suadere Iesus voluit multis & rationibus, & exemplis, inter quæ celebre illud fuit in hoc eodem capite diuitis epulonis, qui (Chrysostomus) in inferno positus guttulam aquæ vehementer optauit, & instanter poposcit, nec accepit; non quidem quia aliena rapuit, sed quia propria non est largitus, & algenti Lazaro ad eius ianuam iacenti misericordiam non exhibuit. Alter etiam diues lamentabilem audiuit vocem: Stulte hac nocte repetent a te animam tuam. Vnde tam grandis comminatio? Scitis vnde, ait Chrysostomus, quia cum ager eius vberes dedisset fructus, & secum cogitans diceret: Quid faciam? &c. cum respondere debuisset: Aperiā horrea mea, sicut quondam Ioseph fecerat in Aegypto, prouidebo pauperum indigentiis, quorum dispensatio mihi commissa est. Ista tacens, & de amplificandis horreis sollicitus celeri, miserandaq. morte continuo

Matth. 5. *Iob 24.* *Habac. 2.* *Luc. 16.* *Luc. 12.* *Chrysost. ho. 6. in Lucam*

raptus est, priuatus bonis omnibus, quæ egenis porrigenda forent. Et sicut horum diuitum exemplo docere Iesus voluit, quæ diuitibus sequantur incommoda, si pauperum non misereantur. Ita in Euangelio hodierno enarrat, quæ ex diuitum misericordia oriantur bona. In quo multa sunt grandi animaduersione digna, quæ sigillatim sunt consideranda.

3 *Homo quidam erat dives, qui habebat villicum, & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona illius.* Dives hic homo Deus est, villicus autem quilibet homo, cui Deus diuitias, quasi dispensatori suo dedit, ad eas in bonos vsus expendendum, aliqui vero eas dissipant, quia commessationibus, ludis, ebrietatibus, & scortis expendunt; tales enim quasi bona Dei dissipant, & quamuis Deus cuncta sciat, infamari apud eum dicuntur, vel quia pauperes ad Deum clamant, vt Iacobus ait, vel ipsa peccata. Immensa Dei bonitas temporales hominibus diuitias contulit, vt ipsis cælestes lucremur, numquam interituros thesauros comparemus. Ioseph fratribus suis non frumentum solum concessit, sed & pecuniam, qua illud compararunt; ita Dominus verus frater noster non æternæ felicitatis solum præmium, sed ea, quibus ipsum acquirere possimus, largitur. Ea vero est humanorum cordium prauitas, vt diuitijs a Deo concessis in prauos vsus dissipatis illis contra ipsius voluntatem abutantur. Sic dicitur a Iob; Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant Deum. Cum ipse dederit omnia in manus eorum. Prædones, & latrones vocat diuites, qui a Deo acceperunt diuitias ad pauperes alendos, nec faciunt. Horum tabernacula abundant diuitijs, auro, argento, gemmis, possessionibus, &c. quibus ipsi audacter, & inuerecunde Deum prouocant adulterijs, homicidijs, & innumeris alijs peccatis, cum ipsum potius colere debuissent, qui omnia (vt homo dives) in manus eorum, quasi villicis dispensanda, concesit. O homo, cogita te non dissipatorem, sed dispensatorem esse facultatum, vt dicas Deo cum Regio Vate: Tua sunt omnia, quæ de manu tua accepimus reddimus tibi. Sed qualiter praui dispensatores bona sibi ad dispensandum credita, dissipent, ostendit Deus Ezechieli mira similitudine dicens illi. Sume tibi gladium acutum radentem pilos, & duces per caput tuũ, & per barbam tuam, tertiam illorum partem combures igni, tertiam concides gladio, aliam sparges in ventum, & sumes paruum numerum, & alligabis in summitate pallij tui. Ecce quali Deus metaphora docet quomodo huius sæculi diuites bona sibi ad dispensandum credita dissipent. Per capillos superflua significantur, ex quibus eleemosyna fieri debet, sed sæculares homines partem illorum igne comburunt, illi scilicet, qui luxuriantes patrimonia consumunt.

Iacobi 5.

Genes. 42.

Iob 12.

1. *Paral.* 29.

Ezec. 5.

De quibus dicitur: Qui nutrit scorta, perdet substantiam suam. Innumeri enim sunt in mundo, qui cæno voluptatum immersi ita dilapidant bona, vt non solum ad eleemosynas largiendas, sed nec ad debita soluenda, ad vxorem, & famulos alendos residui aliquid sibi relinquant. Alij vero gladio capillorum partem concidunt, & hi sunt qui vindicandis inimicorum iniurijs incumbentes omnia consumunt. Sunt enim aliqui ita efferati, vt prædones alant ad iniurias pereos vlciscendas. Hi res deperditas, & patrimonium non curant, immo libenter ad vindicandas iniurias exponunt, multiq. ex diuitibus pauperrimi euaserunt propter dissensiones. Alij vero capillos velut in uentum spargunt, quia ea, quæ supersunt vanitatibus, dissipant vanissime induti, multis comitati seruis; vxores suas supra conditionem induentes, canes venaticos alunt, nullusq. iam reperitur, qui sua conditione maior apparere non velit. Mercatores nobiles videri uolunt, nobiles ac si Comites essent incedunt, nemoq. ab alio inani fastu superari uult. Hinc fit, ut omnia nobilium oppida ita exhausta sint, ut debita soluere non possint. Ad id uero calamitatis deuenerũt, quia commessationibus, ludis, luxurijs, & uanitatibus indulserunt. Sed quod minime prætereundum est, paruum inde numerum sumentes, in summitate pallij alligant, quia isti, qui diuitias dissipant, si obuium pauperem obnixe eleemosynam petentem habuerint, obolo concesso, satis se feciſſe existimant, qui pupillos, & viduas pereuntes minima pecunia ali posse credunt. *Dives in egenis* subleuandis parcus vere pauper est, lib. quarto, capit. 39. numer. 1. 22. 24. vsque ad 26. lib. quinto, cap. 10. num. septimo. Diuites, & pauperes non casu, sed iustis de causis sunt in mundo, lib. 4. capit. 39. numer. 1. lib. quinto, cap. 10. nume. 5. 7. 23. 33. & 52. Diues tot iniurius est hominibus, quot quot opes poterat conferre, lib. 4. cap. 39. nume. 1. libr. 5. cap. 10. numer. 7. & 23. *Diuites luxui*, & delicijs dediti confidentes in diuitijs taxantur, lib. quarto, cap. 39. numer. 13. 16. 19. 22. 32. & 33. cap. 41. num. 6. & 7. *Diuites* multa bona receperunt a Deo, pro quibus modica dare iubet pauperibus, nec volunt, libr. quinto, cap. decimo, numer. decimo nono. Diuites qui equis componendis, & alendis occupantur oblito paupere immo Christo, taxantur, ibidem numer. 28. Qui cum tanta parasitis dent, & scortis eleemosynas non dant, nume. 34. & 77. Diuites eleemosynarum debitores vocantur a Paulo, lib. quinto, cap. decimo, num. 79. Diuites re ipsa dicunt: Omnia consumantur, & Christus non pascatur, lib. 14. cap. 3. nume. 21. Fornicatio multa parit inconuenientiæ etiam temporalia, lib. 6. cap. 12. num. 11. 13. 14. 16. & 17.

4 Is qui prodigerat domini sui bona, quæ administraturus, & dispensaturus acceperat, dis-

Prou. 29.

famatus est apud illum. Quamuis enim Deus omnium animaduertat consilia, omnium habeat exploratos mores, apud communem dominum infamantur diuites, dum inopes clamant diuitum auaritia grauati, sicut quondã Israelitæ, dum Aegyptiorum crudelitate ad amaritudinem perducerẽtur operibus duris luti, & lateris ingemiscentes vociferati sunt, ascenditque clamor eorum ad Deum, & audiuit gemitum eorum, respexitque eos, & liberauit. Sic dum potentum crudelitate pauperes necessitate compulsi durissimis operibus, intolerabilibusque laboribus pressi vix victũ quæritare possunt, & vestitum, quo sibi, suæq. familiæ prouideant, aut vero senio, vel ęgritudinibus confecti laborare non valentes infamant pauperes apud Deum, & clamant, vt & illorum prouideat necessitatibus, & eorum vindicet iniurias. Et sicut mortuo Abel eius sanguis innocens clamabat contra fratricidam, diuinamque interpellabat iustitiam, quæ fratris sancti necem vindicauit, ita dum diuitum mensæ multorum pauperum constãt sanguine, lib. quarto, cap. 39. num. 32. & 33. Dives enim tot iniurius est hominibus, quot quot opem poterat conferre. lib. quarto, cap. 39. num. primo. lib. quinto, cap. decimo, num. septimo, & 23. Diuites superbi collidunt pauperes, sicut pecus pingue infirmum, lib. quarto, capi. 39. num. octauo, decimo. vsque ad duodecimum. Diuites fures uocantur a Sanctis, cum pauperum necessitatibus non prouidẽt, lib. quinto. cap. decimo, num. 23. Cum tales hi sunt, pauperum vox vt quondam innocẽtum clamat ad cælum, qua diffamantur potentes, qui cum multa acceperint a Deo bona, vt modica saltem conferant egenis, nec id facere volunt, lib. quinto, cap. decimo, num. 19. Vnde aiebat Sapiens: Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt vsque ad cęlum, & Dominus exauditor non delectatur in illis, quasi dicat: Nõne lacrymę viduæ descendentes ad maxillam clamant cõtra eos, qui eas deducunt opprimentes eam? & a maxilla ad cælum ascendunt, quia Angeli eas Dẽo offerunt, & Deus, qui exaudit, minime in eis delectatur, sed incitatur contra oppressores. Superflui etiam diuitum sumptus superbæ ædificia, &c. etiam contra eos clamant, ita dicebat Abacuc, præmiserat: Væ qui congregat auaritiam malam domui suę, vt sit in excelso nidus eius, subdit: Cogitasti confusionem domui tuæ, concidisti populos multos, quia lapis de pariete clamabit, & lignum, quod inter iuncturas ędificiorum est, respondebit. In quibus verbis Propheta eorũ vicem dolet, qui auare congregant, & superflue expendunt in ruinam domus suæ, nam illa iniusta rerum congregatio (ad ædificia superba ædificandum ut ipsorum mansio in excelso sit) domus suæ ruina censeri debet: quia quanto excelsius extollitur, tanto maior erit confusio ipsorum ante tribunal Christi: quia lapis de pariete magno sumptu ad ædificium comparatus cum multorum pauperum detrimento clamauit contra diuites. Et deaurata ligna, depictaq. laquearibus aureis cubicula, lectique argentei, & deaurati, & tanta rerum superfluitas clamabunt contra diuites. Immo canes venatici, accipitres, &c. vociferabũtur contra dominos suos. Taliter diuites infamãtur a pauperibus apud Deum, qui libenter tales querelas audit. Diuites autem, qui Patriarchæ sunt similes Abrahæ, qui peregrinos quæ rens hospitio eos recipiebat, &c. fideles sũt horum bonorum dispensatores, qui utuntur hoc mundo, tamquam non vtantur, qui emũt, tamquam non possidentes, qui vtuntur diuitijs secundum Domini voluntatem in vtilitatem proximorum, in propriam animæ salutem, prodigi filij fugientes stoliditatẽ, qui dissipauit omnem substantiam suam viuendo luxurioſe. Diffamãtur etiam diuites auari ab illo, qui accusator est fratrum, is, qui antea celabat crimina, manifestat illa. Et qui quondam assistebat Deo, vt accusaret Iob, libr. secundo, cap. sexto, num. nono, lib. quarto. ca. 31. nu. 30. Diabolus enim scribit peccata, cum uincit, vt ea exprobret nobis, lib. secundo. ca. octauo, num. quarto. 5. & 13. Diabolus qui suadet malum in fine prodit illud, sicut & Deus bonum, quod persuadet, lib. 18. cap. primo, numer. 11. *Diabolus* nos accusat apud Deum, & illum apud nos. lib. 18. cap. quinto. num. sexto. *Diffamãtur* etiam homines, & accusantur a propria conscientia, sicut Paulus aiebat: Testimonium illis reddente conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, &c. In die cum iudicabit Dominus occulta hominum. Hi sunt libri, de quibus retulit Ioannes, quod aperiendi essent in iudicio, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris. Conscientia iudex est incorruptus semper peccatores accusans, libr. tertio, capit. 24. numer. tertio, vsque ad sextum. 12. & 19. lib. quarto, cap. 13. nume. 23. lib. vndecimo, cap. 14. num. quinto, lib. 14. cap. sexto, num. quinto. In iudicio finali libri sunt conscientiæ. lib. nono. cap. nono. nume. 31. Hic villicus diffamatus est, quasi dissipasset hominis diuitis bona, quæ ad aliorum vtilitatem illi contulerat. Sicut a Daniele relatum est, Nabuchodonosor quando regno priuatus audiuit Prophetam dicentem: Talia tibi accident, donec scias quod dominator Dominus in regno hominum sit, & cuicumque voluerit det illud. Accepta autem bona dissipamus, quando his neque ad ipsius honorem, sed magis ad Dei offensam, nec ad propriam salutẽ, sed perniciem, ad proximorum iniuriam abutimur. *Dissipat* bona animæ, quando ea, quæ percipit intellectu, ad malum ordinat illis similis effectus, qui cum Deum cognouissent, nõ sicut Deum glorificauerunt, &c. sed euanuerunt in cogitationibus suis, &c. & mutauerũt gloriam Deo debitam in idolum auri, vanitatis, deliciarum, cui thura offerebant. *Dissipãt*

Exo. 1. & 3.

Gen. 4.

Matth. 2.

Eccles. 35.

Abac. 2.

Luc. 15.

Roman. 2.

Apoc. 20.

Dan. 4.

Roman. 1.

bona

bona corporis, dum fortitudine, qua malis resistere debuisset, vtitur ad vim alteri inferendam, sanitate ad turpia, pulchritudine ad vana abutitur, exhibens membra iniquitatis peccato, quæ iustitiæ exhibere debuisset. Bona & spiritualia, & temporalia depositio accepimus reddenda Domino. lib. 18. ca. 15. num. secundo, & tertio. Boni, & mali raptores sunt, dum illi rapiunt cælum, isti ea, quæ sibi non cõueniunt, lib. 18. cap. 15. num. tertio. Considerãter autem posuit: *Quasi dissipasset*, vt doceat peccatum liberum arbitrium, bonaque naturæ non omnino perdere, licet minuantur illa, & langueſcant, assiduitateque peccandi bonæ inclinationes langueſcant, liberumque hominis arbitrium hebetetur. Peccato remisso anima languet, lib. 14. cap. sexto, nume. decimo. Peccata, dum continuantur, bonas inclinationes ex parte tollunt. lib. 14. capit. septimo, numer. 16.

6 *Et uocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem uillicationis tuæ, iam enim non poteris uillicare.* Vocat Dominus dispensatorem, cum per inspirationes, conciones, confessarios, iudicium ob eius oculos ponit, vt sibi prouideat in futurum, sicut villicus hic fecit peccata eleemosynis redimens. Non credidit remedium serum, licet Dominum audiret dicentem: *Redde rationem uillicationis tuæ*, sed instante iam iam necessitate modum excogitauit placando Domino aptissimum, quo instantem paupertatem vitauit. Temerarium est vsque ad finem vitæ differre remedium, neq admonenti Domino acquiescere. Sed si illud factum non fuit, vel tunc saltem instanti morte vocanti Domino acquiescamus, sicut latro pendens in cruce fecit, & veniam consecutus est. Deus inspirationibus, & modis mirandis alloquitur homines, si illi attendant, per totũ cap. 27. lib. quarto. Dei vocem in terrorem audit prius peccator, quæ post in dulcedinem vertitur, ibidem num. nono, & 12. Sicut hic, qui seuerum audiuit Dominum dicentem: *Redde rationem uillicationis tuæ*, & tamen diligentiam eius contemplatus, laudauit eius prudẽtiam. Deus aliquando occultans dulcedinem ostendit iram, vt corrigat, libr. secundo, capi. 11. num. 10. 21. 29. & 30. lib. quarto. cap. octauo num. quarto. cap. 26. num. 3. Deus supplicia vẽtura prædicit, vt resipiscant peccantes, li. secũdo, cap. 11. numer. quarto. usque ad sextum, & 25. lib. 4. cap. sexto, num. nono, & decimo, cap. nono, num. quarto, & decimo, ca. 18. num. 11. & 12. Pœnitentiam suadere vult Deus, cum prædicit futura supplicia, lib. secundo, cap. 11. num. quarto, vsque ad septimum. 25. & 26. lib. quarto, cap. nono. nume. quarto. 10. & 11. cap. 10. num. 10. cap. 12. num. 10. vsque ad 12. 14. & 25. cap. 18. nume. nono, vsque ad 12. 15. 16. 18. & 19. lib. sexto, cap. 10. num. 11. lib. 14. capit. 21. num. 21. 22. 35. & 37. Pœnitentiæ lacrymæ aliæ procedunt a timore, aliæ ab amore, istæ antecedunt dignitate, illæ tempore vt plurimum, lib. tertio, cap. 25. num. 23. & 25. lib. 14. cap. 23. num. 19. Pœnitentia est, per quam imminente ira Dei imminens exitium potest homo uitare, lib. 14. cap. 21. num. 2. & quarto. cap. 23. nu. octauo. Pœnitentia differenda non est spe longioris uitæ, lib. 14. cap. 21. num. septimo, vsque ad 14. 16. 18. vsque ad 20. 23. 37. vsque ad 39. 42. 44. vsque ad 46. 50. 51. 56. vsque ad 58. Pœnitentiam Deus non negat homini, dũ viuit, li. 14. cap. 21. nume. 17. 20. 22. vsque ad 25. & 27. cap. 22. num. 46. cap. 23. numer. sexto, octauo, 25. & 26. Pœnitentia neganda non est homini, dum uiuit, sed hac spe homo peccare non debet, lib. 14. cap. 21. num. 23. 27. 47. 56. vsque ad 58. & 60. cap. 22. num. 25. Pœnitentiam numquam negat Deus peccatoribus, dum viuunt; non quia ei placent culpæ, sed ob id potius, quod maxime displiceant, lib. 14. cap. 21. num. 50. Hanc pœnitentiam suasurus Dominus iudicium ob oculos ponit eius, & quod tẽpus erit, in quo nec opus, nec ratio inuenietur, quãdo peracta uita sera impiorum pœnitentia a dæmonibus deridebitur, lib. quarto, cap. 21. num. 20. 30. 37. 42. & 55. Et ideo dixit illi: *Quid hoc audio de te?* In quibus verbis docere voluit, non esse iustitiæ executionem præcipitandam, iudicesque passione vacuos esse debere, causamque prius diligenter inquiri debere, propterea villicum prius alloquitur. Quia ergo iudicium nulla ratione præceps esse debet, aiebat sapientissimus iudex Salomon, qui tantę extitit sapientiæ, & prudentiæ, quod iudiciũ celebre duarum meretricum protulit, cum duodecimum ageret annum: Oculi tui videant recta, & palpebræ tuę præcedant gressus tuos, quasi dicat, intellectus prius rectum sibi scopum præstituat, ita ut consideratio, & consilium sententiam præcedant. Iudicium etiã sine passione exerceri debet, ideo dicitur a Iob: Numquid sapiens respondebit, quasi in ventum loquens, & replebit ardore stomachũ suum? Ea enim, quæ passione impellente proferuntur, veluti si in ventum emittantur iudicanda sunt. Causam etiam rei cognosci per spicue prius oportet exemplo Regis illius, qui aiebat indicaturus populum: Causam, quam nesciebam, diligentissime interrogabã. In iudiciis ferendis in causa proximorũ cauti, & moderati sint homines, lib. nono, ca. 10. numer. tertio. Iudices in negotiis finiendis iusti sint & diligẽtes, lib. nono. c. octauo, num. septimo, octauo. 11. & 12. Iudices cum rectitudine, maturitate, & discretione iudicent, ibidem num. 11. vsque ad 13. Propterea Deus 7 dispensatorem bonorum suorum velut examinando interrogat. Sic olim Deus stulte ædificata Babylonica turri, quam hominum insania erigere conabatur vsque ad cælum, dixit Moyses: Descendit Dominus, ut uideret ciuitatem, & turrim. Ex quo loco discere debent Domini non facile credere, quæ de subditis audiunt, nisi ea oculis uiderent. Quod & infra docet Deus, cum grauissimis Sodomitarum peccaris eius pias aures irritantibus, antequam puniat, ait: Descendam nunc, & uidebo. Quod vtinam modo obseruarent iudices in causis inquirendis. Quam veritatem adũbrare voluit Deus in Leuitico præcipiens Sacerdoti, vt septem diebus suspenderet iudicium ferendum in cognitione lepræ, quæ omnino perspicua non fuisset, de qua dubitare nullus posset, ut multo cum examine causam fratris significaret iudicandam. Vocato ergo prius villico ait illi: *Quid hoc audio de te? Redde rationem, &c.* Ac si peccatori dicat. Tu, cui quasi dispensatori tot commisi, existima te iam moriturum, & redde rationem rerum omniũ, quas tibi credidi. Et si quidem homines iudicium sibi quasi præsens statuerent dicentes; Quid faciam, cum uenerit ad iudicandum Deus, & cum interrogauerit, quid respõdebo ei? Proculdubio vitam in melius commutarent, nec propter frigus arare desineret piger animaduertens certo futurum, quod æstate mendicaret panem, & non acciperet; insipiens qui fame voluit perire, ne cibum admoueret ad os, quod tam facili negotio facere potuisset. Augustinus: Dauid iustus clamabat: Non intres in iudicium cum seruo tuo. Non litigemus, nolo tecum habere causam, vt ego proponam iustitiam meam, & tu conuincas iniquitatem meam. Vt olim Esa. cum temere Iudæi rationem inire vellent cum Deo, dicentes illum non reddere æqualia meritis: Quare ieiunamus, inquiunt, & non aspexisti? humiliauimus animas nostras, & neſciſti. Et cũ audirent; Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, &c. obmutuerunt, & nec uelniam poscere valuerunt commissorum, nec respondere. Et Hierem. Quid vultis mecum in iudicio contendere? Omnes dereliquistis me dicit Dominus, quasi dicat. Commemorate iustitias uestras, ego noui facinora vestra. Non intres, quia non iustificabitur coram te omnis uiuens. Coram se forte iustificabuntur homines, sed coram te minime, quantumlibet rectus mihi videar. Hæc Augustin. Iudicium finale considerantes iusti merito timent, & flent, lib. septimo. cap. quarto, nume. 17. vsque ad 19. lib. nono, cap. nono. num. septimo, octauo. 19. vsque ad 22. 24. 50. 69. 74. & 75. Iudicium finale semper præ oculis habendum est, vt recte viuamus, lib. nono, cap. nono, num. 11. vsque ad 14. 21. 24. & 56. & 65. Mortem in breui venturam qui considerat, recte viuit, libr. 11. cap. 10. num. 10. 11. 14. 15. & 17. & per totum caput late differitur de breuitate uitæ, & de utilitate considerationis mortis, quod fiet, si durante uita præsentissima sint vnicuique hæc uerba, quæ cuique nostrum dicta credenda sunt: *Redde rationem uillicationis tuæ.* Quid ad te attinent aliena tuorum oblitus? Tuę rationem uillicationis redde, non alienæ, tibi consule, te cura, ne de aliena vita sis curiosus inuestigator. Miserandum malum in orbe frequentissimum multorum, quos dereliquit propria virtus, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum ad conspicienda propria scelera, sed in tenebris versamur maximis, me ridianus autem splendet Sol ad aliena mala etiam occultissima & sectanda, & iudicanda, sicut scriptum est: Pes fatui facilis in domum proximi. Stultus a fenestra respiciet in domũ, vir autem eruditus foris stabit, quasi dicat, fatuus tum propter impudentiam, tum propter curiositatem facilis est, vt ingrediatur domũ proximi sui, curiose inquirens, quid in ea agatur. At si ei non detur domum intrare alterius, respicit a fenestra, vt scilicet, vel a longe scrutetur impudenter, quæ geruntur in aliena domo; at vir bene institutus foris stabit, nõ curiose prospiciens nisi ea, quæ in propria versantur conscientia. Stultitia hominis auscultare per ostium. In quibus verbis illorum aperitur stultitia, qui per ostij rimas auscultant, quid in aliena domo dicatur: prudens autem grauabitur contumelia, ignominiam credens ista auscultare. Vnde fideles monet Paulus, vt quieti sint suum negotium agentes. Et viduas notat alibi, quod discunt otiose circuire domos domus propriæ curam negligẽtes. Iudicium bonum est, cum ante se statuit homo mala sua, bona autem post tergum, quod mali non faciunt, sed contrarium huius. libr. nono, cap. 10. num. sexto, septimo. 10. & 11. Iudicans hic homo peccata sua in Domini cõspectum venit modo, ne veniat in iudicio, ibidem nume. nono. Iudicare se negligens peccator maximo torpore sopitur, num. vndecimo. *Quid hoc audio de te?* qui sic bonis meis ditatus, sic præuentus in benedictionibus dulcedinis, tot titulis ligatus, ut fidelis esses, qui tamẽ ingratissimus extitisti. Beneficiis Dei abutẽs homo abiurat depositum, quod a Deo accepit contra legis mandatum, lib. 18. cap. 15. nume. 2. & tertio, & lib. 2. cap. 10. late differitur de abusu beneficiorum Dei.

8 *Ait autem uillicus intra se: Quid faciam, quia Dominus meus auferet a me uillicationem, &c. Quid faciam,* inquit, non quid dicam. Verba enim parum prosunt, si opera desint. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, &c. qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Et alibi: Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius, qui innocens fuerit manibus, & mundum habuerit cor. Quoniam non omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem patris mei. Non enim verbis satisfacit homo Deo dicens; Non ualui, non potui, tam potẽti inimico resistere, ignoranter feci. Mulier, quã dedisti mihi, dedit mihi de ligno. Saluus esse nõ poterit, nisi ille, quẽ emissa similitudo manus apprehẽderit in cincinno capitis. Nonenim Isaac benedixit filio suo Iacob, donec manus eius attrectauit, quæ similitudinẽ primogeniti fratris ostendentes, eũ dignũ benedictione arbitratus est. Fides ad cælum non perducit, nisi ea bona opera agantur, lib. 3. c. 16. nu. 9. & 13. li. 4. ca. 42. nu. 6. lib. 6. cap. 3. nume. 8. 16. vsque ad 27. Sed domestici Dei vestiti esse duplicibus debent, ut Deo sint grati, libr. decimo octauo, cap. decimo, numer. 24.

Leuit. 13

Iob 31

Prou. 25.

Aug. in Psa. 142.

Esa. 58

Prou. 4

Iob 15.

Iob 31.

Gen. 11.

Gen. 18

Hierem. 2

Psalm. 37

Eccles. 21.

1. Thim. 5

Psalm. 14

Matth. 7.

Ezech. 8.

Iudic. 12. Nihil enim profuit vada Iordanis transire volentibus Ephrathæis, quod verbis dicerent se Galaaditas esse, cum factis contradicerent, nec ea probare possent, quæ dicebant, vnde omnes iugulati sunt ab hostibus, quod & malis accidet, cum Christianorum factis careãt. Quod animaduertens villicus hic, primum salutis exordium auspicatus est dicens: *Quid faciam?* facto enim opus est, ut meæ prouideam saluti. Christianus in solo nomine non glorietur, sed timeat, si male viuat. lib. tertio. capit. 15. num. 18. & 19. cap. 16. nume. decimo, vsque ad 12.

9 *Scio quid faciam, &c.* vsque ad illa verba; *Et scribe octoginta. Sede cito.* Ille quærebat debitores, vt condonationem acciperent debitorũ, idque multa cum festinatione omni reiecta dilatione. Ita nos pauperes quærere debemus, vt eis benefaciamus, sicut quondam Abrahã peregrinos & expectabat, & rogabat ad ostiũ manens tabernaculi. In porrigendis eleemosynis omnis morositas reiicienda est iuxta consilium Salomonis. Ne dicas: Vade, cras dabo tibi, cum statim possis dare. Sicut enim hilarem datorem diligit Deus, ita & celerem. Eleemosyna illa perfecta est, quæ præuenit pauperem, nec precibus extorquetur, lib. quinto, cap. 10. num. 56. Eleemosynam fiducit homo, vt certo credat se potius recipere, quam tribuere. lib. quinto, cap. 10. num. 33. 37. 43. 44. 47. 60. 61. 70. usque ad 72. Eleemosynam periuit Elias a vidua, ut huic potius prouideret, quam sibi, ibidem num. 221. & 226. Eleemosyna in crastinum differenda non est, ibidem num. septimo, nono, & 25. Eleemosynæ in testamentis pro suspectis habentur, dum in vita pauperes non adiuuantur. lib. quarto, cap. trigesimo nono, num. tertio, lib. quinto, cap. 10. nume. 9. 45. & 56.

Prouer. 3. 1. *Cor* 9.

10 *Et laudauit Dominus iniquitatis, &c. quia filij huius sæculi prudentiores filij lucis in generatione sua sunt.* Sensus est, quod filij huius sæculi suo modo prudentiores sunt, & callidiores ad prospiciendum sibi de his, quæ ad præsens sæculum pertinent, quam filij lucis ad curandum ea, quæ ad vitam illam pertinent, quam ipsi spectant. At illud *in generatione sua* idem est, quod inter suos, vt intelligatur Dominus significare duas generationes, vnam filiorum huius sæculi, & alteram filiorum lucis, & illos istis esse prudẽtiores in sua generatione, hoc est, inter suos, & in his, quæ ad eos pertinent, & quæ ipsi gerunt, & curant. Caietanus intelligit tantum significari a Domino, quod filij huius sæculi sint in suis rebus prudentiores, quam in ijsdem rebus sint filij lucis, qui mundana non curant. Videtur tamen intentioni Christi conuenire magis, quod mundani suo modo, & in suis rebus sint prudentiores, quã boni in suis, non quidem semper, sed ut plurimum. Baruc: Filij Agar, qui exquisierunt prudentiam, quæ de terra est, negotiatores terræ, &c. Aiebat Augustinus libro de qualitate animæ: Est duplex sapientia, alia de impe-

Baruc 3.

dientibus salutem, quam habent anari in conquirendis pecuniis, in litibus, negotiis, &c. in quibus mortem consistere docuit Paulus. Illam abominantur filij lucis, de qua scriptum norunt, quod sit animalis, & diabolica, amplectũtur autem illam, quæ consistit in cognitione bonorum cælestium, de qua dixerat Paulus: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quod in simplicitate, & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali conuersati sumus in hoc mundo. Prudentia huius sæculi reproba est, & hoc nomine indigna, libr. nono, cap. 17. nume. 14. vsque ad 18. Prudentia spiritus superiora tantum eligit, & diligit, ibidem numer. 16. & 17. Sapientia sæcularis stultitia est, ibidem num. 3. 6. 7. 13. & 15. Sapiens ille tantum est, cui quæque res sapiunt, prout sũt. num. 24. Impij autem similes sunt serpẽti, de quo scriptum est, quod esset callidior cunctis animantibus ad malum suadendum.

Rom. 8.

2. Cor. 1.

Genes. 3

11 *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Augustinus lib. quæst. Euangel. ait; Mammona iniquitatis pecuniæ dicuntur, quia mammona diuitiæ dicuntur, nec sunt istæ diuitiæ, nisi iniquis, qui in ipsis constituunt spem, & felicitatem. Iustis autem, cum hęc possident, est quidem ista pecunia, sed nomine diuitiarum indigna, cum tantum animæ bona hoc nomine credant digna. Diuitiæ boni nomen non merẽtur, lib. 2. cap. 15. num. 29. 30. 62. cap. 18. num. nono, & 14. cap. 19. nume. quinto, lib. quarto, cap. 28. nume. quinto, & duodecimo, cap. 38. num. tertio, quarto, sexto, & 13. cap. 40. nu. 17. Diuitiæ solis iniquis sunt tales, iustis autem solæ cęlestes, lib. quarto, cap. 39. numer. 19. Diuitiæ mammona iniquitatis dicuntur, quia diues, aut iniquus, aut iniqui hæres, lib. 18. ca. 12. num. nono. Huic consonat illud Menandri Poetæ; Numquam vir æquus dues euasit cito. Hę diuitiæ modo liberare possunt diuites a morte. lib. quarto, cap. 40. num. 13. Pauperum enim suffragiis diuites recipiuntur in cælum, illi enim sunt veluti electores imperij. Dicuntur autem illi recepturi suos benefactores, quia propter illos Christus eos recipiet. Vel quia simul cum Christo regnabunt, & dominabuntur populis, & iudicabunt nationes, & proinde simul etiam cum eo recipient benefactores in cęlum, tum quia illis communicant sua merita, & diuitias spirituales dicente Paulo: In præsenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut & illorũ abundantia vestræ inopiæ sit supplementum. Hæc est urgentissima ratio, qua moneri debent homines ad eleemosynas faciendas. Cũ enim diuitiis homines fere semper quærant facere quæstum sibi, & lucrum augere, ostendit qua ratione per eas maxime sibi prospicere possit homo, ut census augeatur, & reddire debemus, quia patronis potius munera offerimus, quam egenis dona largimur. Vnde Gregor. Pensatus paretur perpetuus. Vnde dixit Christus: Facite vobis sacculos, qui non

2. Cor. 8.

Luc. 12.

veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis. Sicut enim sacculi non veterascentes pecuniam conseruant, ne cadat, ita qui eleemosynas faciunt, veluti in sacculis, qui pauperes sunt, pecuniam conseruant. Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso. Dicebat patrũ quidam: Da quod retinere non potes, vt habeas, quod amittere non possis. Vnde Timotheo aiebat Paulus: *Diuitibus huius sæculi præcipe, &c.* facile tribuere, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant vitam æternam. Sit in te prudentia Ioseph, vt futurę necessitati tempore abundãtiæ prouideas. *Vt cum defeceritis.* Mortem vocat defectionem, quia deficit vita, mundus, amici, consanguinei, opes, deliciæ, deficit tempus gratię, tempus operandi, & sola misericordia est comes defunctorum. *Vt recipiãt uos, &c.* Orat eleemosyna, quando pauper id neglexerit, aut fuerit impius. Eccleſiast. Claude eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa orabit. Vnde Laurentius dixit: Facultates, quas requiris, tyranne, in cælestes thesauros manus pauperum deportauerunt. Eleemosyna ante fores gehennę stat, ne intret misericors, li. quinto, cap. decimo, num. 56. Eleemosyna nota est ianitoribus cęli, vt suos introducat alumnos, ibidem num. 40. Eleemosynis fœneramur Deo nume. 38. 41. 53. & 79. Eleemosyna volat ante solium regale, & ibi consistit, numer. 36. & 38. Eleemosyna remedium est magnis peccatoribus, ibidem numer. decimo quinto, 26. 67. & 69.

Eccl. 17.

1. *Tim.* 6.

DOMINICA NONA
post Pentecosten.

Euangelium.

Cum appropinquaret Iesus Hierusalem, videns ciuitatem fleuit super illam. Luc. 19.

De re hac diximus multa feria 3. Dominicæ 1. in quadragesima, & feria secunda Dominicæ quartæ de secunda parte huius Euangelij, quæ ibi requirenda sunt.

1 Dom. 9. post Pentecosten.

IN homine peccatore duas facies, duplicemque imaginem cõtemplari debemus, alterã malitiæ, alteram miseriarum mille, quibus circumdatus is est, in quo a planta pedis vsque ad verticem non est sanitas, sed vulnus, & liuor, & plaga tumens, quæ non sunt circumligata, nec curata medicamine pœnitentię, vnde extrema, & æterna mors timenda est. Has miserias contemplatus Iesus videns ciuitatẽ lacrymatus est, dum autem populi malitiam considerat, flagello accepto reiicit vẽdentes, & ementes. Cum enim sponsi caput aurum esset optimum, flagrantissima hominum charitate constipatum, protinus oculi eius sunt sicut columbæ, iuxta riuulos aquarum gemitibus, & lacrymis assuefactus, vt miserandam hominum calamitatem, miserandumque exitium deploret. Lacrymæ enim veræ, & perfectæ charitatis sunt effectus. Sicut enim olim, cum Hieremias Propheta instantem Iudaici populi captiuitatem cerneret, & quod multi iam Babyloniam incolerent captiui, sedit ille fleus, & planxit lamentatione hac, & amaro animo suspirans, & eiulans dixit: Quomodo sedet sola ciuitas plena populo, &c. Ita noster Propheta, cum maiorem, irreparabilemq. contemplaretur calamitatem populi, quę a Romanis principibus inferenda esset, quæ iustissimis de causis acceleranda foret, *uidens ciuitatem Hierusalem fleuit super illam*, in qua breui tẽpore vox audienda esset in abditis templi Angelorum dicentium: Transeamus ex his sedibus, quando miseranda illa calamitas aduentaret Prophetę dicentis: Curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam, quoniam peruenit vsque ad cælum iudicium eius, &c. Acuite sagittas, implete pharetras, suscitauit Dominus spiritum Regis Medorũ, quoniam vltio Domini est, vltio templi sui. Super muros Babylonis leuate signum, augete custodiam, præparate insidias, quia cogitauit Dominus, & fecit quæcumque locutus est contra habitatores Babylonis. In quibus verbis Medos, & Persas excitat Hieremias, vt Babylonia iam deserta impleãt pharetras sagittis, & has acuant grauissimum malum ciuitati, & templo illaturi. Et quia frustra adhibẽda esset defensio irato Deo, ideo aucta custodia, & præparatis insidiis, leuato vexillo, ad tutamen ciuitatis conuocatisque militibus, nullum inde remedium sperandum foret, subdit; Quia cogitauit Dominus, & fecit quæcumque locutus est de perdenda ciuitate, & templo. Quæ omnia ciuitatis Hierusalem ruinam, templiq. excidium adumbrabant futurum futuris temporibus, quod dum iam propinquum cerneret, *Iesus fleuit*, &c. Antiqua enim erit Prophetarum consuetudo inter Iudęos prædicere, & prædicere futuras populi calamitates, antequam aduentarent. Samuelis pallium scidit medium Saul, cum Propheta ab eo recedere tentasset, indignans quod iussum Domini in bello contra Amalech non expleſſet, quod non casu factum fuit, sed vt hac occasione diceret illi Samuel: Scidit Dominus regnum Israel a te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te. Hieremias etiam arripuit vrceũ, & indignatione plenus coram populo fregit, præsagiens ita omnes fore frangendos, dicente Domino: Sic conteram populum istum, & ciui-

Thren. 1.

Hiere. 15.

1. *Reg.* 15

Hiere. 19.

ciuitatem istam, sicut conteritur vas figuli, quod non potest vltra instaurari. Et catenis vinctus coram populo stetit, vt futuram inuideret captiuitatem populi, &c. Ezechiel etiam assumpta nouacula capillos per partes tres abrasit, quarum vnam combussit, aliã sciidit, & tertiam per aerem sparsit. Per primam docuit populum fame, & peste laboraturum, per secundam gladio cædendum, per tertiam captiuum fore dispergendum. Deus.n. supplicia ventura prædicit, vt peccantes resipiscant. lib. secundo, cap. vndecimo. numer. 4. vsque ad sextum, & 25. lib. quarto, cap. 6. nu. nono, & decimo. cap. nono, num. quarto, & decimo. cap. 18. num. 11. & 12. Antiquum hunc morem imitatus verus noster Propheta excidium Hierosolymitanum & plorat, & prædicit in hoc Euangelio, in quo, antequam eius expositionem aggrediamur, ea diligenter cõsideranda sunt, quę Dominum mouere potuerunt, vt in tanta populi acclamatione, in tanto gaudio, quando tanta ad congaudendum plebi ipsum mouere potuissent, omnibus prætermissis fleuerit. Cum enim tempus signatũ dixerit Sapiens flendi, & aliud ad ridendum accommodatum sit, sicut musica in luctu importuna narratio est, res quæ audientem ad impatientiam prouocet, ita sane in tanta iubilatione turbarum tantus Domini fletus in eo, qui diuina præditus sapientia, quæ cuique tempori essent apta considerabat, grandi mysterio vacare credendum non est, multisque ductus rationibus verba protulit & grauitate sententiarum, & tristitia plena, quib. sicut & lacrymis internum animi mærorem, quo angebatur, voluit aperire. Primum omnium, ad id impulit eius animum illius populi breuis considerata ruina, templique, quod a sapientissimo Salomone tantis perpessis laboribus, tantis pecuniis exhaustis fuerat quõdam magnificentissime constructum, cui diuinam promiserat assistentiam, necessitatum omnium vel remedium, vel lenamen tantorum hominum necem, in quæ mala summa eos cõtinuo adigeret ipsius, & suorum sacrilega persecutio, & mors. Quid ni fleret, qui rempublicam, quam ab orbe condito specialiter vocauerat suam, cui tanta, tamque ingentia contulisset beneficia, quæ nulli fuissent collata nationi, cui credita essent eloquia Dei, funditus euertere cogeretur? Respublica hæc erat, quæ veluti dilecta Domini sponsa miris monilib. fuerat subarrata, legibus, cæremoniis, ritibus, sacrificiis, sacerdotibus, ciuis etiam temporalem principum administrationem tam solicite curabat, qui seuerus semper extitisset iniuriarum, quæ illius templo essent irrogata, animaduersor, sicut accidit cum Balthasarus Rex templi vasa, quæ eius pater asportauerat in Babyloniam, profanasset bibens in illis, qui subita morte, & horribili digitorũ scriptum in pariete iustam eius condemnationem e viuis cunctis admirantibus sublatus est. Cumque discursu temporis impius Heliodorus ærarium templi exspoliaturus fuisset ingressus, rigide verberatus a supernis principibus, & ab equo, cui terribilis, & incognitus insederat sessor, priores calces accepit, dignãque pœnam ei debitam, qui sacrum templum ingredi fuisset ausus, vt ærarium cõtingeret, & pecunias, quæ sub illius custodia seruabantur. Antiochus, Senacherib, qui templum, & ciuitatem destructuri Hierosolymam venerãt, dignas acceperunt tantæ temeritatis pœnas, dum alter consumptus a vermibus exspirauit, alterius vero centum octoginta quinque mille milites una nocte manu Michaelis Archangeli trucidauit. Tanta denique dilectione in illam Rempublicam afficiebatur, vt illam miris prodigiis ab Aegypto, & per vastam solitudinem traduxerit, & induxerit in terram promissionis, ad vbera portabat eos, super genua blandiebatur illis, & aiebat: Neque cogitatio mentis vestrę fiet dicentium: Erimus sicut gentes colentes ligna, & lapides: Viuo ego, quod in brachio extento regnabo super vos, etiamsi in tantam stulticiam veneritis, vt me contempto ligna, & lapides in Deos volueritis accipere. Vtque illam conseruaret, multa, illaque ingentia facinora vel dissimulabat, vel puniebat, & corrigebat, ipseque Israhel rogabat: Saltem amodo voca me, Dux virginitatis meæ tu es, eaque prostituta meretrix iacebat sub omni ligno frondoso, & in omni colle sublimi, amoreque plenus commiserationis nabatur Iudæis, vt ad sanam mentem reuerterentur, non funditus perderentur. Cum ergo, quę diximus, ita sint certa, mirari qui hæc crediderit non poterit lacrymantem Dominum eo tempore, quo imminentem plagam, iam iam instantem desolationem consideraret, quando Romani Principes circumdantes vrbem illam eam solo æquarunt, centumque millia iuuenum in signum victoriæ captiuos Romã adduxerunt. Cumque duobus annis vrbs obsessa esset, mortuorum cadauera in tantam altitudinem creuerant, vt muris æquarentur: vbi tanta fuit fames, quod mulieres misericordes coxerunt, & comederunt filios suos, quando Titus singularis ferus ciuitatem depastus est, quam exterminauit aper de silua. Et vt quondam Hieremias clamabat: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo interfectos filię populi mei die ac nocte? sic Iesus maiora considerãs mala iam illi prędestinata fleuit, cum templum reparandum non esset, religio abolenda, oliua secunda, vt oleaster insereretur naturalibus ramis fractis, in dilecto sibi populo honoris, famæ, virtutis, diuitiarum, in filiis, in vxoribus miseranda strages, quam cum cerneret Titus Imperator lacrymans dixit: Deum in testẽ voco, quod tantorum malorum ego causa nõ sum, qualia ea sunt, quæ intelici huic accidũt genti, contra quam Dominus potius, quam Romani Principes præliabatur. Ira Dei alia dicitur consummationis, alia consumptionis, lib. quarto, cap. duodecimo. numer. 20.

Cap. 28.
Ezech. 5.
2
Eccles. 4.
Dan. 5.
1. Mach.
1. Mach. 4. Reg. 19
Ezech.
Hiere. 3.
Aug. serm. 204. de tempore
Ioseph lib. 7. de bel. Iud.
Hiere. 9.
Roma. 11.

Christus

3 Christus in malum fuit Iudæorũ horũ culpa, li. 3. cap. 6. num. 9. vsque ad 15. c. 9. nu. 48. c. 10. num. 5. 8. 23. 95. & 107. li. quarto, c. nono, n. 10. Christi passio multorum malorũ occasio fuit Iudęis, li. 3. c. sexto, num. 21. & 22. li. quarto, ca. 18. num. 8. 18. & 19. Ex his diuinus amor perpẽdendus est, maxime quod cum post quadraginta annos vindicare se deberet de hostibus, dũ in memoriam reducit vindictam, quam iuste de hostibus esset reportaturus, & lacrymatur & imperfectione sententiarum internum animi mærorem prodit, & ostendit, quam sit inuoluntarius in puniendo, & quod hominum peccata ipsius animũ impellunt ad reportãdã de hostibus vindictã. Tanta.n. charitate ciuitatem ingratam, & se persequentem prosecutus est, vt inter tam faustas populi aggratulationes recogitans mala ciuitati florentissimę ob ipsius cæcitatem euentura adeo est miseri cordia commotus, vt etiam lacrymas profuderit, non super se breui occidẽdum ab Hierosolymitanis, sed super illam, id est, propter illam, & illius exitium. In quo pulchre adimplet um est, quod Iudæi in Babylonica captiuitate detenti clamabant: Si oblitus fuero tui Hierusalem, obliuioni detur dextera mea, adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui. Si non proposuero Hierusalẽ in principio lætitiæ meæ. Et sicut illi super flumina Babylonis sedentes flebant, dum recordarentur Sion, cantica iucunditatis edicere non valentes; ita & Iesus insidens asello canticis iucunditatis omissis, dum miserandam ciuitatis calamitatẽ recordatur, plorat, etiamsi ipse illaturus supplicia sit, cum id facere cogatur tãtis Iudæorum sceleribus exigentibus, quibus diuina iustitia excitabatur. Amor Dei ostẽditur maxime, quando quę hominibus accidunt tristia, sibi dicit accidere, lib. 1. c. 6. nu. 6. vsque ad 8. Amor Dei ingens probatur, dum minatur, & statim, quasi eum pœniteret, reuocat sẽtentiam more hominum loquens, ibidem nu. 13. & 14. Amor Dei probatur, dum plangere dicitur eos, qui cum negarunt, num. 18. Amore maximo dicitur Deus tribulari, quando homo tribulatur, num. 25. Et quia eius amor excedit omnem amorem creatum, dicitur ambulare super pennas ventorum, numer. 26. Amor Dei patet, dum quasi inuitus cogitur peccatores damnare, li. quarto, c. septimo, nu. 6. & 14. c. 12. num. 5. Amor Dei talis est, vt superse venturum dicat flagellum, quod super peccatores venit, li. 4. c. 12. nu. 5. Deus quasi inuitus, & cum dolore cogitur peccatores dãnare, li. 4. ca. 7. nu. sexto, 14. & 17. c. 8. num. sexto, c. 9. num. 2. 3. & 14. c. 11. num. nono. ca. 12. nu. 4. 5. 10. & 14. li. 6. c. 11. num. 8. Dei amor, & miseri cordia affectus omnes naturales longissimo excedit, li. 4. c. 7. num. 8. 9. & 19. Deo proprium est misereri, si autẽ condẽnat, homo ad id cogit, li. 4. c. 9. n. 14. 16. & 17. c. 11. num. 9. c. 12. nu. 1. 3. vsque ad 5. & 10. De re hac vide late, lib. 4. c. 12. per totum. Secundo etiam docere nos debent lacrymæ Saluatoris compassionem in proximorũ malis ne Dominus super nos indignetur, sicut quondam super illos, qui nihil patiebantur super contritione Ioseph, hoc est, qui nihil dolebãt, quãdo Deus acriter animaduertit contra tribum Ioseph. Christi lacrymæ damnarunt inclementiam hominum, qui aliena mala non dolent, li. 7. c. 1. num. 10. Exẽplum enim Iesu ad id mouere nos debet, ut sentiamus flagella proximis illata, etiam quãdo a Deo inferuntur. Is enim spiritus Sanctorum est, alienis compati miseriis, plagis, vulneribus, sicut Dauid, qui intuens Angelum nudato ense cædentem populum clamabat: Ego sum, qui peccaui, &c. vertatur obsecro in me furor Dei. Sic Daniel viginti, & duob. diebus prostratus iacuit, cum cerneret Persas cõtra Israeliticũ populum potentes, diuinã interpellans clementiã, & lacrymas precib. adiũgẽs, vt suæ plebis misereretur; Ego sum, qui peccaui, &c. Peccata, & flagella vocans propria, quę proximis inferebantur. Flebam quondam, ait Iob, super eum, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. *Fleuit Iesus*, quia flẽda docuit aliena peccata, sicut in Numer. dicitur, quod Moyses, & filij Israel flebant peccata sociorum ante fores tabernaculi. Flebat Paulus super quosdã, qui peccauerãt, & nullã agebant pœnitentiam. Et in Ezech. viri aliorũ peccata gementes signari iubentur a Domino, vt illis parcatur in die furoris Domini. Lacrymæ Sanctorũ funduntur propter mala proximorum, li. 10. c. 2. num. 4. 5. 13. & 14. Proximorum mala maxime lugebant Sancti, li. 1. c. 14. num. 5. vsque ad 8. 13. 21. vsque ad 23. 27. vsq. ad 29. li. 9. c. 16. num. nono, vsque ad 11. lib. 16. c. 7. num. 3. 4. 14. & 17. Proximis compati debemus, etiam quando a Deo puniuntur, li. 1. c. 15. nu. 16. Proximorum malis compatiendum est, sicut & illorum bonis congaudendum, lib. 9. c. 5. nu. 13. 16. 21. & 23. Sed considerandũ est, & fleuisse Dominum Iudæorum supplicia, & illa nihilominus immisisse: Heu consolabor de hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Quia misericors compatitur, & plorat, quia iustus infligit pœnas. Dissimulat hominum peccata, sed cum completæ fuerint iniquitates Amorrhęorum, priuabuntur terra fluente lac, & mel indigni. Quæ intulerant Aegyptij mala Iudæis dissimulauit, sed tandẽ partim ab Angelo, partim in mari rubro submersi interierunt. Differuntur enim aliquãdo flagella, vt vehementiora postea sint. Flagella suspendit Deus malis in proprium malum, li. quarto, cap. octauo, nume. vigesimo secundo, cap. duodecimo, num. vigesimo quinto. Flagella prædicit peccatoribus Deus, ut nõ emẽdati iustius puniantur, li. quarto, ca. duodecimo, num. vndecimo, & 25. c. 18. nume. 18. & 19. li. sexto, c. decimo, numer. vndecimo, 14. & 17. Deus patienter fert peccantes, sed completo numero peccatorum acriter punit, lib. secundo, cap. vndecimo, nume. octauo, nono, vigesimo secundo, vsque ad vigesimum quartum, & 26. lib. quarto, cap. sexto, num. nono. c. octauo;

Psal. 136.
Iob 30.
Nume. 25
1. Cor. 12.
Esa. 1.
Gen. 15.

num.primo,sexto, vsque ad 10.12.& 16. c.18. nu.9.usque ad 12.18.& 19. li.sexto,c.decimo, num.14. Deus bonus non esset,nisi esset iustus, & moderaretur hominum audaciam,li. quarto,c.vndecimo,num.quarto,quinto,16. & 24. lib.sexto,cap.decimo,num.primo,& secundo, c.11.num.quarto,& 5. Deus vt potens timendus, vt misericors amandus,li.quarto,c.vndecimo,num.22.29.& 36. Deus fuit semper rigidus in puniendis peccatis,lib.4.cap.18.nu. 1. vsque ad 12.15.16.18.vsque ad vigesimum,& 25. In peccatores desæuit ira *Dei*, ut ignis in stuppam, li.secundo,ca.decimo, nume.20.lib. quarto,c.octauo,num.duodecimo,c.18. num. sexto, & 7. Peccator luctatur contra misericordiam Dei,& ideo perit,li.quarto,ca.7.n.6. Peccatores non resipiscentes,sed contenetes minas acriter punit Deus,li.quarto, c.18.nu. sexto,vsque ad 16.18.vsque ad 20.22.& 25.li. sexto,c.decimo,nume.vndecimo,12.14.& 17.

3 Item licet venturam Iudæorum calamitatẽ flere videatur, sed tamen potissimũ in ipsis,& in nobis peccata deplorat, quæ tantorum malorum sunt causa. Considerabat illorũ,& nostra innumera flagitia,ingratitudinẽ illorum, & nostram,super unam ciuitatem flens innumeras alias deplorabat inter nos futuras, in quibus plurium,& maiorum beneficiorum reperiendus esset contemptus,maior hominum perditio. Vnde Origenes in Lucam sic habet: *Orig hom.39 in Luc.* Christi Domini lacrymæ non tam supra Hierusalem illam,quam supra nos peccantes fusæ sunt.Nos sumus Hierusalem,quæ defletur,qui post mysteria veritatis,post Euangelij prædicationem,post susceptа *Sacramenta*,post sanguinẽ Christi,& innumera bona susceptа, tã audacter,& libere peccamus. Anima nostra circumdatur ab exercitu barbarorum, nec remanet lapis super lapidem,qui nõ destruatur, vbi virtutes animę funditus pereunt truculentissimorum hostium potentia. Proculdubio fletum *Domini* respicientes considerare,& cõiectare debemus,quæ nobis superuẽtura sunt mala. Dumque diuinam erga illum populum animaduerteris seueritatẽ,in te autem bonitatẽ,gaude,si permanseris in bonitate, alioquin & tu excideris. Gaude quod oleaster cũ esses,in bonã insertus es oliuã, si tamen pristinа repullulauerit amaritudo,frãgentur certe *Roma. 11.* oleastri rami,sicut & oliuæ iam fracti sunt propter incredulitatem.Christianus, quia maiora accepit bona,quã Iudæus,si cadat ,grauius isto peccat,li.tertio,ca.15.nu.primo,vsque ad 3.& 16.li.6.c.11.nu.15. Christiani & magis,& periculosius peccant,quam alij,li.tertio,c.15. nu.11.12.14.vsque ad 16.c.16.nu.13.li.6.c.11. nu.13. Christiani,si peccent, minus sunt excusabiles,quã Philosophi,& Iudæi,li.3.c.15.n.12. Christianos grauius puniẽdos, quam Iudæos docuit Paulus,cum horum grauem pœnam figuram tantum vocauit,ibidem nu. 16. & 17. li.sexto,c.vndecimo, nu.13. Christiani mali impingunt in Christũ monte,Iudæi in eũ,dum lapillus esset,li. 3.ca.15.nu.17. Iudæorũ ergo, & Christianorum peccata fleuit Iesus, euersionẽ considerans sanctæ ciuitatis, docens lacrymas peccatis flendis aut proprijs,aut alienis esse inuentas. Licet perpetes lacrymarum fontes pro meritis peccata detestari nõ sufficiant, etiamsi per singulas noctes lectũ lacry- *Psalm.6.* mis ad instar Dauid riget, aut combustã habeat homo faciem,sicut Petrus. Lamẽtabatur *Epist.5.ad Theod.* Chrysostomus Theodori cuiusdã lapsũ,& ait bat: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum,vt ploré die ac nocte? Animam tuam deploro, o Theodore,teq. ipsum,qui peccãs templũ polluisti,in quo Spiritus sanctus morabatur . Non lacrymabor prospiciens sancta sanctorum profanata, vbi quondã arca testaméti Cherubini stabãt,&c. *Flebat* Hieronymus Susannam lapsam inquiens : Virgo eras,in paradiso Dei habitabas, sponsa *Dei* eras,templũ Domini eras. Et quotiescumque repetitum audis verbũ,eras , toties ingemiscere,& flere te oportet, quæ iam non es,quæ eras.Stella eras micans, cuius radiis illustrabantur multi,columba, cuius pennę deargentatæ erant in pallore auri. Virgo *Dei* lupanar intrasti sordidissimum,idolis polluisti sanctum Dei templum, vt lutum plateарum conculcata es, quę incedebas in vestitu deaurato varietate virtutum circumamicta, stellaque cum esses, facies tua super carbones denigrata est. Væ tibi,væ tibi, quæ ex tali tabis effecta es propter breuiculam delectationem,cilicio corpus tuum tege , oculi lacry- *Psalm.54* mas fundant,exaranda lacrymis facies. Clama: Timor,& tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ , sicut Sodoma exusta sum,& Gomorrha his effecta peior, quę in Ecclesia *Dei* cum essem, diuinam contẽpsi bonitatem.Nomen meum de libro vitæ deletum est,flete me montes,& valles, flumina, quãdo filia lacrymarũ effecta sum. Lugete volucres, pisces,& bestię ferę. Felices vos, quæ rationẽ *Domino* reddere non debetis,vtpote quæ sem per diuinæ obtemperastis voluntati. *Si ita fle* bant Sancti aliena peccata, sicque ad flẽdum exhortabantur peccatores , quid ni irremediabilibus ploraret lacrymis Iesus,dum sãctã ingrediens ciuitatem innumera hominum cõ templaretur scelera? Lacrymas commẽdauit 6 Christus exemplo suo,li.decimo, ca. secundo, num.8.Lacrymas ingentes fundebant olim iusti pro peccatis,ibidem num.primo, secundo, quinto,15.& 16.Lacrymas tantum adinuẽtas ad lugenda peccata probat optime Chrysostomus num.nono,& 21. Peccata flenda maxime propter bona, quibus priuant, & mala, quæ inferunt,li.primo,c.quarto,num.octauo, vsque ad vndecimum,li.tertio,c.quarto,num. tertio,lib.quarto,c.19.num.sexto,vsque ad 9. & 14.li.10,c.2.nu.1.& 2.li.14.ca 6.nu.11.19.20. 22.24.vsque ad 29.& 40.ca.17.num.16. Pecca ti dolor non admittit oleum lętitiæ , nec thus consolationis,li.3.c.25.nu.1.& 8.Peccata quã acriter , & quam continue flebant *Sancti*, lib. 3.c.25.n.8.12.14.& 16.li.10.c.2.n.primo,& 2. lib.

li.2.c.21.nu.24.& 25.c.22.nu.7.8.11. vsque ad 33.46.56.usque ad 58.Peccata,& ruinã populi flebant acriter *Sancti* li.14.c.17.nu. 12. vsq. ad 14. Pœnitentiæ lacrymæ ignem extinguũt peccati,li.3.c.25.nu.11.& 14.li.14.c.21. nu.24. 25.45.& 49.c.22.nu.32.33.43.47.& 48. ca.29. num.9.10.& 24.Libet etiam circa hũc Domini fletum obseruare, quam Dominus nihili fecerit mundanam illã gloriã,& honorificas populi acclamationes,cũ inter eas etiã flere liuerit. De qua re diximus Dominica in ramis palmarũ, vide etiam de re hac late li.7.ca.31. vbi agitur, quod gloriã mundanã contemnãt iusti in hac vita, diligant autem peccatores? Gloriari in veris bonis insipientiã vocat Paul. erit autẽ maior multo,si in vanis glorietur homo.li.7.c.6.nu.6.17.& 18.li.18.c.1.nu.20. Gloriã mundi pauci sunt, qui contemnant li.2.c. 20.n.9. Gloriã, & honores contemnũt iusti in hac vita, diligitur a peccatoribus mũdanus honor vehemẽter. Gloriã mũdi non appetebant *Sancti*,cũ felicitatẽ *Christianorũ* in cælo promissam scirent.li.7.ca.5.nu.4.Sed quia singula verba,quib. hanc miserandam Iudęorum calamitatẽ deplorauit Dominus,mysteriis sunt plena paraphraste singula exponenda sunt.

7 *Videns ciuitatem fleuit super illam dicens: Quia si cognouisses & tu & quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi.* Hæc verba sic interpretatur Gregor. Si cognouisses mala tibi imminẽtia, vt ea ipse cognosco, lacrymas etiam mecũ funderes. Et quidẽ in hac die tua habes ea, quæ ad pacem tuã pertinent. Hoc est, in labili hpc tempore, quod tibi non diuino honori impendis,tradis te capris volaptatib.ac bonis præsentibus,ad terrenã felicitatem abuteris. Qą mala imminentia si oculis tuis abscondita nõ essent, læta in præsentibus prosperis non fuisses: Hieronymi autem sensus Mich.2.is est: Vtinã tu noscs,quæ faciunt tibi ad pacem,sed hæc abscõdita sunt ab oculis tuis. Vtinã agnosceres diuinũ, quod aduentu meo recepisti beneficiũ, vbi offerũtur tibi ea, quæ ad pacẽ, & salutem tuã pertinent , sed hæc iusto Dei iudicio tibi sunt velata. Ea, quæ ad pacem Hierusalẽ pertinebant erant fides in Christũ, & prædicationis eius susceptio, quam si suscepissent Iudęi omnib. bonis & spiritualibus, & temporalib. gauisi fuissent pacem habentes cum Deo, & hominibus, vocatq. diem suam totum illud tẽpus,quo a Deo visitabatur , & quo illi salutis suæ occasiones variæ offerebãtur, quæ discurrente temporum essent defuturæ. Flet ergo Iesus, quod Hierusalẽ nullã futurorũ malorũ rationem haberet. Maxime dolendum est videre homines in præsentibus ita occupatos, vt de futuris non cogitent, cum in die bonorũ memoriam malorũ suaserit Ecclesiastes vtilissimam. Sic Iacob, quem nondum natũ elegerat Dominus,manu plantã fratris tenebat. Iusti enim in peccatis non præsentem (si qua est) dulcedinem considerant,sed futurã amaritudinẽ,non pacem ciuitatis Sanctæ,sed miseram ruinam. Lamentatur Iesus, quod olim fleuerat Hierem.sordes existentes in pedibus Hierusalẽ;& quod finis sui, & malorũ inde futurorũ non recordaretur. Iezabel quondã ad fenestrã ornato stetit capite, vt Iehu incautũ deciperet , & tandem lacerata est a canibus, nihilq. præter capitis caluariam, & extrema manuũ,& pedũ visa sunt. Mundus impiæ Iezabeli similis principia habet cõposita, quæ capiti cõparantur,sed tamen finis huius cõpositionis pessimus est. Extremitates reconditæ sunt in memoria,vt mundana cõtemnamus,quæ stibio depicta sunt,vt dicamus: Hæc cine est illa Iezabel? Quondã *Deus* eandẽ miseratus ciuitatẽ lugebat,quod ea, quæ ad pacẽ suam essent,non cognosceret,dicens: Miluus in cælo cognouit tẽpus suum,&c. populus autẽ meus non cognouit iudicium *Domini*. Et apud Esa. quod asinus agnosceret præsepe *Domini* sui, Israel autẽ rationis cõpos verum *Dominũ* nõ cognouerit,vnde innumera sequuta sunt mala. Hierem. etiam videns vastationẽ Hierusalẽ aiebat: Ventrẽ meum doleo,sensus cordis mei turbati sunt in me,non tacebo,quoniã vocem buccinæ audiuit anima mea. Et post,paucа subiicit vastationis causam: Quia stultus populus meus me nõ cognouit,filij insipientes sunt,& uæ cordes. Nũc dies nostra est, in qua curare possumus ea, quæ ad pacẽ pertinẽt, venient alij dies, qui non nostri erũt, sed diuinæ remunerationis,quando qui oblatas modo salutis occasiones contẽpserunt,tradentur inimicis suis dæmonib. torquendi, qui eos velut vallo circumdatos in inferni pœnis concludent, vt nullũ vmquam egrediendi lodũ sint concessuri durissimis tormentis eos affligentes. Quæ modo nõ cognoscent impij,agnoscẽt sero. Dies hæc,tua est,non *Dei*,qui tibi, & non *Deo* viuis. Hęc dies vitæ huius data est nobis ad pacẽ,vt gaudium, & pacem æternam cõparemus. Expectemus alium diem, in qua Christus armatus punier,quæ in die pacis visa minuerit. In die hominum poterit Sedechias Hieremiam sanctũ in lacu leonũ luti mergere,ipsumq. fame eruciare tacente *Deo*. At cũ altera illa dies venerit, Regẽ priuabit regno. *Sap.5.* *Dum* autẽ mala hæc ab oculis insipientiũ sunt abscondita,liberius in die suæ virtutis tradũtur. *Hiere.32.* In hac vita mali appetunt habere bona omnia,futurã non curantes,iusti e contra. li.12.c. *Hiere.39.* 17.nu.20.vsque ad 23. Vita hęc labori, & operationi deputata est,sequens otio.li.10.c.1.nu. *4.Reg. 25* 9.vsque ad 12.li.13.c.12.nu.8.9.& 15.li.14.ca. 20.nu.5.vsque ad 7.li.17.c.1.num.2.& 5.li.18.c. 8 21.nu.17.& 20.c.17.nu.23.& 24. Vita hæc durante Deus sedet in sede gratiæ; vide mũc cõuenit accedere ad ipsum.li.14.c.21.nu.28.29. 30.37.42.& 55. Conuenientissimè ergo plorat *Caiet.* Iesus,quod oculus internus illius ciuitatis caliget,cognitioneq. destituatur in eis reb. quæ tãti sunt valoris,nec agnoscas beneficia mea, etiam quando actu conferuntur,nec peccata, quibus detineris. Hæc nostrorum malorũ potissima causa, diuinã,quę recipimus, beneficia ignorare,quę nobis ad vltimã salutẽ cõdu-

Thren. 1. *4.Reg.9.* *Hierem.8* *Esa.1* *Hierem.4* *Ecclesi.11.* *Gen.25.*

cunt non agnoscere. Hæc indignationis diuinę ratio, sicut Esa. postquã dixisset: Populus meus non intellexit, subdidit: Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequã, filiis sceleratis, &c. & post pauca: Relinquetur filia Sion, vt ymbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas, quæ vastatur. Cognitio bonorum, quib. carent, est in iustis, non autem in peccatoribus. li. 4. c. 28. nu. 21. & 22. Cæcitatem patiuntur mali in hac vita, & in morte, li. 3. c. 4. num. 2. 7. 10. 12. 14. vsque ad 17. Cæcitatem causant peccata in anima, li. eodẽ. nu. 3. 11. 12. 14. vsq. ad 16. 19. & 21. Cæcitas cordis est precedentis peccati pœna, & aliorum causa. num. 9. 11. 14. & 17. usque ad 19. Beneficia Dei non recordari grãde est malum, li. 2. c. 10. n. 24. 25. 27. & 28. ca. 12. nu. 1. 2. 5. 6. 18. 19. & 25. Verbo beneficium, & gratitudo agitur de re hac. Protulit autem Iesus, & lacrymis multis, & multa consideratione verba hęc, tum vt occasionem præberet veniam petendi peccatoribus, sed vltio non finit eos petere, sicut cũ Adamum alloquutus est in paradiso, & cum ad Cain dixit: Vbi est Abel frater tuus? Tũ etiam, vt doceat hoc esse Prælatorũ & maiorum munus, mala præuidere suorũ, antequam veniant, & illis occurrere. Sic Pharao, qui futuram famem somniauit, & illi occurrit præficiendo Ioseph. Et in Numer. Moyses dixit ad Aaron: Tolle thuribulum, & hausto igne de altari mitte incensum desuper pergens cito ad populum, vt roges pro eis. Vbi cernis huius viri mentem, & qualiter mala præuidit, antequam veniant, & eis occurrit. Futura mala prędicit, vt fugiãt a facie arcus, sicut Aegyptiis futuram famem Pharao somniauit. Regi, & non alij famem ostendit, quia maiorum est prouidere, quæ suis necessaria sunt. Et etiam aduerte patris pietatẽ, qui cũ vellet Aegyptum discruciari fame, prius hoc ostẽdit, vt sic succurrere possent, quod sæpius facere solet, vt homines imminentem fugiãt calamitatem, quod si non fecerint, iustius puniantur. Hac de causa Iesus prædicit futura mala. Flagella prædicit Deus peccatoribus, vt non emendati iustius puniantur. li. 4. c. 12. num. 11. & 25. ca. 18. num. 18. & 19. li. 6. cap. 10. num. 11. 14. & 17. Flagellis Dei non emendari malum grande est. li. 6. c. 9. nu. 22. 24. & 39. ca. 10. num. 7. & 12. vsque ad 14. 18. 19. 36. & 37. c. 11. n. 21. Et licet flagella hæc Iudæis nec comminata, nec inflicta proficua essent futura, illa & prædicit, & infligit, vt alij resipiscant. Flagellat Deus peccatorem misericorditer, non tantum illi prouidens, sed & toti communitati, li. 6. c. 10. num. 1. 2. 6. 7. 26. 27. & 34. c. 11. nu. 5. & 8. Flagellat Deus peccatorem desperatũ, vt alij resipiscant, li. 6. ca. 10. num. 2. 6. 7. 18. 25. 33. & 34. Flagellis alienis visis non emendantur mali in graue ipsorum malum, ibidem nu. 3. vsque ad 5. 7. & 26. Flagellis alienis visis corriguntur iusti. nu. 6. 18. 24. & 33.

9 *Quia uenient dies in te, & circumdabunt te inimici tui uallo, &c. & non relinquent in te lapidem super lapidem, &c.* Hæc omnia eo contigisse ordine, quo illa prædixerit Christus, testatur Ioseph lib. 6. & 7. de bello Iudaico. *Venient dies in te*, quando de pace temporali locutus est, diem tuam vnam vocauit, modo dũ flagella narrat venturos dicit dies, momentaneum docens esse, quod delectat, & æternum, quod cruciat: quia cum dat homini locum pœnitentiæ, abutitur eo in superbiam. *Venient dies in te*, quamuis ad horam dissimulet peccata, non tamen semper: Non permanebit spiritus meus cum homine perpetuo. Peccata grauiter sunt punita semper, lib. 4. cap. 11. num. 6. & 7. ca. 18. nu. 1. vsque ad 16. 18. vsque ad 20. 23. vsque ad 25. lib. 14. ca. 19. per multos numeros lib. 16. c. 9. num. 13. & 14. ca. 12. num. 30. Peccatis meretrix dulcedinem miscet, vt fallat, sed extrema amariora sunt absynthio, li. 14. ca. 11. num. 6. 7. 12. vsque ad 15. cap. 17. nume. 26. *Circumdabunt te.* Quando alij peccant, omnes timere debemus, ne pereamus. Sic cum Acham regulam furatus est auream, indignatio in omnes desæuit. Peccante vno stulte dicunt alij: Quid hoc refert ad nos? lib. 14. cap. 11. nume. 1. capit. 12. num. 10. & 21. Peccator unus cum sit, si non corrigatur, totam communitatem exponit periculo, lib. decimo quarto, capit. vndecimo, num. primo, cap. 12. num. 8. decimo, & 21. *Ad terrã prosternent te:* Non tantum peccatores punit Deus, sed etiam insensibilia perdunt. Peccante homine aquis diluuij interficitur. Peccante homine aquis diluuij interficit homines, & iumenta. Sic deleuit omnia primogenita Aegypti vsque ad primogenitum iumentorum. Quid meruistis oues, quid vaccæ, vt primogenita vestra simul cum primogenitis hominum perirent? Solet Dominus impios in se & suis castigare. *Non relinquent in te lapidem, &c.* Ciuitas hæc dilecta vehementer a Iudæis funditus euersa est. Mos enim Dei est, peccatorem punire in his, quæ maxime diligit. Sicut in Leuitico peccantibus Iudæis dicit: Dissipabo excelsa vestra, quibus illi maxime afficiebantur. Et Euę dixit: Multiplicabo conceptus tuos, & dolorem.

Punita in his mulier est, propter quæ in pretio habetur, & honoratur in partu, scilicet filiorum.

DOMINICA DECIMA post Pentecosten.

Euangelium.

Dixit Iesus ad quosdam qui in se confidebant tamquam iusti, &c. Duo homines ascenderunt in templum. Luc. 18.

Euangelium hodiernum humilitatis utilitatem, & superbiæ nocumentum commendat, de qua re differitur late li. 8. a c. 5. usque ad 8. & li. 16. c. 13. Itẽ de oratione, eiusque conditionibus li. 13. ca. 3. usque ad 11. potissime autem c. 5. 9. & 10. Vide li. 3. c. 19. nu. 15. lib. 5. c. 2. per totum. c. 13. nu. 6. li. 6. c. 1. nu. 7. li. 8. c. 6. nu. 2. & 3. c. 8. nu. 9. & 10. li. 14. c. 10. nume. 3. 4. & 7. li. 16. cap. 13. numer. 5. 23. & 38. libr. 18. cap. octauo. nu. 12.

Dom. 10. post Pentecost.

CVM primum Dominus noster Iesus sanctũ cæpit Euangelium prædicare, in comprimenda hominũ temeritate, & audacia fuit multũ sollicitus, qua sibi fidẽtes salutem vltimam faciem arbitrantes, tam graui negotio oscitãtes intenderent, taliterque huic damno (quod commune multum futurum esset) voluit prouidere, vt etiam cauerit multorum diffidentiam, & pusillanimitatem in re hac valde periculosam. Voluitq. ne iustus nimis consideret in re, quę variis mutationib. est subiecta, sed fluctuãs inter spẽ, & metũ semper trepidaret, peccatorq. non desperaret semper credẽs omni malo in vita & præsentaneũ remediũ, & facile volenti. Ita vt homo, quantumuis scelera tus, diuinam speret misericordiam, & Sãctus occulta paueat iudicia Dei, donec vltimę salutis portum fuerit ingressus, considerans meticulosam Salomonis sententiam dicentis: Est Prou. 16 via, quæ videtur homini recta, extrema autẽ eius ducunt ad mortem. Cui veritati non dissonat, quod alibi dixit, quod de catenis quis Eccles. 10 interdum egrediatur ad regnum, sicut quod alius in regno nutritus inopia consumatur. Vt hanc suaderet Dominus veritatem, filium nobis prodigum proposuit, qui post iuuenilẽ ardorem, post tantam væsaniam, qui cuncta superni, & amantissimi patris prodegerat bona, in se reuersus, in pristinam dignitatem, ne dicam maiorem, in breui est restitutus, & præ latus seniori filio, qui suo iudicio numquam mandatum patris præterierat. Iuuenis quidã virtuti deditus, qui Christi scholam ambiebat, audiuit: Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, &c. Alter se excusans causa sepeliendi patrem prętensa, quasi inuitus tractus est, & a cura distractus paterna, audit: Sine mortuos sepelire mortuos suos, & veni sequere me. Magdalena lupanar exinit, quando Apostolus gehennam intrauit. Doctrinam hanc hominibus tam necessariam vt suaderet Dominus, sacram hanc proposuit lectionem huic rei maxime accommodatam, in qua Pharisæum proponit ieiunãtem, misericordem, gratum Deo, orantem lapsum, & Publicanum, qui multis sceleribus complicatus, vix oculos leuare audebat in cælum, aut prima templi atria cõtingere, qui tamen alteri prælatus est. Primus quidem Pharisæus erat, status hominis consequendæ saluti accommodatissimus erat. Hi enim in victu, & uestitu legis erant speciales professores, quales modo sunt religiosi, qui sæculo contempto, sacris monasteriis consecrãtur Deo dicati votis, miris ieiuniis, abstinentiis egentes, qui cunctis posthabitis Deo soli famulantur. In nullo quidem statu certa est homini salus, nec certa damnatio homini Christiano. Multi monachorum damnati sunt, & milites multi æternam sunt salutem consecuti. Tamen stultum esset credere, & blasphemum, religiosorum statum accommodatiorem non esse vltimæ saluti adipiscendæ, vbi homo viuit purius, cadit rarius, incedit cautius, frater adiutus a fratre quasi ciuitas firma consistit, Sacramentorum frequentia, Prælatorum cura, domi clausus sacris lectionibus insistens, nocturnis vigiliis occupatus, quam illius sit, qui negotiis implicitus sæcularibus, innumeris detinetur curis. Vnde scriptum legimus: In duobus contristatus est cor meum, & in tertio iracundia mihi aduenit, vir bellator deficiens per inopiam, & vir sensatus contemptus, & qui transgreditur a iustitia ad peccatum, Deus parauit illum ad romphæam. Duę species difficiles, & periculosæ mihi apparuerunt, difficile exuitur negotians a negligentia, & non iustificabitur caupo a peccatis labiorum. Contristãtur iusti, qui vident virum bellatorem, cordatum, & iustum in pristina relapsum mala. Nã negotiatorum, & cauponum species difficiles vocauit in euitatione, scilicet, peccatorum, licet impossibiles illæ non sint. Eccles. 26.

In quibus uerbis horum pericula enarrauit Sapiens, quæ & retulit Paulus, cum dixit: Qui uolunt diuites fieri in hoc sæculo, incidunt in laqueum, & in tentationem diaboli, & in desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt hominem in interitum, & perditionem. Diuites, & potentes difficulter audiunt Deum, libr. secundo, capite decimo quinto. nume. quadragesimo primo. libr. quarto, cap. quadragesimo primo. numer. octauo ostenditur, quod plures diuites pereant, quam pauperes. Vnde si Publicanus egressus fuisset e templo condemnatus nullus miraretur, nec noui timoris hęc esset occasio, pauere autẽ debet; 2 Ad Tim.

cordatus quiuis homo, & iustus considerans Pharisæum post tantas virtutes misere corruisse. Religiosi non tanto egent studio, vt recte viuant, quanto sæculares, lib. vndecimo. c. 12. num. 15. lib. 15. cap. septimo, nume. octauo. Religiosi tranquillo in portu nauigant, libr. 15. cap. secundo, nume. tertio, & 12. Qui velut in cælo tuti sæcularium naufragia prospiciũt. Religiosi occasionibus demptis tutiores a lapsu sunt, quam sæculares, lib. 15. cap. septimo, num. octauo. Religionem profitebatur Pharisæus, & lapsus est, vt nullus, quamdiu viuit, præsumat, huic enim antelatus est Publicanus, *qui nec audens oculos ad cælum leuare percutiens pectus* quinque protulit verba: *Deus propitius esto mihi peccatori*, quibus miram dignitatẽ consecutus est. Religiosis, & Ecclesiasticis confusionem afferunt sæculares, qui illis sunt meliores. lib. 15. cap. quarto. num. 15. Religiosi in portu sunt, sed in quo aliquando colliduntur naues, & pereunt, lib. 15. cap. sexto. num. 3. quarto, & nono. Sacerdotes moribus inferiores esse laicis, aut æquales, nunc videmus in grandem eorum confusionem. libr. 14. cap. 16. num. sexto, septimo. 13. 22. 23. 25. & 26. lib. 16. cap. secundo. num. octauo. Vigilet homo iustus multum, ne enauigans hanc vitam diuitiis plenus iam portui uicinus pereat, libr. 14. cap. 10. nume. primo, & secundo. & lib. 18. cap. quinto late. Virtus merito operanda est cum tremore, non cum securitate. lib. 17. cap. tertio. num. 12. 20. 21. 28. usque ad 50. Virtutis summa est, vt homo in sua consideratione turbetur, in diuina respiret, libr. decimo octauo, cap. decimo, nume. 32. Virtus variis mutationibus est subiecta, lib. 18. cap. 13. nume. tertio, nono, & decimo. Vita durante ab hostibus tuti esse non possumus, lib. secundo. cap. quinto, num. vndecimo, vsque ad decimum quartum, 33. & 34. cap. septimo. num. 24. cap. nono. num. sexto. lib. 15. cap. sexto. nume. tertio, & quarto, lib. 18. cap. 13. num. quinto, & decimo. Vbi quidẽ ceciderit lignũ siue ad Austrum, siue ad Aquilonem, cum illud per mortem fuerit excisum ibi perpetuo erit, huicque tempori omnia seruantur incerta, sed tamen optimis coniecturis adduci potest homo, ait Bernardus, vt propriam, aut alienam spectet salutem, non vt præsumat, & torpescat, sed vt consoletur. Sicut enim cum arbor secatur dicit agricola. Cadet versus illam partem, in quam plures, & ponderosiores, & maiores inclinauerint rami. Anima hominis arbor est, rami autem illius humani sunt affectus, passiones, timor, spes, gaudium, tristitia, amor, odium. Si homo gaudet de Deo, & propter Deum, tristatur cum ad ipsum diligendũ non tanta fertur animi deuotione, quanta vellet, in ipso confidit, timet ne ab eo separetur, odit quæ illius uoluntati inimica sunt, ipsum intime diligit, alterum autem contemplatus fueris gaudentem, quia diuitiis, & honoribus abundat, tristatum maxime quando quæ appetit terrena, non eueniunt prospere, in temporalibus confidit, in verbis mendacij sperat, diligit ea sola, quæ carni sunt amica, & odit, quę huic sunt contraria. *Duæ hę arbores, si securi, quę iam ad radicem arboris posita est, secatæ fuerint, proculdubio prima cadet ad Austrum, secunda vero ad Aquilonem.* Sic coniectabit cordatus homo prudenter, sed citra reuelationem, quid certo futurum sit prorsus ignorat, cum tanta facilitate mutari possint rami, animæque passiones inuerti propter quod altitudinem sapientiæ, & scientiæ Dei admirans Paulus incomprehensibilia vocauit iudicia eius, & inuestigabiles vias eius. *Roma. 11*

In scala, quam Iacob cernebat, quotquot in ea erant, vnus solus hærebat scalę Iesus noster, cui naturale erat diligere iustitiã, & odire iniquitatem. Cæteri modo ascendũt, & post modicum descendunt. Et qui descenderant, immo qui corruerant, iam ascendunt vsque ad cælos, & rursum corruunt vsque ad abyssos, quorum anima in malis tabescit. *Psalm.*

Ascendit Publicanus impius, & corruit Pharisæus multis uirtutibus ornatus. Sicut enim vita mortalium in naturalibus mille subditur mutationibus, vt qui æneus heri videbatur, hodie macie confectus vix agnosci poterat, & qui heri dies super cedros Libani eleuabatur, hodie in summa degens paupertate ab omnibus vilipenditur, qui heri fuerat adoratus. Sic & in supernaturalibus iudicandum est, &c. Hac ratione acti præclarissimi olim *Hebr. 12.* Patres circuibant in mellotis, & in pellibus caprinis egentes, angustiati, afflicti, hi quibus dignus non erat mundus in solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis, & in cauernis terræ. Sic dum illustrissimæ Paulæ prædiceret quidam, vt lacrymis parceret, ne lumine oculorum priuaretur, audire nolebat rogantes, sed lacrymas futuros panes die, ac nocte prędicebat, donec vltimum exhalaret spiritum. *Epist. 22.* Vnde Hieronymus Eustochium in Epistola de custodia virginitatis exhortabatur, vt paruida semper cogitaret, quę in hac vita essent pericula, dicens: Considera, quod nemo inter serpentes, & scorpiones securus ingreditur. Inebriatus est, ait Dominus, gladius meus in cęlo, & tu pacem arbitraris in terra, quæ tribulos, ac spinas generat, quam serpens comedit. Quamdiu habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, & caro concupiscit aduersus spiritum, nulla est certa victoria. Cecidit lucifer, qui mane oriebatur, & ille, qui in paradiso deliciarum nutritus est, audire meruit: Si exaltatus fueris vt aquila, inde detraham te dicit Dominus. Iustis dicitur: Ego dixi: *Dij* estis, & protinus audiunt: Vos autem sicut homines moriemini. Deusque stat in Synagoga Deorum, & in medio eorum Deos diiudicat. Cauę ne de te quandoque dicatur: Virgo Israel cecidit, & non est, qui suscitet eam. Tantis terroribus afficiebat Hieronymus Eustochium virginẽ, quæ & sancta erat, & religiose multum a Paula matre fuerat edũcata, & relictis laquearibus deauratis, quæ

Romæ

Romæ incolebat, ea informis luti in antro Bethlehemitico vilitate mutauerat lectionibus, & orationibus vacans, considerans, quod heri nutriebantur in croceis, post horam amplexari sunt stercora. Et qui altare erat Dei sacratum, in quo per singulos dies Deo ipsum immolabat proprias occidens concupiscentias, iam audit: Repulit Dominus altare suum, maledixit sanctificationi suæ, & tradutum in manus inimici muri turriũ eius. Timere ergo debet homo tam assiduam rerum vicissitudinẽ. Timere etiam quod multa hominum iudicio probata sunt, quæ Deus non probat, nec acceptat, sicut huic accidit Pharisæo, qui iudicio proprio tanta pollebat virtute, vt nihil a Deo postulandum credidisset, qui templum ascẽderat oraturus propria iactabat merita, quæ iram Domini prouocarent, quæq. a Deo reijcerentur. Sicut & celebris illa historia, quam D. Antoninus, & multi alij referunt, commendat in eo, qui Pharisijs sanctus habebatur, & dũ sepulturæ traderetur, ab omnibus maxime commendatus, vt talis, vox auditur examinis cadaueris dicentis: Ad iudicium vado, cumq. in alteram diem differretur corporis humatio, rursum insonuit vox dicentis: Iusto iudicio Dei accusatus sum, & iudicatus, tremente cuncti die, tertiam expectauerunt, in qua defuncti insedit feretro, & dixit pauente vniuersa ciuitate, quæ ad tam rarum, & mirum cõuenerat spectaculum, clamore horribili: Iusto iudicio Dei damnatus sum, & gehennæ traditus ignibus æternis cruciandus. Quæ res animum viri insignis Bruni mouit, vt Carthusiensem ordinem stabiliret tanto rigore plenum in Delfinatu Biennæ, in qua religiosi pro tunica vterentur cilicio, leguminibusq. pascerentur. Hæc certe ratio trepidantem reddidit Regis Ezechiæ mentem, cum mortem audiret proximam, & licet recogitaret Deo omnes annos in amaritudine animæ suę, qui iuste vixerat, multis lacrymis salutem a Domino postulabat. Et Arsenius, qui septuaginta & amplius annis vitam gesserat inter feras, vix humanam, moribundus tremebat egressum animæ a corpore vehementer formidans. Et Regius Vates, cui dimissa iam fuerant peccata, cum trepidans vltimam exspectaret diem, qua se ipsum consolans aiebat: Cur timebo in die mala, qui taliter vixi, cui incerta & occulta diuinæ sapientiæ (Aug.) manifestata sunt? scilicet, dimissa mihi esse peccamina, & inter hanc spem tremebundus dicebat: Fortasis dum obiero iniquitas calcanei mei circumdabit me, & illa me premẽt quæ in vita contempsi, sicut ea, quæ sub pedibus geruntur, & conculcantur, vel in ea rursum cecidi, quorum sum penitus oblitus? Sed ne ista consideratione in desperationem labi possit homo, factum audiuimus Publicani, cui tam liberaliter peccata condonata sunt. Aiebat Hieronymus Eustochio, cui metum incusserat rationibus illis, quas supra retulimus: Ista animum tuum terreant, sed ne in desperationem venias, illud te consoletur, quod Helisæus dixit vt meticulosum seruum consolaretur timentem Assiriorũ exercitum: Noli timere, quia plures nobiscum sunt, quam cum illis, & orabit & dicet: Domine aperi oculos puellæ tuæ, vt videat. Et apertis oculis videbis igneum currum, qui te defendat, immo qui te ad exemplum Eliæ in astra sustollat, & tunc læta cantabis: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Consoletur me Publicanus ille, vt dicam: Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorũ primus ego sum. Exemplo Publicani sit nobis præsens consolatio Sapientis: Et cum magna reuerẽtia disponis nos, subest enim tibi cum volueris posse, &c. & bonæ spei fecisti filios tuos. Alligat nobiles & Sanctos in compedibus (Augustinus) & manicis ferreis, dum timoratos in bono confirmat, sed spe eriguntur infirmi, vt percutientes pectora non desperent, sed iustificati descendant in domos suas. Homines in quouis statu, & loco saluantur, & damnantur, vt nullus desperet, nullus præsumat, lib. nono, cap. 21. nume. 3. vsque ad 5. 10. 11. & 14. Spes medium ponat inter præsumptionẽ, & desperationem, lib. 4. cap. 11. nume. 29. 34. vsque ad 36. cap. 17. nume. 2. 5. 6. & 15. cap. 31. num. 39. lib. 9. cap. 14. numer. 22. libr. 14. ca. 18. num. 2. vsque ad 15. 18. vsque ad 22. 24. & 25. lib. 16. cap. 11. numer. 11. 16. 18. 20. & 21. libr. 16. cap. 11. per totum agitur de re hac. Sperandum est in Deo, sic vt spei coniungatur recta vita, lib. 16. cap. 11. numer. 1. & decimo. Timor semper sit in Sanctis, quia securi non sunt, dum viuunt, lib. 6. cap. 6. numer. 11. 14. 16. vsque ad 18. 30. vsque ad 32. capi. decimo, numer. octauo, libr. tertio, cap. 19. numer. 8. & 10. lib. 4. cap. 17. numer. 5. 6. 10. vsque ad 12. 14. 15. 18. 21. & 22. cap. 18. numer. 23. & 24. ca. 31. num. 43. lib. 7. cap. 3. num. 17. lib. 8. cap. quinto, num. 20. 29. & 30. lib. 17. cap. 3. numer. 6. 9. 12. 28. vsque ad 30. Timor sit in iustis, quia virtutes, quas quidam habent in veritate, alij habent in apparentia tantum, lib. 4. cap. 31. numer. vndecimo. Timor Dei altis radicibus firmat animam, ne ruat lib. 17. cap. 3. nume. 3. Timere debent homines Deum, de quo scriptum est, quod Deos dijudicat, ibidem num. 8. Timor sit in operanda salute, non securitas, lib. eodem numer. 12. 20. 21. 28. vsque ad 30. Peccator, etsi flagitiosissimus sit, non desperet, libr. 4. cap. 7. nume. 5. 6. 16. 17. 20. 24. vsque ad 26. cap. 9. num. 16. & 17. c. 17. nu. 2. cap. 23. numer. 11. vsque ad 13. lib. 14. cap. 8. nume. 23. cap. 17. num. 6. & 7. cap. 18. nume. 4. vsque ad 6. 9. vsque ad 11. 16. 18. vsque ad 25. lib. 16. cap. 11. numer. 11. 18. & 20. Peccatores aliqui de profundis clamant ad Deum, alij in profundis malorum desperantes cõtemnunt eum, lib. 14. cap. 8. numer. 27. & 28. cap. 17. nume. 6. cap. 18. numer. 15. Peccatores surgere, & iustos ruere sæpe videmus, vt vnusquisque ex

hoc

hoc vel confidat, vel timeat, prout sibi expediens iudicauerit, libr. 14. cap. 18. n. 3. vsq. ad 6. 8. usq. ad 11. 13. 14. 17. vsq. ad 21. & 23. Peccatores qui se mentiuntur iustos, & cum Sanctis se ingerunt, raptores sunt, lib. 18. capit. 15. numer. 3. Sed vnde obsecro tanta diuersitas in vtroque hoc homine, vt alter tam fœde lapsus sit, alter Publicanus tantam sit adeptus gratiam? Vtique quia narrante sacro Euangelio audiuimus, quod Pharisæus peccatorum, quæ patrauerat, prorsus oblitus ieiunia, decimarum solutionem præ oculis habens, opera bona memorans, illa non dolebat, de istis superbiebat. Publicanus autem quæ bona fecisset opera non recordabatur, illa ad memoriam non reducebat, sed mala, vt illorum misericordiam a Deo impetraret, illa detestabatur, eorum condonationē percutiens pectus postulabat. Antiqua hominū multorum stultitia merita iactare, & peccatorum obliuisci, sicut illorum fuit, quos Esaias recenset, qui conquerebantur dicentes Domino: Quare ieiunauimus, & non aspexisti? humiliauimus animas nostras, & nescisti? Obliqui cebantur autem eorum peccatorum, quæ Propheta statim narrat: Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, &c. Ad lites, & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie: fasciculos iniquitatis, quibus impliciti erant, non plangebant, sed eorum oblitis sola ieiunia, solam externam humiliationem in proprium malum referebāt. At iusti more Pauli bonorum operum obliti confunduntur, dum considerant: Quia blasphemus fui, persecutor, contumeliosus, &c. Propterea aiebat Hieremias peccatum Iuda scriptum esse stilo ferreo in vngue adamantino, vt (Origenes) semper legeret illud, nec deletum aliquando memoria excideret, sed de propitiato peccato semper meticulosus esset, & dum dicit homo cordatus: Peccatū meum coram me est semper, clamat continuo: Tibi soli peccaui, &c. Vt aspergatur hyssopo lacrymarum, & super niue dealbetur. Quæ vtrique huic homini acciderunt vno verbo (Hieronymus) Retulerat Salomon dicens: Cum obsecrationibus loquitur pauper, sed diues effabitur rigide, scilicet merita propria iactando, qualis hic erat stultissimus virorum, qui ac si homines omnes, quotquot sunt in orbe, intus & in cute (vt aiunt) cognouisset, omnes illos credebat sibi inferiores, cum maxime inter homines homo factus degeret Dominus Iesus, Deipara Virgo, sacri Apostoli, quibus comparatus tam erat inferior, quam tenebrosus carbo ad radiantissimum solem relatus; & multo amplius. Publicanus autem, dum confusus oculos in cælum leuare non audebat, veniam peccatorum adeptus est, iuxta Domini promissionē, quam Regius Vates prælocutus fuerat: Dixit Dominus, ex Basan conuertam. Basan cōfusio interpretatur, quo significatur eos a Deo conuerti, & mutari, qui se confundunt, & propria mala erubescūt. Peccata præ oculis habent iusti, non bona opera, mali e contra, lib. 2. cap. 12. numer. 12. & 13. lib. 14. cap. 10. num. 1. vsque ad 7. 8. 9. 11. 12. 14. vsque ad 16. Sic tamen recordanda sunt, vt in desperationē hominem non inducant, li. 2. cap. 12. nu. 24. & 25. lib. 4. cap. 34. numer. quinto. Peccati recordatio, & cognitio multas parit vtilitates, lib. tertio, cap. 22. numer. 5. 6. & 9. capit. 23. num. 1. 3. vsque ad 7. 9. & 10. cap. 25. nume. 2. vsque ad 4. & 18. lib. 4. c. 16. numer. 1. lib. 14. cap. 10. numer. 1. Lib. 14. cap. 10. fere per totum explicantur vtilitates, quæ hominibus proueniunt ex recordatione peccatorū præteritorum. Peccata confusionem bonam afferant hominibus, lib. 14. cap. 23. numer. 14. lib. 16. cap. 13. numer. secundo. Pœnitens recordatione viarum suarum displiceat sibi confusus, lib. 14. cap. 22. numer. 15. 20. 21. & 32. Pœnitens cogitans qualis factus fuerit ex quali, pœnitentiam agat non verbo, sed facto, &c. ibidem nume. 16. 25. 29. 30. 32. 52. 56. vsque ad 58. Confitenda, & memoranda sunt peccata, vt Deus illa obliuiscatur, lib. 3. cap. vigesimo secundo, num. 9.

Esai. 58.

Orig. ho. 12. in Hierem.

Psal. 50.

Hieron. in Prou. 18.

Aug. Psalm. 67.

Dixit Iesus ad quosdam, qui in se confidebant tamquam iusti, & aspernabantur cæteros, parabolam istam, &c. Præmiserat primum Lucas parabolam, qua docetur orationis perseuerantia, sine qua portum salutis ingredi non valemus, vt instando, pulsando aperiatur nobis ianua vitæ. Orationis perseuerantiam docuit Dominus, lib. 13. cap. 3. numer. 11. 29. & 30. cap. quinto, num. 8. cap. 7. numer. 5. vsque ad 7. In oratione perseueret homo, sic enim regnum cælorum vim patitur, dum orationis vi rapitur, lib. 13. cap. 5. nume. 28. & 29. Modo commode alia docetur illius cōditio apprime necessaria, vt humilis sit, humiliātis enim se oratio nubes penetrat. Orandus est Deus multo cum gaudio, & cum tremore, lib. 13. capit. 3. numer. 20. & 27. In oratione exauditur, qui suam paupertatem agnoscens dicitur clamare pauper. Lib. 13. cap. 5. n. 23. & nu. 28. docetur, quod in oratione ille clamat de profundis, qui miseriam suam agnoscit. In oratione Dominica dicis: Et ne nos inducas, &c. vt humilieris, qui tam magnifica dixisti vocans Deum patrem existentem in cælis, &c. lib. 13. cap. 8. numer. vndecimo. Vt ergo hominum quorundam retunderet vanitatem, *qui in se quidem confidebant tamquam iusti*, qui eo ipso iusti esse non poterant, qui in solo Deo confidere debuissent, nec proximos aspernari reliquos, qui omnes magnipendendi essent. Hac vtitur parabola, in qua notare voluit Euangelista Pharisæos duplici nomine peccantes. Primum, quod propter externa quædam opera confidebant se esse iustos, cū non essent, quodq. in se confidebant, cum si quis confidere posit se esse iustum, nequaquam id in se debeat confidere, sed in Domino, vt Paulus ait, quod ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod simus filij Dei. Secundo

Rom. 8.

cundo in eo peccabant, quod sic sibi iustitiæ nomine placerent, vt cæteros contemnerent tamquam iniustos, & peccatores. Et quidem huiusmodi contemptus aliorum consequitur extemeraria illa iustitiæ confidentia. Cum contra qui humiliter se in Domino iustos esse confidunt, vt Dei gratiam agnoscunt, ita simul indignitatem suam, & imperfectionem in multis agnoscunt, vt non possint alios præ se contemnere, sed peccatoribus condolentes precentur illis eandem Dei gratiam, quā se accepisse humiliter confidunt. In his Pharisæis recte reperiuntur ille quatuor arrogātiæ species, quas enarrat Gregorius, cum bonum aut a se habere credunt, aut si sibi datū desuper existimant, suis se hoc accepisse meritis putant, aut certe cum iactant se habere quod non habent, aut despectis cæteris singulariter videri appetunt, quod habent. Quæ in re intueri licet grauem illorum, periculosamq. insaniam, qui in sua iustitia confidunt Salomonis sententiam non considerātes, qua dicit: Qui confidit in virtute sua, stultus est, qui autem graditur sapiēter, laudatur. Aperta siquidem stultitiæ signum est, maiora de se in corde sentiendo considere. E contra vero quo sapiens quisque est, eo magis graditur caute, & pericula, quæ metuit, vitare studet. Insipiens autem est, qui cum scire non possit, an iustus sit, in sua iustitia confidit; quam agnouerunt paucissimi quidam, quibus eam Deus bonitate sua reuelauit, cæteri autem dicant: Si venerit ad me, non videbo eum, & si abierit, non intelligam. Senacherib, qui in virtute, & potentia exercitus sui confidebat, interemptus est, cuius centum octoginta quinque millia armati milites vna nocte ab Angelo trucidati sunt Ezechia liberato, qui propria considerata imbecillitate, per manum Esaiæ Prophetæ humiliatus auxilium a Domino postulauit, & obtinuit, Senacherib autem a filijs suis occisus est. Sic orabant Bethuliani: Domine Deus intuere superbiam eorum, & respice ad humilitatem nostram, & ostē de quod non derelinquis præsumentes de te, & de sua virtute gloriantes humilias. Quorum iustam precem cum exaudisset Deus, in manu feminæ deleti sunt. Confidunt quidam in diuitijs suis de quibus scriptum est: Væ qui opulenti estis in Sion optimates, & capita populorum, &c. & separati estis in die malū. Et Baruc: Vbi sunt, qui argētum thesaurizant, & aurū, in quo confidūt homines? Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. Non glorietur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec dines in diuitijs suis, sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse me. Alij gloriantur in virtute sua, sicut hi, qui in se confidebant tamquam iusti, cum tamen non iustificetur homo compositus Deo, cū enim sederit Rex in solio maiestatis suæ, quis gloriabitur mūdum se habere cor? Et Regius Vates mira sanctitate pollens Deum instāter postulabat:

Ps. 8.

Ps. 12.

Ps. 7.

Eccles. 3.

Eccles. 6.

Ps. 8.

Prou. 14.

Ps. 5.

Ps. 7.

Ps. 9.

Ps. 11.

Ps. 14.

Ps. 15.

Ps. 16.

Ps. 17.

Ps. 18.

Ps. 19.

Ps. 20.

Ps. 21.

Ps. 22.

Ps. 23.

Ps. 24.

Ps. 25.

Ps. 26.

Ps. 27.

Ps. 28.

Ps. 29.

Ps. 30.

Ps. 31.

Ps. 32.

Ps. 33.

Ps. 34.

Ps. 35.

Ps. 36.

Ps. 37.

Ps. 38.

Ps. 39.

Ps. 40.

Ps. 41.

Ps. 42.

Ps. 43.

Ps. 44.

Ps. 45.

Ps. 46.

Ps. 47.

Ps. 48.

Ps. 49.

Ps. 50.

Ps. 51.

Ps. 52.

Ps. 53.

Ps. 54.

Ps. 55.

Ps. 56.

Ps. 57.

Ps. 58.

Ps. 59.

Ps. 60.

Ps. 61.

Ps. 62.

Ps. 63.

Ps. 64.

Ps. 65.

Ps. 66.

Ps. 67.

Ps. 68.

Ps. 69.

Ps. 70.

Ps. 71.

Ps. 72.

Ps. 73.

Ps. 74.

Ps. 75.

Ps. 76.

Ps. 77.

Ps. 78.

Ps. 79.

Ps. 80.

Ps. 81.

Ps. 82.

Ps. 83.

Ps. 84.

Ps. 85.

Ps. 86.

Ps. 87.

Ps. 88.

Ps. 89.

Ps. 90.

Ps. 91.

Ps. 92.

Ps. 93.

Ps. 94.

Ps. 95.

Ps. 96.

Ps. 97.

Ps. 98.

Ps. 99.

Ps. 100.

Ps. 101.

Ps. 102.

Ps. 103.

Ps. 104.

Ps. 105.

Ps. 106.

Ps. 107.

Ps. 108.

Ps. 109.

Ps. 110.

Ps. 111.

Ps. 112.

Ps. 113.

Ps. 114.

Ps. 115.

Ps. 116.

Ps. 117.

Ps. 118.

Ps. 119.

Ps. 120.

Ps. 121.

Ps. 122.

Ps. 123.

Ps. 124.

Ps. 125.

Ps. 126.

Ps. 127.

Ps. 128.

Ps. 129.

Ps. 130.

Ps. 131.

Ps. 132.

Ps. 133.

Ps. 134.

Ps. 135.

Ps. 136.

Ps. 137.

Ps. 138.

Ps. 139.

Ps. 140.

Ps. 141.

Ps. 142.

Ps. 143.

Ps. 144.

Ps. 145.

Ps. 146.

Ps. 147.

Ps. 148.

Ps. 149.

Ps. 150.

Ne intraret in iudicium cum seruo suo, in cuius conspectu non iustificaretur omnis viues. Sordet enim frequēter, ait Gregorius, in oculis iudicis, quod in intentione fulget operantis. De qua re eleganter agitur in cap. nono Iob. Contra Deum peccabant hi, in se, & sua iustitia præsumentes. Contra proximos, quia omnes eos peccatores esse iudicabant, & contemnebāt, quibus, licet peccatores illi essent, compati debuissent, non spernere. Vitium enim hoc falsæ iustitiæ proprium, aiebat Gregorius. Lib. 14. cap. 18. docetur, quod peccatores contemnere non debeant iusti. Iusti peccata, & infirmitates aliorum debent sustinere, lib. 9. cap. 16. num. 1. & 6. Iusti peccatores non contemnant, quia cum hi currere ceperint, sæpe illos antecellunt, lib. 14. cap. 18. numer. 18. *Spes Sanctorum in cælo fixa erat*, non in rebus sæculi, lib. secundo, cap. secundo, numer. 12. cap. 16. numer. 37. vsque ad 39. libr. 3. cap. 8. numer. 4. cap. 17. numer. 10. & 11. lib. 16. cap. 11. num. 13. 14. 26. & 27. Spes in duobus dominis esse non potest, vnde eruet Deus a peccatoribus sperantes in se lib. 16. cap. 11. numer. 4. 26. & 27. In spe carnalium bonorum existentes dicuntur esse in carne, & Deo placere non posse, *Sicut sperantes in rebus mundi obseruare dicuntur vanitatem*, lib. 16. cap. 11. numer. 12. 15. & 29. lib. 18. cap. 16. num. 19. *Sperandum est in Deo*, & non in seipso, lib. 2. cap. 7. num. 32. & 33. lib. 3. cap. 17. numer. 11. lib. 16. cap. 11. numer. 6. & 17. *Sperandum est in Deo solo*, non in aliqua alia re temporali lib. secundo, cap. 15. numer. 48. & 49. capit. 16. num. 37. vsque ad 42. cap. 19. numer. 7. & 12. lib. quarto, cap. 16. numer. 2. 3. & 12. capit. 28. num. 11. lib. 16. ca. 11. num. 3. 5. vsque ad 9. 13. 15. 19. 22. 24. vsque ad 28.

Duo homines ascenderunt in templum, vt orarēt, vnus Pharisæus, &c. Ascenderunt, vt orarent. Hac enim sola de causa templum adeundum est. Templum locus est orationi multum accommodatus, licet Daniel in lacu leonum, pueri in Babylonica fornace, Ionas in ventre ceti. Ecclesiam, in qua laudandus venit Deus, multi intrant mente vagi, loquentes, &c. lib. 5. capit. 2. numer. 1. vsque ad 3. 7. 8. 10. 12. & 13. lib. 9. cap. 1. numer. 24. lib. 13. cap. 11. numer. 5. Ecclesias adeunt multi feminas visuri, libr. 5. cap. 2. numer. 4. & 8. Ecclesiam a balneis, & foro non differre flebant Sancti, ibidem num. 7. 8. & 10. Orationes etsi domi fieri possint, sed tamen in Ecclesia multas habent vtilitates, lib. 13. cap. 10. nume. 11. & 12. *Ascenderunt hi duo, vt orarent, sed Pharisæus apud se orabat*, non apud Dominum, qui eius orationem nec audiuit, nec approbauit. Reprehenditur is non quidem quia gratias agebat, sed quia nihil sibi ad iustitiæ complementum petendum putabat, nec precandam peccatorum remissionem, qui legisse debuisset: De propitiato peccato noli esse sine metu, a fortioriq. de eo, quod sciens commissum ignorasset, an sibi remissum fuisset. *Stans orabat* cum potentissi-

3. Reg. 8. Dan. 8. Num. 16. Apoc. 7. tissimus Rex Salomõ genibus flexis, Prophe-
ta Daniel, Moyses genibus flexis Dominum
precarentur. Immo cũ Angelorũ, & seniorũ
multitudo corruisset coram Agno. Hic super-
bus erecto collo coram Deo stabat, cũ quon-
Genes. 32. dam Patriarcha Iacob rogans diceret: Do-
mine Deus minor sum omnibus miserationi-
bus tuis. Non legerat Dominum dicentem:
Eccles. 6. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ, ve-
lut taurus, ne forte elidatur virtus tua per
stultitiam, & folia tua comedat, & fructus
tuos perdat, & relinquaris velut lignum arid
dum in eremo. Ille se in cogitatione extollit,
qui plus de se, quam oportet, sentiens, alios
præ se contemnit. Comparatur vero tauro,
qui cornibus homines impetit, sicut Pharisæus iste, qui suæ arrogantiæ, quam cornu vo-
Psalm. cauit Dauid, cum dixit: Nolite excollere
in altum cornu vestrum, omnes homines in-
cursando feriebat, dum eos raptores, iniu-
Hester. 3 stos, adulteros appellabat. Hic Pharisæus si-
milis est Aman, qui solus honorandus a Rege
putabatur, & propterea consilium dedit Re-
gi, vt nulla regia insideret præcone clamante:
Sic honorabitur quemcunq. Rex voluerit honorare, &c. credens tanti honoris titu-
lum soli sibi deberi, sed fefellit eum animus
tumens, cum potius de pectus Mardochæus
his et illis fuerit magnificatus, quem ipse vi-
lissimum arbitrabatur, vtpote qui cilicio in-
dutus, villiq. habitu ad fores palatij contem-
ptus stabat, qui illo deiecto magnificatus est.
Ita contigit Pharisæo, &c. Sicut quondã præ-
Eccl. 7. dixerat Ecclesiastes: Ne irrideas hominem
in amaritudine animæ suæ, est enim qui hu-
miliat, & qui exaltat citius spector Deus.
alios raptores vocabat, non cõsiderans, quod
ipse non aurum, vel vestem proximi ipso in-
uito contrectaret, sed Dei gloriam illi soli
debitã, iniustus vepote, qui non diuitias, sed
honorem, & famam dilapidabat alienam, te-
mere iudicans publicanum orantem contra
Eccl. 8. mandatum Dei dicentis: Ne despicias homi-
nem auertentem se a peccato, neque impro-
peres ei, memento quod omnes in corruptio-
ne sumus, quasi dicat. Quænam superbia est ei
improperare, cum omnes in corruptione si-
Rom. 14. mus? Et Paulus: Tu quis es, qui iudicas alie-
num seruum? Domino suo stat, aut cadit, sta-
bit autem, potens est enim Deus statuere il-
lum. Peccatores, qui in oculis suis sapientes
stulti sunt, sunt reuera, li. 14. c. 20. n. 1. 10. & 16.
Vitium hoc, quo iste cæteris contemptis se-
ipsum magnificiebat, vt condemnaret, Pau-
Galat. 6. lus aiebat: Opus suum probet vnusquisque, &
sic in semetipso tantum gloriam habebit, &
non in altero: Vnusquisque enim onus suum
S. Thom. lect. 1. portabit. Quem locum sic edisserit S. Tho-
mas: Diligenter vnusquisque examinet pro-
prium opus interius, & exterius, & sic in se-
metipso, id est, in propria conscientia glo-
riabitur, & gaudebit, non in altero, id est,
non in laude alterius. Vel sic: In semetipso,
id est, per ea, quæ sui ipsius sunt, gloriabitur
in consideratione sui, & non in altero, id est,
non consideratione alterius, vel in semetipso,
id est, in Deo, qui in eo habitat, gloriabitur,
& non in altero, quam in Deo. Ratio autem
vitandi superbiam est, quia vnusquisque pro-
prium onus portabit, id est, gloria pro merito
& pœnu pro demerito danda est, siue alij pei-
ores fuerint, siue meliores, hoc alteri im-
pertinens dicente Propheta: Dicite iusto, Esai. 3.
quoniam bene quoniam fructum adinuentio-
num suarum comedit. Gloriandũ est in Deo,
non in alia re lib. 1. cap. 20. num. 5. lib. septi-
mo, cap. 2. numer. 19. cap. sexto, numer. tertio, 6
vsque ad 6. 13. 16. vsque ad 18. libr. 18 capit. 11.
num. 35. 40. & 41. Gloriari in veris bonis in-
sipientiam vocat Paulus, multo maior erit in
vanis gloriari, lib. 9. cap. 6. numer. 16. 17. & 18.
lib. 18. cap. 1. numer. 20. Gloriari non debent
mali, quia non habent vnde, nec boni, quia a
Deo habent vnde lib. 7. capit. 6. numer. 10. 11.
13. 16. vsque ad 18. Gloriari de bene gestis,
etiam necessitate cogente, insipientiam vo-
cat Paulus, lib. 18. cap. 1. numer. 20. Gloriari
de bono, furari est gloriam, quæ solius Dei
est, ibidem num. 29. 33. 38. vsque ad 41. De vã-
na gloria differitur late in hoc capite. Vana
gloria vna est filiarum Loth, quæ decipit pa-
trem post multa patrata bona, lib. 16. cap. 13.
numer. 1. Stultissimus hic, qui cum in tem-
plum accederet oraturus, bona in memoria
reuocauit peccatis oblitis, cum e contra fa-
cere debuisset, sicut qui eleemosynam postu-
laturus venit, si vilem præterniteret vestẽ,
& sericis, aureisq. indumentis tegeretur, qui
suum inopiam, & nuditatem proponere de-
buisset, vt potentem ad miserendum conuer-
teret. De his scriptum est: Tradidit in capti- Psal. 77.
uitatem virtutem illorum, & pulchritudinẽ
eorum in manus inimici, quia deuorantur, &
captuantur eorum bona, sicut thesauri Re- 4. Reg. 20
gis Ezechiæ a Babylonijs ostensi, &c. Arborei
fructus tanto facilius pereunt quanto citius
florent, &c. tempore q. hiemis stomachus fa-
cilius, & melius decoquit cibum, quam in æ-
state, quia in hyeme calor vnitus internus est,
in æstate autem exterius grassatur, &c. Sicut
ergo amor proprius in causa est, vt eadẽ pec
cata in nobis leuia, in proximis grauia iudi-
cemus, lib. 3. cap. 23. num. 13. & 14. ita vt no-
stra penitus obhũscamur. Superbia malorũ
omnium mater, virtutibus coniuncta omnia
destruit, lib. 8. cap. 8. num. 9. 10. & 16. lib. 16.
cap. 13. num. 3. 4. 18. 20. 23. 26. & 40. Superbia
dicitur primogenita mors, quæ deuorat pul-
chritudinem cutis, & brachia peccatoris,
lib. 16. cap. 13. num. 35. cuius quatuor species
describuntur, num. 37. & 38. Superbia omni-
bus virtutibus contrariatur, cum alia vitia
peculiaribus virtutibus sint opposita, nume.
40. Superbia ubi est cordis, alia oris, alia ope-
ris, & habitus alia, quæ in sacris litteris con-
demnantur, ibidem numer. 48. Superbire
non debet homo tot miserijs, & mutationi-
bus subditus, num. 6. & 11. Superbus Phari-

sæo similis est, qui merita clamat, & peccata
tacet, lib. 13. cap. 19. numer. decimo quinto.
Superbi de sua virtute præsumunt, cor vero
iusti exaltatur in Deo, & non in se, lib. 16. ca.
13. numer. 22. Superbi sunt multi, quia non
considerant vitia, quæ in ipsis sunt, quibus
alij carent, sed mala, quibus ipsi carent, &
in alijs sunt, ibidem numer. 34. Docet etiam
locus iste eum deterius curari, & periculo-
siori laborare morbo, qui bona opera mista
malis habet, quam qui omnia mala, vt in his
Levit. 13. Glaffer. duobus hominibus accidit. Vnde vt lepram
agnoscendam a Sacerdote doceret Deus, di-
cit: Quod si operuerit lepra omnem cutem,
plaga mundus iudicandus est. Mirum valde
videtur hominem iudicari mundum, si totum
corpus eius scabie esset infectum, non autem
si alternatis partibus alteram sanam, atque
alteram morbosam haberet, vt ostendat no-
bis eũ deterius curari, & periculosiori mor-
bo laborare, qui bona opera mista malis ha-
bet. Quoniam qui mista habet in bonis fidit,
Hier. 7. Esa. 1. & mala non curat propter bona. Nolite, ait
Hieremias, confidere in verbis mendacij, di-
centes: Templum Domini templum Domini
est. Putabant enim Iudæi omnia tuta, vt Esa-
ias habet, si boues mactarent, suffitum ap-
ponerent, solemnitates seruarent, manusq.
ad cælum extenderent, sed quoniam manus
sædatas habebant innocẽtum cruore, audie-
runt omnia hæc odisse Deum. Sic inter Chri-
stianos sunt multi vitijs onusti, qui secure
degunt, postquam omni die sacrum audie-
rint, statutis diebus ieiunauerint, quorum ty-
pum gessit Pharisæus hic leprosus, qui se sa-
num arbitrabatur, cum non esset.

7 *Et Publicanus a longe stans &c. Propitius esto*
mihi peccatori. De Publicano tres suo ordine
notantur conditiones omni vere, & digne
pœnitenti necessariæ, & sufficientes, quarum
prima est, propriæ indignitatis agnitio, &
quæ ex illa nascitur, sui ipsius deiectio, & eru-
bescentia. Hæc enim notatur cum dicitur ste-
tisse a longe, procul scilicet ab altari semo-
tus, vt qui indignum se reputabat propius
accedere. Rursus idem notatum cum dicitur:
Nolebat nec oculos ad cælum leuare sentiens, sci-
cet, eos indignos visione superna, vt qui ma-
luissent bona terrena intueri, & quærere a-
gnoscens q. se indignum, qui eo conuerteret
intuitum, vbi is suam habet sedem, quem
se cognouit offendisse. Sicut autem spinæ in-
terius vineis noxiæ sunt, verũ si euellantur, &
pro fæpe ponantur, alia noxia prohibent; sic
peccata in anima quidem valde nocent vir-
tutum fructum impedientia, si eradicata au-
tẽ in memorię vallo statuãtur, ad omnia uitia
firmissimum erunt propugnaculum. *Oculos*
Lesser. 9. *non audebat hic ad cælum leuare.* Sic Esdras pro
populo orans aiebat: Deus meus confundor,
& erubesco leuare faciem meam ad te, quo-
niam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt su-
per caput nostrum, & delicta nostra creue-
runt vsque ad cælum. *Oculos leuare in cælum*
non audebat, sicut mulier adultera, quæ virum
grauiter lęsit, ipsum respicere veretur, ita &c. 2. Paral. 36.
Et sicut Manasses in sua oratione aiebat indi-
gnum se esse, vt cælum videret, sic & Publi-
canus. Secunda conditio est sæuus de pec-
catis dolor, qui in isto notatur, cum dicitur
percussisse pectus suum præ contritionis, sci-
licet, dolore, & veluti reprehendens cor suũ,
quod admissorum criminum origo fuisset.
Quasi diceret: O si tandem emollire eum pos-
sem. Sic Hieronymus ab hoc Publicano edo- Epist. 22.
ctus iuuentutis peccata duro lapide flens
pectus feriebat. Sic dicitur in Ecclesiast: Eccl. 22.
Pungens oculos deducit lacrymas, & qui
pungit cor, profert sensum. Sicut enim si
pungas oculos lacrymas elicis, ita si cor tuũ
dolore ferias, elicies profecto sensum, quo
intelliges te Dei maiestatem irritasse. Deus Psal.
enim loquitur pacem in eos, qui conuertun-
tur ad cor. Cæterum vt peccator veniam
assequatur, non satis est vt agnoscat suã indi-
gnitatem, seseq. deijciat, ac ex animo doleat,
sed ne ex indignitatis consideratione in de-
sperationem labatur, & abundantiore trisli-
tia absorbeatur, adiungere prædictis condi-
tionibus debet bonã de diuina bonitate con-
fidentiam; si autem sola adsit sine humilita-
te, & contritione, pariet præsuptionem. Si
non consideret Publicanus, non orasset: *Deus*
propitius esto, &c. Nihil aliud, quam misericor
diam petit. Nulla prætendit merita, nullas
adfert excusationes in peccatis, sed libere se
peccatorem confitetur, & dum sibi Dei im-
plorat propitiationem, & placabilitatem, si-
gnificat id maxime animum ipsius torquere,
quod Deum offensum haberet, nihil magis
optare, quam vt illum habeat placatum, &
amicum. De se solo loquitur, non respicit
alios, *mihi*, quasi solus fuisset peccator. Pro- Psal. 24.
pter nomen tuum Domine propitiaberis pec
cato meo, multum est enim. Ore & corde se
peccatorem confitetur. Multi solo nomine
se peccatores compellant similes Pharaoni,
qui aiebat: Dominus iustus est, ego & popu- Exod. 9.
lus meus impij. *Deus propitius, &c.* Si peccasti,
veniam pete, & illam consequeris. Optima
enim coniunctio erat arcæ cum propitiato-
rio, vt si contingeret in lege peccare, ad ma-
num esset propitiatorium. Pones propitia-
torium super arcam. Si te seueritas legis, quæ Exod. 25.
in arca est, terret, consoletur propitiatorii.
Pœnitentia cor conterat, & frangat, lib. 3. ca.
25. numer. 9. & 10. Pœnitentia alia fuit in Da-
uid, alia in Saule, etiamsi verba fuerint ea-
dem, libr. 4. capit. 16. numer. 10. Hæc enim
non consistit in verbis, sed in affectibus ani-
morum, lib. 14. cap. 21. numer. 47. cap. 22. nu-
mer. 52. & 53. Pœnitentes consolentur, ne ni-
mia tristitia absorbeantur, lib. quinto, cap.
primo, numer. 13. Lib. 14. capit. 22. docetur
qualis futura sit pœnitentia.

Descendit hic iustificatus, &c. In hac sententia 8
obserua & Dei benignitatem, qui tam breui
oratione, tam parua pœnitentia mox pœnitẽ-

tem in gratiam recepit. Pœnitentia reddit homines in statum pristinum, libr. 14. cap. 21. num. 34. 36. & 49. cap. 22. num. 47. & 48. cap. 23. numer. 13. Pœnitentiam comitetur humilitas, & propriæ fragilitatis agnitio, li. 14. cap. 22. nume. 19. & 35. Hac erubescit homo malaj quæ fecit num. 21. Pœnitens confessionem delictorum precibus, & operibus sanitatem debet recipere, lib. 14. cap. 22. num. 24. & 25. Per pœnitentiam cum fiducia accedat factura factori suo Deo, lib. 14. cap. 23. nume. 24. Conspice etiam in hoc homine quanta sit humilitatis vis apud Deum. Chrysost. hom. 4. de verbis Esaiæ: Venerunt duæ naues habentes onus, ambæ portum ingressæ sunt, sed Publicanus in portum pulchrè appulit, Pharisæus autem naufragium perpessus est. Pharisæus enim omnes virtutum diuitias lingua sua effudit, & se nudans pertulit rarum, & nouum naufragium. Publicanus autem per humilitatem salnus effectus est. Humilis melior est in oculis Dei nihil fidens suis operibus, quam superbus, qui in illis gloriatur, libr. 8. cap. octauo, numer. decimo tertio. Humiles Deus ponit in sublimi, quia omnia temporalia calcant, numer. 27. Deus lilium conuallium, quia humilibus dat gratiam. numer. 32. Humiles aliena opera, etiam parua mirantur, sua vero, etiam magna despiciunt, superbi e contra, lib. 9. cap. 23. numer. 19. Humilitas efficaciter tunc gignitur, quando homo se inuenit, & cognoscit, lib. tertio, cap. 19. numer. 35. 36. & 41. lib. 8. cap. 5. numer. 6. De re hac late verbo, Humilitas, vide etiam de oratione per multa capita de eius conditionibus, vtilitate, &c.

Chrysost.

DOMINICA VNDECIMA post Pentecostẽ.

Euangelium.

Exiens Iesus de finibus Tyri venit per Sidonem ad mare Galileæ.

Marc. 7.

Vide lib. 8. cap. 1. nume. 1. vsque ad 4. lib. 9. cap. 9. num. 64. & 65. lib. 11. cap. 3. num. 3. & 11. lib. 14. cap. 28. num. 23.

1 Dominicæ 11 post Pentecostẽ.

PHARISAEORVM, & Scribarum, qui de religionis obseruantia religiosi ipsi valde gloriabantur confidẽtia, & præsumptio non solum eo peruenerat, vt cæteros aspernarẽtur de plebe, sicut in Dominica decima adnotauimus, quorum superbiam, & perditionem Iesus terribili parabola animaduertit, sed etiam vt Apostolos sanctos, qui inter omnes electi fuerant a Domino, taliq. potiebantur præceptore, quibus donauerat, vt nossent mysteria regni cælorum, redarguerent, & taxarent pro grandi crimine eis dantes, quod iuxta religiosam traditionem seniorum manus non lauarent, cum ad mensam accederent prandituri, non considerantes se ipsos sceleribus inquinatos, quorum manus non sordibus, sed sanguine plenæ essent, qui nõ ad sæ *Esai. 1.* cularem mensam solum, sed ad sacra offerenda sacris altaribus polluti accederent, & qui *Hiere.* dilecti esse debuissent, in domo Dei patrarent scelera tanta, vt incensum abominatio esset *Hier. 3.* Deo, extensaq. manus non respiceret, qui polluerant terram in fornicationibus suis, *Malach. 1.* qui offerebant, super altare sanctum pollutum panem immundi ipsi, de quibus scriptum erat ab Esaia: Omnes mensæ repletæ sunt *Esai. 28.* vomitu sordiumque. Odibiles Domino valde, sicut docuit Salomon in Prouer. vbi stadetuens quatuor genera hominum maxime de- *Prou. 30.* testanda ob vitia singulariter mala, secũdum genus eorum esse dicit, qui falso sibi vendicant sanctimoniam: Generatio, inquit, quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota a sordibus suis. Hoc est, sunt qui se mundos esse putant, cum tamen immunditias suas non abluerint, quod fit vel quia eas ignorant, vel quia non curant. Tales erant Pharisæi a- Matth. 23 manitia, ambitione, inimicitijs, rapinis immundi, qui tamen satis se fecisse credebant, si mentam, & anetum decimarent, etiamsi graviora prætermitterent legis, si antequam ad mensam accederent, baptismatibus calicum, & vrceorum mundarentur, etiamsi sceleribus innumeris essent contaminati; si magnificarent fimbrias, dilatarentq. phylacteria simulandæ virtutis gratia, licet intima dolo, & sacrilegijs essent plena. Horum infamiam grauiter ferens Iesus, qui contemptis grauibus legis præceptis traditionibus parum ad rem pertinentibus insisterent, discedit ab eis dolens, & indignans quod seniores iustos non imitarentur in his, quæ internæ essent animæ virtutes, interna bona, in sacræ legis obseruatione, sed satis sibi fecisse ad salutem crederent, si antiquos patres in manuum lotione imitarentur. Sanctorum patrum imitari non debemus leuia, & boni apparentiam tantum, sed fortia, & interna bona; lib. decimo sexto, cap. sexto, nume. 19. Sancti prouident bona coram Deo, & hominibus, lib. duodecimo, cap. primo, numer. 12. & 13. Virtutes omnes, charitate excepta, quas habent serui Dei in veritate, possunt habere serui diaboli in simulatione, lib. quarto, cap. 31. numer. vndecimo. Virtutum externa opera non acceptat Deus, si interno spiritu, & veritate sint vacua, libr. decimo quarto, capit. decimo nono, numer. primo, vsque ad 3. 6. & 16. libr. 18. cap. decimo, numer. 5. 10. 33. & 34. Virtutes minimas facere reiectis omnibus grauioribus Pharisæorum est proprium, lib. 18. cap. decimo, numer. 3. vsque ad quintum. Virtus tunc probata est, quando actus interni, & externi coniunguntur, lib. decimo octauo, cap. decimo, numer. 2 33. & 34. *Recedit ab eis*, qui excolantes cumlicem, camelum glutiebant. Cumque grauissima, multaque in Hierusalem essent peccata, multiq. peccatores, quorum saluti intẽtus erat Iesus, vtpote qui venerat ad oues, *Esai. 61* quæ perierant domus Israel, vt daret captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, vt mederetur contritis corde, tamen simulatam Pharisæorum religionem non sustinens, nec dissimulans, prouincias idolatrantium ingreditur Tyrum, Sidonem, quorum infirmitatibus prouidet, quorum peccata condonat, quæ ipsi agnoscunt, & dolent, relictis Pharisæis, qui veris, interniq. bonis cum essent vacui, hypocrisi tumentes & iustos semetipsos arbitrabantur, & diuites, nulliusq. indigere, cum re uera miseri essent, & miserabiles, pauperes, cæci, & nudi. *Apoc. 1.* Hypocritæ, qui quasi viam sanctitatis appetunt, in errorem lapsi tardius emendantur, libr. quarto, cap. 30. numer. 18. & 19. Hypocritarum vita carecto similis est speciem viriditatis habẽs cum sterilitate, lib. 8. cap. 9. numer. 17. 18. 21. vsque ad 24. Hypocritæ vita est quasi vissio phantasmatis, ostendens in imagine, quod in veritate non habet, dumq. iustorum vitam simulant, & non habent, pennas habent strutionis similes pennis herodij, ibidem numer. 26. 27. & 29. Ista occasione *Tyrum, & Sidonem adijt, & inde venit ad mare Galileæ inter medios fines Decapoleos*, quæ regio est decem vrbium trans Iordanem ad Orientem, vt dicit Hieronymus. *Vbi adduxerunt ad Iesum surdum, & mutum, & deprecabantur eum, vt imponeret illi manum & curaret illum.* Qua in re primũ docemur in offerentibus, quid valeat aliena fides, & oratio, & quam sollicitudinem debeamus his maxime, qui sibi non sufficiunt, aut propriam negligunt salutem. Multi enim sunt, qui ita peccatis obduruerunt, vt medicum nec desiderent, nec quærant sanitate contempta. Sicut enim in ægritudine corporali accidit, vt hi qui phreneſi laborant, quibus noxius humor cerebrum occupauit, dum infirmitatem non considerant, de quærendo medico sollicitudinem non gerunt, nec ipso egere arbitrantur; ita in morbis animæ multis accidit, quod paralytico illi, qui in piscina degens triginta, & octo annos habens in *Ioann. 5.* infirmitate sua interrogatus a Domino an salutem vellet, illam a Domino minime requisiuit, quam nec consecutus fuisset, nisi Dominus solita pietate sua ipsum curasset. Licet enim omnis, qui in peccato mortali est, elongatus a Deo, cuius peccata diuiserunt inter illum, & Deum suum, ad ipsum redire non valeat, mutus clamare non valeat, nec claudus occurrere obuiam Deo suo, nisi trahatur a sponso gratia præcedẽte, & cõcomitante, sed tamen diuersi sunt peccatorum gradus. Iustus enim, licet peccauerit, ad horam conscientiam habens turbatam, pauidam, ei metum concutientem, instar Dauid ad primum correptionis verbum peccasse acriter dolet, remissionem & poscit, & consequitur peccatorum. Alij vero, qui in profundum iam venerunt peccatorum, etiã a Deo attriti veniam non postulant peccatorum, quia eorum conscientia misere pacata, & secura de remedio sollicita non est, dum damnum nec considerat, nec agnoscit, sicut Sauli contigit, Iudæ, & multis alijs. Hi salutem non consequentur, nisi Dominus etiam læsus eam vltro obtulerit, & rogauerit, vt accipiant fontẽ aquæ gratis non solum, quia merita non præcedunt, quibus diuina gratia ematur, sed quia nec precibus saltem postulant, quod sibi tantopere necessarium est. Istos, si curari debent, vltro inuisere debet medicus, & ad salutem hortari, vel intercessionibus Sanctorum, orationibusq. Sanctorum eorum exhortationibus adducendi sunt ad Iesum, non enim veniunt, nisi singulari cura trahantur rogati, & quodammodo inuiti flagellis impulsi, minis commoti, vt trepidantes cælesti coruscante luce diuina voce desuper intonante dicant. Domine, quid *Act. 9.* me vis facere? Contingetq. aliquando, vt tot adhibitis medijs medicis de curatione sollicitis resina morbo imposita non obduca tur cicatrix filiæ populi mei, audiẽsq. Reuer *Hiere. 18* tere, reuertere, vel nõ reuertatur, vel redeat non in veritate, sed in mendacio, vnde veniã non consequantur delictorũ. Quam si aliquãdo accipiunt, qui huiusmodi sunt, accipiũt vel quia orationibus iuuantur Sanctorum, a quibus auertere faciem Deus vix consueuit, vel quia, vt nullus desperet, ostendere vult in his & potentiam, & misericordiam, & bonitatem, vt alij ad petendam veniam prouocentur. Peccatores extra se commorantur, 3 iusti, si ad tempus vagentur, statim redeunt, lib. 1. ca. 16. nu. 15. Peccatores aliqui obliuionis Dei frigore obriguerunt, vt ad ipsum respirare vix possint, li. 3. ca. 4. nu. 8. Peccatores alij habent conscientiam malam, & turbatã, pessimi autẽ malam, & tranquillã lib. 3. c. 24. nu. 16. Peccatorẽ rogat Deus læsus, vt misericordiã suam ostendat, lib. 4. c. 10. nu. 4. 5. 11. & 12. lib. 14. cap. 17. nu. 6. vsque ad 8. Peccatores desperati non tantum medicos non vocant, sed nec ad se venientes recipiunt, lib. 14. c. 8. nu. 8. Peccator, qui statim pœnitet, peccat in conspectu Dei, qui autem conuerti non vult, a conspectu eius fugit, lib. 14. cap. 17. num. 1. Peccata prius exstinguenda sunt, vt venire ad Christum possimus, lib. 2. cap. 2. nume. 11. Peccata, vt vulnera aliqua, cum difficultate magna curantur, lib. 14. cap. 7. numer. 2. 28. cap. 8. num. 1. 6. 8. 9. 11. 12. & 23. cap. 13. nu. 5. ca. 17. nu. 24. & 25. lib. 18. cap. 2. num. septimo. Peccatum quasi rex mentem calcat, cum eã non resistentem possidet, lib. 14. ca. 8. nu. 35.

Peccatum morbus animæ est, quo fit appetitus deiectio, & ciborum fastidium, lib. decimo quarto, cap. 14. numer. 4. Peccatis lętantur homines, quia ægroti non sentiunt eorũ onera, libr. 18. cap. 14. num. quinto, & sexto. Orationibus Sanctorum iuuandi sunt peccatores, vt a Deo curentur, libr. 16. cap. septimo, numer. 12. Orationes alienæ multũ prosunt nobis, lib. 13. cap. quarto, numer. tertio, vsque ad 5. Sed tamen ob id peccatores otio torpere non debent, ibidem numer. secundo, vsque ad 5. Orationes iustorum interpellare debemus in angustijs constituti, libr. octauo, cap. septimo, numer. vndecimo. Contingit quidem aliquando tanta esse peccata plebis, & talia, vt orationes iustorum non admittat Deus, lib. quarto, cap. 18. numer. 17. lib. 14. cap. 8. nume. 10. Sed tamen Sancti semper & interpellare Deum debent, instanterq. curare, vt infirmi ad Iesum accedant, & salutem consequantur. Sicut enim diuitum hæc certa obligatio est, vt pauperum necessitatibus prouideant, ne isti inopia consumantur. Si enim necessitatibus Sanctorum communicãt iuxta præceptum Pauli, licet pauperibus etiam doceret, vt labore manuum, dum sani sunt, victum quærerent, ne otio torperent fidentes diuitum misericordiæ; ita sane qui in peccatis sunt, ad Deum properent, de profundis clament ad Deum, ipsum interpellare non desistant; sed faucibus draconis tæterrimi hærens postulet libertatem, & qui in portis mortis pedem posuit, poscat vt exaltet illum Dominus de portis mortis, vt in portis filiæ Sion a malis liberatus annuntiet misericordias grãdes Dei. Non taceat pupilla oculi sui, dum non vocibus tantum, sed fletibus, & singultibus diuinam inuocat misericordiã. Istud quidem peccatoris munus est, cui iuuante Deo insistere debet. Sed si id minus curet mendicus, qui in regione dissimilitudinis viuens pascit porcos, prauas scilicet affectiones, obliuiscitur q. iam comedere panem suum, cum inopia inuaserit costas eius, adhæretq. lingua faucibus siti peccatorum pressus, mutus effectus nescit loqui, adducant eum ad Iesum Sancti clamantes, & exaltantes quasi tubam vocem, annuntiantes populo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum, vt correctionibus emendati salutem consequantur, ad sanam mentem redeant peccata detestentur, quod si non profecerint, precentur Iesum, vt imponat illi manum, & aures præcordiorum ipsorum aperiat, ad eius confessionem tacentia prius ora laxentur.

Commonefaciat Daniel peccatricem plebem Babylonica captiuitate detentam, quod si emendatum populum non viderit, corruat in oratione; ieiunansq. & flens peccata aliena propria reputans dicat: Obsecro Domine Deus magne, & terribilis, peccauimus, iniquitatem fecimus, &c. Et omnis Israel declinauerunt, ne audirent vocem tuam, & stillauit super nos maledictio, quæ scripta est in lege Moysi, &c. Nunc ergo exaudi Deus noster orationem serui tui, & ostende faciem tuam super sanctuarium tuum, quod desertum est, propter temetipsum. Exaudi Domine, placare Domine, attende & fac ne moreris. Cumq. adhuc loquerer, & orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Israel, adhuc me loquente in oratione ecce vir Gabriel, &c. Sint iusti Hieremiæ similes, qui multa indignatione, multis blanditijs auersatricem plebem corrigebat, at vbi non profuit ad preces conuersus plorabat interfectos filiæ populi sui die, ac nocte. Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur. Sic Samuel Regem Saul acriter reprehendit, sed cum ipsum cerneret incorrigibilem, ad verbaq. durissimum, lugebat illum, pro ipsoq. tantas precibus lacrymas cõiungebat, vt cum omne remedium inefficax esset, audierit dicentem Dominum: Vsquequo tu luges Saul, cum ego proiecerim eum? Hic denique omnium Prophetarum mos fuit populum arguere peccantem, in die enim mãdauit Dominus misericordiam suam, qua alienæ miseriæ consulerent, & nocte canticũ eius, vt diuinam interpellarent clementiam pro remissione peccatorum audientes Deum dicentem: Consurge, lauda in nocte, effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini; Leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum, qui defecerunt in capite omnium compitorum. Proximis compati debemus, ipsosq. corrigere, libr. nono, cap. 16. numer. nono, vsque ad vndecimum. Proximi salutem curet homo, nec propria contentus otio torpeat, lib. 14. cap. 28. nume. 11. Sancti nimio zelo mouebantur in bonum proximorum, lib. primo, cap. decimo quarto, numer. 16. & 17. Sanctis de malis fratrum contristatis dicitur Spiritus sanctus contristari, lib. decimo sexto, cap. septimo, nume. decimo sexto. Sancti sic suæ saluti intenti sint, vt alienam curent multum, ibidem numer. vigesimo quarto, & vigesimo quinto. Sic hi, de quibus loquitur Euangelium, quia surdum, & mutum curare non valebant, & adducunt eum ad Iesum, & precantur, vt manum illi imponat, optaramq. salutem concedat muto, qui eam non nouerat postulare. Qua in re etiam benignitas Dei multum elucet, quod non tantum proprijs languentium meritis, & precibus, sed alienis etiam placatur, & postulata concedit. Quia enim Sancti Deo sunt chari, propter eos etiam iam vita priuatos benefacit viuis libr. decimo sexto, cap. septimo, numer. septimo. Et quia hominum salutem vehementer desiderat, quorumdam meritis aliorum saluti prouidet, & paucorum considerans sanctitatem, ad ignoscendum alijs mouetur. Peccatoribus parcit Deus propter iustos lib. quinto, capit. octauo, numer. quarto, & quinto. Deus enim effundere nititur suam misericordiam, sicut qui parturit fœtum, libr. quarto, capit. septimo, numer. nono, & decimo nono. *Adducunt etiam ad Iesum surdum, & mutum*, vt homines docerent necessitatibus, & malis cogentibus ad diuina præsidia confugere. Licet enim aliquando docuerint Sancti, quod impudenter accedant homines ad Deum in tribulationibus, quem in pace contempserũt, quia Deum angustiarum tempore tantum sibi proficuum quærunt, suadeant hominibus ipsum quærere tempore pacis, cum adest salus, abundant opes, præsto adsunt filij, & amici, ne audiant malis urgentibus: Surgant Dij, & opitulẽtur vobis, & in necessitate vos protegant; quia Deum, qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es creatoris tui. Sicut accidit Antiocho, qui orabat scelestus Dominum, a quo non esset misericordiam consecuturus; quia ab eo, quem sanus immaniter persequebatur, vlceribus plenus, & a vermibus corrosus salutem precabatur. Sicut & Pharao, cũ plagis afficeretur, lib. secundo, cap. 17. nu. 9. ad Moysen confugiebat pro remedio, quem odio prosequebatur, & quem recedentibus plagis contemnebat. Sed nihilominus, cum plagæ homines pulsant, ægritudines, infamiæ, paupertas, &c. ad Deum confugiendum est, non ad humana præsidia, cum de illo scriptum sit: Deus noster refugium, & virtus, cætera autem refugium sint, in quibus non est virtus, lib. quarto, cap. 16. numer. 12. & 13. Deus refugium, & virtus paucorum est, quia pauci sunt, qui in necessitatibus ad ipsum confugiant, ibidem numer. tertio, cum tamen eius auxilium implorandum sit semper, ibidem numer. 6. & 13. Cum enim stat Deus a dextris pauperis, saluam facit a persequentibus animam eius lib. 4. cap. 19. numer. 10. quod in tribulationibus confugiendum sit ad Deum, lib. 17. cap. quarto, numer. 10. & 15. In tribulationibus a Deo auxilium requirendum est, lib. 16. cap. 11. nume. 21. 24. 25. 29. & 30. lib. 17. cap. tertio nume. 28. vsque ad 36. In tribulatione omni ad Deum confugiendum, qui refugium est, in quo est virtus, libr. 17. cap. 2. num. 17. & 18. cap. 4. nume. 10. 14. & 15. Præterea surdũ, & mutum effecerat Deus hunc hominem; vt temporarijs calamitatibus corrigeretur, & in melius vitam commutaret, sicut Hieremias dixerat: Castigasti me Domine, & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus. Felix, qui hoc modo in corpore castigatus in mente sanatur. Is enim dicere potest, quod dum is, qui foris est, noster homo corrumpitur, interior renouatur de die in diem; & quod virtus in infirmitate perficitur, & quod dum infirmatur, qui imitator Pauli est, fortior, ac potentior fit. Flagellantur quidem alij flagello, quod non tam patris est, quam inimici, ac iudicis. Plaga inimici percussi te, castigatione crudeli. Et iterum: Ventus vrens in deserto viæ filiæ populi mei, non ad uentilandum, & purgandum. Quid hoc sibi vult? Ventus in area triticum purgat, dum a grano vilem paleam excutit. Significat ergo Deus ex futura tempestate non peccatorum purgationem, sed eorundem amplificationem secuturam. Flagellat Deus aliquando, vt amicus, quandoq. vt inimicus, lib. 4. capit. 12. numer. 2. 3. 6. 8. 9. 12. 15. vsque ad 24. cap. 18. num. 7. lib. 6. ca. 10. num. 18. & 28. cap. 11. numer. 1. 2. 10. 11. & 19. lib. 9. cap. 20. num. 14. Flagellis Dei bene vtũtur aliqui, alij abutuntur, lib. quarto, cap. 12. numer. 19. 24. & 25. lib. 6. cap. 11. num. 8. 10. & 11. Flagella peccatorum aliquando incipiunt in hac vita, & in futura perficiuntur, libr. 4. cap. 12. num. 24. lib. 6. capit. 11. numer. decimo sexto, in quo toto capite fere differitur, quod flagella inflicta iustis, & peccatoribus differunt in multis. Tribulationibus ducit Deus homines ad se, lib. 2. cap. 11. numer. 20. 24. 26. 28. & 36. lib. 6. cap. 10. num. 31. & 32. lib. 9. cap. 15. numer. 7. & 8. De tribulatione, non de delicijs auxilium dat Deus lib. 7. cap. 9. nume. 6. Tribulationẽ homini venire permittit Deus, vt inuocet ipsum lib. 17. cap. secundo, numer. 18. & 19. cap. 4. numer. 10. Sicut hic homo, nisi surdus, & mutus esset, ad Iesum adductus non fuisset, nec animæ salutem consequeretur. Sed quæri potest quare Dominus tam singulari medio vsus est in illius curatione, quod illũ e turba seorsum adduxerit, quod de nullo alio factum legimus, quod in auriculas digitos miserit, quod expuens linguam tetigerit, quod in cælum suspiciens ingemuerit, in quibus omnibus difficilem indicauit ægroti huius medelam, in qua tot adhibitæ sunt circumstantiæ, quibus difficilis cernentibus iudicari potuisset, cum re uera tam esset facilis ei, qui vno solo verbo cuncta creauit, quiq. ludens in orbe terrarum dicatur, cum Angelos, homines, cunctaq. alia produxit ex nihilo, vere infinita vtens potentia. Quiq. degens inter homines eos simplici verbo ad vitam reuocauerit, immo qui Apostolis dedit, vt vmbræ contactus desperatarum ægritudinum esset efficax remedium. Possunt autem huius rei duæ assignari rationes. Prima, vt ostenderet quam difficilis sit curatio eius, qui secundum animam surdus est, & mutus. Sicut enim ingemiscens, eiulans, clamans, in cælum suspiciens, & fremens Lazarum ad vitam reuocauit, significans difficilem esse ad meliorem vitam reuocationem eius, qui iam vitijs assuetus iacet veluti sepultus, ita difficulter qui mutus ad Deum non clamat, surdusque cum sit, nec clamantem audit, raro, & vix, & miranda Domini potentia in pristinum statum restituitur iustificatus. Secundo, vt quæ deerant ex parte huius miseri hominis, & aliorum, qui eũ offerebant, ipse suppleret gemitu, suspectione in cælum, & applicatione propriæ carnis, & sputi, tamquam sancta instrumenta adhibendo, instrueretq. discipulos suos supplere quandoque orationibus, & sacrarum rerum adhibitione ea, quæ desunt ex parte aliorum. Ad hoc instituta Sacramenta sunt,

vt per ea suppleretur, quod deest deuotioni hominum. Cum enim mortalia hominum crimina, in quibus iacet ægrotus homo, immo mortuus, sine cõtritione deleri non possent, quæ cum requirat multam peccati detestationem, & displicentiam, qua pro nulla re mundi vellet peccasse, & quia videt illud esse impossibile, dolet voluntas de offensa facta, requirit propositum firmum cauendi peccata omnia in posterũ satisfaciendi. Quæ contritio secundum mentem S. Thom. reperiri non potest, quin procedat ab habitu infuso charitatis. Requiritur etiam, vt dolor non qui est in appetitu sensitiuo, sed in voluntate, sit maximus, inter omnes dolores appretiatiue, quæ omnia difficilia sunt multũ. Cui difficultati prouidetur per sacramentũ Baptismi, vel Confessionis, in hoc enim per attritionem etiam cognitam sufficienter dispo nitur homo ad obtinendam peccatorum remissionem, vt in pristinam gratiam restituatur. Quæ ingens misericordia Dei fuit, sicut & hæc, quæ huic surdo & muto exhibita fuit, quando sacris istis Iesu Domini cæremonijs, & eius defectus suppleti sunt, & ille pristinæ est restitutus sanitati. Sacerdos indefinenter oret, vt populus, qui sub ipso est, hostes vincat, lib. 14. cap. 29. num. 5. Confessione vomẽs peccatum releuatur peccator ægrotus, lib. 3. cap. 22. num. 4. 13. & 19. Confessio resina est Galaad imposita manu Sacerdotum, vt sanetur homo, ibidem numer. 12. *Apprehendit eum de turba seorsum* docens omnes peccandi occasiones fugiẽdas. Cum enim maxima Christianæ vitæ portio in peccatorum fuga constituta sit, vix explicari potest, quantum ad hoc peccandi occasiones fugere conducat, Sedebam solus, aiebat Propheta, quoniam
Hier. 15. commination repleſti me. Hoc est, quia timoris tui aculeo cõfixeras carnes meas, non modo peccata omnia, sed omnes etiam peccandi occasiones solitudinis beneficio vitabam, in qua neque oculi viderent, quod concupiscerẽt, neque aures rumores, detractiones, blasphemias, periuria, quibus ad malum prouocari potuissem. Neque lubrica lingua homines, cum quibus loqueretur, haberet. Cui autem desertum adire non est cõcessum, in vrbibus vitet malorum contubernia, mulierum, vel virorum familiaritates, ludentium domos non ingrediatur. Patrum quidam, sicut historia docet tripartita, tanta
Hist. trip. credebat incommoda in hominum sæculariũ familiaritate esse posita, vt cum ab incolis vici cuiusdam peteretur ab Episcopo in Sacerdotem, illisq. Antistes promitteret, quod quomodocumq. siue precibus, siue vi ille adduceretur, protinus illum & sacris initiaret, & illum in Presbyterum plebi daret. Illi ad eius cellam contendunt, vi illum tracturi, qui desperauerant alio medio posse illi suadere, vt inter turbas vitam ageret. Quod cum ille resciſſet, fugere ab eis quanta poterat celeritate cepit, cumq. iam prope esset, vt ab insequentibus comprehenderetur (mira res) aures gladio abscidit, easq. proijciẽs ante persequentium conspectum iurauit se, si in proposito persisterent, etiam ipsam linguã abscisurum. Quo facto stupefactus populus insequi sanctum virũ destitit. Vnde quæso, ista tam stupenda seueritas admirãda potius, quam imitanda? Ex hac plane cura vitandi omne letale peccatum, quæ faciebat, vt horreret quidquid peccati occasio esset. Cum enim vix sit possibile, vt qui picem tangit, ab ea non inquinetur, degensq. inter aerem corruptum peste non afficiatur, etiã qui perfecta fruitur sanitate, licet aliquando hoc accidere contingat, ita qui inter corruptos hominum mores conuersatur, qui cum insipientibus graditur, similis illis efficietur stultus, nisi sapiens, qui semper permanet sicut sol, tali mutationi non sit subiectus. Vnde aiebat Hieronymus: Fateor vincendus est hostis potentissimus vel armis acriter certando, vel pedibus occasiones fugiendo, sed qui de incerta victoria pugnans securus non sum, ad pedes confugere conuenientius credo y, vt vulgo dicitur inter Hispanos,
7 *ser valiente por los pies*. Malorum societatem tamquam consilium ludentium vitabant Sancti, quam vitare expedientissimum est, lib. secundo, cap. 19. numer. quarto, lib. tertio, cap. 10. numer. 101. lib. nono, cap. 21. numer. octauo, lib. 11. cap. quinto, numer. tertio, vsque ad 8. 10. vsque ad 13. cap. 12. num. quinto, & sexto. Libro q. 11. ca. quinto, per totum disseritur, quod malorum societas, & consilia vitanda sunt maxime ab imperfectis. Mali, sicut pestis acris alij in alios conantur trãsfundere morbum suum, lib. decimo quarto, cap. octauo, num. septimo, cap. 19. numer. 8. & 12. Mali ad peccata impellunt alios malis exemplis, & aliquando per vim, libr. 17. cap. secundo, numer. 27. A peccatis tribus modis Deus conseruat homines, occasionis subtractione, resistendi data virtute, affectionis sanitate, lib. secundo, capit. decimo tertio, num. 23. libr. quarto, cap. septimo, numer. 30. Peccata sic relinquenda sunt, vt etiam longe recedamus ab eis, libr. quarto, cap. 31. numer. primo. Peccata relinquenda, & quidquid est visibile in mundo, propter hoc enim bis vocat sponsus sponsam, lib. decimo quarto, cap. 22. numer. 6. Peccatores mandunt herbas, & arborum cortices, quia prauis irrisionibus in nonnullis exteriora opera, in alijs virentia corda dissipant, lib. decimo quarto, cap. 19. nu. 24. Peccatoribus Deus offendicula ponit, vt arceat a peccato, li. 14. ca. 20. nu. 2. Exempla mala nociua sunt multũ, lib. 11. cap. 5. num. 1. Eduxit surdum e turba, quia mundi strepitus audire non sinit loquentem Deum, libr. quarto, cap. vigesimo septimo, numer. 6. 8. 10. & 11. Mundum, & patriam relinquere expedientissimum est, etiamsi Dei potẽtia loco non arcetur, lib. 10. cap. nono, numer. 1. Quem cum sic

sic extraxisset a turba, saliuam in ore misit, vt dulcesceret ipse qui Deus erat, & amarescceret mundus cum delectationibus suis. Illeq. qui calice aureo Babylonis antea potabatur, in quo omnem credebat dulcedinem consistere, virtutemq. respuebat palato non sano amarissimam, diuina ope liberatus amarum credat, quod antea delectabat, dulcescatq. ille, qui solus dulcis est, sicutq. Augustinus postulabat; Amarescant cuncta, vt solus tu mihi Deus dulcescas. Deficiant cibi, qui sapidi erant ei, qui vitam degebat in sæculo, vt in deserto collocatus diuinum manna comedat, in quo omne delectamentũ est, omnisq. saporis suauitas, vt conuerso iam homine ad Deum displiceat ei quidquid agebat in sæculo præ dulcedine Dei, & decore domus eius, quam dilexit. Saliuam imposuit Deus ori Sanctorum, vt etiam lacrymis, quibus homines mundani tam acriter cruciantur, tamquam panibus reficerentur, hilares in frigore, & nuditate, in laboribus, & in his omnibus rebus, quæ carni sunt molestæ. Mũdi quidem huius dulcedo ad tempus fauces indulcare videtur, quæ postea in grandem conuertitur amaritudinem, lib. 4. ca. 39. num. 21. Mundani enim omnes aureo calice Babylonis inebriantur, ne amaritudinem sentiant, vomentq. venenũ, & cognoscent, quod extrema eius felle sunt amariora, lib. 5. cap. 1. numer. 2. 3. & 4. At disciplina licet in præsenti videatur esse mæroris, reuera & non est, & fructum pacatissimum exercitatis per eam adducit iustitiæ. Deus secundum variam dispositionem gustuum varios videtur habere sapores, lib. 4. cap. 24. nume. 1. 8. & 20. Deum solum sitiunt iusti, non temporalia bona, lib. 4. capit. 28. numer. 16. Dei vocem in terrore audit prius peccator, quæ post in dulcedinem conuertitur, lib. 4. cap. 27. numer. nono, & 12. In Deo est eminemer, quidquid in rebus creatis valet delectare, libr. 6. capit. 14. numer. 7. Virtutes cibi sunt iustorum, peccatores autem peccatis pascuntur, libr. 4. cap. 28. nu. 17. In virtute sola reperitur vera voluptas, libr. 14. cap. 11. numer. 3. lib. 18. cap. 11. numer. 9. & 21. cap. 14. numer. 12. Peccato re vera nulla adest dulcedo, sed fellis amaritudo, libr. 14. cap. 11. numer. 2. 3. 6. 7. & 9. cap. 17. numer. 26. Cumq. amarissimum sit peccãtis ægritudine, dulce videtur ad tempus, lib. eodem num. 2. & 9. cap. 17. num. 24. vsque ad 26. Vt ergo huic homini amarescerent peccata, amarescceret & mundus, solaque virtus illi dulcis esset, superentque illi spiritualia tantum bona, saliua tetigit linguam eius & suspexit in cælum gemens. Suspexit locum, in quo summa Dei sedes, & domicilium est, in quo hominum finis est, ibi mens, & intentio eorum, quæ patranda sunt. Suspiciens in cælũ
Prou. 31. iciuna, eleemosynam porrige, cunctaq. virtutum opera perfice, vt similis sis mulieri illi forti, & sapienti, quæ facta est quasi nauis institoris de longe portans panem suum. De prope enim portat panem, qui in studiosis operationibus terram respicit, terrena meditatur, lib. octauo, cap. nono, num. 13. Iusti oculos habẽtes ad Deũ non offendũt, quia &c. lib. quarto, cap. 26. numer. octauo. Iusti, vt iucundentur, leuant animam ad Deum, quia in alio iucundari non possunt, libr. 7. capit. 4. numer. 7. & 8. Oculi primorum parentum ante peccatum aperti sunt ad videnda opera Dei, postea aperti sunt conscientia delicti, lib. 13. cap. secundo, numer. septimo. Si cælum aspexeris, cuncta, licet difficilia sint, facilia reddentur. Beatitudinis consideratio leues reddit labores, libr. secundo, capit. tertio, numer. primo, vsque ad 11. 17. 25. vsque ad 27.

Apertæ sunt aures eius, &c. & loquebatur recte. 8
Dæmon vinculum soluit linguæ, vt male homo loquatur, vt frena laxentur blasphemijs, periurijs, detractionibus, scurrilitati, adulationibus, a quibus tanta ipse reportat commoda, dum innumeris criminibus homines inuoluit. Cum enim lingua inquietum malum sit plena veneno mortifero, dum eam aperit, cuncta inficit, & vastat, vt lingua, quæ data est ad explicandos internos animorum conceptus, ad conuictum humanum, ad laudes Domini proferendas. Hanc aperit Dæmon ad fallacias, mendacia, & blasphemias, eam extrahens ab eo fine, ob quem Deus illam dedit. Quod malum vt frequens, & acerrimum acriter timebat Regius Vates; cum diceret: Saluum me fac Deus quoniam de- *Psal.* 11.
fecit sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates a filijs hominum. Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suũ, labia dolosa in corde, & corde locuti sunt, in duplici corde, quod produnt impij, dum adulantur proximis, quos & odiunt, & decipere conantur. Cor, quod lingua apertum est, placatum est amicum, sed quod intus manet, dissimile est valde. Vnde hæc mala? Quia dixerunt impij: Labia nostra a nobis sunt, vt ea proferre liceat, quæ libuerint. Cumq. mors, & vita sint in manibus linguæ, ex eodemq. fonte *Prou.* 18.
manet dulcis, & amara aqua, cum eam aperit dæmon, male loquitur homo. Vnde ostiũ circumstantiæ, & custodiam postulabat Da- *Psal.* 140
uid labijs, non postulabat murum, sed ostiũ, quod Dæmoni semper esset clausum, & a Domino aperiretur ad ea loquenda, quæ ipsius honorem, vel proximi vtilitatem concernerent, vt sic soluto vinculo linguæ homo, qui linguæ morbo laborabat, tactu illius loqueretur recte, & diceret: Dominus dedit mihi *Esa.* 50
linguam eruditam, vt sciam sustentare eum, qui lapsus est verbo. Bona lingua est, ait Hieronymus, quæ numquam nisi de diuinis nouit constituere sermonem, sicut dicebat Esaias: Dominus aperuit mihi aurem, ego au- *Esa.* 50.
tem non contradicam. Eructet prius cor verbum bonum, & post lingua sit calamus scribæ animaduertenter loquens ea tantum, quæ iudicauerit expedire. Illis autem,

Psal. quorum linguam dæmon aperit, dicitur: Dilexisti omnia verba præcipitationis, id est, complacent tibi illi omnes sermones, qui ad aliorum ruinam sunt. Hieronymus vertit: Dilexisti omnia verba ad deuorandum, verba scilicet fraudulentiæ, & murmurationum; quibus deuoratur pauper. Mittat Deus manum suam, & tangat os meum, sicut quondam tetigit os Prophetæ, vt Propheta effectus ea loqueretur, quibus diuina explicaretur voluntas, vt ponat os meum, quasi gladium acutum ad effanda spiritualia, ad ædificandos proximos. Clamabo ad Deum cum Propheta: Væ mihi, quia vir pollutus labijs ego sum, vt Seraphin noster calculo diuini amoris linguam contingat, vt loquatur recte, quæ diuinum concernant amorem, & proximi ædificationem. *Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.* Quod lingua vtendum sit, in eum finem, ad quem data est, differitur, lib. decimo, capit. sexto, per totum. Linguam, & os ustorum mouet Deus, & aperit, diabolus autem linguam malorum, ibidem numer. 1. & 2. capit. septimo, numer. decimo sexto. Linguam tangit Seraphin Esaiæ, quando ea, quæ interdicta sunt, non loquitur homo, libr. decimo, cap. septimo, numer. tertio. Lingua, & os aperienda sunt sapientiæ, vt mulier fortis fecit Prou. 31. lib. 10. cap. septimo, numer. 11. & 13. Lingua ostium habet, quod aperiri debet, & claudi, quando homo iudicauerit expedire, ibidem numer. 19. capit. octauo, num. 8. 9. 11. & 21. Ad loquendum postulat Dauid, vt aperiat Deus labia, vt vtilia tãtum loquatur, & quæ ille suggesserit; aperit autem ea, quando attendit quid, quando, vbi, & cui loquatur, lib. decimo, cap. 7. numer. 21. capit. 8. numer. 19.

9 *Et præcepit illis ne cui dicerent.* In his verbis, & etiam cum sanandum eduxit e turba, docuit Iesus fugere applausus populares. Multa enim operabatur, vt nobis exemplum præberet fugiendi vanam hominum laudationem, ne recte factorum meritum periret. Quoniam licet in ipso tale periculum non esset, nostro periculo prouidendum docuit suo exemplo, vt sicut in sanctis animalibus, quæ *Ezec. 1.* Ezechieli fuerant ostensa, manus hominis erant sub pennis eorum, ita opera bona, quæ in manibus significantur, celanda sunt, ne pereant. Cum Dominus docere volebat perfectos, in omnium oculis patrabat miracula, laudes hominum gratanter suscipiebat. Cum vero imperfectorum periculo prouidebat, & turbam vitabat, & mandabat his, quibus fuerat beneficus, vt retineerent, ne quis crederet ob vanam hominum ostentationem virtutes illas esse patratas. Virtus secreto operanda est, maxime in exordijs, lib. quarto, cap. 28. numer. sexto, libr. octauo, capit. nono, numer. 22. vsque ad 24. lib. nono, cap. vigesimo quarto, numer. secundo, vsque ad 8. & 14. lib. 18. cap. 13. numer. secundo. Virtutem qui operatur propter honores, diuitias, vel voluptates, mutat gloriam Dei in similitudinem volucrum, bestiarum, & serpentium, lib. 18. capit. decimo tertio, numer. vndecimo. Virtus perfecta publice fiat, libr. nono, cap. 24. numer. quinto, vsque ad septimum. Virtutem operans homo, dum vult apparere laudabilis, mel comedit in summitate virgæ, saturatur autẽ melle, si laudes tantum humanas quærat. Qui autem virtutem operatur cum aliqua vanitatis permistione, comedit cum sanguine contra statutum legis, lib. decimo octauo, cap. primo, numer. 36. & 37. De re hac habentur multa in indice verbo, Honor mundanus, laudes humanæ, & vana gloria.

Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis prædicabant, &c. In re hac peccasse minime credendum est. Vt enim est hominis vere beneficij non exigere laudem, aut gratiam aliquam pro beneficio, ita grati est hominis hoc impensius referre gratiam, quod qui beneficium dedit, nullam exspectat. Diuersa enim requiruntur in eo, qui beneficium recepit, & in eo, qui contulit, is beneficij exhibiti penitus obliuiscatur, alter illud in memoria semper conseruet, vt gratissimus sit benefactori. Vtrumque docuit Iesus, alterum præcipiens vt taceret, alterum, eorum mouens & mentem, vt admirarentur, & linguã vt prædicaret. Laudatus q. ab hominibus gaudebat, & iustos ad gaudium excitabat, non propter se, sed propter alios, quibus non proderunt, si vilescant, lib. 18. capit. primo, numer. 23. 24. & 32. Sancti virtutes suas celare desiderant, & tamen, vt alij eorum exemplo proficiant, prodiuntur inuiti, lib. decimo quarto, cap. 28. numer. 23. *Tanto magis prædicabant*, quoniam honor sequitur eos, qui eum fugiunt. Honorem relinquens propter Deũ maiorem consequitur honorem etiam in hac vita, lib. septimo, cap. quinto, numer. primo. Honor enim est præmium virtutis, &c. per totum cap. quartũ, libr. octauo. *Tanto magis prædicabant.* Putant multi beneficijs Dei fecisse satis, si eorum recordentur. Non hoc satis est, sed oportet ea alijs prædicare. Vnde in Leuitico præceperat Deus feriãs tabernaculorum celebrare, sumereq. fructus arboris pulcherrimę, &c. vt discant posteri vestri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, &c. *Sic Dauid: Audite, & narrabo quanta fecit Dominus animæ meæ.* Et narrauit Moyses socero suo, quanta fecerit Dominus Israeli, & pharaoni. *Sic olim* dictabant Prophetæ cantica, quibus & beneficium posteris, & absentibus ederent, omnesq. eius circumstantias. Cecinit Delbora, cantauit Maria, Anna, & Dauid vix munus a Domino recipiebat, & iam psalmum ad decantandũ Domino parabat. *Sic Moyses, &c.* Beneficia Dei enarrabant Sancti, vt in ipsius charitate radicati, aduersa sustinerent, libr. primo, capit. octauo, numer. tertio. Beneficijs

ficijs Dei gratissimi erant Sancti, lib. secũdo, cap. decimo tertio, nume. quarto, vsque ad septimum, 9. vsque ad vndecimum, 14. 15. 22. vsque ad 30. cap. decimo quarto, num. quinto, septimo, octauo, & decimo quarto. *Bene omnia fecit.* Præconium est soli Deo competens. Nemo est enim mortalium, qui bene omnia faciat, quia non est iustus, qui non peccet. Solius autem Dei opera vniuersa bona valde, ille solus vidit cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. Deus solus dicitur essentialiter bonus, lib. secundo, capit. decimo tertio, numer. 19. Iusti perfecti, & imperfecti dicuntur secũdum varias consideraciones, lib. nono, cap. duodecimo, per totum.

11 Doctorum multi mystice Euangelium hoc edisserunt, per surdum, & mutum designantes eum, qui nec aures habet ad audiendum sermonem Dei, sed obturatas habet in modum aspidis aduersus sapientis incantatoris vocẽ, nec linguam habet ad confessionem propriæ turpitudinis, ac diuinæ misericordiæ, sed tantum ad obtrectationes, maledicentiam, stultiloquia. Quæ duo mala hominem in extremum salutis discrimen adducunt, quando miser homo nec Deum loquentem audit, nec ipsum Deus, quia mutus est ille. Constat autem inter præcipua instrumenta esse verbum Dei, quo mentes hominum sanantur, quo scriptum est: Non herba, aut malagma sanauit eos, sed sermo tuus Domine, qui sanat omnia, vt eo velut Sacerdotalibus tubis muri corruant Hiericonis. Is, si curandus est, necesse est, ut offeratur Domino ab his, qui in terra vice Domini funguntur, qui in primis eum apprehensum e turba abducere debent, id est, a turbulentis cogitationibus, actibus, & sermonibus inordinatis, atque a lata via, per quam multi ambulant, reuocare ad pusilli gregis consortium. Saliua tangant lingua auocantes eum a fiducia rerum fluxarum, vt de rebus iam melius habeat iudicium, qui palatũ prius humana saliua vitiatum habens, peruerse de rebus iudicauit. Sed necesse est, vt accedat Christi efficax præceptum, quo iubeat adaperiri aures mentis, & soluantur vincula linguæ, scilicet peccata, & peccatorum amor, vt iam obediens factus diuinis mandatis incipiat iã recte, & recta loqui, qui male loquebatur sua, scilicet peccata agnoscere, & confiteri. Sitq. surdus, & mutus ne audiat, aut loquatur, quæ noxia sunt, qualis erat, qui aiebat: Ego tamquam surdus non audiebã, & sicut mutus non aperiens os suum, & factus sum sicut homo nõ audiens, & non habens in ore suo redargutiones. Qui mysticam hanc tractationem prosequi uoluerit, in indice de verbo Dei, de lingua, confessione, oratione reperiet multa, quæ huic proposito sunt multum accommodata.

DOMINICA DVODECIMA post Pentecosten.

Euangelium.

Beati oculi qui vident, quæ vos videtis. Luc. 10.

Vide de re hac li. 1. c. 11. nume. 3. usque ad quintum, lib. 2. c. 1. nu. 36. li. 14. c. 26. nu. 43. c. 29. nu. 34. c. 31. nu. 12.

EVANGELIVM hodiernum, vtpote quod totius perfectionis summa est, vitę Christianæ perfectio, religionis nostrę basis, illiusque consummatio tam grauibus sententijs refertũ est, vt earum singulas conueniat enarrare. In quo primum vocat Discipulos beatos, quibus datum est ea videre, & audire, quæ cum antea desiderassent viri virtute insignes Patriarchæ, & Prophetæ, non obtinuerunt, ingens sane Discipulorum felicitas, beatitudo, quæ in hac vita potest consequi, videre Regẽ *Cant. 3.* Salomonem in diademate, quo coronauit eũ mater sua in die desponsationis suę, quando infirmitatibus nostris coronatus, qui corona erat gloriæ, in manu patris gloria, & honore ab æterno coronatus humanæ naturæ desponsatus in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Felicitatem hanc multis antea seculis Balaam prophetauerat, cum in libro Numerorum orituram stellam dixit ex Iacob, & virga consurget ex Israel, & percutiet *Nume. 24* duces Moab, & erit Idumæa possessio eius, &c. Heu quis victurus est, quãdo ista faciet Deus? id est, quis tam beatus, cui datum sit nouam hanc stellam, immo nouum solem cernere, quia in sole posuit tabernaculum suum, & ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo, vt illuminet, vt calefaciat, vt consoletur sedentes in tenebris, & vmbra mortis, & populus, qui ambulabat in tenebris, videat lucem magnam, & degentibus in tenebris, & vmbra mortis oriatur lux, & aspiret dies supernæ consolationis, & gaudij? Summa felicitas sane Deum in carne cernere. Quod magnopere Augustinum desiderasse aiunt. Tria optabat ille videre, Romanum ducem triumphantem, cum insigni potitus victoria vrbem ingrederetur, captiuis circumdatus, mire a cunctis acclamatus, &c. Paulum prædicantẽ, diuinaque verba tanta eloquentia, tantaque virtute mentes audientium ad nouam uitam trahentia, & Christum cum hominibus conuersantem. Nec dubium Iesu vultum etiam

Dom. 12. post Pentecosten.

mor-

mortalem quoddam diuinum intuentibus demonstrasse, vtpote qui speciosus forma præ filijs omnium hominum conditus erat. Vnde quando a templo flagellis vendentes, & ementes eiecit, nullus ei resistere ausus est, quia a facie eius radius longe tremendus aspicientibus effulgebat. Quod si Moyses a Dei colloquio descendens corusco sui vultus fulgore
Exod. Israelitarum superabat intuitus adeo, vt nisi velamine superposito eius faciem aspicere non valerent, quid obsecro de Saluatore nostro sentiendum gratiæ legem promulgaturo, qui totam diuinitatis maiestatem humanitate velatam continebat? Is enim præ Moyse dignus est habitus, quanto maiorem
Ad Heb. honorem habet domo, qui fabricauit illam, in qua non vt famulus, sicut ille, sed vt illius verus Dominus præferebatur. Si Dionysius Deiparam Virginem orantem contemplatus dixit: Nisi Deum spiritum esse crederem, hãc esse Deum, quam vidi, proculdubio existimarem, quid de eius filio dicemus, a quo velut ex fonte, immo immenso Oceano matris dignitas procedebat? Illa aurora consurgens, stella maris, tantis riuulus, ille immẽsus sol, luminare maius, vt præesset diei in terram missum. Proculdubio fidereus Saluatoris vultus diuinum nescio quid præ se exterius ferens venerationem cum amore Discipulis incutiebat. Et licet in solo transfigurationis mysterio factus fuerit vultus eius vt sol, immo sole lucidior multo, quam claritatem intueri quotidie expediens non erat, nec in eo esse, qui venerat, vt in crucem actus totius orbis esset redemptor, tamen nusquam visa pulchritudo tam ingens modestia, grauitas, omnium proculdubio intuentium oculos ad se miro modo trahere potens erat, nisi hominũ scelera, stultitia, insensibilitas, cæcitas huic
3. *Reg.* 10 rei obstitissent. Regina Saba beatos dixit Salomonis amicos, familiares, aulicos seruos, quibus eius sapientia frui dabatur, qui astabant illi, ministrabant ei, ipsumque audiebãt loquentem iudicium, quod Deus Regi dederat, ipsum differentem a cedro Libani vsque ad hyssopum egredientem de pariete; qualis quæso illorum celebranda fuit beatitudo, qui illum tam frequenter audirent, in cuius labiis Deus pater immẽsam diffuderat gratiam, qui illo fruebantur, quem intime desiderans sponsa aiebat: Ostende mihi faciem tuam, sonetque vox tua in auribus, vtrumque enim optabile, & delectabile multum. Vox siquidem
Cant. 2 tua dulcis est, & facies tua decora: Dilectus enim meus candidus, & rubicundus electus ex millibus, labia autem eius lilia distillantia
Cant. 5 myrrham primam, manus autem eius tornatiles plenæ hiacynthis, vt infinita liberalitate hiacynthis, & diuitiis plenæ inexhausta bonis, inter quos degunt, conferant eis, qui & ipsum totum desiderabilem agnouerunt, & quod talis cum esset, ipse illorum vocaretur amicus. Sollicite cururunt Patriarchæ, & Prophetæ Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, vt in terra promissionis sepelirentur, & Ioseph de asportandis ossibus suis sollicitus fuit in terram illam. Ad quid obsecro tanta sepulturæ
Ezech. 2. sollicitudo? Nisi vt in ea terra sepulti iacerent, quam Christus corporeis pedibus calcaturus erat? Hæc visio similitudinis gloriæ Domini fuit, quoniam diuinam verbi substantiã intueri non poterant in mortali carne morãtes. Discipuli, sed similitudo gloriæ illius relucebat in sacra illa humanitate, in qua, velut per uitream capsulam, diuinitatis radij foras prodibant: nube tectus sol lucebat ea operans, quę propria Dei essent. Reges, & Prophetæ antiqui illum cernere, & eius melliflu-
Ioann. 8. is verbis frui vehementer optabant, immo non id solum, sed Abraham, qui exultauerat, vt uideret diem hunc, videns illum in spiritu tantum gauisus est. Christi aduentum in carne maxime optabant olim Sancti, lib. secũdo, cap. secundo, num. decimo octauo, libr. tertio, cap. quinto, numer. quinto, decimo, 32. 33. 60. 80. vsque ad 82. 91. & 92. capit. octauo, numer. decimo septimo. Christus, qui vilis apparebat foras, excelsus erat intus, lib. tertio, capit. quinto, num. vigesimo, vigesimo quinto, & trigesimo, c. septimo, num. vigesimo sexto, vigesimo septimo, 41. 46. vsque ad quadragesimum octauum, cap. nono, nume. decimo tertio, cap. decimo, num. 58. cap. vndecimo, numer. 30. Christus in primo aduentu cunctis fuit placabilis, & amabilis, lib. tertio, cap. quinto, numer. vigesimo octauo. 35. 36. & 45. cap. septimo, nume. 34. 35. 42. & 43. Erat Iesus paries, ad quem conuersus Ezechias Rex sanatus est. Nubecula, quam vidit puer Heliæ mundum rigans, candelabrum ductile de auro purissimo, & propitiatorium, lib. tertio, capit. quinto, numer. 60. 61. 63. & 67. Illum ergo videre, & audire certe grandis felicitas est. Annis multis post ascensionem Domini in cælo, antro Bethleemitico postposuit illustris femina simul cum Eustochio charissima filia auro fulgentia tecta, quæ Romæ libentissime deseruerat, mireque consolabatur, cum in raptu, veluti cerneret in præsepio plorantem puerum, in cruce pendentem illum, sacraque & perambulans, & deosculans loca miris gaudiis abundabat, litteris crebris exhortabatur absentes, vt relictis diuitiis, domibus, consanguineis, ad sacra loca pergerẽt visuri solũ sideres, qui non antri foramen, non domum Virginis in Nazareth, non Caluarium, in quo quondam pependit Dominus, non hortum, in quo patrem orauit, sed Dominum ipsum natum, orantem, pendentem in cruce, prædicantem, mysteria regni cælestis aperientem, cernere meruerunt? O terque, quaterque, immo millies beati Discipuli, eorumque aures, & oculi, quibus donatum est vt talia viderẽt, & audirent. Christi incarnationem, altitudinem-

nemque diuini consilij super salutem generis humani mirabili dulcedine considerare non satiabatur Augustinus, alijque Sancti, lib. tertio, cap. sexto, numendecimo nono. cap. septimo, num. vigesimo nono, vsque ad 31. & 40. Quanta dulcedo in eis esset, qui illam cernerent operari? vt qui pulcher erat Angelis in forma Dei, hominibus pulcher videretur in forma hominis, libr. tertio. cap. octauo. nu. 16. Eiusque vmbram, qui homines esset redempturus, contingerent, in quo fructus essent cõsolationis, & vitæ. lib. tertio. capit. octauo. nu. decimo septimo. cap. nono. nume. 37. Grandis felicitas hominum, qui a capite Christo vnctionem receperunt, vt hęc transiret ad nos. lib. primo. cap. 23. num. 18. Nec mirum quod beati dicuntur Discipuli videntes Iesum, audientes illum, & sequentes, in eadem domo morantes, in eadem mensa recumbentes, ipsi inseparabiliter adhærentes in itineribus nocte, dieque in ciuitatibus, in solitudine, si beati sunt in hac vita iusti propter conscientiæ securitatem. lib. tertio. capit. vigesimo quarto. num. decimo octauo. lib. quarto. cap. vigesimo octauo. num. 23. Immo beati, qui lugent pauperes spiritu, &c. quia his mediis ad supernã beatitudinem disponuntur, quo modo non magis beatiores Discipuli, qui Deo, qui nostra vltima beatitudo est, in carne degenti perpetuo adhærebant, cuius verba, quæ vitæ æternæ erant, animos eorum a terrenis ad cælestia transferebant? Felices & nos Christiani, qui tot repudiatis gentibus vocati sumus in sortem Sanctorum, in lumine, in quo claritas Euangelij mentes nostras illuminauit, qui si Christum prædicantem, docentem, morientem oculis corporeis non vidimus, cum sacris astamus concionibus, cum sacris altaribus præsentamur, cum sacra suscipimus, Sacramenta corporis eius participamus, & sanguinis lateri Iesu pendentis in cruce veluti astamus sugentes lac de petra, quæ ipse est, oleumque consolationis de saxo. Ipsum quotidie audimus, qui in prædicatore loquitur Christus. Christianum populum sibi peculiarem fecit Christus. lib. quinto. cap. 6. numer. 6. Hunc enim erexit Deus veteri reiecto, a quo accepit stolam Sacerdotalem, sicut Iacob ab Esau. lib. quinto. cap. sexto. numer. septimo, & 23. cap. septimo. numer. vigesimo nono. Sed sicut quondam hæc Iudæorum ingens miseria fuit, multarumque calamitatum exordiũ, quod audientes Iesum docentem, multaque miracula patrantem &c. tanto abusi sunt beneficio, & dum alij mirabiles consurgebant illius doctrina, & conuersatione, alij propria culpa excæcati innumeris obuoluebantur malis, illum calumniantes, illi inuidentes, ipsi detrahentes, & vsque ad mortem amarissimam crucis persequentes, in eademque re, in qua summa fuit Discipulorum beatitudo, qua bene vsi sunt, in eadem, aliorum culpa, summa fuit infelicitas, & miseria; ita & Christianis accidit, inter quos omnes, inter tantas nationes selecti, Sacramentorumque participes effecti quidam in multam virtutum altitudinẽ surrexerunt beati: alij miseri his beneficiis abutentes pœnas dabunt cæteris grauiores, vtpote qui maiora sunt beneficia consecuti. Christiani in thesauro Ecclesiæ existentes, si peccent, vasa sunt iræ, non autem illi, qui extra Ecclesiam peccant, libr. tertio, cap. 15. nu. tertio, vsque ad sextum, 9. 10. lib. sexto, capit. vndecimo, num. decimo quinto. Mali Christiani cum hæreticis merito puniendi sunt. Vtique sunt in inferno cruciari vehementius, quam omnes pagani, lib. 3. cap. 15. nume. nono. 10. & 13.

3 *Et ecce quidam legisperitus surrexit, &c. Magister quid faciendo uitam æternam possidebo?* Hæc ipsa interrogatio digna est homine Christiano, & fideli, qui docente fide nobis necessaria esse opera ad vitam æternam consequendam credit, nec satis illi erit ad vitam æternam fidem habere, si desint opera, quibus perficiatur fides, & ipse dignus beatitudine efficiatur. Multa enim sunt in Euangelio hodierno, quæ istam veritatem conuincunt. Is enim, qui in lege peritus nouerat, quę essent ad salutem necessaria, dixit: *Quid faciendo uitam æternam possidebo?* Rursumque cum audiret Iesus in lege datum ad id præceptum de dilectione Dei, & proximi, respondit: *Hoc fac & uiues.* Et iterum cum parabolam enarrasset illius, qui incidit in latrones, in qua docere voluit proximi nomine illum esse dignum, qui misero prouidisset, intulit: *Vade & tu fac similiter.* Cum ergo dicit: *Quid faciendo, &c.* necessitatem docuit bonorum operum dicente Iacobo: Estote factores verbi, & non auditores
Iacob. 1. tantum, fallentes vosmetipsos. Vt enim qui in fluuium cadit, nisi brachia mouens, manus, & pedes natet, in profundum veniens perit, natans autem liberatur; sic qui in sola fide nixus virtutis actiones reliquerit, in profundum laci demergetur, si autem fidei coniunxerit opera charitatis, liberabitur, ad portum perueniet ęternæ felicitatis, similis effectus animalibus oculatis, quæ manus habebant sub pennis. Vnde aiebat Petrus: Sata-
Ezech. 1. gite, vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis, quoniam non
1. Petr. 2. auditores legis, sed factores iustificabuntur, qui Dominum audierint dicentem: Quiescite
Rom. 2. agere peruerse, discite benefacere. Fides ad
Esa. 1. cælum non perducit, nisi bona opera ei coniungantur. lib. tertio. cap. decimo sexto. num. nono. & 13. lib. quarto, capit. 42. numer. sexto. Fides primus est salutis gradus, secundum locum tenet operum perfectio. Libr. sexto. cap. tertio. num. primo, quinto, & 23. & num. octauo docetur, quod qui fidem habet, sine operibus ille est, de quo dicitur: Ficus enim non florebit, & non erit germen in uineis. Fides, quæ per dilectionem operatur, neminem finit perire, lib. sexto, cap. tertio, numer. 20. Fidem iustificare sine operibus dicit Paulus de eis operibus loquens, quæ ipsam præcedũt.

Illa enim saluare homines non possunt, ibidē
nume. 22. Qui autem fidem habent sine operi-
bus in loco viuentium sunt, quos quasi im-
pios percutit Deus, numer. 26. & 27. Fidei vita
charitas est, per quam operatur. libr. septimo.
cap. octauo. num. 33. Domestici autem Dei ve-
stiuntur duplicibus, fide, scilicet, & operibus,
lib. 18. cap. decimo, num. 14. Charitas aperit
ianuam cæli, qua deficiente clausa est. lib. primo,
cap. duodecimo. num. 58. Iugis peritus, vt
Iesum falleret, magistrum eum vocauit simi-
lis illi effectus, de quo Regius Vates dixerat?
Psalm. 49 Os tuum abundauit malitia, & lingua tua con-
cinnabat dolos. Concinnare, est apte com-
ponere, sic vt fallacia, quæ in mente latet, non
intelligatur, sed verbis compositis deleatur.
peccatum graue, quod vitare cupiens Deus
Deuter. 22 in lege prohibuit, ne vestis ex lino, & lana te-
xeretur, hanc induunt qui aliud in ore, aliud
in pectore habent, quibus dictum est: Væ
Eccles. 2. peccatori terram ingredienti duabus uiis.
De re hac optime disseritur lib. nono. cap. 17.
num. primo, septimo, nono, vsque ad duodeci-
mum, 21. vsque ad 23. libr. decimo. cap. nono.
num. quarto. Male veritatem dicunt in ore,
quam in corde non habent, lib. decimo quar-
to. cap. 19. num. 18. Talis erat doctoris huius
mens, verba autem multam pietatē in Deum
redolentia, quibus explicat fideles homines,
quibus ad supernam felicitatem sunt conditi, il-
lius tantum debere curam gerere, qui immor-
talitatem negabant animarum, sed eas cum
corporibus petire credebant adinuicem alie-
Sapient. 2. nari. Fruamur bonis quæ sunt, &c. nullum pra
tum sit, &c. Cogitauerunt quidem hæc, &
errauerunt, quia merces eorum non speranda
iustitiæ, nec iudicauerunt honorem animarū
sanctarum, quasi dicat. Mirari non debemus,
quod qui tam pestilenti errore laborabant, q
qualis ille est, nullum post hanc vitam reli-
ctum præmium, aut pœnam bonis operibus, x
aut malis, quod hi præsentibus deliciis occu-
pati futura non curarent. At qui futura æ-
ternam vitam credit, sicut iste confitetur, de
ea consequenda sollicitus esse debet, medio
inquirere huic fini consequendo accommo-
data, omnia ea credere facilia, quibus ad tā-
Prou. 30. le bonum valuerit peruenire. Vnde Salomon
de anima iusti dicit: Gustauit, & vidit, quia
bona est negotiatio eius. Gustauit anima per-
fecta, id est, intimo mentis desiderio cogno-
uit, quia bona est negotiatio vitæ æternæ, quā
relictis illecebris temporalibus mercemur
in cælis. Hac mentis contemplatione non ex-
tinguetur in nocte lucerna eius, manumquei
suam misit ad fortia illa, scilicet opera, quæ
carni inimica uidentur, cuiusmodi sunt deiu-
nia, deliciarum renuntiatio, inimicorum dile-
Esa. 10. ctio. At hæc diuina fuit bonitas verbi incarna
ti, vt verbum abbreuiatum faceret super ter-
ram, dum ad felicitatem hanc consequēdam
legisperiti huius probauit sententiam in lege
latam: *Diliges dominum Deum tuum, &c. & proxi-*
mum tuum sicut teipsum. A Deo data fuit lex

quædam in monte, vel Oreb, quædam vero *Exod. 20.*
in campestribus Moab, & ideo titulus (Origi- *Deut. 6*
nes) libri illius est Deuteronomium, id est,
noua lex, vel secunda lex. Præceptum ergo
hoc de diligendo Deo est in Deuteronomio
primum, non autem in præceptis decalogi,
vbi primum est: Non habebis Deos alienos
coram me. Summa bonitas Dei erga homines
in hoc apparet, quod eorum salutem in ea re
sitam esse voluit, quam omnes valent adim-
plere, siue robusta sint ætate, siue imbecilli, si
ue salute potiantur, siue ægritudinibus labo-
rent pauperes, & diuites, feminæ delicatæ, po-
tentes viri, omnibus peruium est dilectionis *Ezech. 1*
mandatum. Omnibus præceptum est: Vt sit
aspectus eorum quasi carbonum ignis arden- *Thren.*
tium, ne a Deo contemnantur, & reiiciantur,
si eorum facies denigrata sit super carbones,
in quibus ignis non est, sed obscuritas, & de- *Exod. 3.*
formitas. Hic est ignis rubi, qui ardebat, & *Leuit. 2*
non comburebatur. Ignis, in quo Deus præ-
cipiebat spicas sibi oblatas torreri. Hic est
ignis, quem Deus præcipiebat in altari sem- *Leuit. 6.*
per ardere, vt in ara cordis nostri omnia no-
stra desideria, omnemque voluntatem igne
charitatis immolaremus. Diuinus hic amor *4. Reg. 2.*
currus est igneus, qui nos sicut Eliam in cælū
portabit. Charitas Dei, & proximi duæ sunt
pennæ, quibus anima fertur sursum, li. primo.
cap. sexto, num. vigesimo sexto, capi. septimo.
nume. 22. Charitas cytharæ comparatur,
quæ Deum, & Angelos lætificat. lib. primo. ca.
15. num. quinto, & decimo tertio, vbi eius lau-
des pulchre edisse-
rit Paulus, lib. tertio, cap. secundo, nume. prī-
mo, vsque ad quintum. 10. vsque ad 18. 42. vs-
que ad 44. Charitas gemellis fœtibus compa-
ratur, eo quod dilectionem Dei, & proximi gi-
gnit. Estque via hominis ad Deum, & via Dei
ad homines, per quam rationalem creaturam
sibi Dominus copulauit, per quam adhæremus
Deo, & vnum cum proximo efficimur, quæ
optime significatur in bitumine arcæ. Noe. li.
tertio, cap. secundo. num. 24. vsque ad 26. Hæc
est tunica inconsutilis Christi. number. 28.
Charitas lex multiplex dicitur, quia ad multa
accedit, si perfecta sit. numer. 42. vsque ad
44. Charitas est virtus cinctatis nostræ, quæ
tenenda est, ne sola sit in homine pietatis for-
ma. ibidem num. 29. 34. & 45. Charitas pallor
est columbæ, alæ autem eius præcepta,
estque holocaustum medullatum, quod Deo
offerri debet. libr. tertio, cap. secundo. numer.
31. & 32. Charitas fons est peregrinantibus in
hoc sæculo, cuius summa laus hæc est, quod
Deus charitas dicitur. num. 38. Charitas do-
num est non legis, sicut timor antiquæ. num.
39. quæ comparatur duobus exploratoribus
terræ promissionis. nume. 41. & cocco bis tin-
cto. num. 46. Charitas tigni cedrini compa-
ratur, quia in æternum fulcitur ædificium. nu-
me. decimo octauo. cap. duodecimo. num. 25.
In lege noua verbum breuiatum fecit Domi-
nus in duobus mandatis legem ueterem bre-

uians,

uians, in qua dedit panem arctum, & aquam
breuem, quia vno verbo legalia præcepta re-
capitulauit. lib. decimo, cap. tertio, numer. se-
cundo, quinto, septimo, & vndecimo. lib. vnde
cimo. cap. quarto. nume. sexto. Legem nouam
amoris acceperunt Christiani, & merito. lib.
decimo, cap. tertio, num. sexto, vsque ad 8.
Mandata dans Deus leuia in Euangelio punit
nos melle ex petra. lib. tertio. cap. nono. n. 45.
Charitatis præceptum ordinat nos ad Deum,
& proximum. In Deum cum dicitur: Diliges
Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &
ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis,
& ex omni mente tua. lib decimo septimo. ca.
quinto, num. decimo quarto. In re hac duo
sunt multum consideranda, & quæ ad diligen
dum Deum mouere nos debent, & in tali dile
ctione quis sit modus seruandus, quod u-
trumque eleganter verba proposita edisse-
runt. Primum omnium, quæ ad diligendum
Deum mouere nos debent illa sunt, quod Do-
minus omnium nostrum sit, quem diligere,
cui seruire, cuius præceptis obsequi debeo, si
cut qui aiebat: Ad te leuaui oculos meos, &c.
Psal. 122. Ecce sicut oculi seruorum in manibus domi-
norum suorum, &c. ita oculi nostri ad Domi-
num Deum nostrum; huic muneri perpetuo
intenti, donec misereatur nostri. Præterea cū
legislatoris nostri maiestas edicitur, vult vt
Exod. 19. lex a tanto Domino tradita honoretur. Tri-
duo antequam lex traderetur Moysi cum po-
pulus respondisset Prophetæ: Cuncta, quæ lo-
cutus est Dominus, faciemus, & ille respōsum
Domino retulisset, dixit ei: Vade ad popu-
lum, & sanctifica illos hodie, & cras, lauentq.
vestimenta sua, & sint parati in diem tertium,
in die enim tertia descendet Dominus coram
omni plebe super montem Sinai. Dicesque ad
eos: Cauete ne ascendatis in montem, nec
tangatis fines illius, omnis qui tetigerit mon
tem morte morietur. Descenditque Moyses
ad populum, & sanctificauit eum, cumque la-
uissent vestimenta sua, dixit: Estote parati in
diem tertium, & ne appropinquetis uxoribus
vestris. Iamque venerat dies tertius, & totus
mons Sinai fumabat, eo quod descendisset
Dominus Deus super eum in igne, & ceperūt
audiri tonitrua, & micare fulgura, nubesque
densissima operuerat montē, & sonitus bucci
nę vehementer perstrepebat. Hęc omnia præ-
ceperat Deus, vt legem ab ipso latam summa
cura, & multa animi munditia seruaret popu
lus, quod si non faceret, acriter minantem Do
minum, tonantem &c. timerent, &c. Ita & in
Exod. 24. Exodo, vt Dei supplicia in legis transgresso-
res significaret, fecit offerri holocausta, & assu
mens volumen datæ legis legit illud cūcto po
pulo audiente, & dixerunt: Omnia, quæ locu-
tus est Dominus, faciemus, & erimus obedien
tes. Tunc Moyses sanguinem accipiens ani-
malium, quę oblata fuere, fudit eum super po-
pulum dicens: Hic est sanguis fœderis, quasi
dicat. Sic effundetur sanguis illius, qui viola-
uerit legem. Hoc signum mutuauerunt Iudæi

a gentibus, quæ hoc signo significabant, quæ
exsequenda essent supplicia in eos, qui impias
Dæmonum leges transgrederentur. De pecca
torum punitione acri disseritur, libr. decimo
quarto, cap. duodecimo, per totum. li. quarto.
cap. vndecimo. num. sexto, & septimo. cap. 18.
numer. primo, vsque ad 16. 18. vsque ad 20. 23.
vsque ad 25. lib. decimo sexto. cap. nono. num.
decimo tertio, & decimo quarto. Præterea 5
cum Dominus vocetur, qui tibi præcipit, vt
eum diligas, innuit dilectionem sibi debitam
iure creationis, titulo emptionis, possessionis
antiquæ. Deus noster est, qui necessitatibus
prouidet nostris. Qui infinitus, inuariabilis
est, actus purus, infinite bonus. Isteque Deus,
qui hoc nomine gaudet, quia dator, vel distri-
butor est omnium rerum, a quo habemus o-
mne quod bonum est, tuus est ineffabili qua-
dam gratuitæ communicationis excellentia
volens te habere, & a te haberi in intimis, vt
tu possis in tuum commodum illo frui, & qui
omnium est Deus, ac si tui solius esset, infinita
tibi communicat bona. Mira dignatio Domi-
ni, summa bonitas, quod meus esse voluit, qui
puluis sum & cinis, meus, qui non sum dignus
videre altitudinem cęli, qui tibius iram per
horas singulas irritaui, qui iniurius tantæ bo
nitati semper fui. Si diceret: Diliges Domi-
num Deum cuius tu es, recte sane, quia & e-
mit, & redemit me, vt me totum possiderem,
vt meus non essem, sed illius, sicut aiebat Pau
lus: Non estis vestri, empti enim estis pre-
tio magno, vt illius sitis, qui vos emit. Vt
cum illecebra in mentem venerit, cum pecca
ta suaserit Dæmon, quæ me a diuino separent
amore, dicere potero: Non sum meus, qui
Dei sum, nec dæmoni, nec carni, nec mundo
me ipsum offerre possum, ne arguar furti, qui
inuito Domino, & Deo alienum do. lib. tertio.
cap. decimo quinto. num. secundo. Et iterum:
Tua sunt omnia Domine, & quæ de manu tua
accepimus, reddimus tibi. Tuum est Domine
esse meum, viuere, intelligere, anima, & po-
tentiæ meæ, mihi vsus rerum datus est, in te
remanet omnium dominium, tibi reddendam
in morte suscepi animam, hanc reddo, & in
vita donis tuis ornatam. Nullum instans
est, in quo noua non suscipiam beneficia.
Cum me sanguine tuo pretioso redemisti, di-
uinum aliud esse communicasti, vt vbicumq.
me verterem regalibus me cernens armis in
signitum (vt aiunt *tomado a mano real*) illi me
totum offerrem, considerans quod vocabitur
anima mea adultera, si uiuente priore viro
meo (qui & Deus meus est) fuerit cum alio
viro. Cumque omnia ista tam sint certa, ho- *Ezech. 1.*
mo, qui oculis fuerit plenus, etiamsi in medio
ignis versetur, totus ignitus, & ardens sub-
mittat alas suas, considerans non posse repen
dere dilectionem tantæ bonitati debitam, di-
catque cum Augustino: Tuum sit totum id, *In Soliloquio.*
quod viuo, & totus totum me tibi offero, to-
tus spiritus, totum cor, totum corpus, tota
vita mea viuat tibi, totum me liberasti, vt to-

tum

tum me possideres, ideo præcepisti mihi, vt te diligerem ex toto corde, ex omnibus viribus meis, omnibus horis, & momentis, quib. fruor bonis misericordiæ tuę, & qui singulis instantibus miris beneficiis obligor, singulis, si id possibile esset, omnibus viribus te diligere debuissem. Summę autem dilectionis, quam exsoluere numquam possum, debitor sum, quia infinita dignatione misericordiæ tuę meum, qui vilis vermiculus sum, te vocitasti, meus esse voluisti, meæ consecratus vtilitati, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Vt de Bernard. inter multa, quæ docet eleganter in libro de diligendo Deo, inquit: Si me totũ debeo Deo, quia me creauit, quid illi debebo, cum me perditum reparauit? In primo opere me mihi dedit, in secundo se. Pro me debeo meipsum, at quid Deo retribuam pro se? Nam etiamsi me millies rependere possem, quid sum ego ad Deum? Vnde supra tibi dixi, quod modus diligendi Deum est, sine modo diligere. Amare Deum, sicut ipse dilexit nos, quomodo sit possibile, libr. primo. cap. vndecimo, num. tertio, & quarto. Amandus est Deus, vt sponsus propter se, non propter alia, ibidẽ num. vndecimo. Amor Dei memoria beneficiorum eius producitur in homine. lib. secundo, cap. duodecimo. nume. primo, vsque ad 5. 7. & 8. ca. decimo tertio num. vigesimo nono. 31. vsque ad 39. Amandus est Deus in cessanter quia incessanter homini benefacit. lib. secundo. cap. 13. num. 29. Amare Deum quib. rationibus conuincatur homo, ibidem num. 31. vsque ad 39. Amandus est Deus, in quo omnia sunt bona, lib. sexto, cap. decimo quarto. nu. 7. Amandus est Deus, quia dat se. li. decimo tertio, cap. nono. nume. duodecimo. Beneficia Dei enarrabant Sancti, vt in illius charitate firmarentur, lib. primo. cap. octauo. numer. 3. Beneficia Dei memoriæ mandata ad diligendum ipsum conducunt multum. libr. secundo. cap. duodecimo. num. primo, vsq. ad octauum. 12. 13. & 15. cap. decimo tertio. nume. quinto, vsque ad septimum. 18. 20. vsque ad 30. 35. vsque ad 39. *Diliges Dominum Deum tuum. Diliges*, quia Deus, quia Dominus, quia tuus, *diliges* propter se, propter sua, & propter te. Ex omni parte diligendum se exhibuit Deus, quia bonus, quia delectabilis, quia vtilis. Si studiosus es, & virtutib. oblectaris, *dilige*, quia bonus, si voluptatis cupidus *dilige*, quia dulcis, si honoris & diuitiarum sitientissimus, *dilige*, quia vtilis. *Dilige*, quia tuus, quis enim sua non amat? Vnde sicut, vt Moyses populum quodammodo cogeret ad obseruantiam legis ante illã latam præmisit: Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxit te de terra Aegypti, ita ad suadendam diuinam dilectionem, iisdem vtitur verbis: *Diliges Dominum Deum tuum*. Vnde sicut Ioseph ne honorem domini sui turpiter polluеret adulterans cum vxore sua in memoriam reuocabat illius beneficia, ita vt Dei dilectioni inuigilemus, memorandum est, quod Dominus, & Deus meus est, a quo innumera reportaui beneficia. Meus. Sunt Domini & Reges, qui sunt sui, alij cõsanguineorum, filiorũ, vxorum. Deus tuus, quasi non suus, ut te ad illius amorem vehementer excitaret.

Circa secundum huius dilectionis statuens modum præcipit, vt ipsum diligamus ex toto corde, anima, viribus, & mente. Considerates impium esse, quod omnia insensata dẽt Deo suo & creatori, quidquid ab eis postulauerit, etiamsi id sua natura non habeant, sicut ignis refrigerans pueros in camino. Et in Numeris dicitur: Petra dabit aquam suam, vt vertit Pagninus, homo autem neget solus, quod Deus ab eo petit, scilicet, amorem, & præcordia sua? Ferreus, & plusquam lapideus es, si dãte petra aquas Deo, & populo, tu non des Deo cor tuũ. Amandus Deus ex toto corde, anima, & mente, id est, intellectu, voluntate, & memoria. libr. decimo septimo. capit. quinto. numer. decimo quarto. Hæc totalitas dupliciter potest intelligi, altero modo, vt significetur, omnem vim animæ intendendam ad dilectionem Dei, ita vt homo præter Deum nihil diligat, & tantum diligat, quantum ab eo est diligibilis. Altero, vt totus accipiatur vulgari modo, quo dicimus aliquem totum esse in studiis occupatũ, quia, scilicet, præcipua eius occupatio, & cogitatio est in studiis, nec aliud quid præter studia magnopere amat, & curat, solis studiis intime afficitur, reliquis vero frigide, & obiter. Si totalitas primo modo accipiatur, præceptum hoc hic adimpleri non potest, fieri enim non potest, vt homo affectuali dilectione sic toto corde in Deũ feratur, vt nihil aliud, vel actu, vel habitu amet, aut tam perfecte eũ complectatur, sicut amari potest, eo quod propter annexam concupiscentiam carnis aliquid affectionis habeat cor ad ea, quæ sunt carnis, & non Dei. Proposuit autem præceptũ istud Deus, inquit August. vt perpendat Christianus homo, quam grandis ei restet via, & quod ea, quæ sunt priora, oblitus in anteriora tota animi solicitudine extendere se debet. Si secundo modo intelligatur, impleri potest, impleturque, dum homo desideria non admittit isti amori contraria. Licet enim oculus imbecillis hominis solis radiis in media luce opponere se non valet, nec importabiles radiorum micatus sustinere, potest tamen tenebris non delectari. Diligitur enim Deus ex toto corde, cum quis in Deum tamquam in summum bonum sic fertur affectu, & voluntate, vt cum præponat vniuersis rebus commutabilibus, ac pro supremo fine vitæ suæ eligat, quibuslibet carere malens, quam Deo, ac summopere desiderans, vt vniuersæ totius vitæ actiones illi sint subiectæ ad plenum, etiamsi non ignoret id per carnis imbecillitatem nequaquam futurum. Diligere ergo Deum ex toto corde ad mentem Chrysostomi est, vt cor tuũ non sit inclinatũ ad vllius rei dilectionẽ amplius quã Dei, nec delectetur homo amplius in honoribus, diuitiis, vxore, filiis, aut in aliquauis re, quam in Deo. Si autem cor tuum in

Bern. de diligen. Deo.

Exod. 20

Gen. 39.

Dan. 3.

Num. 20

Aug. de spir. & lit.

Aug. li. 1. de doctr. Christ.

Chr. hom. 42. imperf.

in aliqua harũ rerum occupatũ sit, nõ diligis Deum ex toto corde tuo. Tantum. n. deest tibi ad totalem hanc dilectionem, quantum aliã dilexeris rem, quæ non sit Deus, aut propter Deum dilecta. Diligere ex tota anima est, certissimum animum habere in veritate, & firmũ esse in fide. Amat ex tota anima, qui omne bonum credit esse Deum, & extra Deũ nõ credit esse verum bonum. Diligere ex tota mẽte est, vt omnes sensus, qui in homine sunt, Deo vacent, intellectus, memoria, &c. Si vero accipiatur hoc præceptum vt generale mandatũ, nõ tam exigens actualem illam volũtatis affectionem, quam habitualem dilectionem cũ operũ bonorum exhibitione, quæ sint internæ dilectionis testimonia, diligitur tunc Deus ex toto corde, cum quis ex intima, & sincera erga Deum affectione occupatur, potissimũ in his, quæ Dei sunt, præ omnibus illi placere studẽs, ac sollicitus, vt cuncta mandata perficiat, idq. non segniter, & tristi animo, sed guauiter, & hilariter, dolens ex animo si quid ab aliis, vel a se per carnis infirmitatem admittatur contrarium diuinæ voluntati. Id vt non ab omnibus æque perfecte præstatur, ita nõ omnes, qui Deũ ex toto corde diligũt, æque perfecte diligũt, sed vn' alio magis. Aliter, *Diliges Dominũ ex toto corde tuo. S.* Tho. per cor volũtatẽ itelligit per reliqua autẽ tria, tria actuum principia, quæ mouentur a volũtate, intellectũ. s. qui per mentem significatur, appetitum inferiorem, qui per animam, vim exsecutiuam exteriorem, quæ per virtutem, aut vires, vel fortitudinem intelligitur, vt præcipiatur nobis Deus diligendus sic, vt tota nostra intentio in Deum feratur, quod est ex toto corde, & intellectus noster subdatur Deo, quod est ex tota mente, & appetitus noster reguletur secundũ Deum, quod est ex tota anima, & exterior noster actus obediat Deo, quod est ex tota fortitudine. August. lib. 1. de doctrina Christiana refert cor ad cogitationes, animam ad vitam, mentem ad intellectum. Ille non diligit Deũ in toto corde, qui non studet omnia eius præcepta adimplere, sicut dicitur de Iesse fecisse quod rectum erat, & placuit in oculis Dei, nõ tamen ambulasse in lege Domini Dei Israel in toto corde suo, eo quod non recesserit a peccatis Ieroboam. Totum cor postulat Deus: Fili præbe mihi cor tuum. Præbe dicit, non accommoda, vt multi faciunt, qui sacrorum ieiuniorum tempore cor commodatum dant Deo repetendum in Paschate. Cor vult integrum, non ut meretrix infantem diuisum. Cor vulneratum sagittis mandatorum Dei amore languet. lib. tertio. capit. vigesimo sexto. numer. quinto. Cor nostrum male sanum est, cum Deum non diligit, bene autem vulneratur, cum amat. ibidem nume. octauo, & nono. Cor nostrum altare sit, in quo victimas amoris offeramus. ibidem numer. primo, sexto, & septimo. *Dilige Deum non lingua tantum, & verbo* sicut de quibusdam dicitur: *Dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei, cor autem eorum non erat rectum cum eo*, sed etiam ex corde, neque corde diuiso, aut remisso, sed toto corde, integro, & perfecto. Olim cum Israeliticum populum non posset Pharao in captiuitate retinere, nec animum illius a sacrificando auertere, aiebat: Ite, sed oues vestræ, & armenta remaneãt. Sic cum dæmon non valet plene cor hominis possidere, vult aliquam eius partem apud se retinere. Cui respondere debemus: Non remanebit ex eo vngula tibi, sed totũ cor ei, qui Dominus eius est, sacrificabitur. *Dilige Dominum*, vt non timore solo, sed potissimum eius amore ductus ea exequaris, quæ voluntati illius sunt conformia, vt similis illi sis, qui zona aurea super mamillas cinctus perhibetur, ut amore charitatis immunditiam deseras, dicẽs Deo: Bonus es tu, & in bonitate tua doce me iustificationes tuas, id est, doce me, vt non formidine pœnę cogar esse sub lege, sed libera charitate delecter esse cum lege. Amandus Deus corde, & operatione, & non solis verbis. lib. primo. cap. vndecimo. nume. 6. Amore ducuntur Sancti ad bene operandum, alij timore. lib. primo, cap. nono. num. primo. quarto. 5. nono, vsque ad duodecimum. cap. vndecimo, num. vndecimo. cap. vigesimo quinto. nu. 10. lib. nono. cap. 13. num. primo. Amor hominis ad Deum, si perfectus sit, omnia terrena facit contemnere. lib. primo. cap. septimo. num. primo, quarto. vigesimo, vigesimo septimo, & vigesimo nono. capit. octauo. numer. septimo. cap. decimo octauo. numer. 3. Amor diuinus accendendus est in nobis, & nutriendus, vt exurantur terrena. lib. primo. capit. 7. nume. septimo, & vigesimo. cap. decimo octauo. numer. tertio, decimo quarto, & vigesimo quinto. Amor ad Deum moderatur cor nostrum, ne vt mare feruens nos obruat, libr. 1. cap. septimo. nume. octauo, & nono. Amore Dei saucia anima illum solum cogitat, illum redolent omnia, ibidem nume. decimo septimo. Amori Dei cuncta terrena sunt postponẽda. lib. primo. cap. octauo. numer. septimo. Amor hominis ad Deum qualis futurus, vt illi sit probatus, lib. primo. cap. vndecimo. nume. tertio. vsque ad sextum. Amor Dei vsque ad contemptum sui ædificat Hierusalem, &c. lib. primo. capit. decimo octauo. nume. octauo. lib. tertio, capit. decimo septimo, nume. quinto, vigesimo, & vigesimo primo. Amor Dei crescit in homine, cum amor sęculi debilitatur. lib. primo. cap. decimo octauo, nume. vigesimo secundo, & vigesimo quinto. In amore Dei qui roboratur a propria uirtute, & terrenorum amore deficit, libr. secundo. capit. decimo sexto, numer. vigesimo nono, vsque ad trigesimum primum, tergesimum tertium, trigesimo quarto, & trigesimo nono. *Pone me ut signaculum super cor tuum, & super brachium tuum*, vt me diligas ex toto corde tuo, & ea opereris, quæ meæ conformia sunt volũtati. Fortis. n. est vt mors dilectio, ita vt oẽm possit vincere difficultatẽ.

Exod. 10

Apoc. 1.

Greg. 21. Moral. c. 2.

Prouer.

3. Reg. 3.

Psalm.

8 *Et proximum tuum sicut teipsum.* In Euangelio hodierno,& in altero Matth.22. quod legitur Dominica decima septima post Pentecosten, dilectioni Dei coniungitur dilectio proximi, quia vnam ab altera secernere non est possibile, quoniam amor Dei proximi amorem gignit.lib.primo.cap.decimo quinto.nume.18. Amorq.proximi nos ducit ad amorē Dei.libr. 16.cap.12.num.58. *Diliges proximum tuum* non vt donum tuum,equum,calceum,&c. Sed *sicut te.* Vtinam sicut ista illum diligeres,&c. cum tamen ipsum sicut teipsum diligere iubearis. Aduerte autem, quod sicut in primo præcepto duo præcipiuntur, res & modus, sic *Leuit.19.* & in hoc,quod desumptum est ex Leuit. diligere proximum, & *sicut teipsum.* Non dicit,quantum,sed *sicut*,id est, eo modo, quo te. Ordinauit per dilectionem Dei hominem in suiipsius dilectionem.lib.primo.cap.septimo. num.19. cap. 18. numer. duodecimo. Qui enim diligit iniquitatem,odit animam suam;qui vero Deū ex toto corde diligit, se ordinat in beatitudinē,sibi vult vera bona,& tunc,si sicut seipsum proximum diligat,legem impleuit. Dedit autem Deus propensionem quandam hominib. *Basil. in reg. 3. interrog.* ait Basil.ad mutuam dilectionem, dum creati sunt sociales politici. Proximorum dilectionem exemplo gentilium discant Christiani, lib.primo,cap.decimo quarto, num.10.& 11. Ad proximorum dilectionem comparandam vnum fuit omnium caput.libr.primo. cap.15. num.primo,vsque ad tertium. Proximus diligendus,quia vnum corpus sumus, vnā domū habitamus,vna est patria,ibidem nu.tertio,& 23.cap.16.num.duodecimo.Proximum contēnens ad id sensim labitur, vt & Deum contemnat.lib.primo.cap.decimo quinto. num.10.& 23.lib.3.cap. secundo. nume. 38. Ad proximi dilectionem natura suadet, & inclinat. libr.1. cap.decimo quinto.num.duodecimo. Proximi odium ingentia parit nocumenta, sicut & amor bona.lib.primo.cap.decimo quinto.nu. 20.vsque ad 22. Proximi amorem nos docent nomina,quæ accepimus a Deo.lib.14.cap.quinto,num.quarto, vsque ad sextum. Proximos & nos diligere debemus, vt sic rectas faciamus semitas Dei nostri.lib.decimo quarto,ca. 28.nume.20.Modum autem in ista dilectione *S.Th. 22.q. 44.ar.7.* seruandum in tribus consistere ait S. Thomas vt quis proximum diligat sancte, iuste, & vere.Sancte,vt proximum diligat propter Deū, iuste,vt non condescendat proximo in malis, sed tantum in bonis,sicut homo tantum in bonis suæ debet satisfacere voluntati. Vere, vt non diligat eum propter propriam vtilitatē, vel delectationem, sed ea ratione velit proximo bene,qua sibi ex amore,scilicet,amicitiæ. Porro sicut in primo præcepto, ita etiam in hoc verbum,*diliges*,accipiendum est non tantum,vt voluntatis affectionem designat, sed vt etiam comprehendat opera externa proximo ex huiusmodi amore exhibenda. Quod optime docet parabola huius miseri hominis, *qui descendens ab Hierusalem in Hiericho incidit in latrones.* In qua licet etiam docere voluerit Dominus veram pietatem, & religionem magis consistere in subleuatione miserorum, quam in externis cæremoniis,in quib.sibi placebant Iudæi,vt animum huius legisperiti tangeret,sed tamen respondens quæstioni docere voluit,quod proximus operibus est diligēdus,hac enim de causa intulit: *Quis tibi uidetur proximus fuisse,&c.* Non significauit Iesus duos non fuisse proximos, sed non gessisse se tāquā proximos,nec munus proximi impleſſe, quod consistit in subleuanda miseria fratris. In hoc homine intelligitur omnis, qui altero eget,& illius ope,si dives es, pauper est tuus proximus,si ignarus,sapiēs est tuusproximus, si pauper, dives est tuus proximus, qui tibi debet subuenire.Proximos vere diligere debemus eorū necessitatibus prouidendo.lib.1.ca. *16.* num. 2.3.7.vsque ad 10. & 12. Ideo dixit Iesus:*Et proximum tuum sicut te*,id est,sicut te solo verbo non diligis, nec per iocum, sed opere & veritate,& sicut tuam vtilitatē quæris,ita proximū dilige propter suā vtilitatē.

9 *Homo quidam descendebat:Quidam*, ait in singulari numero, nam pauper semper solus secum vitam degit,neminem habet socium, miser & afflictus ab omnibus relinquitur, diuitē autē omnes comitantur,si vel leuem capitis dolorem passus fuerit,ab omnibus inuisitur,cōsolatur. Multitudinē amicorū habebat Hierusa- *Thren.1.* lem in prosperis degens, in angustia constitutā omnes spreuerunt, & facti sunt ei velut inimici.Idem accidit Iob, quem in sterquilinio iacentem omnes fratres eius præterierūt ea velocitate, qua torrens in conuallib. accelerat,ita vt nec videre eum dignarentur. Cumque in pauperes misericordia homines similes Deo faciat.lib.quinto.cap.10. num.18. & 73. nihilominus contemnuntur hi a diuitibus.lib.13.c.8.num.20.Diuites peccatores honorans,& pauperes iustos contemnens, ignorat iudicia Dei.li.4.cap.17.num.4.& 13.libr.6. cap.11.num.3.vsque ad *5.Descendebat hic solus,* & licet cantare posset uacuus coram latrone *Iuuenal.* viator,*incidit in latrones, & expoliauerunt eum,* Quem euiscerat, & exenterat dives nisi pauperem?Diuiti omnes tribuunt, pauperes omnes expoliant,sicut miluus imbecillem pullū, *Eccles.13.* vbi resistentia nulla est. Venatio leonis onager in eremo, sic & pascua diuitum sunt pauperes.Hunc deuorant omnes. Qui vtinam eū præterirent, nec benefacerent, sicut Sacerdos,& Leuitā,tolerabile enim & hoc esset malum, sed latrones & expoliant egenos, & vulnerant.Diuites auari crudeles in fratres.libr. primo.cap.24.num.primo, decimo,& 27.libr. secundo.cap.18.numer.primo.vsque ad 8.lib. quarto.cap.38.nume.decimo quarto, cap.39. num.24.vsque ad 26. Diuites per potentiam opprimunt pauperes. libr. quarto. capit. 39. nume.decimo,vsque ad duodecimum, 14. 15. 17.vigesimo tertio, & vigesimo nono. Hunc ergo latrones *& expoliauerunt & uulnerauerunt* cumque miser eiulans iaceret in certo periculo

culo vitæ finiendæ,vtpote cuius *uulnera ligata non erant,&c.Sacerdos quidam uiso eo præteriuit similiter & Leuita.* Res mira ministri illius,qui pater est misericordiarum,quibus specialiter *Psalm.41. Exod.40* mandauerat Dominus in die misericordiam suam,& nocte canticum eius.In Exodo præceperat Deus tabernaculum oleo vngere & omnia,quæ sunt in eo, in cuius domo omnia vncta sunt oleo, vt qui ibi ministrabant, discerent misericordiam, & tamen a Propheta vs- *Hierem.8* que ad Sacerdotem iam omnes studebāt auaritiæ,vacuandis marsupiis potius intenti,quā subleuandis miseriis. Hac Domini parabola præmunire se debent Sacerdotes, & religiosi apud Christianos, & quotquot præ aliis meriti to sanctiores esse debent, ne in externis cæremoniis,quibus præ aliis plus dediti esse debent,adeo fidant, vt interim negligant miseris pro viribus succurrere, ne & ipsi ab his, qui profani habentur, & minus Sancti, dignitate, & statu inferiores apud Deum in vera pietate inueniantur superiores, sicut Samaritanus hic, qui multam exhibuit humanitatē *Osee 4* vulnerato huic homini.Graue suorum tēporum malum futurū prædixerat Oseas dicēs: Erit vt populus sic Sacerdos, at in his non vt populus sic Sacerdos, immo nec vt homo Samaritanus a Iudæorum obligationibus semotus. Christianorum autem Sacerdotes,qui ha- *Iob 40.* bent brachium vt Deus,& voce simili tonāt, audiant: In sublime erigere,& gloriosis induere vestibus. Quæ dum non faciunt misere peribunt,inferiores facti plebeis. Sacerdotes inferiores esse laicis modo videmus in grandem confusionem.lib.14.cap.16.nume.sexto, septimo.13.22.23.25.& 26.lib.16.ca.secundo. num.octauo. Sacerdotum,& Episcoporum opus saluat,non nomen, in quibus numerus quidē auctus est, sed meritum minutum. lib. 14.cap.16.nume.16.& 19.20.25.& 26.libr.16. cap.primo.num.31. & 32. Sacerdotes multi sunt nomine,& pauci re. libr.decimo quarto. cap.vigesimo nono.num.vndecimo. Sacerdos ab humero & supra excedere debet plebem. lib.decimo sexto.cap. primo.nume.38.Sacerdotes succedūt in officio antiquis, non in meritis & virtutibus. libr. decimo sexto. cap. tertio. nume. primo. De dilectione proximi multa dicenda venient in concionibus Apostolorum Ioan. 15. quæ illi loco differenda cēsuimus.

DOMINICA DECIMATERTIA post Pentecosten.

Euangelium.

Cum iret Iesus in Hierusalem,transibat per mediam Samariam, & Galilæam.
Lucæ. 17.

Vide lib.2.cap.14.num.9.usque ad 13.lib.14.ca. 22.num.1.usque ad 4.& de multiplici lepra animæ, a qua mundatur homo exemplo Christi, libr.3.cap.8. nume.12.& 13.

1 QVONIAM totius Euangelij huius conclusio eo tendit, vt gratitudinem hominib.suadeat exhibendā Deo,a quo tanta reportarunt beneficia,ingratitudinisque inconuenienti a maxima,antequā ad enarrationē Euāgelij accedamus,diligenter considerare oportet,quę mouere homines debent ad gratitudinē, qui a Deo non corporalē leprę mūditiā,sed plura, & maiora receperunt beneficia, quæ sācti frequenter,& attēte considerātes summo benefactoris amore tenebantur ipsi indesinenter gratias referētes,a quo benedicti erāt in omni benedictione spirituali in cælestib. in Christo,beneficiorū autē contēptores, & nouis beneficiis indigni reddūtur,& ingratitudinis pęnas dāt.Quæ a Deo homines acceperūt beneficia tanta sunt,vt si Angelorū supremus abyssum hāc,marisq.huius immēsam vastitatē omni ex parte cognoscere voluisset, ita frustra operā nauaret,ac si Oceanū ipsū manu cōcludere quis vellet. Cūq. ille & tāto polleat intellectu,isteq.& supernis donis,& lumine gloriæ illustretur,illiq.Dei ipsius essentia vnione ineffabili vniatur in cælo,cū talis beatitudine fruens in Dei beneficia cōsiderāda ferfur, nec illorū dignitatē,nec excellentiā pro meritis penetrabit.Quoniā,vt aiebat S.Thom.in benefi- *22.q. 106. ar. 5.* ciis potius animaduertēdus est benefactoris affectus,amor, volūtas,quā effectus ipse. Quoniā,vt aiebat Seneca 1.de benef.nōnūquā ma- *Seneca.* gis nos obligat,qui dedit parua magnifice,& libēter,quā qui maiora,quæ ab ipso,quasi per vim extorta,vidētur,cumq. nullus intelligere perfecte possit diuinum in homines amorem eum.s.quo ab æterno nos prosecutus est, qui Deus ipse est,succensum illud cor,quo nos cōdere decreuit, & cuncta nostris vsibus donare, Angelosque ipsos in ministerium nostrū producere,& destinare, qui dilexit nos ante mundi constitutionem, vt essemus Sancti, vtque dignitatem hāc,ipsiusq.filiationē cōse-

Dom.13.post Pentecosten.

queremur diuinæ illi, infinitæq. naturę humanam naturam vnire disposuit, vt hominum lapsus eorumque inobedientiam, tantæq. maiestatis contemptum innumeris perpessis laboribus, turpique morte crucis restauraret, quæ omnia quis Angelorum pro dignitate intelligere vsquã poterit, etiamsi innumeris sæculis ab hac sola consideratione animũ non auerterit? Amor Dei ostenditur, dũ mundũ, Prophetas, &c. condidit propter nos. li. 16. c. 7. num. 3. Amor Dei extrema sic distantia iungit, vt dicat: Dilectus meus mihi, & ego illi. l. 1. c. 6. nu. 22. Quapropter quia eius amor superat omnẽ amorem creatum, dicitur ambulare super pẽnas ventorum. nume. 26. Amor Dei affectus omnes naturales longissime excedit. li. 4. c. 7. num. 8. Amor Dei ostenditur, dũ expassas dicitur habere manus, vt benefaciat, ibidem n. 12. & 19. Beneficiorum Dei nec multitudo, nec magnitudo dici valet. li. 2. c. 12. num. 2. 8. & 21. Præterea beneficia auget donantis dignitas, ea enim, quæ a Rege veniunt, pluris ęstimamus, quam maiora a plebeio homine collata. lib. secundo. cap. 12. num. 8. cap. 13. numer. 42. Cumque omnia, quæ nobis contulit beneficia Deus, licet minima illa in se sint, dona sunt, quæ ab infinita illa maiestate procedunt, & illa infinita sunt ex hac parte, infinitamq. postulant gratitudinem, vnde explicare ea nulla creaturarum potest, maxime autem cũ illa & mortali hominũ, qui putredo est, & filio hominis, qui vermis est, immo ei, qui multis criminib. fœdatus est, qui bibit iniquitatem, vt aquam, in quo a planta pedis usque ad verticem non est sanitas. leproso homini sunt collata. Hac ratione vehementer afficiebatur Paulus, vt beneficia magni penderet Domini, dicẽs: Gratias ago ei, qui me cõfortauit in Christo Iesu, quia fidelem me existimauit ponẽs in ministerio, qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumelios us, sed misericordiã Dei consecutus sum. Superabundauit autẽ gratia Domini nostri, &c. Fideles sermo, & omni acceptione dignus, quod Christus Iesus venit in hunc mundũ peccatores saluos facere, quorũ primus ego sum. Sed ideo misericordiã cõsecutus sum, vt in me primo ostenderet omnem patientiã, Regi sęculorũ immortali, inuisibili, soli Deo honor, & gloria in sæcula sæculorũ. Illi debetur gloria, qui non meritis meis, sed bonitate sua blasphemo, & contumelioso talia, tantaq. contulit beneficia. Beneficia sua Deus quandoque confert indignis, vt resipiscant. lib. 2. cap. 10. num. 5. usque ad 8. 21. 22. & 29. cap. 12. num. nono, capo 13. num. 28. Beneficio Dei bona recipimus, mala autem peccatis nostris. lib. 2. cap. 12. num. 16. cap. 13. num. 32. Hæc sunt, multaque alia, quibus ad gratitudinem adducendi sunt homines. Sed duo sunt exemplo Samaritani huius, qui a lepra mũdatus est, quibus ad exhibendas gratias benefactori prouocamur. Alterum, si quę accepimus beneficia, memoria non excidant, iste enim vt vidit, *quia mundatus est, regressus est cum magna uoce magnificans Deũ, & cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens.* Consideranit acceptũ beneficium, & regressus est clamore multo vultu in terram demisso ante pedes Saluatoris prostratus gratias referens tanto benefactori. Beneficiorum memoria instar lignorũ est, quibus gratitudinis, & dilectionis incendi tur ignis, vt in altari cordis sacrificiũ offeratur Deo. lib. tertio. cap. vigesimo sexto. nume. primo. Quod ita est certum, vt S. Thomas primum dixerit esse gratitudinis gradum beneficia recognoscere accepta. Seneca autẽ, quod ingratissimus omnium est, qui oblitus est. Et Chrysostom. Optimus beneficiorum custos est eorum memoria. Vnde olim, cum primum antiqui patres veteris testamenti beneficium aliquod accipiebant, vel lapides erigebant in titulum, vel altaria consecrabant, vel illud litteris mandabant, vel festa singulis annis celebrabantur, ne beneficiorum vsquã esset obliuio. Cum Iudæorum populus Aegyptiacam captiuitatem munere Dei euasit, huius iussu festum Phase futuris temporib. celebratum est, cumq. manna populum egentem pauisset in deserto, in memoriam tanti beneficij præcepit, vt vas in Sanctuario asseruaretur cælesti illo cibo plenum, quo futuræ generationes recordarentur eorum, quæ acciderant patribus suis in deserto. Triumphauit populus contra Amalech, insignemque reportauit victoriam, ipsamque mandauit Deus litteris mandare, & Iosue dari. Iacob cum cælestem illam scalam in somnis videns intellexit, quæ futura essent bona filiis, & nepotibus suis, lapidem erexit in titulum, in memoriam tanti beneficij. Altare etiam erexit Dauid, sacrificiumq. in eo obtulit gratiarum, cum primum vidit Angelum percutientem populum, qui gladiũ mitteret in vaginam, ne in plebẽ amplius desæuiret. Et tandem in Exodo præceperat Deus, vt lamina aurea in mitra Pontificia pẽderet supra frontem, in qua sanctum nomen Tetragrãmaton, seu Iehoua scriptũ esset, ne vsquam memoria excideret diuina illa, ineffabilisq. maiestas, a qua tanta summus Sacerdos reportasset munera. Sicut autẽ recordatio beneficiorũ tantorũ bonorum est origo, ipsiusq. gratitudinis indeficiens fons, ita obliuio beneficiorum multorum malorum, pessimæque ingratitudinis est principium. Sicut Aegyptiis accidisse narrat Moyses, qui cũm edicere in Exodo statuisset, quas in Israeliticum populũ ille exercuisset crudelitates, eum in operibus duris luti, & lateris premens., filios necãs, &c. quæ illis euenissent a Deo horribiles plagæ, quousque Pharao cũ curribus, & equitib. in mari misere periret, omniũ horũ hoc posuit in primis libri verbis exordiũ: Surrexit interea Rex nouus super Aegyptũ, qui ignorabat Ioseph, &c. & statim: Venite, sapiẽter opprimamus populũ. Rex ignorasse dicitur Ioseph oblitus sane beneficiorũ, quę abipso totũ illius regnum reportauerat, ob quæ nomẽ Saluatoris, & redẽptoris acceperat, obliuio hęc i

causa

causa fuit, vt tanti viri posteri misere tractarentur, & vt miserius infelix Rex periret. Si ergo obliuio beneficiorum temporalium, quæ vnus homo acceperat ab altero homine, tantorum malorum exordium fuit, qualia timere nocumenta poterunt, qui spiritualia plura, maioraq. beneficia a Deo acceperint? Miranda sane est hominis insania, immaneq. crimen, quo illius obliuiscitur, qui Dominus cũ sit omnium, nulliusq. egeat, dixit: Numquid obliuisci potest mulier infantem suũ, vt non misereatur filio vteri sui? Etsi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui, quoniam in manibus meis descripsi te, ne id accidere possit, & tamen nostram taxans obliuionem Deus dixit: Numquid obliuiscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ, populus vero meus oblitus est mei diebus innumeris? q. d. cum te tot ornauerim donis tibi desponsata (S. Thom.) quæ desponsatæ feminæ magnipendunt, semper & dona, & donantem oblita es, non vno, aut altero die, sed innumeris absque vllo termino, ita vt nusquam mei recordaremini. Et tandem in Ezechiele enarrat Deus innumera, quæ contulit illi populo beneficia, quæ recipere nullo modo merebatur, illeque transiens vidit Dominus conculcari in sanguine suo nudus, & confusione plenus: Et expandi amictum meum super te, indui te variis, & bonis, laui te a peccatis, vnxi te donis meæ misericordiæ, vestiui te discolorib. id est, variis ornamentis donorum, & calceaui te hiacyntho, id est, in affectibus animæ tuæ posui cęlestia, quæ cogitares, ad quæ aspirares, quorum amore accendereris, dedi armillas in manib. tuis. i. bona opera, & torquẽ circa collum tuum, vbi abstinentia significatur, corona decoris in capite tuo, victoriã aduersus vitia, & pręmiũ virtutis, & ornata es auro, & argento. i. charitate & eloquẽtia, similã, & oleũ, & mel comedisti. i. dedi tibi rerum omniũ abundantiam, & decora facta es vehemẽter nimis, non merito tuo, sed dono meo, & egressum est nomen tuum in gentib. i. nulla erat natio quę non admiraretur pulchritudinem tuã. Talisq. cũ esset, ad vomitum reuersa innumera patrauit mala, & exposuit fornicationem suã omni trãseunti, tamquam prostituta meretrix, quæ Regina prius fuerat, & quæ acceperas dona, ria idolis consecrasti. Et post omnes abominationes tuas, & fornicationes tuas, nõ es recordata dierum adolescentię tuę, quãdo eras nuda, & confusione plena, & in sanguine tuo conculcata. Ecce ego dabo te in animas odientiũ te, &c. & iudicabo te iudicio adulterarum, & requiescet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus a te, nec irascar amplius; talibus enim digna es, quæ oblita es beneficiorũ, quę in te contuli, cum tanta illa essent. Beneficia Dei non recordari grande malum est. libr. secundo, cap. decimo, num. vigesimo quarto, vigesimo quinto, vigesimo septimo, & vigesimo octauo, cap. duodecimo. num. primo, secundo, quinto, sexto, decimo octauo. 19. & 25. Beneficia Dei memoriæ habenda, vt Deo grati simus, lib. secundo. cap. decimo, nume. 24. & 25. cap. duodecimo. num. primo, vsque ad sextum 8. vsque ad 15. & 25. cap. decimo tertio, nume. primo, secundo. 11. 15. 16. 18. 20. vsque ad 30. Beneficiorum Dei obliuionem nunc curat dęmon hominibus suadere, vt ea exprobret i iudicio. li. secundo. ca. duodecimo. num. quinto. Beneficiorum optimus custos est ipsa memoria beneficij. lib. 2. cap. 12. num. octauo. Beneficia non in genere tantum, sed quæ in particulari cuiuis homini sunt exhibita, memoranda sunt. li. eodem. num. nono, vsq. ad 11. & 15. c. 13. nu. 21. vsque ad 29.

Hieron. 2. 22. q. 107. lib. 3. de benefic. Hom. 26. in Matth. Exod. 12. Exod. 16. Exod. 17. Gen. 28. 2. Reg. 24 Exod. 28. Exod. 1. Ezech. 16 Trihom.

Circa secundum ad gratitudinem excitabitur homo, si consideret, quam acriter Domini animus commoueatur aduersus ingratos, etiamsi ad horam dissimulet, qui omni pœna digni sunt, siue de ea loquamur ingratitudine, quæ reperitur in omni peccato, siue de forma li, qua actu beneficium contemnitur. Is enim, qui talis est, dignus est, cui vlterius beneficia non exhibeantur. Ingrati enim spes, ait sapiens, tamquam hibernalis glacies tabescet, ne, scilicet, fluant diuina fluenta gratiarum, sicut scriptum est in Ezechiele, vbi loquens Dominus in figura vineæ ad Hierusalem, cui folia, palmites, fructus Deus contulerat, & ipsa vidit altitudinem suam elato, scilicet, animo exultans, nec gratias referens Deo, quæ inde euentura illi essent mala referens dixit: Siccauit frumentum eius, marcuerunt & arefactæ sunt virgæ roboris eius. Vbi vrentem ventum vocat Propheta ingratitudinem, quæ illis perniciem machinata est. Sic aiebat Bern. Ingratitudo inimica est animę, exinanitio meritorum, virtutum dissipatio, beneficiorum perditio, ventus vrens, & siccans sibi fontem pietatis, rorem misericordiæ, fluenta gratiæ. Gratitudinem postulat Deus, non quod sibi vtilis sit, sed tibi, qua ad exhibenda & plura, & potiora beneficia reddaris idoneus, & ne ingratus pœnas tuas tanto sceleri debitas. Aiebat Chrysostomus homilia quadã in Matthæum, quod plagæ illatæ Israeliticulo populo in deserto, vbi tot millia perierunt ab exterminatore, in pœnam fuerunt ingratitudinis, dum peccantes Deum, qui eduxerat eos de domo seruitutis, a dura seruitute, qui pauerat eos cælesti pane, &c. offenderunt, &c. Quanto maiores dabimus Christiani pœnas, qui potiora a Deo recepimus beneficia? Harum magnitudinem persuadere volens Paulus Iudæis iam ad Christi fidem conuersis, inquit: *Si*, qui irritam olim faciebat legẽ Moysi, omni posthabita miseratione duob. testib. cõuictus de crimine occidebatur; quãto maiora putatis mereri supplicia, qui filiũ Dei cõculcauerit, & sanguinẽ testamenti pollutũ duxerit, & spiritui gratiæ cõtumeliã fecerit, in quo sanctificatus est? Sane hi grauius punientur propter maiorem ingratitudinem, quam filio Dei, qui pro ipsis mortuus est, exhibent, dum eius sanguinem peccãtes cõculcant, &c. Vn-

Sapien. 16 Ezech. 19. Hebr. 10. S. Tho. lec. 3

de infert: Mihi vindictam, & ego retribuam, quia iudicabit Dominus populum suum.

Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Immo cum de Philosophis loqueretur idē Apostolus, quod Deum, quem lumine rationis agnouerant, non glorificauerunt, nec gratias egerunt, propter hoc hac de causa tradidit illos Deus in reprobum sensum plenos omni immunditia, vt innumeris traderentur peccatis a Deo derelicti ob ingratitudinem; quid de his dicē dum est, qui lumine supernaturali, aliisque donis abutentes diuinis beneficijs redduntur ingrati? Si qui audierunt: Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me: cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit, id est, ego adoptaui eos in filios, illi autem ne hoc quidem fecerunt, quod faciunt animalia bruta, vt beneficijs vincerentur, talia perpessi sunt, vt a planta pedis vsque ad verticē non esset in eis sanitas, id est, ab infima plebe vsq. ad Regem, & Sacerdotes, & vt funditus perirent addidit: Ciuitates vestræ succensæ igni, derelinquetur filia Sion, sicut vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas, quę vastatur, id est, hæc vinea tamdiu habuit custodem Deum, quamdiu vberes attulit fructus, postquam autem vindemiauerunt eam omnes transeūtes viam Dæmones, demolitur vmbraculum Deus, vastatur ciuitas, vt cuncta funditus pereant: quid patiētur Christiani, qui ea receperunt beneficia, quæ farinon possunt? Talia certe passuros dixerat Paulus, tantoque maiora, quod illatas Iudæis pœnas in lege, licet grauissimæ illæ essent, vocauit vmbram earum, quæ passuri essent Christiani maioribus abutentes beneficijs. lib. 3. cap. decimo quinto. nu n. decimo sexto. & 19. lib. sexto. cap. vndecimo. nume. decimo tertio.

4 De beneficiorum contemptu, & abusu differitur lib. secundo. cap. decimo per totum. Beneficia sua narrat Deus, vt inde colligat hominum ingratitudinem, ibidem nume. 21. 22. 24. 27. & 28. cap. duodecimo. nume. decimo nono. capit. decimo quarto. num. sexto. Beneficia vacua non sunt in eo, qui gratus est. lib. secundo. cap. decimo. num. 25. Beneficiorum onus suauissimum est gratis, onerosum autē ingratis. lib. secundo. cap. duodecimo. numer. 23. Beneficia exhibet Deus, vt illis ad gratitudinem prouocetur homo. lib. secundo. capit. 13. nume. tertio; 11. 28. & 29. cap. decimo quarto. nume. sexto, & decimo tertio. Gratiarū actio iter est salutis nostrę. lib. secundo. cap. 13. num. octauo, & decimo. Gratias postulat Deus non vt ipse sublimetur, sed vt homo proficiat. ibidem num. decimo sexto, & decimo septimo. Gratiæ agendæ sunt Deo primo mane, vesperi, & nocte, ad quod aues etiam nos hortātur. lib. septimo. cap. septimo. num. sexto. vsque ad octauum. Gratias agere debet homo verbo, & opere, ibidem nume. duodecimo. Gratitudo fons est omnium bonorum, quam etiam bruta animalia docent. lib. secundo, cap. 13. num. 32. 33. 40. & 41. cap. decimo quarto. nume. 14. lib. septimo. cap. septimo. numer. septimo. Gratitudo ad noua beneficia recipienda disponit homines. lib. secundo. cap. decimo quarto. nu. decimo quarto. Ingrati taxantur, quod peiores sint brutis. lib. secundo. cap. decimo. num. decimo quinto. cap. 13. num. 40. Ingrati acriter reprehenduntur, & puniuntur. libr. secundo. cap. decimo. num. decimo quarto. vsque ad vigesimum. cap. 12. numer. 19. cap. 13. num. nono. 30. & 31. cap. 14. nume. primo. Ingratitudinis damna narrantur. libr. secundo. cap. decimo tertio. num. 30. & 31. cap. 14. nume. primo. septimo, vsque ad 14. Et lib. secundo. cap. decimo. num. 22. docetur, quod ingratitudo Christianorum incomparabiliter est maior, quam Iudæorum. Ecce in quo sita fuit huius alienigenæ laus, qui beneficium consecutus & verbo, & opere Deo gratias retulit, eorumq. condemnatio, quod fideles cum essent, redire contempserunt, vt darent gloriam Deo. Sed singula iam huius historię prosequamur verba, quę adnotatione sunt digna.

Dum iret Iesus in Hierusalem, transibat per mediam Samariam, &c. Moram facere non vult Dominus inter idolorum cultores, quales Samaritani erant, inter quos mansit duos dies, vt Ioannes refert tantum, vt eos doceret, ibi mā sit, breui autem vt nos, ne cum sceleratis longa miseremus colloquia. Cum terram Edom transiturus esset Israeliticus populus, misit Moyses Regi dicens: Obsecramus, vt nobis transire liceat per terram tuam, non bibemus aquas de puteis tuis, sed gradiemur via publica, nec ad dextram, nec ad sinistram declinantes, donec transeamus terminos tuos, tantum velociter transeamus. Quæ verba licet eo tenderent, vt certissimos redderent ciues Edom, quod ipsis nec vim, nec molestiam, aut nocumentum aliquod inferrent, significare etiam voluit Deus, ne morarentur inter infideles, a quibus multa possent ex conuersatione, & consortio reportare damna, sicut reportarunt ex Madianitarum consortio, cum quorum feminis fornicati sunt, & quorum idola coluerunt, & perierunt ab exterminatore. Et fortassis Deus prouidit imbecillitati Idæorum, dum viros Edom mouit, ne facultatem facerent transeundi, vt illi castra vertentes in desertum Cades hoc periculum euaderent. Quod animaduertens Salomon, immo illud expertus, dum Deos earum mulierum, cum quibus fuerat conuersatus, eisque effectus familiaris, misere adorauit, dixit: Ne miscearis peccatoribus, pedes enim eorum ad malum currunt, eis enim sociatus ab illis forte traheris, vt curras viam iniquitatis, quam ipsi currunt. Vnde sanctus Rex Iosaphat reprehensus est acriter a Iehu, quia amicitia iūctus est impio Regi Achab, his grauissimis verbis; Impio præbes auxilium, & his, qui oderunt Dominum amicitia iungeris, idcirco iram Domini merebaris. Et ascendens cum eo in prælium Iosaphat iustus mortis certum periculum subijt, nisi clamans agnitus esset a militibus Regis Siriæ, quod non esset Achab. Præceptum enim acceperant a Rege, vt solum hunc interficerent, & quia illi coniunctus est Iosaphat, in vitæ fuit discrimine amittendæ. Societas enim malorum vel peruertit imperfectorum virtutem, vel periculo exponit eos, qui cum eis conuersantur, vt indignationem Domini subeant, eiusq. flagella experiantur, dum amicitia coniunguntur his, qui inimici eius sunt, & quos coniunctos repererit percussor simili inuoluat pęna, sicut fecisset Angelus, qui euersurus Sodomam descendit, si extra vrbem egressus non fuisset Loth, & sicut aquis diluuij mersus interijsset Noe, nisi arcam ingressus perditissimorum hominum societatem aufugisset. Et sicut multis filiorum Israel accidisset, nisi fugissent tabernacula impiorum hominum, cū instaira Dei ignem misisset de cælo, vt eos cōsumeret, sic ille Propheta a Deo in Samariā missus in itinere a leone fuit interfectus, quia cum falso Propheta cibum sumpsit. Peccator enim, si non corrigatur, vnus cum sit, totam communitatem exponit periculo. libr. 14. cap. 1 . nume. 1. cap. 12. numer. 8. 10. & 21. Si autem perfecti non sunt, qui alios trahere possint, vt currant in odorem vnguentorum sponsi, trahentur sane ab illis, vt faciant mala. Nulla est enim in omnibus morbis pestis, quæ ita tactum sequatur, vt mali mores consuetudine sese insinuantes, & serpentes, vt cancer. Cum enim natura humana proclivior sit ad malum, fit vt sæpius boni a malis corrumpantur, quam mali a bonis corrigantur. Hac de causa præcipiebat Deus Iudæis, ne coniugia ducerent cū gentibus, ne scilicet malis infidelium moribus corrumperentur. Et filij Seth optimi quidē fuerunt, antequam filias Cain vxores ducerent, postea vero illarum consortio in tanta sese præcipitarunt scelera, vt eorum peccatis pene vniuersi homines diluuio sint deleti. Qua de causa accusabat Helin iustum Iob inquiens: Quis est vir, vt est Iob, qui bibit subsannationem quasi aquam? qui graditur cum operantibus iniquitatem, & ambulat cum viris impijs? In quibus verbis multum de Iob integritate, & virtute dubitabat Helin, quia ita viueret, vt de vitando malorum consortio sollicitudinē non haberet. Pollutumq. se fatebatur Esaias Domino, eo quod in medio populi polluta labia habentis habitaret. Diuina bonitate Iob in terra Hus inter sceleratos iustus est, Tobias in ciuitate Niniue, Hester in infideli ciuitate Susan, Daniel in Babylonia, Ioseph in Aegypto, Iacob in Mesopotamia, Isaac inter Geraros, & Dauid in terra Philistinorum, sed horum exemplo confidere nullus debet inter impios degens, sed timere potius, ne musca moriētes perdant suauitatē vnguenti.

6 Mali deuorare nituntur Sanctos, vt vtrorū-que sit vnum corpus, lib. 14. cap. 19. nume. 15. lib. 17. cap. secundo, numer. 27. Mali sicut pestilentia alij in alios conantur transfundere morbum suum, lib. decimo quarto, cap. octauo, numer. septimo, cap. 19. numer. 8. & 12. Mali facilius corrumpunt iustos, quam illi ab istis conuertantur. Lib. vndecimo, cap. quinto, num. 12. & in toto capite disseritur, quod malorum societas, & consilia vitanda sunt maxime ab imperfectis. Vide etiam libr. 9. cap. 19. numer. 8. 11. 12. & 14. cap. 21. numer. octauo, lib. 10. cap. nono, numer. 4. & 5. libr. 14. cap. quarto, numer. quarto. Hac de causa Iesus pergens in Hierusalem pertransiens ingressus est Samariam, & cū Ioannes ingressum Domini in ciuitatem Sichar, colloquiūque cum muliere Samaritana enarraturus esset, animaduertit, quod pergeret in Galilæam, oportebat autem eum transire per Samariam, quasi dicat, necessitate cogente Samariam venit, cum iter eius dirigeretur in Gallilæam, ad quod peragendum Samaritanos transire erat necesse, vt necessitate potius acti, quam voluntate, homines ad tempus, & breui temporis spatio cum impijs conuersarentur timentes, quæ inde euenire possent mala, idq. fecit Iesus, non timens periculum sibi imminens, nullum enim erat, sed prouidens suo exemplo illi, quod euenire hominibus posset ex malorum contubernio, quod frequens esset, & vt plurimum certum. Transibat etiam ne Iudæi scandalizarentur videntes Iesum familiariter conuersantem cum Samaritanis, quorum communicatio illis erat interdicta, vtpote quæ periculosa esset multum. Immo & Discipulis dixerat ipse: In ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. De vitando scandalo, vide lib. 16. cap. octauo per totum. Scandalo pusillorum prouideat homo, etiamsi conscientia sua secura sit in re, quam agere vult, lib. 12. cap. 1. num. 1. 2. 5. 6. 8. & 13. lib. 16. cap. 8. numer. 4. vsque ad 18. 24. & 26.

Cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerūt ei decem viri leprosi, &c. vsque ad illa verba: *Miserere nostri.* Protinus *cum ingrederetur occurrerunt*, ne si transiret Iesus, priuati manerēt remedio occasione prætereunte, quæ calua est, & reuocari non potest, cum transierit. Sicut quinque virginibus accidit, quæ cum de emendo oleo tempus deseruerunt opportunum, cum irent, vt emerent, clausa illis ianua est, ne ad nuptias ingrederentur. Vnde recte aiebat Salomon: Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis, & appropinquent anni, de quibus dicas: Non mihi placent, antequam tenebrescat sol, & reuertantur nubes post pluuiam, &c. id est, dum vales, & tēpore, quo liberum est ea, quæ sunt salutis tuæ, tota instantia agenda sunt. Ante languorem adhibe medicinam, & ante iudicium interroga te ipsum, & in conspectu altissimi inuenies propitiationem. Memento creatoris tui, antequam tenebrescat sol, & lumē, id est, ante

mor-

mortem, vel, antequam auferantur Prophetæ, Sacerdotes, & viri sancti, qui tuis damnis possint occurrere, & te a malis liberare. Est ergo sensus. Vtere donis gratiarum tuarum, dum tibi liberum est, nec differas, donec occurrat difficultas, vel obsistat impossibilitas, ne, quia non vis, dum potes, infligatur tibi non posse, cum velis. Memento creatoris tui, antequam reuertantur nubes post pluuiã, & est sensus: Quamdiu apertum est cælum mentis tuæ nubibus, id est, prædicatoribus, & paratur tibi a Domino pluuia lacrymarũ, & deuotionis. Aliquando enim Dominus huiusmodi nubes reuocat, & mandat eis, ne pluant super terram. Et infra: Memento creatoris tui antequam rumpatur funiculus argenteus, & recurrat vitta aurea, & conteratur hydria super fontem, & confringatur rota super cisternam, & reuertatur puluis in terram suam, vnde erat, id est. Memento Dei, antequam deficiat doctrina fidei, deficiat charitas. q.d. cuilibet nostrum: Dum traheris argenteo fune doctrinæ fidei, & catena charitatis Dei, & proximi curre ad Deum. Curre ad fontem sapientiæ, & festina implere hydriam, & bibe de impleta, ne forte super fontẽ conteratur hydria adhuc vacua. Vel hydria super fontem est, quoties cor humanum de mundo cogitat, vel ea, quæ sunt mundi desiderat, in fontem mergitur, quoties in eis delectatur. Sed hydria super fontem conteritur, quando homo in morte in mundanis desiderijs inuenitur, quando de fonte mundi bibere cupiens, morte præuenitur. Et confringatur rota super cisternam. Rota est cor humanum, quod rotari non cessat circa temporalia. Illis conteritur rota super cisternã, qui in amore diuitiarũ moriuntur sicut contigit diuiti Lucæ. Ne hæc tibi accidant, memento creatoris tui, id est iustitiæ eius, vt timeas, misericordiæ eius, vt speres, beneficentiæ, vt gratus fias, magnificentiæ, vt reuerearis & venereris eum, bonitatis, vt diligas, suauitatis vt esurias illum & sitias. Cũ primum Iesus animam tuam inuiserit, ab eo prostratus misericordiã posce, vt ingrediens ad te tecum cænare dignetur. Ne forte, si discesserit, fatigatus dicas cum sponsa: Quæsiui eum, & non inueni, & audias: Quæretis me, & non inuenietis, & in peccato vestro moriemini, quia vbi ego sum vos non potestis venire, quia cum posseris venire, renuistis. Vocanti Deo non respondere malum est grãde, lib. 2. cap. 11. num. 27. Deo vocanti incunctanter, & statim respondendum est lib. 4. ca. quarto, num. 1. vsque ad 3. 10. vsque ad 17. lib. 14. cap. 21. num. 61. Occurrunt quidem continuo leprosi Domino, sed a longe stantes clamauerunt, vt docerent quod semper abhorrnit Deus omnem immunditiam, maxime autem peccatorum, ideo voluit leprosos a commercio hominum longe esse. Sic in Leuit. de leproso scriptum est: Solus habitabit. Soldebant quondam boni reipublicæ rectores meretrices, & alias perditas feminas in sequestrem locum a suis ciuitatibus reijcere, ne illarum malos mores honestæ feminæ discerent, & eorum peccatis scandalizarentur. Nunc vero omnia confusa sunt, & permista, ita vt nescias inter castam, & peccatricem distinguere, eadem vestis. Det nobis Dominus tales reipublicæ duces, qui curent, & maxime publicos peccatores ab ea reijcere. Audiant quid dicat Paulus Corinthijs: Omnino auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes nominatur, vt vxorem patris sui quis habeat. Et vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit. Et in Numeris dixit Moysi: Præcipe filijs Israel, & emittãt e castris omnem leprosum. Ex quo loco discequantum abominetur Dominus voluntarias immunditias peccatorum, qui sic abominatur eas, quas homo inuitus patitur, & sine culpa. Inter Christianos in medio platearum innumera peccata cum totius reipublicæ nocumento, quod malum acriter flebat Esai. dicens: Morticinia eorum quasi stercus in medio platearum. Ciuitatis gubernatores non patiuntur sterquilinium esse in vrbe, ne oculos intuentium offendat, tum ne corruptione generetur pestis, quanto maiori iure peccata publica, quæ in scandalum sunt aliorum, ferẽda non essent? &c. Stant hi a longe nec appropinquare Domino audent, vt horum exẽplo peccator agnoscat se diuino cõspectu non esse dignum, vtpote qui Deo abominabilis, & fœtidus tot malis factus est, sicut dicitur ab Hieremia: Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. Et Regius Vates, dum peccata in memoriam reducit, ait: Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ. Et Ioel. Eum, qui ab Aquilone est, procul faciam a vobis, & expellam eum in terram inuiam, & desertam (Asirios, scilicet, & Chaldæos) & ascendet fœtor eius, & ascendet putredo eius, quia superbe egit. Peccati fœtor, & infirmitas ingens est, quæ nisi cognouerint peccatores, non gemunt, libr. 14. cap. 6. numer. 36. cap. 17. nume. 24. & 25. Peccata & vulnerant, & confringunt animam lib. 14. cap. 17. numer. secundo. Clamabant hi, quia peccator cõuertere se debet ad Deum statim eius auxilio requisito, lib. quarto, capit. 14. numer. 1. & 2. Peccator Dei vultum formidat videre, lib. quarto, cap. 20. num. 18. Peccator lectulus est fœtidus sponsi, ad quem impudenter vocat Deum, lib. 14. cap. 17. num. 30. Clamantes autem leprosi dicunt: *Iesu præceptor miserere nostri*. *Nostri* dicunt, vt declaretur his verbis, alterum pro alterius salute sollicitum fuisse, iuxta illud Iacobi: Orate pro inuicem, vt saluemini, ne homines quærant quæ sua sunt tantum, non quæ aliorum. Hac ratione cum Dominus in oratione Dominica prælibatis paucis verbis orandi modum homines docuit, id fecit inquiens: Dicetis: Pater noster, id est, ea sollicitudine, quæ

quæ bona sunt fratrũ, poscere debetis a Deo, qua frater de salute fratris, quem multum diligit, sollicitus est. Et hac de causa petitiones voluit esse cõmunes: Panem nostrum, &c. Aiebat enim Origenes, quod sicut musica demulcet aures, vbi consonant voces, si autem non concordauerint, audientium animos interturbant promiscuæ voces ordine carẽtes, sic orationes nostræ diuinis auribus sunt gratissimæ, si orantium animi concordauerint, & quilibet nostrum ante pedes diuinæ misericordiæ prostratus ita propriæ saluti intentus est, vt de aliena sollicitudinem gerat. Hoc signo signatæ orationes nostræ & agnoscuntur, & approbantur a Deo, quales illæ erant, quas lacrymis sociabat Hieremias dicens: Defecerunt præ lacrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea, effusum est in terra iecur meum super cõtritionem filię populi mei, cum deficeret paruulus, & lactens in plateis oppidi. Orationes non audit Deus, nisi concordes fuerimus, lib. 13. cap. 5. num. secundo, quinto, & decimo septimo. Orationes, quæ pro toto populo fiunt, clamores sunt, lib. decimo tertio, cap. 7. num. 9. Oratur Deus vt pater noster, quia generalem orationẽ docuit facere pro fratribus, lib. 13. cap. octauo, nume. 1. 3. 5. 6. & 12. Proximi vtilitati qui consulit, in ea inuenit suam, sicut qui periculum alienum contemnit, in eo inuenit proprium, libr. primo, cap. 15. num. 8. & 9. cap. 16. numer. 16. Proximi salus taliter quærenda est, vt etiam propriã curet homo, nec propria salute contentus sit homo, lib. 1. cap. 16. numer. 15. & 16. lib. 14. cap. 28. numer. 11. & 20. Bono communi, non soli proprio intenti sint homines, lib. primo, capit. 15. numer. 4. 6. vsque ad 9. & 23. cap. 16. numer. 17. & 18. Sic hi leprosi sanitatem a Deo consecuti sunt, dum quiuis illorũ de salute alterius sollicitus fuit. Vocant eum Saluatorem Iesum, in quo solo veram quærebant salutem omnium, Dominus, qui non mortificat, & viuificat, illum præceptorem vocant, cui obedire essent parati in omnibus: *Miserere nostri*. Vltro aperientes, & confitentes suam miseriam, & qui nulla possunt allegare media, ad misericordiam confugiunt, sicut orabat Daniel dicens: Non in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Sic Dauid: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Misericordiam Dei non potentiam postulant vanitas, & miseria nostra, lib. quarto cap. septimo, num. 25. & 26. Homo tantis miserijs plenus Dei auxilio multum eget, lib. quarto, capit. 16. nume. 2. & 3.

9 *Ite, ostendite vos Sacerdotibus. Et factum est dũ irent, mundati sunt.* Vt vidit eos Iesus, de salute eorum sollicitus fuit. Oculi enim eius super riuulos aquarum, vt prouideant necessitatibus nostris. De cælo respexit Dominus, vidit omnes filios hominum, &c. Sequitur: Vt eruat a morte animas eorum, & alat eos in fame. Cum autem auerterit Deus oculos ab homine, efficitur continuo conturbatus. Estq. hæc ingens indignatio eius, sicut quondam minabatur Iudæis dicens: Cum extenderitis manus vestras, auertã oculos meos a vobis. Deus firmat oculos suos super iustos, quia ipsi leuant proprios in eum, lib. quarto, cap. 26. numer. octauo. Deus respicere dicitur solos iustos, hoc est, diligere, num. 10. Intuitus hos dixit: *Ite, ostendite nos Sacerdotibus*, vt Sacerdotes doceret honorandos. Antiquos enim veteris legis Sacerdotes intererat de lepra iudicium ferre, & etiam de sanitate cõsecuta. Multo magis honorandi sunt Sacerdotes nouæ legis, quibus datum est, & de interna animæ lepra iudicare, & leprosum sanguine Christi mũdare, pristinæq. restituere sanitati. Nec mundaberis, nisi pedibus Sacerdotum prostratus iaceas, vel firmum habeas propositum id faciendi. Contritio enim, qua peccata soluuntur, propositum includit confitendi. Confessio resina est in Galaad manu Sacerdotum imposita, vt sanetur homo, lib. 3. cap. 22. num. 12. Confessioni templum locus est aptus, in quo Sacerdotes clamant ad Deum pro populo lib. decimo quarto. cap. vigesimo tertio, numer. decimo tertio. Sacerdotes tigna cedrina recte dicuntur in domo Dei, libr. 16. capit. primo, num. quarto. De honore Sacerdotibus exhibendo vide lib. 16. cap. 2. Numer. 4. & 10. docetur, quod supra Reges, & parentes sint honorandi. *Ite, &c.* Et continuo nihil respondentes proficiscuntur. Non dicunt: Vt quid nos mittis nondum curatos ad Sacerdotes? Semel enim illi nos iuxta legis præceptum lepra infectos exposuerunt, quod eorum erat munus ab hominũ consortio pulsi, non de lepræ morbo dubitamus, cõtractam autem leprã semel illi nequaquam tollere possunt, sed tantũ pro curata sacrificium offerre: frustra ergo nos mittis ad illos, cum nec sanctam ingredi ciuitatem nobis est concessum. Nihil tale cogitãt, sed simplici fide obediunt. Non indignantur, sicut quondam Naaman Syrus, eo quod Elisæus Propheta rogatus, vt eum a lepra curaret, non descendit, vt eum tangeret, sed misit vt lauaretur septies in Iordane, qui obedire renuens recedebat indignans, sed incunctanter obedientes, dum irent mundati sunt. Obedire enim expedit, non arguere, sicut olim Gedeon, qui iussus solis trecentis viris, illisq. lagenis, & faculis armatis innumerabilem Madianitarum multitudinẽ aggredi, excusationem non texens aliquam profectus mirabiliter de hostibus triumphauit. Obediendum est statim, & incunctanter Deo, lib. 4. ca. 4. numer. 1. vsque ad 3. 14. vsque ad 17. lib. 13. cap. 1. num. 2. 3. & 9. lib. 14. capit. 17. numer. 22. Obedientiæ & vtilitatem, & necessitatem ostendere voluit Deus prohibens Adæ esum pomi, lib. decimo tertio, cap. primo, num. 10. & 11. Obedientiæ perfecta forma ostensa est in Abraham, ibidem num. 14. 23. & 24. In hoc

eodem

Esai. 5. *Num. 5.* *1. Cor. 9.* *Esai. 5.* *Hier. 2.* *Psal.* *Ioel. 2.* *Luc. 12.* *Apoc.* *Cant.* *Ioan. 8.* *Leuit. 13.* *Oleaster.* *Psal. 29.* *Esai. 1.* *4. Reg. 5.* *Iudicũ. 7.*

eodem libro differitur etiam late de obediẽtia, quæ Prælatis exhibenda est.

10 *Vnus ex illis vt vidit, quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum.* Quasi qui Samaritanus erat legisset: Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Cumq. audiret: *Nonne decem mundati sunt?* Cum his verbis Dominus videretur & compellare, & interrogare Samaritanum, ille tamen non solum gratus extitit, sed etiam modestus obmutuit, vtpote qui venerat suo functurus officio, non autem accusaturus alios. Cum autem dicit: *Non est inuentus qui rediret, &c.* his verbis & reliquorũ ingratitudinem taxat ex comparatione ipsorum cum hoc alienigena, & huius gratitudinem ex comparatione eius cum reliquis magis extollit. Cæterum in hoc alienigena discere licet, quod nihil cuiquam obest ad hoc, vt Deo placeat etiamsi maledicti sit generis, modo bonam habeat voluntatem, vt nullus gentilis desperet, & nullus de sanctis parentibus glorietur, vide de re hac late lib. sexto, cap. quinto. Hic alienigena, in quo defectus tolerabilis extitisset, reuersus est, non autem Iudæi fideles, qui arctiori vinculo ad gratitudinem tenebantur. Peccata enim plebis non ea inferunt nocumenta reipublicæ, quæ peccata Prælatorum, religiosorum, & Sacerdotum. Hi enim iram Dei multo vehementius excitant. Vide in indice Sacerdotum, & Religiosorum peccata, &c. *Nonne decem mundati sunt?* Non est Deo familiare improperare peccata, vt Iacobus ait: Qui dat omnibus affluẽter, & non improperat, sed ingratitudo nostra eum ad id quodammodo cogit, sic in Deuteronomio refert beneficia: Non veterauerunt vestimenta vestra, &c. Et ad Dauid dicit: Ego te tuli de ouibus patris tui, &c. lib. 2. cap. 10. nu. 21. 22. 24. 27. & 28. cap. 12. nu. 19. cap. 14. num. 6.

Psal. 102

Deut. 19.

2. Reg. 12

DOMINICA DECIMAQVARTA post Pentecosten.

Euangelium.

Nemo potest duobus Dominis seruire: Matth. 6.

Vide lib. 4. ca. 42. nu. 10. & 11. lib. 11. cap. 12. num. 30. lib. 1. cap. 17. nu. 10. & 20. lib. 2 c. 16. nu. 4. & 5. lib. 3. ca. 1. nu. 5. lib. 4. ca. 3. nu. 26. ca. 36. nu. 4. vsque ad 6. ca. 41. nu. 5. 12. & 13. ca. 42. ubi docetur quod dominis multis, ipsisq inter se contrarijs simul seruire non possumus lib. 13. ca. 5. nu. 6. lib. 18. cap. 10. nu. 9. lib. etiam 4. cap. 29. per totum.

Dominica 14 post Pentecosten.

IN hoc capite Dominus rationibus efficacibus a diuitiarũ studio auocauit homines, in Euangelio autẽ hodierno tertio vtitur medio superioribus efficaciore, dũ probat, non posse animum esse distractum in diuersa, & simul ostendens quantum malum sit studium pecuniarum, & quantum lucrum illarum contemptus. Vt ergo hanc colligat conclusionem, quæ totius est vitæ Christianę summa, & breuis epilogus, in quo sane omnia clauduntur ad salutem necessaria, si recte, & efficaciter regnum Dei, & iustitia eius quęrantur, reliqua autem, quæ temporalia sunt, tamquam adiectamenta, & accessoria sperentur, tribus vtitur medijs, quibus moueri animus hominis debet ad id præstandum. Primum, quoniam ex nimia rerum temporalium sollicitudine illarum efficimur mancipia, & viles serui reiecto veri Domini nostri seruitio, & gratissimo, & honorificentissimo, cui seruire regnare est, ad cuius pedes procidũt, qui coronis decorantur in cælo, & Regũ hæc summa gloria est, vt coram illo procidant, ipsumq. adorent, vt supremum omnium Regem, in cuius famulatu tota consistit hominis felicitas. Secundo, ad quærendum primum regnum Dei posthabitis, & neglectis cunctis terrenis, mouere nos debet illius summa prouidentia, qui Deus cum sit, omniumq. rerũ conditor, pater noster est, cuius interest prouidere bona filijs, quæ necessaria iudicauerit, non eorum vanitati, sed necessitati, & cælestis cum sit, potens erit, vt ea nobis conferat, quæ voluerit, vtpote cuius potentia tanta est, quanta & voluntas, nec terrenis patribus similis est, qui thesaurizant filijs, quæ possunt, & non quæ volunt. Tertio moderandus est appetitus diuitiarum, cum temporalia bona contemptibilia sint, & vilia, vtpote quę habent homines communia cum pecudibus, auibus, & plantis. Circa primum, cum Deus hominem de limo terræ condidit, & cũ illum in paradisum voluptatis introduxit, vt operaretur illum, cum iustitia originali, & gratia ornatum protulit, nomen Domini dedit Moyses Deo dicens: Formauit igitur Dominus Deus hominem, &c. & infra: Tulit Dominus Deus hominem, & posuit illum in paradisum voluptatis, vt consideraret Adam, animaduerterent & posteri eius hanc esse hominum dignitatem, vt omnium rerum cõditori tantum subijcerentur cunctis rebus temporalibus neglectis, quibus subijci indignum esset homini. Quapropter antequam hominem Deus conderet, arborem creauit in paradiso scientiæ boni, & mali. Quæ arbor tale nomen accepit, vt ex ea dignoscerent homines, quid commodi consequerentur homines Deo subiecti, quidq. incommodi id non facientibus accideret. Qua de re omnium rerum creationem referens Moyses semper dixit: Vidit Deus hoc, aut illud, fecit Deus hoc, aut illud, cum autem retulit ingressum hominis in paradisum, his verbis vsus est: Sumpsit Dominus Deus hominem, &c. Quare hoc? Numquid aliarum rerum Dominus non erat, qui cuncta ex nihilo creauerat? Vtique, Sed quia

Genes. 1.

Apocal.

Aug. lib. 7. de gene. ad lit.

quia hæc in gratiam hominum, & illorũ ædificationem dictabat Moyses cum primum hominis creationem retulit, aut in paradisum ingressum, Deo nomen dedit Domini, cuius serui esse deberent homines perpetuo, vt in bono conseruarentur accepto, & paradisum tuti possiderent. Hæc Augustinus. Sed quãuis serui nominemur, ista est vera hominis libertas, sicut optime docet Gregorius exponens verba illa Iob: Quis dimisit onagrum liberum, & uincula eius quis soluit? inquiẽs: Per onagrum intelliguntur illi, qui remoti a turbis sæcularibus conuersantur; qui dicuntur liberi, quia magna est seruitus sæcularium negotiorum, quibus mens vehementer atteritur, quamuis in eis sponte desudet. Hanc deserit miserandam seruitutem, qui nihil iam in mundo concupiscit, qui e ceruicibus iugũ iam proiecit eorum desideriorũ, quibus premuntur mundani, liber is est, quia nec appetit prospera, nec formidat aduersa. Reprobi autem hanc veram libertatem nec agnoscentes, nec magni pendentes toti seruiunt honoribus, diuitijs, & delicijs gratissimo Dei seruitio contempto, sicut ipse Hieremiæ aiebat verbis, quibus hominum insaniam, & malitiam vehementer increpabat dicens: Ite ad insulas Cetin, & videte, & in Cedar mittite, & considerate vehementer, & videte si factũ est huiuscemodi, si mutauit gens Deos suos, & certe ipsi non sunt Dij. Populus vero meus mutauit gloriam meam in idolum. A sæculo cõfregisti iugum meum, rupisti vincula mea, dixisti: Non seruiam viro, scilicet, vel marito. In omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix. Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, dum cælestibus bonis contemptis terrenis inhiant amentes magno labore perpesso dum cisternas, lacusq. fodiunt attritos, qui aquas exstinguendæ siti aptas retinere non possunt. Mira res quod inter omnes creaturas corporeas nulla diuinam repudiauerit seruitutem vno homine excepto. Vanitati creatura subiecta est non uolens, id est, mutabilitati, & circulationi cæli subditi sunt, sed propter eum, qui subiecit eam, in spe id muneris indesinenter exequitur, donec deponente Deo liberetur a seruitute corruptionis, & consummato sæculo conquiescat. Nec id solum mirandum est, sed illud multũ, quod cum ingens & propensio, & perfectio sit ignis v.g. comburere, & aquarum fluere, & ille refrigerat, & istæ sistunt, cum primum ea fuerit Dei voluntas, solo homine diuinis præceptis frequentissime renitente. Qua propter adnotauit Augustinus elegãter, quod cum in rerum omnium creatione, cum primum creaturam aliquam condebat, aiebat: Vidit Deus lucem, quod esset bona, &c. id Moyses cum hominis creationem referret, non dixit, cum tamen is longe perfectior cæteris creaturis esset. Quod non casu factum est sane, sed quia ille inter cæteras creaturas diuinum post paululum subterfugere debebat imperium se creaturis subijciens. Nec poterat duobus dominis seruire, quorũ alter Deus, scilicet, iuberet, vt propria largiretur, alter, vt aliena raperet, Deus vt homo non sibi viueret, sed ei, qui illum in gratia condiderat, Sicut enim Elias Iudaico populo dixerat: In duas partes claudicare nullus debet, sed Dominus sequendus est Baal contempto, aut isto repudiato Deo vero adhærendum est. Obediunt Deo cuncta creata vno homine excepto lib. 11. cap. 3. numer. 8. 23. vsque ad 25. lib. 12. cap. 4. numer. 3. Deus & diabolus contraria iubent, vnde vtrique seruire non possumus, lib. 4. capit. 42. numer. 4. & 11. Deo subdi debet anima, passionibus autem dominari, lib. 4. cap. 20. numer. 5. 9. 10. & 13. Aiebat Gregorius, quod cum Iacob cum Angelo luctaretur, victo eo tetigit luctatoris femur, & emarcuit neruus, & claudicabat qui contra supernum spiritum præualuerat. Quo facto significare Deus voluit, quod cum is per cęlestę desiderium cognoscitur, omnem in nobis voluptatem carnis arefacit. Post suauem agnitionem Dei, vnus in nobis pes sanus remanet, atque alius claudicat, quia necesse est, vt debilitato amore sæculi conualescat ad amorem Dei omnium temporalium oblitus, dum soli pedi, qui sanus est, innititur cælestium, scilicet, dilectioni. At vero qui relicto vero Domino, qui Deus est, diuitijs subditur, dæmonem habet Dominũ. Vnde pulchre adnotauit Augustinus, quod in Genesi habemus, quod Cain primus condidit ciuitatem, quod de Abel non legimus, primusq. ciuitatis terrenæ conditor fratricida fuit innumeris implicitus sceleribus, in quæ fæde ruere consequens erat eum, qui primus ædificandæ ciuitatis intentus erat, amplificandisque honoribus, & diuitijs; frater vero eius peregrinus erat huius ciuitatis, quod nemo posset duobus dominis seruire. Verusq. Israelita abominationes Aegyptiorum immolat Domino Deo suo, id est, ea quæ Aegyptius amicus huius sæculi pro Dijs colit, mactat, quorum amore non implicatur. Sicut enim Dagonis simulacrum non potuit simul cum arca Dei erectum stare, & pallium breue duos operire non potest, væq. dicitur peccatori terram ingredienti duabus vijs, ita Deo & mammonæ simul seruire nullus potest, contenditurq. terram ingredi varijs vijs homo, quando Dei est, quod opere exhibet, & mũdi, quod per cogitationem quærit, cum docente Chrysostomo omni tyranno grauior sit pecuniarum cupiditas. O amarum seruitium eorum, qui cum arctissimis catenarum vinculis constringantur, libertatem recusant oblatam. Cumq. inter omnia animalia solus homo erectus sit conditus, luminibus cælum spectantibus, vt rebus terrenis contemptis cælestia desideraret, sectaretur, & sapere-

3. Reg. 18.

Hom. 14. in Ezech.

15. de ciuit. Dei cap. 1 l

Genes. 4.

Exod. 8.

1. Reg. 5.

Esai.

Eccles. 2.

Greg. 1. moral. ca. 12.

Chrysost. ho. 58. in Ioan.

ret,

ret, ille comparatus iumentis insipientibus, illisq. similis effectus sola temporalia concupiscit, quoniam vt idem Chrysostomus aiebat: Aurum homines esse homines non sinit, sed in dæmones & beluas mutat. Hæc est prima ratio, quæ immunes reddere debet homines ab inordinato temporalium amore, ne seruus reddatur eorum, seruitio Domini, in quo vera libertas est, à se abdicato, quam libertatem qui contemnunt, dum viuunt sæculo seruientes, in futuro seruient perpetuo, lib. decimo, capit. quarto, numer. secundo.

Hom. 39. in 1. ad Cor.

3 Libertas vera in sapientibus & iustis solum est, mali autem, etiamsi imperent, serui dicendi sunt, ibidem numer. tertio, vsque ad 7.9. vsque ad 11.16.19.& 20. Liberi effici non possunt homines, nisi omnia terrena contemnant, ibidem numer. 9. 19. & 20. Seruitus enim iustorum vera libertas est, ibidem numer. 14.15.& decimo septimo, lib. 11. cap. tertio, numer. 26. Seruitus vera in solis peccatoribus reperitur, ibidem numer. 6.7.9. 11.16. vsque ad vigesimum. Amor Dei, & mũdi simul esse non possunt, lib. primo, cap. 18. numer. 2.21.22.25.26.29. vsque ad 31. libr. 4. cap. 42. numer. primo, vsque ad 4. & 10. Bona temporalia contemnenda docuit Deus, dum homines condidit erectos, lib. secundo, cap. 15. numer. 31. Bonis temporalibus dum intentissimi sunt mali Deo non attendunt, lib. secundo, cap. 19. numer. 20. & 26. cap. 20. num. decimo quarto. Bonis temporalibus vtendum est, non fruendum, lib. sexto, cap. decimo quarto, numer. primo, vsque ad sextum. Diuitijs seruientes graui subijciuntur tyrannidi, lib. primo, cap. 17. numer. decimo, vsque ad 12.22.& 26. cap. 24. numer. 11.14.22. & 31. lib. secundo, cap. 18. numer. 1. vsque ad 8. lib. quarto, cap. 38. numer. 8.9.& 14. capit. 40. numer. septimo, & octauo. Diuitiæ aurea imago sunt, quam impius Nabuchodonosor iubet adorare, lib. secundo, capit. decimo quinto, numer. decimo sexto, lib. quarto, cap. 41. numer. secundo. Diuitijs & Christo simul seruire non possumus, lib. quarto, cap. 42. numer. 5.7.& 9. Diuitiæ mammona iniquitatis cur dicantur, lib. decimo octauo, cap. duodecimo, numer. nono. Diuites auari diuitiarum sunt serui, lib. primo, cap. 24. numer. 37. lib. quarto, cap. 28. numer. quinto, cap. 41. numer. quinto. Diuites Christiani tenentes temporalia non teneantur ab eis, lib. quarto, capit. 41. numer. 9. & 10. Auarus seruus est pecuniarum, non Dominus, lib. quarto, capit. vigesimo octauo, num quinto.

4 Altera ratio, quæ mouere homines Christianos debet ad quærenda ardenti animo cælestia expectantes pro adiectamentis terrena, illius est prouidentia, qui pater cælestis illorum est, qui cum pascendis auibus, induendisq. lilijs tam sit intẽtus, maiorem multo geret sollicitudinem hominum, qui in maiori dignitate sunt conditi, ad maioraq. conquirenda bona creati, quorum benignus est pater Deus. potensq. cum sit cælestis, nec ignarus, scit enim quod his omnibus indigetis. Si essent superflua temporalia, non ita possemus de eorum suppeditatione confidere, nunc vero cum sint necessaria, prorsus oportet ambigere. Nullus enim est pater, qui cum possit, & nouerit filiorum indigentiam, illis non prouideat. Si filij hæredes sumus Dei, cohæredesq. Christi in cælestibus, & diffidimus quod accipiemus ea, quæ victui & vestitui fuerint necessaria? Maxime cum patrum dixerit Paulus proprium filijs thesaurizare, illorumq. indigentiæ prouidere. Cum semel Seraphicus pater Franciscus a patre terreno increpareturr, quod eius dilapidasset bona, & funiculo mordentisq. lanæ pauperi tunica contentus incederet frigore, nuditate, & indigentia morti proximus, respondit: Vsque modo te vocaui patrem in terris, nunc autem protectione tua iam destitutus confidenter dicere non verebor Deo: Pater noster qui es in cælis, a quo valẽtiori iure expectabo, quæ a te accipiebam, cum officio patris fungereris. Pater vestit lilia, pater pascit aues, & auarus erit in filios? Quia cælestis est pater terrenis posthabitis benedicit nos in benedictionibus cælestibus, superabundantes porrigit diuitias gratiæ suæ in bonitate super eos, qui filij eius sunt, has ab eo expectare debent exemplo illius, de quo aiebat Paulus quod fide demoratus est in terra repromissionis, tamquam in aliena in casulis habitando cum Isaac, &c. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus. Et Moyses pro maioribus diuitijs habuit improperiũ Christi, quam thesauri essent Aegyptiorum, ad quos vocabatur, cum in filium adoptaretur a filia Pharaonis, cuius adoptionem recusauit, qui patrem agnoscebat in cælis, qui & regnum Dei suis largiebatur, & his terrena adijciebat bona victui, & vestitui necessaria. In Leuitico aiebat Deus: Non augurabimini. Mirum valde est quam sollicitus sit fere omnis homo ad futura inquirenda, & perdiscenda: Et ad quid putas? Vt sibi possit prouidere tam mala, quam bona. Dominus vero vice versa docuit nos hæc negligere, quia voluit ab eo pendere nos, eum cogitare prouidum patrem, qui nostris indulget necessitatibus, in quem cogitatum nostrum iactare debemus. Et in Leuitico cum iussisset Dominus, vt septimo anno, nec agri colerentur, nec vineæ, & quæ sponte gigneret humus non meterent. Quod si dixeritis: Quid comedemus anno septimo, si non seuerimus, neque collegerimus fruges nostras? Dabo benedictionem meam nobis anno sexto, & facietis fructum trium annorum. Vult nos Dominus cogitatum nostrum iactare in ipsum, facere leges eius, & non sollicitos esse quid nobis desit, quoniam nouit vno anno mittere benedictionem suam, & facere terram pro triennis fructificare. Audi te patrem habere

Hebr. 11.

Leuit. 19. Oleaster.

Leuit. 25.

bere Deum, qui continua cura super te inuigilat. Sic Israelitico populo dicebat Deus:

Deut. 11. Oleaster.

Terra, ad quam ingredieris possidendã, non est sicut terra Aegypti, &c. sed montuosa est, & campestris de cælo expectãs pluuias, quam Dominus Deus tuus semper inuisit, & oculi illius in ea sunt a principio anni vsque in finẽ eius. Si ergo obedieritis mandatis meis, dabo pluuiam temporaneam, & serotinam, vt colligatis frumentum, & vinum, & oleum, fenumq. ad pascenda iumenta. Qua in re pulchre docemur, tanto melius nobis esse, quanto fuerimus magis ad oculos Domini suspensi. Oculi enim Domini semper sunt super terram iustorum, eorum cibum, & potum curans. Nec solum eorum terram, sed etiam iumenta eorum gratia curat, vt herbam iumentis alendis in agris eorum producat. Et

Genes. 45.

in Genesi Ioseph dixerat fratribus: Misit me Deus ante vos, vt videas miram curam Dei

Genes. 3.

in suos. Et primis parentibus fecit Deus tunicas pelliceas, vt videas quod in nullo Deus

3. Reg. 19

suis deficiat. Eliæ egenti Angelus panem subcinericium attulit, & vas aquæ, eius vitæ

Dan. 14

& incolumitati prouidens, & Danieli in lacu leonum incluso intulit prandium Abacuc ab Angelo in cincinno capitis vectus a Iudæa in Babyloniam, ne Propheta pater Daniel fame

Num. 4.

interiret. Vnde præcipiebat Deus: Pones super mensam meam panem iugiter, vt intelligerent Iudæi, quanta cura Deus suos aleret.

Exod. 25.

Et vt cõtinuæ indigẽtiæ nostræ memor esset, ante se voluit esse panes propositionis, sicut pia mater panis frusta ante se ponit, vt parvulis frequenter egentibus subueniat. *Pater*

Iob 38.

cælestis, qui pascit volatilia, vtique pascet filios suos. Iob late explicat Dei prouidentiam erga animãtia bruta: Quis præparat coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad Deum vagantes, eo quod non habeant cibos? &c.

1. Petr. 5.

Et Petrus Apostolus: Omnem sollicitudinem vestram proijcientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis, quorum seruitio cuncta

Genes. 2.

condidit dicens: Dominamini piscibus maris, & volatibus cæli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram. Dei prouidentia erga homines, lib. 1. cap. 6. numer. 21. & 22. lib. 4. cap. tertio, numer. 8. 9. 14. 24. vsque ad 26. Vide multa de prouidentia Dei in lib. isto quarto, cap. tertio, & cap. 16. numer. 1. cap. 24. num. 1. Cap. etiam 13. docetur, quod Dei prouidentiam negantes in magna veniũt mala, numer. 12. decimo quinto, vsque ad 18.

5 Tertia ratio, propter quam reuocare debent homines animos ab inordinato amore rerum temporalium, ea est, qua vilia sunt, vtpote quæ communia sunt brutis, & plantis. Contemptum diuitiarum multa sunt quæ suadent homini Christiano, inter quæ non infimum locum obtinent, quæ gentiles homines solo lumine naturali dictante & docuerunt, & fecerunt, quorum meminit Augustinus, & inter multos de Rufino refert Romanorum Consule, quod cum in tanta dignitate e viuis decessisset, eleemosyna emendicata fuit, vt sepulturæ traderetur. Memorat etiam de Quincio Cincinnato, quod ab aratro tractus est, vt officio Dictatoris fungeretur, quod supremum munus inter omnia erat, partisq. ingentibus de hostibus victorijs ad pristinam paupertatem libenter reuersus est. Cumq. Pyrrhus Epirotarum Rex quartam regni sui partem Fabricio obtulisset, vt ipsum comitaretur, paupertatem noluit deserere, vt oblatis diuitijs, & ciuitatibus potiretur. Rufinumque Senatoria dignitate priuarunt Romani, eo quod in eius domo parum summam pecuniæ inuenissent. Et in libro soliloquiorum aiebat idem Augustinus, quod vnus Ciceronis liber facile ei persuasserat diuitiarum contemptum; sed si prouenerint, sapientissime atque cautissime administrandas esse, ita vt licet homines temporalia teneant, non teneantur ab eis, nec ipsas anteponãt Christo, aut aliquam in ipsis spem collocent. Crates ille celeberrimus Thebanus, simulq. ditissimus cum nauem ingressus Athenas pergeret, vt philosophiam disceret, omnia bona in mare proiecit dicens: Ite cupiditates malæ, ego vos mergam, ne ipse mergar a vobis. Ciceroq. in Paradoxis aiebat diuitias bonorum nomen non mereri, aiebat enim: Si opes sunt bonæ, cur non faciunt possidentes bonos? Chrysostomus etiam miram docet concertationem duorum hominum, & litem inde exortam, quod cum vnus alteri agrum vendidisset, in quo thesaurus postea repertus fuisset, neuter illum accipere volebat, sed rationibus suadebat vnusquisque eorum alterius esse thesaurum non suum, cumq. neuter alteri persuadere potuisset, vt thesaurum acciperet, iudicem adierunt. Diuitiæ exemplo gentilium contemnendæ sunt lib. secundo, cap. decimoquinto, numer. nono, vsque ad 12.32.37.38.44.46.& 47. capit. decimo sexto, numer. septimo, & octauo, cap. vigesimo, numer. quarto, sexto, & septimo, libr. quarto, capit. quadragesimo secundo, numer. quinto. Paupertatem amabant Philosophi, quam vocabant philosophiæ nutricem, libr. secundo, capit. decimo quinto, numer. duodecimo, lib. decimo quarto, cap. 3. numer. 14.16.& 17. Socrates illum vocabat ditiorem, Dijsq. similiorem, qui paucis contentus viueret, eo quod paucarum rerum is indigeret. Vnde cum Archelaus illum vocaret, vt diuitijs, & donis multis honoraret, ire recusans dixit, fontes esse Athenis, vt biberet, & panem non deficere, quo sustentaretur. Qua ratione ductus potentissimus Macedonum Rex Alexander, cum voluntariam Diogenis animaduertisset paupertatẽ, dixit: Si Alexander non fuissem, & mihi optio daretur inter omnes mortales Diogenẽ esse libenter eligerem, cuius vitam, & egestatem, cunctarumq. rerum contemptum admirabatur. Contẽpserũt diuitias Sancti, & omnes illi, qui virtutis arctam viam amplectebantur, huitq,

Hieron epist. ad Iuliã.

Chrysost. ho. 30. ad popu.

li. 5. de ciu. cap. 18.

in religionum Patriarchis hæc communis omnium mens, vt paupertatem cuncti religiosi profiterentur, hæcq. vna communis cunctis fuit via, etiamsi in alijs multis semitæ iustitiæ, per quas ducebantur, variæ essent. Primiq. credentes qui cor vnum, & animam vnam habebant in Domino, tantæ concordiæ auctorem habuerunt diuitiarum contemptū, quæ erant illis omnia communia, friuolaq. illa verba: Meum, & tuum, quæ tot bella mundo inuexerunt, ex sancta illa Ecclesia erant exterminata, cum enim ad fidem veniebant, diuitias ponebant ad pedes Apostolorum. Ad pedes quidem recte, arbitrantes eas dignas vt pedibus conculcarentur. Temporumq. discursu Sancti patres, qui eremum incolebant, circuibant in mellotis, & in pellibus caprinis egentes, &c. Paupertatis amantissimi erant Sancti, libr. secundo, capit. 16. num. septimo, vsque ad 9. 13. 14. & 27. Paupertas voluntaria religiosorum cunctis opibus præferenda est, cuius miræ sunt laudes, lib. 4. cap. 28. numer. 3. 4. 14. & 15. libr. 14. cap. tertio, numer. 13. vsque ad 18. 24. vsque ad 27. Aliæ etiam sunt rationes, quibus paupertatem, diuitiarumq. contemptum suadebant Sancti, quæ exponuntur, lib. secundo, cap. 15. num. 1. vsque ad finem capitis, cap. 16. numero primo, vsque ad quintum; cap. 17. numer. 14. lib. 3. cap. 1. numer. 40. & 41. lib 4. cap. 28. num. 20. cap. 40. num. 17. Diuitias contemnendas ex multis probant Sancti, lib. 1. cap. 17. numero 13. vsque ad 15. 17. vsque ad 19. & 22. lib. 4. cap. 38. num. 1. vsque ad 6. 13. & 18. cap. 39. numer. 5. & 21. cap. 40. numer. 7. & 8. His rationibus omissis, dum in Euangelio hodierno temporalia bona communia esse plantis, & brutis Dominus dixit, eorum vilitatem docuit, quā explicuit Chrysostomus inquiens diuitibus: Quid a pueris differimus ludentibus, & domos ædificantibus, nos splendidas erigentes domos? Sed quia pueri sumus, seria esse putamus, & testas, & lutum coagmentantes, & sicut nos pueros in subuersione lugentes ridemus, sic cælites nos hæc ingemiscentes & rident, & insaniam nostram lugent. Et primo confessionum narrat Augustinus verbera, quæ a parentibus ob lusum pilæ passus fuerat, & ait: Ludebant & illi, sicut ego verberibus similibus digni, cum ludicris rebus sæculi occupantur, nisi quod illi nugas, & lusus, negotia vocabant. Diuitiæ labiles sunt, vnde cor ab eis amouendum est, lib. secundo, cap. decimo quinto, num. quinto, vsque ad 7. 9. 11. 21. 22. 33. 43. 53. vsque ad 56. cap. decimo sexto, numer. vigesimo. cap. 19. numero 8. & 32. lib. 4. cap. 28. numer. quinto, cap. 38. numer. 11. Diuitias contemnentes admirari non debemus, sed eos potius, qui eas magnificiunt, lib. quarto, cap. 40. numer. 10. Bona omnia temporalia contemnenda sunt, lib. primo, cap. 17. numer. quinto vsque ad 7. 9. 11. 12. 14. 15. 17. vsque ad 19. 22. vsque ad 24. & 26. lib. 3. capit. primo, numero 40. & 41. Bona temporalia velut in somnis apparent magna, libr. 1. cap. 17. numer. 22. & 25. lib. secundo, cap. 19. numer. 30. & 31. Bona temporalia peccatores magnificiunt, quia sensibus sunt paruuli, lib. 1. cap. secundo, numer. 2. & 7. lib. 2. cap. 16. num. 24. vsque ad 26. & 28. capit. 19. numer. 13. 22. vsque ad 25. Bona temporalia figura, vmbra, & somnus sunt, lib. secundo, cap. 15. num. decimo quarto, 21. 22. 33. & 43. cap. 18. numero 16. cap. 19. num. 9. & 30. Bona temporalia lusus sunt puerorum, lib. secundo, cap. 15. num. 17. vsque ad 20. cap. 16. numer. 28. cap. 19. numer. 4. & 13. Bona temporalia, quasi nihil, despiciebant Sancti, lib. secundo, ca. decimo sexto, numer. septimo, vsque ad 15. 22. vsque ad 25. 27. 28. 32. vsque ad 34. 37. vsque ad 39. libr. 4. cap. 40. numer. primo, vsque ad 3. & 17. Bona temporalia qui quærunt telas texunt aranearum, lib. secundo, cap. 17. numer. 14. Vide de re hac per totum, cap. 19. lib. secundo, vbi docetur, quod bona temporalia, etiamsi magna exisiiment mali, vana sunt. Bona temporalia qui auide quærit, vmbram sectatur relictis veris bonis lib. 18. cap. 1. num. 22.

Hom. 3. ex 5. variis in 1. ad Cor. Act. 4.

Hieron. epist. 8.

6

Nemo potest duobus dominis seruire, &c. vsque *& alterum contemnet.* Gregorius lib. 2. moraliū inquit: Sunt nonnulli, qui vt fruantur Deo, dispensatorie vtuntur hoc sæculo, & sunt nonnulli, qui vt fruantur hoc sæculo, transitorie vti volunt Deo. Hæc autem iustorum virtus est, vtendis vti, & fruendis frui, peruersorum vero iniquitas vtitur fruendis, & fruitur vtendis. De qua re late differitur, lib. sexto, cap. decimo quarto, vbi num. 1. & 3. docetur, quod frui est amore alicui rei inhærere, vti autem quod in vsum venerit ad id, quod amas obtinendum referre, si tamen amandum est. Et numer. 3. & 4. explicatur, quod frui vtendis, & vti fruendis, tota hominis peruersio est, omnis autem ordinatio animæ in hoc sita est, si homo vtatur vtendis, & fruatur fruendis, num. 6. Duobus autem dominis seruire conatur, qui & regnum Dei pro magno bono appetit, & hæc temporalia magna reputat bona. Deumq. contemnit, qui minas eius postponit cupiditatibus suis. Quo ex loco colligitur quantum malum sit diuitiarum studium, cum & Dei seruitio nos excludit, cui profecto super omnes seruire necessarium pariter, ac commodum est nobis, & tam indigno nos domino seruire compellat, ac grauissimam mammonæ tyrannidem subire. Mali serui sunt carnalium vitiorum, ac dæmonum, lib. nono, cap. decimo tertio, numer. tertio, vsque ad 5. 9. 11. & 14. Videte vtrum Dominum amplecti malitis, nā vtriq. seruire non potestis. Bene autē Dominus māmonam velut quendam dominum componit cum Deo, tum vt indicaret studium huius esse veram seruitutem, tam indignam libera, & generosa natura hominis inducere, cum potius mammonæ, quæ res mortua est, & terrena, homo dominari deberet, tum vt indicaret eos, qui studio pecuniarum occupantur

7 *Greg. lib. 2. moral. c. 5.*

Hom. 47. ad popul.

Aug. de ser. Domini in monte. Lib. 2. q. in Euang.

pantur, mammonam sibi pro Deo colere, quomodo & Paulus auaritiam vocat idolorum seruitutem. Diuitias habere, eisq. dominari bene possumus, seruire autem non debemus, seruit autem eis qui animum suum deordinate apponit eis, qui earum gratia facit fere quidquid facit, qui ab eis pendet, & felicitatem suam hinc sperat, qui non expendit eas in Dei gloriam, in suam, & proximi vtilitatem, qui per fas, ac nefas congregat illas nihil graue ducens, modo liceat lucrum facere. Multi sunt, qui Deo, & mammonæ seruire cupiunt, qui in ore Deum, in corde lucrum portant, de quibus erat Balaam, cum dicebat: Si dederit mihi Balac domum suam plenam argento ad maledicendum populo non pergam, & tamen postmodum absque pretio in destructionem populi consilium dedit, qui præ se tulit illorum hominum speciem, qui Deo, & mammonæ seruire cupiūt. Quod vt dissuaderet Deus, præcipiebat ne vinea sereretur diuerso semine, nec tela ex lino simul, & lana conficeretur, sed Deo soli seruiret homo, qui non potest Deo seruire, & mammonæ. Omnia enim Deus sibi vult, & nulli alteri vult vt seruiamus, sicut dixerat: Videte quod ego sim solus, cui scilicet soli seruire debetis. Vnde cum in campestribus Moab præcepta legis propalare disposuisset Moyses, vt populum ad implendam legem omnibus alijs rebus posthabitis hortaretur, præmisit: Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, quasi dicat. Si ego solus ex Aegypto eduxi de domo seruitutis te, solus volo a te coli & adorari. Omne autem illud superiori detrahimus, quod illi debitum minori impendimus. Vide quomodo pauper homo, qui vni Deo vix sufficit, potest multis dominis seruire. Si autem duobus dominis nullus seruire valet, proculdubio necesse est, vt cum primum homo mundo, dæmoni, diuitijs, aut peccato seruierit, Domini a se pellat seruitutem. Integros homines, & totos postulat Deus, non in varia diuisos, atque distractos. Bona temporalia moderate, & ordinate diligenda sunt, libr. 1. cap. vndecimo, numer. septimo, vsque ad 10. capit. decimo septimo, numer. quarto, & 17. lib. secundo, cap. decimo sexto, numer. 24. & 25. Bona terrena nisi contemnas, ad cælestia animum non attolles, lib. primo, capit. decimo septimo, numer. decimo quarto, vsque ad 17. 21. & 26. capit. 18. numer. quinto, lib. secundo, cap. decimo quinto, numer. 60. & 61. capit. decimo sexto, numer. 10. & 16. Bonis temporalibus dum abundant homines, Deum obliuiscuntur, lib. secundo, cap. vndecimo, numer. 22. & 28. cap. 12. numer. sexto. Bona enim temporalia immoderate concupita illaqueant homines, ne Deum expediti sequantur, libr. secundo, cap. decimo quinto, numer. 8. 45. & 64. cap. decimo octauo, num. 21. & 22. Bona temporalia qui contemnunt, spiritualibus accipiendis habiles redduntur,

Num. 22.

Deut. 22.

Deut. 32. Deut. 5.

8 *Ideo dico vobis ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini, &c.* Ex his quæ superius dicta sunt de non thesaurizando in terra, de non seruiendo māmonæ infert Dominus etiam sollicitudinem rerum necessariarium abijciendam esse. Obuiat cogitationi eius, qui dicere posset: Non est animus thesaurizare in terra, nec cor in terra fixum habere, sed nec seruire mammonæ, tantum sollicitus sum pro his, quibus ad vitam sustentandam opus est. Rursum etiam excludit præceptū necessitatis humanæ, quo pleriq. excusare solent auaritiæ suæ morbum, dicentes sese consulere fami, & nuditati. Hæc duo excludit significans huiusmodi sollicitudinem etiam cor in terra figere, pertinere etiam ad seruitutem mammonæ, ac proinde Dei puram seruitutem impedire. Eisdem enim de causis, quibus pecuniarum amor facile cognoscitur esse pernicios⁹us, & noxius, etiam sollicitudo necessariorum cognoscitur esse mala. Cumq. sciret sollicitudinis morbum in omnibus pene mentibus hærere multum, multis argumentis prosequitur sollicitudinis huius vanitatem, & indignitatem ostendere. Prohibuit autem sollicitudinem

anxiam, & timidam. Laudabilis autem est sollicitudo diligentiæ, qua quis secundum exigentiam rei, quæ curanda est, diligentiam adhibet perficiendi illud. Laudandus enim est, qui diligens est pro parandis ad vitam necessarijs operando manibus,
Act. 20. vt faciebat Paulus, vt habens vitæ necessaria commode Deo, & proximis seruire posset, ad quam etiam hortatur Sapiens exemplo
Prou. 20 formicæ. Et alibi pigrum arguit, dicens quod propter frigus arare desijt, mendicaturus æstate absque fructu; nimiam autem sollicitudinem propter paleas Aegypti taxat, cum dicit: Nonne anima plus est, quam esca, & corpus plusquam vestimentum? Sollicitudo enim alicuius vana ostenditur ex duobus, primo si habeat aliquem, qui & paratus sit, & sufficiat illi in omnibus prouidere. Quod rursum ex duobus colligitur, scilicet, si is maiora præstiterit, quam sint ea, pro quibus sollicitudo habetur, aut si is extraneis, & minus dilectis ea administret, de quibus illa sollicitus est. Secundo vana probatur sollicitudo alicuius, dum de his est sollicitus, quæ sollicitudine sua consequi non potest, quod innuit, cum ait non posse adijcere ad staturam suam cubitum vnum, id est, nullus sollicitudine sua, quamuis maxima, potest adijcere staturæ suæ cubitum, vel digitum. Vnde Deum prouisorem, & adiutorem quærat, ne ipsius indignationem quærat, qui
Esai. 30. aiebat: Væ qui facitis consilium, & non ex me, & ordimini telam, & non per spiritum meum, addentes peccatum super peccatum, qui ambulatis, vt descendatis in Aegyptum, & os meum non interrogastis sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Aegypti. Confidentiam in vmbra quis vsquam habuit, nisi qui insanus est? Sicut autem iustis Deus dat escã in tempore oportuno, sic a malis plerumq. & quam habent tollit, sicut Aegyptijs aie-
Exod. 10. bat Dominus: Adduco cras locustam, qua victum subtrahit malis seruis, & comedet quod residuum fuerit grandini. Diuitijs inuoluti, & in ipsis confidentes, antequam moriantur, pereunt, lib. secundo, cap. decimo quinto, numer. 42. cap. decimo septimo, numer. vigesimo, & vigesimo primo, capit. decimo nono, numer. septimo, & octauo. Bona temporalia sine sollicitudine sunt procuranda, lib. decimo tertio, cap. octauo, numer. quarto, & nono. Bona temporalia auide quærunt mundani in proprium malum, libr. secundo, cap. decimo septimo, nume. primo, vsque ad decimum, & 24. capit. decimo nono, nu. duodecimo & vigesimo sexto. Bonis inhiantes temporalibus phrenetici sunt, & ebrij, libr. secundo, capit. decimo quinto, num. 48. 49. & 53. cap. decimo septimo, numer. secundo, tertio, & decimo tertio, cap. decimo octauo, num. decimo sexto, cap. decimo nono, numer. 26. lib. quarto, cap. 28. num. 20.

Cleafier.

Quærite ergo primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Primum quærendum regnum Dei dixit (Augustinus) quia posterius quærenda sant temporalia. *Primum quærite*, id est, maxime, & præcipue quærite. Quod fit, cum ita regnum Dei præponitur cæteris rebus, & ita regnum Dei toto corde quærimus, vt reliqua ad vitæ huius sustentationem necessaria non quæramus, nisi propter regnum Dei. Nihil autẽ obest veritati huius promissionis, quod quosdam sanctorum Deus etiam vsque ad mortẽ fame, & nuditate premi permiserit, & permittit. Non enim promittuntur temporalia, nisi tamquã adiutoria salutis. Proinde cum Deus ea subtrahit, quod sic expedire saluti quorumdam iudicat, non promissionem suam irritã facit, sed diuersa ratione eandẽ salutis eorum curã gerit. Proinde in generali huiusmodi promissione tacita hæc subintelligitur conditio, quantum id saluti vestrę Deus iudicauerit expedire dabit tẽporalia. Regnum autem Dei, *Hom. 16. in.* ait Chrysostomus, est retributio bonorum *perf.* operum, iustitia eius est via pietatis, per quam itur ad regnum Dei. Mirari autem satis non possum, vnde tanta hominum peruersio accidat, quod cum Deus nostræ curæ commiserit & virtutem, & beatitudinẽ quærere, terrena autem omnia ipsius curæ committere, nos e contra spiritualia omnia & ea, quæ nostram concernunt salutem, illi committimus graui sopore dormientes, totam autem temporalium sollicitudinem nobis reseruamus, ac si Deus de illis nobis præstandis nihil omnino curaret. Et quod homines temporalia bona, vt præcipua quærant, spiritualia vero vt accessoria contra hoc Domini mandatum meditentur. Quod si hoc admiratione dignum est, mirandum est amplius eorum malum, qui de conquirenda virtute nullum prorsus negotium gerunt. Et si reprobantur illi, qui multa sollicitudine temporalia quærunt, etiamsi media diuinæ non sint contraria voluntati, quales illi iudicandi sunt, qui rapinis, iniustitijs amplificare agros, & domum domui copulare nituntur? Quid de ebrietate, ingluuie, & indumentorum abusu dicendum erit, si taxantur illi, qui victus, & vestitus moderati nimiam sollicitudinem gerunt? Bona temporalia vt præcipua diligunt reprobi, iusti vt accessoria, lib. primo, cap. decimo septimo, numer. vigesimo, cap. decimo octauo, numer. decimo quarto, libr. secundo, capit. decimo sexto, numer. 12. 16. 24. vsque ad 26. capit. decimo nono, numer. vigesimo secundo, vsque ad vigesimum quintum. Bona temporalia ea desideranda, quibus prouideatur necessitati, non voluptati, libr. secundo, capit. decimo sexto, numer. 6. 11. 12. & 16. Bona sua in hac vita iniusti habere desiderant, iusti autem in futura, lib. secundo, cap. decimo septimo, nume. vigesimo, vsque ad 23. cap. decimo nono, nume. 6. vsque ad octauum decimũ quintum, vsque

vsque ad 19. 22. vsque ad 25. capit. vigesimo, numer. vndecimo, vsque ad 14. lib. nono, cap. decimo quarto, numer. decimo tertio. Diuitiæ in cælo quærantur, vbi vera sunt bona, libro quarto, cap. 28. numer. 10. & 11. Diuites taxantur, qui per fas, & nefas diuitias congregant, libr. secundo, cap. 17. numer. duodecimo, cap. 18. numer. 18. libr. quarto, cap. 39. numer. 7. 8. 10. vsque ad 12. 14. 15. 18. 20. vsque ad 22. 29. & 30. Virtutem remisse quærunt homines, cum alia ardentissime quærant, lib. 2. c. 17. numer. quarto, vsque ad decimum, lib. sexto, cap. primo, numer. secundo, libr. nono, capit. 22. numer. 14. & 15. libr. 18. capit. 11. numer. 25.

Dominica 15 post Pentecosten.

DOMINICA DECIMAQVINTA post Pentecosten.

Euangelium.

Ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naim. Luc. 7.

Vide feriam quintam, post quartam Dominicam in Quadragesima.

DOMINICA DECIMASEXTA post Pentecosten.

Euangelium.

Cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum Sabbato manducare panem. Luc. 4.

Vide lib. 3. cap. 19. num. 37. usque ad 39.

Dominica 16 post Pentecosten. Luc. 13.

PATRATVM miraculum in curatione hominis hydropici, & doctrina, quæ huius occasione Pharisæis fuit tradita, non solum in se considerata multa animaduersione sunt digna, sed si in his temporis circumstantiam aduertas, ex ea Christi Domini bonitatem exuberantem intelliges. Tunc enim hominum saluti fuit vehementer intentus, cũ ipsi eius machinabantur mortem, cum accesserunt quidam Pharisæorum dicentes illi: Exi, & vade hinc, quia Herodes vult te occidere, tunc dixit illis: Ite, & dicite vulpi illi: Ecce eijcio dæmonia, & sanitates perficio hodie, & cras & tertia die consumor. Et item: Non capit Prophetam perire extra Hierusalem. Cum in domum principis Pharisæorum inuitatus fuerat, vt calumniarentur eum, tunc curandis & animabus, & corporibus multum intentus fuit. Quod multo ante futurum prędixerat Esaias his verbis: Consolamini consolamini populę meus dicit Deus vester: loquimini ad cor Hierusalem. Ad cor, secundũ morem scripturarum loquitur, qui merentem consolatur: Nihil autem maiorem homini consolationem potest adducere, quam peccatorum condonatio, nec ea qualiscumque, sed quod acceperit homo duplicia pro omnibus peccatis suis. Propter certitudinem enim prophetiæ, vt alibi frequenter præteritum dicit, quod futurum est tempore Messiæ, quando eius bonitate non obstantibus sceleribus eius duplicia accepturus esset populus beneficia. Simplex beneficium recipit ille, cuius peccatum Deus æternis pœnis non castigat, duplum autem, quando eũ & miraculis, & inspirationibus, & cælestibus doctrinis a commissa culpa nititur reuocare. Sicut enim sceleribus hominum impellentibus diuina iustitia induit sicut diploide confusione sua peccatores, dum non solum æterna, sed etiam temporali animaduersione feriuntur, & Iudas dicit: Secundo eos qui non crediderunt, perdidit, quasi iam perdidisset primo per temporalia flagella, ita diuina misericordia, quæ superexaltat iudicium, maxime autem incarnato verbo, non solum exigentibus id peccatis a feriendo abstinet, sed etiam nititur peccatores nouis beneficijs a criminibus reuocare. De quo etiam scriptũ legimus: Verum tamen pretium meum cogitauerunt repellere, sed ego cucurri in siti. Ego in meum corpus traijcere conabar eos, mihiq. coniungere, vt mecum vnum efficerentur. Quando ipsi me perdere nitebantur, ego ardenter sitiens eorum salutem anxius currebam, lib. 4. cap. 23. nume. 9. 10. Sic enim incarnando semen Abrahæ apprehendit, quia fugientes insequebatur, lib. 3. cap. 5. num. 15. Et sicut factus est homo, quando mundus plenus erat peccatis, ibidem num. 69. 71. vsque ad 74. & 92, ita hominum saluti intendebat, quando hi illum persequebantur. Christus a nobis recipiebat mala, vt nos ab ipso acciperemus bona, lib. 17. cap. quarto, numer. 17. Si enim in primo eius aduentu, qui potens, & iustus erat, & punire & iudicare cõtinuo peccantes decreuisset, pauci sane essent, qui salutem consequerentur, quia autem misereri venerat, & parcere, id præstare nitebatur, etiam quando hominum peccata eos recipiendis beneficijs prorsus reddebant indignos, libr. 2. cap. 11. nu. 32. Nec solum illud in cõsideratione diuinæ bonitatis admirari decet, quod Dominus venerit peccatores saluos facere, & vt in eorũ conuersione ostẽderet benignitatẽ suã ad informationẽ eorũ, qui successu tẽporum in eum essent credituri. Sicut confitetur Paulus, hac de causa ipsum bla-

Esa. 40. *Hieron.*

Psal. 108. *9. Moral. ca. 24.*

Iudas in suo canon.

Psal. 61

Act. 9.

sphemum, peccatorem, & toto pectore virus efflantem, & Christianorum sanguinem sitientem conuertisse, vt nullus in posterum diffideret, sed Dei bonitate animaduersa ad
Ioan. 4. eius pedes corrueret. Sic Samaritanam fornicationibus deturpatam, quæ nec sitienti Domino aquam porrigere est dignata, & fontem aquæ viuæ promisit & dedit, vt Samaritanorum multi, qui omni misericordia erant indigni, ad petendam veniam currerent illius & prædicatione & conuersione animati. Ita & Matthæum in telonio sedentem, & tẽporalibus inhiantem, & vectigalia exercentem conuertit, & Zachæum, vt cum in domibus horum Publicanorum prandium Domino Iesu exhiberetur, criminum socij promptiores ad veniam poscendam redderentur. Is enim diuinus amor, & in carne veniens & ante incarnationem patefactus est. Dei enim misericordiam dum considerant homines, conuertuntur, lib. quarto, cap. octauo, numer. decimo quinto. Deus peccatores grandes benignitate solita mutat in Sanctos, lib. quarto, cap. vigesimo tertio, numer. 1, 2.
2 5. vsque ad decimum tertium. Peccatorem rogat Deus læsus, vt misericordiam suam ostendat, lib. quarto, capit. decimo, numer. 4. 5. 11. & 12. lib. 14. capit. 17. num. 6. vsque ad 8. Misericordiæ tempus si modo non esset, non essent qui in iudicio coronarentur, lib. quarto, cap. vndecimo, num. 26. vsque ad 28. Non ergo id solum aduertere licet, quod vt alij resipiscant, & confidant, Deus desperatis ægris peccata condonat, sed illud etiam, quod amplius est, quod & cum homines ve-
Iob. 41. nia indigni essent consequenda, qui propria culpa vt malleatoris incus indurati, frequentibus ictibus in nullo meliores efficiendi essent, sed trahentes iniquitatem in funiculis vanitatis in tartara detrudendi essent, nihilominus eorum correctioni tam diligenter intenderet. Antiquus Dei mos est indignis misericordiam præstare, illis benefacere, etiamsi conuertendi illi non forent, sicut contristatus Cain de bono fratris inuidentia fraternę gratiæ, quæ peccatum in
Genes. 4. Spiritum sanctum est, indignus diuina benignitate ipsum amicabilibus verbis allocutus est dicens: Quare concidit vultus tuus? Nonne si bene egeris recipies, &c. Ne tristitia angaris videns quod Deus Abel, muneraq. eius respexerit tuis repudiatis, in tua enim situm est voluntate, vt donaria tua oblata Deo amicabiliter acceptentur ab ipso, sicut & munera fratris sunt recepta, si ea illa animi sinceritate, & veritate obtuleris, qua sanctus frater obtulit sua. Animaduerterat Deus post tam benignam, & allocutionem, & promissionem animum Cain in nullo mutandum, sed post colloquium tale egressum a diuino conspectu fratricidium patrandum, & tamen a correctione non destitit ille, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Sic & Saulem allocutus est, cum a cæde Amalech regressus iussum Domini auaritia excitatus in bello non expleuit, licet hæc Samuelis correctio excusationis, nouæq. culpæ futura esset occasio. Oraq. Prophetarum post innumera ab Israelitico populo patrata scelera aperiebat Deus, vt delinquentibus veniam promitterent, & offensum ipsum adirent, vt reconciliarentur, etiamsi eorum malitia obdurati amplius secundum duritiam suam, & impœnitens cor thesaurizarent sibi ipsius iram nouis titulis. Vulgo dicitur: Si dimiserit, &c. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, &c. & non est reuersa. Ita de diuina bonitate sentiendum semper fuit in omni lege. At cum Dominus verbum patris in terris visus, & cũ hominibus conuersatus est, etiam quando ipsum homines calumniabantur, illum obseruabant, vt accusarent, reprehenderent, ad mortemq. violatorem Sabbati pertraherent, ipse nihilominus & illos docet, & ægrotis medetur, & ipsorum conuiuijs interesse non dedignatur, licet edentes cum eo panẽ magnificarent cum eo supplantationem, licet hi in nullo nec miraculis, nec concionibus, nec exemplis meliores essent efficiendi, quin potius tanta esset eorum dementia, vt per diem tenebras incurrerent, cum diuinis & miraculis, & operibus, & doctrinis perspectis peiores euasissent, & Sodomitis effecti sceleratiores (Gregorius) non solum domum Loth ingredi conantur, vt ei grauem inferant iniuriam, sed in domum suam Deum adducunt, vt eum calumnientur, licet cæcitate percussi iustum in nullo contingere valuerint, sicut & Sodomitis contigit, dum domum iusti circuirent, vt Angelis turpiter abuterentur. Sed Deus saluum faciet egenum, id est, humilem Christum de gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem. Et violenti hi in inferendis iniurijs, & calumniando Domino effecti inuidia, auaritia, ambitioneq. vsque ad summum pleni fontem diuinæ bonitatis occludere non valent, sed potius sicut fluuij perpetem, celerrimumque cursum qui claudere nititur ne fluat, nihil aliud operam frustra nauando consequetur, nisi vt ille maiori sollicitudine, & impetu hac, illac q. fluat, qui impellentibus se aquis sistere non valet, cum hæc illarum sit natura, hæc a Deo propensio ingens collata, vt fluentes varijs se communicent gentibus, sitim plurium exstinguant, aridam rigent terram. Quod vt præstent, currere velocius, & vehementius nituntur, dum a solito impediuntur cursu, ita Iesus fluuius e paradiso patris egressus, non contentus vt ciuitatis supernæ felicissimos ciues Angelos ab vbertate domus illius inebriaret, & torrente cælestiũ voluptatum potaret, in terrã processit, vt eã fructiferam redderet, hominumq. ardentẽ sitim exstingueret. Cumque ad id muneris venisset missus a patre fluuius Dorix, qui exierat

1. Reg. 15

Hier. 3.

Baruc. 3.

Psal. 40.

Iob 5.

Genes. 19. Greg. 6. moral. c. 14.

Psal. 35

rat de paradiso, & trames aquæ immensus, vt inebriaret prati sui fructum, dum inuidiis, odiis, detractionibus, aliisque multis peccatis fluuij cursum impedire nituntur, ne proximis benefaciant, ne eius doctrina hominum mentes aridas riget, fructusque virtutũ producat, sitim extinguat, ille variis, & nouis modis, mirisq. quæsitis inuentionibus, procedit, & fluit. Et dum, qui eum obseruant, fontem claudunt, ne fluat, ille calumniantes quærit, eos miraculis ad se trahere nititur, eorum sacrilegam mensam non dedignatur, intelligentiam legis de obseruatione Sabbati docet, aptissimoque exemplo Pharisæorum tumen-
1. Cor. 5. tem animũ moderari dignatur. Et sicut Paul. aiebat: Pro Christo legatione fungimur, tãquam Deo exhortante per nos obsecramus pro Christo reconciliamini Deo, legatus effectus Domini Iesu, vt nomine illius, qui læsus fuerat, rogaret, vt homines tantæ bonitati iniurij ab ipso, quem læserant, reconciliationem accipere dignarentur: ita Iesus noster
Hiere. 49 legatus in terram missus obsecrat nomine patris turpiter, & vehementer offensi, vt a eo beneficia velint accipere, & licet id non dignentur facere, nihilominus a benefaciendo non cessat, nec id solum, sed maiori sollicitudine huic operi intentus est. Magni fecerat
Ex 2. in Gen. Chrysostomus sancti Isaac amantem animũ, qui cum a Geraris multas, grauesque molestias perpessus esset, vtpote qui puteos, quorum aquis ipse, & domestici eius, & pecora biberent, terra occluderent, idque fecissent etiã cum alios fodissent puteos ipsis etiam vtiles, in quibus mira apparebat in vtrisque concertatio, dum ille fontes aperire, illi claudere niterentur, nec id solum, sed vehementi inuidia agitati eum, qui tam esset illis vtilis, communi omnium consensu extra vrbem pellerent, ipseque iniuriarum oblitus cum quem postea adierunt, tam sunt benevolum experti, vt eos ad prandium inuitaret, conuiuioque parato noluerit vinci a malo, sed potius vincere in bono malum. Quod & Ioseph fecisse erga proditores fratres animaduertit idem Chrysostomus cum Dominus effectus, & gubernator totius terræ Aegypti eos ad prandium vocauit, magnificaque dona eis largitus est. Sed qua quęso consideratione, & ponderatione hæc digna sunt, si ea animaduertamus, quę verus Isaac noster, qui risus patris est, verusque Ioseph, qui triginta argenteis a Iuda fratre distractus est, inter homines hodie gessit; dum ad mensam recumbit, amicabiliaque verba largitur his, qui obsernabant eum, ut perderent, eorum superbiam retundit verbis mirãdam pietatem redolentibus, illisque tam est beneficus, a quibus graues, uariasque iniurias fuerat perpessus, id intendens ut iniuriarum eum crederent oblitum, magis multo quam Isaac, & Ioseph, idque desiderare, vt in pristinam redirent amicitiam? Amor Dei
3 ostenditur, dum homines velut inuitos reuocare nititur a malo. lib. primo. cap. 6. num. 10. duodecimo, & decimo septimo. 31. & 32. lib. 4. cap. decimo. num. quarto. quinto. septimo, decimo, & duodecimo. Amor summus Dei ostensus mittens in mundum filium, quando ille totus peccatis scatebat. lib. 4. cap. 7. nume. septi-
Gen. 1. mo, & octauo. Sicut enim olim in creatione amor Deus ostensus est, dum super terram vacuam Spiritus Domini ferebatur. ibidem nu. decimo octauo. ita in eiusdem reparatione diuina claruit bonitas; dum spiritus oris nostri Christus, in cuius vmbra homines deberent
Thren. 4. viuere, ferebatur in illos, qui instar aquę, & fluidi erant, omnique virtute vacui, in hos ferebatur, vel vt legit Basilius, super hos instar gallinæ incubabat, ut diuina eius dilectione, qui frigidi erant, incalescerent. Amor Dei tã est ingens, vt offensus mercedem homini promittat, vt resipiscat. lib. 4. cap. 10. nu. 7. Christus fluuius paradisi in quatuor partes diuisus. libr. 3. capit. 5. num. 83. lib. 11. cap. 6. n. 72. Cum enim homines Dei essent hæreditas, hãc incarnando tollere de manu Amorrhæi multum satagebat. lib. tertio. cap. septimo. nume. quadragesimo septimo. Stabat enim post parietẽ, & cancellos, sensus, scilicet carnis, & humanos affectus, vt misereretur. ibidem num. 48. Qui optime in Moyse & Aaron figuratus fuit. lib. tertio. cap. nono. nume. octauo, & 22. Qui erga ingratos, & inimicos tam fuerunt beneuoli, vt periculis se subiicerẽt multis propter eos, a quibus graues passi fuissent, frequẽtesque iniurias in Sansone etiam. ibidem nu. vndecimo. cap. decimo. num. 87. & 88. Qui Dalilam tam habuit sibi dilectam, vt in eius sinu requiesceret, eiq. animũ manifestaret (quod fidentissimis tantum amicis, idq. trepidanter faciendũ esset) quẽ totũ hostibus aperuisset, vt eũ grauiter offenderẽt. Sic & Iesus erga eos, qui obseruabant eum, se gessit, ut eis & verbis, & factis multa conferret beneficia, quib. abutebantur, animumque docens eis aperiebat suum etiam non interrogatus, licet frequenter illum exploratum habere niterentur, ut accusarent, & proderent, non vt ipsum magistrum sequerentur. Sed tamen, licet quæ diximus indubia sint, quæ & sacer Euangelista narrat, illud nihilominus credendũ est, quod
Luc. 14 & capite docet eodem, quod qui ad nuptias vocati venire contempserunt, cęlesti conuiuio pulsi sunt, asserente Domino quod nemo virorum illorum gustaret cænam eius, vtpote quibus magnificam Dominus parauerat cænam non quæsitus, nec rogatus. Ille seruos misit vt rogarent, qui rogati vt tantum reciperent & honorem, & bonum friuolis ductirationibus & conuiuium, & inuitantem Deum neglexerunt, vnde cælesti conuiuio priuati æternæ pœnæ sunt adiudicati ab illo eodem, a quo tã fuerãt & magnifice, & misericorditer inuitati, quasi dicat, receptus in domum Principis conuiuium non abnui, licet conuiuantium is fuerit animus, ut me caperent in sermone, mea & verba, & gesta attenderent, ut perderent, & proderent: ingressus hominis

salute

saluti intentus fui, qui hydropisi laborabat, vt eorum, qui aderant, tumentem curarem animum, & miraculo volui, & doctrina, nec effeci. Quapropter his, qui tanta benignitate mea abusi sunt, accidet, quod contigit inuitatis, qui ad magnam cænam vocati venire abnuerunt, quod fame excruciati nec summis, quod aiunt, labiis gustabunt cænam, sic & vos perpetua fame, & siti etuciabimini sempiterno meo conuiuio expulsi. Deus enim, vt aiebat Chrysostomus: Ingratitudinem expertus thesaurizat iram his, qui bonitatis suæ manifestatione non conuertuntur. Attende ergo considerare homo Christianus Deum, & misericordem vt conuertat, & iustum vt im-
4 pœnitentem perpetuo perdat. In Deo misericordia, & iudicium simul considerauda sũt, lib. secundo. cap. vndecimo. nume. vndecimo. duodecimo. decimo octauo. 32. vsque ad 34. li. quarto. cap. octauo. num. secundo. tertio. quinto, vsque ad decimum, & 12. cap. nono. nume. decimo tertio. decimo quarto, & 18. Deus patienter fert peccatores, sed numero peccatorum completo acerrime punit. libr. secundo. cap. vndecimo. nume. octauo. nono. vigesimo secundo, vsque ad vigesimum quartum, & 26. lib. quarto, cap. sexto, nume. nono. cap. octauo. numer. primo, sexto. vsque ad decimum. 12. & 16. cap. decimo octauo. numer. nono. vsque ad 12. 18. & 19. lib. sexto. cap. decimo. nume. decimo quarto. Deus patienter, & misericorditer expectat peccantes, vt resipiscant, quo dono abutuntur mali. lib. quarto. cap. octauo. per totum, & cap. decimo octauo. num. decimo tertio, & decimo quarto. Deus bonus non esset, nisi iustus moderaretur hominum audaciam, lib. quarto. cap. vndecimo, num. quarto. quinto. 16. & 24. lib. sexto. cap. decimo. num. primo, & secundo. cap. vndecimo. num. quarto, & 5. Deus vt potens timendus est, ut misericors amandus, lib. quarto, cap. vndecimo. num. 22. 29. & 36. Deus fuit semper rigidus in puniendis peccatis, libr. quarto, cap. decimo octauo. num. primo, vsque ad duodecimum, 15. 16. 18. vsque ad vigesimum, & 25. Misericordiã Dei prætendunt mali stulte, & impie, vt vacẽt malis. lib. quarto. cap. octauo. num. secundo, tertio, quinto, vsque ad decimum, & 20. capi. 11. numer. tertio, vsque ad quintum. 28. & 29.

Præterea quod exemplo suo Dominus docere homines Christianos uoluit, illud est, ne in exhibendis beneficiis vincantur hominũ malitia, sed vincant potius ipsi magistri sui exemplo in bono malum, in bono, id est, benefaciendo vincere nitantur fratrum malitiam, quod facient, si inimico esurienti, vel sitienti cibũ præstiterint, & potum, vt carbones ignis congerant super caput eius, quibus frigidus eorum animus dilectionis incalescat igne, ut quem odierint, diligant eius beneficiis prouocati. Quod si inimici animus beneficiis victus non fuerit, a benefaciendo non desistãt. Sicut & Iesus hic fecit, & quondam Dauid, qui Saulem Regem nec occidere, nec lædere vsquam voluit, cum id libere exequi potuisset, sed benefacere semper paratus, licet obdurata eius mentem confringere non valuisset, a benefaciendo non destitit. Sic aiebat Paulus se, & sua consecrans eorum saluti, a quibus multas, grauesque perpessus fuerat & persecutiones, & iniurias, & flagella, & vincula: Ego autem, non dolenti animo, sed libentissime im- 2. Cor. 12.
pendam, immo & superimpendar ego ipse pro animabus vestris. Sic & cæteri Apostoli, cum primum e carcere diuina ope educebantur, in forum proficiscebantur, aut in Synagogas, vt vincientibus eos annuntiarent regnũ Dei. Non aliter Christiani a Christo uocabimur digne, nisi viscera misericordiæ sicut electi Dei, sancti, & dilecti induti benigni in fratres etiam obseruantes nos exstiterimus de
5 eorum salute solliciti. Inimicis malum pro malo reddendum non est. lib. primo. cap. duodecimo. num. primo, octauo, decimo, vsque ad duodecimum. 36. 37. 43. 48. & 60. lib. tertio. cap. secundo. num. 35. lib. nono. cap. septimo. num decimo octauo. Inimicos mansuescere debemus beneficiis. lib. primo. cap. duodecimo. nume. 16. vsque ad 18. 35. 43. 52. & 57. libr. nono, cap. quarto. nume. tertio, & quarto. cap. septimo. num. decimo octauo. Inimicos beneficiis vel ducimus ad Deum, uel eorum pœnam augemus in futurum, libr. nono. capit. quarto, num. tertio, quarto, nono, & decimo. Proximum omni tempore expedit diligere, maxime autem, quando odio nos prosequitur, lib. primo. cap. duodecimo. num. 40. lib. nono. cap. sexto, num. vigesimo nono. Hæc Christianorũ perfectio esse debet, loco cuius tanta est in eis miseria, vt Pharisæis similes & calumniẽtur, & odiant eos, a quibus nullam passi sunt iniuriam. Proximos diligere etiam diligentes nos rarum est in mundo, libr. primo. cap. duodecimo, num. octauo, cap. decimo tertio, nume. 6. & nono, cap. decimo quarto, numer. primo. Tandem & hydropicum curans, & Pharisæorum auaritiam taxans, & ipsis indignis humilitatem suadens Iesus docere uoluit, ne homines a recte operando desistant propter detrahentium uenenatas linguas, licet hominum impiorum malitia recta damnanda sint gesta. Psalm. 37
Vnde Regius Vates aiebat: Qui retribuebãt mihi mala pro bonis detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem, &c. Intende in adiutorium meum Domine, ne insidiantium, & detrahentium inimicorum amarulenta verba a bene operando retrahant pusillum animum meum, illi, qui ea tantum de causa, quod sequerer bonitatem, calumniabantur me.
Hac ratione patientissimus Iob, qui a propria vxore, ab amicis, & fratribus audiebat conuitia, ejus augebatur insensibilitas, & fatuitas, ne a cæpta virtute propter detrahentium linguas discederet, aiebat: Ecce in cœlo testis meus, & conscius meus in excelsis, id est, illi intimum cordis mei patescit, ipse optime nouit animum meum, vnde illi placere contendens, vestra & iudicia, & verba con- Iob 16.
temno.

Ad Gal. 1 temno. Et Paulus: Hominibus suadeo an Deo? Id est, mens mea eo tendere debet, vt placeat hominibus, aut vt Deo grata sint, quæ facio? Deo certe. Nam si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Deo enim viuimus, non hominibus, in cælo ciues sumus (Chrysostomus) non super terram, illic præmia, & brauia nostrorum laborum sunt. Proui deamus nos, quod in nobis est, bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnib. hominibus, si tamen post hanc adhibitam a nobis diligentiam illi recte facta nostra perperam iudicauerint, & condemnauerint, rideamus, & ploremus. Horum obstinatum animũ doleamus, rideamus autem, vel quia horum maledicta lædere non valent, vel quia horum derogatio vitæ nostrę approbatio est. Malorum murmurationes, & iudicia contemnẽda. lib. tertio, cap. vndecimo. num. 37. & 45. capit. duodecimo, num. decimo tertio, lib. nono. ca. decimo quinto. num. vigesimo primo, libr. 11. cap. decimo quarto. nume. secundo, vsque ad quartum. 9. vsque ad vndecimum, & 14. capit. decimo quinto. nume. septimo. nono. vsque ad 13. 22. vsque ad 25. In murmurationibus testimonio conscientiæ consolentur iusti, libr. 11. cap. decimo quinto, num. 23. & 26. lib. 12. cap. primo. num. 6. In murmurationibus impiorũ consolari nos debet, si recti diligant nos, libr. vndecimo. cap. decimo quinto, num. vigesimo sexto.

6 *Cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum Sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum.* Admonet nos locus iste, vt iniuriarum obliti bona proximorum curemus.
Sic Ismael sepeliuit patrem suum Abraham, quamuis pulsus esset domo cum matre, & hereditate priuatus, quamuis maior natu esset. Gen. 25.
Et Esau iniuriæ immemor cucurrit in occursum Iacob fratris sui, qui ab eo benedictionẽ surripuerat. Iniurias obliuisci debemus, libr. primo, cap. duodecimo. num. 18. 19. & 35. libr. nono, cap. septimo, numer. decimo octauo, & vigesimo tertio. *Ingressus est autem Iesus manducare panem.* Quo nomine in sacris litteris varij significantur cibi, ut ex multis locis docet Theophilactus; sed tamen nomine panis illi omnes significantur, ut discant homines cibis non se ingurgitare vsque ad nauseam, Eccles. 29.
cum natura paucis sit contenta, sitq. initium vitæ hominis aqua, & panis, & vestimentum, & domus protegẽs turpitudinem, hoc est, nõ multis magnificentiis præparata, sed quæ nos a temporum iniuriis tueatur. Antiquorum mensæ modestissimæ erant, nostræ autem quales Esaias Propheta deplorabat dicens: Ve- Cap. 28
rum hi quoque prę vino nescierunt, & præ ebrietate errauerunt, &c. Et infra: Omnes. n. mensæ repletæ sunt vomitu, sordiumque, ita vt nomen esset vltra locus, scilicet, ab hac miseria liber, sed malum hoc omnium hominum mensas inuoluit, a quo innumera procedunt mala, quæ experti sunt homines. Gulam moderandam docuerunt Sancti, vtpote quæ malorum malorum est causa. lib. primo, cap. primo. nume. secundo, vsque ad quartum. 11. 12. 19. 20. 27. 28. 34. vsque ad 36. 39. 40. 45. 52. 53. 55. 62. & 64. lib. septimo, cap. secundo. nume. 5. vsque ad octauum. Abstinentissimi gentiles multi recensentur, libr. primo. cap. primo. nu. octauo. vsque ad decimum. Abstinentia multa confert bona. nume. 33. 41. 42. 55. 63. vsque ad 65. & 68. *Et ipsi obseruabant eum*, quem velut amicum ad prandium inuitauerant. Tale damnum experiuntur multi a fictis amicis, quos vitandos docebat Salomon dicens: Ne come- Prou. 23.
das cum homine inuido, & ne desideres cibos eius, quoniam in similitudinem arioli, & coniectoris æstimat quod ignorat. Comede & bibe, dicet tibi, & mens eius non est tecum, cibos, quos comederas, euomes, & perdes pulchros sermones tuos, id est, sicut ariolus quæ ignorat æstimat, ita inuidus mala, quæ nescit, præsumit semper, & tamẽ fictis eos obsequiis delinire student, ad prandium inuitant eos, erga quos cor deprauatum habent. Non inuitarunt Dominum, vt aliquod ipsi officium charitatis impenderent, sed ut inter prandendũ aliquid inuenirẽt, vt ipsum accusarẽt. Amicitia quas conditiones habere debet, vt vera sit, lib. primo, cap. decimo tertio, num. octauo, decimo, & vndecimo. cap. 19. num. primo, vsq. ad 3. 11. 13. & 14. Amicitia vix reperitur inter homines. lib. primo. capit. decimo tertio. num. septimo, octauo, decimo, & vndecimo. Quotidie experimur, quod illi nos prodant, quibus nos & nostra fidimus. Amicus vxorem amici, cuius familiaritatem non metuit, polluit, amici secreta aperit, eius honori insidiatur: Dolos enim tota die meditantur, obser- Psal. 36.
uabit peccator iustum, & stridebit super eum dentibus suis. Et alibi: Aduersus iustum sunt Psalm. 53
omnes cogitationes eorum in malum. Inuitant Christum, ut ei insidientur. Hoc pestilentissimum est insidiandi genus, sub specie beneficij fraudem occultare, vt Pharisæorum princeps hic fecit. Et Absalon fratrem suum Amon ad conuiuium vocatum occidit. Simi- 2. Reg. 13
lem necem Simon Machab. cum duobus filiis 1. Mac. 10
a Ptolomæo duce pertulit. Et hoc insidiatorũ genus tanto est peius, quanto difficilius cauetur, nam parum cauemus eum, quem amicum credimus: Vnde Psalmus: Loquentur pacẽ Psalm. 17
cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Da illis secundum opera eorum, & secundum nequitiam adinuentionum ipsorum. Pessimorum enim hominum adinuentum est, vt amicitiam simulantes, nocumenta inferãt, & similes scorpionibus blandiantur, vt feriant. Hoc malum frequens inter Iudæos sui temporis flebat Hieremias dicens: A Prophe- Hierem. 6
ta vsque ad Sacerdotem omnes faciunt dolũ. Hos Abacuc detestatur inquiens: Væ qui po- Abacuc. 2
tum dat amico suo, mittens fel suum, & inebrians ut aspiciat nuditatem eius, id est, hac sola, intentione potum porrigebant amico, qui hoc nomen falso sibi vsurpabant, vt ratione priuatus, & ebrius illius proderentur defectus.

ctus. Inimici illi sunt pestilentissimi, qui dum inimicitiam celant, velut canes non latrantes, dum non cauentur, periculosius nocent. li. decimo quarto. cap. quinto. num. septimo. Mali in ore mel, venena autem habent in corde, quod frequens malum est. lib. 9. cap. decimo septimo. num. 1. 7. 9. vsque ad 12. 21. usque ad 23. lib. decimo. cap. nono. num. quarto. Mali apes dicuntur, & scorpiones, quia dulces & blandi in facie videntur, cum intrinsecum habeant aculeum, & venenum. lib. 11. cap. 15. nume. 25. cap. decimo sexto. numer. 10. lib. 14. capit. 19. num. 18.

7 *Et ecce homo hydropicus erat ante illum, &c.* vsque: *Si licet Sabbato curare.* Quoniam facilioré nullam aliam escam ad capiendum Dominũ esse nouerant etiam perditi homines, & inimici, quam hominis qualiscumque miseria, statuerunt ante illum hydropicum tacentes omnes, qui optime nossent diuinam bonitatẽ incredibili propensione ferri erga hominum necessitates, etiamsi nõ interpellaretur, eius misericordia affectus omnes naturales longissime excederet. Lib. quarto. ca. septimo. nu. 8. 9. autem & 19. docetur, quod effundere niti tur suam misericordiam, sicut qui parturit fætum. Verisimileque credendum est ab ipsis Pharisæis iussũ consistere in conspectu Domini, ut illi occasionem offerrent faciendi quod reprehenderent. Nec æger salutem postulauit, siue quia sic fuerat a Pharisæis instructus, siue quod eos metueret, propter Sabbatum. Mali enim eo perditionis deuenerant, vt etiã iustorum sancta opera taxarent. Sic Rapsaces Dux Assiriorum inter alia, quę improperauit Ezechiæ Regi sancto, hoc vnũ fuit, quod eum perpetuæ laudis fecerat dignum. Nonne ipse est, cuius abstulit Ezechias excelsa, & altaria? Sceleratus, & impudens homo calumniatur id, propter quod Rex ingentem landẽ inter omnes fuerat consecutus. Sancte enim abstulerat idolorum altaria, vt reiecta idololatria coleretur verus Deus in templo suo, quod vitio dabatur Regibus alias iustis, quod excelsa non abstulissent. Mali detestantur iustos, quia iusti sunt. lib. 9. cap. vigesimo. nume. octauo. 13, & 18. lib. vndecimo. cap. 15. numer. vigesimo secundo, & 23. cap. 16. num. 12. & 13. Mali peccatis habẽt corruptum iudicium rationis. lib. 11. cap. 14. nume. quinto, octauo, 11. & 14. Summa malitia agitaci statuerunt hydropicum ante Iesum, sed hæc diuina bonitas est, vt instar apis mel extrahat consolationis. Deus tam est bonus, vt hominum malitia vtatur in bonum, lib. quarto. cap. 22. nume. primo. secundo. 8. 9. 11. vsque ad 13. cap. 29. numer. 6. & septimo. cap. 34. num. 23. vsque ad 25. Deus bene vtitur malis operibus hominum, sicut hi male vtuntur bonis operibus Dei. lib. quarto. cap. vigesimo secundo. num. 9. duodecimo. vsque ad 14. Hoc maximum hominis miseri bonum fuit, quod Dei offerretur præsentiæ.

Esa. 36

Gen. 3.

Fugiebat Adam turpiter nudatus post peccatum, statuit eum Deus coram se, & curauit eum. Domine ante te omne desiderium meũ, & gemitus meus a te non est absconditus. Exaudi me Domine quoniam benigna est misericordia tua. Dei præsentia quam plurium bonorum est causa, &c. lib. quarto, cap. 19. per totum. cap. 20. num. 8. Deo approximantes boni felices sunt, lib. quarto, cap. vigesimo. nume. 2. 7. 11. 12. 14. vsque ad decimũ sextũ. Peccatores alij abscondunt se a facie Dei, alij fugiunt. lib. 3. cap. 24. nume. secundo, vsque ad quartũ; lib. quarto, cap. 26. num. 16. Pharisęi prædicatores inuident prædicatori Christo, figulus enim figulo inuidet, sicut in Genesi iurgium erat frequens inter pastores Abrahã, & Loth; ita vt vix eos caperet terra. Sic & Ioab Dux Amasiam nequiter, & turpiter occidit, credens quod Dauid eum ducem constituere exercitus sui decreuisset. Non talis erat Moyses, qui dum audiret quosdam in plebe prophetantes dixit: Quis mihi det, vt omnes prophetent? sic & Paulus, &c. Prædicatoriter prophetent? sic & Paulus, &c. prædicatoribus plebi proficuis inuidere non debent alij. lib. nono. cap. quinto. num. 19. & 23. Prædicandum est Euangelium, non æmulatione, sed sincere. lib. decimo quarto. cap. 29. num. septimo, & 20. Astantibus ut calumniarentur dixit Iesus: *Si licet Sabbato curare.* In quibus verbis docere uoluit Iesus, potius respiciendam mentẽ legislatoris, quam verba, quando hæc duo inter se non concordauerint. Abimelech cõtra litteram legis panes propositionis edendos proposuit Dauidi, & eis, qui ipsum comitabãtur, quos solis Sacerdotibus edere licebat, sed mentem legislatoris sequutus est, ne qui egebant grauiter, perirent fame. Moyses iter agente populo Iudæorum per desertum nullum infantem circumcidit quadraginta annorum spatio contra litteram Geneſis, non tamen fecit contra mentem legislatoris, necessitas enim id postulabat, siquidem de mouẽdis castris numquam certi erant, & ne perirent pueri, si statim circumcisi iter arriperent, ideo circumcisionem differendam censuit Moyses. Lex dicit opus non faciendum in Sabbato, non tamen contra mentem legis est fratris necessitati prouidere. Vnde stulte egerũt Iudæi, qui, ne violarent Sabbatum, pugnare non audentes interierunt, mentem legislatoris non considerantes: *Si licet Sabbato curare?* Immo opus proprium est Sabbati proximo benefacere. Quod legimus fecisse Tobiam, qui in diebus festiuis pauperes ad se vocabat, & fouebat, mortuos sepeliebat. Pietas enim vbique, & in omni tempore exercenda est. Angelus aiebat Balaam: Propter quid percussisti asinam tuam? Curant Angeli a Deo edocti maxime pietatem adhuc erga animalia, sicut & Euangelium hodiernum docet; *Cuius uestrum asinus, aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die Sabbati?* Similiter in Exodo præceperat Dominus: Non coques hędũ in lacte matris. Quid aliud, quam pietatẽ præcipit lex ista? Non solum in homines, sed in pecudes, & volucres pium te esse uoluit.

Psalm. 68

Num.

Cap. 2.

Num. 22.

Exod. 23

Cha-

Charitas holocaustum medullatũ est, quod Deo debet offerri. lib. tertio. cap. secundo. nume. 31. Charitas patiens est, vt aliena mala toleret, benigna, vt quos tolerat, amet. lib. decimo quarto. cap. primo. num. 31. Festi dies colendi sunt, & qua ratione, &c. lib. sexto. capit. secundo. vbi etiam docetur, qua ratione Iudæorum festa spiritualiter sint tractanda.

8 *Ipse vero apprehensum sanauit eum, ac dimisit, &c.* vsque: *Et non poterant ad hæc respondere illi.* In quo facto docet Iesus propter hominum impiorum calumnias a bono non desistere, nec vulgi dicteria curare, ne audire mereantur, qui tales sunt: Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum. Vulgi enim iudicia, detractiones, paruulorum ridendæ sagittæ sunt, nõ timendæ, quas negligens Iesus apprehensum hydropicum sanauit, forsitan nec petentem salutem, nec sperantem, vt maior in Domino bonitas comprobaretur. Sic: Vim faciebant Angeli Loth, vt eum nolentem ab incendio liberarent. Et misit Noe manum, & introduxit columbam, ne aquis diluuij interiret. *Et non poterant ad hæc respondere*, id est, nec ægri sanitatem taxare, nec rationibus se opponere. Quo docemur nihil contra iustos posse scelératorum consilia, si Deum propitium habuerint. Nihil nocuit Dauidi consilium Architofelis, nec Ioseph consilium fratrum. Hi cum Hieremia audient: Bellabunt aduersum te, & non prævalebunt, quia ego tecum sum, vt liberem te. Deus enim comprehendit sapientes in astutia eorum, & consilia prauorum dissipat. Quia non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. Immo aliquando cum iusti creduntur uicti, proceunt victores, & clariores, sicut quando arca fœderis videbatur capta, abiecta, victa, subiectaque idolo Dagon in Azoto, receperunt Azotij Deum suum iacentem in terra, & confractum. Iustos in interiori homine numquã relinquit Dominus, licet in exteriori deserere videatur. libr. quarto. cap. vigesimo. numer. tertio, & quarto. Iusti tribulationibus reddun tur clariores, & mediis, quæ fini videntur contraria, lib. quarto, cap. 22. nume. tertio, usque ad quintum. Iusti persecutionem, & irrisionẽ patiuntur a reprobis, Deus tamen ista moderatur, lib. nono, cap. vigesimo, per totum. Sancti in tribulationibus, &c. probantur, & fiunt clari, lib. secundo, cap. octauo, num. nono, usq. ad vndecimum. cap. vndecimo. num. 31. lib. 6. cap. nono, num. nono. decimo. 17. & 18. Sancti fluctibus mundi spumantibus non quatiũtur, nec turbantur, lib. nono, cap. 23. numer. 7. 8. & duodecimo.

Pſalm. 65

Ben. 19

Gen. 8.

2. Reg. 17

Gen. 37.

Hiere. 15

Iob 5.

Prou. 21.

1. Reg. 5.

9 *Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, &c. Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, &c.* Parabolã vocauit Lucas Domini admonitionem, & consilium, vt ostenderet, quod Iesus non solum tradere voluerit modum recumbendi in mensa, sed docere præcipue voluit sectandam vbique, & semper humilitatem, & sui depressionem, fugiendam verò sui exaltationem, quod per hanc fiat, vt quis plerumque ab hominibus, semper autẽ a Deo humilietur, per illam vero contra fiat, vt quis a Deo & hominibus exaltetur. Quod etiam Salomon antea animaduerterat dicens: Ne gloriosus appareas coram Rege, & in loco magnorum ne steteris. Melius est enim ut dicatur tibi; Ascende huc, quam vt humilieris coram principe. Cum autem dicit Iesus: *Vt cum uenerit, qui te inuitauit, &c.* coniunctio, vt, accipienda est consecutiue. Non enim docere uoluit Dominus eo fine ultimum locum deligendum, sed quid consecuturum sit. Nam alioqui Iesus doceret, qua ratione gloriã quis venetur apud homines, cum potius hac parabola curare uoluerit inanis gloriæ morbum. Ostenditque non esse veram gloriam, quę ambitur, sed quæ datur. Sicut aiebat Paulus: Nemo sibi assumat honorem, sed qui uocatur a Deo tam quam Aaron. Non damnat primum locum, illo enim potiebatur Ioseph in Aegypto amicus Dei, & Hester in Susis, quę tamen abominabatur signa superbiæ. Sed illorum deordinatum honoris appetitum taxabat, qui quærebant primos recubitus in cœnis, & cathedras in Synagogis, &c. *Tunc incipies cum rubore nouissimum locum tenere.* Hoc enim malum eos, qui renuũt humiliari, consequitur, vt postea magis subdantur. Sic fratres Ioseph incuruauerunt se ei facie tenus super terram. Quoniam isti noluerunt vtcumque subesse, coacti sunt nunc demissa in terram facie fratrem dominum adorare. Qui se supra se sine Deo extollit, hac pœna mulctatur, vt infra se deiiciatur. Dominus ad serpentem: Super pectus tuũ gradieris, vt videas quod excellentiæ appetitus pariat deiectionem. Serpens voluit esse homo, & effectus est omni bestia agri inferior. Vnde concludit: *Quia omnis qui se exaltat humiliabitur, &c.* Non dicit: Qui exaltatur, sed qui seipsum exaltat. Multi enim iusti, vt dicebamus, exaltati sunt, cum tamen illi non ambierint honores, nec dignitates. Humiliat Deus suos, vt exaltet, sicut mundus eleuat suos, ut deiiciat, sicut fumus quando altius consurgit citius euanescit. Mundus similis est luctatori, qui alterum eleuat, vt in terram præcipitet. Vox Domini confringit cedros, & constituit super gentes, & regna dicentem A a a Domine, &c. Proprium enim Dei est superbos deiicere. Ita Iob: Si habes brachium sicut Deus, &c. fac quod ille efficere solet, scilicet, dispergere superbos, & arrogantes humiliare. Et Esaias: Dominus exercituum confringet lagunculam in terrore, & excelsi statura succindentur, & sublimes humiliabuntur. Vnde in Ezechiele dicebat Deus; Quod pulchrior es descende, & dormi cum incircumcisis, id est, quo maioribus priuilegiis donatus es, eo magis te vilem reputa, vt ipse te erigat, sicut Ioanni accidit, dicebat ille: Non sum Elias, Iesus ipse est Elias, ille: Nõ sum Propheta, Iesus plusquam Propheta. Non solet Dominus alta eleuare, sed infima, non gaudet Dominus fa-

Prouer. 15

Hebr. 5

Gen. 41.

Heſt. 14.

Matth. 23

Gen. 42

Gen. 3.

Pſalm. 28

Hierem. 1

Iob 40.

Eſa. 10

Ezech. 32

Genes. 25. cta facere, sed infecta. Sic egressus est prior rufus totus ipse, Esau ex vtero factus exijt, ideo nihil amplius voluit Dominus in eo facere. Non sic frater eius, ideo a Domino factus est magnus. Diximus Dominica decima post Pentecosten, vbi hæc eadem sententia est: *Omnis qui se exaltat humiliabitur, &c.* multa de humilitate, & superbia vide etiam in indice verbo: Vanagloria, Ambitio, Humilitas, Superbia, Honor, Gloria mundana. De re enim hac late & eleganter disserunt Sancti.

DOMINICA DECIMA SEPTIMA

post Pentecosten.

Euangelium.

Accesserunt ad Iesum Pharisæi, & interrogauit eum unus ex eis legis doctor tentans eum. Matth. 22.

Totius Euangelij huius præcipua tractatio uersatur in expositione præcepti de dilectione Dei, & proximi, de qua re diximus multa Dominica secunda post Pentecosten, quæ consulenda sunt.

Dom. 17 post Pentecost.

IN omnibus fere sacri Euangelij locis, in quibus sancti Euangelistę narrant Phariſæos legis doctores, Sacerdotes, Scribas, viroſque Eccleſiaſticos vel miſiſſe, vel tractaſſe cum Domino Ieſu ea, quæ religionem concernerent, quæ uel ad intelligentiam legis, uel ad ſalutem conſequendam eſſent neceſſaria, inuenies non ſinceram mentem, qua agerentur ad diſcendum quæ ignorarent, ſiue illa fidem concernerent, ſiue bonos mores, ſed ſimulatũ animum, fictam religionem, ſanctitatis apparentiam, quam in exiſtimatione tantum hominum deſiderabant, internum virtutis ſplẽdorem contemnentes, qui ſatis ſe feciſſe arbitrabantur, ſi interrogationibus ſanctis ſollicitos eos de operanda virtute, & conſequenda ſalute crederet populus, licet interna omnia mille ſcaterent vitiis illi, qui auram popularẽ captantes uirtutis ſpeciem, non ueritatem ſectabantur. Hæc eorum ſumma erat cura talis, ac tanta, ut cum efferati eorum animi incredibili odio erga Chriſtum Dominum tenerentur, ipſum ac ſi veri illius eſſent amici, adulabantur, ut deciperent, quem abſentes verbis proſequebantur, maledicto, & contemptu plebis, & qui præſentes ſicut nouacula acuta *Pſalm. 51* faciebant dolum, amorem ſimulantes, ſimiles nouaculis, quæ pilos dulciter radunt, abſentes vulnera inſligebant letalia, vt illius honor, fama, ac vita funditus periret. Vt autem Ieſus mederetur utrique huic peſtilentiſſimo morbo, & inſanabili, præceptum retulit de dilectione Dei ex toto corde, anima, & mẽte, & de uera, & ſincera proximi dilectione, vt in primo apparentem eorum uirtutem taxaret, ſimulatum animum argueret, poſitamque docęret virtutem in intima cordis reformatione in Deum, in ſecundo autem & detractionibus, & adulationibus eorum adhibuit remedium, cum proximum docuit diligendum ea animi veritate, qua ſtudioſi homines ſeipſos diligerent. Phariſæorum, & Eccleſiaſticorum eorum, qui prędicante Domino ſacra loca Hieroſolymis incolebant, ſimulatam virtutem vera contempta, qua Deo neglecto ſolã vulgi popularem auram ſectabantur, tota ſacri Euangelij ſeries docet, qua ratione illi marcidi ieiunantes contorto collo ſolam populi exiſtimationem ſectabantur. Vnde cum primum Baptiſta Ioannes ad fluenda Iordanis poſitus lauare homines cæpit, ut ſcelerũ *Matth. 3.* maculas illi & confiterentur, & agnoſcerent, continuo acceſſerunt Phariſæi humilitatem fingentes, ſe peccatores fingentes, egentes ſacra illa lotione, qui tam eſſent in plebe accepti, ut religioſiores in poſterum crederẽtur ſubiecti Deo, qui ſacris aſtabant altaribus, qui aſſiduis lotionibus, ſacrificiis, & ſacramẽtis, ſi quę eſſent internæ maculæ mundarentur, & tamen Baptiſtæ ſubderentur, ne vllum remedium prætermittere viderentur, quomodocumque abluendis ſordibus, & conſequendæ ſaluti videretur accommodatum. Quod autem hæc ipſorum intentio a ſacro Propheta Ioanne eſſet cognita, hinc mihi apparet manifeſtum, quod is perditos milites, campſores, vſurarios, aliaque huius generis monſtra multa benignitate recepit, docuit. Cum autem Phariſæi acceſſiſſent grauiſſimis, ſimulque acerrimis verbis coram omnibus grauiter reprehendit dicens: Quod iam ſecuris ad radicem arboris eſſet poſita, ut ſine fructus periret arbor, quæ ſolis foliis plena fructum non ferret virtutum. Cuius uentilabrũ in manu eſſet Dei, ut nitentem paleam a tritico ſepararet, ut iſto in horreum congregato paleas comburetet igni inextinguibili, qui & genimina eſſent uiperarum, viperęum animum geſtantes ſub ſimulata illa, fucataq; religione. Horum autem nullus interrogauit qua ratione huic damno, periculoque tam grauí prouideret, quibus mediis ighẽm inextinguibilem quidem futurum exſtinguere modo poſſent, vt intelligas in his omnibus puritatẽ minime curaſſe; qua reiecta ſolam vmbram ſectarentur ſtulti. Grauiter etiam animaduertit Ieſus in eoſdem, eo quod de manuum lotio *Matt. 15 & 23.* ne tantam gererent ſollicitudinem interiorís bonis, & corde contemptis: Et hoc acriter reprehendebat Ieſus, quod dilatarent phylacteria, & magnificarent fimbrias, diuina præ-

præcepta cartulis ferentes, ne vſquam illorũ obliti crederentur, cum in brachiis, & frontibus penderant ea, quorum obſeruationi ſolũ viderentur intenti, qui re vera hanc penitus neglexerant. Vittæq. hiacynthinæ e fimbriis *Epiſt. 14. ad Celan.* pendebant (Hieronymus) vt mandatorũ Dei reminiſcerentur dum hæc cernerent, vt etiã caſu hic, illicq. inſpicientib. oculis præceptorum cæleſtium memoria naſceretur: His vtebantur Phariſæi, vt religionem ſimularent. Qui comedere dicebantur etiam domos viduarum, orationes longas orantes. i. longas contexitis orationes, non vt Deum placetis iratum, vt eius gratiam imploretis, illius beneficiis grati ſitis, ſed eo potius animo, vt viduę confidant in vobis, tamquam in viris ſpiritualibus, preſſæq. neceſſitatibus ad vos proficiſcantur, & muneribus, & donariis orationes veſtras poſtulent, vt ſic exhauriatis earũ opes. Propter hoc amplius accipitis iudiciũ, duplex enim iniquitas ſimulatæ. ſ. religionis, & iniqui quæſtus, duplicem exigit pœnam, &c. Multaq. ſunt alia, in quibus Matthæus docet hos intentiſſimos ſoli apparentiæ virtutum, earum veritatem penitus negligentes. Hi certe ſimiles erant fructibus, quos arbores Sodomæ poſt incendium producebant. Quę ficum, *lib. 10. Hiſt. de bel. Iudaic. 5.* malum puniçum, perſicum, &c. ſic dabant arbores omnes, vt multam pulchritudinẽ, colorem, & apparentiam prę ſe ferrent, alijs quidẽ arborib. ſimiles, at cum primum quis accederet ad colligendum pomũ, vt illo veſceretur, in cinerem prorſus conuertebatur, & fumũ. Modo quidem arborum nulla ad debitã perfectionem fructus omnes perducit, ſed quidam in florum productione vento flante, vel frigore cadunt, alij maiuſculi nebula pereunt, alij vermibus corroduntur, alij ad perfectam maturationem propter arboris imbecillitatem non perueniunt, alij vero & viſui delectabiles, & guſtui debitam conſequuntur perfectionem. At arbores Sodomiticæ fructus omnes, & poma producebant viſui pulchra, quæ ad perfectionem veniſſe iudicabat, qui ſquis ea non contigiſſet, cum re vera omnia eſſent eſui inepta, apparentiam tantum conſecuta, non veritatem. Sic & homines, qui arboribus, & fructibus recte comparantur, conſiderare licet, quod cum in aliquo genere uiuendi aliqui non religioſe viuunt, nec eam conſequuntur perfectionem, ad quam pertingere debuiſſent, in eo certe multi habitant, qui ſanctitatem adepti veram & viſui, & tactui examinati, & cogniti viuunt. At cum in omnib. eadem apparet deuotio, eadem cõpoſitio, eadẽ mortificatio, eadem in orando, & in vili habitu diligẽtia, eadem in phylacteriis, & fimbriis cura, qualis in tota fere Phariſæorũ apparebat congregatione: hi, qui de multa perfectione gloriabantur, illa prorſus vacuos remanſiſſe ſacrum narrat Euangelium. Hypocritæ pleni vitiis virtutes ſimulant, vt laudẽtur. li. 1. cap. 3. num. ſecundo. Hypocrita ſepulcrum dealbatum dicitur, quia tantum ea, quę videntur, curat. lib. octauo, cap. nono, num. ſecundo, vſque ad quartum, 8. 10. & 28. Hypocritarum extremum iniuſtitiæ terminum aiebat Plato illum eſſe, iuſtos videri velle, dum non ſunt, ibidem num. ſexto. Horum mala patebunt, cum decaluauerit Dominus verticem filiarum Sion. nume. decimo. De his ſcriptum eſt, quod in trib. annis quaſi annis mercenarij auferetur gloria Moab, num. vndecimo. Hi, dum humanum fauorem quærunt, non de longe, ſed de proximo panem portant, num. decimo tertio. Hypocritæ folia quærunt, vt primi parentes, ut nuditatem tegant, dum male viuentes bene loquuntur, num. 15. Hypocritarum vita careto ſimilis eſt, ſpeciem viriditatis habens cũ ſterilitate, qui dum viuit ſanctus creditur, ſed ſole Chriſto veniente ad iudicium vt ſcirpus ſiccatur, ibidem nume. 17. 18. 21. vſque ad 24. 26. & 27. Hypocritæ, dum iuſtorum vitam ſimulant, ſed non habent, pennas habent ſtrutionis ſimiles pennis herodij, ibidem num. 29. Horum facies licet ex una parte decoræ videantur, re vera totæ fędæ ſunt, num. 31. Virtutes omnes, charitate excepta quas habent ſerui Dei in veritate, habent diaboli ſerui in ſimulatione. lib. quarto, cap. 31. num. vndecimo. Virtus non verbis, & ficte, ſed pio, rectoq. animo operanda eſt, quod multi non faciunt. lib. 14. cap. 19. num. primo, vſque ad 3. 6. & 16. lib. decimo. cap. decimo. num. quinto, 33. & 34. Vbi docetur etiam, quod virtutum externa opera non acceptat Deus, ſi interno ſpiritu ſint vacua. Libro autem 18. cap. decimo. num. tertio, vſque ad quintum, docetur, quod virtutes minimas facere grauioribus omnibus reiectis Phariſæorum eſt propriũ. Virtuti prius in intimis ſtudere debet homo, & poſt externa curare, ibidem num. quinto, ſexto. 26. 33. & 34. Tunc enim virtus probata eſt, quando actus interni, & externi coniunguntur, ibidẽ. Hæc ergo erat Phariſæorum ſtultitia, vt ſceleribus pleni virtutem ſimularent, hęc eorũ perditio, hypocritis familiaris abſentis Chriſti rodere vitam, illumq. in facie adulando laudare. Benignitatem. n. in proximos oſtẽdunt Hypocritæ, vt dolos ſuæ iniquitatis operiant, li. nono. cap. 17. num. 21. Licet enim adulatio re vera non ſit, vbi vera ſunt, immo meritis inferiora, quæ de proximo dicuntur, qualia omnia eſſent, licet multa & ingentia, quæ de Chriſto Domino dici potuiſſent, tamen horum animus adulatorius erat, dũ illum magnificabãt, quem tantis laudib. indignum arbitrabãtur, & in facie laudabant, quẽ abſentẽ vituperabant. Tanto. n. odio erga illum afficiebãtur, vt auditis eius laudibus tabeſcerent, inſtar dæmoniacorum ſpumarent, & furerent. Cum *Ioan. 7.* primum enim audierũt aliquos de plebe Chriſtũ recepiſſe, & in eum credidiſſe, aiebant: Numquid aliquis ex principibus credidit in eum? Sed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti ſunt. Cum ſanandis ægris benignus Dominus intenderet, uel ſacrilege miranda opera dæmoni tribuebant,

vel violationem Sabbati calumniabantur, vel aiebant: Nos scimus quod hic homo peccator est, vorax, potator vini, amicus publicanorum. Talem cum arbitrarentur Dominum Iesum, magistrum vocabant veracem, & viam Dei in veritate docentem posthabita omni personarum acceptione. Ecce duo in his malasimul coniuncta, quæ multis modo hominibus sunt peruia, & communia, alterũ absentis famam dilapidare, honorem prodere, turpiter illi detrahere, alterum & grauius, & periculosius illi, cui dentem infixeris, & a quo sanguinem extraxeris, adulari. Multorum lingua
Eccles. 28 illa est, de qua scriptum est: Iugum illius iugũ ferreum est, & vinculum illius vinculum æreũ
Eccles. 10. est. Et alibi: *Si mordeat serpens in silẽtio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit.* q.d. si cut serpens occulte mordet hominem, qui ipsum non videt, mordensq. venenum effundit, dumq. non præuidetur, aut necat, aut vulnerat, sic proximus, dum amicus creditur, & nõ cauetur, qui defensor honoris fratris existimatur, ipse est, qui primus illum venenata aggreditur lingua, eiusq. honorem vel funditus perdit, vel cruentat, maiusq. infligit vulnus, quoniam dum, qui adsunt, eum amicum arbitrantur illius, de quo murmurat, non odio sti mulante, sed veritate cogente id facere credunt. Illiq. plenam adhibent fidem, quam non adhiberent, si inimicum illius crediderint. Quæ enim ab inimico proficiscuntur damna, bona ex parte contemnuntur, dum & præuidẽ tur, & futura esse noscuntur, fictus autem amicus serpens est occulte nocumentum inferẽs, quod nullus speraret ab eo, quem amicum reputasset. Serpens etiam detractor dicitur, quoniam sicut ille terram comedit, terra pascitur, terra nutritur, & delectatur, sic & detractor defectibus aliorum pascitur. Si serpenti proponas perdicem, aut gallinam comedendam, etiamsi fame tabescat, ista non cõtinget. Quare hoc? Quia cibus illius terra est, nocuus quidem animantib. cæteris, hominibusq. pestilens, illi autem delectabilis, sicut & aliis animalibus venenum, quo pascuntur. Ita sane si coram eo, qui defectibus pascitur fratris, & eius infamiis viuit, bona fratris narres, eius virtutes admireris & laudes, illius humilitatẽ prædices, alterius charitatem aperias, alterius patientiam celebres, tacet, uox faucibus hæret. Quare hoc? Quia serpentinus animus non hoc cibo pascitur. At cum primum proximi mala audierit, ea libenter audit his veluti
Psalm. 13 desideratissimis, vsitatissimisque cibis delectatur deuorans plebem Dei, velut escam panis. Illi enim, qui assidui sunt in hoc vitio, deuorant Dei populum, vt cibum panis. lib. 11. c.
3 16. num. vndecimo. Murmuratores serpentib. optime comparantur, ibidem num. decimo, & cap. 17. num. tertio. Aliqui murmurant dicentes, se id facere ex amore erga proximum, cũ re vera detractio omnis ab odio procedat. lib. vndecimo. cap. 16. num. 15. cap. 17. nu. decimo. Murmurans non passione, & subito, sed otio vacans huic vitio sedere dicitur aduersus fratrem. li. vndecimo. cap. 16. num. 16. Murmurationum multę sunt species. lib. vndecimo, cap. decimo septimo. num. decimo. Præterea sicut serpentis hæc astutia est, vt cum hac via incedere uideatur, alteri læsionem inferre non curans, qui subito saltu eum inuadit, quẽ imparatum conspexerit; sic Pharisæi hi, multiq. his similes laudes proximi contexere videntur, & subito eius vitam aggrediuntur, & absentis honorem, & famam perimunt, *con un pero* de quo dixit quidam Hispanus *que era muy semejante a la mancana de Adam*, vnde tanta prodierunt damna, eaque tam grauissima. Ignisque est illius lingua, vniuersitas iniquitatis, quę quidquid viroris esse in uita fratris
Iacob. 3. credebatur, prorsus exurit. Nec ad reparãdũ proximi honorem tam sunt potentia totius populi ora, quantum ad perdendum illum sufficiens fuerit detractoris vnius lingua. Inter beneficia, quæ Deus beato Iob exhibenda promiserat, illud vnum fuit: A flagello linguæ ab-
S. Thom. sconderis. Quod illi contulit, ait S. Thomas, &
Iob 5, confert iustis, quando detractoribus celat illius, quem diligit, defectus. Sed certe hoc mũdi summum malum est, vt fratrum mala, quæ re vera ipsi ignorant mundani, & quæ re vera
Iob 19 in illis non sunt, illa produnt, sicut & Iob conquerebatur, dicens: Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini? Alienis honoribus, & aliena fama velut carnibus proximorum saturantur murmuratores. Cum semel Zoilus quidam Polycrati Philosophi discipulus reprehenderetur, dicenti cuidam. Propter quam causam semper, & nulli vsquam parcens detraheret, respondit: Quia male facere cum velim, non possum. Innumeris certe Zoilis hodie plenus est mundus, qui dum non inueniunt qua ratione factis lædant, vel vindicem timent iudicem, qui nõ sine causa gladium portat, dentib. caninis in alios inuehunt. Murmurantes in iustos pro dentibus gladios habent, vt eos trucident. libr. 11. c. 16. num. 7. Murmurare conditio est hypocritarũ. ibidem num. 19. Murmuratio acrius cæteris vitiis videtur impugnare charitatem Dei. li. 11. c. 17. num. 9. & 10. Murmurans surdo maledicit contra præceptum legis. lib. 16. cap. 8. num. 26. Hoc malum graue commune semper fuit in orbe, sed cum illi adulatio coniũgitur, extra se hominem cordatum trahit, & permit, dum certo scit ante horam illius honorẽ, famam turpiter inuasisse eum, qui modo in facie benedicit, laudat, vt sanctum illum dicit Pharisęis istis quã similis, qui cum Dominum Iesum dicerent ebrium, publicanorum amicum, &c. nullus, quem talem credebant, corripuit, & insuper ipsum adulantur. Morbus hic pestilentissimus reipublicæ cancer est. Murmurator enim, licet præter intentionem, illi, cui detrahit, vtilissimus est, libr. quarto, capit. 36. nume. secundo. lib. vndecimo. cap. 15. num. 1. nono. 10. 14. 16. vsque ad 18. 20. 21. & 25. ca. decimo sexto. num. primo. Murmurationes in iustos

iustos permittit Deus, vt humilientur, & ne laudati ruant. libr. vndecimo. capit. decimo quinto. numer. vigesimo. libr. decimo octauo. capit. primo. numer. trigesimo secundo. At adulatoris lingua vel securum reddit eum, cui adulatur, aut timidum, quod vitium execrabatur vt nocentissimum, qui dicebat: Ne-
1. Thes. 2. que aliquando fuimus in sermone adulationis, vos scitis. Adulatores idololatriæ fuerunt auctores, vt enim Regibus, aut Principibus adularentur, & illis statuas consecrabant, &
Bern. li. Sent. adorabant. Hi sunt, inquit Bernardus, de quibus scriptum est: Molliti sunt sermones eius super oleum & ipsi sunt iacula. Vbi pulchre non molles, sed molliti dicuntur sermones, eo quod sit in eis non tam vera, & solida, quam simulata suauitas, siquidem ipsi sunt iacula, quia sub lingua eis labor, & dolor, cũ iustis dicatur: Mel, & lac sub lingua tua. Quod. n. in uerbo aspero correctionis abscõditũ est, lac dicitur, quo alitur, & mel, quo postmodum delectatur, etiamsi sapientis verba sint quasi stimuli, & quasi claui in altum defixi. Hęc Ber-
Prou. 27. nardus. Aiebat Salomon in Prouerb. Qui benedicit proximo suo, voce grandi de nocte
Hieron. consurgens maledicenti similis erat. Voce grandi proximo benedicit, inquit Hieronymus, qui eũ fauore superfluæ laudis extollit, vel malis actibus eius contra iustitiam faueno, vel bona plus iusto laudando, hic maledicenti assimilatur, quia plurimum lædit eum, cui laudando, siue in mala actione confidentiã tribuit, seu in opere recto simplicitatem puri cordis minuit. Vnde interrogatus Diogenes Cynicus: Quod esset animal, quod mordendo maius infunderet, & pestilentius venenum? Respondit sapienter satis: Si animal sit ferum, maledici lingua venenosior, si autem mite illud fuerit, adulator. Qua ratione Plutarchus adulatores vocabat omnium Deorum patentissimos hostes, quorum officium est homini semper dicere; Nosce te ipsum. Alexander magnus Philosophum quendam sibi & familiarissimum, & amicum, qui longo tempore eius fuerat amicitia potitus, a se expulit repentino quodam motu, & indignatione, cuius rei causam cum inscius alter interrogasset, respõdit: Quia vel ignoras, quæ apud me gerũtur mala, aut illa non ignoras. Si ignoras nõ necesse habeo te apud me habere ignarum, scilicet virum, si autem nosti, nec vsquam Alexandrum corripuisti, videris
Eccles. 7. quidem mihi adulari, atque propterea te tãquam pestem quandam a me longissime expellam necesse est. Quæ verba elegantius multo ante protulerat Salomon dicens: Melior est ira risu, quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Cor sapientium ubi tristitia est, & cor stultorum vbi lætitia. Melius est a sapiente corripi, quam stultorum adula-
Gen. 2. tione decipi. Totius mali exordium adulatio
3. Reg. 22. serpentis fuit: Nequaquam moriemini, sed eritis sicut Dij. Achab adulatione falsorũ Prophetarum deceptus miserabiliter interiit; interierunteque semper multi, pereuntq. modo innumeri nouissimis his temporibus, in quib. miseri homines doctrinam sanam non sustinẽ-
1. Timo. 4 tes ad sua desideria coacernant, & multiplicant sibi magistros prurientes auribus, qui a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Istud enim orbis grauissimum, & nocentissimum malum est, vt in absentia vitia prodantur, vbi honor fratris sine ulla prorsus vtilitate corruit: in præsentia vero, vbi eorum remedium expectari potuisset, nullus est qui aduertat, multi autem, qui fratrem, quem sceleratum credunt, beatum
Esa. 3. dicant, vt ipsum decipiãt. Sicut & Pharisæi hi facere nitebantur Dominum absentes inhonorantes, præsentes laudantes eum, quem laudibus credebant indignum. Adulatio vitium est, quod maxime regnat in orbe, estq. multorum malorum causa, dum humilitatis, & benevolentiæ loco dicitur, li. primo. cap. tertio, nu. primo, & 16. Adulatores animas occidunt eo-
5 rum, quos laudant, ibidem nume. septimo, 11. & 13. Adulatorum linguæ alligant animas in peccatis, num. nono. 13. & 14. Adulatoris lingua amplius nocet, quam manus interfectoris num. duodecimo, 15. & 17. Adulantes, & vituperantes persecutores hominis sunt. lib. 1. ca. 34. n. 12. 16. & 17. libr. 2. ca. 7. numer. 36. Adulatores, & murmuratores vulpes sunt demolientes vineas .i. iustorum profectus, libr. 18. capit. 15. nume. 47. Adulator illum laudans, quem corrigere tenetur, duplici inuoluitur crimine, lib. primo. cap. tertio. nume. vndecimo. Ecce Pharisæorum duplex, illudq. grauissimum malum, alterum quod vera virtute reiecta, cordeq. vacuo illius tantum vmbram sectabantur, aliud vero, quod Christũ Dominũ, qui perpetuo detrahebant, & quem calumniabantur adulantur in facie. Is autem, vt vtriq. huic malo medeatur, intertogatus: *Quod esset mandatum magnum in lege, diligendum docet Deum ex toto corde anima & mente, proximum autem sicut quis diligit semetipsum.* Per primum mandatum fictam virtutem reiecit, per secundum detractionem, & adulationem dilectioni proximi contrarias. Sicut enim uita corporea a corde incipit, ad cuius conseruationem tanta adhibetur cura, sic per dilectionem Dei cordis reformationem docuit Iesus, a quo uita procedit. Laua a malitia cor *Matth. 15* tuum Hierusalem, vt salua fias, dicasque cum *Esa.* Regio Vate; Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea, & tunc labiis exultationis *Psalm.* laudabit os meum. *Diliges Dominum, &c.* Locũ istũ exponit S. Th. 22. q. 44. ar. 4. ad 2. In q. autẽ *S. Thom.* 24. ar. 3. docet tres assignari charitatis gradꝰ, incipiens quando primo incũbit homini studium principale recedendi a peccato, resistendo concupiscentiis eius, quæ in cõtrarium charitatis mouent. Proficiens, quando homo principaliter intendit ad hoc, vt in bono proficiat, & charitas per augmẽtum roboretur. Perfecta, cuius studium principale est Deo coniungi, vt ipso fruatur. Præcipua

cura incipientium est de vitandis peccatis, proficientium de profectu virtutum. Et licet hoc etiam curent perfecti, sed præcipua illorum cura est, vt Deo inhæreant. *Diliges Dominum Deum, &c.* Longe alia exigit Deus suis præceptis, quam Principes terreni. Hi enim nihil, nisi opus exigunt, non curant siue inuitus, siue inuoluntarius facias, ignorãs vel prudẽs opereris, Deus autem, qui bonorum nostrorũ non indiget, ipsum cor requirit. Duo autem hæc præcepta omnes fere nos conuincũt peccatores, ac damnandos, nisi Dei misericordia liberemur, & sicut summa hæc mandata sunt, sic etiam summa, & maxima peccata, quæ contra ea fiunt, *In his duobus mandatis uniuersa lex pendet*, quoniam, vt aiebat Chrysostomus, qui proximum suum diligit, nec falsum testimonium dicit de eo, quem diligit, nec occidit, nec mentitur illi, quem diligit, nec mulierem eius inuadit. Sicut odium omne malum suggerit, sic dilectio omne bonum, quoniã charitas omnia credit, omnia sustinet, &c. non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Charitas autem, si mentem hominis repleuerit, operatur magna, &c. Charitas, quæ nos vnit Deo, omnium bonorum est radix. Est. n. illa gluten, quo anima iungitur illi. lib. primo, cap. septimo. num. 18. & 21. cap. 15. numer. 11. 17. 21. & 22. cap. 18. num. septimo. lib. 18. cap. 13. num. septimo. Charitas Dei, & proximi duæ sunt pennæ, quibus anima sursum fertur. lib. 1. cap. 6. num. 26. cap. 7. num. 22. Charitas vinculum est, & compedes, quibus anima iungitur Deo. lib. 1. cap. 7. num. 25. Charitatis ordo seruandus in dilectione Dei, & proximi. lib. primo. cap. 11. num. 18. vsque ad 10. Charitas excellentissimum donum est, sine quo cętera non sufficiunt ad salutem. lib. 3. cap. 2, numer. primo, vsque ad sextum, 9. vsque ad 18. 21. 29. 45. & 49. Charitas diadema regium est, quo dignoscuntur Christiani. lib. 3. cap. 2. numer. 9. Charitas generat omnes virtutes, & necat vitia, ibidem nume. 10. vsque ad 18. 42. vsque ad 44. & 49. Charitas reddit Angelos alumnos suos. lib. 3. cap. 2. num. 15. & 21. Charitas radix est sanctitatis, quæ in homine est, ibidem nu. 22. 25. & 31. Charitas gemellis fætibus comparatur, eo quod dilectionem Dei, & proximi gignit, num. 24. Per charitatem adhæremus Deo, & vnum cum proximo efficimur, ibidem numer. vigesimo quinto, & vigesimo sexto. Charitas optime significatur in bitumine arcæ Noe, eodem numer. 26. Charitas inchoata, inchoata iustitia est, & perfecta perfecta. nume. 27. Charitas est virtus ciuitatis nostræ, quæ si desit, sola est pietatis forma, quæ & holocaustum medullatũ est, quod Deo debet offerri, libr. tertio. capit. secundo. numer. vigesimo nono. trigesimo primo. trigesimo quarto, & trigesimo quinto. Charitas ædificat nos, ne scientia nos inflet, ibidem numer. 49. Charitas de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta, summa totius boni est, lib. decimo sexto. cap. vndecimo. numer. decimo. Charitas donũ proprium est Sanctorum. lib. primo. cap. 25. nu. 2.

Hom. 42. imperfec.

1. Cor. 13

Accesserunt ad Iesum Pharisæi, & interroganit eum unus ex eis legis doctor tentans eum, &c. Quod 6
impositurus esset Iesus silentium Saducæis (quę verba Euangelij Dominicani sunt exordium) & eorum pestilentissimam hæresim conuicisset Iesus, illorumque sacrilega compescuisset ora resurrectionem carnis negantia, gaudebant Pharisæi ipsorum inimici, sed quod hoc in laudem cederet Christi, cui vehementer inuidebant, ferre non poterant. Vnde liuore saucij de magno legis mandato, de quo inter ipsos controuertebatur, sciscitantur, vt si forte ad eam quæstionem non apte respondere, minueretur apud populũ admiratio prudentiæ eius, & maiorẽ apud populũ ipsi conse querentur honorem, & gloriam, quod quem Saducęi superare non potuissent, ipsi superassent. Maleuolentia enim, & liuor nutrit imprudentiam, & impudentiam. Tunc inquit Chrysostomus, tunc, quando eos magis compungi oportuisset, quando clementiã ipsius admirari debuissent, quando Saducæorum clausit ora, tunc conuenerunt in vnum multitudine constipati contra vnum, de quo humili, & miti scriptum retulerant Euangelistæ; Calamum quassatum non conteret, & lignum fumigans non extinguet, nec audietur foris uox eius. Est enim peccatum talis naturæ, ut infirmos, pusillanimesque reddat peccatores, uirtus autem magnanimos, & fortes hos, quos repleuerit. Sic Iudęi, & gentes conuenerunt contra inermes piscatores, contẽptibiles, ut eos a prædicãdo arcerent, quod efficere non potuerunt adamantini effecti illi, qui repleti fuerant Spiritu sancto. Vnusque solus Petrus catenis duabus arctissime uinctus traditus est quatuor quaternionibus militum, ut custodiretur. Sic & fratres Ioseph inuidia in eum concitati, qui sexdecim erat annorum pergens ad gregem uisurus fratres, praudiumque delaturus, dixerunt, omnes: Venite occidamus eum. Timida res malitia est, e contra uero audax uirtus, & boni audacissimi. Numquam enim uidebis malos malum aliquod, aut facinus committere, nisi multi conueniant, quod in Psalmo eleganter describitur, ubi mali ad malum sese cohortantur, & dicunt: Venite disperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Israel ultra. Sed qui conuenerunt? Tabernacula Idumæorum & Ismaelitæ, Moab, & Agareni, Gebal, & Ammon, & Amaleech, alienigenæ cum habitantibus Tyrum. Etenim Assur venit cum illis, facti sunt in adiutorium filiis Loth. Audis hic innumerabiles malos aduersus paucos bonos conuenisse. Sic Proue. Se inuicẽ vocant ad malũ, quia soli non audent. Sic & Sapien. Impij mutuo se hortantur, ut perse-quantur iustum, qui grauis illis erat ad uidendum. Et contra vnum Hieremiam aiunt Hierem. scele-

Chr. ho. 71. in Matth.

Esa.

Prou. 1

Sap. 2.

4. Reg. scelerati: Venite cogitemus contra Hieremiam consilium. Et Rex Siriæ exercitum integrum destinauit, vt Elisæum comprehenderet meilote, & cilicio, non ense, aut gladio circumdatum. Nec mirum hoc, cum currus, & equites ignei iustum custodirent, ingensque Angelorum militia illius curam gererent. Dum ergo impij constipati accedunt, & propriam imbecillitatem, pauentem animum ostendunt, & exercitus copiosam multitudinẽ, quę inuisibiliter astat iustis, nolentes confitẽtur. *Conuenerunt ergo Pharisæi* in vnum, & a veritate se nudatos professi sunt, qui se multitudine armauerũt. Cumq. inuidi paruuli sũt, quos morb. iste occidit, vt Iob ait, nõ mirum quod paruuli etiã vmbrã timeãt, & eos, qui nõ resistũt malo, sed patientes vincũt dominãtes animo suo, qui in sæculo futuro stabunt in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, &c. Inuidia paruulos occidit, &c. libr. nono. capit. quinto. num. vigesimo octauo, & vigesimo nono. Iustis non unus, aut alter Angelus adest, sed Angelorum exercitus præsto sunt, lib. quarto, cap. vigesimo. nume. tertio. 5. & decimo quinto. Iustis omnes creaturæ famulantur, aduersantur autem peccatorib. lib. quarto. cap. vigesimo nono. num. primo, vsque ad quintum. Malorum potentiam contra iustos moderatur Deus, lib. nono. cap. vigesimo. num. quinto. Mali contra se diuisi uniuntur contra iustos, lib. duodecimo, cap. quarto, nu. vigesimo sexto. Peccatores vt squammæ Behemoth copulantur, lib. decimo quarto. capit. decimo septimo. nume. vigesimo. Pax malorũ inter se in nocumentum est reipublicæ, & bonorum, lib. decimo quarto. cap. quarto. num. 13. 14. & decimo septimo. & per multos numeros.

7 *Quod est mandatum magnum in lege?* De magno mandato interrogat, non considerans gradatim esse ascendendum ad magnum mãdatum, & ad uitæ perfectionem. Vnde scala Iacob gradus habebat ad cęlum vsque ascenden

Ezech. 40 tes, nemo enim repente fit summus. Et in templo illo, quod Ezechieli ostensum est, ascẽdit Propheta per gradus eius, uirtutum, scilicet, & meritorum, de quibus dixerat Dauid:

Psalm. 83 Beatus uir, cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit in ualle lacrymarũ, in loco quem posuit. Etenim benedictionem

Iob 31. dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem videbitur Deus deorum in Sion. Et Iob loquens de vitæ suę libro aiebat: Per singulos gradus meos pronuntiabo illum, & quasi principi offeram eum. Quia quæ perfectionem cõsequuntur, non statim ad verticem illius perueniunt, sed per incrementa meritorum illuc extolluntur. Virtus in exordio imperfecta paulatim crescit, & perficitur, lib. nono. cap. sexto. num. decimo. ca. vigesimo secundo. nume. primo, secundo, & nono. lib. decimo octauo. capit. nono. numer. octauo. capit. duodecimo. numer. secundo, vsque ad quartum, & vigesimum quartum. cap. decimo tertio. nume. sexto, & septimo. In virtute varij gradus similes ætati hominum sunt, libr. nono. capit. uigesimo secundo, nume. nono, decimo sexto, decimo octauo. vigesimo tertio. vigesimo septimo, & vigesimo octauo. lib. decimo octauo. capit. decimo. numer. vigesimo octauo, capit. duodecimo. numer. vigesimo tertio, & 24.

8 Postquam retulit Iesus præceptum de dilectione Dei, & proximi, de quibus diximus Dominica 12. subdit: *In his duobus mandatis uniuersa lex pendet, & Prophetæ.* Quod dixit, quia ad duplicis illius dilectionis exhibitionem, aut conseruationem omnia ordinantur, ita ut secundum exigentiam mandatorum dilectionis reliqua omnia mandata sint aut seruanda, vel aliquando etiam omittenda, aut mutanda. Propter quam causam Paulus vocauit dilectionẽ, *Roma. 13* legis plenitudinem, & quod finis præcepti esset charitas de corde puro, & conscięntia bona & fide non ficta. Porro quod dicitur in duob. *1. Timo. 1* mandatis pendere legem, & Prophetas, verũ est, quia in priori mandato summatim cõprehenduntur ea præcepta, quib. erga Deum instruuntur homines. In secundo vero quæcũq. erga proximum instituunt. Vel intelligatur sic in duob. istis pendere, eo quod alterius præcepti obseruatio sine altero esse nequeat, immo alterum in altero includatur, aut saltẽ præsupponatur. Quicumque. n. diligit Deũ vere ex toto corde, hic ad omnem eius expędam voluntatẽ paratus est, ex quo consequens est, vt & in seipso, & erga alios viuat sancte, & decenter, iuste, & sobrie. Quod si vere diligat proximum sicut seipsum, necessariũ etiã est, vt prius diligat Deum, propter quem proximus est diligendus, & ex cuius dilectione fluit sincera, & vera proximi dilectio. Vnde Dominus cum adhortatus fuisset nos, vt quæ velimus nobis fieri, eadẽ aliis faciamus, quæ verba ad dilectionẽ proximi pertinent, subiecit eadẽ, quæ hic dixit: *Hæc est enim lex, & Prophetæ.* Et Paulus cum de dilectione proximi ageret, non dubitauit dicere plenitudinẽ legis esse dilectionẽ, & dilectionẽ proximi nõ operari malum, nimirum quod hęc necessario præsupponeret dilectionẽ Dei, dicente Ioanne: *Qui dicit se diligere Deũ, & fratrẽ suũ odit, mendax est.* Amor proximi nos ducit ad amorem Dei. Ideo Spiritum sanctũ primum dedit Christus in terra, secundo misit e cælo. li. 16. c. 12. nu. 58. Amor Dei amorẽ proximi gignit. li. 1. c. 15. n. 18. Amor ad Deũ robostũ reddit hominẽ ad bene operandũ. li. 1. c. 7. n. 6. c. 18. n. 1. Charitas lex multiplex dicitur, quia ad multa accẽdit, si perfecta sit, li. 3. c. 2. nu. 42. vsque ad 44.

Roma. 13

Matth. 7.

1. Can. c. 4

9 *Congregatis autem Pharisæis, interrogauit eos Iesus dicens: Quid uobis uidetur de Christo, &c.* Aduerte quomodo etiam hic ad resipiscentiam eos inuitet, sed frustra omnia fiunt. Non poterant respondere, & cum audirent inimicos ponendos scabellum pedum Christi, audiebant Dei sententiam, nec tamẽ veniã delicti rogabant. Christus is est, cui pater dixit: Sede a dextris meis, hoc est, Rex esto

super omnia, in cælo, & in terra. Rex Christus in nobis regnat & vincit, vincit quia venit dominari in medio inimicorum suorum. Non tollit ipsa mala, sed vincere dat. Sufficit nobis eius gratia, si non vult auferre mala, dominemur interim in medio inimicorum nostrorum, donec tandem pater ponat inimicos nostros sub pedibus nostris. Demum etiam is est Christus, cui omnes inimici eius subiiciendi sunt. Et id quidem dupliciter: Sunt quidam, qui sponte se subiiciunt, ac eum agnoscunt Dominum. Sic Paulus olim hostis, tandem scabellum pedum Christi factus est, immo vas electionis. Sic peccatrix illa Euangelica pedibus illius se subiecit, sic nos quoque, qui olim inimici eramus, nunc eum Dominum agnoscimus. Felices qui hoc modo scabellum pedum eius sunt. Quicumque autem spe se non subdunt, vel inuiti subdi cogentur, quos tamen Dominus interim tolerat. Quod si contempserint eam charitatem, erit quando contemnere non possint, sicut in ascensione canit Ecclesia. Vocat pater filium ad consessus solium donec suppedaneos uictos, vel spontaneos ponat inimicos. Felices illi, de quibus scriptum est: Non dominabuntur eis amplius alieni, sed seruient Deo suo, & Dauid Regi suo, nimirum de Christo loquês. Sic Ezechiel: Ero eis in Deum, & Dauid seruus meus princeps in medio eorum, infelices autem illi, omniumque miserrimi, qui in futuro sæculo audierint: In brachio extẽso, in manu forti, & in furore effuso regnabo super eos, qui me Regem pacificum contempserunt nolentem eos regere, & ditare. Christus Rex, lib. decimo octauo. cap. nono. nume. octauo. Christo omnes subiiciuntur boni, & mali, oues & boues. lib. duodecimo. cap. secundo. numer. vigesimo primo. Christus virtutibus Sanctorum coronatur. lib. nono. cap. vigesimo tertio. nume. decimo quarto. Christus virga dirigens iustos, & confringens peccatores. libr. tertio. cap. nono. nume. vigesimo sexto. Christus Rex est in hoc mundo, licet regnum non sit de hoc mundo. lib. tertio. capit. septimo. numer. quadragesimo quinto. Christo mundus subditus est, lib. tertio. cap. quinto. numer. quadragesimo tertio. Christus vastauit filios Seth, dum homines sibi subditos fecit, ibidem num. quinto, decimo, vigesimo quarto, trigesimo secundo, trigesimo quarto. sexagesimo quarto, & sexagesimo quinto. cap. sexto. numer. decimo septimo, cap. septimo. num. primo, trigesimo, & 45.

Hiere. 30.

Ezech. 37

10 *Et nemo poterat respondere ei uerbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.* In his verbis significat eos ea, quę hactenus interrogauerunt, non discendi, sed tentandi animo interrogasse. Si enim discendi fuissent cupidi, non debuissent ob animaduersam in Christo prudentiam ab interrogando quiescere, sed ob id magis ad interrogandum prouocari. Sed tamen licet hi interrogare non auderent, diuina eius bonitas a docendo non cessabat, quæ eorum concernerent salutem; illius enim bonitas hominum malitia non vincitur. Dei misericordia omnem crimi num magnitudinem superat in infinitum. lib. decimo quarto, cap. vigesimo tertio, nume. 6. Deus semper loquitur in conscientiis peccatorum. libr. quarto. cap. vigesimo septimo. nu. quinto, & sexto. Dei misericordia hominum peccatis non vincitur, libr. quarto. cap. septimo. nume. vigesimo. Item qui mari terminum posuit, sceleſtissimorum hominum compescuit audaciam. Non sunt ea, quæ audent dæmones, & scelerati homines contra Deum, & contra viros iustos termino carẽtia, sed Deus moderatur illa, licet illi in inferendis nocumentis non lassentur, sed non relinquit Deus virgam peccatorum super sortem iustorum, *Psal.* 124. vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Id est, non permittet Deus impios diu dominari in bonos, ne hi fiant impij exemplo, & prosperitate illorum incitati, uel impatientia victi. Declinantes autem in obligationes adducet Dominus, &c. Pro obligationibus quidam legunt tortuositates. Periphrasis hypocritarum, qui foris benefici apparẽt, intus, & cordé malefici, quos ducet in perditionem cum his, qui aperte malefici sunt, ut pax sit super Israel deficientibus calumniis, & persecutionibus illorum. Diaboli vires semper restringit Deus, lib. secundo. capi. o auo, nume. quarto. lib. quarto. cap. trigesimo quinto, num. tertio, quinto, sexto, octauo, nono, decimo quarto, vsque ad decimum sextum. cap. trigesimo septimo, num. vndecimo. Mali persequuntur iustos, sed horum virgam non permittit Deus, vt quiescat super illos, lib. nono, cap. nono. num. 60. Malorum potentiam cõtra iustos moderatur Deus, libr. nono. capi. vigesimo. numer. quinto. Verba autem hæc: *Et nemo ausus fuit ex illa die eum amplius interrogare*, sic accipienda sunt: Nemo Pharisæorum, vel huius quæstionis, quam ipse proposuerat, de filiatione Christi nullus ausus est solutionem ab eo quærere, nam captus ab hostibus in domo Caiphæ interrogatus est, & Pilatus ipsum interrogauit, & Herodes.

DO-

DOMINICA DECIMA OCTAVA post Pentecosten.

Euangelium.

Ascendens Iesus in nauiculam transfretauit, & venit in ciuitatem suam. Matth. 9. Marc. 2. & Luc. 5.

Dominica 18 post pentecosten.

QVA occasione Iesus in ciuitatem suam Capharnaum perrexisset, edisserunt Euangelistę eam fuisse, quod degens inter Gerasenos, cum primum eorũ terram fuit ingressus, occurrerunt ei duo viri a dæmonijs vexati, vnus autem illorum, vt narrat Lucas, non ab vno, aut altero dæmone possidebatur, sed ab integra legione, quæ numerum complectitur sex millium sexcentorum sexaginta & sex dæmoniorum, vel vt alij credunt 122 50. dæmoniorum, nec qualescumque hi, sed sæui nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam. Multis temporibus arripiebat hominem dæmon, & vinciebatur catenis, & compedibus custoditus, & ruptis agebatur a dæmonio in deserta, & neque catenis iam quisquam poterat eũ ligare, quod facere nitebantur ciues, certe ne itinerantibus noceret. Hanc grandẽ calamitatem patiebantur Gerasęni, a qua hoc solo nocumento liberati illi sunt, quod rogatus Dominus concesserit, vt legio in gregem porcorum intraret, qui impetu magno præcipitati in mare interierunt porci. Pastores venientes in ciuitatem narrauerunt omnia. Egressi sunt ciues videre quid esset factum, & ueniunt ad Iesum, & uident illum, qui a dæmonio vexabatur, sedentem vestitum, & sanæ mentis non iam furibundum, lacerantem homines, sed quietum, bonoq. publico beneficio Domini misericorditer prouisum, & cum audissent quæ porcis accidissent, rogare cęperunt eum, vt discederet de finibus eorum. Considerantes damnum, quod perpessi fuerant in submersione porcorum, Iesum rogabant, vt discederet ab eis, magis enim commouebat animos eorum iactura porcorum, quam salus hominis, quem a tantis malis, tamq. grauissimis in bonum totius reipublicæ liberasset. Metuebant asinis, & porcis suis, & ideo malunt sine Christo porcos suos seruare, quam cum Christo eis carere. Admirantur hi, & laudant potentiam Dei, sed cum ad porcos deuenitur, Christum reijciunt. Magis solliciti erãt de perditione animalium, quam de salute animarum suarum, & veritatis cognitione. Siquidem videntes Dominum eos curasse dæmoniacos, qui toti etiam regioni erant infesti, existimare merito debuissent venisse ad saluandum, non perdendum, ac proinde amandum magis, quam metuendum. Maxime autem illo timore, qui ex nimio amore rerum temporalium (quibus male timebant) oriebatur. Mira res, vno patrato miraculo multis prouidit regionis illius miserijs, in qua periculis, timoribus agitati homines vix iter agere poterant, ne inuaderet eos sæuus dæmon, nullum adinuẽtum est medium, quo efficaciter huic malo prouideretur, cui vno verbo prouidit Iesus hoc solo ciuium aliquorum damno, quod porci interirent in mari. Sed cum damna temporalia eorum bonorum, quæ veris contemptis magnificiunt homines, omnium iudicẽt maxima mundani, & perditi homines, vt illa conseruent, communi decreto, & consensu expellendum iudicant Deum, cuius præsentia tantorum bonorum extitisset causa, & foret in posterum, ne alteram porcorum iacturam paterentur. Quoniam, vt aiebat Paulus, qui volunt diuites fieri in hoc mundo, incidunt in laqueum, & in tentationem diaboli, & in desideria multa inutilia, nec inutilia tantum (minus enim & hoc esset malum) sed etiam nociua, qualia illa fuerunt, quibus Gerasęni moti sunt ad expellendum Christũ, desideria talia, quæ mergunt hominem in interitum, quia vt ea opera compleant, se ipsos iugulant, qui illis feruntur. Vnde Augustinus in confessionibus aiebat: Pondus meum amor meus illo feror, quocumque feror, amor inordinatus me ad malum impellit, sicut bonus bonorum operum est principium. Eapropter dicebat Gregorius: Lege cautum erat, ne quis araret in boue, & asino, in quibus diuinus amor, & carnalis intelligebãtur. Quæ autem ista coniungit anima, fructu æternæ mercedis non excolitur, quia puritas amoris quo Deo cõiungitur, inordinato amore rerum temporalium polluitur. Philisthæi inquit Gregorius pugnaturi contra Israel castra posuerunt in Magmas, quia dæmones in his morantur, qui terrenis dediti sunt, hoc enim Magmas significat. Amor est radix, vnde omne bonum, & malum oritur, lib. 1. cap. 7. numer. 18. 19. 22. 28. & 29. cap. 10. num. 1. 3. & 8. cap. 18. numer. 5. vsque ad 8. & 10. Amor deordinatus rerum temporalium multa mala parit, lib. primo, cap. 10. numer. 6. cap. 11. nu. octauo, cap. 17. num. 1. vsque ad 3. 7. 8. 11. vsque 26. cap. 14. numer. 5. Bona temporalia immoderate concupita illaqueant homines, libr. 2. cap. 15. numer. 8. 45. & 64 cap. 18. numer. 21. & 22. Bona tẽporalia expedit amittere potius, quam animæ salutem. lib. 2. cap. 15. numer. 35. lib. 4. cap. 41. num. 9. & 10. Bona temporalia amantes nimis incuruati sunt, vt dæmones transeant, sursumq. non respiciant, lib. 2. ca. 15. numer. 60. & 61. lib. 3. cap. 1. numer. 21. Bonorum temporalium amatores deuorat terra lib. 2. cap. 17. numer. 1. Bonis temporalibus dum intentissimi sunt mali, Deo non attendunt

Matth. 8

Luc. 8.

Marc. 5.

Paulus.

Gregor. lib. 5. in 1. Regi Deut. 22.

Gregor. in 1. Reg. 2

dunt, lib. secundo, cap. 19. num. 20. & 26. capit. 20. numer. 14. Geraseni bonis temporalibus vehementer affecti, dum eorum timent iactu ram, quam fuerant in porcorum nece experti, tanta feruntur insania, vt communi decreto rogent Iesum, vt a finibus eorum egrediatur. Stultitiæ ingentis signum certũ, quod nullus est, qui non admiretur. Sed sane maiori admiratione est dignum, quod nos homines Christiani, qui fide docente didicimus, quib. Dei præsentia potiamur bonis, illa omnia cõtemnimus, non propter gregem magnũ porcorum, quod perit, sed propter obolum, &
Ezec. 13 fragmen paucis, immo propter pugillum hordei omnium *Dominum* & contemnimus, & proijcimus, immo pro rebus nihili. Iurationibus enim assiduis, detractionibus, alijsq. multis peccatis, quibus nihil vtilitatis accrescit, ipsum ab anima pellimus. Immo dæmonibus, & vitijs dona donamus, meretricibus omnibus execrabiliores, vt ingrediantur ad nos, egrediaturq. Deus non a Gerasenis, sed ab his, qui a Christo dicimur Christiani, & hoc nomine indigni clamamus: Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Cumque diabolo dicere debuissemus, quod Agnes nobili adolescenti eius thalamum concupiscenti: Discede a me pabulum mortis, quia iam ab alio amatore præuenta sum, &c. cuius pulchritudinem Sol, & Luna miratur, cui soli seruo fidem, & cui me tota deuotione commisi, id non facimus, sed viro, & sponso foras pulso amasium introducimus omnium malorum fontem. *Dei* præsentia quamplurium
3 bonorum est causa, sicut & ipsius absentia multa causat nocumenta, lib. quarto, cap. 19. per totum, cap. 20. numer. octauo, cap. 24. numer. 16. Deus derelinquit peccatores in grãde ipsorum malum, lib. 4. cap. 20. num, octauo. Deus vbique præsens, malis non dignatur in habitare, lib. 4. cap. 26. nume. decimo octauo. Diabolum qui lacerat, volunt habere Regem peccatores, non Deum, qui delectat, libr. 4. cap. 33. numer. sexto, cap. 37. numer. 9. cap. 42. num. quarto. *Diabolus* innumeris bonis priuat animam, quam possidet, libr. quarto, cap. 33. num. 5. cap. 37. num. 9. Peccata in grande malum nostrum elongant nos a Deo, non loco, sed animo, libr. 14. ca. 6. numer. 14. & 16. cap. 17. num. 1. Peccator dat mercedem amatori, qui peccat bona temporalia non reperiens in malis, quæ fecit, lib. 1. cap. 5. numer. 7. 16. & 17. lib. 14. cap. 6. num. 17. Peccatoribus frequenter dæmon adhuc temporalia & quæ desiderãt non largitur, sed falsis promissionibus a diabolo decipiuntur, lib. 14. cap. octauo, numer. 34. Hac ergo occasione a Gerasenis discẽdẽs, *transfretauit & venit Capharnaum*, vel, vt alij credunt, Nazareth & statim offerebant ei paralyticum ipso disponente, vt illum curaret a paralysi, nec id solum, sed a grauissima peccatorum ægritudine. Hæc enim diuina bonitas semper fuit, vt vno homine derelicto, alterum quærat, ab vno repudiatus alterius domum pulset. *Spiritus Domini* egressus est a Saul, immo pulsus ab illo, qui spiritum admiserat malum, a quo exagitaretur, & a die illa directus est in *Dauid*. A die illa, non distulit animam quærere, quam inhabitaret, & ditaret. Iudæam deserens peccatricem, fines *Tyri* ingressus est, vt Chananeæ filiam a dæmonio liberaret, & lætaretur deserta, & inuia, & arida esset in stagna aquarum. Qui mortificat Dominus, ipse & viuificat, qui pauperem facit, etiam ditat, qui humiliat, ipse & subleuat. Si quem audit dicentem: In cælum conscendam, super *Esa. 14* astra exaltabo solium meum, in profundum laci demergit, suscitat continuo a terra inopem, & de stercore erigit pauperem, vt collocet eum cum principibus suis. Si qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora, de stercore leuat hominem vermibus scaturientem, vt solum gloriæ teneat. Quia enim Dominus Iesus fons erat e paradiso egressus, vt totam rigaret terram, quam frugiferam redderet, cum primum illi occludebatur via, ne hanc, aut alteram rigaret animam, hanc aut illam fæcundaret prouinciam, alueũ quærebat, qua flueret, alijsq. benefaceret, quia benefaciendo continere se non magis poterat quam rapidus fons sistere, & quiescere, &c. Christus aquæ cur comparetur, lib. 1. cap. 25. num. 3. & 4. lib. 3. cap. quinto, numer. 31. 40. 43. 63. 69. & 83. cap. 7. numer. 26. cap. 9. numer. 5. & 16. Comparatur fluuio & imbri, lib. 11. ca. sexto, numer. 72. Christus nimis optat habere, quos saluet, lib. 14. capit. 23. numer. quinto. Christus petit a nobis locum, quem ædificet, lib. 18. cap. 15. numer. septimo. *Deo* maior est cura de homine saluando, quam diabolo de perdendo, lib. 1. cap. 6. numer. 17. Deus pulsus exit a Gerasenis, non rogatus autem accedit Capharnaum, vt benefaciat veluti inuitus discedit, & punit & vltro se offert, vt misereatur. Deus quasi coactus cogitur peccatores damnare, lib. 4. cap. 7. nume. 6. 14. & 17. cap. 8. numer. 6. cap. 9. numer. 2. 3. & 14. cap. 11. nu. 9. cap. 12. num. 4. 5. 10. & 14. Deus extensas dicitur habere manus, vt bonitas eius ad beneficiendum agnoscatur, lib. 4. cap. 7. numer. 12. & 19. Relictis ergo Gerasenis, qui discessum
4 eius precabantur, ad eos redit *Dominus*, quibus se gratum fore non dubitauit, quique illum audire expectabant: ita enim videas Dominum numquam ab Euangelico negotio vacasse, vt a quibusdam repulsus nauseabundis mox ad esurientes, & sitientes conuerteretur, vt eos vitæ cibo pasceret. *Et ita uenit in ciuitatem suam*, quam Chrysostomus intelligit Capharnaum, vbi frequentius morabatur, quamuis Hieronymus *suam ciuitatem* vocet Nazareth, & Augustinus totam prouinciam Gallilææ. Cum primum Capharnaũ ingressus inquiunt Marcus, & Lucas: *Et auditum est quod in domo esset, & confestim conuenerunt multi, ita ut non caperent neque ad ianuam*. Cum primum rumor auditus est, quod Christus esset in

ædibus, sine mora tanta vis hominum eo confluxit, vt non solum tota domus impleretur, sed etiam non caperent multitudinem ea loca, quæ erant circa ianuam. Quibus exhibuit & doctrinam, & curationem. Siquidẽ Lucas dicit: *Et virtus Domini erat ad sanandum eos*. In qua locutione Hebraismus est, pro eo quod est: Virtutem suam exercebat Dominus ad sanandum eos, nempe quotquot aderant egentes eius ope. Quamquam autem propter miracula maior pars potissimum confluueret, prius tamen doctrinæ vacabat Iesus, deinde ægrotos sanabat, docens, scilicet, vbique primam rationem animorum habẽdam, posteriorem corporum, quod suadere Domi-
Dominica 14 post Pentecosten. nus & verbis voluit apud Mathæum, multisq. rationibus conuincere, & exemplis, dum hic primum docet, & deinde infirmis medetur, paralytico condonat peccata, & postea ad pristinam sanitatem reducit. Et morti proximus templum ingressus prædicat, & statim cæcos, & claudos curat. Bona temporalia moderate postulanda docuit Christus in oratione Dominica, lib. 13. cap. 8. num. 3. 4. & 15. Bona temporalia in cælo quærantur, vbi vera sunt libr. 4. cap. 28. num. 10. & 11. Bona temporalia optabãt olim Iudæi, quæ modo Christiani desiderare non debent, lib. secundo, cap. 19. numer. 19. Virtutes sunt veræ animæ diuitiæ, lib. 4. cap. 28. num. 5. 9. 12. 15. & 18. libr. 18. cap. 11. numer. 21. Sermones audire expedientissimum est, &c. lib. 16. ca. 10. per totum maxime numer. 1. & 2. vbi docetur, quod sermones audientes similes sunt Rebeccæ, quæ quotidie veniens ad fontes Isaac copulata est. & num. 15. ostenditur, quod sermones audire studio magno est bonæ valetudinis indicium, qui audiendi sunt attentissime, sicut Regis litteræ ad nos missæ nu. 16. Sermones audiens peccator similis est ægroto medicum quærenti, qui saluti proximus est, lib. 18. cap. 3. numer. 2. Per sermones Deum consulentem non audiunt mali, audituri post eum sæuientem, & condemnantem, ibidem numer. 13 Vnde adueniens Iesus Capharnaum innumera plebis multitudine circumdabatur, quæ ad eum audiendum conueniebat. *De* qua re multa in indice docentur verbo: *Sermones*, & Verbum *Dei*.

Ioann. 5. 5 *Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto.* Paralyticus, alter de quo meminit Ioannes quod triginta & octo annis fuisset isto morbo detentus, nec recuperandę sanitatis modum inuenire poterat, qui miser in lecto iaceus ad piscinam, motionemq. Angeli expectans optata sanitate nusquam potiretur, nisi diuina bonitas illum curasset non rogarus, quia homine carebat ille, at quia iste hominem immo homines habuit quatuor, qui in lectulo eum deferrent, qui non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt super tectum, & nudauerunt tegulas, & ligna tollentes, & submiserunt eum cum lecto in medium ante Iesum, vnde continuo sanitatem consecutus est. In re hac duo oportet considerare. Alterum est, & fides erga Iesum in hominibus istis, & ardens, ac indefessum desiderium iuuandi proximum, & studiũ, ac sollicitudo opere & veritate illum iuuãtes nobis merito imitandum. Gratissima fuit Christo offerentium charitas semper, quam respiciens *Dominus* etiam indignis beneficiũ contulit, non languentium, sed intercessorum respiciens fidem, & deuotionem, sic mulierem Chananæã idolatram, & gentilem a dæmonio, a quo vexabatur male, liberauit, illius mala non considerans, sed matris humilem, ac deuotum animum, orationis perseuerantiam, ob quam dixit: Vade, & sicut credidisti, non sicut filia tua digna est, fiat tibi, & præsentaneum adfuit remedium. Sic & filium lunaticum curauit rogatu patris, qui ad pedes procidens Saluatoris aiebat: Miserere *Domine* filio meo, quia lunaticus est. Sic & huic ægroto prouidit de remedio, cum fidem, & confidentiam, & humanitatem illorum expertus est, qui eum in lectulo portabant, & demiserunt per tectum ante Iesum. Ille autem, qui simili detinebatur infirmi- *Ioan. 5.*
tate in piscina triginta & octo annis morbo detentus est, pluribusque ægrotaret si bonitate Dei, & misericordia præuentus non fuisset, qui hominem non habebat, cuius diligentia & cura a morbo liberaretur. *Duplicem*, ergo considera misericordiam. Alteram, qua homines hos impulit, vt de salute fratris curam gererent: alteram, quod æger & a peccato, & a paralysi liberatus est, vtramque maximam, quoniam & ipsius dono inspiratur charitas vni, vt alterum iuuet, & merito charitatis magnus sit coram Domino, qui tanto potitur bono, alteri vero, quia illius charitatem dum respicit Deus, illum diligit, & dum hæc non quærit, quæ sua sunt, sed quæ proximorum, his & confert sanitatem amissam, & indignos maioribus bonis dignos reddit, sicut huic contigit, cui tam magnifice condonata sunt peccata, quorum remissionem fuerat prorsus oblitus, & saluti pristinæ restitutus fuit, qui illam non meruerat salutis animæ tam fæde oblitus, illiusque tam cupientissimus. Charitas enim holocaustum est medullatum, quod *Deo* debet offerri lib. tertio, cap. secundo, numer. 31. Charitas si esset in republica, innumera deessent mala, quę amor proximi toleret, ibidem num. 4. 5. 7. 8. & 15. Charitas cytharæ comparatur, quæ *Deum*, & Angelos lætificat, libr. primo, cap. 15. num. quinto. Orationes alienæ multum prosunt nobis, lib. 13. cap. 4. numer. 2. vsque ad 5. Sed tamen hi, pro quibus offeruntur, otio non torpeant, ibidem. Sancti nimio zelo mouebantur in bonum proximorum, lib. primo. cap. 14. numer. 16. & 17. Sancti sic suæ saluti intenti sunt, vt alienam curent multũ, lib. 16. capit. 7. numer. 24. & 25. Obtulerunt 6
ei paralyticum summopere corporis salutem desiderantem, qui & ad illam consequendam nul-

nullum medium intentatum reliquit. Hoc est hominis ingenium frequens, vt spiritualia bona, virtutem, & quæ ad salutem animæ sunt necessaria, remisse quærant, saluti autē obtinendæ perpetuo inuigilent. Sic & Antiocho accidit, qui percussus inuisibili, & insanabili plaga cum potenti exercitu comitatus
2. Mach. 9. Hierosolymam adijsset, vt nomen, & gentem Iudæorum deleret, & qui sibi videbatur etiā fluctibus imperare, & montium altitudines in statera appendere, cum e corpore impij vermes scaturirent, per momenta singula doloribus suis augmenta capientibus dixit: Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire. Et ciuitatem, ad quā festinans veniebat, vt eam ad solum deduceret, & sepulcrum congestorum faceret, nunc optat liberā reddere, & Iudæos, quos nec sepultura quidem se dignos habiturū, sed auibus, & feris diripiendos traditurum dixerat, æquales nunc Athenien sibus facturum pollicetur; templum etiam sanctum, quod prius exspolianerat, optimis donis ornaturum, & sancta vasa multiplicaturum, & pertinentes ad sacrificia sumptus de redditibus suis præstaturum, & prædicaturum Dei potestatem. Vnde obsecro in homine impio, barbaro tanta Dei commendatio, in viro tam Iudæorum inimico tantus amor, tantæ promissiones, tantorum sumptuum oblatio? Certe ex desiderio ingenti salutis, quam cæteris anteposuerat rebus, quæcumque illæ essent, quibus libenter careret, dum tamen pristinam consequeretur salutem. Salus corporis auide quæritur, & salus animæ, quam remisse, cum illa ad animæ salutem sit ordinanda, lib. 2. ca. 17. numer. sexto, lib. quinto, cap. 9. numer. 19. & 10. Non intelligunt impij corporis ægritudines in vtilitatem cedere animarum, in perniciem autem prosperitatem, & salutem Salomone dicente: Prosperitas stultorum perdet illos. Quare hoc inquit Hieronymus? Hieron. Prou. 1. Quia sæpe auersus animus a timore conditoris, iusto Dei iudicio disponitur, vt ducat in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descēdat. Iustis quidem & læta, & tristia, prospera, & aduersa, ægritudo, & salus omnia cedunt in bonum, lib. quarto, cap. 17. numer. 14. & 15. cap. 24. numer. 3. vsque ad 5. capit. 29. num. 1. 5. & 6. cap. 34. numer. 23. vsque ad 25. ad Phil. 2. Sic aiebat Paulus: Magnificabitur Christus in corpore meo siue per mortem, siue per vitam, mihi enim viuere Christus est, & mori lucrum. In carne mea marcida, infirma, consumpta magnitudo, & omnipotētia ostēditur Christi, sicut & in interitu. Vnde conuenienter æger rex Ezechias lacrymis madens conuersus ad parietem dixit Deo: De mane vsque ad vesperam finies me (Bernardus) id est, non in solo mane visitationis, aut tantū in vespera tentationis, sed in vtroq. simul erit perfectio mea. Stultus ego qui tātum sperabam vsque ad mane, cum Dauid dicat: A custodia matutina vsque ad noctem Serm. de cane ico Ezechiæ. Psal.

sperret Israel in Domino. Quoniam factum est vespere & mane dies vnus, confitebor tibi. Genes. 1. mane, & vesperi illius non sequens insaniam, de quo scriptum est: Confitebitur tibi cum benefeceris ei, nec illorum solum propositū, de quibus scriptum est: Cum occideret eos, quærebant eum, & reuertebantur, sed omni tempore, & morbo fatigatus, & sanitate potius confitebor ei. Quoniam incarnato Domino creaturum pollicitus fuerat Esaias nubem per diem, & splendorem ignis flammantis Hieron. in nocte, vt nec in prosperis, nec in aduersis Esai. 4. turbentur iusti, de quibus dixerat Regius Vates: Per diem sol non vret te, neque luna per Psal. noctem. Vnde Paulus cum calamitatum, ægritudinum, & persecutionum consideraret vtilitates: Hæc est mea consolatio in malis, quæ patior, quod licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur. tamen is, qui internus est, Iob. renouatur de die in diem. Et Iob scatens vermibus, in sterquilinio iacens, pędore cōsumptus aiebat: Quis mihi tribuat, vt veniat petitio mea, & qui cæpit ipse me conterat, soluat manum suam, & succidat me, & affligēs me dolore non parcat? Et de Paula refert Hie Epitaph. 27. ronymus quod in tribulationibus replicabat Deuteronomij verba: Tentat vos Dominus Deus vester, vt sciat, si diligatis eum ex toto corde vestro, alacriter aduersa sustinentes. In crebris infirmitatibus, aiebat, habemus thesaurum istū in vasis fictilibus, donec mortale hoc induat immortalitatem. Et iterum: Sicut abundat passio Christi in nobis, ita & per ipsum abundat consolatio nostra. Et iterum: Sicut estis socij passionum, sic eritis & consolationum. Hæc omnia venerūt super nos, nec obliti sumus te, & inique non egimus in testamento tuo, nec auersum est retro cor nostrum. Et post multa inquit Hieronymus. Erat illi dilectus candidus, & rubicundus, quia & in pace, & in bello præmia vincentibus largitur. Quapropter cum ægritudinibus, & valetudine homines cordati, & iusti proficiant non tanta animi sollicitudine corporalem salutem quærere debuisset, eam tamen contulit Iesus ob illorum fidem, & deuotionem, qui eum gestabant, licet tanta in illo cura illius adipiscendæ anima neglecta eum beneficio redderet indignum, maxime cum peccatoris esset. Quod ægritudines corporum multa habeant conueniētia, quibus infirmi consolandi sunt, docetur, lib. 5. cap. 9. per totum maxime a numer. 2. vsque ad 16. & a 19. vsque ad 24. Aegrotantes quāta sollicitudine a medicis, & Dei seruis salutem quærant, qua obtenta in pristina relabuntur mala, lib. eodem num. 17. Aegrotantes sancti fortiores erant, quam cum salute potiebantur, num. 23. Aegrotantes discipulos cum curare posset Paulus, noluit li. 5. ca. 9. numer. 7. 8. & 24.

Confide fili: Remittuntur tibi peccata tua. In tam ingenti beneficio, quod felicissimus hic homo consecutus est, id in primis considerandum

dum est, quod cum illum gestantes obtulissent Christo, vt eum a corporis paralysi liberaret, ipse liberat eum a peccatis non solum, vt animaduertant homines, quod diuina beneficia, & merita supplicum excedant & vota, cum ab hominibus multa sint postulanda, vt vel modica concedantur, & rogati multa animorum lassitudine parua erogāt. Deus amplius dat, quam promittat, aut postulet homo, lib. 3. cap. 10. numer. 105. lib. 4. cap. 9 numer. 1. cap. 25. num. 1. Minus autem flagellat, quam minatur ibidem. In oratione amplius dat Deus frequenter, quam rogatur lib. 3. cap. 10. num. 105. Quod facit, vt homines intelligant, quod ipsorum petitionibus non lassatur, sed potius optat, vt orantibus benefaciat lib. 13. cap. 3. num. 12. vsque ad 15. & 19. cap. 7. numer. 4. & 6. Homines vero vt ab aliorum importunitatibus liberentur, vel non concedunt egenti, quæ postulat, aut importunis precibus acti modica concedunt, vt alter postulare recuset. Sic diuites se gerunt in pauperes. Diues in egenis sublenādis parcus vere pauper est, lib. 4. cap. 39. num. 1. 22. 24. vsque ad 26. Diuitum duritiam emollire non possunt pauperes, mille quæsitis modis lib. 5. cap. 10. num. 11. lib. 14. cap. 3. numer. 10. vsque ad 12. & 21. Eleemosynas non dant diuites, & insuper pauperes iniurijs lacessunt, lib. 5. cap. 10. num. 16. vsque ad 18. 29. 31. & 33. Eleemosyna illa perfecta est, quæ præuenit pauperem, nec precibus extorquetur, lib. 5. cap. 10. numer. 56. Hæc omnia docere voluit Iesus, cum criminū remissionem non rogatus concedit paralytico, potissime autem id fecit, vt morbi resecaret radicem, sicut facere debet, cum potest, qui peritus est medicus. *Confide fili remittuntur tibi peccata.* Bono animo esto, certo sperans te consecuturum desideratam corporis sanitatem. Nam *remittuntur tibi peccata tua*, ob quæ morbum hunc incurristi. Passim enim scriptura significat culpas morbis castigari, sicut Paulus dicit ob indignam Eucharistiæ sumptionem multos apud
1. Cor. 11. Corinthios ægrotasse, immo & obijsse. Vn-
Leuit. 25. de in die expiationis præcipiebat Dominus, vt proclamaretur libertas, vt ostenderet eadem die corpus ab humana seruitute liberari, qua anima a peccatis libera efficiebatur. Qui enim peccati iugum a se excussit, omnia sua libera habet. Nec solum id fideles arbitrabantur, sed barbari etiam & ethnici, sicut in facto, quod retulimus, Antiochi compertum est, qui & dixit: Iustum est mortalem non Deo paria sentire. Litteras q. scripsit Iudæis beneuolentia plenas, promissionibusq. vt cōpassione & spe moti de recuperanda sanitate solliciti essent apud Dominum, in quibus, & in his, quæ rogabat, & in propriorum scelerum manifestatione fatebatur ægritudinem
3. Reg. 21 illam iustam esse suorum criminum pœnam. Et Achab, cum primum audiuit Eliam dicētem canibus, & auibus tradendum eius corpus, cilicio coopertus ambulauit demisso capite tristis, vt Deus placatus mortem non inferret pœnitenti. Vnde aiebat Deus: Si Deut. 28. non audieris vocem Domini, vt custodias, & facias omnia mandata eius, &c. percutiet te Dominus egestate, & febri, & frigore, & ardore, & æstu, & aere corrupto, & persequetur donec pereas, &c. percutiet te Dominus vlcere pessimo, sanari q. non possis a planta pedis vsque ad verticem tuum, &c. Nisi custodieris, & feceris omnia verba legis huius, augebit Dominus infirmitates pessimas, & perpetuas, & vniuersos languores, donec te conterat. Augebit infirmitates. Quoniam sicut Dominus iustis non solum pollicita bona, sed multa alia concedit, & addit, ita perfidis mala multa præter comminata immittit, ideoq. alia lectio habet: Omnem infirmitatem, & omnem percussionem, quæ non est scripta in libro legis huius. Lib. 14. cap. 12. differitur, quod peccata sunt causa malorum temporalium, numer. 1. dicitur. Peccata necis filiorum Israel in fluminibus Aegypti punita sunt, cum illa in sanguinem versa potus essent Aegyptijs, quo interirent, vel ægrotarent, & nu. 11. docetur, quod regulariter morborum sunt causæ, aliquando enim non contingunt ægritudines propter peccata, vt Tobiæ accidit, & Iob, & alijs etiam quando a Deo infliguntur. Sed aliæ sunt rationes, de quibus agitur, li. 5. cap. 9. Sed quia, vt plurimū accidit, paralytico huic ante morbi corporei curationem illi dicit: *Remittuntur tibi peccata tua: Confide fili.* Statim condonata offensa filius Dei dicitur. Iniquitates enim solæ diuiserunt inter nos, & Deum nostrum, ni- Esai. 59 hil in nobis Deus odit, nisi peccatum, hoc remisso Deum habes propitium, & patrē. Beati Psal 31 quorum remissæ sunt iniquitates, &c. Is enim filius Dei effectus affert Deo filios arietū, glo- Psal. 28. riam, & honorem, huic nulla iam nocebit aduersitas, quia nulla dominatur iniquitas. Sed quod in re hac mirantur iustissimis de causis Sancti, illud est, quod is audiens veniā tacet, non flet, non agit gratias, non de consequenda animæ salute sollicitum se gerit. Si enim hoc beneficio potiretur instar Manasses, qui lacrymis madens per flagella ad pietatē reductus est, non mirarer, aut si vt filius pro- 2. Par. 33 digus, &c. vel sicut Dauid, qui lectum lacrymis rigabat, vel certe si procidisset ad pedes Domini lacrymis eos rigans, beneficium esset grande audire: *Remittuntur tibi peccata.* Illud autem est mirabile, diuinaq. magnificentia dignum, quod cū totus recuperandæ corporis sanitati intenderet, animæ sanitatē est consecutus, & corporis. Quod per potestatē excellentiæ immensa bonitate sua efficere voluit, quo tempore tanta erant in Israel hominum scelera, qui sicut cursor leuis in desiderio animæ suæ attrahebant ventum amoris sui, vt nullus esset, qui auerteret eos a velocitate peccandi, si Dominus hac tanta bonitate non vteretur. Qui intolerabili dæmonis tyrannide ita tenebantur constricti, & cōpe-

dibus

dibus vincti, nisi prænuerentur in benedictionibus dulcedinis, quomodo miseri homines Dominum prænenirent? Qui Lazaro simîles in sepulcris iacebant exanimes, & fætidi nisi vox Domini in virtute, & magnificentia diceret: *Confide fili remittuntur tibi peccata*, quis e tumulo ligatus manus, & pedes egredi valuisset? Quando a planta pedis vsque ad verticem nulla erat in hominibus sanitas, sed vulnus, & liuor, & plaga tumens, quæ nulla herba, aut malagma sanare potuisset. Sermo meus eius, qui a regalibus sedibus venerat, medenda erant omnia. Qui venerat, vt errabundas oues super humeros suos ad caulas reduceret; nisi offerret remissionem criminum, quis posset ad cõsortium Angelorum remeare? Tacet miser hic homo, qui procidere ad pedes Iesu debuisset, quoniam salutis animæ curam non gerebat, sed corporis. Sic multi tam sunt rebus temporalibus intenti, vt oblata hæc bona magnipendant, contemnant autẽ spiritualia, si offerantur. Cain de honore sollicitus cum audiret: Si bene egeris, recipies, sub te erit appetitus tuus, cælestẽ promissionem contempsit, qui temporalia tantum bona, & præsentia appetebat. Audierat Saul, qui in pugna contra Amalech voluntatem Domini non expleuerat, quæ fecerat peccata, & obmutuit, cum primum audiuit Samuelem dicentem: Proiecit te Dominus ne sis Rex, &c. Adiecit Saul: Peccaui, sed nunc honora me coram Israel. de culpa tantum sollicitus propter periculum temporale. Quia, si Samuelem desereret, credebat a regno se pellendum. Talis fuit & filius prodigus, qui fame cruciatus in se reuersus est. Bona temporalia, & non spiritualia diligunt peccatores in suum malum, lib. 2. cap. 19. nu. 27. vsque ad 29. lib. tertio, cap. 1. numer. 41. Bona temporalia vt accipiant mali, seruiunt Deo, libr. secundo, cap. 19. numer. 25. & num. 6. & 7. Hi dicuntur mendaces in stateris, dum bona temporalia præponunt spiritualibus. Bona temporalia magnificiunt peccatores, & contemnunt spiritualia, quia sensibus sunt paruuli, lib. primo, cap. secundo, numer. secundo, & septimo, lib. 2. cap. 16. numer. 24. vsque ad 26. & 28. cap. 19. nume. 13. 22. vsque ad 25. lib. 4. cap. 28. nu. 20.

Genes. 4.

1. Reg. 15

9 *Murmurantibus Scribis videns Iesus cogitationes eorum dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris?* Hac veritate persuadenda esset homini cordato cordis cura, quod intuetur semper Deus, sicut scriptum est: Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quæ semper sunt in prospectu oculorum meorum, qui contemplantur semper bonos & malos. Coercenda imaginatio, ne vagetur per futiles cogitationes, & nociuas, quas pudica mulier non haberet, si oculis paterent viri, nec tu si illæ inspiceren tur ab amico tuo. Quoniam actus externi substantialem malitiam non addunt super internos, & quod viro esset, si vxor illius adulterio pollueretur, illud est Deo turpis cogitatio, cui consensit homo dicere in corde: Vadam post amatores meos, &c. & reliqua, quæ sunt in Prophetis, quæ Deus tam grauiter & minatur, & castigat. Multoties enim in sacris litteris verbum, dicere, referri non debet ad dicta, sed ad cogitata. Cogitationes futiles moderandæ sunt, dum cogitamus Deum inspicientem eas, lib. quarto, cap. 13. numer. primo, vsque ad 6. 9. 11. & 12. Vbi etiam docetur, quod earum varietas hinc oritur, quod Deum non cogitamus præsentem. Corda, & renes scrutatur Deus videns omnium cogitationes, & delectationes, libr. tertio, cap. 26. numer. tertio. Lib. 4. capit. 13. per totum disseritur, quod Deo cuncta sint præsentia, & quod vtilissimum sit id considerare, ibidem numer. 1. 4. 5. 14. 16. 17. & 19. docetur, quod qui Deum cogitat præsentem, illi soli placere desiderat, & quod Deum omnia videntem consideret homo, ne peccet, numer. 6. 8. 9. 11. 12. 15. vsque ad vigesimum primum. Hacq. de causa oculos dicitur habere, quia ei omnia patent, nu. 7. 8. 12. 14. 16. 17. & 20.

Esa. 1.

Surge, tolle lectum tuum. In huius paralytici curatione docet Dominus se voluisse per corporalem sanationem morborum confirmare potestatem suam ad remittenda peccata. Itaque sicut est paralysis quædam corporum, quæ humore noxio neruos corporis, qui motus sunt organa occupat, ac torpefacit, sic vt qui laborat hoc malo, viuum cadauer esse videatur, cum ad nullum vsum habeat membra corporis sui, ita quædam est paralysis animæ, cum scilicet voluptates, ac frigidissimæ rerum fluxarum curæ sic occupant omnes animæ vires, vt tota torpeat ad omnia pietatis officia, ita affixa infelici grabato cupiditatum carnis, in quibus conquiescit, vt viuens mortua sit, atque ex sese nullum habeat robur erigendi se a rebus terrenis ad cælestia, aut adeundi medicum animarum. Talis anima si agnito morbo suo humana arte immedicabili cupida fuerit sanitatis, se ipsam curet iustorum hominum institutione, & oratione deferri ad Christum. Et quoniam turba carnalium hominum, & carnalium cogitationum impedimentũ præstat accedendi, curet se subuehi a carnalium commercio, sicq. humiliter demitti ante Iesum suũ morbum, omni depositio noxio pudore, illi plane & palam detegens. Qui non dubium omnipotente sua bonitate, non solum peccata remittet, vnde paralysis illa, & dissolutio virium nata est, sed & vires largietur tantas, vt non tantum surgat, sed etiam lectum, hoc est, corpus in quo requiescebat languescens, ad omnem boni operationem tollat veluti in humeros suos, dominans iam illi, cui prius seruiebat, ambulans quocumque agit illum spiritus Christi, nec alio ambulãs, quam quo iussum est. Ambulat autem, dum virtutum profectibus semper ad meliora progreditur, ingre-

ingrediens domum, requiem, scilicet, conscientiæ, secundum quod scriptum est: Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi, expendens apud se beneficij accepti, & bonitatis diuinæ magnitudinem, ac ob eam & priuatim, & publice Deum glorificans benefactorem. Peccatis remissis Deo gratiæ agendæ sunt, lib. secundo, capit. decimo tertio, numer. 1. 2. 12. & 18. cap. decimo quarto, numer. nono, vsque ad duodecimum, lib. decimo quarto, capit. decimo, numer. 15. & 16. A peccato sine gratia resurgere non valemus, libr. decimo quarto, capit. sexto, numer. 43. & 44. capit. septimo, numer. vigesimo, cap. octauo, numer. vigesimo septimo. Peccata conturbant animam, & peccatorem viribus priuant, lib. tertio, capit. quarto, numer. 5. & 6. libr. 14. capit. sexto, numer. 42. vsque ad 44. Peccata flenda propter damna, quæ inferunt animæ, lib. tertio, capit. vigesimo quinto, num. tertio, 16. 17. 21. & 22. lib. decimo, cap. secundo, numer. 1. & 2. libr. decimo quarto, capit. 17. numer. 4. vsque ad 14. Lib. decimo quarto, cap. sexto, per totum docetur, quod peccata multa, & varia causent nocumenta in anima, in qua sunt. Peccatum morbus est animæ, lib. decimo quarto, cap. decimo quarto, nume. 4. Nisi peccatum sanetur, tenetur homo delectatione carnali, lib. decimo octauo, cap. 14. numer. 16.

Psal. 114

DOMINICA DECIMA NONA post Pentecosten.

Euangelium.

Simile factum est regnum cælorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo.
Matth. 22.

Euangelium Dominicæ 2. post Pentecosten huic est quam simile, si non est idem, quapropter mutuanda sunt multa, quæ ibi diximus.
Vide etiam lib. 4. cap. 5. num. 1. 2. & 3. lib. 5. ca. 7. De vocatione gentium lib. 12. capit. 2. num. 2. & 3. lib. 18. cap. decimo quinto, numer. 44. & verbo matrimonium spirituale.

1 Dominica 19 post Pentecosten.

IN parabola, quam in capite anteriori immediate ante hanc posuit Dominus in templo altera die post celebrem ramorũ acclamationem, de vinea agricolis locata, qui fructum reddere Domino vineæ contempserunt, & insuper seruos contumelijs affectos occiderunt, & quod grauiter ferendum esset, vnicũ & solum filium patris familias suorum bonorum hæredem amantissimum extra vineam pellentes necauerunt, significare voluit Christus Dominus primates Iudæorum digne perdendos. In hac autem significatur cum eis etiam populum cælesti priuandum conuiuio, vtpote qui superiorum, sacerdotumq. & Põtificum, & religiosorum prauam vitam imitarentur. Mirum enim non est, vt dolente capite, cordeq. ægrotante, cætera membra misere langueant. Sicut enim cum diuina bonitas animam repleuerit pinguedine in Sacerdotibus, populus continuo bonis operibus abundabit, insluunt enim illi verbis, exhortationibus, & exemplis virtutem, qua ipsi replentur, ita etiam cum illi induerint maledictionem sicut vestimentum, & intrauerit sicut oleum in ossibus eius, id est, in his, qui ossa Ecclesiæ esse debuissent, participauit sane plebeius maledictionem hanc, quæ cum oleo comparetur, penetrat, & imbuit totius corporis partes. Primam parabolam docuit prius, vt doceret Iudæorum principes radicem, ac originem futuros eius perditionis, quæ in promiscua multitudine reperiebatur, & maiorum scelera imitantes sicut illi occiderunt hæredem, & isti neglexerunt principis conuiuium, & vocantes seruos ad nuptias contumelijs affectos occiderunt. Prælati enim male viuentes nutriunt pecora occisionis, lib. decimo quarto, cap. 28. nume. 15. Quoniam Prælatis ruentibus recte dicitur sermo Domini pretiosus, id est, rarus, quia non reuelantur eis, quæ in vtilitatem plebis essent docenda, ibidem num. 32. Vnde Prælatis sanctis maxime insidiantur dæmones, vt eis deceptis lectulum Christi maculent, ibidem num. 38. Sacerdotum & Prælatorum pec cata in grande nocumentum sunt Ecclesiæ, lib. decimo quarto, cap. 16. numer. 25. libr. 16. cap. secundo, numer. 3. 11. & 12. cap. tertio, numer. nono, vsque ad 12. Sacerdotes cor, & stomachus sunt Ecclesiæ, vnde si illi valeãt, Ecclesia floret, si ægri sint, illa marcida est, lib. 16. cap. secundo, numer. 3. 11. & 12. Sacerdotes bonis spiritualibus ebrij, in causa sunt vt plebs bonis abundet, ibidem num. quinto. Sacerdotes mali aceto, & fumo comparantur, quia fidelium sensus obtundunt, & oculos cæcant ignorantia, ibid. numer. septimo. Sacerdotes laicis peiores plus omnibus Ecclesiam persequuntur, a quibus maius præiudicium tolerat Deus, lib. decimo sexto, cap. secundo, num. 12. cap. tertio, num. 10. vsque ad duodecimũ. Cum ergo Iesus morti proximus Ecclesiasticorum perditam vitam docuisset, continuo in hac parabola totius gentis Iudaicæ sceleratam vitam inde prodeuntem aperit. Præterea in prima parabola significat, quæ Deus beneficia contulerit Iudæis, vsque ad passionem Christi, Dei prouidentiam, eorum impietatem in Prophetas,

in hac vero ea, quæ post crucem Christi contigerunt, vel post Christi aduentum, primo docens quomodo Iudæi sint ad Christi gratiam vocati, & quomodo eam persecutionem in Apostolos concitauerunt, quam olim in Prophetas eorum patres mouerant. In parabola anteriori regnum dandum gentibus tantum, hic non omnes, qui in regnum eius fuerunt admissi, ex gentibus, saluandos, ne occasione superioris paraboⁿ 2 læ remissiores essent, & nimis securi. Iudæorum populo in scelera multa delapso successit gentium populus, lib. 5. capit. 7. nume. 17. vsque ad 20. & 28. Iudæi viderunt nuditatem Christi, quam fratribus, idest, gentibus nuntiauerunt, libr. tertio capit. 10. num. 43. qui & leuauerunt sermonem Dei, quem Iudæi in cœno proiecerant, libr. quinto, cap. 7. numer. 28. & 29. Iudæi duri, & nebulosi lapides caliginis, & vmbra mortis recte dicuntur, libr. 12. capit. quarto, numer. 27. Gentes acceperunt hæreditatem promissam Iudæis, libr. 2. capit. 10. numer. 14. & 15. libr. 5. capit. 7. numer. 1. 2. 10. vsque ad 25. 27. vsque ad 29. 31. vsque ad 33. Christus reprobatus a Iudæis conuertit peccatores ad se, & factus est eorum princeps, libr. tertio, cap. 9. numer. 21. Christus figuratus in sale, quo Helisæus aquas steriles sanauit sanando gentium infæcunditatem, libr. tertio, capit. 5. numer. 53. & 85. Christus in malum fuit Iudæorum horum culpa, libr. tertio, capit. sexto, nume. nono, vsque ad decimum quintum, capit. nono. numer. 48. capit. decimo, numer. 5. 8. 23. 95. & 107. libr. quarto, cap. 9. numer. 10.

Totum Euangelium tribus clauditur par-
3 tibus. In prima verbum Dei Christus Dominus sponsus est Ecclesiæ, cui vinculo indissolubili sociatus est, nos autem & sponsæ, & inuitatorum sortiti sumus nomen, quos singulari bonitate sua, & sollicitudine ad regales nuptias, magnificumq. conuiuium vocauit. In secunda parte hominum narratur stultitia, stoliditas, & ingratitudo, quod qui ad nuptias inuitati sunt, si non maiora patrarunt mala, illud graue satis fuit, quod neglexerunt venire recusantes interesse opulentissimo conuiuio. Tertia vero, quantis pœnis plectendi sunt, & qui rogati contempserunt venire, & qui venientes absque nuptiali veste vilibus induti regiam aulam sessuri ingressi sunt. Circa primum. In communi sanctorum patrum intelligentia, cum verbum Diuinum vnione hypostatica humanam naturam sibi copulauit, desponsatus illi fuit, estq. nomen sponsi sortitus. Christi nuptiæ celebratæ sunt incarnando, lib. tertio, capit. quinto, numer. 52. 86. & 87. Christus sponsus est, a quo sponsa postulat se trahi, lib. decimo octauo, capit. decimo tertio, numer. nono. Ecclesia modo desponsata est Christo, & virgo peruenire debet ad nuptias, quæ celebrabuntur in cælo, lib. decimo quarto, cap. 15. numer. 39. Christus sponsus venit ad sponsam vnguentis delibutus, lib. tertio, capit. quinto, numer. 7. 52. 86. vsque ad 88. capit. sexto, numer. secundo, vsque ad quintum. Sponsus ergo animarum effectus, quæ sibi copulandæ erant animæ, tales extiterant, vt expauescere liceat tantam Dei benignitatem. Miraremur sane hanc, si illę Angelis extitissent & meliores, & pulchriores in esse & naturæ, & gratiæ, vt de illarum qualibet dici potuisset: Tu cherub si- *Ezec. 28.* gnaculum similitudinis in delicijs paradisi Dei fuisti, talibus ornata gratijs, & donis, & virtutibus, vt omnis pretiosissimus lapis operimentum tuum esset. Mirarer quod hæc audiret: Vulnerasti cor meum in vno oculo- *Cant. 4.* rum tuorum, & in vno crine colli tui. Si pulchritudo, si diuitiæ, & nobilitas ingens in nobis esset tanti Regis nuptijs essemus indigni. Sicut & femina, quæ potentissimo copularetur Regi, dixit illa vocitata propter centum aureos, quos possidebat, ingenua quidem ita, vt vectigalia non solueret, tanto viro esset indigna, licet his dotata esset donis, quibus alteri sibi æquali copulari meruit potuisset, ita si Dei consideres pulchritudinem, cæli in conspectu eius non sunt *Iob 4.* mundi, quanto magis hi, qui habitant domos luteas, homo putredo, & filius hominis vermis? Pauperes omnes sancti vocādi sunt, si ad inexhaustas diuitias Dei respiciamus, quoniam tu solus sanctus, tu solus Dominus, tu solus altissimus. Pulchritudo animæ si illi comparetur, cuius pulchritudinem Sol, & Luna mirantur, Aethiopissæ similis est, quam *Exod.* pulcher Moyses vxorem duxit, etiamsi incredibilis dici potuisset pulchritudinis, vel altera Hester. At quam Dominus cæli, & terræ duxit vxorem, illa est, de qua scriptum est: Transiens per te vidi te conculcatam in sanguine tuo nuda & confusionis *Ezech. 16* plena. Et expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam. Turpis hæc virtutibus nuda, sceleribus polluta, tanta paupertate pressa, vt nec amictū haberet, quo illius nuda mēbra tegerentur, hanc amauit Deus bonitate sua, & lauit illam aqua, vestiuit discoloribus, calceauit hiacyntho, cinxit bysso, & induit subtilibus, dedit armillas in manibus suis, & torquem circa collum suum, & coronam decoris in capite suo, vt quæ ancilla erat, Regina foret, electa non vt Hester ob egregiam pulchritudinem, vt illius thalamis digna esset, qui centum viginti septem prouinciarum Rex erat, sed fæditate plena e lupanari extracta fuit, & profecit in regnum, & egressum est nomen eius in gentes ob tam egregium, quod indigna receperat, beneficium. Ad supremam pulchritudinem, & dignitatem delata, quæ *Tren. 3.* non erat cognita in plateis, quia facies eius denigrata erat super carbones adulterijs, periurijs, sacrilegijs, innumerisque malis polluta. Hanc animam desponsauit sibi, & subarrauit Spiritus sancti donis, & gratijs

tijs innumeris. Non est Deus similis hominibus, qui sponsam, quam deformem acceperunt, pulchram reddere non valent, sed qualem acceperint, talem reddunt; at Deus quam primum Ecclesiam sibi sociat, reddit eam non habentem maculam, aut rugam. Præterea carnem assumens Deus nomen accepit sponsi, quo nomine infinitam voluit in nos ostendere charitatem, timorem nimium *Isa. 62.* arcere, in eo confidere sicut sponsa in gratissimo sponso. Vnde cum verbi incarnationem Propheta sacer præuidisset, dixit: Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius, &c. Non vocaberis vltra derelicta, &c. sed vocaberis voluntas mea in ea, amor meus in te, benecuolentia qua te prosecutus sum, qualis hæc mirabilis certe, & ineffabilis. Et gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus. Non dixit: Gaudebit vir super vxorem, sed sponsus super sponsam, tunc enim maior est amor, maiora dilectionis signa, dulciora beneuolentię oscula, cum solo amore motus quis est ad quærendam sponsam: In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te, nuptiæ enim hæ non in hominum meritis, sed in sola Dei gratia fundatæ, quamdiu sponsæ nomen anima conseruat summum erga se experitur amorem Dei. Sicut Hispani dicimus, *mientras dura el pan de la boda*, maximam experimur dilectionem Dei, verba dulcedine plena, signa in- *Cant. 7.* numera beneuolentiæ, quæ in libro Cantico tum refert Salomon: Tota pulchra amica & sponsa, vt nihil videas in Sunnamite, nisi choros castrorum. Omnia, quæ habet sponsus, si cōmunicabilia illa sint, cōmunicat spōsæ. Deus sponsus dives est in misericordia, vos in illo diuites facti estis. Deus sapiens, & super sponsam venit spiritus sapientiæ. Deus potens potentem efficit sponsam, quoniam amicorum, illorum maxime, qui arctissimo hoc vinculo copulati sunt, omnia sunt com- *Serm. 52. in Cant.* munia. Læuam posuerat sponsus sub capite illius, ait Bernardus, vt in sinu suo eam quiescere faceret, & dormiret, & ipse beneuolentissime vigilat super eam, ne excitetur. Dei brachijs amplectitur sponsa, Dei sinu fo- *Hier. 2.* uetur, Dei cura & studio custoditur. Vnde Hieremiæ exponens Hieronymus illud: Recordatus sum tui miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ, ait: In his verbis, vt ardentiorem Dominus ostendat affectum, vocat Synagogam adolescentuti lam desponsatam. Quo enim necdum potiti sumus, magis vt potiamur, appetimus. Illa autem tunc hoc nomine digna est, quando sponsum redamat, vicem rependit, quam potest ei, qui speciosus est præ filijs hominum, qui ita sapiens, & cordatus, vt in labijs eius immensam Deus posuerit gratiam ei, cuius pulchritudinem Sol & Luna mirantur, fidelitatem seruat. Potentissimum sponsum amās veneratur, eius, inexhaustas diuitias dum contemplatur, contemnit omnia, quæ præposuit has regnis, & sedibus, & diuitias nihil esse dixit; in comparatione illius vilescunt cuncta sponsæ, cuius totus animus, tota mēs, sensus, vigor, & quæ interna habet omnia in ipsum feruntur, qui charitas cum sit Dei, totam incendit, quæ sibi coniungitur, pectus illius, qui sponsus est similis æri candenti, incendit illius animam, & adurit, vilescunt cuncta extra sponsum, illius oscula, quæ meliora sunt vino, concupiscit. Dum illius recordatur, & illum cogitat dulcedine mirabili vilescit mundus cū delectationibus suis. Se ipsam lamentatur, quod pulchritudinem tam antiquam, & nouam, qua nusquam consumitur, aut veterascit sero dilexerit. Ipsum dum legit, gratanter audit loquentem, dum meditatur ipsum alloquitur, cuius præsentiam affectuosissime desiderat, cuncta extra illum arbitrans vt stercora. Sed quod dolendum est maxime, illud est, quod cum sordidi, ignobiles, egeni ad tantam dignitatem subleuati fuerimus, tanto viro contempto, quem respuimus dæmonem adulterio iungimus, quod tanto vehementius & dolet, & punit cælestis sponsus, quanto viderit, quod desponsata sibi femina in omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso pudicissima sponsa iam meretrix effecta, & in lupanari constituta, cui- *Hier. 2.* cumque eam voluerit vitio copuletur, & quæ & 3. perfecta erat in decorem Domini, & quæ *Ezec. 16* profecerat in regnum, Reginæq. gloriosis gaudebat titulis, fornicata sit exponens fornicationem suam omni transeunti, vt eius fieret, & de vestimentis, quæ a sponso accepit, dum varietate multa circumdata fuit, fecit sibi excelsa. Lupanar ædificauit, quia tota frontis libertate deliquit, ædificat prostibulum in cunctis plateis, & ad omne caput viæ in signum prostitutionis, qui nulla peccatorum genera intacta relinquit. Et quia secundum mensuram dilectionis erga castam sponsam exhibitam mensura est odij, & indignationis in viro nobili, & prudenti, qui iniuriam violati thori considerat, ita Deus Rex, & sponsus grauiter, & turpiter derelictus & offensus a sponsa, addit: Et requiescet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus a te, & quiescam, nec irascar amplius, eo quod non fuerit recordata dierum adolescentiæ suæ. Et licet non fecerim iuxta scelera tua in omnibus abominationibus tuis, te non pro meritis, & secundum exigentiam criminum puniens, hoc pro summo flagello habendum est, quod libellum repudij iuxta legem tibi dederim, vt cui volueris, copuleris, nec me olim sponsum exspectes zelatorem prostitutionis tuæ, quæ iam nomen sponsæ amisisti, quam deserui, & nihilominus periculo illi subiecta es, quod merito formidaret vxor cordata intra cubiculum clausa cum viro, quem certo sciret conscium adulterij valentem, & volentem ipsum vindicare, nisi instigante ipso lacry-

mis plena vocaret ipsum virginitatis suæ ducem, & potentem meretricem ad pristinam integritatem, & virginitatē reducere.

5 Sponsa dicitur anima fidelis, cuius curam singularem Deus sponsus habet, libr. 1. capit. 5. numer. 1. 12. & 18. cap. sexto, numer. vigesimo. Sponsa anima dicitur ebria amore spōsi sui propter multa, lib. primo, cap. septimo, numer. decimo, & vndecimo. Sponsa Domini, vt illi fidelis sit, nullum admittat amatorem illi contrarium, lib. primo, cap. quinto, numer. 2. 3. 10. 11. & 18. lib. secundo, ca. duodecimo, numer. vigesimo. Animam hominis, cum Deus facit sponsam suam, valde eleuat, & ditat, lib. primo, cap. quinto, numera. vsque ad 3. 5. vsque ad 7. 9. & 18. libr. quarto, capit. 20. numer. sexto. In sponsam recipit Deus animā etiam postquam prostitura est peccatis, lib. 1. cap. quinto, numer. quinto, vsque ad 8. libr. 7. cap. octauo, numer. 22. & 23. Sponsa Christi tunc fit adultera, cum donā sponsi plus diligit, quam ipsum, lib. primo, cap. quinto, numer. decimo, & vndecimo. Sponsi & sponsæ collocutiones in affectibus sunt animorū, lib. primo, cap. 22. numer. 22. Sponsus animarum Christus est, nos autem Aethiopissæ Moysi similes, quam exhibuit gloriosam, lib. decimo octauo, cap. 15. num. 44. Adulterium spirituale, quo anima sponsa Christi eum deserit, graue malum est, lib. 1. cap. 4. numer. 13. & 14. cap. quinto, num. 3. 4. 9. & 12. lib. tertio, cap. 21. numer. 5. 6. 8. & 17. Amor Dei ad homines aperitur, dum hos vocat sponsam, lib. primo, cap. sexto, numer. 5. 20. & 25. cap. 7. numer. decimo, lib. 3. cap. 10. n. 77. & 78. Amor Dei ostenditur, dum se vocat sponsum, & agnum, lib. quarto, cap. septimo, num. 27. cap. nono, num. septimo, & octauo. Anima Christi Domini sponsa ab ipso concipit, & parit, lib. primo, cap. quinto, numer. 13. & 14. libr. 3. cap. 21. num. 4. & 9. vsque ad 11. li. septimo, cap. octauo, num. 23. Animam sponsam suam zelat Deus, si sit adultera, relinquit autem, si adultera tradatur diabolo, lib. quarto, cap. quinto, numer. primo, vsque ad 5. & 28. cap. decimo, numer. quarto, cap. 21. nume. 3. Anima sponsa Christi, quæ bona recipiat a Deo, lib. quarto, cap. nono, numer. 7. & 8. Et quod coniuncta sponso suo ei similis efficitur, lib. 4. cap. 20. num. sexto. Anima in sponsam Christi non assumitur, nisi pristinam conuersationem derelinquat, lib. quinto, cap. tertio, numer. tertio. Anima sponsa Christi ex pollutа virgo efficitur, cuius contrarium in nuptis fœminis videmus, lib. 18. cap. sexto, numer. 4. & 5. Homines etiā, qui honoris titulo sponsæ acceperunt nomen, conuiuæ sunt ad magnificas has nuptias vocati, dicente Deo: Si quis est paruulus, veniat ad me: venite comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis, relinquite infantiam, & viuite, & ambulate per vias prudentiæ. Et etiam Esaias: Ibunt populi multi, & dicent: Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius. Et alibi: Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argētum properate, emite & comedite, &c. Audite, comedite bonum. *Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occisa, & omnia parata.* Accedite, venite ad nuptias, moueat vos ad hoc & magnificum, delectabileq. conuiuium, ad quod inuitamini, moueat vos futura in conuiuio satietas, & abundantia: quod si illa contemnitis, vel sumptus cōsiderate, quos in parando conuiuio feci immensos, vt vitulum pararem saginatum propter, filio meo non peperci: famem is passus est, vt vos saturemini: exinaniuit semetipsum, vt omnia pararet. Conuiuium, ad quod, dū vinimus, inuitamur, verbum Dei est, sermo. ex ore Domini egressus, diuina Sacramenta, sacra Eucharistia, in futura vita illud est, quod per Prophetam promiserat: Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defecatæ. Conuiuium hoc præparatum est, cum primum Euangelij capit prædicari, factusq. Deus homo Ecclesiam sibi in sponsam sociauit. Varios seruos misit, qui homines ad nuptias inuitarent. Ioannem Baptistam vocantem ante mortem Christi, post passionem missi sunt Apostoli. Amore enim maximo olim Deus misertus Prophetas, quos propter homines condiderat, lib. 16. cap. septimo, numer. tertio. vt clamarent, sicut omnes libri Prophetarum loquuntur, vbi benevolentia, promissis, minis, terroribus vocabantur homines: incarnatus misit idoneos, noui testamenti ministros, qui vocarent populum Iudæorum, & gentium ad nuptias. Vocanti Deo non respondere malum est grande, lib. 2. cap. vndecimo, num. 27. De uocatione Dei, & quod sit hæc ingens ipsius beneficium differitur lib. 4. cap. 4. per totum. Aliumer. 1. vsque ad 3. 10. vsque ad 12. & li. 14. cā. 21. num. 61. docetur, quod Deo vocanti excusationes adhibendæ non sunt. Lib. 4. cap. 4. num. 4. & 5. quod Deo vocanti ad pœnitentiæ opera non respondent mali, & ideo flagellantur. De multiplici eius vocatione, ibidem numer. 13. & ca. 27. n. 4. Quæ vocationes, quia frequentes sunt, dicuntur imber temporaneus, & serotinus. Vocationes hæ certissimæ sunt, quas experti semper sunt homines, etiamsi illis renuerint obedire, vt docet Salomon Prouer. 1. At quod ad magnifica conuiuia inuitarentur Iudæi primum, & secundo gentes, mirari fas tis non possum, cum Esaias futurum dixisset temporibus sequentibus, & fortasis incarnato Domino: Quod vocaret Dominus in die illa ad fletum, & ad planctum, & ad calui tium, & ad cingulum sacci, ad opera, quæ carnem lacerant, homines necant, salutem tollunt, tristitiam ingerunt, & quod illi scelerate viuentes ista contemnerent pœnitentiæ opera, quibus succiderent in proprium

Prou. 9.

Esai. 2.

Esa. 55.

Esai. 25.

Prou. 1.

Esai. 22.

prium, & grande malum eorum, qui illa negligerent. Ecce gaudium, & lætitia occidere vitulos, ingulare arietes: Comedamus & bibamus cras enim moriemur: Inquit Hieronymus: Quotidie prouocat Dominus ad pœnitentiam eos, qui lacum fecerunt inter duos muros, & congregauerunt piscinæ inferioris aquam, qui non foderunt puteos, qui vitales haberent aquas, sed lacus contritos, qui aquam non valent continere, hos vocat ad fletum, ne postea audiant: Lamentauimus vobis, & non planxistis, & ad caluitium vt omnia opera mortis radant, & ad cingulum sacci, ne postea fune cingantur pro cingulo, illi autem e contrario pro fletu gaudium habuere, & quasi morte omnia finirentur, occidentes vitulos, arietesq. iugulantes, locuti sunt verba blasphemātiu, dicētes, in præsenti sæculo summis delicijs affluamus. Et reuelata est in auribus meis vox Domini exercituum, si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini. Difficillimum sane illud erit in his, qui fletibus dimissis, & sacco, epulas requirunt, ad quas vocati non sunt. Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Filij sponsi lugere quidem non possunt, quamdiu cum illis est sponsus, temperabunt quidem a lacrymis, sed non epulabuntur, immo cum ablatus fuerit sponsus, tunc ieiunabunt. Musica in luctu importuna narratio, sic & illa erit, qua qui ad lacrymas vocati sunt, conuiuijs vacent. Christianorum felicitatem in lacrymis, in siti, in esurie, in paupertate sitam Dominus prædicauit, & ad

7 nuptiales epulas inuitatos eos credemus? Ad pœnitentiā inuitatos scimus peccatores, hæc autem in delicijs vigere non potest, lib. tertio, cap. 25. numer. 12. 21. & 22. lib. quarto, cap. 22. numer. 54. In pœnitentia vestis, cinis, lacrymæ, &c. dignæ sunt homine peccatore, lib. 14. cap. vigesimo secundo, num. 16. 20. 25. 27. 30. 32. vsque ad 34. Lacrymis vacare debent Sancti quamdiu viuunt, lib. decimo, capit. secundo, numer. 14. 15. 17. & 22. Chrysostomus aiebat: Ita est, ad nuptias vocat nos Deus, vt nihil luctuosum, aut triste, sed omnia spiritualis gaudij plena sint. Cum te vocat diuina bonitas ad fletum, ad caluitium, ad saccum, & ieiunium, ad nuptias te inuitat, in quibus epuleris, propter duo. Alterum est ex eo, quod in his, qui exercitatos habent sensus in virtutū studio, etiam in his actibus, qui inimici sunt carnis, qui vt ait Paulus videntur esse mœroris fructus, in his pacatissimus reperitur, cumulatumq. gaudium. Sicut maiores diuitias æstimabat Moyses improperium Christi, id est, pro eius implenda voluntate, quam thesauros Regis, qui erant in Aegypto, sic & maiorem reperiebant dulcedinem Sancti in his rebus, quæ amarissimæ videbantur carni, quam homines carnales in cibis, in ludo, in luxurijs inuenissent dicentes illi: Repletus sum consolatione, superabundo gaudio, quæ verba carnalis homo dicere nusquam valuit. Si ista expertus non fuisset Martyr Laciano non diceret, dum assaretur, & immanissime torqueretur: Infelix has epulas ego semper optaui. Ad epulas vocati gaudentes Apostoli vincti catenis inter sceleratos homines hymnos cantabant. Impij enim non epulantur, si lætentur aliquando, sed comedunt panem in pondere, & in sollicitudine, & aquam in mensura, & angustia. Et qui in calcandis oleis quotidie occupantur, oleo non vnguntur consolationis, soli enim iusti calcantes vuā vinum potant ex ea, bibuntque amici in hac vita gaudentes, inebriandi ineffabili gaudio in futura. Quasi nutritius portat viros probos Deus in brachijs suis, vt lacte pascat, & consoletur, vt labores manuum manducent & non solum laborum fructum quē in cælo manducabunt, interim tamen laboribus pascitur ille, cui sunt lacrymæ panes die, ac nocte, quibus consoletur, & & gaudeat. Lacrymæ Sanctorum simul reperiuntur cum gaudio. lib. septimo. capit. primo. num, octauo. vsque ad decimum. cap. quarto, num. nono, & decimo. libr. decimo. cap. secundo. num. septimo. 10. & 27. Lacrymæ Sanctorū consolationibus sunt plenæ. lib. 7. cap. 3. num. 14 cap. 4. num. 3. Labores dulces sunt iustis, & cibus, lib. secundo, capit. quarto. nume. 21. 22. 24. 25. 34. & 35. Gaudium iustorum in hac vita, & si perfectum non sit, magnum tamen est. lib. septimo, cap. tertio. num. decimo octauo, decimo nono. vigesimo primo, vsque ad vigesimum tertium. Iustorum gaudium non est luctui contrarium, sed ei cohærens, lib. septimo. cap. quarto. num. secundo, vsque ad quintum, & 9. Ad nuptias etiam vocamur, & conuiuium, quia hominum satietas in usu virtutum consistit, cum scelerati homines famem patiantur, ut canes, nec vsquam peccando satientur. Virtutes cibus sunt iustorum, peccata autem impiorum, libr. quarto, capite vigesimo octauo, numero decimo septimo.

Chrysost. ho. 70. in Matt.

Ezech. 4.

Esai.

Oseæ. 11.

Hebr. 11.

Paulus.

Hæc autem Iudeorum insania fuit, ma- 8 lumque plurimorum exordiū, quod inuitati ad nuptias renuerunt venire excusantes excusationes in peccatis, audientes diabolum, ac mundum uocitantes ad fletum, & planctum futurorum malorum, quæ eos manerent in inferno exordia, contemnentes Deum ad epulas regales etiam in hac vita inuitantem, quę cælestis conuiuij essent seminaria. Qui huic vitæ tauros habebat occisos, altilia necata, omnia parata, quibus reficeretur, si vellet, Iudæus, quod negligens stultus contritionem, & infelicitatem elegit, quæ in viis sunt peccatorum. Hæc ingens fuit populi huius ingratitudo, quod in lege edocti, Sacramentis imbuti, sacrificiis legis dispositi venire contempserunt. Hac enim parabola ait Chrysostomus, curam in Iudæos docere voluit Deus, eorumque ingratitudinem, qui nec Regis benignitate pro-

Hom. 70. in Matt.

uocati sunt, nec eiusdem potentia terrefacti, nec promissionis suæ memores, quod vocati promiserant se ad conuiuium ituros, cum vocati ad illud fuissent, quibus omnibus posthabitis multi illorum contemptui conuiuij necem vocantium addiderunt. Tanta mala in his potuit efficere amor sæculi, propter quem & celebres epulas, & Regem vocantem neglexerunt. Antiqui omnia parata audire non potuerunt, nisi spe tantum, qui Christũ tantum credebant venturum. Felicitas summa illorum fuit, vt omnia aduentante iam Christo essent parata, nihilq. superesset, nisi vt cum fiducia accederent ad thronum gratiæ, quam respuerunt. Lib. secundo, capit. 10. agitur de contemptu beneficiorum Dei, & eorum abusu. *Quod cum audisset Rex iratus est, & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos.* Ait Hieronymus. Cum in exordio & conuiuij, & nuptiarum meminit, homo vocatus est, & Rex coniungens humanitatem potentiæ, immo regalem potentiam, ostendere volens in exhibenda humanitate, qui desiderans benefacere potens esset ad præstandum, quod vellet, quod hominibus non semper contingit. Dei misericordiam ostendi in hominum miseria, & non potentiam decet, lib. quarto, cap. septimo num. 25. & 26. In hominum conuersione hominem coniũgit Regi, quia vtraque valde ostenditur in conuersione peccatoris, lib. quarto, cap. vigesimo tertio, per totum. Ad miserendum ostenditur Deus pronior, quam ad puniendum, libr. secundo, capit. 11. numer. 1. 4. vsque ad 7. 10. 19. vsque ad 21. 25. 26. & 32. lib. quarto, cap. septimo, num. tertio, vsque ad 5. & 8. capit. 9. numer. 6. 7. & decimo quarto. Homo Rex, vt misericordiam, & iudicium simul consideret homo in Deo, lib. 2. cap. vndecimo, numer. 11. 12. 18. 32. vsque ad 34. lib. quarto, cap. octauo, num. 2. 3 & 5. cap. nono, numer. 8. & 14. cap. 11. numer. secundo, vsque ad 5. 8. 13. vsque ad 22. 24. 32. 34. vsque ad 36. Misericordiam Dei non potentiam postulant & vanitas, & miseria nostra, lib. 4. cap. septimo, numer. 25. & 26. Misericordia magna mercedem promittebat, vt ad nuptias venirent, & rogat Iesus, vt veniant, qui iniuriam intulerunt, lib. 4. cap. 10. num. 4. 5. 7. 10. & 12. Sed quia hac misericordia abutuntur mali, lib. 4. cap. 11. numer. 3. vsque ad 5. 21. 24. 28. 29. & 31. Qui homo prius vocabatur, Rex iam dicitur, *qui missis exercitibus suis perdidit homicidas illos*, qui ad vltimam vltionem parabantur: Rex potens in sceleratos homines ea exequi, quæ minatur. Dei manus dicitur potentia eius, qua potest facere quidquid peccatoribus minatur lib. 4. cap. 18. nume. 11. Cum ad vindicandum se parat, Rex dicitur, qui furibus & homicidis terribilis est, & formidabilis. Quis non timebit te, o Rex gentium? Immo Leo vocatur, & leena, quæ ferocissima est: Et occurram eis quasi leena, & quasi vrsa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum. *Missis exercitibus perdidit*, temporaliter, *homicidas illos*, & *ciuitatem illorum succendit*, sed quia hæc initia sunt, & malorum & dolorum in consummatione sæculi armabit creaturam ad vltionem inimicorũ, qui prouinciam integram, potentissimos Reges mu- *Sapien. 5.*
scis, & culicibus acriter persecutus est, qui *Exod.*
lagenis vacuis, complosis multitudinem ho- *Iudith.*
stium profligauit, armabit creaturas ad vltionem inimicorum, quibus contra ipsius bonitatem abusi sunt. Armabitur & ipse, & sumet pro thorace iustitiam, & pro galea iudicium certum, acuetq. diram iram in lanceã certe, aduersus eos, qui sponsum Regem multis adhibitis diligentijs vocantem ad regales nuptias contempserunt, sicq. pugnabit cum eis orbis terrarum contra insensatos, qui ratione, & sensu carentes tantum neglexerunt cõuiuiũ friuolis rationibus se excusantes. Flagella peccatorum aliquando in hac vita inciuntur, & in futura perficiuntur, lib. 4. capit. 12. numer. 24. lib. sexto, cap. 11. nu. 16.

Tunc ait seruis nuptiæ quidem paratæ sunt, &c. 9
vsque ad ea verba: *Et impletæ sunt nuptiæ discumbentium*. Quamuis increduli a conuiuio sint exposi, ea est cælestis patris bonitas, vt non propterea conuiuium celebrari nolit, quia sine pœnitentia sunt dona Dei, & firmissima, *Rom. 11*
Propterea gentes vocari iussit, ex quibus quasi ex durissimis lapidibus filios Abrahæ excitauit. Noster verus Ioseph, qui triginta argenteis distractus est, adulteram Synagogam, & incredulam cum pallio deserens ad gentes prosilijt. Et leo ferocissimus, qui e- *Aug. in psal.*
gressus est obuiam Sansoni, quando ad ducen- 30.
dam feminam alienigenam in vxorem profi- *Iudic. 10.*
ciscebatur, ab eo interemptus est. In qua re figurabatur, quod Christo descendenti ad habendam Ecclesiam de gentibus, fremens ibat leo obuiam, sed in manu eius factus est vt hædus, cum gentium feritas in mansuetudinem versa est, & non solum id, sed & fauus mellis in ore leonis repertus est. Ecclesiam ex gentibus sociauit sibi Christus in sponsam Synagoga reiecta, lib. tertio, cap. 5. num. 86. & 87. cap. sexto, numer. 10. & 14. cap. nono, numer. 10. & 34. cap. decimo, nume. quinto, & 31. lib. 4. cap. nono, numer. 10. lib. quinto, cap. 3. numer. 3. cap. per totum. *Congregate autem dicit bonos & malos*, non ratione bonitatis, aut malitiæ, in qua fuerant, dũ vocarentur, sed in qua post vocationem erant futuri: Quia in Ecclesia boni permisti sunt malis, triticum cum paleis lib. 5. cap. 3. & lib. 5. cap. 8. Ecclesia ex gentibus nigra, sed formosa dicitur, libr. quinto, cap. septimo, num. tertio, vsque ad 5. 22. 23. & 30. nu. 4. Comparatur Ecclesia gentiũ Reginæ Saba. Vel secundum Hieronymum boni, & mali vocantur, quia inter ipsos gentiles infinita est diuersitas, & secundum humanam conuersationem quidam eorum boni dicuntur, sicut multi Philosophi continentiam, pau- *Orig. ho. 20. in Matth.*
pertatem, contemptum sæculi sectantes Socrates, Diogenes, &c. de quorum varijs virtutibus multa docuerunt Sancti, quæ & in indice

Hebr. 4.

Hieron. in Matth.

Oseæ.

dice habẽtur. Alij sceleribus multis contaminati luto vitiorum immersi vocati sunt. Vel secundum Origenem vocat bonos, & malos, sed malos vt recti fierent, vt deponerent vesti menta contraria nuptiis, & induerent nuptialia indumenta, viscera misericordiæ, benignitatem, modestiam. Quia gentiles diuersis errorum maculis deturpati erant, propterea citra delectum omnes vocare præcipit. Dicebat Iacob socero suo; Omne maculosum, aut variũm, aut filiorum meum erit, ita gentiles tot erroribus, tot sectis, & peccatorum maculis impliciti hæreditas fuerunt Christi. Propterea ad exitus viarum mittuntur serui, ut *Prouer. 1.*
clament, sicut quondam Sapientia clamauerat: In plateis, & in capite turbarum, in foribus portarum vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti quæ sunt sibi noxia cupient. Lib. quarto. cap. quarto. docetur, quod Dei vocatio est ingens ipsius beneficium, cui continuo obediendum est. Deus loqui dicitur, cum in mentibus Sanctorum voluntatem suam, atque rectum intellectum inspirat. libr. quarto, cap. vigesimo septimo. nume. secũdo, quarto, quinto. septimo, octauo, duodecimo, vsque ad decimum quintum. Deus clamoribus excitat peccatores, ibidem num. quarto. Deus semper loquitur in conscientiis peccatorum, num. quinto, & sexto. Quem loquentem audiunt, qui conuertuntur ad cor. num. sexto, & octauo, qui silet quidem a iudicando modo, non autem a consulendo, ibidem numer. sexto.

10 *Intrauit autem Rex ut uideret discumbentes, & uidet ibi hominem non uestitum ueste nuptiali, &c.* Vocatæ gentes ad fidem Ecclesiam ingressæ, in qua regia magnificentia diuinum celebratur Sacramentorum conuiuium credere, ingraue damnum animarum forte potuissent, quod cum missis exercitibus perdidisset Deus Iudæos, eo quod ad nuptias venire recusassent, quod illi æterna certo potirentur salute, ex eo solum, quod credentes conuiuiũ essent ingressę, Sacramentorũ participationi se ingererẽt, etiãsi nudi, caeci, & claudi, reperirẽtur, quod ne crederent eum, qui veste nuptiali *Lib. 9. contra Iulian. post vltim.*
indutus non fuerat, in tenebras misit exterio- *vltim.*
res. Veste nuptiali, inquit Augustinus, ille indutus est, qui non quęrit quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, illa autem carent, qui fidelissimam sponsi charitatem non habent, sed tantum quærunt, quę sua sunt. Reprehensus a Domino qui dilectione caruit, obmutuit respondere non valens, qui epulas exspectabat, ad quas fuisset vocatus. Peccata hominum quædam sunt ita patentia, quæ nullã præ se ferunt tergiuersationem, aut excusationem, quando homo & prohibitionem legis nouit, & factum manifestum est, cuiusmodi sunt adulteria, fornications, homicidia, furta, sacrilegia: quale peccatum fuisse Adæ scimus, qui & esum pomi ignorare non poterat, nec prohibitionem Dei dicentis ante horam: Quacumque die comederis, morte morieris. De ligno scientiæ *Gen. 3.*
boni, & mali ne comedas, vnde cum primum mandatum transgressus est, & nudum se esse agnouit, & de remedio cogitauit. Alia sunt peccata latentia subcutanea, quæ vix agnoscuntur ab hominibus. Sic cum Cain tristitia premeretur, eo quod sacrificium fratris Deus *Gen. 4.*
acceptasset illius muneribus repudiatis, nec loquentem Deum: Quare concidit vultus tuus Cain, &c. intellexit, forte credens non de bono fratris tristitiã gerere, sed eo quod sacrificium eius contemneretur, & qui peccatum commiserat in Spiritum sanctum per inuidentiam fraternæ gratiæ, illud forte ignorabat, prodita autem est lepra, cum fratricidium cõmisit. Sic Dauid cum & adulterium, & homicidium commisisset animaduersus a Propheta *2. Reg.*
Natham de placando Deo tam fuit sollicitus, qui nec patratum malum, nec prohibitionem ignorare potuisset. At cum Saul ascendit, vt *1. Reg.*
pugnaret contra Amalech, iussus eius vt memoriam deleret de sub cælo, auaritia deceptus credidit, quod accipere ad sacrificia greges licuisset, & ideo ad sanam mentem reduci non potuit. Huiusmodi damnum eos consequitur frequenter, qui mortem fratris nec desiderent, nec occidunt, &c. vermem autem non vident, qui hederam siccat, & indumenta corrodit, ne nuptialia sint. Venit vermis in ascensu diluculi ante ortum solis, non bene claro die, & odium fratris, quod re vera in te est, non vides, quia sol iustitiæ tibi non lucet, & hoc præclarissimo vestimento nudatus tunc nuditatem senties, cum obtumescens respondere non possis. Sic & peccatum Sauli, quod *Chrys. ho. 70 in Matt.*
Mosaicæ legis zelo tegebatur, eguit tam grauiremedio, vt Iesus corporaliter descẽderet e cælo, ut illi malo prouideret. Cum ergo nudi essent homines inter compita viarum, in Baptismo charitatem induerunt, vt in vestitu deaurato circumdati varietate laudib. digni conuiuio interessent. Cilicina vestis nuptia- *Ho. 41. in perfect.*
lis est Christiano, non autem illæ, quibus pauperibus contemptis nobiles teguntur. Præterea nuptialis vestis est iustitia Christi, quam induimus, cum exspoliantes veterem hominẽ *Colos. 3.*
cum actibus suis induimus nouum, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Vestimenta vetera sunt opera carnis, noua opera spiritus incorruptibilia, & sancta. Christo veniente in mundum veterem hominem deposuimus nouum induti. lib. tertio. cap. quinto, num. secundo, nono, decimo octauo, & 33. cap. sexto, nume. secundo, & tertio. 11
Hac veste induendi sunt, quotquot cęleste cõuiuium ingredientur, qua ante legem induebatur, qui dicebat: Iustitia indutus sum, & vestiui me sicut vestimenta, qua omnes animæ potentiæ perficiuntur, teguntur, & ornantur. *Iob 9.*
Myrrha, & gutta, & casia a vestimentis tuis, scilicet, cadunt. Pœnitentia enim, oratio, mortificatio cadunt a vestimentis animæ. Non *Psalm. 44*
timebit domui suæ a frigoribus niuis, qui domesticos indueret duplicibus. Ionatas dedit *Prou. 31.*
Dauid vestes suas vsque ad baltheum, quando

do conglutinata est anima eius cum eo. Ita cum per chariratem Christo coniungimur, dat nobis vestes. Charitas donum proprium est Sanctorum. lib. primo, cap. vigesimo quinto, nume. secundo. Charitas cocco bis tincto comparatur, lib. tertio. cap. secundo. num. 46.

Psal. 108. Iste sine veste indutus est sicut diploide confusione sua. Prauus enim homo peccatis veluti veste duplici induitur, quæ confusionem ipsi canſabunt. Non vult nos Dominus videre nisi tectos sanctis vestibus. Teges altare auro, dixit Deus Moysi. Tegenda sunt omnia, quia indigna diuinis oculis. Tegendus Sacerdos sanctis vestibus, tegendum altare auro, etiamsi ligna Sethin, ex quibus factum est, pretiosissima sint. Hinc arbitror Paulum consulere, vt Christum induamus, nec dixit: Induite, sed: Induimini, quoniam Dei donum est, non

Exod. 30. nostrum Christum induere. Sic in Exodo: Facies vestes Aaron ad sanctificandum eum. Solet homo vestes sanctificare, si Sanctus sit, hic vero vestes Sacerdotes sanctificant, in quib. virtutes, maxime autem charitatem significamus. Nolebat Iacob benedictionem nomine

Exod: 28. fratris maioris postulare a patre suo Isaac, ne cæc° crederet, quod uoluisset sibi illudere, & maledictionem consequeretur. Quod ne accideret, induit eum sapientissima Rebecca vestibus pretiosis Esau, quibus deceptus pater, ei benedictionem dedit. Hanc a Christo obtinebũt fideles nõ deceptione, sed virtute obligãtes Christũ vestib. illis pretiosissimis induti, & benedictionem consequemur ab ipso, & sanctam ingrediemur ciuitatem, in qua nihil

Apoc. 21 coinquinatum introiuit. Non enim potest

Psalm. 44 sponsa stare a dextris sponsi, nisi in vestitu deaurato charitatis, quo circumdabitur varietate aliarum virtutum, quia charitas patiens

1. Cor. 13 est, &c. Vestem postulat Dominus nuptialem, cum poscit vitam a Christianis sua vocatione dignam, vitam puram, splendidam, in modum vestis virtutibus, & bonis operibus contextam. E contraque vestis non nuptialis est

Roma. 13 vita sordida, & impura, vt abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sic vt in die honeste ambulemus veste tecti pretiosa, qui in Baptismo tanta nobilitate donati sumus, vt dicere possimus: Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt

Apoc. 19. nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se, & datum est ei vt cooperiat se byssino splendenti, & candido. Byssinum enim sunt iustificationes Sanctorum. *Amice quomodo huc intrasti?* Ego quidem verum amicum egi, dum te e tenebris vocaui, tu autem specie quidem amicũ simulasti, cum re vera hostis & aduersarius sis. Quoties conscientia te remordet, cogita Deum tibi dicentem: *Amice quomodo huc intrasti?* Quomodo audes te Christianum dicere, qui nihil cum Christo commune habes?

12 *Ligatis manibus, & pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores*, qui interioribus tot annis excę

Sap. 17. catus vixit, sicut scriptum est: Vinculis tenebrarum, & longę noctis compediti, inclusi sub tectis perpetuæ prouidentiæ iacuerunt. Mali modo sunt in inferno superiori, futuri post in inferiori, lib. vndecimo. cap. duodecimo, numer. 35. Peccatores a tenebris somniorum venient ad tenebras tormentorum. li. tertio. ca. quarto. nume. decimo, vndecimo, & 14. Ligate manus & pedes. Quid relinquitur misero, quando nec bona facere, nec mala effugere potest? Ligate manus ei, qui quamdiu vixit, vinctas eas ad bene operandum habuit. Mali vincti ad malum dicuntur. libr. nono. cap. decimo tertio. nume. decimo. & decimo tertio. Proiicite eum a cætu Sanctorum, ne orationibus, & meritis eorum iuuetur, quos sine fructu patronos habuit, quamdiu vixit. Congrue respondeat pœna culpæ: Tenebras internas spõte elegit, tenebras externas inuitus sustineat. Congrue fleat ibi luctu infructuoso, qui salutarem luctũ in vita respuit. Vide in indice verbo: Inferni pœnæ potissime. li. 9. c. 3. *Ligatis manibus*, allegoria est, qua significatur impios in inferno violenter detinendos, ne se inde aliqua ratione possint vel manibus resistẽdo, & impedimenta rumpendo, vel pedib. fugiendo liberare. Vel etiam significatur ablata potestas bene operandi, & bene volendi. Notandũ etiam est in hoc homine illud fuisse tantum reprehensum, quod non haberet vestem nuptialem, non autem quod haberet sordidam, vt intelligamus, quantum iudicium maneat eos, qui in Ecclesia non tantum non fulgent bonis operibus, sed malis plane sunt deformes. Nup

Psalm. 61 Augu. tialis vestis in Baptismo recepta peccato polluitur, lauatur autem pœnitentia. Dicitur autem solus vnus, qui veste caruit nuptiali, vel secundum Augustinũ, quia in eo vno significatur omnes mali, quia sub vno Rege in vna Babylonica ciuitate ad patranda mala vniti viuunt. Vel forte vnum dicit reperisse, etiamsi plures hi sint, quam iusti, vt intelligatur exacta, & diligens consideratio Dei ad vitam, & merita fidelium, nec quis sibi persuadeat se vnum in nouissimo iudicij die in tanta hominum multitudine posse effugere Dei oculum. Vocat autem eum amicum, vt intelligamus Deum non personarum odio, sed iustitiæ tantum zelo aliquos damnaturum. Quem, & acerrime punit, quia fidelibus permistus vitam fidei dignam non vixit, vide verbo: Christiani. *Multi sunt uocati. &c.* Quid ergo? Num desperãdum nobis? Non. immo quo pauciores audiuimus saluandos, eo magis curandum & inuigilandum, vt & nos inter illos paucos inueniamur, sicut qui in stadio currit, ideo velocius currit, quia scit brauium uni dandũ, vide lib. decimo sexto, capite quinto.

✠

DOMINICA VIGESIMA post Pentecosten.

Euangelium.

Erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Ioann. 4.

Dom. 20. post Pentecost.

ALIQVI credunt Regulum hunc sic vocatum, vel quia esset ex regio Herodis genere, vel quod esset vnus ex ministris Regis, vel quod dignitatem alicuius Regis, aut Imperatoris nomine gereret apud Iudeos. Quidã putant profanum aliquem magistratum nomine Cæsaris gessisse, & nec Iudæũ fuisse, nec Samaritanum, sed Ethnicum, & ab omni Iudæorum religione alienum, sicut docet Hieronymus. Vel Regulus dictus est, quia potens erat, & clarus. Hoc enim nomine Græci appellant quidquid magnificum est, ac splendidũ. Et videri potest Euangelista ob id viri huius potentiam insinuasse, vt indicaret causam, quare ausus fuerit petere, vt Iesus secum in Capharnaum per tam longum iter descenderet, nimirum quod diuitibus, & potentib. propter suas diuitias nihil videatur denegãdum. Rogans ergo vt descendat & imperfectionem fidei in Iesum ostendit, & confidentiam diuitiarum, quibus moueri homines semper soliti sunt, vt obsequium diuitibus libenter præstent, immo vt pro grandi habeant beneficio, si eorum a talibus acceptetur seruitium. Qui enim magnificiunt diuitias, & eas pro summis habent bonis, magnificiant & diuites necesse est. Qui enim beatum dicunt populum, cui hæc sunt, cuius promptuaria plena eructãtia ex hoc in illud oues eorum fætosæ, abundãtes in egressibus suis, boues eorum crassæ, mirum si vt beatis obsequantur est necesse. Sicut & Iob faciebant, qui in plateis surgentes stabãt digitum ori admouentes in signum reuerentiæ, quam viro tam potenti exhibebãt, quem ad paupertatem reductum contemnebat auris, quæ ante horam beatificauerat illum diuitijs affluentem. Sic adorabant & Iosephum fratres diuitiis illustrem, atque ad nutũ eius cunctus populus obediebat. Comitantur diuites omnes, obsequuntur imperanti, reuerẽtur illum, dum enim homo felix est multos numerat amicos, assectas, &c. Descendit Propheta Balaam impius rogatus a Rege Balaac, non vt ea faciat, quæ diuinæ sunt placita voluntati, sed vt populo Israelitico maledicat actus Regis pollicitationibus & promissis, & precibus, quibus resistere nescit, qui Propheta cum esset Domini, pseudopropheta effectus est principi obediens iniquo. Sic & misera plebs clamabat ad Pilatum, vt Barraba nefario homine, & scelestissimo dimisso, Iesus crucifigeretur, quem filium proclamauerant Dauid, qui summa Dei misericordia venisset in nomine, & virtute eius, vt eos a dura seruitute liberaret. Et quem talem confessi fuerant, postulant vt infami morte pereat, quia principes tam immane sacrilegium facile suadere potuerunt populo, qui diuitum voluntati resistere non valet. Diuites peccatores honorãs, & iustos diuites contemnens, ignorat iudicia Dei, lib. quarto. cap. decimo septimo. nume. 4. & decimo tertio. lib. 6. cap. vndecimo. num. 3. vsque ad quintum. Diuites certe contemnere non debemus, etiamsi terrenis sint occupati negociis, lib. quarto. cap. 38. nume. 15. vsq. ad decimum septimum. 19. & 20. De quorum salute diffidere non debemus, sed nec etiam eorũ voluntati in cunctis parere, eis obsequi, qui in diuitiis confidentes cunctos ad id obligatos credunt, quibus sufficit vt sic iubeãt, sitq. pro ratione voluntas, qualis Regulus hic erat, qui taliter rogauerat Iesum, vt in domum eius descẽderet, vt ad differentẽ dixerit: *Descende priusquam moriatur filius meus.* Quod renuit facere Dominus, qui ad seruum centurionis non rogatus descendere disponebat, nisi herus eius multis rationibus obstitisset maiorem & fidem & vrbanitatem consecutus, quam Regulus hic. Is Prophetarum spiritus erat, vt diuitibus contemptis domos pauperum libenter ingrederentur. Sic Elias ad mulierem viduam pauperculam descendit in Sarepta Sidoniorum, qui vocatus a Rege Achab & abnuit ire, & igne de cælo misso vocitantes interemit. Sic & discipulus illius Elisæus, cum in domum eius descenderet Naaman Syrus, vt lepræ munditiam reciperet, missis litteris a potentissimo Rege Siriæ. Erat enim ille princeps militiæ Regis Sirię, & vir magnus apud dominum suum, & honoratus, dives valde, &c. Cumque Ioram Rex Israel eius salutẽ vehementer desideraret, misit ad Regem seruum, qui diceret: Veniat ad me, &c. Venit ergo Naaman cum equis, & curribus, & stetit ad ostium domus Elisæi grandi multitudine comitatus, Propheta autem renuens descendere ad illum misit nuntium, qui diceret: Vade, & lauare septies in Iordane, & recipies sanitatem. Numquid in viro Propheta, qui magistri sui spiritum duplicem receperat, factũ hoc inurbanitatem, & tumentem animum, cõtemptumque proximi redolens casu accidit? Minime. Sed qui ad mulierem Sunnamitem, cuius filius obierat, descendere voluit, dimissa solitudine Carmeli per longum iter, nec ad ostium domus propriæ, in qua erat Naaman princeps descendit, vt confidentiam diuitũ, & fastum taxaret, qui omnia credunt sibi debita, ægreque ferunt, si res non geruntur, prout ipsi somniant. Sicut iste, qui recedebat indignans, eo quod Propheta, vt imponeret illi

Elisæus non adest.

4. Reg. 4. & 5.

2

manus, non descendisset. Et Mardochæus vi-
Hester 3 lis seruus sanctus tamen, & fidelis, nec genua flectere, neque adorare Aman volebat, cum palatium Regis Assueri ingrederetur, etiamsi amicus, & primus esset tanti principis. Tales erant & Prophetæ pauperum familiares, qui domos Principum nisi a Domino missi, vt eorum scelera arguerent, aut Domini manifestarent voluntatem, non ingrediebantur. Sic & Abraham peregrinos exspectans, & paupe res ad ostium tabernaculi, vt eorum lauaret pedes, algentes vestiret, & famelicos pasceret, Angelos hospitio meruit recipere. Immo pauperes pascens Abdias prophetalem gratiam meruit a Deo recipere. libr. quinto. cap. decimo. num. 43. Pauperes honorare debemus, qui imago sunt Dei. libr. quinto. cap. 13. num. 37. lib. decimo tertio. cap. 8. numer. 20. Pauperes contemnendi non sunt, cum illi sint propter quos conditus est mundus similes Christo, & Apostolis. lib. decimo quarto. cap. tertio. num. quarto, 22. & 23. Sed vnde quæso tanta in vtrisque diuersitas, quod mundani diuitum explendis voluntatibus tam intenti, illos venerentur maxime, pauperibus, quantũcumque illi sint iusti, contemptis spirituales autem viri, quales Prophetæ erant, & Apostoli, domos visitent pauperũ, eorum eligãt hospitia, vocati in domos eorum venire non recusent, eligatque Petrus Apostolorum princeps, & Ecclesiæ domum Simonis cuiusdam coriarij, apud quem hospitetur, diuites & potentes negligens, quorum aliqui certe cõuersi iam essent ad fidem? Hæc tanta opinionum varietas ab amore, vel contemptu diuitiarũ oriebatur. Qui enim magnifacit diuitias, vera illa existimans bona, & magna, magnificiat & propter illas diuites est necesse, qui autem amator est paupertatis, & pecunias negligit, & diuitias, is certe diuitibus contẽptis, domos pauperum libenter ingreditur, eosque habet familiares, & amicos, apud quos amantissima paupertas moratur, non autem illos vbi inimicæ diuitiæ morantur, quib. dicunt, vt Petrus quondam: Pecunia tua tecum sit in perditionem, & cum infirma mundi elegerit Deus, & ea, quæ non sunt secundum stultã hominum existimationem, vt fortia, & ea, quæ sunt, destrueret, qui Dei sunt illa magnificiunt, & illa contemnunt, quæ vel contẽpsit, vel magnifecit ipse. Qui dignitates, & honores pro nihilo ducunt non pro Diis existimãt Reges, aut Principes, quorum officia nihili pendunt; immo abominentur hęc, quę vocãt signa superbiæ, tamquam pannum menstruatæ. Diuites, & pauperes sic iudicabant Sancti vt parietum picturas. lib. quarto. cap. trigesimo octauo, num. sexto, lib. decimo quarto, ca. tertio. num. septimo. Diuites quasi in somnis ditescerent. libr. quarto. cap. 38. numer. 13. Credebant potentes & egentes sicut actores in scænis, ibidem nume. quarto, & quinto. Im-
3 mo pauperes credebant vocitando, & merito diuites auaros. lib. secundo. cap. decimo quinto. nume. vigesimo sexto, vsque ad vigesimum octauum. 43. 65. & 66. cap. decimo octauo. nume. tertio, vsque ad octauum. 19. & 20. libr. 4. cap. 39. num. 24. vsque ad 26. Diuitiæ solis iniquis sunt tales, iusti autem sola spiritualia bona censent digna hoc nomine diuitiarum. lib. quarto. cap. 39. num. decimo nono. Diuitiæ boni nomen non merentur, lib. secundo, cap. 15. num. 29. 30. & 62. cap. 18. num. nono, & 14. lib. quarto, cap. 28. num. quinto, & duodecimo. capit. 38. numer. tertio, quarto, sexto, & decimo tertio. capit. 40. numer. decimo septimo. Si ergo Sancti somnia, scænarũ actores, parietũ picturas credebant diuitias, & paupertatem, & quod vtrumque hominum genus solis nominibus, & sola hominum opinione differret, lib. secundo. cap. decimo quinto, numer. 23. & 62. lib. quarto, cap. 38. nume. quarto, vsque ad sextum. qui paupertatis erant amantissimi. libr. secundo. cap. decimo sexto. num. septimo. vsque ad nonum, 13. 14. & 27. quod diuitię hoc nomen sicut nec nuncupaturam boni merẽtur, qua ratione diuites inuiserent illos, venerarentur maxime, eorum dignitates admirarentur, qui eas flocci penderent? Id certe non faciebant hi, sed illi, qui ista pro summis bonis colunt, qui beatum dicunt populũ, cui hæc sunt, miseri & beatis inuident, & illis famulantur, quod ne fieret docuit Christus in domum Reguli ire recusans, qui & diues erat, & potens, consideransque virum, qui in potentia, & diuitiis confidens, & tumens, credebat quod Saluator libenter in domum illius descenderet, quod facere renuit, vt confidentes in diuitiis taxaret, re vera enim qui in his cõfidunt, reprehenduntur, & contemnuntur a Domino. lib. quarto, ca. 39. num. 13. 16. 19. 22. 32. & 33. cap. 41. nume. sexto, & septimo. Diuitem in auro non confidere æterna est beatitudo. lib, quinto. cap. decimo. nume. secundo. Diuites, qui ratione relicta in bonis aliis gloriantur, stulti sunt. lib. quarto. cap. 41. num. 12. Vt ergo Dominus hanc confunderet mundanorum opinionem fallam, qua pauperibus neglectis diuitibus ad nutum obsequuntur, ad huius domum dedignatur venire, qui vt mederetur seruo Centurionis, dixit: Ego veniam & curabo eum. Honorandus est pauper, si iustus sit, & potens, si male viuat, uilipendendus lib. octauo. cap. quarto. num. primo. libr. nono. cap. decimo, nume. secundo. Honores mundanorum non in fine, cum deficiunt, sed modo pro nihilo habendi sunt. lib. septimo. capit. 5. nume. decimo, & vndecimo. Honorantur impij in via, qui in peruentione damnabuntur, lib. eodem, & ca. nu. nono, vsque ad 11. Is Regulus superbe, & alte de se sentiens veluti mandando rogat, vt descendat Iesus in domũ suam, & negligit, quia quanto pretiosior ille erat in oculis suis, vilior tanto erat in oculis Dei. lib. tertio. cap. decimo nono. numer. 29. Superbus, dum altus est, non contingitur a Deo, qui humilia respiciens alta a lõge cognoscit. lib. octauo. cap. octauo. num. 20. lib. 16. ca.

13. nu.

13. num. 46. Vnde humilis vere sublimis est, cui tanta maiestas dignatur adesse, superbus vere abiectus, cuius domum Dominus adire recusat. lib. octauo. cap. octauo. nume. quarto, vsque ad septimum, & vigesimum tertium.

4 Secundo indignatus est Iesus, quia Regulus hic & salutem filio postulabat, & quod descenderet vt ille reciperet sanitatem, in domum eius. Hæc hominum insania est rem aliquam a Deo postulare, & media, quibus illam concedat, decernere. Posceret recte salutem filio reliqua pertinentia ad ordinem, & modum diuinæ relinquens voluntati. Sic Chananæa miserandam filię calamitatem deplorãs, id solum aiebat: Miserere mei, filia mea male a Dęmonio vexatur, tantæ miserię miserere, obsecro saluti filiæ meæ prouide, quo volueris medio. Sic duæ illę sorores tam a Domino dilectæ non rogant Iesum, vt veniat in domum curaturus Lazarum fratrem, qui morta li morbo laborabat, sed inquiunt: Domine, ecce quem amas, infirmatur. Morbus fratris, qui pater nobis est, tibi proponitur, cætera tuæ relinquimus dispositioni. Sicut stultus esset homo ægrotus, qui peritissimo medico diceret: Obsecro vt grauissimæ meæ infirmitati medearis minutionem faciens, aut non faciens sanguinis, hanc mihi potionem tribue, pillularum hanc massam confice. Insane salutem desiderans modum adipiscendæ saluti conuenientem medici arti relinque, qui & medicinæ, & personę, & morbi conditionem considerans illud applicabit remedium, quod expediens iudicauerit, de quo iudicare, qui artem ignorat, non valet. Sic & hic si cordate Dominum interpellasset, solam proponeret ægritudinem filij, arbitrio relinquens Saluatoris, an salus vtrique expediret, ne magno malo suo cogentibus peccatis suis ea conferret Iesus, quæ conuenientia non essent, qui postulantem Paulum, vt angelus sathanæ eum colaphizans (in quo grauissimum dolorẽ capitis intellexit Hieronym.) relinqueret, audiuit non est, vt virtus Apostoli in infirmitate perficeretur. Qui dicere debuisset: Si vis, potes me iuuare, & mundare expectans dicentẽ: Volo, mundare, non id facit, sed salutem postulat filio, & vt hanc conferat descendens in domum suam. Voluntatem enim Dei ad propriam velle trahere humana peruersitas est. libr. decimo octauo. cap. decimo nono, nume. 4. & quinto. Non curat, an salus expediat, nec ne. Multi enim sunt, qui propriam voluntatẽ implere uolentes, diuinam non requirunt, ut aliquam habeant excusationem, ibidem num. septimo. Multa sunt, quæ negat Deus propitius, quæ concedit iratus. lib. quarto, capit. 6 num. vigesimo nono, lib. sexto, capit. decimo num. 30. lib. decimo tertio. cap. nono. nume. 3 ne clamabo per diem, & non exaudies nocte, & non ad insipientiam mihi, libr. decimo tertio. cap. nono, nume. vndecimo. 13. 14. & 21. Non enim ad insipientiam hominis facit, si terrena, quæ postulat homo, non accipiat, cũ ea non concedat Deus iustis, quæ nouerit nocitura. Is grauiter reprehensus est a Domino, qui & salutem intrepide postulat, nec id solũ, sed etiam vt descendat in domum suam, vt eius præsentia filius morti iam propinquus sanitatem consequatur, in quo imperfecta eius arguitur fides, quam & Centurio, miles cũ esset, facto suo taxat, dum dicente Domino: Ego veniam, & curabo seruum tuum, respondit: Domine tanti beneficij indignus sum, dic verbo uno, absens impera ægritudini, & indubie sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum habens sub me milites, & dico huic: Vade, & vadit, & alij: Veni, & venit, seruo meo: Fac hoc, & facit, mihi obediunt incunctanter milites, & serui, valentiorique iure tibi rerũ omnium conditori obedient cuncta, quia in ditione tua cuncta sunt posita, & non est, qui tuæ possit resistere voluntati. Dominus vniuersorum tu es, tibi imperanti cedit mare, au fugiunt morbi, mors inexorabilis ad nutum tuum tremit, & cuncta obediunt elementa. Imperio solo opus est, vt infirmus quiuis optata potiatur salute. Obediunt Deo cuncta creata, lib. vndecimo. cap. tertio. num. octauo. 23. vsque ad 25. lib. duodecimo. capit. quarto, 5 num. tertio. Hæc Centurionis fides, de qua dictum est; Non inueni tantam fidem in Israel, ista arguit Reguli fidẽ: *Descende priusquam moriatur filius meus.* In quibus verbis duplicem fidei imperfectionem vides, alteram, quod credidit eius præsentiam corporalem necessariam, qua salus restitueretur filio, item dum ait; *Priusquam moriatur*, significat quod si semel vita fuisset priuatus, ad vitam eum reuocare non posset Iesus, cuius tanta signa uidisset ab eo patrata in Capharnaum, sicut Nazareni inuidentes calumniabantur dicentes: Quãta audiuimus facta in Capharnaum. Qui bus vilis, vel auditis motus iste non est, vt crederet digna Saluatore nostro. Hæc autem tam imperfecta huius fides Domini in illum indignationem promeruit. Fides quidem perfecta raro inuenitur in terra. lib. sexto. capit. 3. num. quarto. Vnde Apostoli aiebant: Domine, adauge nobis fidem, & quidam dixit interrogatus a Domino, an crederet: Credo, sed adiuua incredulitatem meam, fac obsecro, vt fides mea ad debitam perfectionem pertingat. Est enim fides donum Dei. ibidem numer. duodecimo. 21. & 22. Noluit in domum Reguli descendere Iesus, non solum quia dives, & in diuitiis confidens, sed quia credidit titulo nobilitatis hanc gratiam sibi debitam, quam respiciunt homines, sed non Deus, vt hac sola ratione, si merita desint, nobilium specialis fit habenda ratio. Vnde cum quidam Alfonsum Aragonum Regem hoc nomine plurimũ commendaret, quod ex antiquissima, & nobilissima Regum familia originem duceret, ille contra respondit: Nihil esse, quod in vita minoris ipse duceret, quam quod ille tanti face re videretur: laudem enim illam non suam,

Luc. 4.

Matth. 8.

Psalm. 21.

sed

sed maiorum suorum esse, quippe qui iustitia, moderatione, atque animi excellentia sibi regnum comparassent, successoribus quidem regna cedere oneri, & ita demum honori, si virtute potius, quam testamento illa suscipiant. Hæc Panormitan. lib. secundo. de rebus gestis Alfonsi. In quibus verbis id persuadere voluit tantus Rex, quod si nobilitati regiæ coniungatur virtus, coniungantur merita, nobilitas ratione adiunctæ sibi virtutis multam meretur laudem, nullam autē, si qui nobilis est, vt frequenter accidit, vilis mancipij exerceat opera, eaque attrita fronte patret, quę plebeius homo non faceret, solum considerans quod illa dedecerent hominem cordatum, immo cum, qui hominis nomine dignus esset habendus. Plato quatuor nobilitatis species facit: Primam eorum, qui claris, iustisque maioribus orti sunt; secundam eorum, quorum parentes potentes, ac principes extiterunt; tertiam eorum, quorum maiores domi, militiæque aliqua illustriore gloria claruerunt; quartam nobilitatis speciem facit eam, quam omnium excellentissimam esse ostendit, cum quispiam animi ingenuitate, & magnitudine excellit, suæque laudis virtute nititur, & hunc vere nobilem appellandum censuit, cui non aliena, sed sua virtus ad gloriam opitulatur. *Laert. lib. 2. c. 5.* Socrates etiam aiebat, vt Laertius refert, nobilitatem parum ad virtutem conducere, cū frequenter illa abutuntur homines ad multa patranda mala, quæ non committerent, nisi crederent impune illa posse facere, & quod alteri iniuriam faciens, ad vxorem proximi accedens, aliena non soluens, &c, pœnas non daret tantis sceleribus dignas. Qui & ea licere credunt, quæ lubent, & delectant, & potentes dicant: Sic volo, sic iubeo, sitque pro ratione volūtas, vt cum tempus aduenerit, in quo exiguo conceditur misericordia, potentes potenter tormenta patiantur, qui absque vllo timore perpetrant mala, nec vllus est, qui audeat aut contradicere, aut corripere, multi autem qui adulentur. Sicut & Achab accidit, quem falsi Prophetæ adulabantur, vix vnus Elias, qui ob id zelatoris glorioſum nomē est sortitus, repertus est, qui eius crimina argueret. 6 Nobilitatem generis contemnendam docuerunt etiam Philosophi. libr. sexto. cap. quinto. nume. primo, tertio, quarto, sexto, vsq. ad nonum. Nobilitas clara non prodest illi, quem mores sordidant, lib. sexto, cap. quarto, nume. tertio, & decimo. De nobilitate generis gloriari non debent homines Christiani, libri sexto, cap. quinto. nume. sexto, vsque ad octauum, & 10. Nobilitatis autem recordari debet homo, vt cum claritate generis morum sanctitate contendat, ne sanguine clarus, moribus vilis sit homuncio, numer. septimo. Quo exemplo illud etiam exemplo Domini discere debent & Prælati, & Prędicatores, ut in concionibus, confessionibus, locutionibus, & pauperes acriter reprehendant, & puniant, idemque peccatum in potente Principe, & nobili vel adulatione laudent, vel gratuitē excusent, quod in altero immane erat saerile gium, cum idem pondus, eademque mensura, æquusque sextarius iuxta tropologiam legis esse debuisset, qualis Prophetarum mos fuit, *Esa. 1.* sicut in Esaia legimus, qui Iudæorum nobilitatem reprehendens eos vocabat Sodomorum Principes, infideles socios furum. Et Daniel *Dan. 13* iudices plebis in casu Susannæ libere increpans, semen Chanaam vocans: Recte, inquit, mentitus es in caput tuum, &c. Et Achab aiebat Elias, quod turbaret Israel; Quod canes, *Hiere. 1* & ipsum, & vxorem, eorumque sanguinē lamberent. Et Hieremias æneam fortitudinem accepit, vt libere Regibus, Principibus, & Sacerdotibus populi prædicaret, eorumque argueret scelera. Pseudoprophetæ autem in plebē acres, nobilibus autem, & diuitibus per dulces sermones multa tacentes, vel adulantes inferebant nocumenta. Prędicatores falli dātibus munera prædicant pacem, aliis iram, li. decimo quarto. ca. nigesimo septimo. numer. decimo quarto. Prędicanda est veritas æquā animi propensione & diuiti, & pauperi. lib. decimo quarto. cap. 29. num. septimo. Prælati in pauperes acres, qui diuitibus nec loqui audent, taxantur, lib. 14. cap. 30. nume. 3. 4 6. 9. & 10. Prælati sint contra Principes fortes, quando id expediens fuerit, lib. 14. capit. 31. num. 10. lib. 16. cap. 2. num. 1. & 2. cap. 3. num. 7. Sic Iesus Regulum istum fide infirmum & grauiter reprehendit, & ad eius domum descendere non dignatur. Præterea indignatus est Dominus videns hunc hominem tam anxie sollicitum de salute corporali filij, qui ægro tam animam illius, qui nobilitate, diuitijs, & abundantia, & iuuentute infirmaretur, nec curabat, cum potissima illius cura esse debuisset. Aegrotantes filiorū animos non videbat Iob, *Iob 1.* & tamen non quod erat, sed quod esse in eis potuisset mali considerans, per singulos dies sacrificia offerebat altissimo, quo peccata expiaret cordis, si quæ essent. Hæc parentum cura sit, vt de filiorum educatione sollicitei eos ab infantia timere Deum doceant, & abstinere ab omni peccato, sicut de Tobia legi- *Tob. 1. et 4* mus, qui dum morti proximus crederetur, eū ad se vocauit, & dixit: Et iure testamenti omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum, & caue ne aliquando peccato consentias, & prætermittas præcepta Domini Dei nostri. Item mando: Noli auertere faciem tuam ab vllo paupere, quomodo potueris, sic esto misericors. Item omni tempore benedic Deum, & pete ab eo, vt vias tuas dirigat, &c. Post quæ omnia debitum Gabelivt accessorū negotium illi reuelauit. Si & mulier Machabæa in tormentis consolabatur filios, dulcissimisq. verbis ad eorum tolerantiam exhortabatur, quasi ad hoc mater esset illorum, vt eis fieret in salutem; contemptis & diuitijs, & honoribus multis, quibus allicere eos conabatur impius Rex ad negādam Iidem. Quaratione multi doctorum arbitrantur ideo in legis collatione dictum: Ego sum Dominus fortis, zelotes, visitans (hoc est puniens) peccata parentum in filios in tertiam, & quartam generationem. In quibus verbis punienda parentum peccata in filiis minabatur, eo quod, vt plurimum, filij perditam vitam parentum imitarentur, qui dum non corrigebantur adolescentes, mutare pellem vix possent iam grādæui; Sed adolescens iuxta viam suam sedens etiam cum senuerit non recedet ab ea. Quæ peccata parentum dicuntur, quia frequenter eorum culpa patrantur, qui solum intēti sunt diuitiis acquirendis illis, quibus Deum relinquere hæredem conuenientius multo fuisset, qui eorum curam gereret, eisque tamquam si *Genes. 17.* liis cælestia bona legaret. In Genesi dixerat Deus Abrahæ: E domo tua Reges egredien- *Li. 3. cont. nic. imp. mil. mon.* tur, & tu ergo custodies pactum meum, & semen tuum post te in generationib. suis. Quem locum sic transtulit Chrysostom. Noui quod constituet Abraham filiis suis, & obseruabunt vias Domini Dei, vt faciant iudicium, & iustitiam. Dignus certe Abraham, qui multa, illustrique posteritate donetur, qui eam in lege Dei instituerit. Quod non merentur, qui irremediabiliter perdunt filios, quos impie educant. Lycurgus, qui legem dedit Lacedæmoniis, duos educauit catulos vno partu genitos, alterum cibis delicatioribus alebat, alterum vero venationi assuefaciebat, quos coram toto populo in platea posuit, & posuit illic spinas simul, & escas delicatiores, moxque leporem ligatum soluit, quem alter illorum insecutus est, alter vero concito gradu eas escas, quibus fuerat nutritus, lepore contempto. Ad populumque sermonem conuertēs Lycurgus dixit: Videte, quid in his animalib. natura existente eadem valuit consuetudo, vt hāc credatis natura potentiorem, quæ illam corrigat, & reformet. Philippus Macedo cum accepisset genitum sibi filium Alexandrum, ad Aristotelem scripsit, se Diis gratias agere, non tā quod sibi filius natus esset, quam quod eū nasci contigit Aristot. tempore, qui eum educaret dignum filium tanta nobilitate, & regno, talique patre, cuius curæ illum commisit, cū primum loqui ille cæpit. Plato etiam nutricibus præcipiebat, ne paruulis fabulas, vel turpia dicerent verba, ne illorum animos, ait, ex initio stultitia, & corruptis imbuant morib. Crates etiam Philosophus desiderabat locū conscendere eminentiorem, vt ab omnib. audiretur exaltata voce clamaret, quod reipublicæ cōueniētissimum foret: Quorsū ruitis homines, qui omne in cōparādis pecuniis vestrū studiū facitis, filiorū vero, quib. eas relinquatis, nullam sane curā suscipitis? Vnde acrē indignationē Dei contra Sacerdotē Eli retulit *Li. 3. cont. nic. imp. mil. mon. 1. Reg. 3.* Chrysost. Ecce ego facio verbū in Israel, quod quicumq. audierit, tinnient ambæ aures ei', id est, veluti exanimis erit talia audiēs mala. Quę sunt illa? Idcirco iurau domui Eli, quod nō expietur iniquitas domus eius victimis, & munerib. in æternum. Quę tantorum malorū, tantæq. indignationis ratio? Eo quod nouerat indigne agere filios suos, & non corripuerit eos, solam hanc eius culpam referūt sacræ literæ, immo quod corripuerit, sed blande, nec ea seueritate, quam filiorum crimina postulabant, quapropter & ille, & illi morte interierunt infelici. Et Diuus Augustinus refert illos *serm. 204. de temp.* 42. pueros, qui Elisęo illudentes clamabant: Ascende calue, ascende calue, coram parentibus fuisse a bestiis deuoratos, quia illa dicere non auderent, si patribus displicuissent. Parētes sollicite prouidere debent peccatis, & uir 7 tuti filiorum exemplo Iob lib. 6. cap. 6. numer. primo, vsque ad tertium. 7. 14. 18. usque ad 21. & 33. Parentes taxantur, qui filios ab incunabulis non erudiunt, & corripiunt. ibidem nu. quinto, vsque ad septimum. 11. vsq. ad 13. 15. vsque ad 19. Parentes dum non corripiunt filios, vel minus diligenter id faciunt, se & illos perdunt, ibidem num. tertio, quinto, vsque ad 7. 12. 15. vsq. ad 19. 29. 34. & 35. Parentes filiis relinquant virtutem, & amicos potius, quam diuitias, ibidem num. 4. 9. vsque ad 13. Parentes regulariter corpus filiorum amant, nō animam, terrenaq. tantum eis optant. nu. 9. & 13. Parentes lacrymis, & cura grandi prouidere debent filiis peccantibus de remedio. libr. 10. cap. 2. num. 13. Parentes filiis vitam æternam potius, quam temporalem exoptent exemplo feminæ Machabeæ. libr. decimo sexto, capit. sexto. nume. decimo tertio. Hoc autem summum parentum malum est, quod non solū bonum filiis non consulunt, sed & ad malum trahunt verbis, & exemplis, libr. sexto, cap. sexto, num. decimo octauo, vsque ad vigesimū, & vigesimū quartum. Regulus hic reprehensus a Domino fuit, difficulterque auditus, qui ægritudine filij anxius vehementer saluti animæ illius non prouidebat, Tandem Dominus indignatus est, quia necessitate pressus ipsum requisiuit, idque cum audisset, quod Iesus aduenisset a Iudæa in Gallilæam. Frequenter Iesus Capharnaum fuerat ingressus, & tamen illum minime requisiuit, inuisit, nec loquutus est, nisi vrgente necessitate, cum filius ægrotaret ad mortem, cum humana iam deessent remedia, requiritur Christus. Ad Deum accedunt homines in tribulationibus impudenter, cum eum in pace contempserunt. libr. secundo. capit. decimo septimo, numer. nono, vt Iudęis similes sint, qui cum occideret eos, quærebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebāt ad eum, & malis prementibus recordabātur, quod Deus excelsus redemptor eorum esset. Sic Nabuchodonosor, Antiochus, & Heliodo- *Dan. 4.* rus Deū requirebant in angustiis, quem acriter in prosperitate fuerant persecuti, &c. Qui enim diuitiis, & humana potentia turgēt, nec Deum agnoscunt, nec quærunt, donec flagellis fuerint admoniti. Illorum autem execranda est perditio, qui nec flagellis ad Deū conuertuntur. De quibus Hieremias: Per- *Hierem. 5*

Amos 4. cussisti eos, & non doluerunt, &c. Et Amos: Percussi vos vento vrente, & non redistis ad me dicit Dominus. Cumq. flagella infligantur a Deo, vt homines corrigantur, sicut scriptum est; Si in his non audieritis me, addã vt corrigam vos septies, his multi peiores euadunt. Quia comedens saturatur homo, & impinguatur, conuertirq. se ad Deos alienos, ne id tibi accidat, vulnerat Dominus, vt huic morbo medeatur. Flagellat Deus peccatores vt resipiscant. lib. quarto. cap. sexto. numer. 4. sexto. 14. 15. & 17. cap. septimo. num. tertio, & quarto. cap. duodecimo. nume. 23. & 24. libr. 6. cap. nono. numer. vigesimo secundo. vsque ad 25. 27. & 28. cap. decimo. nume. septimo. 15. & 16. cap. 15. num. 16. lib. vndecimo. cap. secũdo. nume. 15. Flagellis Dei, quibus bene vtuntur quidam, abutuntur alij, lib. quarto. cap. 12. nu. 19. 24. & 25. libr. sexto. cap. vndecimo. numer. octauo. 10. & 11. Flagellis Dei non emendari malum est grande. lib. sexto. cap. nono. nume. 22. 24. & 39. cap. decimo. num. septimo. 12. vsq. ad 14. 18. 19. 36. & 37. cap. vndecimo. num. 21. Flagella Dei medicinæ sunt, quibus docet nos fugere a ventura ira, lib. sexto, cap. vndecimo. num. 20. Accessit etiam ad Iesum, quando facile id potuit efficere, non confecturus lõgum iter, sed cum ille Capharnaũ appropinquaret. Hoc est enim hominum ingenium, vt virtutes deserant, in quib. difficultas reperitur, si ieunium indicitur, si condonandæ sunt iniuriæ, si

Genes. 12. necessitati fratris magna eleemosyna prouidẽdum est, si audiunt: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, &c. Si filius Isaac, hoc est, risus immolandus est, virtutem ceptam deserunt, vel non inchoant. Audire sacrũ, obolũ semel in die pauperi porrigere, precationem breuem dicere norũt homines, quia facillimũ illud est, at cũ virtus circa difficile versatur, nec auditur quidem. Virtutes operari, quãdo occasiones ad id desunt, magni meriti est. li. 1. cap. 12. num. 40. Virtutem absque labore solus Christus habuit. lib. tertio. cap. nono. num. septimo. lib. 18. cap. 14. num. 21. Virtutis acquirendę causa labores ferendi sunt. lib. nono. ca. 15. num. 2. lib. 18. cap. octauo. num. octauo. 9. & 17. cap. 11. num. quarto. Virtutem vellent homines, sed absque labore. lib. 14. cap. 19. num. 21. & 22. His titulis non descendit Iesus in domum Reguli, eiusque modicam reprehendẽs fidem, dixit: *Nisi signa & prodigia videritis, non creditis.* Difficile homines Deo fidunt. Securũ

Exo. 3. reddiderat Dominus Moysem de populi credulitate, & obedientia, & iustus statim addit;

Exo. 4. Ecce non credent mihi. Cumque Deus facile fidat homini, & illi omnia sua credat, homo tamen præsertim iniquus cum maxima difficultate illi fidit. Quod inde venire arbitror, quod quales nos sumus erga Deum, talem eũ credamus erga nos. Quia. n. nos frequẽtissime Deo promissa mentimur, arbitramur Deũ nobis etiam non seruaturum promissa. Et hinc etiam est fiducia iustorum erga Deum. Cum enim ipsi promissa Deo seruent, talem erga se Deum arbitrantur, quod. s. seruabit illis promissa. Sic de Abraham loquitur Paulus, qui *Rom. 4* cum audisset Saram parituram confidit, non cum considerans corpus suum emortuum, cum iã fere centum esset annorum, & emortuam vulvam Saræ. Vnde etiam Salomon iustum, vt leonem, confidere asseruit. Considerandum etiã in his verbis: *Nisi signa, &c.* mirum non esse, quod Deꝰ signa, & opera a nobis postulet, neq; solis placetur verbis, quando homines desiderant vt Deus ipse verbis addat signa, quæ nisi *Genes. 15.* viderint, ad credendum non adducuntur. Sic quondam Abraham signum postulauit, quo adduceretur ad credendum, quod terrã promissionis acciperet possidendam, quam Dominus promittebat; Domine Deus vnde scire *Exod. 4* possum, quod possessurus sum eam? Et ille: Sume mihi vaccam triennem, &c. Sic & Moyses signum postulauit, vt illo adducerentur Iudei ad credendum, quod a Domino fuisset missus, fecitque Deus, vt virga pastoralis in colubrũ conuerteretur, & quod manus illius in sinum missa egrederetur leprosa. Quid ergo mirũ, si fidei signa postulet Deus ab homine, qui con- *Exod. 24* suenit dicere: Omnia, quęcumque præceperit *Psalm. 77* nobis Dominus, faciemus, & tamen verbis facta non consonant, sed diligunt eũ in ore suo, lingua autem sua mentiuntur ei, nec fidelesha biti sunt in testamento eius. Si quæ procedũt de labiis Dei non facit irrita, qui in promissis implendis verax est, quomodo facta non requiret ab his, qui dicentes: Domine, Domine, voluntatem patris non perficiunt? Dei consilium in ęternum stat, homines autem sæpe mutantur. lib. quarto. capit. vigesimo quinto, nume. secundo, & tertio. Vnde homo hic, cum in virum alterum mutatus est, credidit sermo *Gala. 5* ni, quem dixit Iesus, & ibat. Non satis est credere, nisi iter arripias per viam mandatorum *Iacob. 1.* Dei, vt fides per charitatem operetur, sicut la cobus aiebat; Estote factores verbi, & non auditores tantum fallentes vos ipsos. Sicut enim qui in flumen cadit, si nec brachia, nec pedes moueat, statim obruitur, natans autem eripitur, sic qui soli innititur fidei virtutis actionem relinquens, in profundissimum barathri gurgitem mergetur, si autem fidei coniunxerit opera, incolumis in terram ueniet viuentium. Fides, & opera coniungenda sunt. libr. 6. *9* cap. tertio. nume. sexto, octauo, vsque ad decimum. 15. vsque ad 27. lib. nono. cap. decimo. septimo. nume. 23. libr. decimo octauo. cap. duodecimo. numer. 15. Fidem, & opera habentes iusti tamquam domestici Dei vestiuntur duplicibus. lib. decimo octauo. capit. decimo. nu. 24. Fidem habens sine operibus ille est, de quo legimus: Ficus enim non florebit, &c. lib. sexto, capi. tertio, numer. octauo. *Credidit homo sermoni, quem dixit Iesus.* Vno uerbo diuina bonitas, & omnipotentia duos sanauit, patrem, & filium. Is autem, qui Reguli nomen acceperat, *erat quidam Regulus* iam homo vocatur. Tunc. n. hominis cognomine digni sumus, cum cordis incredulitatẽ abiicimus. Hoīs no

men

men non meretur, qui studiose non viuit. libr. tertio. cap. decimo sexto. num. decimo. li. duo decimo. cap. quarto. num. tertio, & quarto. Hominis nomen in sacra scriptura accipiunt soli iusti. lib. octauo. cap. secundo. num. primo, vsque ad quartum, sextum. 8. vsque ad vndecimum. 14. & 15. capit. tertio. numer. sexto. libr. duodecimo. capit. quarto. numer. sexto, vsque ad nonum, vndecimum, & duodecimum. Vide benignitatem Dei, quomodo infirmitati nostræ condescendit, non enim semper imperitiam nostram respicit, sed etiam peccan- *Psal. 102.* tibus, & indigne de se sentientibus auxilium fert. Ipse enim nouit figmentum nostrum, ideo sicut miseretur pater filiorum, sic ipse miseretur nostri. Deinde quamuis duris verbis eum increpauit, nihilominus, quod po- *Psalm. 29* stulat, concedit. Non enim in æternum irascitur, nec in æternum comminatur Deus. Ira quidem in indignatione eius, sed vita in voluntate eius. Hinc de Christo scriptum est: *Si dereliquerint filij eius legem meam, &c.* *Psalm. 88* visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, verumtamen misericordiam meam non dispergam ab eo. Quem prius terruerat, nunc summe consolatur. Hinc etiam discamus bene sperare de Deo, etiam cum videtur iratus. Flagella Dei semper miscentur misericordia. lib. quarto. ca. sexto, nume. primo. vsque ad octauum. 10. vsque ad decimum quartum. 16. & 17. cap. septimo. nu. tertio, & quarto. cap. duodecimo. nu. septimo. lib. sexto. cap. nono. num. 24. & 33. lib. decimo quarto. cap. decimo octauo. numer. primo. Auxilium quidem Dei homini in angustia cõstituto videtur serum. lib. quarto. ca. septimo. num. decimo, & vndecimo. cap. 12. numer. 13. cap. decimo quarto. num. primo. capi. decimo octauo. num: nono. cap. vigesimo primo, num. septimo. lib. nono. cap. vigesimo. numer. 23. Ideo Regulus hic quasi dilationem taxans, dicit: *Domine descende, priusquam moriatur, &c.* Sed protinus adest Iesus dicens: *Vade filius tuus uiuit. Descende prius, &c.* hoc est carnis ingenium, vt dum ea audit, quę animæ salutem concernunt, qualia illa erant: *Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis*, in aliud tempus illa vellet reseruare. Stultus enim nisi ea dixeris, quę versantur in cordę suo, cuncta iudicat extrarem.

10 *Occurrerunt serui læta nuntiantes de filio, & interrogabat horã ab eis, in qua melius habuerat.* Seruis bona narrantibus, pater alio spectat. Nuntiabant illi corporalem filij sanitatem, ipse autem & filium, & seruos ad perpetuam animæ salutem perducere cupiẽs interrogat horam. Iam enim animo statuerat, vt si horam recuperatæ sanitatis illa esset, in qua dixit Iesus: *Filius tuus uiuit*, iam de diuina illius potentia non dubitaret. Admonet etiam locus iste, distinguere inter beneficia Dei, & quę ab eo opere naturæ consequimur. Interrogauit etiam hoc, vt sollicitos reddat homines, vt sciant a quibus beneficia acceperint, ut illis grati simus, ignorare vero illos, a quibus dãna accepimus, ne eos odiamus. Vnde cum in *Genes. 15.* Genesi futuram nepotum seruitutem Abrahę nuntiaret Deus, non ei prædixit, quo loco, ne que a quibus detinendi essent, ne vir sanctus odio haberet eos, a quibus semen suum esset affligendum. Vnde cum Iesus alapis a ministris Pilati cæderetur, voluit sibi oculos vitta operiri, qui optime nouerat percutientes velatus. Sed hoc nos voluit symbolo admonere, non curandum auctorem percussionum scire, auctorem vero bonorũ sollicite inquiramus, sicut Regulus hic fecit. Primum, ne quemquã odio habeamus ignorare optimum, secũdum vero, ne ingrati simus. Horam etiam optat sci re, in qua beneficium accepit. Sic populus Israel eadem hora comedit agnum, qua Dominus primogenitos Aegyptiorum occiderat, vt temporis, quo tãtum beneficiũ acceperũt, recordarentur. Memento diei huius, in quo *Exod. 13.* egressi estis de Aegypto, &c. Celebris valde nobis esse debet dies, qua ex seruis Diaboli in Dei seruos asciscimur. Vnde antiqui diem celebrabant circumcisionis, quoniam tunc puer a peccato originali liber populo Dei aggregabatur.

Credidit ipse & domus eius tota. In hoc verbo vi 11
demus Regulum hũc boni patris familias fun
ctum officio, in eo quod familiam suam exem 1
plo, & verbo ad fidem prouocauit. Superiorũ enim exemplum vtile valde est ad hoc, ut illorum virtutes inferiores imitentur. Sequũtur vt plurimum minores exempla maiorũ, sicut in malo, ita & in bono. Viri Sodomitæ circuibant domum Loth, vt Angelis abuterentur, a puero vsque ad senem. Sequebantur enim pue- *Genes. 19.* ri in uitio senes. Et iunxit currum suum Rex, *Exod. 14.* & populum tulit secum, quem populus sequebatur in malo. Rotæ Ezechielis ad motũ pergunt animalium. Omne caput languidum, & *Esa. 1.* omne cor mærens dicit Propheta: Quid inde? A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. *Credidit domus*, non dubium quin eius suasu. Hæc enim cura dominorum esse debet, domesticos ad bonum adducere. Vnde *Exod. 12.* præcipiebat Deus: Omnem seruum pretio emptum circumcides. Ecce qualis cura dominis esse debet, vt seruos suos ad cultum vnius Dei adducant. Sic & Noe dictum est: Ingredere tu, *Gen. 7.* & omnis domus tua in arca. Et festinauit A- *Genes. 18.* brahã, vt prandium pararet peregrinis, & continuo festinat Sara, festinant & serui. Sic e contra tota domus perit cum patre familias. Filij colligunt ligna, & patres succendunt li- *Hierem. 7* gna, & mulieres conspergunt adipem, vt faciant placentas Reginæ cęli, & libent Diis alienis. Parentes regere debent domos suas, sicut Prælati Ecclesias, lib. sexto, cap. sexto, numer. trigesimo tertio. Principum peccata cedunt in damnum reipublicæ. libr. nono, cap. octauo. nume. tertio, & decimo quarto. *Credidit ipse.* Ecce huius Reguli incrementum, crescit fides, crescit & virtus, ab initio debilis erat fides, postea plꝰ firmitatis cepit, quãdo vocauit

cum Dominum, deinde quando credidit sermoni, & ibat, magis perfecta erat, hic cognita manifeste Dei virtute, de qua veluti dubitans interrogauerat seruos, perficitur fides. Quia iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectum diem. Vide in indice virtus ab imperfecto ad perfectum, in qua proficiendum est semper.

Prou. 4.

DOMINICA VIGESIMA PRIMA

post Pentecosten.

Euangelium.

Simile est regnum cælorum homini Regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Matth. 18.

Dom. 21. post Pentecost.

MVLTA sollicitudine variis in locis dilectionem inimicorum suadere voluit Dominus, de qua etiam differit Ecclesia feria 6. post Quinquagesimam, Dominica quinta post Pentecosten, & in Euangelio hodierno: sed quia in hac inimicorum dilectione varia sunt, quæ hominibus mandat Deus, hæc varia in tribus Euangelijs docentur. In primo ut coramicum sit fratri: Diligite inimicos vestros ut lingua ea loquatur, quæ saluti proximi fuerint expedientia: Orate pro calumniantibus uos, vt non diligamus uerbo solo, aut lingua, sed opere, & veritate: Benefacite his, qui oderunt uos. Vbi uerus inimici amor, qui in his tribus consistit, suadetur. In Dominica autem quinta docet Dominus, vt veniam petas ab eo, cui iniuriam intulisti. Si offers munus tuum, &c. illique reconcilieris, quem læsisti, vt sacrificiū offeras, quod diuinæ maiestati sit acceptum, quod non recipit, cum sanguine plenæ sunt manus. In hoc autem Euangelio id vult Dominus, vt iniuriam condones fratri, veniam petenti: Pete veniam dicit iniuriam inferenti, læso autem condona donantes vobismetipsis, si quis aduersus alterum habet querelam, sicut Deus in Christo donauit vobis, ita & vos. Vterque morbus ingens, & frequens, sed iste secundus, & maior, & frequentior, maiorique egens medicamine, vt sanetur. De re hac agitur libr. 1. cap. duodecimo. num. decimo nono. vigesimo quarto, vigesimo sexto, trigesimo quarto, & trigesimo nono. cap. decimo quinto. num. 20. lib. nono. cap. quarto. nume. secundo, & vigesimo tertio. lib. decimo tertio. capi. octauo. nu. quarto, quinto, & decimo quarto. lib. decimo quarto. cap. decimo octauo. nume. vndecimo. Mens Domini in hac parabola hæc fuit, ostendere Deum patrem uisceribus misericordiæ affluentem erga peccantes, in eosdem tamē esse seuerissimum, si nolint illi vicissim benigni esse erga peccantes fratres, & conseruos, duobusque his mediis efficacissimis suadere uoluit iniuriarum remissionem, condonandas offensas, quas a proximis accepimus, quātumcumque sint illę & graues, & multiplices. Sane mandatum hoc multam præsefert difficultatem, cum homines in his læduntur rebus, quibus vehementer affecti sunt, qualis est honor, fama, vita parentis, aut fratris, membri mutilatio, quam perfectionem similem vocauit Christus illi, quam habet cælestis pater solem suum oriri faciens super bonos, & malos, quę tam longe abest ab his, qui homines sunt multis imperfectionibus subiecti. Cumque superbiæ spiritus totum pœne orbem inuaserit, qui in propriæ excellentiæ desideriū homines vehementer impellit, humilitatisq. uirtus, qua inuicem subiecti sunt in timore Christi, qua agnoscit, qui uere humilis est omni honore indignum se esse, illud autem promeritum innumeris sceleribus suis id exigentibus, vt ab omnibus contemnatur, læda tur, eius prodantur miseriæ, hæc autem virtus cælum iam inhabitet derelicta terra, & si Deo subiiciantur homines, tamen hominibus subiici, his iniurias condonare grauissimum arbitrantur, Qui tales sunt, iniuriarum remissionem difficillimam credunt, ne dicam impossibilem, nec uolunt turris effici veri David Christi Domini, ex qua mille pendent clypei, vt resistant patienter ictibus inimicorum non uicti a malo, ab iniuria, scilicet fratris, a qua uincuntur, cum eam uindicare satagunt, sed vincentes in bono malum, non clypeis, sed lanceis, sed ensibus se muniunt, quibus lædentem fratrem aggrediantur, ut illatam uendicent iniuriam ira pereiti, quæ est appetitus uindictę, qui breuis furor fere omnem populi inuasit multitudinem, in quouis statu sit, nec dicentem: Mea est vitio, audiunt, sed suam, sibique commissam arbitrantur, quod acriter dolens Abbas Phi losius dixit cuidam fratri ad eum venienti, & dicenti, quod se vellet vindicare de quodam fratre, qui dixerat ei contumeliam. Hæc audiens sanctus Abbas eleuans in cælum manus, intelligibili uoce cæpit orare dicens: Deus iam non es nobis necessarius, ut pro nobis sollicitus sis, quia nos ipsi (sicut frater iste ait) & possumus, & uolumus nos uindicare. Quod cum audisset frater, pœnituit. Spiritus ergo superbiæ, qui regnat, spiritus irę, quæ in stulti requiescit (horum autem infinitus est numerus) humiliratis odium, quod in hominibus est, hanc virtutem inuisam

Cant. 4.

In vitis patrum.

fecit

fecit sæculo, quam contrariam credunt proprię excellentiæ, cuius appetitu miseri furiis incensi feruntur. Humilitas vera in paucis reperitur. lib. octauo. cap. sexto. numer. 2. quinto, & sexto. Superbia, arrogantia, insolentia, & contumacia quatuor venti sunt, qui vniuersum orbem obruunt. lib. octauo. cap. octauo. num. 26. Superbia omnibus virtutibus contrariatur, cum alia uitia peculiaribus virtutibus contrarientur, lib. 16. cap. 13. numer. 40. Iram suam ostendit fatuus, &c. libr. nono, c. 7. num. 27. & 29. Ira affectio naturalis hominum est. lib. 14. capit. primo. numer. 33. Hac ergo de causa iniurias obliuiſci, & eas remittere difficile est.

Prou. 22. Præterea cum fama præponderet cunctis opibus, meliusque sit nomen bonum, quam vnguenta pretiosa, honorisque appetitus innatus sit naturæ humanæ, ægerrime ferunt homines conuicia, detractiones, susurrationes, quibus læditur honor fratris. Multique, qui rerum temporalium damna, facultatumque læsionem patienter ferunt, instar leonum rugiunt, cum vel leue honoris nocumentū ab altero illatum senserint, quo apud proximum contemnitur is, qui uilis creditur, vel scelera tus. Honores contemnere diuinum opus est, lib. primo. cap. vigesimo. nume. decimo sexto. 17. 18. & 28. Inimicis benefacere grandis est perfectionis, lib. primo. cap. duodecimo. num. 48. vsque ad 52. lib. decimo tertio. cap. octauo. nume. decimo quarto. Hanc in condonandis offensis difficultatem insinuare voluit Dauid,

1. Reg. 26 cum ab iniquo Rege Saul mille modis lacessi tus, & prouocatus, vt ei vicem rependeret, & occideret eum, quod in spelunca tam facile efficere potuisset, nec fecit, sed inimico Regi ignoscens dixit, quando dormiente Saul lanceam accepit, & sciphū, qui pronus in terrā, & quasi inimicum adorans alta voce dixit: Nunc ergo audi Domine mi Rex, &c, si Dominus incitat te aduersum me, ut tanta mea sceslera per manus tuas acriter velit uindicare, quæso ut suprema illius bonitas odoretur sacrificium, quod illi lubens offero, dum iniuriā non vindico, cum tam facile id efficere possē, quo, vtpote quod magnum est, placari non re

Psal. 131 nuat læsa sacra eius maiestas. Et alibi, cum flectere diuinam misericordiam niteretur, vt peccatorum obliuiſceretur, quæ fecerat aie bat: Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius, quasi dicat. Vt mei reminiſcaris, virtutes non refero, lacrymas, poculum, quod cum fletu miscebam, non quod media nocte regiis negotiis occupatus surgerem ad confitendum tibi, quod anticipa rent uigilias oculi mei, sed mansuetudinis meæ, qua illatas contemnebam iniurias recordare, hi enim ineffabilibus digni sunt gaudiis. libr. decimo quarto. capit. primo. nume. tertio, decimo sexto, & decimo nono. Mansuetudo. n. vera illa est, quādo quis ab inferioribus offensus cedit, cum defendere se possit, numer. tertio, vsque ad quintum, & trigesimum primum. Patiens recte melior viro forti dicitur, quia maior est patientiæ victoria, ibidem numer. trigesimo primo, & trigesimo secundo. Quapropter egregie Chrysostomus docet illustrem reportasse de diabolo victoriam, cum in spelunca existens Dauid hosti pepercit, in quo egregio opere hosti ignoscens graue vulnus hosti inflixit dæmoni, qui hanc nouam iniuriarum tolerantiam ferre humani generis inimicus non potuit, quam & impius Rex lacrymis madens admiratus est dicens: Iustior tu es, quam ego, tu enim tribuisti bona mihi, ego autem reddidi tibi mala; quis enim cum inuenerit inimicum suum, dimittet eum in uia sua? Iniurias, quas ab eo accepit, non vlciscens? Et Origenes magnifacit admirandam uirtutem Moysi, quam indicare Dominus uoluit, cum nubes lucida obumbrauit eum fugientem indignationem populi, cumque hanc tanti amici iniuriam vindicare Deus ipse decreuisset ille pronus in terra obnixe precabatur ipsum, vt iniuriam sibi a populo illatam non puniret, sed remitteret, sicut & ipse remisit, fraterque eius Aaron obuiam processit igni, qui populum incendebat propter offensam, quam ipsi, & fratri intulerat populus igneo thuribulo incensa offerens gratissima, quibus diuina indignatio moderaretur, quæ tam acriter sæuiebat in eos, qui tantis uiris extiterant iniurij, igneosque globos contempsit, & intrauit intrepidus, ne vlciscetur Deus illorum iniuriam, quod in ingentem attraxit admirationem. Quod nec ipsi se vindicarent, & insuper in placando Deo, qui id uindicabat, tam essent solliciti. Cum ergo præceptum hoc tantis sit implexum difficultatib. tamque raro homines adduci possint, ut eis ignoscant, a quibus se iniurias accepisse credunt, licet falso id credant, sed ut rabidi canes hostibus non parcunt, quales Iudæorum fuerunt Principes, qui dum cęci uocarentur a Domino camelum glutientes, &c. his iniuriis moti usque ad maledictā crucis mortem ei non pepercerunt, nec illius sanguine satiabantur, a quo tanta reportarant commoda, qui iniuriarum reminiſcebantur, & quod verbis Saluatoris male eorum fama audiret apud populum. Sic & Daniel, cum *Dan. 6.* a Dario Rege in lacum leonum ab hostibus accusatus proiiceretur, inimicis eum accusantibus, vt se de Daniele uindicarent, quem oderant, dixitque rex Danieli: Deus tuus, quem colis semper, ipse liberabit te. Allatusque est lapis unus, & positus super os laci, quem obsignauit Rex annulo suo, ne quid fieret contra Danielem. Mirāda res, Rex proiicit inermem virum in lacum leonū, qui in monte discerpere eum possent, & annulo obsignat fores, ne quidquā mali patiatur, quo inter bestias degit irrationales, rapaces, & feras? Vtique quoniam ab inimicis seruare eum curat, qui has vincunt ferocitate, ut eas vindicent iniurias, quas credunt illa-

1. Reg. 24

Ho. 9 in Nu.

tas a Daniele, & ideo ait Rex; Deus, quem co lis, ipse liberabit te a leonibus, meum erit insuper maiori hominum crudelitati prouidere. Vt huic ergo tantæ difficultati, tam frequenti, tamque desperato morbo mederẽtur Sancti, immo & Philosophi, multis vsi sũt rationibus, quibus tanta pestis a mentibus hominum, quæ totum infecit orbem, profligaretur. Primum quod qui lædunt fratrem, sibiipsis inferunt mortem, alterius autem qui lęsus creditur (si qua est) leuis est iactura, qui iniuriam intulit, ad summam deuenit paupertatẽ, alter diues effectus est, id est, mansuetudinis, tolerantiæ, patientię, & charitatis thesauris locupletatus. Vnde cum Regius Vates referret quas fuerat passus persecutiones ab hostibus, inquit: Circumdederunt me sicut apes, qua comparatione vsus est ad significandum damnum ab inimico illatum, qualecumque illud sit, dum animam non contingat, simile esse illi, quod patitur ab ape homo, qui modico cruratur luto, & illa aculeum infigens moritur. Iniurias patiens, si iustus est, non læditur, sed qui eas infert. lib. primo. cap. duodecimo. num. vigesimo secundo, vigesimo tertio, & 54. lib. nono. cap. quarto. num. quinto. usque ad 8. 11. 12. 15. vsque ad 17. & 19. lib. decimo quarto. cap. primo. nume. septimo, octauo, decimo, & vndecimo. Inimicitias exercuit Dæmõ cru delitate plenas, ait Chrysostomus a duersum Iob, filios ab eo abstulit, facultates, honorem, salutem, quæ omnia patientissime ille tulit. Quis quæso victor eua fit? quis victus, & confusus discessit? Dęmon. Consequens ergo est, vt si alter mihi iniuriam inferens victus fui, & eam patienter ferens æquo animo tuli, vici quod illi compatitur, nec indigner, sed parcã, quod nobilis est animi, homini, quẽ proprio sanguine madentem, vulneratum cerno ad mortem. Inimicis iniuriantibus potius compatiendum est, quam his, qui iniuriam patiuntur, lib. primo. cap. duodecimo. numer. 20. 22. 23. 56. & 57. cap. decimo quarto. num. 29. libr. nono. cap. quarto. num. vndecimo. lib. decimo sexto. cap. septimo. numer. decimo quarto.

Inimicum occidẽs gladium mittit in corpus illius, & in cor proprium propriam necans animam. lib. nono. cap. quarto. nume. decimo septimo. In quo capite disseritur, quod iniurians proximum se ipsum lædit non alterum, vnde remittere iniurias conuenientissimum est nume. octauo. vsque ad decimum. 13. 14. & 16. docetur, quod iniuriam solus homo inferre potest sibiipsi, non ab alio recipere nolens, numer. nono, & decimo, quod diabolus se vindicantem vincit, qui vno ictu vulnerauit percutientem, & repercutientem, num. duodecimo, & decimo nono. Quod iniurias ferẽs victor euadit, vincitur autem, qui infert. nume. decimo tertio, vsque ad decimum quintũ. quod vt iniurias ferat homo consideret neminem lædi, nisi a seipso. Hæc summa prudentia est, quod iræ locum dat, qui non se vindicat, lib. nono. cap. quarto. num. tertio, quarto, nono, & decimo. cap. septimo, nume. 34. Irato fratri indignari non debemus, sed compati. lib. nono. cap. septimo. num. octauo, nono, 13. vsque ad decimum quintum. Patientia Sãctorum in aduersis hinc oriebatur, quod nullum crederent nocumentum verum ab inimico homine posse inferri. lib. sexto. cap. 13. nume. decimo, vndecimo, 13. & 14. lib. 14. ca. primo. num. octauo, decimo, & vndecimo. Patientia Sanctorum fecit eos in perpessione iniuriarũ victores, victos autem eos, qui iniurias intulerunt, lib. decimo quarto. cap. primo. nume. septimo, octauo, decimo, vndecimo, & 24. Alij ad ferendas iniurias, ignoscendumque his, a quibus eas sunt passi, monere nos volunt, si iniuriam considerans illatam opus esse Dei consideret, non qua parte culpa est fratris illam inferentis, quã maxime detestatur Deus, sed qua pœna est læsi, quam ordinat Deus in bonum illius, vt per illius patientiam satisfaciat læsæ diuinæ maiestati, ut humiliet istum, ut eius merita crescant. Quomodo enim contingere virum iustum potuisset mundus, nisi Deus, qui in bonum electorum cuncta disponeret, ut diligentibus ipsum omnia cooperarentur in bonum his, qui secundum propositum suum vocati sunt Sancti? Vnde qui irasci tur in fratrem, similis est cani, qui protectum mordet lapidẽ, a quo vulneratus doluit proiectore derelicto. Sunt enim inimici manus, & instrumenta Dei. Sic enim Esaia teste Dominus vocauit Assirios, & Senacherib eorũ principem: Virga furoris mei Assur. Sicut pater, qui virgam accipit, ut corrigat filium, quam statim igni tradit, nec relinquens uirgam peccatorum super sortem iustorum, sed ea vtens, quo tempore eorum saluti expediens iudicauerit. Et alibi dixit Sacer Rex; Moab olla spei meæ, quoniam persecutionibus Moab attritus, persecutiones illæ ignis sunt, olla sunt, vbi rubigo tollitur. Peccator spe obtinendæ veniæ certior efficitur remittenti iniurias, ibi consumuntur pœnæ peccatis meis debitæ. Iniuriæ illatæ a Moab, qua parte instrumẽta sunt Dei, grandem mihi comparant utilitatem, ut cor humiliatum Deus non despiciat. Vnde cum impius Semei inclyto, & sancto Regi maledicens clamaret ipsum cernens fugiẽtem Absalon: Egredere, egredere uir sangui num, & vir Belial. Reddidit tibi Dominus vniuersum sanguinem domus Saul, &c. Dixit autem Abisai verba audiens tam in Regem contumelios a: Vadam, & amputabo caput eius. Quare maledicit canis hic moriturus Domino meo Regi? Et ait Rex Abisai, & uniuersis seruis eius: Quid mihi & uobis est filij Saruiæ. Dimitte eum ut maledicat, Dominus enim præcepit ei, ut malediceret Dauid: Et quis est; qui audeat dicere: Quare sic fecerit? Dimitte eum, ut maledicat iuxta præceptum Domini, si forte respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione die hodierna. Inimici, quando nos persequuntur, diabolum habent sessorem,

Psalm. 3

Hom. 68. ad pop.

Esa. 10

Psalm.

Psalm.

2. Reg. 16

rem, a quo aguntur, lib. 14. cap. 36. numer. 1. Iniuriarum remissio magna fert commoda, lib. 1. cap. 12. numer. 19. vsque ad 22. 26. 28. 29. 49. vsque ad 51. & 58. lib. 9. cap. 4. numer. 3. & 4. In iniuriarum tolerantia multa nos debent consolari, lib. 1. cap. 12. numer. 30. & 31. lib. 2. cap. 8. numer. 5. lib. 9. cap. 4. numer. 12. Iniuriam passus contra diabolum indignetur, non contra fratrem, lib. 13. cap. 8. numer. 5. Item ad condonationem offensarum, ad earum tolerantiam adducere conantur homines Sancti exemplis eorum, qui iniurias obliuisci solerent, tum Philosophi, tum Iudæi ante latam legem, & post latam legem, gentiles, de qua re copiose disseritur in indice, lib. 1. cap. 12. numer. 1. 6. vsque ad 9. 55. vsque ad 57. docetur inimicos diligendos exemplo eorum, qui in lege naturæ, & veteri id faciebant. Inimicorum dilectionem suadent præclara exempla Dauid, ibidem numer. decimo, vsque ad 18. 47. & 48. Pro inimicis orandum est exemplo antiquorum, ibidem nume. 20. 25. 35. 52. 55. vsque ad 57. & 60. cap. 14. numer. 22. & 23. lib. 9. cap. 4. num. 11. & 16. Iniurias, & damna remittere debet homo exemplo Isaac, lib. 12. cap. 12. nu. 8. Iniuriæ ferendæ exemplo Philosophorum, ibidem num. 32. 41. 42. & 44. Iniurias remittere contrarium non est moribus antiquis Romanorum, ibidem num. 44. Iniurias remittat homo exemplo Sanctorum, li. 9. cap. 7. numer. 18. Multæq. aliæ sunt rationes, quæ in indice habentur verbo ira, iniuriarũ remissio, inimicorum amor, patientia. Vbi etiam respondetur friuolis mundanorum excusationibus, quibus turpiter a condonatione iniuriarum arcentur, lib. 1. cap. 12. num. 27. Iniurias non remittere propter vulgi dicteria stultum est, lib. 9. cap. 7. numer. 23. Iniuriam pati si malum fuisset, non id Dominus præcepisset, lib. 9. cap. 4 num. 12 Fert autem multa commoda iniuriarum remissio, libr. primo, cap. 12. numer. 19. vsque ad 22. 26. 28. 29. 49. vsque ad 51. & 58. lib. 9. cap. 4. num. 3. & 4. Iniurias vindicari nolens patitur inconuenientia multa, & magna lib. 1. capit. 12. numer. 27. lib. 9. cap. 7. numer. 22. & 23. Iræ locum dare expedit, sicut violento torrenti, ne cuncta obruat, lib. 9. cap. 7. num. 1. & 2. Ira, quæ appetitus est vindictæ, si imperium sumpserit animæ, hominem in feram conuertit, libr. 9. cap. 7. numer. 1. vsque ad. 4. 16. 17. & 19. Ira moderãnda est propter commoda, quæ inde reportantur, ibidem numer. 4. vsque ad 6. 11. vsque ad 14. Ira innumeris malis animam inuoluit, ibidem num. 9. 12. vsque ad 14. 19. vsque ad 23. 38. & 39. Ira ignis est celeriter extinguendus, quod facit, si iniurias obliuiscatur homo, ibid. num. 11. 18. 19. 23. 31. & 37. Ira draco immanis est, cuius ignis quidquid attigerit, necat lib. 14. cap. 1. numer. 33. Patientia vniuersæ Philosophiæ est radix, patiens enim in portu tranquillo sedet, lib. 14. cap. 1. num. 22. & 26. Mansueti ineffabilibus digni sunt laudibus lib. eodem & cap. numer. 3. 16. & 19. Grati Deo & hominibus, numer. 16. 17. & 20. Mansuetudo animam in perpetua tranquillitate constituit lib. 14. cap. 1. numer. 3. & 20. His alijsq. rationibus præceptum hoc hominibus suadere nitebantur Sancti, sed vt eius vinceret difficultatem Dominus Iesus in hoc Euangelio duobus vtitur medijs omnium efficacissimis, quibus condonationem suadeat iniuriarum. Totius enim huius parabolæ hæc est mens, quod iniuriæ remittendæ sunt ueniam petenti, lib. 9. cap. 4. num. 2. Alijs in locis docemur, quod inimicos etiam læsi alloquamur, eisq. reconciliemur lib. 1. capit. 12. num. 3. 4. 8. 33. & 39. Hic autem Euangelij locus præcipit, vt inimico veniam petenti semper ignoscamus, etiam mille passi offensas tota vita, lib. 1. cap. 12. num. 4. 8. & 39. lib. 9. ca. 4. numer. 2. Prima, eaq. homini fideli, Christianoq. potissima ratio ea est, si considerauerit, quas illi Dominus donauit offensas, earum quantum potuerit considerans & magnitudinem, & multitudinem, quas pro meritis intelligere nullus vsquam poterit. Earum enim multitudo nomine decem millium talentorum exprimitur, vt immensitatem credas esse debitorum. Quæ magnitudo consurgit ex multitudine beneficiorum, quæ recepit homo temporalium, & spiritualium, cuius gratia tota hæc vniuersi machina est condita, inferna omnia, & in supernis Angeli in ministerium missi propter nos, totus sanguis Domini mei Iesu Christi, omnia, quę pertulit verba, plagæ &c. ac si pro me solo ea sustinuisset, infinita illius merita, infinita satisfactio mea est in libro, vbi Deus scripsit cuncta, pro quibus rationem reddituri sumus, summa hæc immensa mihi ascripta est, *por mi quenta yo me e de descargar della* tantillus cum sim: Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Hoc solum retribuere potero, si in spiritu humiliato cognouero, quod soluere non possum. Peccata quæ patraui, infinitam habent malitiam, & quia aduersus infinitam bonitatem sunt cõmissa, & quia contra eum, a quo infinita etiam recepi beneficia. Impiorum autem hominum hæc iniquitas est, quod cum tanta mutuauerint a Deo, nec obolum soluãt. Iustus autem miserebitur, & retribuit, quod potest iuuante Deo, & ideo semen illius in benedictione erit. Si ergo miser homo insurrexit in Christum, ac si capitalis illius esset hostis, non benefactor, adijciens peccata peccatis, ac si innumera mihi contulisset damna, irrogasset iniurias. Qui tamen tam grauiter, & turpiter offensus, cum primum audiuit dicentem: *Patientiam habe in me, &c.* debiti dilationem postulãs pro summo beneficio, liberaliter vniuersum dimisit debitum, decem millia condonauit talenta, vniuersitatem criminum, quæ multiplicata erant super numerum arenæ maris, cum decem cornibus bestia illa sæua decem legis præcepta ventilasset, blasphemijs, periurijs, adulterijs, furtis &c. Debitorem

Seis millones. Iansenius.

Psal. 36.

rem te constituens decem millium talentorũ, quæ gratanter donauit, vt debenti tibi decẽ denarios, leuiculam offensam fratri tuo roganti remitteres. Vnde aiebat Basilius: Remitte conseruo tuo centum denarios, vt tibi remittantur decem millia talentorum, qualemcumq. erga te volueris vniuersorum Dominum, talem te exhibe erga fratrem; si durum illum, ac rigidum experiri desideras, durus esto in fratrem, si misericordem eum cupis in die iræ, vt non intret in iudicium tecũ; misericors esto in fratrem, vt superexaltet misericordia iudicium. Aiebat Chrysostomus. Tota hæc res remissionis peccatorum a nobis sumit exordium, futurumq. de nobis iudicium in nostra potestate est, si leueueris puras manus sine ira, & disceptatione, condonatur tibi vniuersum debitum. Sic enim dixerat Ecclesiasticus: Relinque proximo tuo nocenti tibi, & tum deprecanti tibi peccata soluentur. Homo homini seruat iram, & a Deo quærit medelam? In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? Ipse dum caro sit reseruat iram, & propitiationem quærit a Deo? Memento nouissimorum, & desine inimicari. Præmiserat: Qui vindicari vult a Domino, inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit. Quoniã sicut dixit Iesus: Qua mensura mensi fueritis, remetietur nobis, & iudicium sine misericordia ei, qui non facit misericordiam, Deum enim ad clementiam pronum sua inclementia ad iram, & vltionem prouocans. Et cum Deus ea sit clementia, vt veniam postulantibus peccata remittat, eorumq. obliuiscatur, contra iam peccata illius seruans seruabit, hoc est sedulo, ac diligenter reseruabit apud se, vt quomodo ille vindictæ cupidus illatam iniuriam apud se in mente seruat, nolẽs eius obliuiscì, ita & Deus peccata ipsius seruabit vindicanda suo tempore. Phrasis Hebraica est: Seruans seruabit, pro serio & omnino seruabit. Homo homini seruat iram, &c. quibus verbis significatur, indignum esse, vt homo hoc non præstet homini sibi, scilicet, æquali, quod ipsemet postulat a Deo, tam longo interuallo se superiore. In hominem similem sibi non habet misericordiam, &c. Quibus verbis non tantũ notat naturæ humanæ similitudinem, sed etiam ad peccandum fragilitatem, & pronitatem. Habet etiam emphasim hæc sententia, in eo quod pluraliter dicitur, de peccatis suis, vt cogitetur multa esse peccata hominis in Deũ, cum vnum sæpe tantum sit hominis in hominem, cuius vindicta exquiritur. Ipse, dũ caro sit, reseruat iram, & propitiationem petit a Deo? Quis exorabit pro delictis illius? significans his verbis huiusmodi hominis factum tam esse intolerabile, vt non solum ipse indignus sit, qui pro se orans exaudiatur, sed nec esse quemquam alium, qui pro eo exorare vel velit, vel possit. Memento nouissimorum, hoc est, vltionis, quæ in nouissimo fine manet impios, & desines inimicari, dicente Deo: Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Subdit Sapiens: Despice ignorantiam proximi. Vt enim extenuaret proximi peccatum, & ob id ostenderet esse despiciendum tamquam paruum, vocat ignorantiam, quod per ignorantiam sæpe committatur. Totus ergo locus hic innuit decem millia talenta illi remittẽda non fore, qui proximo centum denarios non dimiserit, quo nomine notantur omnes iniuriæ quantũcumque graues videantur, quæ homini inferri ab altero homine possunt. Diuinæ offensæ decem millibus talentorum comparantur, aliæ centum denarijs, tum propter differentiam personarum, tum propter beneficia collata, tum propter assiduitatem peccandi in Deum. Et ita in oratione Dominica, qui iniuriam non remittens orat: Dimitte nobis debita nostra, dicit: Eo optime Deus, debitorem habeo illum, qui me læsit in honore, fama, &c. de illo vindictam expostulo, vlcisci cupio, nec vlla ratione dimittam, ob id precor, vt & tu de me vindictam sumas, peccata mea non dimittas, & iudici, & tortori me tradas, donec debitum soluam, & cum id efficere nusquam possim, ignibus æternis immisus tristartareis cruciandũ peto vt me tradas. Maxima sane audacia, vt remissionem postulet tam grauium peccatorum, qui nec leuiculam offensam condonare vult fratri. Et qui tam magnifice debitum demisit, adamantinus effectus est aduersus illum, qui fratri iniuriam noluit remittere. Aiebat optime Augustinus: Si debitor es Deo, quod necessario tuturum est, gratulare te habere debitorem, vt remissione tui debiti modici remissionem accipias decem millium talentorum. Et certe proximus dicit: *Omnia reddam tibi*, quia satisfacere valet iniuriæ tibi illatæ, tu autem ex te non valens satisfacere, postula vt condonentur offensæ condonatione earum, quas a proximo accepisti. Sicut enim serpens venenum relinquit, ait Basilius, cum potatum pergit, ita & nos, vt remissionem consequamur peccatorum, venenũ pellamus a corde ignoscentes fratribus. Relinquendũ munus ad altare, inquit Hieron. præcepit Dominus, vt pergens qui iniuriã recepit, reconciliaretur fratri, vt facta reconciliatione Deum redderet placatũ, & acceptabit sacrificiũ ab eo, qui iniuriã passus non solũ non adijt fratrẽ, sed nec remisit iniuriã illi, cũ procidens ad pedes eius remissionem postulauit iniuriæ? Qui iubet vt vadas, & reconcilieris fratri, præcipit a fortiori, vt rogatus veniam concedas. In oratione Dominica verba ea: Dimitte nobis, &c. remissionem iniuriarum docent, lib. 13. cap. 8. numer. 4. 5. 10. 14. & 24. Iniurias nolens remittere, stulte vult verba illa relinquere: Dimitte nobis, &c. ibidem numer. 10. Nec solum iniuriæ remittendæ sunt, quia hac lege remittenda nobis sunt peccata, & non alia, sed quia Iesus in cruce patris interpellãs ma-

Diez est de denario 40. marabedis. Basil. ad filiũ spiritualem.

Hom. 20. in Matth.

Eccles. 28.

Matth. 7. Iacobi 2.

Leuit. 19.

Ser. 170. de tempore.

Basil. ad filiũ spiritualem.

Hier. in epi. 119. Matt. 5

iestatem cum clamore valido, & lacrymis non solum condonabat offensas dicentibus: *Patientiam habe in me, &c.* sed crucifigentibus precabatur patrem vt ignorantibus ignosceret, qui tãtopere fuerat læsus. Hæc summa Christi pietas erat, vt cũ aperiebat ipse eorum ora, blasphemabatur, cum conseruabat cor incredibili odio afficiebatur, & quando nec aquam porrigere dignabantur patienti, qui linguam mouere vix poterat siti aridam, vocem raucam vinificans suspirans, & eiulans, veniam precatur non rogatus, his, qui crucifigebant eum, vt deponam ego omnem iram indignationem, malitiam, &c. indutusq. viscera misericordiæ, & benignitatem indulgeam delinquenti. Inimico veniam petenti semper ignoscendum est, lib. 1. cap. 12. num. 4. 8. & 39. lib. 9. cap. 4. num. secundo. Inimicis ignoscendum est, vt Deus peccantibus ignoscat, lib. 1. cap. 12. num. 5. 24. 26. 48. 57. & 59. lib. 9. cap. 4. numer. 21. & 23. Inimicos diligere, eisq. benefacere debemus exemplo Christi, lib. 1. cap. 12. num. 53. & 60. lib. 3. cap. 10. numer. 79. & 80. Iniurias obliuisci debemus, lib. 1. cap. 12. num. 18. 19. & 35. lib. 9. cap. 7. numer. 18. & 23. Iniurias patienter, & hilariter ferre nos docuit passio Christi, lib. tertio, cap. 10. numer. 24. lib. 9. cap. 20. nume. 20. iniuriarum vindictam homo remittere Deo debet, lib. 9. cap. 4. num. 22. Iniurias qui fert, similis Deo efficitur, lib. 9. cap. 7. numer. 21. 23. & 38. Ira arcenda est memoria diuini iudicij, & eorum, quæ contra Deum commisit homo, lib. 9. cap. 7. num. 11. & 14. Irato fratri dic: Alius mihi linguam tenet, & manum ligat, ibid. nume. 14. Iræ locum dat iustus, ne amplius exigat, quam delictum mereatur, ibidem numer. 3. Iram moderatur, qui cogitat iniurias sibi illatas minores multo esse illis, quas pertulit Christus, & quod contra Deum & homines multa ille commisit, lib. 9. ca. 7. num. 40. Mansuetudo propria virtus est Christiani, quæ imitatores Dei nos facit, lib. 14. cap. 1. nume. 19. & 20. Patientiam nos docuit Christus admirabili exemplo suo, ibidem nume. 13. 14. 19. 27. & 28. Patientia facit nos filios Dei, illiq. quam similes, ibid. num. 15. 17. & 19. Patientia sic curanda est, vt nec quando homo audit iniurias, nec post earum recordatione vincatur, ibidem nume. 31. & 32. Altera ratio, quæ suadere debet iniuriarum remissionem, ea est, quod nolentem remittere conseruo iniuriam Dominus acriter increpauit, debitum dimissum repetijt, tradidit eum tortoribus, donec redderet vniuersum debitum. Miranda res, sine pœnitentia sunt dona tua Domine, ait Paulus, quando quæso ea reuocasti? quæ semel hominibus concesseris? Quis debitum magnificentissime dimissum repetijt? Ita est. Quoniã licet secundum D. Thomę sententiam peccata semel dimissa non redeãt, sed tamen homo hic suffocans fratrem, nec debitum illi remittens, tale, tamq. graue cõmisit crimen, vt ratione ingratitudinis æquiualeat hoc innumeris, quæ fuerant per pœnitentiam remissa. Peccatumq. hoc tam acriter vindicabit hac de causa, tanto igne, talibusq. pœnis, quales illæ forent, quæ pro tantis criminibus essent exhibendæ. Qui ergo fratri non remittit iniuriam, debitor efficitur decem millium talentorum. Iniurias remittere debent homines propria vilitate considerata, lib. 1. cap. 12. numer. 28. Acriter punit Deus eos, qui iniurias non remittunt, lib. 1. cap. 14. num. 39. & 56. lib. 9. cap. 4. nume. 15. 20. & 22. cap. 7. numer. 23. Iniurias vindicans grauius peccat, quam qui malum prior intulit, lib. nono, cap. quarto, num. 3. & 9. Iniurias continuo vindicare vult stultus, sapiẽs autem seruat in posterum, & sic iram moderatur, lib. nono, cap. 7. num. 29. Sic ergo tanta crudelitate in fratrem offenditur Deus, vt qui alioqui clementissimus est, seueriſsime in eum, qui talis est, sit animaduersurus nihil remittens, sed omnia simul debita exigẽs, quæ cũ numquam persoluere poterit, in perpetuum in gehẽnæ carcere ipsum torquebit. Quia sine pœnitentia sunt dona Dei, proprie non redit reatus præcedentiũ peccatorũ, quæ dimissa iam fuerant, sed quod in virtute contineatur in illa crudelitate in fratrem admissa, eo quod peccata illa dimissa efficiant, vt ingratitudo illa, & crudelitas tam graue peccatum reputetur, ac pro ea tam seuere quis puniatur, ac si priora peccata ei numquã fuissent dimissa. Si enim non præcessisset præcedentium remissio peccatorum, non esset tam graue peccatum huiusmodi in conseruũ crudelitas, quamquam alioqui per se peccatum sit magnum. Quamuis autem per quoduis peccatum sequens possint dici redire peccata ratione ingratitudinis, per quam peccatum sequens aggrauatur, tamen peculiariter redire dicuntur per crudelitatem in conseruum admissam post acceptam a Deo remissionem peccatorum, eo quod crudelitas huiusmodi directe sit cõtra acceptum remissionis beneficium. Ecce quam mire suadet Deus iniuriarum remissionem & dilectione, & timore pœnarum. Quod vtrumque eleganter ponderãt verba parabolæ, quæ breuiter enarranda sunt.

Col. 3.

Rom. 11.

17. q. 13. c. 2.

Simile est regnum cælorum homini Regi, &c. vsque *decem millia talenta.* In his verbis significatur, Deum patrem Regem, ac Dominum omnium rationem quidem requirere factorũ ab hominibus, sed tantæ esse benignitatis, vt si quis debitum suorum peccatorum, etiamsi maximum sit, cui soluendo nulla ratione par esse possit, agnoscens sese humiliet, & eius benignitatem, ac longanimitatem precetur, ex sola illius misericordia maiorem sit consecuturus gratiam, quam petere, aut sperare ausus fuisset vniuerso illi debito penitus remisso. Deus pronior est ad indulgenda peccata, quam peccator ad accipiendam indulgentiam, lib. 4. cap. 7. nu. 19. capit. 8. numer. 11. Pœnitentia est, per quam imminente ira Dei

imminens exitium potest homo vitare, lib. 14. cap. 21. num. 2. & 4. cap. 23. num. 8. Pœnitentia reddit hominem in statum pristinum, libr. 14. cap. 21. num. 34. 36. & 49. cap. 22. nu. 47. & 48. cap. 23. num. 13. Pœnitentiam comitetur humilitas, & propriæ fragilitatis cognitio, libr. 14. cap. 22. num. 19. & 35. Pœnitens confessione delictorum, precibus, verbis, & operibus sanitatem debet recipere lib. 14. cap. 22. num. 24. & 25.

10 *Iussit eum Dominus venundari, & vxorem eius, & filios.* Quia frequenter peccata viri patrãt propter vxores, sicut mors Ioannis petitione Herodiadis accidit, consilioq. impiæ Iezabel lapidatus est Naboth, Eua Adamum ad esum cibi traxit, Sanson a Dalila deceptus fuit, & Salomon suasu mulierum Deos earum adorauit, sic & parentes ditandis filijs intenti innumeris se immiscent peccatis, & ideo vxorem, & filios iussit Dominus venundari. Vxorem reliquit Dæmon Iob, vt eum perderet, lib. 11. cap. 11. num. 8. Feminæ Madianitæ Iudæos vicerunt luxu, vt Deos adorarent, lib. 6. cap. 12. numer. 1. 2. & 8. Feminarum deordinatus amor coniecit Salomonem in multa mala, ibidem num. 9. & lib. 11. cap. 11. num. 26. Feminæ Adam, & Salomonem ad malum traxerunt, lib. 11. cap. 11. num. 26. Filij puniuntur peccantibus parentibus, quia horum malam vitam imitantur, lib. 6. ca. 7. nu. 9. vsque ad 11. Diuites ditandis filijs intentissimi sunt, &c. lib. 4. cap. 4. numer. 5. & 6. Ad tantum malum deuolutus miser hic homo sua agnoscens mala dixit: *Patientiam habe in me, &c.* Gratis venundati estis, & absque argento redimemini. *Esai. 52*
1. Ioan. 3. Gratis per pœnitentiam. Maior est Deus corde nostro, quia cor postulat dilationem solutionis, Deus autem vniuersum debitum dimittit.

11 *Egressus autem seruus ille inuenit vnum de conseruis suis, &c. sed misit in carcerem, donec redderet debitum.* Ecce crudelitatem ingentẽ, quod nec dilationem facere voluit tã parui debiti, sed suffocabat eum, cui tamen duplici nomine benignitatem debebat, tum quia secum vnius eiusdemq. conditionis erat, tum quia Domini illius seruus, cuius tantam in se expertus fuerat benignitatem, quã non exhibet, sed extremam ab eo vltionẽ, & vindictam cru deliter requirit. *Egressus seruus.* Dicit, quod suffocabat alterum, vt illius aperiatur malitia, qui ante horam tãti debiti receperat cõdonationẽ. Misereamur impio, & non discet facere iustitiam. In terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini. *Esai. 26.* Propterea Deus impio parcit, vt tali exemplo motus iustitiam facere discat fratribus condonando. Sed ingratissimi homines horũ oblivi quasi in ipsa Dei domo, quæ sanctorum terra est, iniqua gerunt. Cain egressus a facie Domini occidit fratrem, & iste egressus conseruum suffocabat. Cum primum homo egreditur a facie Domini, statim ad noxia perducitur. Suffocat cum miluo similis, contra fortes humilis, superbus in humiles, cum more Dei parcere subiecto fratri debuisset. Dimitte eos, qui contracti sunt liberos, id est, sicut te Deus liberum dimisit, vult vt cum proximo sis clemens, & facilis ad condonandum. *Esa. 58.* Multa promittit Deus iniuriam condonantibus: Faciam illos vt veniant, & adorent ante pedes tuos, & scient quia ego dilexi te, quia seruasti verbum patientiæ meæ, & ego Seruabo, &c. *Apoc. 3.* Si is qui te iniuria affecit, ad cor reuertitur, quid amplius ab eo exposcis? Sinminus, Deus ad pedes tuos illum prostrauit. *Sapien. 4.* Quoniã stabunt iusti in magna constãtia, &c. Et tunc intelligent dilectionem meam erga te, quia seruasti verbum patientiæ meæ remitte, quia seruasti verbum patientiæ meæ remittendo iniurias. Mansuetudinem præcipiens *Genes. 10.* Deus mandabat, ne homo carnem cum sanguine ederet, *Procidens rogabat.* Cum eum etiã, qui te grauiter læserit, ante te deiectum videris, non recorderis malorum, quæ ipse tibi fecerit, sed beneficij diuini, quo eum coram te humiliauerit. *Genes. 42.* Sic fecit Ioseph, qui recordatus est somniorum, non venditionis.

12 *Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, &c.* Dominus iniuriam ferui propriã reputauit. Audi virum iuxta cor Dei dicentem ad Salomonem: Nosti quid fecerit mihi Ioab, aliorum iniuriam propriã fecit, optimi principis conditio hæc est. *Serue nequam.* Nunc *nequam* vocat, non autem quando rationem exigebat decem millium talentorum. Mirabilis enim est Deus in arcendo nos a proximi iniuria. Cũ Adam Deum tam grauiter offendit, ad illum dicit: Maledicta terra, sed maledictus eris tu ipse super terram. *Nonne ergo oportuit & te misereri: &c.* Quod maxime malitiam huius amplificat, illud est, quod non didicit ex ipsis, quæ ipsi acciderunt, alterius malitiæ misereri. Dicitur enim Prouerb. Homo indigens misericors est. Optima enim solet esse pietatis magistra experta indigentia. Vnde in Exodo dicitur: Peregrino non inferes vim, quoniã peregrinus fuisti. *Tradidit eum tortoribus &c.* De pœnis inferni in indice.

13 *Sic & pater meus cælestis faciet vobis, &c.* Pater meus, non vester, quia qui iniuriam non remittit fratri, Deum non experietur patrem, sed iudicem. Et qui homo homini non homo fuerat, sed bellua immanis, vt aiebat Cicero 3. de finibus, ille leonem sentiet Deum: Rugitus eius vt leonis, rugiet vt catuli leonum, & frendet, & tenebit prædam, & non erit qui eruat: Et in Tren. Factus est mihi quasi leo in abscondito, fera certe terribilior. Deum mitem in ferarum rabiem conuertunt peccatores, lib. quarto, cap. decimo octauo, numero. Homo iumentis comparatur, dum peccat, lib. octauo, cap. secundo, nume. sexto, 11. & 15. lib. duodecimo, cap. quarto, num. 10. & 14. *Sic pater &c. nisi remiseritis &c. de cordibus vestris,* id est, non solum ore tenus, aut externus, vt vindictam non requiratis ipso facto, sed etiam *de cordibus vestris. De cordibus,* inquit Christus (Hieronymus) vt omnem simulatio-

Esai. 5. *Tren. 3*

Genes. 3. & 4.

Prou. 19.

Exod. 22.

lationẽ fictæ remissionis excluderet. Aequissima lex, vt sicut feceris, fiat tibi. Vide 2. Machab. 5. de Iason. & 1. Regum 15. de Agag.

DOMINICA VIGESIMA SECVNDA post Pentecosten.

Euangelium.

Abeuntes Pharisæi consilium inierunt, vt caperent Iesum in sermone, &c. Matth. 22.

Dominica 17. dixi multa in condemnationem eorum, qui detractioni adulationem coniungunt, quæ huic Euangelio sunt multum accommodata. Vide lib. 2. cap. 20. num. 12. & 13. lib. 3. ca. 16. num. 3. lib. 8. capit. 3. num. 3. 4. & 5. lib. 18. cap. 2. num. 10. cap. 15. num. 2.

1 Dominica 22 post Pentecosten.

IN hoc capite Matthæus, antequã historiam ediserat, in qua consiliari sunt Pharisæi, qua ratione Iesum capere possent in sermone, duplicem his proposuit parabolam. In qua ex vtraque & summam Dei agnoscerent benignitatem in eos, qui illam non dedignarentur recipere, summam etiam indignationem erga illos, qui illa abuterentur peccantes. Eo tendit vineæ parabola, quam pater familias ingenti diligentia plantauit, excoluit, ornauit, locauitq. agricolis, vt ea vterentur in propriam vtilitatem, fructum solum gratitudinis, & bonorum operum sibimet ipsis vtilissimum Deo offerrent, quem solum & poscebat, & diligebat Dominus, qui bonorum nostrorum non esset indigens. Cum autem tanta bonitate fuissent turpiter vsi: Malos male perdidit, & vineam suam locauit alijs agricolis. Idemq. Dominus nuptias parans filio suo ad magnificum conuiuium Iudæos, quos diligebat sicut filios, gentem electam, populum peculiarem mille modis vocauit; at cum illi neglexissent conuiuiũ, quod in tantam cederet vtilitatem, honorem, & gloriam ipsorum, idq. vt abirent alius in villã suam, & alius in negotiationem suam excusationibus tam friuolis non venientes, nec id solum, sed nullo quæsito colore, seruos contumelijs affectos occidentes, qui honoris cupientissimi essent, illa respuerunt, in quibus tantus erat constitutus honor. Audiens hæc Rex missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Quibus duobus medijs, & amore, & timore Pharisæorũ obstinatam mentẽ vno, & altero exemplo in melius reuocare cõtendebat, vt alligarẽtur Reges in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, timore, & ferreis vinculis, & compedibus, quæ seruis sunt parata supplicia, qui noluissent torquem aureum diuinæ dilectionis, bonitatis, ac beneficiorum collo circumdarent, non vincti ferro, sed auro, quo quiuis illorum diceret: Ego vinctus Christi, ego vinctus in Domino, similes filio hominis effecti, qui ad mamillas zona aurea cinctus erat, cum ingenti dilectione hominum salutẽ exoptabat, eadẽ ipsi inordinatos animorum motus cingentes virtutis amore, inbentis attracti benignitate, turpia vitantes ea operarentur, quæ diuinæ illius bonitati essent placita. Is ordo constitutus in Euangelio, idem & intentus ab Ecclesia est, quæ Dominica anteriori parabolam retulit decem millium talentorum, in qua tanta liberalitate immensum debitum Deus hominibus remisit, tam leuiculo medio, quale illud erat, quod procidens seruus humiliter precabatur Dominum, vt dilationem expectaret solutionis. Cumq. tanta gratia ingratus seruus crudeliter abusus fuisset, in tenebrosum carcerẽ missus est nusquam liberandus, qui inimicus Dei cum esset, nec obolum soluere vsquam posset, nec immensis pœnis tortus pro vna satisfacere veniali culpa. Amore ducuntur iusti ad bene operandum, impij timore, lib. 1. cap. 9. nume. 1. 4. 5. 7. 9. vsque ad 12. cap. vndecimo, numer. vndecimo, cap. 25. numer. decimo, libr. nono, cap. 13. num. 1. Hæc enim duo principia sunt bene operandi, lib. primo, cap. 9. numer. sexto, lib. quarto, cap. 11. numer. 12. 22. 29. 33. & 36. cap. 27. num. nono. Deus ostendit patientiam, & potentiam ignoscens, & puniens in bonum hominum, lib. secundo, cap. 11. num. 10. vsque ad 13. 18. 21. vsque ad 26. 29. 30. 33. vsque ad 35. lib. 3. cap. 10. num. 100. lib. 4. cap. 8. numer. 10. 14. & 17. ca. 11. nu. 10. Libro q. 4. ca. 11. per totũ docetur, quod opera Dei sunt misericordia, & iudicium, quæ simul considerãda sunt, vt altero illorum mediorum vel bonitate Dei motus, vel iudicio agitatus peccata deserat. Vt autem perpendamus omnes ad quantum assiduitate peccandi deuenerimus, miserandumq. peccatoris statum, qui in profundum malorum lapsus contemnat post ea, quæ & Euangelista narrauit corrigendis, & sanandis Pharisæorum animis aptissima, qualia erant & ingentia benevolentiæ signa, immo potentissima opera, acresq. nimis comminationes, quibus meliores non sunt redditi, immo congregati sunt, *ut caperent Iesum in sermone.* Sic & Ecclesia, post lectionem decem millium talentorum, qua adducendi essemus homines ad condonandas offensas ad pœnitentiã agendam, hanc proponit, in qua re uera peiores Pharisæis effecti insidiamur Christo, & licet frustra tendiculas iacimus contra insontem, & frustra quidem, sed iacimus rete ante oculos pennatorum. Incidimus in manus Dei viuentis

Matth. 22

2

uentis, vt pereamus, sed filium Dei conculcare, sanguinem testamenti pollutum ducere, & spiritui gratiæ contumeliam facere cõtendimus. Qui enim nec beneficijs trahuntur, nec minis flectuntur, non hoc tantum laborant malo, quod ad sanam mentem non redeunt, vt Pharisæis accidit, sed, quod dolendum est magis, peccatis addunt peccata, ex quibus funiculus fit, quo impij suspenduntur, vt Achitophel, & pereunt omni spe remedij iam priuati. Peccatoris status miserandus, lib.1.cap.22.num.nono, lib. secundo, cap.10. num.17.vsque ad 20.cap.14.numer.nono,cap. 17.num.2.3.& 13.cap. 19.numer.27. vsque ad 29.lib.4.cap.19.num.6.8.& 14.lib.14. capit.6. num.38.& 42.& cap.17.per totum. Peccatores obstinati difficulter redeunt ad Deum, lib.tertio,cap.quarto,numer.8. lib.4. cap.19. numer.13.lib.14.cap.6.numer.18. cap.7. num. 2.8.12.& 17. cap.8.numer.6. & 7. Peccatores abutuntur misericordia Dei, lib.4. capit. 11. numer.3. vsque ad 5. Peccatoribus Deus nec timorem,nec amorem sapit, lib.4.cap.24. nu. 18. Libro autem 14. cap. 20. docetur, quod peccatores obdurati, & insensibiles nec prosperis, nec aduersis corriguntur. Præterea quoniam in Euangelio Dominicæ anterioris de coercenda ira, & moderanda, de condonandis offensis differuerat Ecclesia, modo Iesus, dum cognita horum Pharisæorum nequitia eos docet quidem veritatem, & arguit sed leniter,docere exemplo suo voluit patiẽtiam,modestiam, mansuetudinem cum eorũ, qui grauissimis essent puniẽdi supplicijs,vno verbo hypocrisim taxat vitijs iratus potius, quam personis, quod & nos illius exemplo discere debemus, irati quidem in peccata fratrum, quæ odimus, mites autem in fratres, quos ad imaginem Dei conditos diligimus eis exhibentes viscera misericordiæ,benignitatem, modestiam,illis donantes quidquid in nos commiserunt, indignantes autem ex zelo diuini honoris non nos vindicantes,sed dãtes locum iræ,in his, quæ proprium honorem, vel famam concernunt,sed zelantes legem, & dantes pro testamento patrum vitas,sicut antiqui illi viri Elias, Phinees, Eleazarus, &c. Hæc.n. Sanctorũ prudentia fuit, hæc virtus, quam a Domino didicerunt, hæc, quam magistri exemplo suadet Ecclesia, vt mansueti, & patientes simus, vt proprias condonemus offensas,vincamus in bono malum, sed æmulantes legem, corrigentes fratres, eorum crimina arguentes, non quæ nos tãgunt,sed quæ diuinum honorem concernunt curantes. Hęc enim totius virtutis breuis summa est, vt sui oblitus proprias iniurias negligens commoueantur eius viscera, contremiscant renes, cum Dijs viderit super aram sacrificantem Iudæum, vt Eleazar fecit, qui & dicat: Defectio tenuit me, non quidem pro peccatoribus, qui me læserunt, quibus iniuriam facile condono,sed pro his derelinquentibus legem tuam Domine, hæc me angunt, ista tabescere faciunt sicut araneã aĩam meã,dũ proprio honore, quando expedierit, contempto, diuino honori zelando totus intentus sum. Patientiam rationabilem habet, qui iniuriatus dolet,& fert qui columna est argentea in templo Domini,lib.nono, cap.quarto, nu. primo. Libroq. 14.cap.1.per totum differitur de laude patientiæ, & mansuetudinis, quæ ad id mouere nos debet. Patientiam nos docuit Iesus admirabili exemplo suo in hoc libro numer.13.14.19.27.& 28. Mansuetudinem,quæ nos Angelis æquat,& verbis, & exemplis docuit Christus,ibidem nu. 9. & 21. Ira rationi adiutrix contra peccatum necessaria est,lib. 9.cap.7.num.6.vsque ad 8. 16.17.37.40.& 41. Ira animam ingressa nullum bonum intrare sinit, ibidem num. 16.23.38.& 39. Ira deponenda est post aduentum Christi,quando gladij in vomeres conflandi sunt,ibidem numer. 26. Ira mala est, de qua dicitur: Deponite omnem iram, bona autem, de qua scriptum est: Irascimini, & nolite peccare, numer.31. 37.40.& 41. Irascimini, & nolite peccare multipliciter exponitur, lib.eodem 9.cap.7. num. 32. 34. 36. & 41. Ira, qua animus per zelum mouetur, menti dominari non debet, sed vt ancilla seruire num.41. Ira affectio naturalis est, quæ in peccata, quæ sola nobis nocent, exercenda est, lib.14. cap.1. num. 33. Inimicos dicuntur odire iusti, quando odiunt iniquitatem, lib.9.cap.16.nu.7.& 8. Proximum contristare debet, qui vere amicus est, vt illi sit proficuus,lib.1.cap.16. nume.10. Amicus amore impellente amicum corrigat, lib.1.ca. 19.nu.7.&14.

Tunc abeuntes Pharisæi consilium inierunt, vt ca- 4
perent eum in sermone. Pharisæi consiliati sunt, vt interrogarent Iesum de solutione tributorum, quæ a Romanis exigebantur, quia inter illos quæstio hæc, de qua interrogare volebant,multum agitabatur.Nam teste Iosepho, cum sub Augusto Cæsare tẽpore ortus Christi facta est descriptio orbis,& Iudæa facta est tributaria, Iudas quidam ex secta Pharisæorum simul cum multis Pharisæis asserebant indignum esse,immo illicitum,vt populus hac a Deo libertate donatus, vt filius alium præter Deum agnosceret & vocaret Dominum, seruitutemq. profiteretur, hominibus tributa solueret, vtq. libertate potiretur populus, cuiuis periculo, etiam mortis tenebantur se exponere, vt re uera multi illorum obierunt. Et ideo non ineunt consilium, an possint tributa negare,sed si liceat soluere, quasi damnum negligentes pecuniæ, solum solliciti de securitate conscientiæ. Alij credebant posse tributa præstare Romanis, qui Herodiani dicebantur, eo quod Herodi applauderent,qui nomine Romanorum Iudæam gubernabat, cuius iussu annui redditus colligebantur, & dabantur Imperatoribus. Ex hac quæstione, quæ celebris tunc erat, arbitrati sunt se inuenisse modum, quo Dominum obnoxium faceret potestati Præsidis, aut saltem minus

Iosephus lib. 18. antiq. ca. 2.

gratum populo. Si diceret tributum non soluendum, perdendum vt seditiosum credebant, sicut olim ea de causa perierat Iudas ille Gallilæus cum multis. Si vero diceret licere tributum dari, calumniaturi ipsum erãt apud populum, tamquam adulantem Principibus, & eorum metu a prædicatione veritatis abstinentem, nec honoris diuini tam studiosum zelatorem, quam videri cupiebat. Chrysostomus, & Hieronymus Herodianos vocant milites Herodis, cum quibus rem hanc tractauerunt. S. Thomas dicit, quod Herodiani dicebantur ministri deputati ab Herode ad colligenda tributa. His colligantur Pharisæi, qui in loco erant Sanctorum, vt vulpes Sansonis, qui inter se dissidebant multum, Pharisæorum enim auaritia tributa execrabatur, ac ex consequenti eorum collectores, sed colligantur, vt damnum inferant innocenti. Hi sunt, de quibus scriptum est: Stuppa collecta synagoga peccantium,& qualis eorum consummatio nisi ignis. Conueniunt modo, vt circumueniant iustum contrarium operibus suis. Consilium quærunt a sceleratis hominibus, qui legerant: A consiliario serua animam tuam. Noli consiliari cum socero tuo, & a zelantibus te absconde consilium. Loco illius,cum socero tuo, habent Græca exemplaria: Cum eo qui suspectum te habet, & a zelantibus te, id est, odientibus absconde consilium. Stulte enim a talibus consilium petitur, a quibus non est spes boni consilij capiendi. A consiliario serua animam tuam, hoc est, te ipsum custodi, ne cuiuis consiliario facile fidas. Prius scito quæ sit illius necessitas, & quid ipse animo suo cogitet. Scito quæ sit illius necessitas, hoc est, qua re opus habeat, ne forte pro sua necessitate consilium suggerat, & non pro tua vtilitate. Si necessitate prematur, ipse cogitabit animo suo, hoc est, cogitabit pro se ipso, vt illa suggerat consilia, quæ illi futura sunt vtilia. Cum viro irreligioso tracta de sanctitate, & cum iniusto de iustitia. Vbi verbum, tracta,ironice dictum est, illudque refertur ad omnia sequentia. Animum enim omni ira, amore, inuidia, cupiditateq. vacuum consiliarius adferre debet, &c. Sicq. cum timido de bello consultandum non est, quia illud etiamsi sit necessarium, & opportunum, plane dissuadebit, nec cũ negotiatore de traiectione. Mercator enim de permutatione consultus in rem suam consulet. Sic & vir inuidus non bene consulet de agendis gratijs, quia inuidet benefactori gratiarum actionem. Nec impius bene consulet de pietate præstanda, quia ei displicet. Sic nec seruus piger de multa operatione est consulendus, quia illam ob pigritiam proculdubio dissuadebit. Sed cum viro sancto assiduus esto, quemcumque cognoueris obseruantem timorem Dei. Consultandum dicit cum viro aliquo sancto, & religioso, eique ob id continuo adhærendum, tum quia is nihil est consulturus, nisi quod conueniat timori Dei, cuius ipse est obseruantissimus, tum quia eius animus plane consentit cum animo consilium quærentis. Nam sicut is quærit suam salutem, ita & ille. Qui hæc nouerant, consulunt Herodianos vectigalium collectores, qui ea dicant, quæ ipsis essent placita in proprium malum, sicut Roboam, qui consilio senum sano relicto, consilium quæsiuit a iunioribus, cui acquiescens fere toto regno iuste priuatus est. Sicut & Achab impius misere in bello interijt, qui consilio Michææ relicto consilium pseudoprophetarum propriæ voluntati consonum & quæsiuit, & secutus est. Et Absalon coniurans contra sanctissimum patrem consilium impij Architophel quæsiuit.Sic certe, si isti consilium audissent sapientis: Et cor boni consilij statue tecum, non est enim tibi aliud pluris illo, hoc est, constitue in te ipso, & firmum habe illud consilium, quod tibi proprium cor suggerit, quia non est quisquam, qui fidelior tibi esse possit, quam cor proprium, quod melius frequenter nouit, quid tibi expediat, & quomodo alicui rei sis affectus. Certe si isti consilium caperent cum corde proprio, intelligerent consilia Herodianorũ esse suspecta, nec illis acquiescere debere. Sed hoc erat Pharisæorum consilium, vt eos quęrerent consiliatores, qui dicerent ea, quę eorum depranatæ voluntati essent conformia. Tales olim volebant Iudæi Prophetas, qui ea dicerent, quæ vellent. Non enim recipit stultus verba sapientiæ, nisi ea dixeris, quæ versantur in corde suo, qualiacumque illa sint, conuenientia, vel nociua, bona, vel mala. Tales quærunt modo plerique fideliũ consiliatores, vt ea proferant, quæ delectent, & cum Prophetæ applaudãt manibus ea probantes, & laudantes, quæ non expediant,populus diligit talia. Consilia a viris probis requirenda sunt, non ab alijs, libr. vndecimo, cap.quinto, num.nono,& vndecimo.Mali voluntatem Dei inquirunt, vt placentia dicant eis doctores,vnde tacere eam expedit aliquãdo,lib.vndecimo, capit. secundo, numer.24. *Tunc abeuntes consilium inierunt.* Qui mille modis Christo Domino fuerant insidiati, numquã lassantur. Pertinaces sunt impij valde in nocendo,nec desistunt, etiamsi non eueniant prospere,quæ desiderant,etiãsi confusi discedant,etiamsi verba audiant cõtumelioſa,qualia audierunt Matth. 15. & 23. sed mille modos quærunt, mirabiles artes inueniunt ad nocendum. Sic ille Balac impius Rex ad Balaam: Veni obsecro mecum in alium locum. Quia res vt sperabat, non succesit, aliũ quærit locum,in quo Propheta Dei populo maledicat. *Et rursum:* Veni, & ducam te ad alium locum,si forte placeat Deo, vt inde maledicas eis. Qui toties Deũ aduersum fuerat expertus, iterũ atq. iterũ nititur per malas preces suas nocere ei. *Vt caperent eum.* Multa sibi pro-

Eccl.10.

Sapien. 2. Eccl.37.

Num.23.

mittunt mali aduersus bonos, quæ illis non cedunt ad vota, quin potius iustis cedunt in gloriam, & illis in malum conuertuntur. Sic
Exod. 15. in Exodo: Dixit inimicus, persequar, comprehendam, & diuidam spolia, & tamen in mari rubro cuncti interierunt. Et erunt capientes
Esai. eos, qui se ceperant, & subiicient exactores
Psal. suos. In laqueo isto, quem absconderunt, com-
Iob 5. prehensus est pes eorum. Sic Iob: Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum, quod ceperãt. Qui apprehẽdit sapientes in astutia. Dæmon hunc, aggressus mille modis deiicere uisus est, honorem abstulit, facultatem, filios, salutem, vlcere pessimo percussit, quo medio clarior ille effectus est, dæmonque confusus. Sic & Elias, cum e medio tollere niteretur Achab, & hic misere interiit, & ille in curru igneo raptus est in paradisum. Cumque exploratores, immo milites mitteret Rex Siriæ, vt comprehenderent Elisæum curribus igneis, cælestibusque principibus glorioſe tutatus est, & ille milites obcæcatos duxit in Samariam, vbi confusi interijssent, nisi Rex Samariç iubente Propheta pepercisset eis. Accedunt Pharisæi frequenter, vt perdant Iesum, prodigant honorem, famam, si uitam non potuerunt, & illi confusi discedunt, Iesus autem honoratus. Mali capiuntur in laqueo, in quo capere uolunt iustos. libr. tertio. capit. decimo. numer. decimo. libr. quarto. capit. trigesimo sexto. nume. secundo. Mali, dum iustos persequuntur, sibi, & non illis nocent. libr. quarto. capit. trigesimo sexto. nume. vndecimo, duodecimo, & decimo quarto. lib. nono. capit. decimo sexto. num. secũdo. cap. vigesimo. nume. quarto, sexto. septimo. 9. decimo, 15. 20. & vigesimo tertio. Mali deuorare conantur Sanctos, vt vnũ corpus fiant lib. decimo quarto. cap. decimo nono, numer. decimo quinto. Mali ineunt fœdus cum morte mala indesinenter faciendo, & audacter. li. decimo quarto. cap. vigesimo primo. num. 49. Iusti tribulationibus redduntur clariores. li. quarto. cap. 22. nume. 3. *Conuenerunt, ut caperent Iesum*, qui propter ipsos soluendos venerat, *Consilium inierunt, ut perderent eum*, cuius ęternũ consilium fuit errabundam ouem in humeris ad caulas reducere. Consiliaque hæc, & cogitationes pacis in Deo soluunt homines cõsulentes de perdendo Deo. Hæc horum insania fuit, hoc horum sacrilegium, cui simile est & nostrum, qui Christiani cum simus, Christũ, a quo tantã sumus dignitatẽ adepti, delere volumus, dum peccamus, vt non memoretur nomen eius amplius. Peccatũ. n. mortale, si Deus noster immortalis non esset, vitam illi auferre potuisset. Occidit peccatum hominem miserum, qui dum transfigere conatur Christũ, qui illi vulnus inferre non potest, se ipsum interimit. Ideo enim audierunt parentes primi: Quacumque die comederitis, morte moriemini, non solum, quia ex tunc morti obnoxij effecti sunt, sed etiam quia anima per peccatum mortua est. Peccatum morti comparatur lib. 14. cap. 13. num. primo, & nono. Consiliati sunt, *vt caperent eum in sermone*, quia quem iustum vellent nollent confitebantur, arbitrabantur in verbo posse offendere, a quo morbo mortalium neminem credebant liberum, vtpote in quo tam facile etiam iusti viri ruerent, perfectumq. solum arbitrarentur in verbo non offendere. Vnde *Iacob. 3.* Esaias silentium vocauit virtutum cultum, quo veluti vomere omnis excolenda esset virtus. Quod grauiter animaduertisse antiquos patres eremi cultores, docet Hieronymus, *Hiero regul. Monac.* qui vidisse refert multos, qui per septem annos integros nec verbum hominibus fuissent locuti, qui diebus, & noctibus a colloquijs diuinis non vacabant. Vnde cum sanctus Iob *Iob 19.* retulisset ea, quæ a dæmone accepisset vulnera, qui a planta pedis vsque ad verticem vermibus, & vlceribus scatebat: Derelicta sunt tantummodo, inquit, labia circa dẽtes meos. Hæc arma reliquit Dæmon, inquit Hieronymus, quibus saltem posse Iob perdere est arbitratus, & licet quod intendebat, non esset consecutus, Patriarcha sacer & a Domino reprehensus est, & ipse confessus est & quod leuiter, & quod insipienter fuisset multa locu- *Iob 39.* tus, cui malo vt prouideret dixit: Manũ meã ponam super os meum, tacens enim linguæ pericula potero vitare. Vnde cum Regius Vates firmiter statuisset vias custodire, ne iret in mortem, sed omnium virtutum vacaret exercitijs, dixit. Dixi custodiã vias meas, *Psal. 38.* vt non delinquam in lingua mea, quasi dicat, qui custodit linguam, animam certe custodiet, quia vita, mors in manibus linguæ. Vnde Xenocrates cuidam multum loquenti aiebat: Os vnum, & aures duas ad audiendum a natura recepimus, immo & aures patentes accepimus, vt veloces ad audiendum simus, cæterum linguam vallatam labijs, & dentibus. De Theone viro apprime erudito litteris Aegyptijs, Græcis, & Latinis referunt historiæ, quod per triginta annos nec verbum fuisset locutus. Qui enim in loquendo modum tenere nescit, simili subiacet periculo, cui subdita est ciuitas patens, & absque muro, quæ captu facilis est, talis est, inquit Salomõ, *Prou. 25.* qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Quapropter Chrysostomus lin- *Chrysost. ho. 4. ex varijs.* guam ensi comparabat, quo fortis homo de hoste triumphat, stultus autem insaniens se ipsum occidit linguæ gladio. Lingua placabilis lignum vitæ positum in paradiso mirabiles, & varios producens fructus, quæ autem immoderata est, conteret spiritum. Linguam *Eccl. 21.* grandi cura seruet, qui peccare non vult lib. *Prou. 15.* decimo, cap. septimo, num. 2. 4. vsque ad 6. 9. 12. 16. vsque ad 19. cap. octauo, numer. 8. & 9. Malum linguæ commune malũ est, & frequẽs, quo vtitur dæmon ad perdendos homines, lib. decimo, capit. septimo, numer. quarto, & quinto, cap. octauo, numer. quarto, decimo, & decimo quinto. Linguam non claudens muro silentij animam patefacit inimico, quam expe-

expedit custodire, vt homo custodiat vias suas, lib. decimo, cap. septimo, num. 10. 12. 17. vsque ad 19. cap. octauo, numer. septimo. In cap. septimo docetur, quod expedientissimũ sit linguam frenare. In octauo vero quod lingua cõmune sit malũ, in quo pauci non labuntur ob eius periculum: Quapropter hæc potentissima arma contra Christum acceperũt Iudæi, qui varijs quæsitis medijs contra Dominum hoc vtuntur valentiori, vt eum capere in sermone curent.

Et mittunt discipulos suos cum Herodianis, &c. vsque ad illa verba: *Non enim respicis personam hominum.* Hoc commune, ac frequens orbis malum est, vt homines scelerati velint habere consortes in malis, immo & amicos velint frequenter ad malum trahere, sicut Eua, *Genes. 3.* quæ viro suasit, vt de pomo vetito manducaret. Mali sicut pestilentia alij in alios conantur transfundere morbum suum, lib. decimo, quarto, capit. octauo, numer. septimo, capit. decimo nono, num. octauo, & duodecimo. Pergũt cum Herodianis, quia etsi mali diuisi sint, inter se iunguntur facile, vt malum alteri inferant, lib. duodecimo, cap. quarto, numer. 26. Mali dum sociantur malis, augent peccata, vnde Dei bonitate hi ab alterutrum separantur, lib. vndecimo, cap. quinto, num. secundo.
Genes. 11. Sic in Genesi: Venite ædificemus turrim per-
Iob. 41. tingentem vsque ad cælum. Et Iob cum de diabolo loqueretur, dixit corpus illius esse compactum squammis, in quo malorum concordiam designauit. Pax & vnitas inter impios tam est nociua, vt Dei bonitate separentur ab inuicem, lib. decimo quarto, capit. quarto, numer. 16. & 17. & quod hæc pax noceat multum reipublicæ, & bonis, ibidem numer. 13. 14. & 17. Veniunt cum Herodianis
Exod. 1. discipuli Pharisæorum, nec isti veniunt. Volunt enim impij mala alienis manibus facere, sicut Pharao, qui præceperat obstetricibus Hebræarum, vt instante harum partu necarentur filij quasi casu illud accidisset, sed quid ijs profit ostendit factũ Dauid, qui cum Vriã gladio filiorum Amon occidisset, se innocentem arbitrabatur, sed non fuit, cum is re uera patrasset homicidium. *Magister scimus quia uerax es, &c.* & viam Deo gratam, quaque ad Deum perueniatur ostendas, in veritate sine aliquo errore, & fuco, nec cuiusquam metu eam taces. *Nec respicis personam hominum*, id est, non consideras externam aliquam hominum conditionem, sed merita, quales sunt diuitiæ, potentia, nobilitas, forma, sexus, & id genus alia. Itaque iudex respicit in personam hominis, si pro diuite intuitu diuitiarum neglecta consideratione meritorum causæ iudi-
Esai. 1. cet, qui socij furum vocantur a Propheta, qui pupillo non iudicabant, & causa viduæ non ingrediebatur ad eos, qui causis pauperũ erant intenti. Commendant primo personam, secundo doctrinam, tertio constantiã. In quibus duo sunt consideranda, alterum, quod hi Dominum laudantes, adulatione illum desiderant perdere, quod vitium dæmonis proprium, & antiquum fuit, qui cum primos parentes vehementer odiret, adulatur, vt occidat: Comedite, nequaquam moriemini. Hi *Psal. 54.* sunt, de quibus scriptum est: Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. Sed tu Deus deduces eos in puteum interitus. Et alibi: Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autẽ in cordibus eorum, *Psal. 27.* da illis secundum opera eorum, & secundum nequitiam adinuentionum eorum. Humanæ enim adinuentiones sunt, dicam melius diabolicę, quando os non consonat cordi, cũ data sit lingua ad aperiendos animæ conceptus. Mali veritatem dicunt in ore, quam in corde non habent, lib. 14. cap. 19. numer. 18. libr. 11. cap. 15. numer. 25. cap. 16. numer. decimo. In lingua aliud, & aliud in corde frequenter habent homines, lib. decimo, cap. octauo, num. secundo, & tertio. Lingua calumniatorum venenum aspidum est, ibidem nume. 2. lib. 11. cap. 15. nu. 25. Adulari viros potentes vitium est frequens, lib. 1. cap. 3. num. 3. & 13. Sed quia istud proprium erat Pharisæorum vitiũ, odijs, detractionibus, & inuidijs adulationem coniungere, malum hoc discipuli iam biberant, vt calumnientur, adulantur. De qua re diximus multa Dominica decima septima. Aduertendum etiam est, quod tribus his verbis, quibus Dominum adulari volunt Pharisæorum discipuli, Prælatorum, Iudicum, & Prædicatorum, qui hoc nomine digni necessarias exprimunt conditiones, vt veritatem dicant intrepide, & libere dicant, non accipientes personas. Iudices, Principes, ac reipublicæ gubernatores iusti sint, alias nociui sunt multum reipublicæ, lib. nono, cap. octauo, per totum. Prædicatores adulatores, qui 8
dicunt bonum malum, & malum bonum, acriter taxantur, lib. primo, cap. tertio, numer. 3. lib. 14. cap. 27. num. 2. 3. 7. & 24. Prædicatorum verba, vt stimuli sint, vt pungant, & non palpent, lib. tertio, cap. 28. num. decimo septimo, lib. 14. cap. 27. numer. 19. & 20. Prædicatores dicunt aliquando, quæ non expediunt, propter adulationem, vel auaritiam, lib. decimo quarto, cap. 26. nume. 24. Prædicator loquẽs, quæ placent, puluillos ponit sub manibus, lib. decimo quarto, cap. 27. numer. 2. 3. 12. & 13. Prædicatores falsi diuitibus annuntiant pacem, alijs iram, ibidem num. decimo quarto. Libr. 14. cap. 29. num. 7. docetur, quod diuiti, & pauperi æqua animi propensione prædicandum est Euangelium. Prælati in pauperes acres, qui diuitibus nec loqui audent, taxanturlib. 14. cap. 30. numer. 3. 4. 6. 9 & 10. Prælati accipientes personas acriter puniuntur, lib. decimo quarto, capit. 30. numer. decimo, cap. 31. numer. 28. Prælati instent doctrinæ, & vitę &c. lib. 14. cap. 31. num. 1. & 2. In Prælatis regat disciplinę vigor mansuetudinem, & hęc ornet rigorem, ibid. num. 11. vsque ad 13. 29. & 30.

Quid me tentatis hypocritæ? Hypocritas eos

vocat, quia simulabant benevolentiam, & quia simulabant studium placendi Deo. Volebat Deus, vt in tabernaculo candelabrum esset cum lucernis septem. Ne putares homo in domo eius posse male conuersari, & occultari. *Dixit vir secundum cor Dei: Dixi forsitan tenebræ conculcabunt me, & nox illuminatio mea in delicijs meis.* Quia tenebræ non obscurabuntur a te, & nox sicut dies illuminabitur, sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Ita horum sceleratam mentem intuens inquit: *Quid me tentatis, &c.* Arguit hos, quia adulatores docuit fugere nimis, sicut fugiebant Sancti, lib. primo, cap. tertio, numer. 16. Adulatione trahuntur homines ad peccatum, sicut Balac traxit Balaam, ibidem num. 13. & 14. Adulatores, & vituperatores persecutores hominum sunt, ibidem num. 12. 16. & 17. li. 2. ca. 7. nu. 36. Dumq. hypocritas hos vocat, ad Pharisæorũ discipulos verba conuertit, non ad Herodianos, illos reprehendit, illis indignatur, quia ipsi auctores extirerãt huius rei, ipsi *consilium inierant, vt Iesum caperent in sermone*. Qui enim primus fuerit in culpa, primus erit in pœna: Venit omne ferarum genus in domum Pharaonis, vt qui in persecutione Iudæorum primus fuerat, primus experiretur plagas. Et in Genesi dixit Dominus ad serpentem: Maledictus es, &c. quia ipse suasit esum cibi vetiti. Indignatur in hos Dominus, qui hypocrisim detestabatur, sicut in lege prohibebat esum cygni, quia pennæ eius niue candidiores sunt, caro autem ipsa nigra. Manus Moysi extra erant mundæ, in sinu leprosæ. Hæc est hypocritarum fallacia, vt qui intus lepra scatent, sanctitatem in operibus simulent, quæ carent. Vide in indice de hypocrisi multa. Præterea indignatus est Iesus contra Pharisæos Herodians dimissis, qui vectigalibus impliciti erant, nullam virtutem simulantes, vt eos doceret maiori subditos periculo, qui dum peccata patentia non habent, occultis, quæ excusare possunt, inuoluti longius absunt a remedio; quod frequens est, & graue Christianorum malum. Qui enim adulterium commisit, furtum, homicidium, cum nec factum ignoret, nec legem prohibentem illa, qui in profundum venerit malorum, contemnit ea, sicut Cain, qui grauiter reprehensum fratricidium non exhorruit. At qui talis non est, sceleris grauitatem considerat, dolet &c. At qui alia committit peccata, quæ non ita sunt manifesta, quæ malum non ita præ se ferunt, nolunt intelligere, vt bene agant, multa cum difficultate ad sanam mentem redeunt. Patrauerat Dauid homicidium, & adulterium, cum primum Natham Propheta illa in memoriam Regis reduxit incunctanter dolens dixit: Peccaui tanta animi amaritudine, vt audiret continuo! Dominus trãstulit peccatum tuum a te. Vnde hoc? quia prohibitionem nouerat, & factum. Numerauit populum, quæ res displicuit valde Domino, quam nisus est dissuadere Ioab Regi, nec valuit, occasione eius septuaginta mille viri occisi sunt, cumque Dauid vidisset Angelum ingredi volentem Hierusalem dixit: Ego sum, qui peccaui, &c. vertatur obsecro manus tua contra me. Tantam cum difficultate & irã Dominus moderatus est, & Regem traxit, vt hæc proferret verba, quia peccatũ illud vel nullũ vel leue credidisset. Sic & Adam pœnitentiã continuo egit post esum pomi, qui transgressionem apertam vidisset præcepti. Saul autem, cum gregi Amalech pepercisset ad offerenda sacrificia, ad dolorem trahi non potuit, qui malum non credebat, quod fecisset. Vermis Ionæ, qui in ascensu diluculi hederam corrosit, & illa aruit, hæc mala significauit, in ascensu diluculi, quia nisi claro sole videri ista non possunt, nec ante videntur, quam anima corrosa perierit. Inimicitiæ latentes, inuidiæ, &c. vermiculi hi sunt, qui bonam hominum partem miserè perdunt, dum non considerant, quæ hic latent mala. Quis reuelabit faciem indumenti diaboli? Qui deplorandos strages dat, dum cooperto vultu non videntur, quæ suadet mala. Diabolus laqueos occultat, ne videantur lib. secundo, cap. septimo, numer. vigesimo tertio, lib. quarto, cap. 30. num. 1. 2. 4. 6. 8. vsque ad 12. 14. vsque ad 19. 22. vsque ad vigesimum quartum. Diaboli os intramus, cum calliditatis eius verba penetramus, ibidem numer. vigesimo primo. De re hac multa sunt in indice verbo diabolus.

Ostendite mihi numisma census, &c. Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. In quibus verbis id significare voluit Dominus quod sicut numisma Cæsaris, quia eius imagine insignitum erat, Cæsari dandũ erat, ita & homo, qui ad similitudinem Dei factus est, in quo regia eius imago continetur, totum se debet Deo. Vnde Augustinus aiebat: Hanc benedictionem postulant iusti a Deo, vt illuminet vultum suum super eos. Illumina imaginem tuam super nos, quam vocant Dei vultum. Impressisti nobis vultum tuum, fecisti nos nummum tuum. Sed non debet imago tua in tenebris remanere; mitte radium sapientiæ tuę, repellat tenebras nostras, & fulgeat in nobis imago tua, cognoscamus nos imaginem tuam. Hoc ergo postulant iusti, vt in se cognoscant imaginem Dei, quã iniusti in se non cognoscunt. Appareat vultus tuus, etsi forte appareat per me aliquantulum deformatus, a te reformetur, quod a te formatum est. Homines ad imaginem Dei facti non sunt cogniti in plateis, quia denigrata est facies eius super carbones. Polluta anima peccatis, sanguineq. fædata perdidit formam imaginis Dei. Homo ad imaginem Dei conditus, &c. lib. tertio, capit. vigesimo quarto, numer. primo. Homo, qui secundum legem Dei viuit, portat imaginem cælestis, alij imaginem terreni, lib. octauo, cap. tertio, numer. 3. vsque ad 5. Homo ad imaginem Dei est

conditus, vt eius virtutes imitetur, ibid. num. decimo sexto. Homo ad imaginem Dei conditus personas plurimas super inducit, lib. duodecimo, cap. quarto, num. 7. & 9. Homo per verbum Dei reparat figuram Dei in se deletam per peccatum, lib. 18. capit. secundo, nume. 10. Homo dum portat imaginem terreni fœnum est præteriens, qui autem portat imaginem cælestis, caro est, quæ videt salutare Dei manens in æternũ, lib. decimo octauo cap. decimo sexto, num. septimo. Peccatores, qui imaginem Dei in se deturpant, omni pœna sunt digni lib. decimo quarto, cap. 17. nu. 29. Corpus reparari non potest, nisi prius in anima reparetur imago Dei, lib. tertio, cap. primo, num. 56. vsque ad 58. Carnis seruitio obnoxius esse non debet homo ad imaginem Dei conditus, sed carnis seruitio vti debet anima, lib. tertio, cap. primo, nume. 13. & 47. cap. nono, num. 46. Aiebat Augustinus: In ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges, illorum, scilicet, qui in ciuitate sua Babylonica imaginem eius prius illi ad nihilum redegerunt. Nec solum peccata imaginem Dei deleuerunt, sed & imaginẽ hominum, bestiarum imagines superinduti, homo homo dicũtur soli iusti in sacris litteris, mali autem homo iumentum serpens, &c. lib. octauo, cap. 2. num. 4. & 10. cap. tertio, num. sexto, libr. 12. cap. 4. num. 3. 4. 6. vsque ad 9. 11. & 12. Credo aduenisse tempora illa, de quibus loquitur Ioannes, quod apparuisset bestia habens capita septem, & cornua decem, & super cornua decem coronas, quam adorauerunt omnes, qui scripti non erant in libro vitæ Agni. Et apparuit altera bestia, cuius charactere insigniti homines iubentur portare imaginem bestiæ, &c. & cap. decimo quarto inferni pœnis cruciandos dicit eos, qui acceperint characterem bestiæ in fronte sua, aut in manu sua, &c. Et cap. decimo sexto dicit Ioannes, quod primo Angelo fundente phialam suam in terram factum est vulnus sæuum, & pessimum in homines, qui habebant characterem bestię. *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, &c.* Se ipsum ait Augustinus explicãs verba illa: Vota mea domino reddam: Voueat, se ipsum reddat, quia ideo dicit Christus: *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo*, imago sua reddatur deo. In his secundis verbis hos taxat neglectæ pietatis in Deum. Perinde ergo est, ac si dixisset: Solliciti estis de soluendo censu, cum potius id curare deberetis, vt quæ Dei sunt, ei redderetis, cui nihil tam datur, quam redditur, vt a quo accepta sunt, quæ ei dari possunt, honores, diuitiæ, reuerentia, dilectio, &c. Hæc reddimus, cum omnia illius dona ei accepta ferimus, eisque omnibus vtimur secundum illius volũtatem, & ad ipsius gloriam. *Reddite, &c.* id est, vnicuique quod suum est tribuite, quod mundus non facit. Liberalitate insignes sunt homines in porrigendo mundo, vanitati, & peccato, quod suum est, at vt Deo exhibeant, quod suum est, tenacissimi sunt. Sic in Exodo ad conflandum aureum vitulum, quã prodige abiecerunt feminæ ornamenta aurea, quæ possidebant? Vix Aaron verba finierat, quando iam omnia pretiosa sua ad eum adducunt, clamat autem pauper ad hostium, & vix frustum panis porrigere dignaris. Dines purpura, & bysso indutus epulabatur quotidie splendide, ecce quam largus, vt reddat vanitati quidquid concupierit, & misero Lazaro nec micam dignatur largire. Omnia Cæsari homines tribuunt, & vanitati, Deo nihil, vt Nabal erga Dauid, &c. Sic aiebat Dominus: Non inuenietur in te, qui transire faciat filium suum per ignem. Vide quid fecerit idolis hominum dementia filios necans, & tamen Deo vero obolum aliquando dare cunctatur. Omnia insensata dant Deo suo quidquid voluerit, petra dabit aquam suam, &c. solus homo negat.

DOMINICA VIGESIMA TERTIA

post Pentecosten.

Euangelium.

Loquente Iesu ad turbas, ecce Princeps vnus accessit & adorabat eum.
Matth. 9.

EVANGELIVM hodiernum duo refert miracula, quæ Dominus est operatus, postquam domũ Matthæi ad conuiuandum ingressus est, publicanis, & peccatoribus multis ibi astantibus, & comedentibus, de quorum salute ingentem gerebat sollicitudinem, qui magnus de cælo venerat medicus, quia magnus in terra iacebat ægrotus; & qui primum quærendum regnum Dei docuerat, animabus ægris sanitate donatis, etiam prouidere necessitatibus corporeis disponit, dum & mulierem fluxum sanguinis patientem sanat, & filiam Principis Synagogæ mortuam ad vitam reuocat; primam curat in via pergens in domum Principis, alteram suscitat in termino, vt doceat in via vnum expectandum a Deo, aliud in termino. Dum in via sumus, expectanda ab ipso est remissio peccatorum. Post mortem enim nulla est pœnitentia, sic in via mulier sanata est, si animæ salutem iuuante Deo, & monente consecutus homo non fuerit in vita, perpetuo spe recuperandæ saluris priuabitur. Quoniam in termino & voluntas obstinata in malo indurabitur vt mal-

leatoris incus, quæ ictuum frequentia non mollitur. Nec si Deus homini, qui in peccato mortali discessit offerret condonationem peccati per hoc solum, quod male actam odisset vitam, & in diuinam optaret admitti amicitiã, qui summo Dei odio fertur, eligeret potius immensa illa tormenta inferni sustinere, quam Deum summum, & infinitum hominis bonum diligere, cumq. displicere peccata non possint homini obstinato, animæ reparatio hac parte est impossibilis, & quia Deum, quem, dum viueret, expertus fuerat pium, misericordem, clamantẽ, vt a malis surgeret, nec audire est dignatus, experietur eum seuerum pœnarum exactorem, & criminum punitorẽ. Cum ergo nec opus, nec ratio fuerit apud inferos, quo miser ille properauit de remedio non cogitãs, & lumen intelligentiæ non lucebit illi, quod dum viueret videre non est dignatus, perpetuo sanitate carebit, quam solum in via consequi potuisset. Pœnitentia sera malorum post hanc vitam deridetur a dæmonibus, lib. 14. cap. 21. numer. 29. 30. 37. 42. & 55. Vita hac transacta bene operari non valet, qui id contempsit, dũ vixit, lib. 17. cap. 1. num. 2. 4. 5. 7. & 9. lib. 18. cap. 17. numer. septimo. Vita præsens cultui iustitiæ consecrata est, sequens præmio, lib. 18. cap. 17. num. 23. & 24. Vita hæc in certamen data est, altera in pœnam, vel præmium, ibid. numer. quinto. In inferno nulla est consolatio, sed maximus dolor, & infructuosus de præteritis. Vbi miseria super miseriam est, cruciari sine spe misericordiæ, lib. nono. cap. tertio, numer. 11. vsque ad 13. & 20. Mulierem ergo sanguinis fluxum patientem, in qua sanguinolenta significantur peccata, in via curat. Nomine enim sanguinis vocabat peccata Regius Vates, qui dicebat: Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meę. Et Oseas, cum inundationem retulisset peccatorum, quibus terra cooperta fuerat, addidit: Et sanguis sanguinem tetigit, id est, peccata sociantur, & copulantur peccatis. Vnde in Leuitico, post quam legem dedit Noe de non comedendo cum sanguine, hanc extendendam censuit Dominus ad aduenas dicens: Homo quilibet de domo Israel, & de aduenis, qui peregrinantur inter vos, si comederit sanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & disperdam eam de populo suo. Pereat qui sanguinem sorbuerit, id est, qui peccato consenserit. Accedere ergo ad Dominum, quamdiu sumus in via, est necessarium, vt ipse bonitate sua impleat, quod promiserat futurum incarnatione sua, dicente Zacharia: Auferam sanguinem eius de ore eius, & abominationes eius de medio dẽtium eius, per quæ verba condonationem peccatorum voluit significare. In termino autem expectamus a Christo perfectam vitæ restitutionem, quam suscitatio puellæ significat. Animæ quidem salus expectanda in via, corporis vero in termino, quãdo corruptibile hoc corpus induet incorruptionem, & mortale immortalitate donabitur, cum mors plene absorpta fuerit in victoriam. Quando terrestri domo huius nostræ habitationis dissoluta, domum accipiemus non manu factam in cælo, quando superinduti corporum gloria absorbebitur quod mortale est a vita, quando domestici Dei vestientur duplicibus, dum gloriæ animæ accedet gloria corporis, sicut domus Dei inimici induentur sicut diploide confusione sua, duplici indumento, altero, quo anima visione diuinæ essentiæ priuabitur, altero corporis, quo igneo indumento super amictum in æternum cruciabitur. Corpus reparandũ est in futuro, anima in præsenti, vnde corpus nunc animæ debet collaborare, lib. tertio, cap. primo, numer. 56. vsque ad 58. & 62. Resurrectio corporum in fine sæculi futura est, libr. tertio, cap. decimo, num. 44. lib. decimo quinto, cap. octauo, num. sexto. Resurrectio corporum cum dotibus ostenditur ex virga Aaron, quæ fronduerat, lib. decimo quinto, ca. octauo, numer. decimo quarto. In resurrectione iusti erunt sicut sol in conspectu Dei, sicut Luna perfecta in æternum, lib. 16. capit. septimo, numer. vigesimo secundo. Princeps, & mulier accedunt ad Christum, qui vera salus est. Aegrotat hodie puer, & properat mater ad carmina, Phitonissas quærit, sicut impius Saul, vt magicis artibus salutem conse-
quantur. Indignatus est Deus contra regem Assa, quoniam cum ægrotasset, nec in infirmitate sua quæsisset Dominum, sed magis in medicorum arte confisus est. Non quidem indignationem meruit Domini, quia medicorum arte vtebatur, eorum studium, & diligentiam, quibus morbo mederetur requirebat, sed quod totam confidentiam in medicorum peritia, & cura constituisset. Mulier hæc multa perpessa fuerat a medicis, vt Marcus ait, erogauerat omnia sua illis, & ad Deum accessit, in qua perspicimus, quod & remedia humana oporteat adhibere, & cum hæc adhibueris, ad Deum accede. Sic fecit Iacob, qui cum ad patriam dines valde reuerteretur, & misit nuntios ad Esau fratrem suum, vel potius inimicũ, vt cũ pollicitationibus, humilitate, mollibusq. verbis iratum mansuescerent, & insuper ad orandum Deum tota mentis auiditate confugit, vt de manu fratris, quem vehementer timebat, erueretur. Postquam enim, quod suum erat, fecerat, ad diuinum recurrit auxilium, & tulit ex his quæ manui occurrebant munera Esau. Et cum idem filios mitteret in Aegyptum, vt escas emerent, dixit: Deferte viro munera, Deus autem meus faciat vobis eum placabilem. Vbi eum placatum reddere satagebat muneribus, sed potisme orabat, vt Deus illũ placaret, sic & Archisynagogus, & mulier ad Deum pro remedio accedunt, a quo potissimum est agitandum est ægritudine, vel quauis alia necessitate instante. Quoniam cum frequenter hominum peccata in eas illos angu-

Psal. 50. *Oseæ. 4.* *Leuit. 17.* *Zach. 9.* *Prou. 31.* *Psal.* *Marc. 5.* *Genes. 32.* *Genes. 43.* *1. Reg. 18* *2. Par. 16*

angustias redigant, cum Deum quærant radici morbi prouidentes, conualescunt. Sicut fecit sapienter Ezechias Rex, qui cum grauitatẽ cognosceret morbi, & illius causã resciisset, conuersus ad parietem fleuit vberrime, & sanitati restitutus est. Sic & Dauid cum filium Bersabee ægrotum sensit ad lacrymas confugit, si forte placatus Dominus sanitatem filio redderet. In laboribus tunc maxime adest Deus, cum absunt homines. libr. nono, cap. decimo quinto, num. decimo nono. In tribulationibus ad Deum confugiendum est, lib. quarto, cap. decimo sexto. num. duodecimo, & decimo tertio, lib. decimo septimo, cap. quarto, num. decimo, & decimo quinto. In tribulationibus auxilium a Deo requirẽdum est, libr. decimo sexto, cap. vndecimo, num. vigesimo primo, vigesimo quarto, vigesimo quinto, vigesimo nono, & trigesimo. lib. decimo septimo, capit. tertio, numer. vigesimo octauo, vsque ad trigesimum. In eo enim solo refugium est, in quo est virtus, qui adiutor est in opportunitatibus, cum tempus est opportunum, & cum illud expediens iudicauerit. libr. decimo septimo, cap. secundo, num. decimo septimo, & decimo octauo, cap. quarto, nu. 10. decimo quarto, & decimo quinto. Ideo sapienter hi duo ad Christum properarunt.

Esa. 38

3 *Ecce Princeps unus accessit, & adorabat eum dicens: Domine filia mea modo defuncta est, &c.* Marcus, & Lucas dicunt hanc esse in extremis, Matthæus vero quod iam obiisset, vel consurgit, hæc diuersitas ex eo, quod homo hic bis Christum rogauit, primum cum puella morti esset multum propinqua, postea vero cum litteras accepisset, quod defuncta illa iam esset. Hanc secundam precationem narrat Matthæus. Alij vero dicunt vtrumque eum simul dixisse, sub disiunctione hoc modo: *Domine filia mea in extremis est, aut etiam modo uere mortua est.* Quando egressus ille est, tam erat morti proxima, vt eam iam mortuam verisimiliter credens talem dixerit. Vel certe, vt ait Chrysostomus, vocauit eam mortuam, vt augeret calamitatem suam, sicque magis ad misericordiam prouocaret Iesum, ad quem accessit, & adorauit, &c. Hic habentur tria ad orationem requisita. Primum, humilitas mẽtis, dum dicitur, quod *adorabat eum.* Hac oratione prætendebat periculum suum, insufficiẽtiam suam, & miseriam, quam subleuare nemo posset, nisi Christus. Hæc vera humilitas, quæ nihil sibi, omnia Domino tribuit. Tres pueri adorabant in spiritu humilitatis. Et non in iustificationibus nostris prosternimus preces, sed in miserationibus tuis, &c. Secundo requiritur affectus, sine hoc enim oratio inutilis videtur verborum multiplicatio, estque hoc nomine indigna, vbi non est ascensus mentis in Deum. Affectus hic per clamorem ostenditur. Clamor enim est signum magni affectus: clamat, qui ardenter aliquid desiderat. Et qui postulat, postulet in fide nihil hæsitans. His comitata conditionibus impetrat a Deo, quæ postulat oratio. In oratione clamat, qui corde, & affectibus Deum interpellat, lib. quarto, cap. decimo sexto, nume. nono, & decimo. libr. decimo tertio, cap. quinto. nume. vigesimo primo, vigesimo secundo. & vigesimo sexto. cap. septimo, num. nono. Oratio sic tepida arguit imperfectam in homine fidem, lib. sexto, cap. tertio, numer. quarto. Oratio humilis Ezechiæ multum ualuit apud Deum, libr. octauo, cap. septimo, nume. vndecimo. Orans feruenter, & deuote manibus clamat, & pupilla non tacet. lib. decimo tertio, cap. quarto, num. decimo. In oratione ille bene psallit, qui mente non diuulsa, & non distracta, & affectu sincero orat. lib. decimo tertio, capit. quinto, numer. quinto. De humilitate orationis ibidem num. sexto, vsque ad octauum, decimum tertium, & vigesimum. In oratione tota mente, & trementes sint homines, ibidem numer. octauo, nono, & decimo tertio. Orationes sui tẽporis tepidas uocabat Chrysostomus temulentiã sauciorum hominum, lib. decimo tertio. cap. septimo, num. quinto. In oratione vanas cogitationes pellere expedit multum, lib. decimo tertio, cap. vndecimo. nume. primo, & quinto. In oratione vilissimus puluis distractus iniurius est Deo, &c. ibidem num. decimo quarto. Primum, *accessit Princeps*, & cum maiestatem Dei agnoscit, qui accedens illuminatus est, procidit propriam agnoscens imbecillitatem. Hanc enim maxime agnoscunt Sancti cum accedentes ad Deum eius intuentur maiestatem. Tunc enim Iob insipientiam suã confessus est, cum Deum vidit in turbine, illiusque maiestatem considerans pœnitentiam agit in fauilla, & cinere. Sic & Esaias, cum Dominum videt sedentem super solium excelsũ, & eleuatum, & quod omnis terra plena esset a maiestate eius, pollutum se labiis confitetur. Sic & Moyses in sapientia Aegyptiorum peritissimus, cum in rubo Dominum uidit loquentem, non audebat propriam considerans vilitatem respicere contra Deum, & aiebat: Non sum eloquens ab heri, & nudiustertius, & ex quo locutus es ad seruum tuum impeditioris linguæ sum. Sic & animalia illa penna ta, & oculis vndique plena, cum audirent voeem loquentem super firmamentum, quæ tanta celeritate volabant, submittebant alas suas, vocem tanti Dei audire vix valentia.

Iob. 42. *Esa. 6.* *Exo. 3. et 4* *Ezech.*

Dan. 3. *Dan. 9.* *Iacob. 1*

4 Cognoscit homo vilitatem suam, cum perfectiones Dei considerat, lib. tertio. cap. decimo nono. nume. vigesimo septimo, & vigesimo octauo. capit. vigesimo. numer. primo, secundo, quarto, vsque ad sextũ, nono, vsque ad vndecimum, decimum tertium. 20. 21. 23. & 25. Cognoscere seipsum est primum in utilitate, & ordine. lib. tertio. capit. decimo nono, numer. trigesimo quinto, & trigesimo sexto. Lib. tertio. cap. vigesimo docetur, quod cognitio diuinarum perfectionum multorum bonorum sit causa. Dei notitia quanto creuerit in anima, tanto erit maior cognitio propriæ imbecillitatis, ibidem nume. sexto, septimo. 10. 11. & 13.

& 13.libr.quarto,cap.decimo quinto. numer. vndecimo,& decimo septimo. Dei cognitio quo maior est in Angelis,maior est reuerẽtia, & timor,lib.tertio,cap.vigesimo.nume. septimo,& decimo.lib.quarto,cap.decimo quinto. nume.septimo, vsque ad vndecimum. *Princeps adorabat.* Semper enim homines cordati intellexerunt illud esse efficax remedium, si necessitate premente ad pedes procidãt Dei.

Iudith 9. Sic & Iudith, cum Bethuliam cerneret ad vltimas angustias deuenisse, induens se cilicio, & ponens cinerem super caput suum,& prosternens se Domino clamabat, vt Holofernem deiiceret: Humilium tibi,& mansuetorũ semper placuit deprecatio,&c. Exaudi me miserã

Iudicum 7 deprecantem. Sic & Iosue pronus cecidit in terram coram arca Domini usque ad vesperam,tam ipse, quam omnes senes Israel. Miseruntque puluerem super capita sua, &c. Dixitque Dominus ad Iosue; Surge, cur iaces

1. Reg.24 pronus in terra? Nec mirum hoc,cum Dauid hominem dæmoniacum sceleratum, furentem, qualem sacræ litteræ memorant fuisse Saulem, liquefecerit in terram prostratus dicens: Quem persequeris Rex Israel,quem persequeris? Culicem vnum,canem mortuum tu persequeris, & fleuit. Et hæc audiens fleuit Saul, humiliatione quippe tanta furentis viri commota sunt viscera. Si prostratus homo mutare potuit ad tempus saltem crudelis viri mentem, prostratus homo ad pedes diuinæ bonitatis benignum animum non trahet, vt benefaciat ille,cui proprium est misereri semper,& parcere? Prostratis Niniuitis, & humi

Ionæ 3. liatis ignouit Deus, & cum Archisynagogum hunc vidit adorantem,& nec verbum excusationis proferens surgens a mensa secutus est eum. Qua in re primum docere nos voluit Iesus,quod parati esse debemus, ut prouideamus fratrum necessitatibus similes Raphaeli, qui accinctus ad iter erat expectans aduenientem Tobiam,vt illum comitaretur, & incolumem duceret,& reduceret. Surrexit a prandio,vt Principi benefaciat, surrexit a prãdio, vt Apostolorum lauaret pedes, & discerent homines,quod semper ad benefaciendum paratus esset,etiam illis relictis, quæ necessaria forent. Olim Tobias prandium relinquebat qui sanctus erat,ut mortuos sepeliret, quem iugulatum sciret iacere in platea, idque statim fecit exiliens de accubitu suo,etiamsi ob id mortis periculo se exponeret. Noster ve-

Tob. 2. rus Tobias surgit,non vt mortuum sepeliat, sed vt suscitet. Inuitatus a Pharisæo mulierem accumbens in mensa suscipit peccatricem,illique post multa veræ humilitatis,& pœnitentiæ signa peccata remittit,hic adoratus ab Archisynagogo mensam relinquens, surgens secutus est eum. Nolens domum Reguli adire,nec cum eo pergere, istum comitatus est, vt doceret maiorem honorem, & reuerentiam exhibendam esse Sacerdotibus, & Prælatis, quam secularibus, quantacumque polleant dignitate. Hi præcipuo quodam dilectionis affectu suscipiendi sunt,quale testimonium perhibet Paulus Galatis: Quod si fieri potuisset,& oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi. Chrysostomus: Tantã reuerentiã exhibendam Sacerdotibus dictat ratio ipsa naturalis, vt Ioseph Sacerdotum diaboli terras noluerit efficere tributarias Pharaoni. Et Samuel maximo prosequebatur honore Sacerdotem Heli, licet sciret ipsum a Domino repudiatum. Astant, aiebat Chrysostomus libro sexto de Sacerdot. innumeri Angeli Sacerdotibus in altari, & tu illum reuereri dedignaris? Sacerdotis potestas ostendit Sacerdotium regno esse uenerabilius, lib. decimo sexto,cap.secundo.nume.primo,secundo,& decimo. Sacerdotes supra Reges, & parentes sunt honorandi,ibidem nume. quarto, & decimo. Sacerdotes despiciens sceleratior est, quam Datham,& sui. ibidem numer.quarto. Sacerdotes sic viuant, ut a nullo possint contemni sæculari,ibidem numer.octauo. Sacerdotes,& Prælati disponente Deo ob peccata sua contemptibiles sunt,libr.decimo quarto, cap.trigesimo,nume.decimo. Prælatis, & Sacerdotibus honorem,& obedientiam deferre debemus,etiamsi mali illi sint,lib. decimo tertio.cap.primo,numer.quinto, vsque ad septimum,lib.decimo quarto,cap.trigesimo.num. vndecimo. Vt ergo Iesus honorem Sacerdotibus deferendum doceret, Archisynagogum secutus est. Præterea in domum Principis descendit,qui domũ Reguli intrare noluit,ne titulo honoris,officij,dignitatis,nobilitatis,diuitiarum quis crederet Dominum ad honorã dos diuites moueri, quando nobilitatem, & diuitias,&c. virtus non comitatur. At ne quis arbitraretur solos pauperes honorandos, & non diuites, descendit cum Principe, ne quis crederet studiosos diuites debitis priuã dos honoribus. Qui post aurum non abiit dues,nec sperauit in pecuniæ thesauris,dignus est,ut ab omnib. honoretur, conẽnendus nõ est,nec iniquus reputandus,quia diues. Angeli descendunt in tabernaculum Abrahę,ingre diuntur domum Loth,luctantur cum Iacob, astãt Moysi, quia etsi ditissimi,& in dignitate constituti hi essent, qui virtutem colebant, paruipendendi non sunt, nec inhonorandi. Ioseph,Hester in domibus Barbarorum Principum existentes contemnendi non sunt, licet tantis gaudeant honorum titulis. Non ergo descendit cum Regulo, quia nobilitatis, & diuitiarum titulo id sibi debitum credebat, descendit Iesus cum Principe, qui adorans Dominum misericordiam hanc non sibi debitam confitetur,sed titulo gratiæ eã exposcit. Nec dignus ille, quia diues,nec indignus hic, quia diues,sicut nec diues alter,quia pauper, nisi paupertatem virtus comitetur. Diuites contemnere non debemus terrenis negotiis occupatos, nec de eorum salute est diffidendum,lib.quarto,cap.trigesimo octauo, nume. 15.vsque ad decimum septimum, 19. & 20. Et tandem ad huius domum descendit Iesus non

Galat.4

Ho.50.in Ge nes. Gre.in 3.ca. 1.Reg. 5

non in domum Reguli, quoniam ægritudo filij Reguli febris erat, quam tanta facilitatis ostensione curauit, dicens: Vade filius tuus viuit. Principis filia mortua erat, & licet ea facilitate, qua febricitantem sanauit, posset mortuam ad vitam reuocare, noluit, sed perrexit, intrauit domum, turbam tumultuantem eiecit, tenuit defunctæ manum, & ad vitam reuocauit. Nulla inerat difficultas in suscitãda ea, de qua dixerat Iesus: *Non est mortua puella, sed dormit.* Sed significare voluit ægritudinibus animæ pro earũ qualitate maiora esse adhibenda remedia. Inueterati morbi corporum difficillime curãtur,leuicula febris tertiana vna,vel altera sanguinis minutione curatur. Sic & in animæ morbis accidit, graue quidem peccatum fuit homicidium Dauid, sed quia inueteratus non fuit morbus, dicens: Peccaui, audiuit: Dominus quoque transtulit peccatum tuum a te, quod in peccatis Cain, Saul minime videmus. Immo & inter ipsos defunctos, quos ad vitam reuocauit Iesus, Lazarum lacrymis, clamoribusq. suscitauit, qui & ligatis manibus,& pedibus prodijt, qui defunctus fuerat, vt peccatoris obstinati potentias fere inhabiles ad bene operandum agnoscerem⁹, quod in suscitatione aliorum non accidit. Nec absens ad vitam reuocauit quemquam, sicut ægros multos sanauit, licet posset, qui Dominus erat vitæ, & mortis, vt varietatem peccatorum varia desiderare remedia cognoscerem⁹. Peccata vt vulnera aliqua magna cum difficultate curantur, lib.14.cap.7.num.2. & 28.cap.8. num.1.6.8.9.11.12.& 23.cap.13.num.5.ca.17. num.24.& 25.lib.18.cap.2. num.7. Peccata, dum continuantur, tollunt bonas inclinationes ex parte, lib.decimo quarto, cap.septimo num.decimo sexto. Libr. 14.cap.8.agitur de varijs gradibus peccatorum, vide etiam verbo peccator.

Lucas & Marcus. 6 *Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, &c.* Mulier hæc multiplices patiebatur miserias, quod duodecim annis morbum inter Iudæos abominabilem sit passa, secundo quod a compluribus medicis multa perpessa esset. Tertio quod omnia sua pauperibus erogasset, adijciẽs morbo veteri alium nouum paupertatis. Vltimo,quod etsi multa perpessa, & omnia erogata essent, non solũ nihil proficeret,sed deterius se haberet a medicis suis triplex malum reportans.s. multas pœnas, paupertatem, & morbi incrementũ,quibus clarior ostenditur Christi potentia, & bonitas, qui deficiente creaturarũ virtute tactu fimbriæ sanitatem mira facilitate confert, licet morbus desperatus esset. Mulier hæc post quã cæpit diffidere medicis, cepit saluti vicinior esse. Deus enim nulli libentius opitulatur,quã ei, qui se agnoscit humanis destitutũ præsidijs, vt Ezechiæ accidit,qui dum morbi grauitatem considerauit, & imdicabilem illum credidit per naturam,ad parietem conuersus sanitatem amissam cõtinuo recepit. Sic & Naaman Sirus lepra percussus ad Eliæum venit, & sanitatem cõsecutus est, cum remedium a medicis desperasset. Tangẽs mulier fimbriã id impleuit, quod dixerat Zacharias in diebus Messiæ decem homines ex vniuersis linguis gentium apprehensuros fimbriam viri Iudæi dicentes: Ibimus vobiscum, audiuimus enim quod Deus vobiscũ est. Hũc virum Iudæum Hieronymus, & Rupertus intelligũt Christũ. Erat autẽ fimbria in Iudæis habitus particularis, sanctitatis insigne, sicut modo religiosorum habitus. In seruorũ Christi indumentis mira erat virtus sicut semicintia Pauli omnes ægrotos sanabant, quid mirũ si fimbrię Domini desperatum curent morbũ? Erat enim virtus Christi sicut vnguentum in capite,quod descendebat vsque in oram vestimenti eius. *Mulier, quæ patiebatur fluxum sanguinis,* immunda erat, & non habitabat cum hominibus, ideo accessit ad Christum in via, & quia quidquid tangebat, immundum erat, *accessit retro* ne Iesus repudiaret eam,quæ fert ẽs illius pectus hondum perfecte nouerat, licet eius potentiam non ignoraret quæ dicebat: *Quia si tetigero vel fimbriam vestimenti eius*, cedent morbi,quantumuis desperati,& immedicabiles. Ignorabat quod ipsius successori Petro dicendum foret,ne vllum respueret quantumuis sceleribus inquinatum, sed immunda in lege animalia,& venenata ederet, & obediret Deo dicenti: Quod Deus sanctificauit, tu immundum ne dixeris, sed occide,& manduca. Omnes ad te veniẽtes respice, dummodo remedium quæsituri venerint, personarũ qualitate non considerata, sed deuotione. Olim mulieri in sanguine proprio cõcultatæ dixit: Viue, nec solum vitam dedit, sed ineffabilibus eam ditauit bonis, & homo factus, qui Deus totius consolationis cum esset,venerat palliũ laudis pro spiritu mœroris dare, horresceret feminã hanc fluxũ sanguinis patientem? Minimæ. Sed *curauit eam.*

4. Reg. 5.

Zach. 8.

Act. 19.

Psal. 132.

Leuit. 12.

Act. 10.

Ezech. 16

Et cum venisset Iesus in domum Principis, & uidisset tibicines & turbam tumultuantem, &c. vsque *Sed dormit.* Tibicines olim mortuorum ingrediebantur domos, & cantabant lugubria, vt alios excitarent ad fletum,cum potius media adhibenda essent, quibus tristitia moderaretur,& cum viros quærere debuissent spirituales, qui sanis consilijs breuitatis vitæ consideratione sæculi huius miserijs ob oculos positis multis alijs propositis medijs compescerent consanguineorum tristitia, iuuabãt tibicines ad flendum, sicut tempore Chrysostomi lamentatrices adhibebantur feminæ, quæ ad flendum conducebantur pretio,cumque iuuandi essent defuncti precibus, sacrificijs, & eleemosynis, his contemptis tibicines ingrediebantur, cum musica in luctu importuna sit narratio, siue ad id ordinaretur, vt augesceret dolor,sic omnino tolleretur, cum moderandus potius esset,ne tristarentur sicut ceteri, qui spem non habent. Defuncti flendi sunt, sed moderate,libr.quarto,capit.primo, numer.

Eccles 22.

Esai.38.

numer. sexto, vsque ad octauũ, vndecimũ. de-
Eccles. 22. cimo quinto, vsque ad decimum septimum, decimo nono, vigesimo, vigesimo secundo, vsque ad uigesimum quartum, vigesimo septimo. vsque ad trigesimum tertium, quadragesimo, quadragesimo primo, sexagesimo tertio, vsque ad sexagesimum quintum, sexagesimo nono, & 76. Defunctis sepeliendis mulieres lamentatrices adducebantur tempore Chrysostomi impie satis, ibidem numer. decimo septimo. Defuncti inuandi non lacrymis, sed orationibus nume. octauo. decimo. vndecimo. decimo octauo. quadragesimo primo, quinquagesimo secundo, & quinquagesimo tertio. Mortem suorum moderate flebant gentiles in confusionem nostram, ibidem numer. septimo, vigesimo secundo, vigesimo quinto, vigesimo sexto, trigesimo septimo. septuagesimo quinto, & septuagesimo sexto, libr. sexto. cap. septimo. numer. tertio. libr. vndecimo, capit. nono. numer. quinto. In morte suorum consolabantur gentiles, cum maiora, & potiora sint, quæ nos debeant consolari, libr. vndecimo, capit. nono. numer. quarto. Mortem amici, vel consanguinei flere vetat nullus, dum debitus seruetur modus, libr. quarto. cap. primo, num. quadragesimo quarto, quadragesimo octauo. quinquagesimo primo, sexagesimo primo. vsque ad sexagesimũ quintum, sexagesimum nonum, & septuagesimum quintum. libr. sexto, cap. septimo. num. primo. Tibicines etiam ibi reperti sunt, quia mos erat antiquorum virginum mortem canticis celebrare, & musicis instrumentis in laudem castitatis, quasi illi applaudentes, quod non experta carnis libidine Angelo similis e
Apoc. 4. vita migrasset. Et ita cum Ioannes vocem audisset tamquam citharædorum citharizantium in citharis suis, & cantabant quasi canti cum nouum ante sedem, &c. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt, & sequuntur Agnum, quocumque ierit. Vt ergo Iudæi laudes canerent castitatis, & docerent virgines mortem non mœstis vagitibus, sed tripudiis esse celebrãdã, si rationem vis doloris admitteret, tibicines vocabantur. Et vt victori applauderent, qui morte præuentus incorruptam carnẽ sponso suo obtulisset Deo, non eas experta molestias & miserias, quas nuptæ feminę experiũtur. Vnde sicut virginibus laureola datur in cælo ob triumphum reportatum a potentissimo hoste, qualis propria caro est, ita in triumphi signũ tibicines veniunt, ut sepulturę traderẽt virginem. Et sicut mos fidelib. cum lampadib. & cereis victori defuncto acclamare, libr. quarto. capit. primo. numer. decimo sexto. decimo septimo, & trigesimo quarto. ita & Iudæi in morte virginis instrumenta adducebant musica, quibus virginis interitus, vel potius victoria patesceret omnibus. Virgo libera est a multis nuptiarum molestiis. libr. undecimo. cap. octauo. nume. primo. secundo, decimo sexto, vsque ad decimum nonum. 22. & 29. lib. decimo octauo. capit. sexto. nũmer. vigesimo primo. & vigesimo secundo. Virgo Angelis est par, libr. decimo octauo, cap. sexto. nume. quinto, decimo, & decimo quarto. Virgines solæ sequuntur Agnum, quocunque ierit, ibidem num. vigesimo secundo, & vigesimo tertio. Virginitatis seruandæ gratia libenter feminæ multæ gentiles occubuere, libr. tertio, capit. tertio. nume. vigesimo quinto, vsque ad vigesimum septimum. Virginitatem Deus maxime honorauit, libr. decimo octauo. capit. sexto. numer. decimo. Virginitatis patria cælum est, auctorque eius Dei filius virginum sponsus, ibidem numer. duodecimo. vsque ad
Luc. 15. decimum quartum. Vnde sicut pater, cum filium prodigum saluum recepit, symphoniam quæsiuit, & chorum, vt omnibus innotesceret gaudium ingens patris in filij susceptione, ita & tibicinum præsentia gaudium castitatis conseruatæ ostendebatur. Et vt olim Iudæis
Aug. in ps. 4 consuetum refert Augustinus, quod cum in domo nuptiarum conuiuia celebrabantur, extra ianuam conuiuij instrumenta sonabant musica, quibus internum domus conuiuium cunctis patescceret, ita in obitu virginum tibicines aderat æterni conuiuij, cui interesse deberent virgines gaudium significantes.

Recedite, non est enim mortua puella, sed dormit. 8
Et deridebant eum. Somnus gratissima res est homini, qui summo mane exiuit ad opus suum, & ad operationem suam vsque advesperam, qua adueniente lassa membra somno reparantur. Vnde ingemiscunt Sancti laborib. granati, habitationem, quæ de cælo est, superindui cupientes. Vnde mortem alloquens Hieron. in extre
Fulc. in ep. ad Damas. mis constitutus: Nigra es sed formosa, terribilis quidem apud Reges terræ auferens spiritũ Principum, sed noram facis humilib. virtutẽ tuam. Aperi mihi dulcis soror, & anima mea ianuas vitæ, ut iam sit in pace locus meus, & habitatio mea in Sion. Cõsolationes tua lætificẽt animã meã. Hodie vocẽ meã audiens noli
Aug. in soli. loq. obdurare cor tuũ. Conuerte planctũ meũ in gaudium mihi. Et Aug. morten vocãs, aiebat; O quando veniam, & apparebo *Domine* ante faciem tuam? Putasne videbo diem illam, diẽ quam fecit *Dominus*, vt exultemus, & lætemur in ea? Heu me quia incolatus meus prolongatus est. Quamdiu dicetur mihi. Exspecta, reex
Philip. 3 specta modicum ibi, modicum ibi? Saluatorẽ exspectamus, &c. Lætetur cor quærentiũ *Dominum*, sed multo magis cor inuenientiũ. Vn
Gre. 8. mora. c. 5. de Gregor. exponens verba illa Iob: Sicut cer uus desiderat umbram, & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui, qua ratione, inquit, mercenarius laborem fert, dũ vesperam cogitat ad quiescendum deputatam, ita &c. Mors somnus est, libr. quarto. cap. primo. nudecimo nono, trigesimo quinto, trigesimo sexto, quinquagesimo octauo, quinquagesimo nono, & septuagesimo quinto. libr. vndecimo, capit. nono. nume. quarto. In morte quam læti exibant Sancti, libr. quarto. capit. primo, nume.

nume. trigesimo octauo, trigesimo nono, quinquagesimo septimo, vsque ad sexagesimum, & sexagesimum quartum. libr. vndecimo, cap. nono, numer. nono, & decimo. Mors dulcis esse debet, cum finis omnium laborum suauis sit, libr. vndecimo. capit. nono. numer. septimo. decimo tertio. vsque ad decimum sextum & decimum nonum. Mors alacriter suscipienda est, in qua tot miseriis absoluuntur homines, ibidem numer. decimo quarto, & decimo quinto. *D*eridebant carnales illi homines Christum dicentem puellam dormire, non intelligentes quæ dicebantur: derident modo & Christiani, licet non cachinnatione, aut verbis., factis ipsis eos, qui
Eccles. dicunt, mortem somnum esse, nec miror, cum sola illius memoria amara sit valde homini pacem habenti in facultatib. suis. Somnus esse non potest his, qui in ea initium experiuntur dolorũ, sed mortis nomen habet illorum consummatio, qui sempiternis traduntur cruciãdi tormẽtis, qui cum receperint bona in vita
Psa. 143. sua, fugatis diuitiis, deliciis, honoribus, quæ omnia fugerunt tamquam umbra, recipient pro illis mala, vt sit pro suaui odore fætor, & pro crine crispanti caluitium, &c. Hi certe dormierunt, dum viuerent, & aufugiet somnus ab oculis suis, beati autem erunt illi, qui in Domino moriuntur, quib. dicit spiritus ut requiescant, ad modum dormientium a laboribus suis, & clament: Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. Mortis dies maledicenda non est, quia melior est die natiuitatis. lib. quarto. cap. primo. numer. secundo, quarto, & septuagesimo nono. Mors peccatorum flenda est, ibidem num. octauo, nono, decimo octauo, vigesimo secundo, quadragesimo quinto, quadragesimo sexto, & quinquagesimo nono, sexagesimo, septuagesimo, & octuagesimo secundo, lib. vndecimo, cap. nono, nume. secundo, & vigesimo octauo. Mors timenda non est, cui bona vita præcessit, lib. quarto, cap. primo, num. quadragesimo tertio, quinquagesimo secundo, quinquagesimo octauo, quinquagesimo nono, sexagesimo sexto, & sexagesimo septimo, libr. vndecimo. cap. nono, nume. decimo septimo. vsque ad decimum nonum. In morte pœna æterna punitur malus, quia consummatus in breui expleuit tempora multa, libr. quarto, capit. primo, nume. sexagesimo septimo. Mors quasi interitus calcat super impios, quia morientes potestati dæmonum traduntur, libr. vndecimo, cap. nono, nume. vigesimo octauo. In morte finientur omnia, de quibus extollebantur mali, lib. decimo octauo, cap. decimo, nume. vigesimo secundo. *Deridebant eum.* Hoc est enim ingenium mundi deridere, & stulta iudicare ea, quæ Dei sunt. Deridetur iusti simplicitas, & fatuitas nominatur. Diuitias desere, honores vilipendere, ardua aggredi, cilicio carnem domare pro deliramentis habebant, qui confitebuntur, licet sero, quod insensati illi vitam iustorum crederent insaniam.

Qui enim sapientia carnali, & diabolica imbuti sunt, iustorum simplicitatem fatuitatem existimant. Iustorum simplicitas fatuitas uocatur a sęculi uiris, lib. nono, capit. decimo septimo, nume. vigesimo secundo, capit. vigesimo, nu. 7. & 8. *Sap. 5.*

Cum eiecta esset turba, tenuit manum eius, & 9
dixit; Puella surge. Tenuit manum eius. Manus Domini tetigit Iob, ut sanctior euaderet. Felix ille, quem manus *D*ei tetigerit. Eleuabitur certe, vt alter Ezechiel inter cælum, & terram. Caue ne diuinę manus digiti scribant in pariete damnationem tuam, si noluerit, ut in manu sua fœtas leuet *D*eus, certe licet dicere possis: Manus tuæ Domine fecerunt me, & plasmauerunt me, repente præ- *Psalm. 88*
cipitaueris. Manus mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortauit eum. Quid inde? Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei. Et *Psal. 143*
alibi: Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. Id est, si manum tuam emiseris de alto, neminem timebo, licet dextera hominum potentissima sit, licet os peruersum, nec labia, nec dextera hominis nocebit mihi, si manum tuam porrexeris. Si extendente *D*eo manus non
Prouer. 1 sit, quia aspiciat, mea erit culpa, & ipse iuste in interitu meo ridebit, cum irruerit repentina calamitas, & interitus, quasi tempestas ingruerit. At iustorum animę cum *Sap. 3.*
in manu Dei sint, non tangit illas tormentum malitię, & licet illi visi sint oculis insipientium mori, certe requiescent in pace, & resurgent. Et victricem manum tuam lau- *Sapien. 10*
dauerunt pariter, & laudabunt qui translati per aquam nimiam inimicis demersis in mare incolumes euaserunt hoc sæculi pelagus innumeris plenum periculis. Ne quæ- *Eccles. 15*
so relinquas hominem in manu consilij sui, ne pereat, sed in manu forti, & brachio extenso regna super eos. Non est abbreuiata manus tua Domine, ut possit saluare. *Ezech.*
Erue me obsecro de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem. *Esa. 59.*
Sicut lutum in manu figuli, sic uos domus *Hiere. 18*
Israel in manus mea, ne conteratur obsecro laguncula figuli, sed confracta culpa sua in manu tua Domine reparetur. Te-
nuit manum puellæ, & dixit; Puella surge. Di-
xit, ait *M*arcus, *Thabithacumi*. Verba hæc in- *Marci 5.*
quit Chrysostomus, secundum Hebræos, & *Hom. 7. in Marc.*
Syros significant; *Puella surge mihi*. Thabitha enim significat: *Puella surge*, dum autem additur littera. 1. in fine significat: Surge mihi. Quia Christo surgere debemus, *2. Cor. 5.*
vt qui viuunt, iam non sibi uiuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est. Iam non estis uestri suscitati a Domino, surgite illi, ut sicut antea exhibuistis membra vestra seruire iustitiæ, & iniquitati, seruiant iam illa iustitiæ in sanctificationem. Suscitata puella

Mar-

Marc. 5. Luc. 8. Marcus ait, *quod ambulabat*, Lucas, quod *insisit illi Dominus dare manducare*. Obsecro Domine nobis iacentibus tange manus, resuscita nos de lecto peccatorum, ambulareque nos fac, immo currere viam mandatorum tuorum: Curram, vt comprehendam. Mihi dictum arbitror: *Genes.* Ne steteris in omni circa regione, nec in Segor consiste, sed in monte saluum te fac. In virtute proficiendum semper, ita vt virtute habita nullus contentus sit, libr. nono. capit. vigesimo secundo, numer. decimo, duodecimo, decimo tertio, vigesimo primo, vsque ad vigesimum tertium, vigesimo sexto, vsque ad trigesimum quartum, libr. decimo quarto, cap. vigesimo quarto, numer. sexto, lib. decimo octauo, cap. octauo. numer. primo, duodecimo, vsque ad decimum quartum, decimum sextum, & decimum octauum, cap. nono. numer. octauo. Iube vt erecti manducemus, quia iacentes manducare non possumus, nisi steterimus coram Domino. Surge, comede, dixit Angelus Eliæ, &c. Motus in externi & signa, & effectus sunt, quod vere anima viuat. Lingua, oculi, manus, omnia hæc ordinata, & moderata, & signa sunt uitæ internæ, quæ his motibus coniectatur, & taliter hæc sunt vitæ signa, quod etiam sunt effectus uitæ ambulare, comedere. Nunc Sancte nobis Spiritus, &c. dignare promptus ingeri nostro refulus pectori, cumque charitas hæc diffusa fuerit in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, os, lingua, sensus confessionem certe personabunt, & cum hoc igne flagrauerit intus, accendet ardor extrinsecus coruscans proximos, qui accendentur uisis externis operibus fratris ab interna illa uita prodeuntibus. Virtus quanto magis roboratur interius, eo externa opera multiplicantur, lib. decimo octauo. cap. decimo, numer. vigesimo tertio. trigesimo tertio, & trigesimo quarto. Virtutis opera exercenda sunt, ut homo salutem consequatur, ibidem nu. vndecimo, duodecimo, decimo quarto, decimo sexto, decimo nono, vsque ad vigesimum primum, & vigesimum sextum, c. duo decimo, n. 11.

DOMINICA VIGESIMA QVARTA post Pentecosten.

Euangelium.

Cum videritis abominationem desolationis, quæ dicta est a Daniele Propheta stantem in loco sancto. Matth. 24.

Quæ in hoc Euangelio communia sunt Lucæ in capite vigesimo primo, cuius meminit Ecclesia Dominica prima Aduentus, in qua de iudicio finali disseritur, prætermittenda sunt. Explicabimus autem ea, quæ Matthæus in hoc Euangelio asserit futura ante diem iudicij. De iudicio enim ibi dixi multa, & lib. nono. cap. 9. per totum caput.

1 Dom. 24 post Pentecost.

ANTEQVAM ad expositionem Euangelij veniamus, in quo & de temporibus differitur Antichristi, de ingenti eius persecutione, de iudicio vltimo, considerandum est, qua ratione tribulatio hæc futura sit omnium maior inter omnes, quas pertulit orbis, quibusque mediis huic malo prouidendum sit. In communi sanctorum Patrum intelligentia verba hæc: Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet, tempus significant aduentus, & prædicationis nequissimi illius hominis (qui filius erit perditionis) Antichristi, quando damna, tribulationes, calamitates erunt omnium, quas mundus pertulit, grauissimæ, maiorique sollicitudine dæmon insidiabitur cunctis, maioraque mouebit bella, qui vir bellator fuit ab exordio orbis, qui habebat quondam fiduciam, & non miraretur, si vniuersę Iordanis aquæ influerent in os eius, qui traiiciendis in corpus suum, & epotandis uniuersis hominibus intentissimus erat is, cuius infatigabilem sitim explicuerat Regius Vates dicens: Quousque irruitis in hominem, interficitis vniuersi vos tamquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ? In quibus uerbis dæmonis explicuit potentiam, & sollicitudinem aduersus imbecillem inimicum, qualis erat homo, contra quem non unus, aut alter, sed vniuersi constipati, ut milites aduersus debilem parietem machinis bellicis conuenirent, nec semel, aut iterum, sed frequenter aggrederentur hominem, curr-

Basil. ho. 15. imper. 1.

rerent in ardenti siti perditionis eorum. Animaduerte quæso, quod ab orbe condito, tantis inundauit mundus calamitatibus tanta perpessus est mala, tantis a dæmone bellis est lacessitus, vt vix crederet homo, maiores posse superuenire miserias, æquales tribulationes, ne dicam maiores. Cum primum Angelus signaculum similitudinis plenus sapientia, & perfectus decore, gratia priuatus fuit, cęlestibusque donis, quibus in suiipsius perditionem fuerat abusus, draco iam effectus pugnabat, ut cælestis regni pacem turbaret, proiectus est in terram draco ille magnus, serpens antiquus, qui seducit vniuersum orbem. Et continuo vox audita est dicens: Væ terræ, & mari, quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet. Modicum ad nocendum arbitratur tempus, quantumcumque longum sit. Et misit serpens aquam post mulierem tamquam flumen, vt eam faceret rapi a flumine. In quibus verbis impetum grauissimæ persecutionis significat. Torrentem pertransiuit anima nostra. Cum irascereturfuror eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos. Quia vero liberatus fuisset iustus ab hoc vehementi persecutionis impetu, benedicit Deum dicens: Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Iratusque draco, eo quod terra adiuuisset mulierem, abiit, ut faceret prælium cum reliquis de semine eius. Quæ obfecro tempore Antichristi mala dæmon infliget orbi, quæ in ipso uisa iam non fuerunt? Antichristi tempora describere uolens Ioannes in Apocalypsi ait: Et vidi de mari bestiam ascendentem habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomina blasphemiæ. Et bestia, quam uidi, similis erat pardo, & pedes eius sicut pedes ursi, & os eius sicut os leonis. Et admirata est vniuersa terra post bestiam. Et adorauerunt bestiam dicentes: Quis similis bestiæ, & quis poterit pugnare cum illa? Et datum est illi bellum facere cum Sanctis, & uincere eos. Et data est illi potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem, & adorauerunt eam omnes, qui inhabitabant terrã, quorum non sunt scripta nomina in libro uitæ Agni. In quibus verbis tribulationem omnium sæuissimam describit Ioannes, quæ fiet sub Antichristo, quando reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur Deus, &c. cuius aduentus erit secundum operationem Sathanæ in omni seductione iniquitatis. Bestia hæc perditum istum hominem significat. Bestiam appellat, quo crudelitatis eius ferocitatem clarius demonstret. Capita bestiæ regna erunt, quæ persequentur Ecclesiam Dei. Pardo assimilatur propter multiplicem blasphemiam, & ambitionem. Vrso propter malitiam bestialem. Leoni propter robur, & virtutem potentiæ, & superbiam. Tunc adorabunt impij draconem diabolum, quod faciunt, cum peccata amãt, & perpetrant, etiamsi verbis illum execrentur. Quis similis bestiæ? &c. Admirabuntur impij dicentes: Quam admirabilis, quam potens, quanta virtute eminens, vt nulla vis ei conferri possit, nec quisquam cum ea decertare audeat. Et datum est illi, hoc est, permissum bellum facere sæuissimum aduersus Sanctos Dei eos seducendo, & affligendo. Et data est illi potestas in omnem tribum, &c. Mirum est, quod proficiat in dies magis, atque magis gliscens bestiæ auctoritas, vt nulla sit gens, nulla natio, quę non experiatur potentiam eius. In tribu Iudęos intelligimus, in lingua & gente omnes nationes totius orbis includuntur. In vtrisque erunt, qui victi succumbent, quorum multitudo tanta erit, vt pauciissimi præillis inuicti videantur. Antichristi tempore Ecclesia in solitudinem redigenda est. libr. quinto. capi. quinto. numer. septimo, & octauo. Antichristi persecutio ingens, quia violenta erit, & fraudulenta. libr. nono. capit. nono. nume. quinquagesimo quarto, & septuagesimo tertio. Mundus in fine sæculi nimis destitutus iustis. libr. quinto. capit. quinto. numer. quinto, usque ad octauum, & duodecimum. Et tandem in altera bestia, quæ faciet ut quicumque non adorauerit imaginem bestiæ occidatur, & faciet omnes, pusillos & magnos diuites, & pauperes liberos, & seruos habere characterem in dextera manu, aut in frontibus suis, & ne quis posset uendere, aut emere, nisi qui habeat characterem, & nomen bestiæ, minister intelliguntur Antichristi, qui eum prædicaturi sunt in omni uirtute sua. Bestia hæc similem sese exhibere contendit Christo, ut sicut ille promiscue ex omnibus absque personarum acceptione colligit sibi promissionis filios, ita & hic pusillos & magnos diuites & pauperes. Et sicut ille suos signat Spiritu promissionis sancto in Baptismo, ita & hic, licet uisibili charactere, ut suos ille agnoscat. Signabit suos in frontibus, & in manu, ut palam fiant sui, testantes palam se fore de exercitu magni illius Imperatoris, sub cuius potestate redactus esset fere totus orbis. Habebunt promiscue characterem in manu dextera, & in frontibus, vt mente, & opere consentiant Antichristo. In manu, quia opera diaboli facient, qui confitebuntur quidem se nosse Deum, sed factis negabunt, inuerecundeque peccabunt, qui merebuntur audire: Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Et propter istam rationem Chrysostomus Antichristum censuit vocatum a Domino abominationem desolatoriam, quia ingentem animarum multitudinem desolabi-

Apoc. 12. *Apoc. 13* *Psal. 123* *Ephe. 1* *Hier. 3. et Ezech. 16* *Chry. ho. 49. imper.*

tur, & perdet, cum illud, quod Salomon longe ante prædixerat, fuerit impletum: Tempus congregandi lapides & tempus dispergendi, congregati sunt lapides, cum infideles conuersi sunt ad fidem, tunc dispergentur, quando Christiani, qui ad ædificationem corporis Christi inutiles fuerint, foras proicientur. Futuram ergo dixit Christus in Ecclesia discessionem a Deo, non qualemcumque, sed eam, quæ desolatoria sit, id est, quæ funditus euertere conabitur religionem Christianam, quam significare voluit Ioannes per mulierem bestiæ insidentem, ac de vino prostitutionis eius omnes gentes potantem, in cuius fronte scriptum erat: Babylon magna mater fornicationum, & abominationum terræ, & mulier erat circumdata purpura, & auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens poculum aureum in manu sua plenum abominatione, & immunditia fornicationis eius, quæ ebria erat de sanguine Sanctorum. Babylon magna dicitur ob multitudinem reproborum, mater fornicationum, quæ docet perfidiam in hominibus, vt spreto vero, & viuo Deo, dæmonibus seruiatur. Mater fornicationum generatio illa, quæ pessimo exemplo corruptissimos post se reliquit imitatores. Titulum mali operis gerit in fronte, quia reprobi gloriantur cum malefecerint, quasi Sodoma prædicantes peccatum suum. Ciuitas impiorum bestia est, quam Ioannes vidit Apocalypsis vigesimo, libro duodecimo, capite quarto, numer. decimo quinto. Si autem tribulationum nomine mala intelligas, ac persecutiones tempore Antichristi futuras, quomodo tribulationes hæ æquales nusquam habuerunt? Peccatis hominum exigentibus vniuersus pœne orbis diluuij inundatione interiit, ciuitates cælesti incendio funditus sunt euersæ cum habitatoribus suis, bella, fames, terra aperta, quæ homines deglutiuit viuos simul cum tabernaculis suis, innumeræ hominum cædes, pestilentiæ, fames, terræmotus magni urbes innumeras inuaserunt. Quæ obsecro timeri possunt maiora? Peccata quomodo tunc maiora? Babylon mater fornicationum ebria de sanguine Sanctorum pœne totum orbem inuasit. Vnde Dominus ait: *Cum videritis abominationem &c.* quasi dicat, cum se manifestauerit, regnum enim Antichristi a temporibus Apostolorum cæpit, de quo Paulus adhuc viuens dixit, quod mysterium, etiamsi natus ille nondum fuisset, iam operaretur iniquitatis. Immo sicut regnum Christi, & ciuitas sancta Hierusalem exordium habuit in Abel, sic regnum Antichristi in Cain, & ciuitas Babylonis exordium habuit in illo, qui illius fuit conditor, propagata semper, & aucta vsque in finem sæculi perdurabit. Ciuitates duæ sunt in mundo variæ in exordio, progressu, & fine.

Eccl. 3.

Apoc. 17.

3

2. Thes. 2.

libro tertio, capite decimo septimo, per totum. Tempore Antichristi abominatio, modo mundum innumeris abominationibus plenum cernimus, non in hæreticis, Agarenis, Iudæis, infidelibus, sed & in fidelibus. Vbi omne hominum genus sceleribus scatet inenarrabilibus, quando a planta pedis vsque ad verticem non est in sanitas, id est, ab imo vsque ad summum omne caput languidum, & omne cor mœrens, id est, a Principibus vsque ad extremam plebem, a doctoribus vsque ad imperitum vulgus non est sanitas, sed omnes ad impietatem pari ardore consentiant, sicut vulgo dicimus, *desde el Rey hasta el sacristan, desde el Papa hasta el, que no tiene capa.* Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis. In quibus omnibus attributis idem significantibus criminum multitudinem, & grauitatem, in quibus iacebat populus, qui ut filius a Deo fuerat & enutritus lacte miserationum eius, & exaltatus multis beneficiis, qualia non fecisset alteri nationi, uoluit significare, in quibus viuerent Iudæi, & quibus modo impliciti sint Christiani delicatius enutriti, & amplius exaltati, libr. decimo quarto, capit. vndecimo. quod peccatis & peccatoribus mundus sit plenus, potissime numer. quarto, quinto, & decimo. Præterea si abominatio in loco sancto tunc videnda est, modo dilectus Dominicus Christianus Sacerdos, qui tantis titulis ad diligendum Deum esset adducendus, qui ideo dilectus vocatur, i. dignus, qui diligeret eum, a quo tanta reportauerat beneficia, in domo Dei facit scelera multa, quasi carnes sancte in- *Esa. 1.*
disposito illo auferre possint malitias eius. Et *Ezech. 8.*
sicut olim fodiens parietem templi Ezechiel vidit similitudinem reptilium, abominationem animalium, & vniuersa idola domus Israel depicta in parietibus templi, & septuaginta uiros thurificantes idolis, in ostio portæ mulieres erant plangentes mortem Adonidis amasij Veneris. Et quod maius omnibus his est, inter vestibulum, & altare, quasi viginti quinque viri dorsa habentes contra templum Domini adorabant ad ortum solis. Vbi uel innumera mala, quæ sunt in Ecclesia, significantur, vel in Ecclesiis, ubi tanta patrantur peccata, & a Sacerdotibus, & a plebe malo vsu Sacramentorum, sacrilegiis, detra- 4
ctionibus, &c. In Ecclesiis nihil iam spirituale meditantur homines, sed negocia ibi sunt, libr. quinto. capit. secundo. numer. tertio, usque ad octauum. Sacerdotes laicis peiores plus omnibus Ecclesiam persequuntur, libr. decimo sexto, cap. secundo. num, duodecimo, capit. tertio. numer. decimo, usque ad duodecimum. Angelus descendens e cælo ha- *Apoc. 20.*
bebat clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua. Et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus, & ligauit eum per mille annos, & misit eum in abyssum, & clausit,

& clausit, vt non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni, & post hoc oportet illum solui modico tempore. Si solutus modo diabolus non esset, qua ratione tantas daret hominum strages? Solutus seducit omnes gentes, quæ sunt in quatuor angulis terræ. Vt leo rugiens circuit modo quærens quem deuoret, scies quia modicum tempus habet. Modo de uino prostitutionis eius bibunt omnes gentes, quia vniuersus pœne orbis ebrius, furibunduque absque ratione perpetrat mala, quæ ebrij non sentiunt homines. lib. secundo. cap. decimo septimo. numer. secundo, tertio, & decimo tertio. lib. septimo. capit. secundo, numer. decimo octauo. Ebrij clamant: Vulnerauerunt me, & non dolui, &c. quando euigilabo, & rursum uina reperiam? *Prou.* Draco tunc cauda tertiam partem stellarum trahet in terram, utinam modo tertia parte stellarum in terram demissa quiesceret. Draco tunc capita habens septem peccatis coronabitur, modo coronata sunt hominum peccata, qui & lætantur, cum male fecerint, & non erubescunt, dum peccant, sed honorem se consecutos arbitrantur, qui decem mandata legis peccatis singulis impetunt, ut prosternant. Tribulatio, qualis non fuit vsque in hodiernum diem, neque fiet inquit. Mortuo Christo Domino immanissimæ in discipulos eius persecutiones, stupendi insurrexerunt fluctus, quando Iudæi, & gentes commune, & dirum bellum concitauerunt aduersus illos. In actis Apostolorum narrat Lucas Iudæorum furentem animum in primos credentes, & signanter in Apostolos, & Romę primũ in Petrum, & Paulum Nero, qui feritate bestias superaret, grauiter ferens, quod sacri Principes illius concubinam ad fidem traxissent, & quod nefarium eius thorum execrare tur illa, Petrum cruci affixit, & Paulum gladio necauit. A quorum tempore usque ad Syluestri Papæ tempora, quando Constantini Magni uirtute cæpit Christiana religio gaudere, decem pertulit grauissimas a Romanis Principibus persecutiones. Prima fuit sub Nerone, secunda sub Domitiano, tertia sub Traiano, quarta sub Marco Antonino, quinta sub Septimio Seuero, sexta sub Maximino, septima quæ sub Decio cæpit, sub Gallo, & Voluſiano perfecta est, octaua sub Valeriano, nona sub Aureliano, decima sub Diocletiano. In quorum temporibus Pontifices summi omnes, qui fuere triginta tres, martyrio coronati sunt. Et usque ad Diui Hieronymi tempora Martyres habuit Ecclesia millies mille millies (*un million*) octingentos triginta mil *Apoc. 12.*
lia. Quamuis enim Ecclesiæ datæ fuissent alæ, quibus fugiens draconis rabiem in desertum uolauit, tamen misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tamquam flumen, ut eam faceret trahi a flumine, quod licet efficere non ualuerit: Abiit facere prælium cum reliquis de semine eius. Diabolus inimicus infatigabilis, & terribilis, lib. secundo. cap. quinto. numer. vigesimo, vsque ad vigesimũ secundũ. quadragesimo tertio, & quadragesimo quarto. capit. sexto. numer. trigesimo. vsque ad trigesimum secundum. capit. octauo, numer. vigesimo octauo, & vigesimo nono. libr. tertio, capit. decimo. numer. nono. lib. quarto. capit. trigesimo tertio, nume. tertio, vsque ad quintum. capit. trigesimo quinto. numer. tertio, septimo, vsque ad nonum. Diabolus malleus est vniuersæ terræ. libr. secundo. cap. septimo. numer. decimo quarto, capit. octauo. num. nono, & decimo. Qui per ministerium malorum gerit bella sua. libr. secundo. capit. sexto, numer. vigesimo tertio, & trigesimo sexto, libr. quarto. capit. trigesimo primo, num. quarto, decimo quarto, & vigesimo tertio. capit. trigesimo sexto, numer. primo, octauo, vndecimo, decimo tertio, & decimo quarto. Diabolus in persecutione Ecclesiæ animas cupiebat iugulare, non corpora. lib. quarto. capit. trigesimo primo, numer. decimo tertio. capit. trigesimo sexto. numer. decimo tertio. Qui rigidas persecutiones in Sanctos mouet, libr. quarto, capit. trigesimo primo. num. decimo tertio, & decimo nono. Diabolus magis metuendus modo, dum fallit, quam olim, cum sæuiebat. ibidem numer. decimo octauo. Diabolus intelligendus est, quando Esaias virum nominat, qui conturbauit terram, concussit regna, & posuit orbem desertum. lib. quarto. cap. trigesimo tertio. numer. primo. tertio, & quarto, capit. trigesimo quarto, numer. primo, cap. trigesimo quinto. numer. vndecimo. Diabolus insiti currit, vt pretium sanguinis Christi repellat. lib. quarto, capit. trigesimo quinto, nume. tertio, capit. trigesimo septimo. numer. vndecimo. Ita est certe, experientia teste didicimus, & legimus, dæmonis sollicitudinem infatigabilem, innumera cernimus orbis peccata, ingentes ab orbe condito persecutiones, quas homines sunt passi. Et nihilominus adueniente Antichristo, nouissimis temporibus erit tribulatio omnium grauissima, ita vt obliuisci faciat priores omnes. Quoniam secundum temporum diuersitates acriter dæmon quosdam persequebatur, quia virtute pollebant, nocumenta inferebat temporalia, eorum diuitias, honores, vel vitam prodigis, sceleratos puniebat Deus homines grauiter, peccata inundabant in terra, quæ flagellis temporalibus vindicabat Deus. Sed temporibus Antichristi maiora venient mala. Vix vnus, aut alter reperietur, qui uirtutem colat, dum minis, terroribus, tormentis, pollicitationibus, diuitiarum collatione & virtutem deserent homines, & fidem. Sedebit Ecclesia *Thren. 2.*
tunc vidua domina gentium, princeps prouinciarum facta sub tributo, sedebit sola ciuitas plena populo, quia licet hominum numerus sit auctus, merita penitus deficient, multiplicabitur quidem gens, sed non magnificabitur lætitia, immo plorans plorauit in nocte illa Ecclesia, quia non est qui consoletur eam *Iob 41*
ex omnibus charis eius. Sternutatio dæmonis

ignis est. De ore eius lampades procedunt, sicut tædę ignis accensæ, de naribus eius procedit fumus, sicut ollæ succensæ, atque feruentis. Halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur. Reputabit quasi paleas ferrum, & quasi lignum putridum æs, in stipulam versi sunt ei lapides fundæ. Quasi stipulam æstimabit malleum, & deridebit vibrantem hastam. In quibus omnibus & dæmonis explicatur potentia, & quod omnis virtus humana pro nihilo a diabolo reputabitur, nec hominis comminationem vel potentiam
6 timet. Ne hostis tam potens vniuersum perderet orbem, quantumcumque is peccatis, bellis sit plenus, ligatus est ab Angelo, dum eius potentiam coercet Deus. libr. secundo. capit. octauo. num. trigesimo quinto, trigesimo sexto, trigesimo octauo, & quadragesimo secundo. Soluetur in fine sæculi, quantoque viderit mundum fini appropinquantem, acrius sęuiet. lib. quinto. cap. quinto. nume. nono. Si ergo Antichristi tempore dæmon tam potens solutus incedet, & ex altera parte vicinũ considerans orbis finem, certe tribulatio erit tunc ob vtramque hanc rationem, qualem mundus nusquam expertus est, quoniam persecutio illa, quia ultima erit, erit omnium maxima. libr. nono. cap. nono. numer. 45. Eritque in signis, & prodigiis mendacibus Antichristi persecutio, qualis nusquam lecta est, ac proinde periculosior, ibidem numer. quadragesimo quinto, vsq. ad quadragesimum septimum, & quinquagesimum quartum. Alij tunc sæuient uerbis, rationibus pugnabunt ut falsi prędicatores, Reges gradiis, ibidem num.
Dan.7. septuagesimo tertio. Quapropter cum Daniel vidisset quatuor bestias grandes ascendentes de mari, prima erat quasi leæna, & alas habebat aquilæ, secunda vrso similis erat, tertia quasi pardus. Diaboli dolositas, & crudelitas explicatur, dum ursо, & leoni comparatur. libr. quarto. cap. trigesimo primo. numer. decimo quarto, & decimo octauo. Diabolus leo est, cũ aperte sęuit, draco cum occulte insidiatur, sęuiente ipso opus est patientia, insidiante autẽ vigilantia. lib. quarto. capit. trigesimo primo. nume. decimo octauo, & vigesimo quinto. ca. trigesimo quinto. numer. quinto. In quibus tribus bestiis graues dæmonis persecutiones intelligit Hieronymus, quas pertulit, & patietur mundus vsque ad miseranda illa tempora. Sed dum bestiæ illæ peculiaria sortitę sunt nomina, significauit, tribulationes illas graues nomen habere, leo, ursus, pardus, aliæ crudelitatem resonabant, aliæ insidiis, & dolis exercebatur, multiplicesque fraudes pardo comparabantur. At cum de quarta loqueretur bestia, subdit. Post hæc aspiciebam in visione noctis, & ecce bestia quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis. Dentes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans. Dissimilis autem erat cæteris bestiis, quas videram ante eam. Hęc vltima bestia nonne caret, quia

eius mala dici non possunt, vt quidquid ferocius dixeris, hoc intelligas. Immo cum omnia crudelitatis genera ad memoriam reuocaueris, & quæ pro varietate temporum pertulit mundus, illa erunt & anteactis maiora, & cogitationibus minime comprehensa. Sed quod in re hac & mirandum, & timendum est amplius, illud est, quod persecutio tam dira credetur a plurimis ingens Dei beneficium, & misericordia ad animarum salutem concessa. Signaque mendacia ad decipiendos homines permissa, data ad eorum salutem credent. Propterea ait Matthæus: *Cum videritis abominationem, &c.* Qui legit, intelligat rem esse, quam cernit, magni periculi. In quo insinuat abominationem illam tam latenter irrepturam, ut nullus nisi attentus, & uigilans, & cui sol illuxerit iustitiæ, illam cognoscere possit. Adhæsit cutis eorum ossibus, quod Hieremias lamentabatur accidisse in Babylonica captiuitate, verius tunc implebitur, ait Gregorius, cum tanta hominum multitudo infirmitatẽ credet esse fortitudinem, & iram vocabit benignitatem, & uitium uirtutem reputabit, & quod grauiter flendum est, Antichristum credet Christum, diuinasque promissiones tunc impletas, cum ingentia, quæ diximus, venerint mala, eruntque diaboli ossa sicut fistulæ æris, *chirimias*, quia delectando perdet, & cartilago eius quasi laminæ ferreæ, ossibus enim assimilantur cartilagines, & non sunt; Sic dum bona apparent, quæ mala sunt, quasi lamina ferrea homines comprimit, & necat. Et eum denigrata fuerit Antichristi facies super carbones, credentur sui ministri, & ille candidiores niue, rubicundiores ebore antiquo, & saphyro pulchriores. Tantum malum illi soli euadent, quibus Deus reuelauerit faciem indumenti eius, & portas vultus eius aperuerit, vt latentia agnoscat mala sub fictis miraculis latentia. Tunc abominatio erit in loco sancto, quando locis sacris, exercitiis sacris abominanda miscebuntur, loca Deo consecrata maiorem patientur irreuerentiam, maioribus abundabunt turpitudinibus, quam illæ fuerint, quæ tempore Antiochi in Hierosolymitano templo sunt visæ, quando templum plenum erat illicitis, & scortantium cum meretricibus, sanctorum reliquiæ, sacra Eucharistia, sacræ Sanctorum imagines, sacra altaria, sancti ministri funditus peribunt in plerisque. Et licet per abominationem desolationis secundum mentem Hieronymi, & Chrysostomi, Dominus intellexerit statuam, quam subuerso Hierosolymitano templo Romani posuerunt nomine Hadriani Imperatoris, & idolum Iouis, tamen idem Chrysostomus in imperfecto abominationem desolationis uocauit Antichristum, qui innumeros desolabitur & deficiet iuge sacrificium altaris. Et Irenæus contra hæreses hæc omnia refert ad Antichristi tempora, quem uocat abominationem desolationis, quem credit in templo Hierosolymitano sessurum adorandum, iuxta

Thren. 4. Greg. 35. mor. c. 17.

Iob. Aug. in sol. loq.

2. Mach. 3

Ho. 49. imperf. Dan.

illud

2. Thes. 2. Dan. 9. illud Pauli: Ita vt in templo Dei sedeat ostẽdens semetipsum, tamquam sit Deus. Tunc qui legit intelligat prophetiam Danielis impletam. Sic olim in Iudaico templo ædificauit
1. Mach. Antiochus abominandum idolum desolationis super altare Dei, sic tunc erit in Ecclesia. Et qui legit intelligat, ne illi, qui tunc vixerit, id accidat cum Antichristo, quod Iudæis accidit cum Christo, qui dum ipsum non cognouerint Messiã contumelijs affectum turpiter necauerunt, turpiter adhærentes illi, vt Christo, qui cum re uera Antichristus esset, non fuit talis cognitus ab eis, quorum insipiens cor multitudine scelerum obscuratũ
7 est. Prædicit autem Dominus calamitatem hanc multo antequam veniat. Mos enim
Genes. 41. Domini est, pœnam prædicere, vt caueant homines a peccato. In Genesi prædicit Deus futuram famem Aegypti, vt sibi prouideant.
Exod. 7. Quod sæpius facere solet, vt homines fugiant a facie arcus. Vnde in Exodo dixit Dominus ad Moysen: Aaron frater tuus erit Propheta tuus. Numquid non est Deus sine Prophera? Non solet Dominus aliquẽ punire, nisi prius
Exod. 9. per Prophetam punitionis admoneat, & deterreat. Sic vt resipisceret Pharao dicebat Moyses plagas illaturus: Cras faciet Dominus hoc, aut illud. Cras pluam grandinem multam. Mitte ergo iam nunc, & congrega iumenta, & omnia, quæ habes in agro. Hæc Dei benignitas, & quod antequam sæuiat, monet inimicos flagella sua vitare. Sed ne tantorum malorũ metu desperent homines, docet continuo, qua ratione tãtis malis prouidendũ sit dicẽs: *Tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes.* Nouit Dominus iustos auferre prius cum mala mundo, vel ciuitati alicui est illaturus. Sic cum Abrahæ mala seminis sui
Genes. 15. ostendisset Deus, dixit: Tu vades ad patres tuos integer, vt libere furor Dei debacchetur
Genes. 19. in perditos. Sic & Angelus dixit ad Loth, cum ad incendium vrbium properaret: Egredere, quoniam nisi egressus fueris, quidquam
Esai. 57. facere non possum: fuge in montes, & veniẽt Sodomæ mala. Vnde aiebat Esaias: Iustus perijt, & non est, qui recogitet in corde suo, & viri misericordes congregantur ad populum suum, & non est qui intelligat, quia propter malum mundo venturum congregatur
Esai. 11. iustus ad patres suos. Fugite in montes, ne in campestribus turris ædificetur, vbi lintes. Et delectabitur infans ab vbere super foramine aspidis, &c. id est, paruulus malitia dæmonem fugauit. Non nocebunt, & non occident in vniuerso sancto monte meo. i. nocere & occidere nequaquã poterũt venenata animalia eis, qui habitauerint in sancto monte Dei. Fugite in montes, celeriter currite, ne steteritis in via. Sint mõtes excelsi ceruis,
Psalm. 103. Psal. 17 alta virtutum ambientes, & qui alta conscendere non potuerint, sit Christus petra refugium hirnacijs, id est, peccatoribus, & leporibus timidis, qui montiũ cacumina transcendere non audent. Tu, si potueris, postulata vt perficiat Deus pedes tuos, tamquam ceruorum, & super excelsa te statuat. Aduentante tempore illo pessimo, & diebus malis vir prudens sedeat solitarius, & taceat. Audiat Angelum alloquentẽ homines egressum suadens a Babylonia: Exite de illa populus meus, vt ne participes sitis delictorũ eius, & de plagis eius non accipiatis, quoniam peruenerunt peccata eius vsque ad cælum, & recordatus est Dominus iniquitatum eius ad perdendum eam. Si venturum est tempus, in quo tollat Angelus fortis lapidẽ molarem magnum, & mittat in mare dicens: Hoc impetu mittetur Babylon, & vltra iam non inuenietur consilium eius, qui supra modum nos diligit, illud est, vt relicta Babylonia fugiamus in montes, vbi audire possimus Angelum dicentem: Exulta super eam cælum, & sancti Apostoli, & Prophetæ quoniam iudicauit Dominus iudicium vestrum de ea. Cum miseranda calamitas vrbes Iudææ, & sanctam ciuitatem inuasisset, fugit tempore impij Antiochi sanctus Matatias cũ suis in montes, vbi fęno pascebantur, ne participes fierent coinquinationis. Quando feruentior Antichristi persecutio ingruerit, tũc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes malorum instantium occasiones fugientes, ne cum hoc mundo damnentur. Postula a Deo, vt det tibi columbæ pennas, quibus volando requiescas. Si in montes fugeris (ait Basilius) Iudæa relicta factus sicut passer solitarius dicere poterit, quod a laqueo venantium sit liberatus. De laudibus deserti agitur, libr. 8 quarto, cap. primo, per totum. Et quod peccati occasiones sunt deserendæ, quod facimus, dum malorum derelinquimus societatem, lib. secundo, cap. decimo nono, numer. quarto, lib. vndecimo, cap. quinto, num. tertio, vsque ad octauum, decimo vsque ad decimum tertium, cap. duodecimo, num. quinto, & sexto. A peccatis tribus modis conseruat Deus, occasionis subtractione, resistendi data virtute, affectionis sanitate, libr. secundo, cap. decimo tertio, num. vigesimo tertio, lib. quarto, cap. septimo, numer. trigesimo, lib. decimo quarto, capit. vigesimo secundo, numer. sexto. Fugiant in montes sęuiente ira Dei, recedite de medio impiorum, quorum causa ira venit. Sic cum Dominus Moysi dixisset primogenitorum necem illa nocte secuturã, ille dixit populo: Nullus vestrum egrediatur ostium domus suæ vsque ad mane. Periculosum enim valde est malis se immiscere, quando eorum Dominus peccata castigat. Sic & Moyses, cum cognouisset, quæ euentura essent mala Chore, Datã, & Abiron, dixit ad turbam: Recedite a tabernaculis impiorum, ne inuoluamini in peccatis eorum. In his etiam verbis exaggerare voluit atrocitatem malorum, quæ tunc essent homines constructura, ac significare tanta, ac talia tunc fore orbis mala, vt frustra quis putet se illis resistere

Apoc. 18.

1. Mach.

Basil. epist. ad Chilonem.

Exod. 12.

Num. 16.

stere posse, aut speret illa mutanda, aut mitiganda, sed omnium rerum dispendio optare quisque debeat, se vel nudum fuga elabi posse, omnemque eum, qui sibi bene consulere volet, omnibus modis id agere debere, vt summa cum festinatione derelinquat Iudęam, ne communibus inuoluatur malis. Et qui in tecto non descendat tollere aliquid de domo sua, & qui in agro non reuertatur tollere tunicam suam, id est, inualescente persecutione Antichristi, qui in tecto est, id est, conuersatione eleuatus, & excelsior per vitam fuerit effectus, non descendat, vt tollat curas rerum terrenarum, quas sub se reliquerat. Qui in tecto est, iam terrena contemnere didicit, non amplius descendat, sed semper cælum aspiciat. Et qui in agro, id est, qui in congregatione iustorum, non reuertatur tollere tunicam suam, id est, veterem hominem cum actibus suis, sed dicat: Exui me tunica mea, quomodo induar illa? Indutus nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in sanctitate veritatis, exuto isto non induat veterem hominem cum actibus suis, quo mudatus iam fuit. Qui in agro est, & manum aratro imposuit, non respiciat retro, ne indignus fiat cælo. Retro respicere non debet, qui malum dereliquit, lib. secundo, ca. tertio, numer. decimo quarto, cap. octauo, nume. 40. & 41. cap. 11. nume. 41. lib. quarto, cap. secundo, num. tertio, lib. nono, cap. vigesimo secundo, nu. 1. 4. 6. 7. 11. 17. 19. 20. 24. 29. & 35. *Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus*, id est, ijs qui carnalibus rebus intenti sunt, qui imperfecti lactis participes sunt, & solido cibo non vescuntur, qui exercitatos nondum habent sensus ad discretionem boni, & mali. Prægnantes animæ sunt, quæ habēt spem in sæculo, quæ autem, quæ desiderauerant temporalia, consecutæ sunt, nutrientes dicuntur. Dicit ergo: Væ his, qui spem habent in sæculo, væ his, qui hærent his rebus, quas pepererunt. Vel secundum Chrysostomum, *Væ prægnantibus*, id est, imperfectis in fide, qui velut paruuli circumferentur omni vento doctrinæ ad propriam ipsorum perditionem. Vel certe prægnantes dicuntur animæ illæ, quę virtutis propositum concipiunt frequenter, nec tamen pariunt, quia licet venerint filij vsque ad partum, virtus pariendi non fuit. Filijs Ephraim similes intendentes, & mittentes arcum, conuersi autem fugiunt in die belli, & Iudæis qui tam facile aiebat: Quæcumq. præceperit Dominus, quidquid illud sit, quantumuis difficile, & tamen cunctorum, quę promiserant obliti, operabantur mala. Concipiunt, & statim pariunt viri perfecti, alij concipiunt, & numquam pariunt, lib. tertio, cap. vigesimo primo. num. secundo, tertio, septimo, vndecimo, & duodecimo. Virtus in exordijs facile exterminatur, li. secundo, cap. octauo, num. octauo, lib. nono, cap. 24. numer. 2. 5. & 6. lib. decimo octauo, c. decimo tertio, numer. secundo, & quarto. Cum virtus roboratur in anima, deponitur homo a lacte, lib. nono, cap. vigesimo secundo, num. secundo. In virtute varij gradus similes sunt ætati hominum, lib. nono, capit. vigesimo secundo, numer. 18. lib. 18. cap. decimo, nume. 28. cap. duodecimo, numer. secundo, vsque ad 4. 23. & 24. cap. decimo tertio, num. quarto. *Orate vt non fiat fuga vestra hyeme, vel Sabbato.* Basilius hyemem vocat, quoties carnis affectus imperium obtinent in nobis: Vult ergo dicere: Ora, ne tunc accidat fuga, cum deteriora in nobis dominantur, aut cum per inertiam vitam nostram traducimus, quam significat nomine Sabbati, lib. vndecimo, ca. 12. numer. 25. Carnem pascit sterilem, & viduæ bene non facit, qui anima relicta in illius desiderijs implendis versatur, libr. secundo, capit. decimo septimo, num. vigesimo tertio. Carnis seruitio obnoxius esse non debet homo, sed carnis uti ministerio, lib. tertio, cap. primo, numer. decimo tertio, & quadragesimo septimo, lib. tertio, cap. nono, num. quadragesimo sexto. Carni qui subijcitur, multa mala patitur, lib. tertio, cap. primo, nume. 21. & 59. Vel secundum Hilarium: *Orate, &c.* ne in peccatorum frigore, aut otio bonorum operum reperiamur. Otiosi animam implent rubigine miseriores omnibus creaturis libr. decimo tertio, cap. duodecimo, numer. decimo. & vndecimo, decimo octauo, vsque ad vigesimum. Si istis væ dicit Christus, miseriamq. horum deplorat, quod otio vacent, quod viui hominis sepulturam vocauerit gentilis quidam, quibus lacrymis plorandi sumus nos, qui & a bonis operibus quiescimus, quasi in Sabbato, vt operari renuamus, & insuper lassati in via iniquitatis innumeris implicatur malis, qui cursor leuis explicans vias suas in desiderio animæ suæ tam potenter attraxerit ventum amoris sui, vt nullus eum a cursu reuocare potuerit? Væ potius his, qui trahunt iniquitatem in funiculis vanitatis, & in vinculis plaustri peccatum, qui bestijs similes, immo peiores plaustrum portant eius immenso onere grauati, ita vt corruptæ sint, & putruerint cicatrices a facie tantæ insipientiæ in homine cordato, & qui viam mandatorum Dei curr ere debuisset, nec otio torpere, veloces habēt pedes ad effundendum sanguinem, in cuius vijs contritio, & infelicitas exspectanda est: Sit tibi Sabbatum, ne onera feras peccati, sed fuga non fiat, mala non accidat, Antichristus non veniat, cum bonorum operum otio torpueris. Otiosus dicitur, qui opus Dei non operatur, qui autem malum facit, mortuus est dicendus potius, quam otiosus, lib. 13. cap. 12. num. 8. & 9.

9 Basil. super initium Esa.

Aug. in Psal. 95.

Sap. 1.

Esai.

Psal. 37.

10 *Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, &c.* Aduerte quomodo omnia seruant electis. Breuiat dies malos, etsi peccatores hac misericordia sint indigni, nō propter illos, sed propter electos. Vnde impiorum patescit insania, qui eos persequuntur, a quibus tanta reportant commoda, & quorum

rum societas tam est sibi vtilis. Sic Gerari, barbari cum essent, Isaac rogauerunt, quem expulerant ciuitate sua, vt rediret, vt his bonis potirentur, quæ experti fuerant amisisse recedente illo. Iusti in causa sunt, vt Deus multitudini parcat, lib. quarto, cap. tertio, numer. decimo, lib. quinto, cap. quarto, numer. secundo, quarto, quinto, & octauo, cap. octauo, numer. quarto, vsque ad 6. 9. 13. & decimum quintum.

11 *Vbicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.* Iustos comparauit aquilæ eo quod hæc regale sit animal, visus acutissimi, celerisq. ac sublimis volatus, quo intelligeremus eos demum ad ipsum congregandos, qui regio animo voluptatibus imperarent, & terrenis rebus despectis in cælestibus conuersantur, ac tales agilitate sui corporis, qua donabuntur facile ad ipsum subuehendos in cælum. Ex quo loco Hilarius colligit iudicium in valle Iosaphat futurum, vt vbi Christi corpus sepultum fuit, ibi congregabuntur aquilæ Sancti, scilicet. Iusti aquilæ comparantur, lib. secundo, capit. decimo sexto, numer. quadragesimo, vsque ad quadragesimum secundum. Vt aquilæ pergent iusti obuiā Christo in aera, quem impij, vt rei expectabunt in terra, lib. nono, cap. nono, numer. decimo septimo, decimo octauo, & vigesimo, per totum hoc caput nonū, lib. nono de vltimo agitur iudicio. De qua re diximus multa Dominica prima aduentus.

ANNOTATIONVM
IN EVANGELIA DE TEMPORE
FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN FESTO S. ANDREAE APOSTOLI

ANNOTATIONES.

EVANGELIVM.

Ambulans Iesus iuxta mare Galileæ vidit duos fratres. Matth. 4.

In festo S. Andreæ. 1

DE Apostolis,& eorũ laudibus disseritur, lib. 1.c. 23.per totum, & li-3.ca. 19.num.13. vsque ad 15. Apostoli parturiẽtibus ceruis, quibus Deus astat, optimè comparantur,lib.4.cap.32.nu.3.docetur,ꝙ Apostoli gentes conuertentes,adoratum vitulum comminuerunt,& in se conuerterunt. Apostoli puer paruus, de quo scriptũ est,Puer paruus minabit eos,lib.5.cap.3.nu.7. qui Ecclesiam tutati sũt a Diaboli insidijs, & malis,lib.5.cap.4.num.5.ipsíque tam immaniter persecuti a tyrannis;eorum animos labefactare non valuerunt, lib.9.cap.20.nu.4. qui candelabro, quod erat in altari comparãtur, lib.9.ca.21.num.1.Hi piscatores dicũtur, qui deprędati sunt mare huius mundi,spolia draconis tollentes,lib.11.cap.12. nu.20.& nu.40. docetur,quod a mundo relicti,tanquam indigni in duces assumpti sunt a vero Dauid contra Amalech.Apostoli patientes gloriabãtur, Sancti autem veteris testamenti patiẽtes dolebant,lib.14.cap.1.nu.6. Apostoli principes sunt,qui prævenerunt,vt populi sequerentur, lib.14.ca.25.§.2.num.46. vide etiam plura de Apostolis,lib.14.ca.26. num.29.cap.29.nu.8. lib.16.cap.12. num.12.14.15.& 44.lib.18.cap. 2.num. 27. 28.31. &33.& 34. lib. 18. cap. 10. num.1. Multa, quæ huic Euangelio facilè adaptari possunt, tractantur Dominica 3. post octauas Epiphaniæ,& Dominica 4. post Pentecostem,lib. etiam 4. cap. 2. num.3.cap. 4.num. 12. & 17. lib. 11. cap.12. num.20. lib. 12.cap. 3. num.12. lib.14. cap. 29. num. 6. lib. 15. cap. 2. num. 13.lib. 16. cap.10. num. 38.lib.18.cap.2.num. 24.& 25. cap. 10. nu. 26. cap.17.num.4.

2 Antequam Sacri Euangelij prædicationem Dominus Iesus aggrederetur,vt fælicissimis auspicijs hominum educatio exordium haberet baptizato Iesu & orante cæli aperti sunt, super eum in columbæ specie Spiritus sanctus visus est,paternaque vox audita fuit, quæ illius sanctitatem commendauit,in desertum secessit,& solitudinem inhabitans,quadraginta diebus,& noctibus ieiunus permansit,agẽs cum feris,& cum Angelis,vt Patri hominum negocium ingens cõmendaret, & inde egressus itineris socios,prædicationis comites,doctrinæ coadiutores habere voluit, vt sicut in nouissimis temporibus sedens in sede maiestatis sedere decreuerat cum Senatoribus ter- *Prou. 31.*
ræ : ita etiam cum sedens in throno gratiæ, misericordiã hominibus exhibiturus ad prædicationem accingebatur,veniens iuxta mare Galilææ quatuor Apostolos vocauit,Simonem,& Andream fratrem, & Iacobum maiorem,& Ioannem etiam fratres, qui quadriga esset mirabilis,ait Hieron. qua homines ve- *Hieronym.*
herentur in æthera,non vnus,vt quõdã Elias, *Marci 1.*
qui in igneo curru in Paradisum terrestrem translatus est,vt secundum Domini præcederet aduentum ; nondum diuina visione consolatus , sed magna hominum multitudo promiscui sexus,quæ horum & doctrina miraculis,mirandis exemplis,& incredibili passionũ tolerantia in cælum eleuata est , Esaias retulit, quod indignatus Dominus aduersus eos, qui eius maximis beneficijs fuissent abusi, & amicis beneficus, & inimicis durus exactor futurus esset,inquiẽs.Et cognoscetur ma- *Esa. 66.*
nus Domini seruis eius,& indignabitur inimicis suis.Quia ecce Dominus in igne veniet,& quasi turbo quadriga eius reddere in indignationem furorem suum, & increpationem suam in flamma ignis. Id suadebat propheta, *Malac. 4.*
quod in nouissimis tẽporibus,cum ad iudicãdum orbẽ Dominus aduenirer,dies illa succẽsa foret,quasi caminus,quoniam ignis succendetur , ut ait Hieremias , in furore Domi- *Hiere. 15.*
ni , & super uos ardebit , & quasi turbo quadriga eius , quia veniet tunc triumphaturus , & aduersarios debellaturus, & dispersurus , sicut turbo omnia dispergit. Vel quadrigas vocat virtutes Angelicas in quibus sedet, quæ venient sicut turbo, vt re-

probos omnes subruant. Sicut ergo in die vindictæ ministerio vtens Angelorum in illis velut in quadrigis Dominus sedens disperget, & debellabit impios; ita in primo aduentu, in quo ascendit Deus super nubem leuem, carnem assumens, hanc mirabilem quadrigam continuò uocauit miranda uirtute, in qua & Dominus sederet, & homines in cælum eleuarentur, vt Dei quadrigę essent salnatio, id est ad saluandos homines datæ, quas teste Hieronymo, in spiritu prophetico fuerat contemplatus Zacharias, cum dixit, leuaui oculos meos, & vidi, & ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium, &c. & in quadriga quarta equi varij, & fortes; & infra. Qui autem erant robustissimi exierunt, & quærebant ire, & discurrere per omnem terram. Et dixit ite, & perambulate terram, & perambulauerunt terram. Hi Apostoli missi sunt in vniuersum orbem, vt explerent Domini voluntatem. Et qui egrediuntur in terram Aquilonis, requiescere fecerunt spiritum meum in terra Aquilonis, quia scilicet Diaboli regna durissima Apostolica prædicatione subuersa sunt. Quatuor ergo Apostoli primum a Domino iuxta mare Galilææ vocati prima quadriga sunt, primique quatuor Ecclesiæ Catholicæ anguli. His quatuor litteris Hebraicis, id est tetragrammaton nomen Domini agnoscitur a nobis. Simon obediens, Andreas virilis, Iacobus supplantans, Ioannes gratia (hæc enim horum nominum est interpretatio) sunt quibus in agmen Domini iungimur. Obedientia, vt audiamus, virilitate, vt pugnemus, supplantatione, vt perseueremus, gratia, vt conseruemur nobis opus est.

Esa. 19. *Abac. 3.* *Zach. 6.* *Hieronym.* *Hier. ubi supra.* *Marci 1.*

3 Considerare etiam oportet, antequam ad Euangelij expositionem veniamus, quod expleta tentatione, quam in eremo pertulit Iesus, vt sanctæ prædicationi initium daret Capharnaum ciuitatē Galilææ maritimā ingressus est in finibus Zabulon, & Nephthalim, vt adimpleretur, inquit Matthæus, quod dictum est per Isaiam prophetam terra Zabulon, & terra Nephthalim. Via maris trās Iordanem Galilææ gentium populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, & sedentibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis, id est illis, qui licet peccatis essent inuoluti; nōdum de vita ista egressi sunt his verbum prędicationis illuxit, clamante Domino pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Hæc gratia noui testamenti fuit, quod venit Iesus saluos facere eos, qui perierant, quando illi propria salute neglecta explendis proprijs concupiscentijs intenti erant tenebris habentes obscuratum rationis iudicium. Quondam dum mala in quæ ceciderat regius vates cogitaret gratiæ donum, quo peccās exciderat animaduerteret, clamabat, Domine exaudi orationē meā, &c. Quia persecutus est inimicus animam meam humiliauit in terra vitam meam, collocauit me in obscuris, sicut mortuos sæculi, & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatū est cor meum, memor fui dierum antiquorū; meditatus sum in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarum meditabar; expādi manus meas ad te, anima mea sicut terra sine aqua tibi; Velociter exaudi me Domine, defecit spiritus meus, &c. Eripe me de inimicis meis Domine ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam. Qui talia precabatur, qui tam anxie propriam animaduertens miseriā remedium postulabat, dignus certè, qui audiret, & fiducia plenus spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, propter nomen tuum Domine viuificabis me, &c. educes de tribulatione animam meā, & in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos, &c. quoniam ego seruus tuus sum. Agnouerat Dauid, quod sæuitia inimici illi subiectus cōstitutus est in obscuris, id est in tenebris, & horroribus internis tentationum & multitudine, & grauitate conscientia obtenebrata, spiritus lumen obnubilatum fuit. Spiritus meus intra me, factus est timore anxius sibi metuens, ne fortè obscuritatibus eiusmodi inuolutus pereat in mortem. Cū verò ita me cōturbarent cogitationes meæ non desperabā, sed in memoriā reduxi sæcula præterita, quomodo sem per Deus humilibus, & pœnitentibus propitius miserator: impijs verò seuerus vltor extiteris. Ex his verò spe concepta, animā meā, quæ ad te sitit aqua gratiæ, & consolationis tuæ percupiens humectari, ad te expandi. Festina Domine ad seruū tuū, iam enim in proximo est, vt deficiat spiritus meus, nisi præsentissimum mihi tuum adsit auxilium. Si adhuc faciē tuā auertas a me, similis ero descendētibus in lacū mortis, & inferni, & vnus ero de numero illorū. Tu me doce interno tuo magisterio, vt in omnibus voluntati tuæ obediā. Tu enim es Deus meus, cui me parere in omnibus æquissimum est. Qui hæc fatebatur de Deo quidem mirifica de se autē vilia, qui diuinæ misericordię tantā miseriā copulabat anxius, vt eam in propria necessitate experiretur. Audiet certè, qui talis est spiritus tuus bonus, a quo omnis bonitas procedit, ipse mihi dux erit, & ducet per viā rectā, & bonam. Educes de tribulatione animam meam. i. liberam, & saluā facies animā meā, fugabisq. oēs, qui mihi quærebant mala. Quando olim viri multa sollicitudine Deū interpellabāt in necessitatibus adiutorem eū reperiebant in tribulationibus, at cum malorū, quæ patiebātur erant obliti prophetas audiebant comminātes, & Deum flagellantem. At cum eremum deserens Capharnaum ingreditur ad pœnitentiā prouocat desides, & eos, qui peccatis deditī audire merebātur exprobrante Dominū, væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida, &c. & tu Capharnaū vsque ad cælū exaltata, vsque in infernū descēdes, quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, fortè māsissent vsque ad hanc diē. Veruntamen, dico vobis, quia terrę Sodomorū remissius erit in die iudicij, quam tibi. Sedebat in regione vmbræ mortis

Titabo. *Matth. 11.*

mortis Capharnaū cum primum Dominus illi cœpit benefacere, postquam autē virtutis miraculis doctrina, & exēplis Saluatoris, & suorum vsque ad cælum fuerat exaltata vsq; ad infernum, & per ingratitudinem, & per alia peccata descendit, & tamen a benefaciendo non destitit Deus: homo de quo scriptū retulit Euangelista, calamū quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet. i. cunctis erit placabilis, & veniam dabit peccatoribus, & linū fumigans, &c. i. eos qui vicini erāt extinctioni Domini clementia seruabuntur, licet multitudine criminum ita fumigent, vt ignem diuinæ indignationis facillimè possint, & debeant experiri. Et alibi. Quomodo dabo te Ephrain? protegam te Israel. Quomodo dabo te? Sicut Adama ponam te, ut Seboin. Septuaginta interpretes verterunt. Quid faciam tibi Ephrain, protegam te Israel? quasi dicat, quomodo te meo auxilio denudabo? Quid tibi faciam? Qua te arte corripiam? Quo potero sanare medicamine? sicut Adama, & Seboin ponam te, quæ duæ sunt quinque vrbium, de quibus Genes. 19. narrat historia, quod a Domino igne succensæ sunt. Ponam itaque, & uertam te in solitudinem, & delebo usque ad cineres, & fauillas sicut deleui Adama, & Seboin. Cumque terribilem sententiam protulisset, rursus parentis affectu misericordia uincitur, & austeritatem Iudicis pietate mitigat patris. Dicit enim. Conuersum est in me cor meum, pariter conturbata est pœnitudo mea; statim vt locutus sum me Ephrain, & Israel sicut Adama, & Seboin positurum, mea commota sunt viscera, pœnituit me (more hominum loquens) meum quondam populum delere in perpetuum; idcirco non faciam secundum furorem iracundiæ meæ, nec de mea clementia commutabo, quoniam Deus ego, & non homo. Homo ad hoc punit, ut perdat, Deus ad hoc corripit, ut emendet. Et Augustinus in psalmum 101. nomine Christi dictum intelligit. In quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam. Perpende, inquit, amorem Dei, qui noluit dicere, quoniam tribulor, sed in quacunque die tribulor, id est tribulatio mea per singulos dies protenditur. Tribularis tu hodie, ego tribulor, tribulatur alius crastino, ego tribulor, ego tribulor vsque ad finem sæculi, ait Christus, quicunque in meo corpore tribulatur, & ego tribulor, & ossa mea sicut cremium aruerunt, Augustinus legit, velut in frixorio confrixa sunt. Stupendus amor, Iesus dicitur, in sartagine frigi, quando nobis euenīunt mala. Et ita qui hominum malis ita cruciabatur solitudine derelicta, in qua anima illa sancta vehementer delectabatur venit in Capharnaum, vt animarum mederetur languoribus, & iuxta mare ambulans Galilææ Matthęum vocauit, & Zacchæum peccatorum, & publicanorum principes. Christus aquila, &c. lib. 3. cap. 9.

Hiero. li. 12. in Esa. 42. *Hieronym. in Osæ 11. ca.* *Genes. 19.* *Aug. in psal. 101.*

num. 44. Christum persequitur, qui Ecclesiam persequitur, lib. 3. cap. 12. num. 15. cap. 15. num. 20. & 21. Christi misericordia ingens, qua sua vocauit delicta, quæ nostra erant, lib. 4. cap. 7. num. 22. qui sponsus dicitur, & agnus, vt amorem nobis ostendat, ibidem num. 27. Christi misericordia ostenditur cum vnctus venit ad nos, lib. 4. cap. 7. numer. 15. cap. 9. num. 15. Christus dicitur pati, quando nos patimur, &c. lib. 16. cap. 4. num. 31. Christi incarnatio lac, & mel dedit, vt lacte miraculorū, & melle doctrinæ nutriretur homo, lib. 18. cap. 3. num. 5. Deo quasi contra naturam videtur hominem perdere, lib. 4. cap. 7. num. 6. 13. vsque ad 15. & 17. cap. 8. num. 9. & 10. cap. 9. num. 3. & 10. cap. 12. num. 1. & 5. Dei misericordia tam continua est in homines, sicut protectio terræ a cælo, lib. 4. cap. 7. num. 24. lib. 4. cap. 8. per totum differitur de misericordia, qua Deus expectat peccantes, & quod hoc dono abutuntur mali, & cap. 9. quod quia in hoc seculo mitis vult haberi exhibet plura, & potiora opera misericordiæ, quàm iustitiæ. Deus etiam non quæsitus non quæsiuit, quomodo non aderit eum quærentibus, lib. 4. cap. 16. num. 13. Misericordia Dei ineffabilis, & ingens, lib. 4. cap. 7. num. 5. 7. 8. 14. & 24. cap. 9. num. 11. cap. 10. num. 11. lib. 9. ca. 23. num. 9. usque ad 11. Misericordia Dei & præuenit homines, & subsequitur, lib. 4. cap. 7. num. 27. Misericordia Dei grādis, quod offensus nos rogat, lib. 4. cap. 10. num. 4. 5. 7. 10. & 12. Misericordia Dei in infinitum superat criminum magnitudinem, lib. 14. ca. 23. num. 6. Peccatorum remissionem prædicat nunc Deus, non parciturus postea contemnēti, lib. 14. ca 23. nu. 23. 27. & 28. Egressus ergo 5
Iesus a deserto pœnitentiā prædicat, & insuper Apostolos vocat, & discipulos, vt ministerio intenti sint, & saluti proximorum, vt vocent ad nuptias cæcos debiles, & pauperes exireque iubentur, vt agni inter lupos. Vnde eorum nomine aiebat Paulus, omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit *2. Cor. 5.*
sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis, quoniam quidem Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi non reputans illis delictum ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Vnde sicut optimè adnotauit Origen. cum per Hie- *Orig. ho. 12. in Hierem. cap. 16.*
remiam promisisset Deus orbi piscatores multos, qui homines piscarentur, Apostolos promisit, qui animas liberarent e mari, & ex acerbissimis fluctibus, & ad auram perducerent liberiorem. Vt sicut pisces ab aquis egressi continuò moriuntur, sic & homines extracti sacro Verbi hamo perirent mundo uiueret autem Deo, ut semel liberati a fluctibus, iam non quærerent profundum, sed in montibus esset conuersatio eorum, vt iam non indigerent pi-

scatore, sed venatore, de quo subditur; & post hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte. Quod in morte futurum dicit Origen. in qua non rapientur in cælum, qui in monte reperti
6 non fuerint. Vnde Tertullianus Apostolos vocat duodecim fluuios, quibus terræ ariditas riganda esset. Duodecim lapides preciosi, qui in veste Sacerdotali Aaron positi erant, quibus Ecclesia condecoraretur vestis Christi. Duodecim lapides ab alueo Iordanis extracti, a uero Iosue Christo domino, &c. Et ita Bernard. Serm. 3. Petri, & Pauli, de Apostolis scriptum retulit; Eccles. 44. Hi sunt viri misericordiæ, quorum iustitiæ oblivionem non acceperunt, cum semine eorum permanent bona. Quos viros misericordiæ vocatos censuit non solum, quia misericordiã consecuti sunt ad tantam dignitatem euecti; nec quia misericordia pleni essent, sed maxime, quia misericorditer a Deo nobis donati sũt, pro nobis facit eorũ vita, doctrina, mors. Cum quorum semine permanent bona, vsque hodie enim permanent in nobis Apostolorum vestigia, eo quod per Euãgeliũ ipsi nos genuerunt. Apostoli vermis Iacob rectè uocãtur, propter naturæ exiguitatem, a quibus magna reportauimus commoda, lib. 1. cap. 23. nu. 5. nu. 1, 12. Fontes uocantur, &c. nu. 3. 14. 16. & 17. Sagittæ nubes, & fulgura, nu. 8. & 15. dicuntur duodecim fluuij e paradiso egressi terrã rigantes, quod eorum munus fuit filios generare Christo, num. 13. per hos a capite Christo descendit unctio ad nos, nume. 18. Hi sunt, qui tuba prædicationis muros Hierico subuerterunt, num. 31. Qui & oues fœtæ dicuntur, quia salutem plurimorum pepererunt, lib. 3. cap. 5. num. 27. Apostoli principes sunt, qui præcesserunt, ut populi sequerentur, lib. 14. cap. 25. §. 2. nu. 46.

7 Ambulans Iesus iuxta mare Galilææ, &c. Erant enim piscatores, &c. usque faciam vos fieri piscatores hominum. Ioannes cap. 1. & Matthæus in hoc capite, duplicem Andreæ uocationem referunt. Primam Ioannes, quæ longè prior fuit, quàm hæc, de qua meminit Matthæus, cum hæc in Galilæa contigerit Baptista tradito; illa autem in Iudæa Ioanne adhuc baptizante. Proinde intelligendum hos factos quidem discipulos Christi post eam uocationem, quam describit Ioannes; nondum tamen relictis omnibus illum perpetuò cœpisse comitari, nec se illius sequelæ totos addixisse, sed illo relicto redijsse ad artem, qua cibum comparabant. In prima vocatione Andreas fuit, qui primus Iesum secutus est, ad cuius magisterium Petrum fratrem inuitauit, docens se inuenisse Messiam, & adduxit illum ad Iesum. Sicut enim in paradiso quondam, ait Chrysostomus, primo parente condito dixit Deus, non est bonum hominem esse solum; ita qui nouum condebat paradisum in terra, nouosque homines in eo constituere decreuerat prioribus longè excellentiores, vocato Andrea, ei sociare uoluit Petrum, & ideo Domini inspiratione obuium habens fratrem, uel quæsitũ inueniens (quod ex verbis Ioannis verisimilius est) ait illi, inuenimus Messiã. Quod uerbum animæ est maximè eius aduentũ desiderantis, cuius aduentu exultans alios Euangelij gestiat fieri participes, nouusque discipulus hanc primam didicit lectionem Christiano homine dignam, ut propria salute consecuta, hac non satiatus alienæ saluti inuigilet, & de bono fratris sit sollicitus. Hanc primam Andreæ virtutem agnosce, hanc eius perfectionem mirare, in homine piscatore, qui vno tantum die mansit cum Christo, & protinus hunc eius spiritum, & cognouit, & imitatus est, quo venerat, & quærere, & saluum facere, quod perierat, qui carnem acceperat, vt animam suam daret redemptionem pro multis, qui uenerat saliens in montibus transiliens colles, ut errantem ouiculam ad caulas gregis super humeros gaudens reportaret, qui venerat peccatores uocare ad pœnitentiam, qui propter nos homines, & propter nostram salutem fuerat incarnatus. Hunc magistri spiritum Andreas non posteaquam cum Domino tribus annis fuerat conuersatus cognouit, quando innumera & viderat, & audierat, quę eius animum mouere potuissent, sed cum primum Iesum loquentem audiuit, vocauit fratrem, & adduxit ad Iesum, ut illius fieret discipulus. Qua in re & de Domini gloria, & de fratris salute iam sollicitus erat, quod multis post longam virtutis exercitationem uix contingit. Et licet in die Pentecostes ignis diuinus, & comburens, & illuminans, discipulorum mentes perfectissimè inhabitans, hanc infuderit Dei, & hominum dilectionem, vt cunctis posthabitis honore, fama, facultatibus, periculis, & vita soli diuino honori, & hominum saluti intẽderent, verbera, vincula carcerem, & mortẽ contemnentes libentissime, & sua, & se pro salute proximorum impendentes, hanc totius perfectionis summam Andreas didicit cum primũ Iesum loquentem audiuit, & qui morti proximus, longa oratione ad fratrum dilectionem Apostolos fuerat hortatus, Ioã. 15. & 16. &c. illam, si non uerbis, interno impulsu didicit Apostolus, cum Iesu ad horam conuersatus, ut hanc & primam, & maximam agnoscas virtutem Christianorum charitatem. Proximos sic diligebant Sancti, vt hanc vi-8 tam propter eos libenter optarent, lib. 1. ca. 14. num. 14. 24. vsque ad 26. ca. 8. nu. 24. lib. 16. cap. 7. nu. 17. Proximorum bono nimis intenti erant Sancti, lib. 1. cap. 8. num. 2. cap. 13. nu. 2. cap. 14. nu. 1. 10. 11. 22. 23. 25. & 30. cap. 15. nu. 6. usque ad 8. Proximos miro modo diligebant Sancti, lib. 1. cap. 14. num. 2. usque ad 5. 9. 10. 13. 16. usque ad 29. lib. 9. ca. 7. nu. 18. c. 16. nu. 5. 6. 10, & 11. lib. 16. ca. 7. nu. 3. 4. 11. 14. 17. 24. & 25. Proximorũ vtilitatẽ vt Christiani respiciant varia sunt nomina sortiti, lib. 1. cap. 15. num. 4. cap. 16. num. 12. Proximorum vtilitati

tati qui consulit, in ea inuenit propriam, lib. 1. cap. 15. num. 8. & 9. cap. 16. num. 16. Proximi amor nutrit dilectionem Dei, lib. 1. cap. 15. num. 18. Proximum diligentes Deo similes efficimur, lib. 1. cap. 15. num. 24. cap. 16. nu. 12. Proximi salutem curet homo propria non cõtentus, lib. 14. ca. 28. num. 11. Proximos, & nos diligere debemus, vt sic rectas faciamus semitas Dei nostri, ibidem num. 20. charitas Dei, & proximi, duæ sunt pennæ, quibus anima sursum attollitur, lib. 1. cap. 6. num. 26. cap. 7. num. 22. Charitas probat, quod discipuli sumus Christi, lib. 1. cap. 12. num. 6. cap. 15. num. 12. 13. & 19. Christiani a Domino varia sortiti sunt nomina, vt ex his intelligant saluti proximorum debere consulere, lib. 1. cap. 15. num. 4. 6. usque ad 9. Hac de causa etiam animaduertit Chrysostom. quod binos, & fratres Christus ad primos Christianos vocauit, vt non uerbis solis, sed rebus etiam gestis doceret dilectionem Ecclesiæ fundamentum futuram; charitatemque suaderet diadema esse regium, quo dignoscerentur Christiani, lib. 3. cap. 2. num. 9. Ecclesiæ beatitudo consistit in pace, & vnitate fidelium, in qua sic diuisi sunt varij fidelium gradus, vt omnes uno cortice charitatis tegãtur, lib. 14. cap. 5. num. 8. & 11. Charitas enim est, per quã adhæremus Deo, vnum cum proximo efficimur, lib. 3 cap. 2. num. 25. & 26. quæ in bitumine arcæ Noe significatur, ibidem. Charitas est virtus ciuitatis nostræ, sine qua sola est pietatis forma, ibidem num. 29. 34. & 45.

9 In hac secunda Andreæ vocatione, postquam a Domini societate relicta domó, & cognatis non recesit, hoc totius boni narrat exordium Matthæus, quod intuitus fuisset Iesus Petrum, & Andream mittentes rete in mare. Respectus ille misericordiæ est, quo & filios Israel in Aegypto in operibus luti laborantes respiciebat, vt eos graui tyrannide liberaret, quem petebat Dauid, veluti omnium bonorum exordium dicens: Respice in me, & miserere mei. Est enim respectus iudicij, de quo dicitur Exod. 14. Respiciens Dominus super castra Aegyptiorum subuertit rotas. Ad hoc respexisse dicitur, vt in mari totam Pharaonis potentiam præcipitem daret. De vtroque respectu psalmista ait psalm. 33. Oculi Domini super iustos, vt pote, vt in bono conseruet, vt a malis liberet, vt eis misericordiam largiatur; vultus etiam Domini super facientes mala, sed non ut beneficia exhibeat indignis, sed potius, vt perdat de terra memoriam eorum. Respexit Deus Petrum tali crimine inuolutum, & fleuit amare; intuitus certè ille non oculorum corporalium fuit, vt Augustin. & Ambros. dicunt, quibus Petrum foris existentem Dominus nõ respexit, sed intuitus misericordiæ, quo tanto malo voluit prouidere, lib. 4. cap. 26. num. 6. Deus respicit iustos, vt saluet; facientes mala, vt perdat, lib. 4. cap. 24. num. 12. cap. 26. nu. 9. 13. 15. & 17. Deo respiciente, qui claritas est, fugit statim peccatorum obscuritas, lib. 4. cap. 26. num. 16. 12. & 16. Deus iratus valde faciẽ auertere dicitur a peccatoribus, ibidem num. 2. & 7. Deus auertere faciem dicitur, dum non dat animæ notitiam sui, ibid. num. 7. Christi oculi diuinum quid spirabant, lib. 4. cap. 26. nu. 1. & 2. Deus firmat oculos super iustos, quia ipsi leuant proprios in Deum, ibidẽ nu. 8. Cumq; oculos leuasset duos fratres vidit, qui & officio piscatores erant, & actu piscationis officium exercebant mittentes rete in mare. In quibus animaduertendum est primũ, Christũ dictos pauperes vocasse, ne acceptor personarum iudicaretur, si ad Apostolatum diuites assumpsisset non pauperes. Principes enim terreni ad officia nobiles, diuites, & potentes eligunt, illos constituunt prouinciarum gubernatores, vrbium iudices, bellorum duces. At Iesus, vt quondam Dauid Amalechitæ cuiusdam seruum, qui a proprio Domino fuerat velut exanimis, & æger, lassusque derelictus in via, assumpsit in ducem; ita elegit ignobilia, & contemptibilia, & ea quæ non sunt, ut non glorietur omnis caro coram Deo. Et ut quondam Amos hominem rusticanum vellicantem sycomoros prophetam fecit, & Elisæum arantem Eliæ coniungit, ut uterque simul diuino spiritu illustrati, tantis Reipublicæ sceleribus se opponerent; ita Petrum, & Andream piscatores maiori dignitate condecorauit pauperum semper amator: & qui Moysen gregem pascentem populi principem fecit; is piscantem Petrum Ecclesiæ constituit supremum ducem. Paupertas etiam si in veteri testamento contemneretur, in nouo multum honoranda est, lib. 14. ca. 3. nu. 22. 26. & 27. Secundò, elegit pauperes, quoniam etiamsi Domini potentia potentes, & locupletes homines simplici intuitu interna inspiratione ad sui sequelam adducere potuisset; sicut quondam cum peruenisset verbum ad regem Niniue prophetæ prædicantis vrbis subuersionem continuo surrexit è solio suo, & abiecit uestimentum suum a se, & indutus est sacco, & sedit in cinere, & Matthæus sedens in telonio, unica uoce cunctis posthabitis, discipulus Domini est effectus; tamen ut in plurimum diuitiæ, honores, & dignitates, impedimenta sunt, & laquei, sicut Paulus dixit, quibus concatenati homines difficilius ueniunt ad Christum. Vnde inuenis Euangelicus, multas habens facultates, vocatus Dominum sequi contempsit; quapropter clamauit ille, difficillimũ fore tales intrare in regnum cælorũ. Diuites, & potentes difficulter audiunt Deũ, lib. 2. c. 15. nu. 41. Diuites, timentes carere diuitijs, adorauerunt statuã aureã Nabucho, lib. 4. ca. 39. nu. 9. diuitis anima saturata, calcat fauum cælestis dulcedinis, &c. li. 4. ca. 40. num. 14. diuites plures sunt, qui pereunt, quàm pauperes, licet in utrisque prædestinati sint, & reprobi, lib. 4. cap. 41. num. 8. Et tandem, quia Apostolis superna, & ingẽtia dona collaturus erat Deus, quos constituere principes super omnem terram disposuerat, Iudices, qui in iudicio, cum

astarent Angeli trementes, sederent super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel, lib. 1. cap. 23. num. 34. qui cæli futuri erant, quos Spiritus sanctus ornasset, ibidem num. 10. fundamenta Ecclesiæ, duodecim portæ supernæ ciuitatis num. 11. & 12. duodecim stellæ in capite Ecclesiæ positæ, quas Ioannes vidit, &c. num. 19. quas excedunt in multis, num. 22. ad ingentia præmia assumpti, ibidem num. 30. Apostoli copiosius acceperunt Spiritum sanctum, quàm prophetæ lib. 16. cap. 12. num. 14. & 15. Qui tales futuri erãt socij illius,
Prou. 31. de quo scriptũ est: Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum Senatoribus terræ, cõuenientissimum fuit, vt retiũ recordarentur, & piscationis, cauernæ laci, de qua præcisi essent, & quod homines cum essent de infima plebe ad supremam dignitatem eleuati sunt, vt propria uilitate considerata, fundati in Spiritu humilitatis portarent illa dona, qui electi fuerant contemptibiles, vt non gloriaretur omnis caro coram Deo. Et sicut Paulus nobilis aiebat: Nõ sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei; ita socij, qui piscatores erãt, aduerterẽt diuina fuisse benignitate electos ante mundi cõstitutionem, vt essent sancti, & hominum piscatores, qui in reficiendis retibus fuerãt occupati, de infima plebe ad tantam dignitatem assumpti;
13 Humiliat enim se homo dũ de se cogitat vilia, lib. 8. cap. 5. num. 6. vsque ad 8. 18. 19. 37. & 38. cap. 7. num. 8. 15. & 16. cap. 8. num. 2. & 12. humilitas fundamentum est magnę cõstituendæ fabricæ aptissimum, lib. 8. cap. 5. num. 8. 20. & 21. cap. 8. num. 8. humilitas est virtus gratię diuinæ, perquam familiaris, lib. 8. ca. 6. num. 10. cap. 8. num. 30. vsque ad 32. humilitas in abiectione non difficulter reperitur, sed magna, & rara virtus humilitas honorata, lib. 8. cap. 6. num. 10. humiliatio uia est ad humilitatem, tamen multi humiliati non fiunt humiles, lib. 8. cap. 6. num. 12. 14. & 15. cap. 7. num. 12. 13. & 17. humilitas maxime disponit hominem ad
14 gratiam, lib. 17. cap. 3. num. 31. Voluit etiam Dominus, vt mirabilem conuersionem orbis homines piscatores, idiotæ, ignobiles, & vulgares efficerent, & fælicissimum bellum contra mundum, ac mundanos homines, duodecim homines inermes, simplici induti tunica, sine calceamentis, nudi gererent, quo & antiquam patrum religionem desererent, Deorũ cultum abdicarent, Iesum Crucifixum verum Deum confiterentur. Miramur Gedeonem Israelitarũ principem, qui lagenis, & faculis, paucis adiutus socijs contra Madianitas insignem reportauit victoriam, & in terra Aegypti Moyses muscis, ranis, &c. Pharaonem, vt Deo obediret fecit. Miremur potius contra armatos homines inermes viros, contra magistros illiteratos, contra Reges uiles piscatores, contra Rhetores idiotas obuiam processisse, eorumque colla iugo Euangelij subiugasse. Hæc diuina potentia fuit, ex ineptis natura aptissimos ad omnia, quæ voluit, facere. Numquid Saul, qui de agro ueniens sequebatur boues, ad bellica exercenda negocia aptus fuerat? Arator repente in ducem mutatus viros Iabes Galaat, quos Naas *1. Reg.* Ammonites vallo circundederat, uiriliter liberauit, hostium exercitum profligauit. *1. Reg.* Dauid, qui in pascendis ouibus patris fuerat occupatus, virum bellatorem ab adolescentia sua funda, & lapide deiecit. Sic Exod. 4. *Exod. 4. Oleaster.* Moyses etiam pastor dicit. Quis sum, vt vadam ad Pharaonem. Hunc natura ineptum eligit ad tantum munus tamque difficile opus, & homines idiotas ad conuersionem orbis, vt fermo eorum non esset in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in uirtute Dei. Hos uocauit, vt non sibi, sed Deo soli fidant. Mira res Exodi 14. sexcenta ho- *Exodi 14.* minum millia timebant valde Pharaonem, quos elegerat Deus meticulosos, bellicis rebus non assuetos, ut non sibi ipsis, sed ei soli fiderent. Apostolorum prædicatio admi- *15* rabilis in conuersione orbis, lib. 1. cap. 23. num. 12. vsque ad 17. 20. 21. 23. usque ad 27. 31. & 32. lib. 6. cap. 4. num. 5. vsque ad 16. Apostoli a Christo, qui adamas est, adamantini effecti sunt, lib. 1. cap. 23. num. 6. 7. & 21. Apostoli spiritu sancto adueniente effecti sunt cæli nubes, sagittę fulmina, &c. ibidem num. 10. 12. 14. usque ad 16. Apostolorum gesta, verba, & omnia alia si sciremus, animos nostros maxime mouerent, ibidem num. 28. Apostoli parturientibus ceruis, quibus Deus astat, optimè comparantur, lib. 3. cap. 19. num. 13. usque ad 15. Apostoli tam immaniter persecuti a tyrannis labefactare eorum animos non potuerunt, lib. 9. cap. 20. nu. 4. Apostoli mundum conuerterunt, non tantum propter miracula, sed etiam quia in ipsis erat uerus gloriæ, & pecuniarum contemptus, lib. 14. cap. 29. num. 8. Apostoli ignei homines mira operati sunt, lib. 16. cap. 12. num. 15. & 44. Christum esse Deum eleganter ostendit Chrysostom. ex Euangelij prædicatione, lib. 6. cap. 4. num. 8. usque ad 16. Præterea piscatores ad tantum munus, ho- *16* mines laboribus assuetos eligit. Sic Dauid *1. Reg.* ex labore pastoris ad regnum uocatur, & *Exo. 3.* Exod. 3. Moysen pascentem oues ducem *Oleaster.* efficit populi. Quoniam piscatores, nautæ, & pastores in maximo uitę discrimine versantur. Pastor non dormit, sed ferè semper vigilat, vix vestit, maleque uescitur; sic & piscatores nudi in laboribus, & uigilijs semper sunt: ut ergo tam Reges, quàm Pontifices scirent se non ad quietẽ, non ad diuitias, aut delitias assumptos, sed ad labores, sudores, ac vigilias, hos inter cæteros eligere cura *Exod. 18.* uit. Sic Exodi 18. dixit Iethro Moysi: Cõsidera ex omni populo viros fortes. Principibus enim reipublicæ fortitudinem & stabilitatem maxime necessariam censuit: non eligantur delicati, ignaui, sed fortes, laboribus assueti, quales piscatores erãt. Prælatus prius bonus sit miles, vt dux factus militet bonam militiam, lib. 14. cap. 31. num. 3. 4. & 6. Prælatus boui trituranti comparatur, vt laboret, nec sit ocio-

ocioſus aut delicatus l. remissus ibidem num. 6. Faciam vos piscatores. Prudentis prælati est, vt suos ad bonum trahat & vnumquenque alliciat eo, cui magis afficitur, modo bonum illud sit. Sic piscatores homines piscationi deditos ad piscationem vocat animarum. Virtutes illas sectari debet quisq. quæ conformiores propriæ naturæ sunt, lib. 18. cap. 9. num. 5. cap. 18. num. 9. & 10. Faciam vos piscatores. Sic diuina iustitia statutum est, vt præmium merito respondeat: reliquerant Apostoli parui emolumẽti piscationem, ad hominum mirabilem piscationem sublimantur. Reliquit Matthæus negociationis mundanæ libros, illius calamus ad scribendum Euangelium Domini misericordia su- *Genes. 22.* blimatus est. Sic Abraham Genes. 22. qui dilectissimum filium Isaac Domino præcipiente immolare parabat, tot filiorum promissionem pro vno illo accepit quot essent astra *1. Paral. 17.* cæli. Sic Dauid Regi, quoniam domum ædificare Domino, in qua arca requiesceret, animo destinauerat, sempiternam regni domum promisit.

17 At illi continuò relictis retibus secuti sunt eum. In quibus verbis illud primum animaduertendum censuit Chrysostom. quod vera fi- *Hom. 4. in Matthæum. Ezech. 1.* des non habet interuallum, statim audit, statim sequitur. Vnde iusti animalibus oculatis Ezechielis comparantur, qui properabant in similitudinem fulguris coruscantis, &c. vbi fulguris velocitatem aduerte, & talem arbitrare Sanctorum obedientiam diuinis mandatis; ita cum Abraham de immolando fi- *Genes. 22.* lio præceptum accepisset, nocte surrexit, vt diuinam iussionem expleret, &c. Sic hi discipuli nihil cunctantur, nihil respondent, nullã difficultatem obiectant; sed omnibus relictis, & omnibus amicis, & consanguineis incõsultis Dominum sequuntur. Sicut Paulus: contiGen. 12. nuò non acquieui carni, & sanguini. Et cum audisset Abraham, egredere de terra tua; & filius septuaginta quinque annorum erat cum *Gen. 31.* egrederetur; non est senium causatus, dum senex vagari præcipitur, &c. vt Labã deseras, ne obsecro vxores consulas, vt quondam Ia- 18 cob, &c. Obediendum est statim, & incũctanter Deo, lib. 4. cap. 4. num. 1. vsque ad 3. 14. vsq. ad 17. lib. 13. cap. 1. num. 2. 3. & 9. lib. 14. cap. 17. num. 22. Obediendum est Deo semper: ea enim est vera pietas, quæ præponit Diuina humanis, lib. 4. cap. 20. num. 17. cap. 22. nu. 4. & 5. obediendum Deo ostendit *Hieremias in* Reccabitis, lib. 13. cap. 1. num. 12. & in Abraham num. 14. 23. & 24.

19 In secunda vocatione Iacobum & Ioannẽ vocauit, qui statim relictis retibus & patre secuti sunt eum. Reliquerunt retia & carnalia, quæ mergunt hominem in interitum, & patrem, parentis affectum exuẽtes. Amandi quidem sunt parentes, sed propter Christum relinquendi sunt. Mundus animo relinquendus, lib. 9. cap. 22. nu. 19. lib. 10. cap. 9. num. 1. Mundum, patriam, ac parentes relinquens Abraham nouũ accepit nomen, & circumcisionem, lib. 11. cap. 12. num. 1. vt sacrificia offeramus, mundus deserendus est, ibi. num. 2. 16. 18. & 37. 22. 24. & 25. 36. 44. parentes diligendi, sed ordinate, præponentes illis Deum, lib. 1. cap. 11. num. 9. cap. 16. num. 17. lib. 3. cap. 9. num. 41. lib. 6. cap. 8. num. 1. vsque ad 4. 13. & 14. & per totum caput. parentes calcandi, vt fugiamus ad Christum, lib. 2. cap. 5. num. 9. 10. 15. & 16. bona temporalia contemnenda lib. 1. cap. 17. num. 5. vsque ad 7. 11. 12. 14. 15. vsque ad 19. 22. vsque ad 24. & 26. lib. 3. cap. 1. num. 40. & 41. bona temporalia relinquenda ne ad interitum nos trahãt lib. 2. cap. 15. num. 8. cap. 16. nu. 38. bona temporalia renuncianda, vt cum Deo conuersemur lib. 2. cap. 16. num. 1. vsque ad 5. 10. 11. 16. 33. & 34. lib. 3. cap. 1. num. 40. & 41. Reliquerunt hæc modica bona, immo quæ nomine bonorum indigna sunt, piscatores isti, & ad tantã dignitatem euecti sunt, vt orbis procidat & adoret ossa illius, qui suspensus interijt: oblitus omnium sepulchrorum, quibus Romani principes perpetuã reddere sui memoriam curauerunt, Apostolorum sepulchra a Regibus venerantur maximè, lib. 6. cap. 4. num. 11. Christi potentia ingens, quod discipulorum sepulchra effecit clarissima, quod Romani principes efficere non valuerũt, lib. 17. cap. 6. num. 6. Animaduerte quod si Andreas Apostolus ad primam Domini vocationem cuncta deseruit, quod morti proximus vix credibilia possideret animæ bona, post aduentum Spiritus sancti longamq. Euangelij prędicationem promerita: vnde licet multi sanctorum vilipendissent tormenta sicut de Laurentio, Vincentio, & alijs legimus, is inter omnes admirandos crucis amore excitatus amatoria verba cruci dicebat: Salue crux, &c. Primus Apostolus, primus prædicator, primum cælestis ædificij fundamentum non mirum si talem gratiam fuerit & promeritus & consecutus. De præconijs martyrum vide lib. 11. cap. 7. per totum.

IN FESTO B. NICOLAI EPISCOPI.

Euangelium.

Homo quidam peregre proficiscens vocauit seruos. Matth. 25.

Vide lib. 4. cap. 20. num. 18. cap. 21. num. 1. lib. 9. cap. 22. num. 13. lib. 14. cap. 18. num. 11. cap. 26. num. 7. vsque ad 13. & 19. cap. 29. num. 24. lib. 16. cap. 8. num. 5. cap. 10. num. 4. 8. & 9. cap. 11. num. 2. lib. 18. cap. 10. num. 11. & 12.

IN hoc capite Dominus 1 tribus parabolis triplex hominum genus *B. Nicolai* voluit significare, quas 25. *Cap. 24.* Ecclesia in se complectitur. In ea enim parabola, in qua docuit, quod tardante Domino ma-

no malus seruus cæpit percutere conseruos & bona Domini dilapidare, nulla consideratione habita aduentus Domini, & dum dilatum eum credidit, quasi nõ futurũ arbitrans, omni deposito fræno, relegatoq. a se timore nulla habita neque Dei, neque sui ratione sine delectu luto vitiorum immersus scelerate vitam traduxit: vbi illud in eo hominum genus significare voluit, qui aperte sunt mali: qui licet inter Christianos innumeri sint hi vnius serui nomine significantur: quia licet inter se diuisi vnitatis & pacis desertores, in unum rediguntur, vt faciant malum dicẽtes, cogitemus contra iustum cogitationes, &c. non parcamus viduæ, nec veterano, marsupium sit omnium nostrum vnum, vt impleamus domos nostras spolijs, de quibus dicitur, stupa collecta Synagoga peccantium, & con-
Prou. 1. 2 summatio eorum flamma ignis. Iudicium finale etsi dilatum, rigidum erit ad puniendos malos, lib. 1. cap. 25. num. 8. lib. 4. cap. 18. num. 10. lib. 9. cap. 9. num. 26. 27. 29. & 57. Iudicium qui non credunt cito futurum, sicut in diluuio perdentur, lib. 9. cap. 9. num. 18. iudicij vltimi qui obliuiscitur fræno abiecto in multa mala præcipitatur, lib. 9. cap. 9. num. 11. & 18. Mali contra se diuisi vniuntur contra iustos, lib. 12. cap. 4. num. 26. pax malorũ inter se, &c. lib. 4. cap. 4. num. 13. 14. & 17. Mali multi sine tentatione peccant voluptatem præuenientes, qui voluntatem suam habent pro lege, lib. 14. cap. 19. num. 17. lib. 18. cap. 4. num. 3. Mali ineunt fœdus cum morte & inferno, mala audacter, & indesinenter faciẽdo, lib. 14. cap. 21. num. 49. Hi sunt de quibus dicitur, prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum, in quos intrauit maledictio sicut oleum in ossibus eius, lib. 14. cap. 8. num. 25. & 26. Hi sunt qui peccant nullam neque Dei, neque sui rationem habentes, lib. 14. cap. 15. num. 3. Hic malus seruus cæpisse tantum percutere conseruos dicitur, quia licet hi tãquam famelici deuorent iniquitatem, nunquam peccando satiantur, lib. 6. cap. 1. num. 4. & 5. lib. 14. cap. 7. num. 12. Hoc ergo hominum genus significatur in seruo isto percutiente conseruos, &c.
3 Alij sunt peccatores, qui videntur quidem recte viuere, nulli ingerunt nocumentum, tantum sibi mali sunt, dum externis operibus splendentes interno spiritu vacui sunt, decore virtutum vestiti, sed interna fortitu-
Prou. 31. dine nudi; qui cum velut domestici Dei dupli cibus forent induendi, externo amictu contẽti internum contempserunt ornatum, ignorantes, vel non curantes, quod gloria filiæ regis ab intus esse deberet in fimbrijs aureis
Psal. 44. circumamicta varietate virtutũ. Virtutum externa opera non acceptat Deus, si interno spiritu sint vacua, lib. 14. cap. 19. num. 1. vsque ad 3. lib. 18. cap. 10. num. 5. 33. & 34. vide lib. 18. cap. 1. num. 25. 26. 36. & 37. lib. 18. cap. 10. num. 6. & 26. Horum gloria & si nubes tangere videatur, quasi ster quiliniũ in fine perdetur, lib. 8. cap. 9. num. 25. vsque ad 27.
4 In ea vero parabola Euangelicę lectionis ocioſi, & torpidi significantur. In qua illud in primis aduertendũ est, quod nullũ mortaliũ eximit hæc comparatio, quæ dum loquitur ad seruos, qui acceperunt talenta & domini bona, si est quisquã, qui a Deo nihil acceperit, dispensationis officium, & vsum talentorum non timebit. Et quanto maius suscipit creditum, tanto maius se debitũ non dubitat redditurum. Quanto altius ascenderit homo, maius erit ruinæ damnum. Dispensator ergo cælestium talentorum, qui ante Dominum stat, iugiter versatur inter altaria semper, neque a Dei oculis recedit vnquam, qui peccatorum causas, dolores populi suscipit, offert, ingerit preces, restituit impetrata ex homine in Angelum substitutus, non potest nisi in ipsa Dei facie inter sancta sanctorum peccare, vt inde sibi sumat crimen, vnde alijs veniam cõsueuerat reportare. Denique Nabad & Abiud sacerdotes filij Aaron dum contaminare alieno igne altaria præsumũt, ipsius altaris consumuntur incendio, vt sumerent de sacrificio pœnam, qui fecerant de propitiatione peccatum. Hæc ergo parabola docet primum Apostolos & Apostolicos viros, vt dotes, & dona Dei in aliorum vtilitatem vertant, & vt grauiter & diligenter se gerãt in officio; qui vocati hoc munus subire debent. Quia nemo sibi assumit honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. Ne ipsi se ingerant sicut illi, de quibus dicitur, ipsi currebant, & non mittebam eos, sed trepidantes hoc munus & onus a Deo impositum dolentes exerceant; vtpote qui vocati sunt, vt non propriæ intendant vtilitati, sed Domino laborent dicentes. Non quærimus tres vestra, sed vos. Hoc pastorum munus est, postquam compulsi ad hanc venerint dignitatem vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrare, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei, vt qui gratia Dei sunt id, quod sunt, gratia eius in eis vacua non sit, sed dicant: habentes hanc administrationẽ iuxta quod misericordiam consecuti sumus non deficimus, sed abdicamus occulta dedecoris, non adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis. Quod si opertum est Euangelium nostrum, in ijs qui pereunt est opertum, in quibus Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium, &c. Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum, &c. Misericordia Dei non ambitione nostra hanc accepimus administrationem, quam Deus in bonum nostrum dedit, vt dum occultamus non solum patentia mala, quibus scandalizari possunt fratres, sed interna, quæ quomodocunque dedecorant animã, veritatiq. manifestandæ toti intenti non deficimus, etiam si inexequendo hoc munere supra modum grauemur, & supra virtutes, foris sint pericula, & labores, dũ ad hoc agnoscimus ministerium datum, vt fratrum saluti inuigilemus, non solum vincula, carceris squalorem, verbera, sed nec mortem ipsam perhorrescimus, qui ministerio verbi

Petrus Cluy siologus.

Leuit. 10.

Hebr. 5.

Hiere. 23.

1. Petr. 4

2. Cor. 4

verbi inuigilamus manifestationi veritatis intendentes ea animi synceritate & veritate, vt cunctis Euangelium non adulteratum prodesset nisi Deus huius sæculi mentes multorum excæcasset, ne veritatem recipiãt, quam prædicamus in ea honorem nostrum contemnentes, satagentes autem, vt ab omnibus adoretur Iesus. Itaque sicut fidelissimus hic seruus Paulus confitetur, se hanc administrationem, non affectasse, sed accepisse, & illam quidem, vt animarum lucris, & non propriæ vtilitati inuigilaret, ita & prælati, qui digne hoc funguntur munere ipsi illi ingerere se non debent, sed vocati & locupletati bonis, quæ acceperunt, in docendo, in suadendo, in corrigendo, in puniendo, in sacramentorum administratione, qui sanguinis Christi facti sunt ministri, gratia quam acceperunt vtantur in bonum fratrum aduertentes collatum officium, non vt temporalibus vacent lucris delicijsque, sed fratrum vtilita-
5 ti. Episcopatus fugiebant sancti ad quos trahebantur inuiti lib. 5. cap. 11. num. 5. vsque ad 12. 16. & 17. Episcopatus appetere bonum iudicabat Paulus, quando Episcopi primi ad martyria ibant, ibid. num. 15. & 20. Episcopi cupiditate cæcati currunt ad Ecclesiasticas curas sine curis victuri. prælaturam non appeterent homines si pericula cogitarent officiorum, vnde Moysem illam recusantem potius imitari debemus quàm Esaiam, multo enim periculo subsunt, qui hoc officium subeunt & maiori qui se ingerunt, lib. 5. cap. 11. nu. 12. 16. & 21. lib. 8. cap. 4. num. 4. vsque ad 7. prælati vineã animæ suæ custodire non sufficientes, perperam aliorum custodiam suscipiunt, lib. 5. cap. 11. num. 18. lib. 14. cap. 28. num. 31. & 34. prælati metuant hoc onus subire, lib. 16. cap. 3. num. 3. vsque ad 5. sacerdotes, & prælati honorem ambientes audaces sunt & temerarij, lib. 16. cap. 1. num 10. vsque ad 15. cap. 3. num. 5. sacerdotes ordinabantur olim compulsi, lib. 16. cap. 1. num. 20. & 38. modo precibus mulierum, &c. lib. 16. cap. 3. num. 6. vocati autem a Deo quæ ab ipso acceperunt bona, siue temporalia illa sint, siue spiritualia vtilitati proximorum impertiã-
6 tur. Episcopi temporalia accipiunt, non vt consanguineos ditent, sed vt pauperes alant, lib. 5. cap. 11. nu. 13. & 19. & tamen Episcoporum multi inuigilãt magis marsupijs vacuandis subditorum, quàm vitijs extirpãdis. Prælati, qui Ecclesiæ opibus abutuntur rapinam pauperum habent in domo, lib. 14. cap. 30. num. 3. 5. & 6. prælati olim laxabant retia in capturam animarum non pecuniarum, quod modo non fit, ibi. num. 14. sacerdotes & prælati negociationibus dediti taxantur, lib. 14. cap. 16. num. 5. & 11. & 12. sacerdotes altario seruientes de altario viuant non luxurientur, lib. 14. cap. 16. num. 21. vsque ad 23. 25. & 26. Qui ergo bona temporalia ad vtilitatem subditorum debent dispensare, multo magis quæ acceperunt spiritualibus talentis vti debent ad aliorum salutem cui intentissimi esse debent ne se & subditos perdant ad hoc se se accepisse munus credentes. Pastores con- 7
sopiuntur a Dæmone, vt oues pereant, antiqui autem patres in iudicio venient, cum suis gregibus, vt hi confusi pereant, lib. 14. cap. 30. num. 7. lib. 16. cap. 3. num. 12. prælati diligentissimi sint, &c. lib. 5. cap. 5. nu. 11. Prælatus boui trituranti comparatur, &c. lib. 14. cap. 31. num. 6. & 10. lib. 16. cap. 2. num. 1. & 2. prælati custodes ciuitatis & murorum, &c. lib. 14. cap. 31. num. 30. vnde sic curare debent suam salutem, vt intentissimi sint alienæ lib. 16. cap. 7. num. 24. & 25. sacerdos indesinenter oret, vt populus, qui sub ipso est hostes vincat, lib. 14. cap. 29. num. 5. sacerdotes conuertentes peccatores habent pro mercede illorum meritum quorum salus est sacerdotum gloria, lib. 16. cap. 1. num. 2. Si ergo ho- 8
rum seruorũ nomine prælatos & sacerdotes intelligamus, hæc illis demandata cura est hæc illorum obligatio, qua recte functus est, sanctissimus Pontifex Nicolaus, qui mox natus, vt iam tunc qualis futurus esset protenderet ab vberibus adhuc pendens, quarta feria & sexta tantum semel lac sugens totum diei reliquum ieiunabat. Parentibus orbatus cum audiret eximiam cuiusdam viri paupertatem, ob quam de prostituendis tribus filiabus cogitabat magnam tribus vicibus auri quantitatem, tam pro filiarum dotibus, quam pro sui sustentatione proiecit. Ad Episcopatus dignitatem multum renitens assumptus est, ad hunc honorem tractus semel edebat quotidie, & vesperi quidem, quo publicis negocijs diem commodius impenderet. Carnes ab ineunte ætate ita dimisit, vt illas nũquam in omni reliqua vita resumpserit. Concilio Nicæno primo aduersus Arrium congregato interfuit vbi non minor doctrina, quam vita & precibus contra Arrianos pugnauit, vt qui vocatus ad honorem fuerat tamquam Aaron vt ille indesinenter populi vtilitati intentus fuit, &c.

Quia vero parabolam hanc non prælatis 9
tantum, sed fidelibus cunctis accommodandam censuere Augustꝰ. & Grego. dum cunctis fidelibus distributa dona Dei memorant non vt ocientur, sed vt negocientur in hoc sensu interpretanda est. In qua illud in primis aduertendum censuit Chrysost. quod homo peregre proficiscẽs Christus Dominus est resuscitatus, ad cælũ vnde venerat pergens, vt ad dexteram Dei sedeat. vbi commendat multum dilectionem, quam habet in sanctos quos relinquebat in terra, cumq. innumeros inter homines pateretur labores, horum gratia molesta multa pertulit, in remissionem peccatorum illorum animam suam dedit redemptionem pro multis, cumq. tempus aduentaret, vt sanctis animabus comitatus, famulantibus Angelis, expectãte patre rex regum & dominus dominantium cælum ingrederetur, vt in throno regio collocatus cunctis procidentibus diadematibus multis coronatus adoraretur ab omnibus: cui acclamarent

Hom. 53. imperf.

marent Benedictio, & claritas, & gratiarum actio honor, virtus & fortitudo, &c. deponerent coronas aduentantis Domini eximiam celsitudinem magni pendentes, peregre profecturum se dicit acsi ad exteram regionem perueniret propriamq. patriam desereret, qui incola erat in terra, dominus autem paradisi. Sancti qui docente fide & impellente charitate ineffabilia, quæ erant in cælo bona & agnoscebant & diligebãt exilium & peregrinationem vitam hanc recte vocabant scientes, quod quandiu erant in hoc mundo
2. Cor. 5. peregrinabantur a Domino, ingemiscebãtq. grauati habitationem quæ de cælo est superindui cupientes. Beatitudinis desiderium explicabant Sancti, cum se peregrinos vocabant, lib. 2. cap. 2. num. 5. 8. 9. 10. 17. & 25. 26. & 30. iusti captiui & peregrini sunt in hac vita, lib. 1. cap. 10. num. 4. lib. 3. cap. 17. num. 6. lib. 9. cap. 14. num. 1. vsque ad 4. 6. vsque ad 8. 12. 14. & 15. Si ergo Sancti peregrini dicebantur in hac vita, grandiq. desiderio clamabant.
Psal. Cant. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, &c. ardentissimeq. expectabant vocem sponsi veni de Libano, veni coronaberis, &c. veni de montibus leonum de cubilibus pardorum, quid de Domino sentiendum est, qui a regalibus sedibus ad mundum venerat, qui morti iam proximus Apostolis dixerat si diligeretis me gauderetis vtique quia vado ad
Ioan. patrem? is tamen peregre se profecturum dicit, qui tamquam colonus declinans ad manendum & vt vir vagus fuit in hoc mundo.
Hiere. Hiere. Et qui dolens aiebat, vt quid me genuisti mater mea virum rixæ & discordiæ omnes contradicunt mihi, ossa mea sicut in frixorio con
11 frixa sunt. Qui talis erat in terra innumeris subditus laboribus, cum eam deserere necessarium foret peregre se profecturũ dicit, quasi maiori dilectione teneretur Sanctorum, quos relinquebat in terra, quam dilectione gloriæ quam habebat in cælis. Sicut enim Sancti qui beatitudinis fruendæ eximio cruciabantur desiderio, necessariã arbitrantes hanc vitam, vt fratrum vtilitati intenderent, licet illud multo magis melius crederent, quia tamen istud necessarium fratribus dicebant, manebo & permanebo ad profectum vestrum, lib. 1. cap. 14. num. 14. 24. vsque ad 26. cap. 18. num. 24. lib. 16. cap. 7. num. 17. multomagis Christus Dominus cuius dilectio incõparabiliter omni dilectione maior erat, peregre se iturum dicit, cũ corporaliter instruendis docendis, curandis hominibus non adesset, lib. 1. cap. 6. num. 26. docetur, quod Dominus ambulare dicitur super pennas vẽ torum, quia eius amor omnes alios incomparabiliter excedit, lib. 4. cap. 7. num. 8. Christus dum vixit pauperibus, & humilibus Euãgelizandis intentus fuit, lib. 3. cap. 8. num. 1. & 9. Quia pater per Christum filium suum egressus fuerat in salutem populi sui, lib. 3. cap. 14. num. 13. & sponsam sibi sociauit Ecclesiam, propter quam libenter relicturum se patrem dixit, cũ ab ea recedit præsentiamq. corporalẽ remouet recte se peregre iturum dicit etiam si ad propriam remeet patriam, sicut, qui dilectissima fruitur sponsa eam deserens licet ad inuisendos parentes pergat, se peregre profectum arbitratur, vnde sicut amor ingens qui in sponsa anima est absentiam sponsi molestam & lõgam indicat lib. 1. cap. 7. num. 14. vsque ad 16. cap. 18. num. 17. & 23. ita & in sponso, &c. lib. 1. cap. 6. num. 5. 20. & 25. cap. 7. num. 10. lib. 3. cap. 10. num. 77. & 78. lib. 4. cap. 7. nu. 27. cap. 9. num. 7. & 8.

Serui autẽ Dei dicũtur homines omnes qui 12
innumeris titulis eximijsq. beneficijs deuincti illius seruitio tenentur, vt qui seruierant dijs alienis dominisq. multis in operibus duris luti & lateris vnum agnoscant dominum, cuius voluntatem exequantur ne omnibus creaturis deteriores sint, qui incunctanter vni creatori & indesinenter inseruiunt, quæ legem acceperunt, quam non trasgrediuntur, hanc amplexantes seruitutem, quæ omni libertate preciosior est, lib. 4. cap. 42. per totum docetur, quod dominis multis ipsisq. inter se contrarijs simul seruire non possunt. lib. 10. cap. 4. per totum. Libertas vera & seruitus in quo consistant & in quibus reperiantur, sed potissime num. 3. vsque ad 7. 9. vsque ad 11. 16. 19. & 20. probatur quod libertas in solis iustis sit. & quod hi simul liberi sint, & serui, num. 14. 15. & 17. lib. 11. cap. 3. num. 26. seruitus vera in solis peccatoribus reperitur lib. 10. cap. 4. num. 6. 7. 9. 11. 13. 16. vsque ad 20. mandatis Dei obediunt cuncta creata vno homine excepto, lib. 11. cap. 3. num. 8. 23. vsque ad 25. lib. 12. cap. 4 num. 3. seruis suis in quibus omne genus hominũ significatur de-
1. Cor. 3. dit Deus bona sua dicente Paulo omnia vestra sunt siue Paulus, &c. vt vos sitis Christi.
Genes. 39 Sicut quondam herus Iosephi omnia dedit in manu eius, vt cuncta ad heri vtilitatem administraret; ita &c. hi acceperunt omnia bona naturæ fortunæ & gratiæ, quibus negociarentur, vt vsura cresceret lib. 18. cap. 1. nu. 4.
13 Vni dedit vnum talentum, quod est agnitio Christi, vt illo acquireret aliud talentum bene viuendo. Hoc talentum abscondit in terra, qui accipiens notitiam Christi contemnit vitam spiritualem & in terrenis actibus & delicijs conuersans, & sollicitudinibus mundi quasi spinis suffocat fidei suæ bonum. Qui talentum abscondit non est ille, qui proponit peccare, sed iustitiam non facere. Qui enim peccat corrumpere videtur gratiam non abscondere. Si ergo in tenebras exteriores mittuntur, qui carnaliter viuendo fructum iustitiæ non fecerunt, putas in quales tenebras sunt ituri, qui talentum peccando perdiderũt? Non sufficit fidei talentum incorruptum seruare nisi iustitiam operetur qui illam accepit. Homo enim non operans tantum videtur peccasse quantum potuit iustitiam fa-
14 cere si non neglexisset. Virtutis opera exercenda sunt ad salutẽ, nec sat est malum non facere, lib. 18. cap. 10. num. 11. 12. 14. 16. 19. 20. 21. & 26. cap. 12. num. 11. virtutibus noua semper

semper quærat homo & parta tueatur, hoc est enim operari & custodire paradisum, lib. 18. cap. 10. num. 27. & 28. virtus dum omnia humana docet contemnere, ad nociua reddit nos mortuos ad spiritualia viuos, lib. 18. cap. 11. num. 14. quam operandã tritis prouerbijs docebant philosophi num. 15. & 25. & 26. fidei opera coniungẽda sunt, lib. 2. cap. 16. nu. 18. & 19. lib. 6. ca. 3. nu. 1. 5. 6. 8. vsque ad 10. 15. vsque ad 27. lib. 9. cap. 17. n. 23. lib. 18. cap. 12. nu. 15. is autem talento priuatus est, quia fide priuantur aliquando homines, quia non negociantur, sed illa ociosa est, lib. 6. cap. 3. num. 2. 9. vsque ad 11. 23. & 28. is ascendet in montem Domini, qui non accepit in bono
15 animam suam. Quod accepimus a Deo ocio-
1. Pet. 4. sum esse non debet vnusquisq. prout accepit gratiam in alterutrum illam administrantes sicut boni dispensatores multiformis gratiæ
Lactantius. Dei. Si quis loquitur quasi sermones Dei, &c. Accepisti homo corpus, cum alijs corporeis bonis nobilitatem salutem pulchritudinem, secundo animam cum suis potentijs, tertio gratiam baptismalem, quarto tempus, quinto temporalia. Quæ omnia accepisti non ad
1. Thes. 4. ociandum, sed ad operandum. Corpus vt ipsum rationis vinculis constringamus vt sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione & honore non in passione desiderij, caro subijciatur spiritui in proprium bonum illius, lib. 2. cap. 5. num. 17. 18. 26. & 27. cap. 7. num. 38. lib. 3. cap. 1. num. 1. 11. 12. 16. 21. 22. 28. vsque ad 33. 56. vsque ad 58. & 62. carnis blanditijs cedere non debemus, lib. 2. ca. 5. nu. 19. lib. 3. cap. 1. nu. 17. & 18. carnis seruitio obnoxius non debet esse homo, sed animæ carnis ministerio debet vti, lib. 3. cap. 1. num. 13. 14. 17. 18. 47. 50. & 51. lib. 3. c. 9. nu. 46.
16 lib. 18. cap. 11. nu. 5. Secundo animã cum po-
2. Cor. 2. tentijs accepimus, vt ipsam virtutibus ornemus, & dicamus vetera transierunt ecce facta sunt omnia noua. virtus cum Deo proximo & seipso ordinanda est, lib. 18. cap. 10. nu. 29. carnem pascit & sterili bene non facit cũ anima neglecta in implendis desiderijs carnis versatur homo, lib. 2. cap. 17. num. 23. virtutes connexæ esse debent, vt gratum Deo so num reddant, lib. 18. cap. 10. num. 15. & 25. In virtute sic proficiendum est, vt nullus sit dies in quo bonum non faciamus, lib. 18. cap. 12. num. 8. 11. & 12. 15. & 23. anima nostra ci-
17 uitas est varijs virtutibus munienda, lib. 1. cap. 22. num. 19. lib. 7. cap. 8. nu. 22. Tertio gratiam dedit in baptismo, vt illa sanemur, & sanati vegetemur, lib. 4. cap. 14. nu. 14. 15. 17. & 20. lib. 14. cap. 6. num. 43. & 44. vide lib. 7. cap. 8. per totum, vbi docetur, quod gratia est ingens bonum animæ, & quod ociosa esse
18 non debet. Quarto tempus accepimus diuino seruitio deputandum, quo dum carent homines in inferno extremis malis absque vlla spe deputãtur, nos autem illud habemus,
Prou. 5. vt dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. Tibi dictum puta. Ne des alienis honorem tuum & annos tuos crudeli, & gemas in nouissimis, &c. Honor hominũ libertas est, quã multi alienis dant, scilicet mundo & carni, & etiam crudeli domino annos concedunt. Tales gemunt tempore nouissimo videntes sine fructu. tempus redimunt qui tẽporũ varietate a bono cæpto non recedunt, lib. 2. cap. 11. num. 31. lib. 17. cap. 1. nu. 6. illud autem perdere graue malum est, lib. 3. cap. 23. num. 19. lib. 10. cap. 8. num. 19. lib. 13. cap. 12. num. 15. & 20. lib. 17. cap. 1. num. 2. vsque ad 5. 7. & 9. tempus redimunt qui reiectis carnalibus spiritualia quærunt, hi tempus proprium faciunt lib. 17. cap. 1. num. 1. & 6. vita hæc tempus famis est, in qua refici debemus, &c. lib. 6. ca. 1. nu. 6. 7. 10. & 11. lib. 9. cap. 9. num. 4. vita hæc cultui iustitiæ consecrata est sequens præmio, lib. 18. cap. 17. nu. 19. 23. & 24. Quinto bona temporalia accepimus diuitias, &c. quibus negociãtur homines cælestia eleemosynis enim seminat homo ad iustitiam & metit fructum vitæ lib. 5. cap. 10. num. 2. 3. 6. 13. 14. 25. 34. 51. 58. 71. & 72. Hæc bona acceperunt homines, vt inhient lucris ait Augus. quia ideo scriptum est in lege: Maledictus omnis, qui non suscitauerit semen in Israel, id est, nullus spiritualiter natus putet, sibi debere sufficere ne instet Dominicis lucris. Hoc sancto negocio cæleste præmium acquiritur tantoq. illud erit maius, quanto plus omnibus laborauerit homo Dei gratia adiuuante. Sic morti proximus consolabatur Apostolus, quod bonum certamen certasset, &c. Sic Ezechias rex: Memento Domine, quod ambulauerim coram te in veritate, &c. vnde Paulus: Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis, &c. Et alibi. Tu vero vigilia in omnibus labora, &c. Noctes quidem laboriosas numerant hi, sed non vacuas impij autẽ laboriosas & vacuas. Lib. 10. cap. 1. docetur, quod ad labores non ad ocium & delitias vocati sumus potissime, num. 9. 13. vsque ad 15. lib. 18. cap. 8. num. 8. & 9. ocio vacare non debent homines Christiani, lib. 2. cap. 5. num. 9. & 10. cap. 6. num. 33. 34. & 37. cap. 7. num. 1. 4. 5. 18. 24. 28. 29. & 42. cap. 8. num. 40. & 41. lib. 13. cap. 12. num. 4. vsque ad 6. 14. 20. & 21. ociosus dicitur, qui opus Dei non operatur, qui autem malum facit ociosus non est, sed mortuus, ibid. num. 8. & 9. oportet ergo vt talentis acceptis recte vtamur considerantes, quod in iudicio requiret Deus omnes dies sæculi, id est, cogitationes omnes verba & facta, lib. 9. cap. 9. num. 2. 11. & 13. & 45. 63. iudicium finale semper præoculis habendum, vt bene viuamus, lib. 9. cap. 9. num. 11. vsque ad 14. 21. 24. & 56. Multi autem non solum acceptis talentis non negociantur, sed & illa expendunt praue, dũ corpus libidinibus delitijs conuiuijs ebrietate deturpant, lib. 3. cap. 1. num. 20. 37. & 59. Animam prauis desiderijs maculant, baptismi gratiam paruipendunt, tempus preciosissimum conferunt, dum lusui aleis noxijs conuersationibus consecrant, res vero temporales in prauos vsus consumunt. Et instar filij

Lib. 14. contra Faustũ. Deut. 25. 1. Tim. 4. Iob. 7. Greg. 19 Luc. 15.

prodigi

prodigi abeuntes in regionem longinquam
Oseæ 2. dissimilitudinis, nec ad se redeuntes cuncta
misere consumunt cum scriptum sit. Dedi eis
frumentum, vinum, & oleum, & argentū mul-
tiplicaui eis, & aurum, quæ fecerunt Baal, lib.
2. cap. 10. num. 1. 5. usque ad 8. 14. usque ad 20.
27. & 28. omnes nos manifestari oportet ante
tribunal Christi, vt referat vnusquisque pro-
pria corporis, &c.

20 Post multum verò temporis venit Domi-
nus, &c. Multum dicit tempus, vel quia im-
pijs longum videtur tempus, qui dum cogi-
tant iudicium dilatum, negligenter viuunt,
quod non esset si illud cogitarent propinquū,
sicut iusti faciunt, qui mortem, & iudicium
iam iam instare considerant, talenta quæ ac-
ceperunt dispensant, lib. 9. cap. 9. num. 18. qui
iudicium non cogitant cito futurum perden-
tur: mortem credere longè abesse multa cau
sat damna, cum tunc homo negligēter viuat,
lib. 11. cap. 10. num. 3. 7. 10. 11. 15. & 17. Vel
multum dicitur tempus, vt longior detur ho-
minibus iustitiæ faciendæ licentia, qua impij
abutuntur, vtuntur autem pij, qui in breui
etiam consummati expleuerūt tempora mul
ta, lib. 4. cap. 1. num. 66. & 67. vide lib. 18. cap.
17. num. 10. 20. & 21. Vita hæc quantumcun-
que longa re vera breuissima est, lib. 18. ca. 17.
21 nume. 16. 18, 20. & 22. Accessit autem pri-
mus, qui quinque talenta acceperat, &c. Ecce
alia quinque superlucratus sum. Is qui bona
fuerat operatus multa gaudens ad reddendā
Origen. rationem accessit, habens fiduciam in introi-
Heb. 10. tu Sanctorum in sanguine Christi. Et alibi, ha
2. Cor. 3. bentes talem spem multa fiducia vtimur,
quia eam habent velut anchoram animæ tu-
tam, ac formam, & incedentem, vsque ad in-
teriora velaminis. Audemus, & bonam volū-
tatem habemus magis peregrinari a corpo-
Ecclesiast. re, &c. Mortis amara memoria dicitur homi-
ni peccatori, sed iudicium illius rectum ho-
mini pauperi. Iudicij vltimi diē expectat pie-
tas. Sicut impietas reformidat, lib. 9. ca. 9. nu.
44. & 61. quia iusti ab auditione mala nō time
būt, nu. 65. Iudicij diē expectat, qui perfectè di
ligit Deū, li. 17. ca. 3. nu. 25. li. 18. ca. 5. nu. 8. ob-
1. Paral. tulit alia quinque talenta, q. d. Tua sunt enim
29. omnia, & quæ de manu tua accepimus, reddi-
mus tibi. Gratia tua in me vacua nō fuit. Sed
quia neque qui plantat est aliquid, neq; qui ri
gat, sed qui incrementū dat Deus, omnia tibi
accepta referimus, nos autem diuinæ gratiæ
tuæ cooperati sumus. Liberū arbitriū coope-
rari debet diuinæ gratiæ, lib. 4. ca. 14. nu. 15. &
16. lib. 7. ca. 9. nu. 6. 7. 12. 13. 19. 22. & 23. verbo
22 gratia. Intra in gaudiū domini tui. Quia Deus
1. Ioann. maior est corde nostro intrare iubetur in gau
2. 2. q. 28 ar. dium, &c. quia æterna felicitas, quæ infinita
3. S. 1 hom. est a nulla creatura perfectè, & infinitè parti-
cipatur, verbo Beatitudo. Super pauca fide-
lis dicitur licet ineffabilia illa sint, quæ acce-
pit homo gratuita, si ea respiciamus, quę sunt
seruata in cælo, & quæ conferenda restant in
futura vita, vbi solummodo magnificus domi
nus noster, &c.

IN CONCEPTIONE Beatissimæ Virginis Mariæ.

Euangelium.

Liber generationis Iesu Christi. Matth. 1.

Vide lib. 3. cap. 9. num. 9. & 10. lib. 11. cap. 6. nu. 6. 16. vsque ad 19. lib. 11. cap. 6. per totum recensentur laudes Mariæ.

HODIE summum re- 1
dēptionis nostræ opus *In Conceptio-*
inchoatum est. Hodie *ne B. Mariæ.*
prima huius operis fun
damenta iacta sunt. Ho-
die arbor illa plantata
est, quæ fructū vitæ erat
prolatura, quo generis
humani morbus vetitæ arboris fructu cōtra-
ctus sanandus erat. Hodie in paradiso Eccle-
siæ virga illa de radice Iesse consita est, ex
qua pulcherrimus ille flos emicuit super quē
spiritus Domini requiesceret de cuius pleni-
tudine omnes acciperemus. Hodie etiā Spi-
ritus sanctus telam texere cæpit ex qua æter-
no Dei filio, mortalis naturæ vestem aptaret.
Hodie denique caro, & sanguis ille coagula-
tus est, ex quo carnem & sanguinē filius Dei
sumpturus erat, quem pro salute nostra fun-
deret. Hodie virginalis palatij constructio
fuit in quo Dei filius habitaret. Hodie para-
disus ille voluptatis, hoc est omnium spiri-
tualium delitiarum omniumq. virtutum flo-
ribus adornatus manu diuinæ sapiētiæ plan-
tatus fuit in quo secundus Adam mundi con-
ditor & instaurator collocandus erat, in quo
lignum futurum erat ad omnium gentium
salutem. ille etiam paradisus varijs fructuum
& florum stirpibus erat consitus inter quas
mille herbæ noxiæ multi tribuli, & spinæ erāt,
herbas enim noxias post peccatum ortas es-
se D. Basilius & Ambrosius testantur, sed in
hoc nostro paradiso, nihil lethale, nihil no-
xium, nihil spinis obductum, sed omnia sua-
uia lenia & salutaria fuisse, flores etiam
omnis generis, hoc est cunctarum virtutum
germina ibidem fuisse constat. Quia vero *Psal. 92.*
domum Dei sanctitudo decet, ideo sanctissi-
mam matrem Christus elegit. Quantum 2
vero summus ille sanctitatis & puritatis ama-
tor puritatem diligat, in lege olim satis hoc
indicio declarauit, quod omnia quæ ad cul-
tum templi necessaria erant multis purifica-
tionum legibus astrinxerit. Itaque & vasa
in quibus thura adseruabantur, & mortario-
la in quibus terebantur mundissima esse præ-
cepit. Quæ quoniam Babylonius rex pollue-
re ausus fuit in conuiuio eadem ipsa nocte
imperio simul, & vita spoliatus fuit. Ex mini-
stris vero templi, quo quisque propius ad sa-
cra ministeria accedebat eo purior, & mun-
dior esse iubebatur, cuius rei gratia sacerdo-
tes longiori, leuitæ vero faciliori ritu purga-
bantur. Cum ergo omnes qui ad res sacras
accessuri

accessuri essent, & quo ordo sublimior eo di-
gnitas maior indicebatur. Cum igitur inter
omnes meras creaturas beatissima Virgo
propius Deum attigerit, vtpote quæ illū con-
cepit, necesse erat, vt tanto magis puritatem
hominum & Angelorum vinceret, quāto ipsi
puritatis fonti propior erat. Fuerunt in lege
olim Nazaræi qui præscripto dierum nume-
ro Deo consecrati erant. Inter alia vero quæ
ex legis institutione seruare iubebantur, hoc
præcipuum erat, vt toto consecrationis suæ
tempore illorum caput ferrum non continge
ret, pro quo verbo Chaldaica paraphrasis ha
Num. 6. bet, Terror non ascendet super capita eorū.
Quo verbo significatur eos, qui Deo conse-
crati sunt ab omni inordinato timore, atque
adeo ab omni perturbatione immunes esse
debere, vt scilicet terrenis cupiditatibus sub-
actis, Deo in summa pace & trāquillitate ser-
uirent. Hoc autem nullus sanctorum ita præ-
stitit, vt hæc virgo sanctissima, cuius non so-
lum anima, sed corpus etiam Deo consecra-
tū fuit, ideoq. in summa pace, & quiete agere
Psalm. debuit, vt dignum illi habitaculum pararet,
cuius in pace locus est. Fuit etiam cunctis
diuinis muneribus, & virtutibus ornata.
Hæc est enim arca illa in qua tabulæ erant
legis, quas in visceribus scriptas contine-
bat, quæ in lege Domini meditabatur die, ac
nocte, quæ nunquam a colloquijs diuinis, &
oratione cessabat. In illa erat vrna aurea quæ
manna olim patribus in deserto exhibitū ser-
uabat, in quo erat saporum omniū suauitas.
In Virginis autem pectore, verum illud man-
na inclusum erat, cuius illa delitijs tanto ple-
nius fruebatur, quanto erat ab omni amore
rerum terrenarum purior. Intra arcam illam
erat virga Aaron quæ sine vllo humano cultu
fronduerat, intra huius vero mentem regia
illa virga delituit, quæ diuini Spiritus virtu-
te concepta æternæ vitæ fructum mortalibus
Exod. 21. protulit. illa denique arca purissimo auro
interius exteriusq. uestita erat, hæc autē no-
stra charitatis auro non modo intus erga
Deum, sed foris etiā erga proximos miro de-
3 core fulgebat. Maria aquæductus, qui fon-
tem Christum de corde patris excipiens ad
nos traxit, lib. 11. cap. 6. nu. 72. 73. & 75. Maria
quasi mundus specialissimus condita fuit a
Deo vt in ea habitaret, ibid. num. 83. Mariam
tota Trinitas ditauit. Pater dedit potentiā, Fi-
lius sapientiam, Spiritus sanctus virtutū om-
nium gratiam num. 84. Maria paradiso terre-
stri optime comparatur, nu. 111. & 112. Maria
ciuitas, quam condidit Deus, & in qua ipse
natus est, eodem num. 112. Maria locus volu-
ptatis à quo Christus fluuius egreditur, lib. 3.
cap. 5. num. 83. Maria Dei templum est, & Spi-
ritus sancti sedes, lib. 11. cap. 6. num. 5. 23. &
121. Mariæ conceptus ortus & infantia, ibi.
nu. 16. vsque ad 18. 126. & 127. Maria templū
est gloria Domini fabricatum, ibi. nu. 23. Ma-
ria lignum vitæ portans fructum salutis, ibid.
nu. 40. nu. 83. & 84. vocatur scala rubus, arca
sydus, virga, vellus thalamus porta, &c.

Considerandum etiam est, quod duorū ho- 4
minum conceptionem celebrat Ecclesia ple-
nam gaudio ineffabili, licet non æquali. Alte-
ra ea est in qua superueniente Spiritu sancto,
totaq. Trinitate operante, filius Dei in vte-
ro Virginis, ex purissimis eius sanguinibus
conceptus est, manente ipsa integra, quam
non ex virili semine, sed mystico spiramine
verbum Dei carnē suscepit. Alter dies etiam
sanctus illuxit in quo Deipara virgo cōcepta
est in visceribus Annæ. Dies in quo innume-
ris ditata est virtutibus, tantisq. donis, taliq.
gratia qualem nullū crediderim sanctorum,
post multa grandiaq. bonorum operum exer
citia consecutum. Iustorum semita quasi lux *Prou.*
splendida procedit & crescit, vsque ad per-
fectam diem, dum virtutibus existentibus in
exordio imperfectis tandē actibus nouis per-
ficiuntur, & pertingunt ad multā perfectio-
nem, post laudabilia virtutum insignia in fine
vitæ. At cum primum illuxit diluculum in *Cant.*
ventre matris, Maria quasi aurora consur-
gens, fuit pulchra vt Luna electa vt Sol. Pri-
ma gratia ei collata perfectior fuit meridia-
na luce sanctorum, cum Deus ipsa illa non
cooperante vtpote in qua liberi arbitrij vsus
non erat, fecit vt in cælis oriretur lumen in-
deficiens, cuius lucerna erat agnus. Et vt *Eccles.*
olim in prima die conditionis rerum, dicen- *Apoc.*
te Domino fiat lux, hæc ex nihilo cōdita fuit
solo Dei præcepto nullo iuuante, sed ipso in-
finita potentia ex nihilo producente, ex hac
autem prima luce in quarta die effecta sunt
duo magna luminaria quæ præessent diei & *Apoc. 12.*
nocti, sic & in hoc nouo cœlo, quod hodie
condidit Deus, nouam lucem creauit, quæ in
solem transiuit cum discursu temporis iam
grandęua amicta sole fuit quādo signum ma-
gnum apparuit in cœlo. Immo non solum in
cœlo vbi mirabatur Ioannes, sed & in terra
signum magnum apparuit, immo quod mi-
randum est, maxime in vtero matris contem-
plantes Mariam eam amictam sole confite-
mur, & quod Luna esset sub pedibus eius,
quia quot quot in Ecclesia sunt illa sunt infe-
riores, illos infantula vnius horæ excedit, qui
multis annis virtuti operam nauarunt non
exiguam. vnde de ea canit Ecclesia. Ego *Eccl. 24.*
quasi vitis fructificaui suauitatem odoris, &
flores mei fructus honoris & honestatis. Qui
locus duplicem habet interpretationem. Pri-
ma, quod nomen fructus nominatiui sit ca-
sus q. d. flores mei sunt fructus veri, ea virtus
quæ in alijs flori comparatur ob imperfectio-
nē, & quia marcescit facile multisq. periculis
est subiecta, leui vento decidit, modicoq. gelu
siccatur, leuiculaq. tētatione perit, qualis ho-
minū virtus in exordijs est, hæc in me fructui
cōparatur, quia his periculis non subijcitur,
nec mutationibus: sed fructus est honoris, de
que se podria todo el mundo honrrar, si illam
haberet, vt pote quæ in me tam fuit perfecta,
vt nulli subderetur periculo. Nec id solū in
Virgine mirandum est, quod ea bona quæ in
alijs dicuntur flores in illa fructibus honora-

tissimis cõparentur, sed quod ea quæ in cæteris tribuli sint & spinæ in ea flores sint, & fructus. Conceptionis dies maledicta, quam Iob in memoriam reducebat multis doloribus cruciatus dicens, Pereat nox in qua dictum est, conceptus est homo, noctem illam tenebrosus turbo possideat, non computetur in diebus anni, sit nox illa solitaria, nec laude digna, maledicant ei, qui maledicunt diei qui parati sunt suscitare Leuiathan, obtenebrentur stellæ caligine eius expectet lucem, &c. hæc in Virgine miris laudibus celebratur, benedicta vocatur ab omnibus, benedicunt ei, qui parati sunt suscitare Leuiathan, id est, sancti, viuat in memoria hominum dies in qua sacra hæc virgo concepta est, illustretur lumine dies in qua regina cœli claritate Dei perfecta est, præcipua sit in mensibus anni dies, in qua tantis donis Virgo decorata fuit. Aliter flores Mariæ, qui accedente vsu liberi arbitrij fructus erunt, modo antequam ad fęliciſsimum illum ſtatum perueniant flores sunt honoris, quibus illustrata virgo digna fuit, vt ab omnibus honoraretur. Maria mulier amicta sole, lib 3. cap. 7. num. 17. lib. 11. cap. 6. num. 31. 65. vsque ad 68. Maria Iordani comparatur Spiritus sancti gratijs redundans, lib. 11. cap. 6. num. 6. Maria Angelis fuit perfectior, ibid. num. 13. & 14. Maria lumen clarum abscondit aliarum fœminarum lucem, ibid. num. 22. Maria Angelos & homines incomparabiliter excedit, ibid. num. 76. & 77. Maria hortus, fons hortorum, fons signatus & puteus aquarum viuentium, num. 111. & 112. Maria nec primam, nec sequentem habuit aut habitura est, ibi. nu. 118. & 119.

Greg.

6

7 Tertio congruentissimum fuit, vt Ecclesia diem Conceptionis Virginis celebret in qua impeccabilis facta est ex gratia. Laudamus sanctos post mortem, laudamus post consummationem. Laudamus viros gloriosos, vt quondam Ecclesiasticus fecit, homines diuites in virtute, viros misericordiæ, quorum pietates non defecerunt, corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum viuet in generationem, quia pericula euaserunt, quorum pedes a lapsu eripuit Deus, qui clamant hostium feritatem, & potentiam iam tuti considerantes. Benedictus Dominus qui non dedit nos in captionem dentibus eorum, anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium, laqueus contritus est & nos liberati sumus.

Eccle. 44.

Psal. 114.

Psal. 123.

8 Hac de causa Ecclesia Spiritu sancto gubernante sanctorum miracula, admiranda virtutum opera, egregia illorum gesta, silentio tegit considerans eam quæ in omnibus illis, qui in gratia confirmati non sunt, ex libero arbitrio mutabilitatem, qua a pristina dignitate fœde cadere possunt in miserandum statum, sicut & qui enauigant fluctuans, & turbulentum mare, post prosperam nauigationem iam iam portum ingressuri naufragio pereunt. Gaudent quidem sancti, sed in spe tantum filiorum Dei, quæ incerta est, gausuri in re cum portui applicuerint, & procellosum deseruerint mare, hinc sanctorum fœlicitati congratulatur Ecclesia, cum sancti moriuntur, congratulatur autem Virgini hodie, cum primum vita in ventre matris donatur. In egressu a sæculo cãramus Domino, qui in sanctis glorioſe honorificatus equũ & ascensorem proiecit in mare, in ingressu Mariæ in orbe glorioſe in ipsa honoratur Deus qui equum & equitem demersit in mare fortitudo & laus illius effectus Dominus ab omni periculo libera mare ingressa. Siquidem quod in morte sanctis contingit, vt propensione ad malum, & difficultatibus in recte operando liberentur, hoc B. Virgini accidit cum primum vterum matris ingressa est, vbi cum primum fluminis impetus ciuitatem illam Dei lætificasset, protinus audire meruit, Deus in medio eius non commouebitur, quoniam adiuuauit eam Deus mane diluculo. Deus quidem ab anima recedit, quæ ad creaturas conuersa ipsum deserit, cõmouetur, cum venialiter illa peccat, & ad maiora peccata per hæc leuia disponitur, sicut in se fuerat expertus, qui dicebat impulsus euersus sum, vt caderem, & Dominus suscepit me, at in Maria non solum non recessit, sed nec leuissime commotus est in ea. Quod sancti in morte læti canebant, laqueus contritus est, & nos liberati sumus adiuuante Deo: hoc Virgini accidit, cum primum concepta est. Cum primũ Adam conditus fuit 9 in gratia & iustitia originali virtutibus, donisq. egregijs decoratus paradisi terrestris possessionem accepit, vt qui talis fuerat creatus tali potiretur loco, at dies ille laudibus non celebratus fuit: immo nec illi dictum est, vidit Deus quod esset bonum, cum de omnibus alijs creaturis id dixisset, lib. 8. cap. 3. num. 20. cum illius auctor Deus cerneret liberum arbitrium, nondum in bono confirmatum, quo abusus bonis acceptis priuatus est. At B. Maria hodie ingressa orbem non solum mirandis virtutibus & priuilegijs donatur maioribus certe, quam illa fuerint, quæ primus parens accepit, sed donũ etiam perseuerantiæ consecuta est, & in bono taliter confirmata, vt nec fluctuare quoquo pacto posset, vnde sicut sanctorum liberationem a malis celebramus cum vitam deseruntpericulis plenam, ita exordium vitæ intantulæ huius multa cũ lætitia colimus, cum hanc intrat eadem securitate donata. Illi post mortem audire meruerunt, Deus in medio eius non commouebitur, hæc cum primum anima corpori infusa est, illis hæc felicitas contigit in nocte sæculi, huic cum primũ vitæ diluculum claruit. In vita hac nemo securus est a lapsu, lib. 2. cap. 10. nu. 8. lib. 9. ca. 22. nu. 16. lib. 14. ca. 21. nu. 41. lib. 15. cap. 6. nu. 3. & 4. lib. 18. ca. 13. nu. 5. & 10. Sancti dũ viuũt securi non sunt a lapsu, lib. 2. cap. 6. nu. 11. 14. 17. 30. vsque ad 32. lib. 4. ca. 17. nu. 2. lib. 8. ca. 5. num. 20. cum Maria Dominus fuit excellentissimo

Exod.

Augst.

Psalm.

Psal. 117.

Basi.

tissimo, & miro modo, lib. 11. cap. 6. nu. 35. 45. vsque ad 47. Celebris etiam dies hic sanctus orbi fuit, qui innumeris circumdatus malis miserijs plenus, Deo inimicus, cælesti patria pulsus, a gratia alienus, præuaricatoris Adæ hæres effectus, Dei præsidio nudatus, nec tantis poterat malis liberari, nec bona amissa recuperare, nisi secundus aduenire Adam, qui nostra mala susciperet patri satisfaceret, carne indutus a carnis nos exueret malis, hoc autem fieri non poterat nisi prius paradisus pararetur vterus scilicet virginis, quem ingrederetur, qui venerat, vt nos de præsenti sæculo nequam liberaret. Et quia mulier circundare debebat virum, immo geminæ gigantem substantiæ, prius ipsam circumdedit vir cum ipsa amicta fuit sole. Dies hæc in qua B. Virgo tanta consecuta fuit bona, totius fælicitatis nostræ exordium fuit, dignum, vt a toto orbe ingenti cum gaudio celebretur.

Hiere. 31.

10 Liber generationis Iesu Christi, &c. vt ad expositionem Euangelij, quo in tanta hac festiuitate vtitur Ecclesia propius accedamus illud in primis animaduertendum est, in quibusdam sacræ Virginis solemnitatibus omnibus & sapientibus, & insipientibus perspicuum esse, Deiparam multis magnisque priuilegijs virtutibus, & donis condecoratam fuisse, nec id coniecturis colligunt, aut multis ratiocinationibus adipiscuntur, sicut adueniente Gabriele in Annunciatione, cum sacrum incarnationis mysterium in vtero eius gerendum aperuit, nullus est, qui non aperte castitatem deuotionem humilitatem, & obedientiam Virginis in ipsis Euangelij verbis contemplet, innumeraque illi collata bona ineffabiliaque illa aduertat, quando descendente Verbo diuino, vt in vtero virgineo tanquam in thalamo, in sponsam sibi humanam naturam assumeret. Et vt quondam descendente Deo, vt in monte Moysen alloqueretur illique legem porrigeret, ille tanta claritate illustratus est, vt radijs veluti cornibus, illuminatus talis esset, vt non possent filij Israel intendere in faciem eius propter claritatem vultus eius, ita cum in aluum Mariæ descendisset, qui lux vera erat, & venerat, vt illuminaret omnem hominem venientem in hunc mundum, illam sane immenso lumine coruscam reddidit. In Assumptione etiam, cum morti iam proxima, summo Dei amore flagrabat, ardentissimis finiendæ vitæ desiderijs flagrabat, sicut sitit ceruus ad fontes aquarum, ita sitiebat anima eius ad Deum fontem vinum, Dei charitatem eximiam spei celsitudinem, & fidei quis est, qui non animaduertat? Et quod tota pulchra, in vestitu de aurato circundata varietate properabat, vt astaret regina a dextris sponsi vnici filij sui, quis dubitaret? In alijs etiam Virginis solemnitatibus Euangelia docent, varias Virginis virtutes, &c. At sacra Conceptionis solemnitas, & quæ in ea Virgo accepit bona coniecturis colliguntur solis. Qui enim in vtero Annæ aduertit animam quamprimum viuificantem tenella membra infantulæ, quæ nec ieiunijs macerat carnem, nec humilitate viam parat gratiæ, nec oratione Dei præsentiam interpellat, nec varijs virtutum actibus, nec in vno oculorum, nec in vno crine colli cor vulnerat sponsi, quæ sola diuina bonitate, paradisus efficitur delitiarum Dei, variæ arbores plantantur, varij arborum fructus mirandi virtutum habitus in eius potentijs collocantur, libero arbitrio non cooperante, sopitisque remanentibus illis, qui in actus prodire non valent in tenello corpore, vt quæ accepit virgo superna dona colligamus, hoc Ecclesia vtitur Euangelio, liber generationis, &c. in quo admirandæ sunt coniecturæ, quibus ingentem gratiam, ingentes virtutum habitus, donorum Spiritus sancti excellentiam colligamus maximam. Inter quas hæc sit prima, quod 12 cum in memoriam occasione parentum Virginis reuocamus sanctorum patriarcharum prophetarum, Iudicum, regum, & sacerdotum, qui patres illius extiterunt secundum carnem virtutes maximas, harum omnium hæredem credimus Mariam. hæc enim fidem *Hebr. 11.* & obedientiam, quam mirandam docuit Paulus præcessisse in Abraham cumulatissime consecuta est castitatem Ioseph, humilitatem, & mansuetudinem Dauid, &c. siquidem superficiem litteræ in hoc Euangelio aduerteret homo, mentemque Ecclesiæ carneis oculis quis contemplaretur, credere potuisset, paulum aut nihil in laudem cedere Virginis, quod maiorum nobilitate, aut virtutibus laudetur, quod quatuordecim habuerit reges in serie generationum a Dauid vsque ad Iosiam, inter quos septem multa fuere virtute præditi, Patriarchæ multi, quorum primus recensetur Abraham de cuius nobilitate tantopere gloriabantur Iudæi, quod eum patrem haberent quorum insaniam Dominus taxabat, quod de tanto patre se iactantes ipsum non imitarentur hæredesq. sanguinis effecti hæredem ipsius virtutem non haberent, nec reminiscerentur cauernæ laci de qua fuissent præcisi, nec Abraham patris sui, vt eius & *Esai.* fidem & mores imitarentur, quin potius tanti parentis filij ab eo degeneres audire mererentur. Radix tua & generatio tua de *Ezech. 16.* terra Chanaan pater tuus Amorrhęus, & mater tua Cethæa, cum hi qui ab Abraham genus ducerent mores sectarentur Chananæorum, Cethæorum, & Amorrhæorum infidelium, qui indigne tanto patre gloriabantur a cuius vita tam longe aberant, vnde qui nobilitatem non sequitur parentum stulte gloriam ab eorum sanguine reportare desiderat. vnde aiebat optime Chrysost.

Exod.

Psal. 41.

Psal. 44.

Chryſoſtom. Homil. 16. ad Rom.

Iacob, & Eſau ex eodem ſanguine ex ijſdem parentibus, & eodem concubitu, vnus fuit reprobatus alter electus. Filij Moyſis, Samuelis Dauidis, qui tanta virtute inſignes fuere, filios habuere perditos, &c. filijs parum prodeſt progenitorum ſanctitas, ſi eorum non imitentur virtutem, lib. 6. cap. 5. num. 2. 4. 5. & 11. De generis etiam nobilitate gloriari, non ſolum fidelibus interdictum eſt, ſed & barbari gentiles ſola ratione ducti a progenitoribus laudem non expetẽdam credebant. Qua propter Ouidius cum referret Vlyſſem, & Aiacem Telamoniũ certantes propter arma Achillis fortiſsimi Græcorum, qui ſibi debita ea multis rationibus contendebant, inter quas, cum Aiax generis antiquam nobilitatem in medium adduxiſſet, qua ſibi deberentur tanti viri arma: reſpondit Vlyſſes ſapienter ſatis, ſed enim quia retulit Aiax, eſſe Iouis pronepos, noſtri quoque ſanguinis auctor Iupiter eſt, ſed genus & proauos, & quæ non fecimus ipſi vix ea noſtra voco. Si ergo arma Achillis ob generis ſchema danda non fore credebat Vlyſſes, ſed animi tantum & fortitudinem, & virtutem conſiderandam, indignum ſane videtur, vt Chriſtianus homo de generis nobilitate glorietur, & vt Eccleſia in commendationem virginis maiorum nobilitatem adducat. Vnde Chryſoſt. aiebat melius eſt, de contemptibili genere clarum fieri, quam de claro genere contemptibilem naſci. Vnde melius eſt, quod in te glorientur parentes, quam quod tu in illis. Et Hieronymus ad illuſtriſsimam Celantiam ſcribens aiebat. Nulli te vnquam de generis nobilitate præponas: nec obſcuriores quaſque & humiliore loco natas, te inferiores putes. Neſcit religio noſtra perſonas accipere, nec conditiones hominum, ſed mentes inſpicit ſingulorum. Seruum & nobilem de moribus pronuntiat, ſumma apud Deum eſt nobilitas clarum eſſe virtutibus, quam nobilitatem in Petro piſcatore tantopere commendat Eccleſia. Quæ Hieronymi verba ab Ariſtotele mutuata crediderim, cuius hæc ſententia eſt, de nobilitate differens in lib. 1. Politicorum, virtus & vitium determinant nobilem & ignobilem. Filij & generaliter homines laudandi ſunt non ex maiorum nobilitate, ſed ex propria virtute, lib. 6. cap. 5. per totum. num. 1. 3. 4. 6. vſque ad 9. docetur, quod generis nobilitatem contemnendam docuerunt etiam philoſophi. Nobilitas clara non prodeſt illi quem mores ſordidant, lib. 6. cap. 4. num. 3. & 10. quod de generis nobilitate gloriari non debeant homines Chriſtiani agitur, lib. 6. cap. 5. num. 6. vſque ad 8. & 10. nobilitas cæleſtis vna eſt in nobis vnde alia contemnenda eſt, lib. 13. cap. 8. num. 1. & 20. Vtrumque hoc indubie credendum eſt, & quod de generis nobilitate Mariam commendare Eccleſia noluerit, cum quæ non fecimus ipſi noſtra vocanda non

Homil. 3. in Matth.

Hieronym. epiſt. 14.

ſint, nec virtutibus maiorum ipſam celebrem exiſtimare, ſed tantam ſanctitudinem recenſens patrum tantorum, tamq. variam virtutem Abraham, Iſaac, Iacob, Dauid, Ezechiæ, Aſſa, Ioathan, Ioſiæ, Ioſaphat, &c. id tibi perſuadere nititur, quo infantula hæc quamprimum concepta fuit maiori pol lebat gratia, & potioribus donis abundabat, quam hi omnes, quos Euangelium hodiernum refert habuerunt morti iã propinqui. Luna ſub pedibus eius erat, quia tota 14
antiquorum Eccleſia, quæ in viris ſanctiſsimis emicuit minori luce potiebatur minora habebat incrementa virtutũ, poſt diuturnos earum actus, quam ea fuerint, quæ virgo in vtero matris accepit. Sicut enim cum Zeuxis peritiſsimus artifex imaginem Iunonis perfectiſsime pingere decreuiſſet, vtpote quæ inter diuos a gentibus colebatur, mulieribus omnibus Agrigentinis multa cura inſpectis quinque elegit inter eas quæ reliquas pulchritudine excellerent, & id in vnaquaque conſiderans, quod perfectiſsimum erat, Iunonis effigiem omni prorſus imperfectione carentem mirabilẽ omnium oculis incredibili præditam pulchritudine depinxit. Ita ſupremus omnium artifex Deus, oculos diuinæ ſapientiæ, & bonitatis conuertit, vt obedientiam cerneret Abraham manſuetudinem Dauid, &c. zelum Ioſiæ, Ezechiæ humilitatem, &c. & quicquid in his omnibus perfectionis fuit, hoc totum eminentiſsime in Virgine collocauit, vt omnes antecelleret auos & proauos & atauos, qui eam præceſſerunt omnibus prælata & Angelis & hominibus quantacumque illi fuerint virtute prædita. Immo vero hac de *Serm. 100. de Ang. tempore.*
cauſa terræ promiſsionis eam comparauit *Num. 14.*
Auguſtinus, quæ lacte & melle manabat vrbes muratas habebat, cuius habitatores monſtra erant filiorum Enach de genere gigantẽo, quibus comparati reliqui, quaſi locuſtæ viderentur. Talem conſiderare
débes Mariam non relatam ad eos homines, qui modo multis abundant imperfectionibus, ſed ad antiquos patres quorum iuſtitiæ obliuionem non acceperunt coram Deo, veluti ſi monſtruoſum Gigantem non cum Pygmæo, ſed cum locuſta comparauerit, eorum virtus quantumcumque exigua locuſtæ erit ſimilis, ſi virtuti Virginis comparetur, aut ſi vrbem munitiſsimam ad oppidulum retuleris, & terram lacte, & melle manantem illi, quæ ſpinas germinat, & tribulos, vel acidos producit fructus, qui ad debitam maturitatem, & perfectionem numquam pertingunt. Hac de cauſa Ru- 15
pertus arbitratur de Virgine ſcriptum eſſe, *Lib. 4. in Cant.*
hortus concluſus ſoror mea ſponſa, vbi Maria paradiſo terreſtri comparatur in quo Adam conditus eſt, de qua produxit omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue. Lignum etiam vitæ in medio paradiſi: iſtam terram benedixit, vt ex ea cuncta-

rum

rum germina gratiarum, & cunctarũ exemplaria virtutum produceret. Fons hortorum puteus aquarũ viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. Sicut enim in initio fons aſcendebat de terra rigans vniuerſam ſuperficiem terræ, & fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde diuidebatur in quatuor capita; ſic ex te, o amica, o terra benedicta fons ille aſcendit, qui apud Deum erat, & in te fecit puteum, aſcendit ad irrigandam ſuperficiem terræ ad inſtruendam, & excolendam Eccleſiam per vniuerſum orbem terræ, & cum primum cõcepta eſt non verbis, ſed virtutibus & donis eius Deum vocantibus aiebat, veniat dilectus meus in hortum ſuum. Ego hortus, ego fons hortorum, ego fons ſignatus, ego puteus aquarum viuentiũ veniat ergo ipſe in hortum ſuum. Et non ſolum vulnerauit ſponſum in vno oculorum, quando libero vtens arbitrio orabat ieiunabat, &c. Sed in vno crine colli, id eſt, ea virtute, quam in die Conceptionis habuit, quæ cunctis virtutibus patrum longe præſtantior eſt, quando omnia flumina intrauerunt mare, & mare non redundabat, id eſt, ea quæ accepit Abrahã, poſt tot labores perpeſſos, poſt egreſſum a propria patria, vbi ſuos, & ſua deſerens egrediebatur neſciens, quo iret, in caſulis habitando multis laboribus ſubditus, ieiunijs vigilijs eleemoſynis mirandis deditus, quando iuſſus interficere filium dignam celeremq. exhibuit obediẽtiam, ea & potiora mater Virgo accepit, cum primum anima corpus cæpit viuificare, & quæ Iacob obuenerunt dona poſt viſionem ſcalæ, poſt luctam cum Angelo, poſtquam æſtu cruciabatur, & gelu, hæc noſtræ infantulæ in hora Conceptionis donata ſunt. quoniã deſcen
Pſalm. 71 Bern. dit gratia Dei ſicut pluuia in vellus. Cæleſtis plane imber in Virginem placido ſe infudit il lapſu, & ingens diuinitatis unda ſe contulit in cor Mariæ totum recipiens rorem, qui per totam aream ſparſus fuerat, quam circumdabant flores roſarum, & lilia conuallium, quia ornabant eam virtutes illæ quæ in patribus antiquis, vt in roſis & lilijs fuerant ſpar-
16 ſæ. Vnde poſt multa quæ in commendatio-
Hieron. epiſt. ad Paulam & Euſtoc. ne Virginis dixerat Hieronymus addit: ſicut in comparatione Dei nemo bonus, ita in cõparatione matris Domini nullus inuenitur perfectus, quamuis eximijs virtutibus comprobetur, cui omnia poma noua, & vetera fuerant ſeruata. Ego feci (Eccleſiaſ. 24.) ait Deus vt in cælis oriretur lumen indeficiẽs. In omni populo, & in omni gente primatum habui, id eſt, inter eos qui in hac peregrinatione & regia ciuitate commorantur, primatum ipſa habui. Maria Iordani comparatur Spiritus ſancti gratijs redundans, lib. 11. cap. 6. num. 6. Maria in ſerie quatuordecim generationum vltima, per quam terram promiſſionis intramus, ibidem. Maria terræ promiſſionis comparatur, ibi. nu. 37. Maria lectulus eſt Salomonis, quem ſexaginta fortes ambiũt, quia virtutes omnium ſanctorum habuit, nu.

89. quæ in multitudine electorum habebit laudem, & in medio populi ſui exaltabitur, & inter benedictos benedicetur, quæ ex ore Altiſsimi prodiuit omnium creaturarum primogenita. Sed duo coniungit diſſimilia multum Sapiens cum ſubdit. Ego feci ut in cælis oriretur lumen indeficiens, & ſicut nebula texi omnem terram. Duo ſane admiranda copulauit Spiritus ſanctus in Virgine cũ primum concepta eſt. Fecit vt in cælis oriretur lumen indeficiens, id eſt, fœlix illa anima ab exordio creationis in vtero matris luce quæ deficere nuſquam poſsit perficeretur luce quæ occaſum neſciret, ſed potius creſceret, & nebula cingebat terram, quia priuilegia illius omnia hominibus erant incognita, qui matrem conſiderantes grauidam, nihil ſuſpicabantur in ea noui, ſed infantulam ventris obtruſo poſitam cubili cæteris quamſimilem infirmitatibus circumdatam, Dei inimicam quæ gratiſsima illius erat amica filia, & ſponſa, ſed cum hæc omnia ſacro tegerẽtur ſilentio nec infantula loquente, nec Spiritu ſancto reuelante, qui tacens animam Virginis innumeris ditabat bonis, nec ſpiritibus angelicis nunciantibus mundo, quæ in aluo Annæ gerebantur. In cælis ſol oriebatur indeficiens, quia vt aiebat Hieron. a conceptu *Ecclеſ. 24.* *Hieron. ad Heliodo.*
Mariæ, redemptionis humanæ negociũ, quod tanta gerebatur tarditate, vt promiſſa incarnatio Abrahæ, vſque ad Dauid, ſilentio fuerit per 491. annos cælata, mira celeritate perageretur. Et ſicut olim in ſeptuaginta & 17
ſeptem generationibus Lamech punitus eſt *Ianſenius.*
(nam ſeptuaginta & ſeptem filios habuiſſe dicit Ioſephus, qui omnes diluuio perierunt) ita Saluator noſter, per quem peccatum abolitum eſt, in ſeptuageſima & ſeptima generatione natus eſt. Nam in genealogia Lucæ ab Adã uſque ad Ieſum ſunt ſeptuaginta ſeptẽ generationes. Et ſicut antiquis temporibus, cum diuina indignatio ad peccata punienda ſceleribus hominum id exigentibus impellebatur, homines condebat natura ſua ſæuos, qui ad multam potentiam euecti flagellum Dei eſſent, Alexander fulgure in manibus ſignificabatur. Antiochũ, Nabuchodonoſorẽ, Pharaonem, Holofernem condidit, quibus vtebatur Deus ad crimina vindicanda, e contra vero cum beneficia hominibus exhibere decreuiſſet mites condidit & miſericordes viros, quos multis virtutibus decorauit, ſicut Dauid extrahens & Moyſem a paſcuis, vt Iſraelitico populo benefaceret, vt horum potentia vteretur Deus in aliorum bonum, ita cum ſummum redemptionis beneficium hominibus exhibere decreuiſſet Deus, feminam dedit miſericordem clementiſsimam & potentiſsimam, vt operans in ea magna, qui potens eſt tantis bonis & potentia in noſtrũ bonum vteretur. Et ſiquidem in Euangelio hodierno nobilitatẽ Eccleſia retulit tantorũ patrũ non id fecit Virginẽ laudare volẽs claritate maiorũ, ſed eam commẽdans non tam ſucceſsionis, quam fidei hæredem, vt nubem

testium radiantissimus Sol excedat. *Hæres* fuit virtutum Abraham, Isaac, Iacob, & cæ-
Hebr. 12. terorum. Huius memoriã celebrat frequenter Ecclesia, vt eius laudibus delectetur. Nec mirum id cum ante ortum virginis Gentiles
18 Carnuti (quæ Galliæ Lugdunensis celebris ciuitas est) arã sub terra profunde cauatam habebant cum hoc titulo, Virgini parituræ. Quem locum postea fideles magnificentissime ampliatum, sub terra, & super terram in amplissimam Ecclesiã cathedralẽ erexerũt. & sapientissimus *Hieronymus* Osorius scriptor clarissimi tradit, testimonio illustrissimi Ducis qui a rege Portugalliæ Emmanuele in Orientalem Indiam directus fuit reperisse ibi sacellum intra quoddam magnum templum sub nomine Marien, religiosissime ab antiquissimo tempore a Paganis cultũ. Christiani autem sic laudibus Virginis vacare
Eccle. 49. debent, vt eius imitentur virtutes, ne Iudæis similes sint qui Iosiæ regis sanctissimi laudes multa cum delectatione & loquebantur, & audiebant, & memoria Iosiæ in compositione odoris facta, in omni ore, quasi mel indulcorabatur, & tamen illius vacantes laudibus, nec vitam imitabantur: ita contingit Christianorum multis qui in laudibus Mariæ occupatis eius vitam non dignãtur imitari, &c.

IN COMMEMORATIONE Annunciationis B. Mariæ.

Euangelium.

Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ.

Luc. 1.

1 *Cõmemor at. Annũciat. Ber. hom. 3. super missus. Esaiæ. 6. Psalm.*

BERNARDVS homiliam tertiã super missus est sic exorditur: Vę mihi non quidem quia tacui sicut quondã dixerat Esaias, sed quoniam locutus sum, quia vir pollutus labijs ego sum; vehementer timeo ne iam iam audiam, vt quid tu enarras iustitias meas & assumis testamentum meum per os tuum? vtinam & mihi de superno altari non quidem carbo vnus, sed ingens globus igneus afferatur, qui multam oris mei rubiginem ad purum excoquere valeat, quo sacrum diuinæ incarnationis mysterium vel leuiter valeam explicare, lib. 11. cap. 6. num. 45. Est enim Deificum hoc sacramentum, & Angelis & hominibus ineffabile. Et hac fortasis ratione, festum cõmemorationis Annunciationis Deiparæ Virginis vocitamus Hispani, festũ virginis de la O, quoniam sicut littera hæc vocalis in exordio sententiæ collocatur, quando rem aliquã fari cupimus cuius magnitudinẽ dignitatem aut excellentiam edicere non valemus, nec intelligere, veluti ecstasim patientes clamamus, O altitudo diuitiarũ sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incõprehensibilia sunt iudicia eius, &c. *Rom.*
Et illud, O Israel, quam magna est domus Dei *Baruc.*
& ingens locus possessionis eius. Vtimur etiã
characterе isto ad exprimenda desideria alicuius rei magnæ, quale significare voluit regius vates exoptãdæ aquæ quæ erat in cisterna Bethlehem, cũ dixit, O si quis daret mihi *1. Paralip. lip. 11.*
aquã de cisterna Bethlehẽ. Et quia Ecclesia hodie & his diebus aduentum Domini in carne celebrat, clamat, O sapiẽtia quæ ex ore Altissimi prodijsti, veni ad docẽdum nos viã prudentiæ. O Adonai dux domus Israel, qui Moysi in igne flãmæ rubi apparuisti, & in Sina legem dedisti, veni ad redimendum nos. O radix Iesse, &c. veni ad liberandum nos, &c. O clauis Dauid & sceptrũ domus Israel educ vinctum de domo carceris, &c. Quibus vocibus & aduentus Domini magnitudine, & ingens desiderium fruendi tanto bono explicabat. Et sicut olim Elias, cunctis præ terræ *3. Reg. 18.*
ariditate pereuntibus, quando in Iudæa & Sidonia non pluerat annos tres, & mẽses sex, cum diuinam iam voluntatem instantẽ cerneret ad irrigandam terram seruũ misit species, qui contemplaretur an in aere aliqua appareret nubecula, quæ futuræ pluuiæ signũ foret, qui cum cælum serenum semper fuisset intuitus, iam tandem rediens nunciauit prophetæ, quod nubeculam vidisset exiguã valde instar vestigij hominis septima vice cælum considerans, quæ ascendebat de mari. Cui propheta. vade dic Achab, iunge currum tuũ & descende ne occupet te pluuia. Cumq. se verteret huc atque illuc ecce cœli contenebrati sunt, & nubes & ventus, & facta est pluuia grandis, ita orbi contigit, qui aiebat anima mea sicut terra sine aqua tibi operibus *Esai. 64.*
bonis destitutus, Deum interpellabat, vt rorarent cœli desuper & nubes pluerent, aperiretur terra, & germinaret Saluatorẽ. Cun- *Esai. 19.*
ctorum, qui ariditatem istam animaduertebant desiderium maximum erat, vt ingrederetur Dominus super leuem nubem, vterum scilicet Virginis, vt Aegypti confringerentur simulachra. In hac die, in qua commemoratio celebratur incarnationis, & magnitudinem, & necessitatem mysterij considerantes, incipimus dicere, O sapientia, &c. certi quod septima die nubecula apparebit, quasi vestigium hominis. Vide lib. 3. cap. 5. de Christi incarnatione, ibi n. 7. 10. 32. 33. 60. 80. vsque ad 83. 91. & 92. & cap. 8. num. 7. docetur quod Domini aduentum valde desiderauerunt antiqui. Christus veniens in terram illam repleuit' virtutibus maxime autem pace subdens carnem spiritui, lib. 3. cap. 5. nu. 14. 18. 22. 41. 45. vsque ad 47. 54. 75. vsque ad 78. Christus comparatur imbri & nubi, & fluuio inebriãti terram, ibi nu. 31. 40. 43. 63. 69. & 83. cap. 7. nu. 26. cap. 9. nu. 5. & 16. Christus nubecula, quam vidit puer Eliæ, lib. 3. cap. 5. num. 63. Christum nasciturum in Bethlehem sitiebat Dauid, cũ aquę de illius cisterna desiderio flagraret, lib. 3. cap. 5. nu. 91. Maria nubes leuis in qua Christus mundũ ingressus est, lib. 3. ca. 5. n. 26. lib. 11.
cap. 6.

cap. 6. num. 20. & 29. Eadem ferè ratione festiuitas hæc nomẽ accepit expectationis partus, quem iamiam futurum vniuersus debet orbis desiderare, qui totius boni sit initium, qui finis sit omnium malorum, quæ ille patitur, quo finis imponatur cunctis hominum necessitatibus, si velint hi. 2. Paralip. 20. congregatus est potentissimus exercitus Ammonitarum, & Moabitarum aduersum Regem Sãctum Iosaphat, qui totum se contulit ad rogandum Dominum. Omnis verò Iuda stabat coram Domino cum paruulis, & vxoribus, & liberis suis, cumque pauerent cuncti factus est spiritus Domini super Iazihel Leuiten de filijs Asaph, & dixit Regi, & cuncto populo. Non est enim vestra pugna, sed Dei, confidẽter state, & videbitis auxilium Domini super vos. O Iuda, & Hierusalem nolite timere, cras egrediemini contra eos, & Dominus erit vobiscum. Cumque egrederetur ad pugnam populus cum Rege, statuit cantores Domini, vt laudarent eum in turmis suis, & antecederent exercitum, ac voce consona dicerent, confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in æternũ misericordia eius. Cumq. cæpissent laudes canere vertit Dominus insidias eorũ in semetipsos filiorum scilicet, Ammõ, & Moab, & montis Seir, qui egressi fuerant, vt pugnarent contra Iudam, & percussi sunt, atq. in semetipsos versi mutuis concidere vulneribus. Porrò Iudas vidit regionem plenam cadaueribus, nec superesse quenquam, qui necem potuisset euadere: quorum preciosissimis spolijs ditati sunt Iudæi, cum absque gladio victoriam de eis reportassent. Instat iam dies, in qua vocem Ecclesiæ audient fideles, dicentis. O Iuda, & Hierusalem, nolite timere, cras egrediemini, videbitis auxilium Domini super vos, vt hostium innumerabilis corruat multitudo, quam vincere nullus hominum potuisset, nisi canentibus nobis Deus astaret, vt victoriam reportaremus eius bonitate, & non armis partam. Christus Dominus vastauit filios Seth, dũ factus homo a Diabolo iugo homines liberauit, lib. 3. cap. 5. num. 5. 10. 24. 32. 34. 64. & 65. cap. 7. num. 1. 30. & 45. Christus Dominus tyranni potentiam incarnatione sua vicit, lib. 3. cap. 5. num. 10. 24. 26. 33. 34. 64. & 65. Expectationem ergo partus celebramus, in quo canentibus Angelis victores euadent homines, &c. Sed licet a nobis iam felicissimus expectetur partus, valẽtiori iure expectatio hæc partus in Deipara Virgine intelligenda, & celebranda est. Fœminæ enim vniuersæ die partus instante, maxime si eius difficultatem, vehementissimosque dolores sunt expertæ, ac pericula, anxiis cruciantur curis, & si ad horam dulciter confabulãtur comedunt, ludunt, dormitioni corpus accommodant, inter hæc omnia, quæ lætitiam pariunt, continuò dum instantem horam partus animaduertunt, intercluditur via risui, somno, &c. Adsunt terrores, interpellant animum, tristitiæ, terrores, periculi propinquitas, & magnitudo cuncta interturbant.

At in Beata Virgine, quę Spiritus sancti *Esa. 35.*
opere conceperat filium, cuius partus dolorem nescire in ea, quæ germinans germinaret, & exultaret lætabũda, & laudans, flagrantissimo desiderio, felicissimam hanc horam expectabat, in qua oriente vero Isaac benedictionem consecuta est, lib. 3. cap. 7. num. 15. Maria grauida aliarum fęminarum molestias non sentiebat, lib. 11. cap. 6. num. 70. Maria hortus conclusus est, & fons signatus, a quo Iesus, qui fluuius est egreditur, ibidem num. 5. 10. & 11. Mariæ venter ager est, de quo scriptum est. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni cui benedixit Deus, ibid. num. 11. & 89. Si filius doloris Benoni nasciturus es- *Genes.*
set non mirarer si partus timore potius, quam expectatione celebraretur, quæ mortis periculum consideraret, at instante ortu illius, qui verè filius dexteræ est, & gaudeat, & speret necesse est, quæ instantem animaduertit partum illum, qui Deo dignus est. Celebratur etiam festum hoc sub Commemoratione Annunciationis. Quoniam cũ filij Dei incarnatio in vtero Virginis, quæ annunciante Angelo effecta est, tantæ sit vtilitatis, & necessitatis, in qua tot reportauimus bona, a tantis erepti sumus malis, in qua ad summam dignitatem humana natura euecta est vtero eius thalamo existente, in quo Deus nuptias celebrauit incarnando, lib. 3. cap. 5. num. 52. lib. 11. cap. 6. num. 36. in qua diuinus amor summopere innotuit, lib. 1. cap. 6. num. 23. 27. & 28. lib. 2. cap. 12. num. 21. non solum semel, & iterum, sed millies celebranda est, & mysteriũ, quod dulcedine mirabili considerabant Sancti, tam frequenter, vt diebus, ac noctibus eius assidua meditatione non satiarentur, li. 3. cap. 6. num. 19. cap. 7. num. 29. usque ad 31. & 40. non mirum, si ante ortum infantis ad memoriam reuocet Ecclesia, licet in mense Martio, mysterium hoc, & Sacramentum in visceribus Virginis sit patratum, immo sacrum hoc aduentus tempus totum, considerationi tanti beneficij consecratum est, in quo ad memoriam reuocamus, quæ in aluo Virginis opere Spiritus sancti patrata sunt Sacramenta. Immo verò sanctis Pontificum decretis statutum est, vt singulis diebus tintinnabulum ad vesperum pulsaretur, vt tanti mysterij fideles recordarentur, & Deiparam salutarent Angelica salutatione, in qua Verbum caro factum est. Temporibusque anti- *Ioann. 1.*
quis in Liturgijs, hoc est in Missæ Sacrificio, quo Ecclesia vtebatur Græca precatio Angelica recitabatur, in qua tanti beneficij fieret memoria. Et sacra Rosarij oratio, quam B. Pater Dominicus, vel adinuenit, vel amplificauit, ferè tota tam frequenter hanc repetit orationem, vt in omnibus vitæ, & mortis, & resurrectionis, &c. Domini mysteriis semper replicemus Angelicam Salutatione, qua memoriæ insideat Incarnationis sacramentum, quod omnium aliorum exordium fuit. Et quod his omnibus maius est, Athanasius in *Athanas.*
oratione de Sanctissimæ Matris Dei laudibus
docet,

docet, quod Angelorum chori hac vtuntur oratione in cælo, qui his verbis congratulantur Marię, quæ astat a dextris sponsi in vestitu deaurato, in qua Deus eorum carnem assumpsit. Quid ergo mirum, si Ecclesia commemorationem Annunciationis secundo celebret solemniter, quam & Angeli, & homines singulis diebus ad memoriam reducunt, considerantes & Virginis excellẽtiam, & dona, quæ recepit, & dignitatem eius, quę benedictum fructum vitæ in suis visceribus clausit. Et ita in Concilio Toletano x. institutum est festum hoc tempore, Martini Papæ 1. & Regis Recesinati, ante nongentos annos, vt plenius recoleretur memoria Dominicæ Incarnationis tempore hoc, quo sacram eius Natiuitatem instantem considerat
2 Ecclesia. Multi arbitrantur, sub nomine virginitatis Deiparæ Mariæ festum celebrandum, quam abnegantes Pelagius, & Tendius pestem hanc, antiquissimumque ludæorum morbum; quo infecti erant, qui Zachariam
Origen. Basil. Greg. Nissen. patrem Ioannis Baptistæ, interemerũt inter templum, & altare, eo quod sanctæ huius fœminæ virginitatem tutare niteretur, Hispaniæ aduexerunt, & licet bonam eius partem tam execrando malo corrupissent, *S.* Illefonsus Toletanus Archiepiscopus, velut alter Zacharias, huic damno se opposuit, & in breui hæresis hæc e medio sublata est. Diei ergo huius solemnitas virginitatis Mariæ laudibus dicata est. Ea enim virtutis huius dignitas in Maria extitit, vt meritò Ecclesia festum hoc ad illius gloriam instituendum curarit. In alijs quippe virginibus sola virginitas: in hac autem virginitas cum fœcunditate supra omnem naturæ conditionem cõmendatur, in qua nec primam similem habere visa est, nec habere sequentem. Quomodo enim non salua omnia esse deberent in ea,
Cantic. 7. quæ peperit Saluatorem? Hanc singularem eius gloriam sponsus in Canticis commendat dicens, venter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs. Qua similitudine vtrãque virginis conditionem est complexus. Quod enim vterum eius aceruo tritici comparat, miram eius fœcunditatem insinuat, quod verò eundem lilijs vallatum commemorat, virginitatis eius candorem liliorum nomine designat.
3 Virgo Angelis est par, lib. 18. cap. 6. nume. 5. 10. & 14. virginum status a Maria, quæ virginitatem vouit, honoratur multum, ibidem num. 21. virgines solæ sequuntur agnum, quocunque ierit, num. 22. & 23. Maria deserto cõparatur, quia virgo peperit, & virgo permãsit, lib. 3. cap. 5. num. 37. cap. 7. num. 17. Maria manna, a qua Christus vermis processit, & ipsa virgo permansit, lib. 3. cap. 5. num. 89. Maria semper virgo fuit, lib. 3. cap. 7. num. 19. vsque ad 21. 27. & 36. lib. 11. cap. 6. num. 2. 4. 5. 21. 26. vsque ad 28. 33. 38. 44. 69. & 126. Mariæ virginitatem dum tuetur Zacharias pater Baptistæ occisus est, lib. 11. cap. 6. nu. 1. & 126. Mariæ virginitas significatur in aliquibus miraculis veteris Legis, quæ & porta clausa Ezechielis fuit, ibidem num. 2. 4. 5. 21. 26. 27. 35. 43. 69. & 126. Maria prima fuit, quæ in orbe virginitatem vouit, vnde miraculo, & præcepto Dei desponsata fuit, ibidem num. 18. 19. 30. 47. 49. 62. & 110. Maria virga Aaron, quæ fructum protulit sine semine similis in partu solaribus radijs, num. 33. 43. & 69. Marię duo vbera virginitas, & fœcunditas, ibidem num. 109. in qua nec opus, nec cogitatio carnalis vsquam fuit, num. 120. Maria fuit, quæ virginitatem, cuius sedes in cælo erat, mundo intulit eo tempore, quo virginitas, sicut & sterilitas inuisa cunctis erat, quando maledictæ erant steriles, sicut & virgines. Maria virgo, & mater Dei, per hoc quod mãter est, genuit homini Deum, quia virgo exaudita est pro reuerentia sua, lib. 11. cap. 6. nume. 54. In Maria gloriosior ex virginitate fœcunditas, & ex fœcunditate virginitas, ibidem nu. 40. Maria grata Deo per humilitatem, hominibus per fœcunditatem, Angelis per virginitatem, ibidem num. 80. Maria fuit bis pulchra, & decore virgineo, & vnigenito filio, num. 101. Maria nec primam habuit, nec sequentem habitura est, lib. 11. cap. 6. num. 118, 4
& 119. Hæc ergo prima sine præcepto consilio, vel exemplo gloriosum virginitatis munus Deo obtulit, & sic omnes virgines per
Anton. 4. p. tit. 15. c. 13. imitationem sui genuit: quapropter virgo virginum, aut mater virginum sola illa vocatur, & etiam quia excedit omnes virgines, sicut Iesus vocatur Rex regum. Vnctio docebat eam de omnibus, alias, quomodo scire potuisset Deo placere virginitatem? Verbum Dei ante factum est illi magister quã filius. Christo ergo denones te exhibere virginem sancta fœmina, & nescis, quod ipsi exhiberi te oportet etiam matrem? Eligis in Israel esse contemptibilis, & vt illi placeas cui te probasti maledictum incurrere sterilitatis non formidas, & ecce maledictio benedictione commutatur sterilitas fœcunditate recompensatur. Fœlix, quæ virginitate spõsa, & fœcunditate mater exisitis. Ex his colli-
ge, quod si olim abiectissimarum rerum inuentoribus (quę modo ad vitæ humanæ vsũ conferrent) diuinitatem antiquitas tribuebat (quod fecit his, qui vel aratri vsum, vel rationem colendi agros ostenderunt) quid huic virgini tribuendum esse putas, quæ hoc puritatis, tranquillitatis, quietis, & sanctitatis inuentum prima omnium excogitauit? Huius autem virtutis opes facilè intelliget, quisquis nuptiarum labores curas, & molestissimas occupationes expertus est, a quibus omnibus liber est, qui cælibem, immo cælestem in terra vitã ducit. Virgines sua onera tantum ferunt: nuptæ autem viri, & filiorum onera, non minus quã sua reputant, nec minus horum omnium malis torquentur, quã si ipsæ illis omnibus premerentur. Hoc enim proprium verè amantis est, dilectæ rei siue bona, siue mala sua reputare, illisque perinde, atque suis affici. Quot igitur vxor habet filios, tot habet corpora, tot morbos, quos curare,

rare, tot necessitates, quibus consulere, tot funera, quæ flere, tot labores, & incommoda, quæ subire debeat: a quibus omnibus immunis in cœlibatu prorsus extitisset. In matrimonio multæ sunt molestiæ, & impedimenta virtutis, lib. 11. cap. 8. num. 16. vsque ad 20. 22. & 29. Virgo libera est multis nuptiarum molestijs, lib. 11. cap. 8. num. 1. 2. 16. vsque ad 19. lib. 18. cap. 6. num. 21. & 22. Virgo Angelis est par, lib. 18. cap. 6. num. 5. 10. & 14. Virgines solæ sequuntur agnum, quocunque ierit, ibidem nu. 22. & 23. Quid igitur diuinius, quam eam uiuendi rationem excogitasse, qua homo non modo vberiora apud Deum merita cumulet, sed etiam quietam, & tranquillam ab huiusmodi curis vitam in turbido huius mundi pelago degat. Hoc tam præclarum inuentum sacræ virgini debemus, quæ sicut virginitatis inuentrix, ita etiam & illius adiutrix est.

7 Missus est Angelus Gabriel a Deo, &c. & nomẽ virginis Maria. Magnus est honos, qui castis, & puris ab ipsis cælestibus spiritibus
Genes. 38. defertur. Ille castissimus Ioseph vidit in sõnis Solem & Lunam, & Stellas ipsum adorare. Iustũ enim erat, vt castissimũ iuuenem cælestia honorarent, homines enim puritate fiunt Angeli. Virginitatem Deus maxime honorauit. lib. 18 cap. 6. num. 10. Virginitatem Theclæ
S. Thom. 2. 2. q. 8. reuerebantur bestiæ, quibus exposita fuit, ibidem num. 16. Aduertit autem S. Thomas quòd antiquitus erat valde magnum, quod Angeli hominibus apparerent, vel quod homines eis reuerentiam exhiberent, habebant pro maxima laude. Vnde inter Abrahæ laudes magnipenditur hæc, quod
Iudic. 13. Angelos hospitio recepisset, & adorasset pronus in terram. Manue etiam pater Samsonis simul cum vxore proni ceciderunt in terram, cũ Angelũ Domini vidissent: cumq. antea in specieviri alloqueretur Angelus Manue, eiusque nomen interrogaret iste, Angelus indica-
Dan. 8. re renuens dixit. Quid quæris nomen meum, quod est mirabile? Sic etiam cum veniisset Angelus, vt Danielem alloqueretur, collapsus est pronus in terram. Quod autem Angeli ho minibus reuerentiam exhiberent in Salutatione Virginis primum visum est, cum mis-
6 sus a Deo Gabriel eam salutauit. Ratio autem propter quam antiquis temporibus Angeli homines non reuerebantur, sed hi illos, ea erat, quod Angelus maior esset homine: primò quantum ad dignitatem, quia naturæ excellentioris, vt pote spiritualis, & incorruptibilis, cum homo de limo terræ cõditus, varijs mutationibus, & morti subiectus sit. Vnde Abraham pronus in terram paucis aiebat loquar ad Dominum meum, cum sim puluis, & cinis. Non ergo erat decens, vt spiritualis, & incorruptibilis creatura corruptibili homini reuerentiam exhiberet. Secundò præcellebãt Angeli hominibus, quantum ad familiaritatem ad Deum. Nam Angelus Deo familiarior est, qui assistit ei, sicut Danielis 7. scriptum est, millia millium ministrabant eis, & decies millies centena millia assistebant ei. Homo verò est quasi extraneus, & elongatus a Deo per peccatum; peccata enim hominum diuiserunt inter Deum, & ipsos. Peccata in graue malum nostrum maxime elongant nos a Deo, lib. 14. ca. 6. nu. 14. & 16. cap. 17. num. 1. Vnde conueniens est, vt homo reuereatur Angelum, vt pote propinquum, & familiarem Regis. Tertiò præminebant Angeli, propter plenitudinem splẽdoris gratiæ diuinæ, in qua conditi sunt. Angeli enim participant ipsum lumen diuinum in summa plenitudine, in qua ratione semper apparent cum lumine. At verò homines etsi aliquid participent de ipso lumine gratiæ, parum tamen, & in obscuritate quadam. Non ergo decens erat, vt homini reuerentiam exhiberent, quousque aliquis inueniretur in humana natura, qui in his tribus excederet Angelos, & hæc fuit Beata Virgo, quæ excessit Angelos in plenitudine gratiæ, quæ in ea maior fuit, quàm in quocunque Angelo. Et ideò vocauit eam Gabriel gratia plenam, ac si diceret ideò exhibeo tibi reuerentiam, quia me excellis in plenitudine gratiæ, quæ fonti gratiæ magis appropinquabat familiaris Deo vehementer affecta, maiorem honorem habens, quæ mater est, quam haberent serui. Maria optimè dici- 7
tur gratia plena, ab Angelo maxime laudata, quia homo eam laudare non valet, lib. 11. cap. 6. num. 7. 8. 45. 46. 49. & 50. Maria Angelis fuit perfectior, num. 13. & 14. Mariæ meritis nulla laus æquatur, num. 15. 39. 86. & 87. Missus est autem Gabriel, qui præpositus præliis est, quia veniente Domino prælium erat indicturus Dæmonijs, lib. 1. cap. 21. nume. 3. Maria Angelos, & homines incomparabiliter excedit, lib. 11. cap. 6. num. 76. & 77. Mariam salutans Angelus, dies diei eructat verbum, sicut nox nocti, quando Euam serpens seduxit, ibidem nu. 81. Mittitur autem Angelus in Nazareth, quia Mariæ flos & odor aduenire fecit Verbum in Nazareth, lib. 11. cap. 6. num. 40. & 100. Maria thesaurus latens in Nazareth, sed vbicunque ille fuerit, ibi erit & Dei cor, ibidem num. 58. Quapropter in Annunciatione Angelum præuenit Dei verbum citius illo currens, num. 45.
Genes. 3. & 46. Mittit Angelum Deus, non ut homines pellat è paradiso gladium ferens igneum, vt illius interdicat ingressum his, qui tanto bono turpiter abusi sunt, sed Angelum mittit, vt homines in paradisum introducat, & qui quondam Adæ inobedientiam puniturus aduenerat Virginis obedientiam laudaturus
Genes. 19. accedat. Non ut quondam Sodomæ incendium referens iustum doloribus cruciat, sed quod ignem venerit mittere in terram, vt vehementer accendatur, narrat cum virgini dicit: Spiritus superueniet in te sanctus, quo illum concipias, qui ignis est spinas, ac tri-
Exod. 12. bulos comburens. Non venit Angelus, ut primogenita interimat Aegyptiorum, sed qui conceptum nunciet illius, qui a regalibus sedibus venit, vt cunctis vitam restituat, qui pri-

primogenitus cum sit in multis fratribus animam veniret dare redemptionem pro multis alterius nuncians ortum, qui magni consilij cum sit Angelus, admirabilis cõsiliarius, &c. pater futuri sæculi, & in hoc sæculo, & in futuro salutem largiatur. Nomen Virginis Maria. Nomen istud, auctore Hieronymo Hebræum est, significatque stellam maris. Quia virgo hæc Stella fuit orta ex Iacob, quæ sine sui corruptione veluti radium pareret filiũ. *Fern. hom. 2. super missus est.* Stella non quæuis, sed maris. Quoniam sicut in mari Stellæ sunt certæ, quarum intuitu nautæ gubernantur, sic nos mundum hoc mari similem transfetantes Mariæ ductu ducimur, & vela damus, sicut quidam dixit. Tu placidum terris sydus, quod liberat omnes A pelagi feruore rates, quod luce benigna Saturni, Martisque graues eliminat iras. Te duce vela damus portus habituri secundos. Si insurgentibus in mari fluctibus, perire non vis, respice Stellam, voca Mariam. Si instant fluctus tentationum, & tribulationum, respice Stellam. Si passiones iræ, inuidię, &c. te exagitant respice Stellam. Si criminum immanitate turbatus iudicij horrore perterritus barathro incipias absorberi tristitiæ, desperationis abysso, cogita Mariam. In periculis, angustijs, rebus dubijs, ipsam inuoca, nõ recedat ab ore, non a corde, ipsam contẽplare. Maria, quamoptimè hoc nomine, lib. 11. cap. 6. num. 44. ad quam confugere debemus *Antonin. vbi supra.* ne pereamus. Mariæ nomen Angelo nunciante ei impositum est, quo eius dignitas commendetur, &c.

8 *Canisius. Ambrosius.* Aue, gratia plena. Salutatio hæc, & oratio noua tunc fuit ab Angelo Virgini prædicta, & a tota Trinitate dispositia, qua audita turbata virgo fuit, non quidem Angeli aspectu, qui frequentissimus illi erat, sed quia benedictionis nouam formulam admirabatur, quæ nusquam lecta est, nusquam comperta, quæ soli seruabatur Mariæ, lib. 11. cap. 6. num. 19. & 127. *Ho. 6. super Luc.* Similem enim salutandi formam, ait Origenes, siue ad virum, siue ad fœminam factam in omni scriptura nusquam reperiri, quæ admiratione dignissima est, in qua diuinitus declaratur qualis, quantaque sit virgo, *Sophron. in Serm Assũption.* ad summum illud electa mysterium. Quod verò ait, Aue gratia plena, duplicem sensum, & optantis, & affirmantis admittit. Quid autem, vel optaret, vel precaretur Virgini, in qua miram gratiã, bene constituta omnia, & contemplabatur, & reuerebatur? Ergo affirmantis hæc est oratio, non futurum beneficiũ precantis, sed de præsenti potius gratia illi gratulantis, simulque testificantis, nunciati q se gaudij iustam adesse causam, quoniam cęteris iustior, ac sanctior mortalibus plena iã esset gratia. Illi Aue dicimus, quæ tota pulchra, tota formosa Dei amica semper perseuerauit, quia gratia plena. Ac pulchre quidem congruebat gaudium Mariæ ante alios homines offerre, quæ secundam Euam se præstare debuit, vt primæ matris, cui dictum est, in dolore paries filios, tristitia soluęretur. *Laurent. Iustinian.* Gaude sola mulier perpetuæ obedientiæ laudem consecuta, parens augusta benedicti seminis, quo Serpentis antiqui caput omnium malorum exordium conteritur. Gaude magnificum diuinæ gloriæ templum, consecratum Regis æterni palatium, & thalame immaculate, in quo humana natura Dei filio despõsatur. Gaude immensæ lætitiæ parens. Apte Aue illi dicimus, quæ nihil pristinæ maledictionis retinet, quæ a communibus veræ tristitiæ causis, a peccato manantibus persecuerat immunis, quæ summam gaudendi materiam in seipsa ob incredibilem conscientiæ puritatem circumtulit, ac demum in ipso gratiæ, gloriæque fonte Christo consolationem maximam prima persensit, nobisque præsentiendam obtulit, & reliquit. Aue, in- *Serm. Euthymiaci.* quit Epiphan. gratia plena, Virgo in lampade gestans lucem inextinguibilem sole splẽdidiorem. Aue gratia plena, quę es vrna aurea continens manna cæleste, Aue gratia plena, nubes columnæ similis, quæ Deum habes, *Sophron.* qui populum duxit per desertum. Maria plena gratia, plena Deo, plena virtutibus; vnde quia plena virtutum gratia fuit rectè comparatur agro pleno, vt Isaac locutus est cui- *Gen. 27.* benedixit Deus. Gratia plena, magna enim, & ineffabilis gratia est, vt vna ex tantis millibus eligatur. Quæ cum gratia plena sit, priusquam concipiat, post conceptionẽ quanta abundauit gratia, quis cogitare potest? 9 Rectè de Maria intelligitur illud Cant. 1. Melliora sunt vbera tua vino fragrantia vnguẽtis optimis. Ambrosius nomine vnguentorũ *lib. de SS. cap. 8.* præclara charismata ipsumque donorum autorem Spiritum sanctum intelligit. His vnguentis perfusa Virgo, non potuit non plena esse gratia, vt hinc eius odore tota Ecclesiæ domus mirificè fragret. Quid ergo sanctitatis, quid iustitiæ, quid religionis, quid perfectionis singulari huic Virgini deesse potuit, quæ totius diuinæ gratiæ charismate plena fuit? Quid rogo vitij in ea vendicare sibi potuit locum, quæ ad instar cæli plenitudinis totius diuinitatis meruit esse sacrarium? *Chrysip.* Chrysippus Presbyter Hierosolymitanus, vt explicet Mariam gratia plenam, vocat eam armarium vitæ, hortum patris, pratum totius fragrantiæ Spiritus sancti, puteum semper viuentis aquę. In ea reconditus fuit totius gratiæ thesaurus, quæ Dei erat luculentissimum, & splendidissimum vas, gratiarum *Guerric. ser. Annun.* pelagus. Guerricus ait, sicut Salomon in omnibus thesauris suis, & opibus tantis nihil habuit tam preciosum, quod in opus illud magnificum thronum scilicet suæ gloriæ iudicaret ebori præferendum, sic Maria singularem præ omnibus electis Angelorum, & hominum gratiam adepta est, ut ex ebore corporis eius thronũ sibi virtus Altissimi fi- 10 ne manibus excinderet gloriosum. Maria gratia plena est, quia cæteris per partes illi tota se infudit plenitudo gratiæ, lib. 11. cap. 6. num. 4. 45. 49. 50. & 58. Maria in conceptione Christi omni gratia, & virtutibus est impleta, ibidem

dem nume. 32. 46. usque ad 53. & 98. Maria gratia plena virginitatis, & humilitatis priuilegio, ibidem num. 79. Maria duplici vbere sponsi vberrime lactata est, num. 98. In Maria laudat sponsus oculos capillos dentes, &c. id est varias ipsius virtutes, num. 105. usque ad 109. Maria multa habebat interna, quæ hominum latent cognitionem, num. 113. Maria thalamus est sanctitatis, nume. 121.

11 *Iansenius.* Aue gratia plena. Græca lectio habet gratificata, id est quam Deus singulari, & gratuito suo fauore sibi gratam fecit, & gratam habet vel gratiosam. Gratiosi enim dicuntur Latinis, quibus fauetur singulari aliquo animi studio, quamuis ea dictio Græcę uocis significationem non adæquet. Non enim Angelus tantum eam uocat gratiosa n, hoc est acceptam placentem, & gratam, sed effectam gratiosã, ut donum Dei significetur, quo gratiosa facta est, gratiosa autem facta est ex plenitudine donorum diuinæ gratiæ in ipsa. Quia verò gratia virtutum omnium radix est, charitas verò velut huius radicis truncus, cæteræ verò virtutes, uelut huius trunci rami, ideo ex *Cant. 4.* radicis magnitudine, & arboris truncus, & cæteri uariarum uirtutum rami æstimandi sunt. Et vt quondam cum primum sponsæ dictum est, quam pulchra es amica mea, &c. protinus singularum partium pulchritudo describitur, &c. Ita cum primum Maria gratia plena dicitur, ab ea tanquam a principio perfectio tanta omnium virtutum manauit *Albert. mag.* vt credendum sine præiudicio melioris sententiæ censuerit Albertus, Beatissimam Virginem in Conceptione filj Dei charitatem filij talem, ac tantam accepisse, qualis, ac quanta pertingi poterat a pura creatura in statu viæ, sicut enim ab essentia rei fluunt potẽtiæ omnes, ita summa gratia, quæ in anima Virginis fuit, qua mansit plena ortum habuerunt omnes eius virtutes, & Spiritus sancti dona, quibus ornata fuit.

12 Dominus tecum. Dominus pater exercẽs suam omnipotentiam, filius ostendens suam summam sapientiam, est Spiritus sanctus vtens sua summa bonitate. Sunt omnes tres personæ faciendo in te opera potentissima, sapientissima, & optima. Dominus nomen est potestatis, ait Ambrosius, & quia Dominus facturus erat in ea pertinentia ad maximã po- *Bernard.* testatem, magnificando eam, dum extrema vniuit distantissima, Deum & lutum matrem & virginem, fidem & cor humanum, quod Sacramentum hoc comprehendere non uaret, in quo tota ratio facti est potentia faciens, ut aiebat Augustinus, ideo Dominus tecũ *Aug. ff.* qui uenit, vt faciat in te magna, qui potens, est. Vnde Aggæus, quæ in vtero Virginis gerenda erant considerans aiebat, magna erit *Aggæus.* gloria domus istius nouissimæ prius quam primæ dicit Dominus, quod de templo Salomonis intelligi nullatenus potest, cum longè inferior gloria, & magnificentia templi illius post Aggęum usque ad illius uastationem extiterit, quam fuerit tempore Salomonis, & aliorum Regum. Hæc ergo gloria magna domus per prophetam demonstrata exponitur de Virgine gloriosa, de qua canit Ecclesia domus pudici pectoris templum repẽre sit Dei. Hæc ergo domus tanto gloriosior est templo Salomonis, quanto filius inhabitator eius plus est, quam Salomon. Tanto gloriosior, quanto anima eius excellentior est, quam fuerint Sancta Sanctorum; tanto gloriosior, quã to diuina natura potior est propitiatorio. In Christi incarnatione maxime lucet potentia Dei vniens extrema tam distantia, lib. 3. cap. 5. num. 12. Exulta, & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israel.

Aliter fuit Dominus cum Beata Virgine, cũ *S. Thom. 2. p. q. 8.* Angelo aliter, cum ea ut filius, cum eo ut Dominus. Dominus tecum, tecum in mente in *And. Cret.* ventre, tecum in thalamo, tecum in præsidio. Dominus tecum, qui est ante te hodie tecum est, & paulopost erit ex te. Maria Dei tẽplum est, & sedes Spiritus sancti, lib. 11. cap. 6. nu. 5. 23. & 121. Maria Christum fœlicius corde, quam corpore gestabat, num. 30. cum Maria Dominus fuit excellentissimo modo, & miro ibidem num. 35. 45. usque ad 47.

Benedicta tu in mulieribus. Hæc est, de 13 qua scriptum est in Canticis, viderunt eam *Cant. 6.* filiæ, & beatissimam prædicauerunt Reginæ, & concubinę laudauerunt eam. Filiæ Sion substantiæ sunt separatæ, quæ sic vocantur propter claram speculationem diuinorũ. Surrexerunt autem ad uenerandum eã, quam intuentur super se. Reginæ autem sunt animæ sanctæ, quę ratione se regunt, concubinæ autem animæ sunt reproborum, & hi etiam laudant Mariam. Filiæ Sion beatissimam eam dicunt, & magis eam laudant, quia eius virtutes perfectius agnoscunt. Aduerte omnes fœminas, quarum virtutes valde celebratæ sũt, & tamen omnium veluti syderum igniculos clarum Mariæ lumen abscondit, ait Hieronymus. Benedicta tu in mulieribus, quæ Vir- *Hier. prologo Sopho.* go es, & mater, quia virginitate sponsa, & fœcunditate mater existis, benedicta, quia benedixit Deus tabernaculum suum. Benedicta tu, quam Zacharias candelabrum aureũ *Zach. 4.* vidit, septem lucernis, & septem infusoriis, id est septem Spiritus sancti muneribus exornatam. Non solum benedicta inter mulieres, sed inter benedictas maiori benedictione insignis. In multitudine electorum habebit laudem, & inter benedictos benedicetur. Vel certè dicitur benedicta, quia ei Dominus be- *Eccles. 24.* nefecit, quæ maiora a Domino beneficia accepit. Sacræ enim Scripturæ phrasis est beneficium benedictionem nuncupare, sicut Abi- *1. Reg.* gail dixit Dauidi, Iacob fratri suo Esau, &c. *Gen.* Maria est, de qua dicitur, mulierem fortẽ, lib. 11. cap. 6. num. 43. Maria benedicta super omnes mulieres, num. 47. & 119. De re hac multa *Cap. 18.* in concione Annunciationis restant dicẽda. De qua uide etiã in li. 1. Rosarij, in expositione orationis Angelicæ, & lib. 2. ca. 1. latissime.

IN FESTO S. THOMAE Apostoli.

Euangelium.

Thomas vnus de duodecim, qui dicitur Didymus. Ioann. 20.

In octaua Paschæ adnotauimus aliqua, quæ huic Euangelio conueniunt. De laudibus autem Apostolorum differitur toto cap. 23. lib. 1.

In festo S. Thomæ. Apostoli. 1 ANTEQVAM ad sacri Euãgelij expositionem veniamus, illud in primis animaduersione multa dignum est, quod ea die, in qua gloriosum laborum fructum S. Thomæ in morte obuenientem, in qua datum est, vt qui in Christum tanta firmitudine credidisset pro illo etiam pateretur testis præclarissimus effectus fidei, quam docebat, quando Apostolicæ dignitatis, & meriti præmium ingens consecutus est, quando non ad communia præmia militibus constituta, sed ad selectiora, quæ fortissimis ducibus sunt parata euectus est, lib. 1. cap. 23. num. 30. quando disposuit illi Deus regnum tanta gloria, vt astet Iudici sedens in regia sede, sic venturus ad iudiciũ, quando Angeli pauentes stabunt, ibidem nu. 34. & qui vnus fuisset ex duodecim stellis in capite Ecclesię militantis positæ, qua quæ pulchra erat ornaretur in terra, & modo Ecclesia triumphans eadem ornaretur in cælo, lib. 1. cap. 23. num. 19. Habuerunt quidem sancti thesaurum in vasis fictilibus, sed cum uasculis per mortem fractis gloriæ eorũ fulgor 2 emicuerit, lib. 11. cap. 7. num. 7. quid necesse fuit, vt cum eorum victoriæ celebrantur, manifestentur, quæ multò ante præcesserunt imperfectiones in ipsis? cum olim Chore seditionem mouisset contra Aaron, & ignis vastasset ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incensum contra præceptum Domini; præcepit Dominus Eleazaro filio Aarõ, vt tolleret thuribula, quæ iacebant in incendio produceretque ea in laminas, & affigeret altari, ut cernerent ea pro signo, & monumẽto filij Israel. Seditionis auctores deglutiuit infernus uiuẽtes, & qui Sacerdotales honores inordinate cõcupierant Deo sacrificiũ offerre gestientes, igne consumpti sunt, vt sceleris horum perpetua maneret memoria in laminas redacta thuribula, voluit vt in tabernaculo posita, signum essent stultitiæ illorum futuris sæculis. Rectè quidem, vt tali animaduersione & punirentur impij, & admonerentur reliqui, at Ecclesia disposuit, ut quo iugis perseueraret memoria incredulitatis Thomæ in sacra Euangelij lectione, velut in tabernaculo thuribula manerent, & cunctis patescerent signa, & bonitatis diuinæ, quæ huic Apostolo sunt exhibita, & incredulæ mẽtis, quæ diuinam potius vltionem, quam misericordiam prouocabat, admiratione certè multa hoc dignum est, vt futuris temporibus de viro, qui ad tantæ gloriæ fastigium euectus est hodie tantæ memorentur imperfectiones. Prima, quod Thomas vnus de duodecim non erat cum eis, quando venit Iesus. Grandis discipuli miseria, qui errabũda ouis, nec aliarum ouium, nec pastoris consortium *Eccles. 4.* sequebatur. Qui audire poterat væ soli, qui non de lapsu sollicitus subleuantem desideraret, sed quod lapsus iam, & confractus, extra consortium aliorum positus subleuantem non haberet. Et si quispiam præualuerit cõtra vnum, duo resistunt ei. Præualuerat Dæmon contra inermem, & imbecillem homunculum, de cuius dentibus auferenda erat præda, & qui clamare debuisset. Erraui sicut ouis quæ perijt quære seruum tuum Domine, cum fratribus non intererat. Et instar filij prodigi recedens a paterna domo fame peribat. Et sicut frater iuuatus a fratre ciuitas firma est, sic solatio destitutus fratris vrbs erat tens, & absque murorum ambitu, quam ...cilè expugnat hostis, & cunctis spoliat bonis. Iustis dum promittit Deus societatem suam fœlices eos reddit, lib. 4. cap. 20. num. 7. 11. 15. & 16. Cum etiam ad societatem redijt sociorum, & fratrum, dicentibus omnibus illis vidimus Dominum, ille fidem dictis non adhibuit decem viris, qui audita non referebant, sed visa, eius resurrectionem referentes, a 3 quo audierat ille, & tertia die resurgam. Cũ aduentum eius futurum prædiceret Esaias, *Esa. 62.* ut Domini bonitatem magnipenderet aiebat. Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam, donec egrediatur, vt splendor iustus eius, & saluator eius, vt lampas accendatur. Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit, & eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui, &c. Non uocaberis vltra derelicta, & terra tua non uocabitur amplius desolata, sed vocaberis voluntas mea in ea, &c. & gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus. Ingrediens orbem, qui solus perfectè iusti nomen meretur, & quia læsam iustitiam uenerat reparare, & quia ab eo omnis iustitia deriuatur in Sanctos, vt splendor egressus fuit, qui in splendoribus Sanctorum ex vtero ante luciferum, a patre fuerat genitus, vt illuminaret his qui in tenebris, & vmbra mortis sedebãt, & dirigeret eorum pedes in viam pacis, cuius ingressu nome... nouum acceperunt credentes, non derelicti, sed tales effecti, vt in eis diuinum innotesceret consilium miraque voluntas eis benefaciendi, super quos gauderet sponsus cum ad illius seruitium adduceretur, sicut gaudere solet, qui dilectam sibi fœminã in sponsam accipit, cuius nimio amore cruciatur. Hæc bona in ortu Christi, quem Ecclesia quinta die celebrauit communicanda esse Sion, & Hierusalem, hoc est sanctæ Ecclesiæ propheta pollicetur. A mortuis etiam resurgens, vt splendor radiantissimusque Sol

domum ingreditur, in qua discipuli conclusi morabantur, vt in fide, quę Dei donum est, eos corroboret. Vt incredulus Thomas corona sit gloriæ in manu Domini, non derelictus vocetur, sed admiranda Iesu voluntas in eius salute innotescat cunctis, & quod eius sanctis operibus sponsus Christus coronetur, cuius amore ductus, tam sollicitè venit saluum facere, quod perierat, vt ouiculam perditam humeris imponens, ac si pretiosissimum, regiumque diadema esset sacro capiti impositum, gaudens dicat congratulamini mihi, quia inueni ouem, quæ perierat, immo quæ de ore leonis fuit mira potentia, & bonitate mea eruta. Tanta Domini sollicitudo fuit, tam vehemens amor cunctis innotuit in quændo Apostolo. Rectè quidem diuinum opus, miranda dilectio, ingens misericordia, quam semper expedit considerare. Sed quod Thomas cum sociis non fuisset, quod narrantibus Domini resurrectionem, quam multa efficiebant euidenter credibilem, fidem non adhibuisset, hæc tam ingens imperfectio in die mortis, quæ dies dicitur laudis 4 celanda videbatur ab Ecclesia. In die enim mortis, qui cordati sunt viri laudibus defuncti vacant, & ea solum referunt, quæ illum commendare possunt, cæteris prætermissis, quæ in eius cedunt dedecus, etsi inimicus ille sit. Cum Ecclesiasticus in memoriam reducere disposuit priscorum sanctorum gesta ab Enoch, vsque ad Simonem filium Oniæ, cum in illis multæ extitissent imperfectiones, quas sacræ narrant litteræ, cunctarum oblitus, sic exorsus est. *Eccles. 44.* Laudemus viros glorioſos, &c. Homines diuites in uirtute. Qui de illis nati sunt reliquerunt nomen narrandi laudes eorum, vt & patrum, & filiorum narrentur præclara virtutum opera, quæ operati sunt. Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorum nunciet Ecclesia, non narret mala, si quæ præcesserunt in ipsis, sed quæ laude digna sunt opera. Et meritò sanè, & conuenientissimè, vt reticeantur mala, & prodeant bona, vult Sapiens. Quoniam sanctorum dum viuerent hæc summa sollicitudo fuit, & cura, vt quæ in ipsis præcessissent mala nusquam exciderent memoria, sed pristini lapsus assidua recordatione in lecto, in mensa, in domo, in itinere lamentabantur, lectum lachrymis rigantes, & potum cum fletu miscentes, scelerum memoria vt fenum arescebant, & quando ad aliquantulam requiem componebantur membra, vt leuis degustaretur somnus, vel ad refectionem sederent, & mensam, & lectum lachrymis rigabant, & vinum assiduis fletibus veluti aqua temperabatur. At quæ in eis præcessissent prælara gesta obliuioni tradebant, posteriorumque obliti virtutum ad ea, quæ erant priora, extendebantur. Vnde Origenes, & *Orig. in psal. 37. Hiero. & Chrysost. Ho. 2. in psal. 50.* Hieronymus in Psalmum differentes, in quo regius vates tam frequenter ad memoriam redigit peccata, quæ patrarat, illius titulum hunc esse asserunt. In recordationem psalmus Dauid. In quo peccatorum sanctus recordatur. Auerte faciem tuam a peccatis meis, dicit Iustus, quoniam iniquitatem meã (Augustinus) ego cognosco, & peccatũ meũ coram me est semper. Vnde Augustinus ex- *In psal. 75. August.* plicans verba illa psalmi, quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi, aiebat. Prima cogitatio in iustis confessio peccatorum est, reliquiæ cogitationum, id est posteriores cogitationes, ut a memoria non recedãt peccata, & confessa, & dimissa, hac enim memoria Deum lætificamus illique diem festum, & gratum agimus. Prima cogitatio Dauidis fuit cum Nathan prophetæ dixit, peccaui, sed licet audisset, Dominus transtulit peccatum tuum a te, replicabat peccatum meum corã me est semper, istæ erant reliquiæ cogitationum Deo gratissimæ. Pauli prima cogitatio fuit dum in terram prostratus agnosces peccata sua aiebat, Domine, quid me vis facere, sed tamen licet ex persecutore effectus esset vas electionis, reliquię cogitationis dicebãt, non sum dignus vocari Apostolus, qui prius *1. Tim. 2.* fui blasphemus, & persecutor, &c. Sicut e 5 contra, quia impiorum cura dum uiuerent hæc fuit, vt celarentur peccata, & si quę essent bona opera in medium proferrent, iustitia Domini postulat, vt in morte nullum eorum studiosum opus pandatur, sed mala omnia toti innotescant orbi, sicut eleganter adnotauit Hieronymus dictum Ezechieli his verbis. Pone ollam: Congere frustra eius *Ezech. 24 Hieron.* in eam, femur, & armum ossibus plena, &c. compone quoque strues ossium sub ea. Efferbuit coctio eius. In quibus verbis, quæ in die iudicij euentura sunt mala impijs voluit significare igne desęuiente. Propterea hæc dicit Dominus, væ ciuitati sanguinum, ollæ cuius rubigo in ea est, & non exiuit de ea. Sanguis eius in medio eius est super limpidissimam petram effudit illum, non effudit illum super terram, vt possit operiri puluere. Hoc fiet, inquit Hieronymus, quando in propatulo creaturæ vniuersæ omnia scelera patebunt. Quoniam peccatum Iuda scriptum dixit Hieremias stylo ferreo in vngue *Hiere. 17.* adamantino, quod si pœnitentia non deleuerit, cunctis sit manifestum. Beati autem *Psalm.* iusti, quorum cum remissæ fuerint iniquitates tegentur etiam quantumcunque graues illę extiterint. In iudicio vltimo iusti- 6 tia sanctorum patebit cunctis, lib. 9. capit. 9. nume. 3. In iudicio toti mundo erunt præsentia impiorum mala, lib. 9. cap. 9. nume. 12. 13. 20. 30. usque ad 32. 59. 62. & 76. Iusti cum bonum opus peregerint auertunt oculos ab eo, lib. 12. cap. 1. nume. 9. Peccata præ oculis habent iusti dum viuunt, non bona opera, mali verò e contra, lib. 2. cap. 12. numer. 12. & 13. lib. 14. cap. 10. nume. 1. vsque ad 9. 11. 12. 14. vsque ad 16. Peccata depicta habere debet homo in memoria, vt Deus ea de-

leat, lib. 14. cap. 10. nume. 2. 5. 7. 8. & 14. cap. 17. num. 24. & 25. cap. 23. nume. 21. cap. 22. nu. 37. & 38.

7 Cum ergo hæc ingens cura Dei sit, vt virtutes etiam minimæ sanctorum prodãtur in morte, celenturque quæ præcesserunt imperfectiones, eadem Ecclesiæ spõsæ cura esse debet, sicut in exequijs defunctorũ facit uerbi referens Ioannis, Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Et ita in morte Petri admirandam eius confessionem, & præmiũ, quod illam consecutum est narrat Ecclesia. In obitu Ioannis Euangelistæ insignia eius priuilegia eximiam dilectionem Dei in illum, in obitu Andreæ mirabilem vocationem Domini, & obedientiam discipuli. Et si in morte Matthæi telonei negocia narrantur, ea sunt, in quibus ante conuersionem sacer Euangelista detinebatur, a quibus quam primum vocantem Dominum audiuit resiliuit. Et si mater Iacobi sedem postulauit filio incertum est, qua id mente excogitauerit. Solius Thomæ hæ imperfectiones referuntur in die mortis, & coronæ, quæ euenerunt, cum iam magister esse debuisset propter tempus, qui tribus annis in schola Domini fuerat conuersatus, vbi innumera magistri exempla opera, educatio miracula, verba vitę æternæ in illius posita ore qui Deus verus erat, quæ adamantinos homines liquescere, vt cera debuissent, ferreus efficiebatur, & hanc eius incredulitatẽ narrat Ecclesia hodie, & quidem conuenientissimè. Primum quoniam licet Apostoli hæc præcessisset imperfectio, nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, &c. tamen cum primum increpantem Dominum audiuit, noli esse incredulus, &c. & a proposito destitit, & continuò verba illa protulit, Dominus meus, & Deus meus; imperfecta quidẽ ea, sed animi affectum perfectissimè exprimẽtia, mutatus est Saul inter prophetas existens in virum alterum, & prophetans, nõ vt ille in quo repentina fuit enectio, & repentina deiectio secuta est, at in Apostolo hæc miranda mutatio, animum eius ita in bono firmauit, vt fidelis effectus Dei fidem amplexus eius amore ardens totum se eius seruitio cunctis posthabiris mancipauit vitam, honores, salutem, & omnia contemnens, ut Christi honori curando, & dilatandæ eius fidei totus intentus esset. Qui etsi maioribus bonis in aduentu Spiritus sancti donatus sit, vt creditum sibi munus diligenter exequeretur, etiam in resurrectione Domini breuissimis his verbis auditis. Quia vidisti me, &c. Sed fidelis ad tantam Domini dilectionem subleuatus est, quod vt eam cunctis suaderet barbaros Indos, mare Athlanticum transfretauit, Parthis Medis Euangelium prædicauit, & inde in Orientis regiones veniens, vsque ad Brachmanos deuenit, & usque ad insulam Taprobanam. vt vnus existens ex duodecim cælestibus signis, per quæ graditur sol cunctis lucesceret in omnibus regionibus fructus mirabiles producturus, vt Dæmonum delubra perirent, diuinusque propagaretur cultus Christique Crucifixi fides. Non tam varias gentium regiones peragrauit, curiositate allectus, sicut aliqui Philosophi fecerunt, vt motus cælorum discerent, &c. Sed vt cælorum Dominum in hominum cognitionem adduceret. Apostoli Pauli hæc eximia fuit laus, quod cum appropinquans Damasco luce cælesti circundaretur, qui sanctorum sanguinem sine intermissione sitiebat, ingressus ciuitatem in tantam dignitatem euectus est, vt in paradisum raperetur, & audiret arcana verba, quæ non licet homini loqui, miraculose Christus de cælo veniens talia in Apostolo operatus est, talia fecit & in Thoma cænaculum ingressus ianuis clausis, vbi ille incredulus morabatur, qui repente muratus est.

Nec mirum, vt qui audit infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, audire etiam mereatur manus eius distillauerunt myrrham primam, & digiti eius pleni sunt myrrha probatissima. Manus Christi distillabant myrrham, manus eius tornatiles erant aureæ plenæ hiacynthis, non mirum, si hanc virtutem, & perfectionem manibus Thomæ communicent, ut mirabilium operum sint effectrices. Quid mirum si ab aquis diluuij eripitur, qui peribat, vbi mysticæ arcæ fenestram ingrediens in foraminibus petræ requiescit? Hæc petra refugium est herinaciis, & leporibus, in qua passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, in quo ab insidiis inimici liber sit, & iniquo peccatorum deponat spinas, & formidinem, & pusillanimitatem, qui lepus erat. Sancti adamantini, & fortes a Christo vero adamante effecti sunt, libr. primo, capit. 23. numer. 6. & 7. lib. 2. cap. 8. numer. 9. & 10. lib. 6. capit. 12. numer. 12. capit. 13. numer. 1. 3. 6. & 8.

Sanctorum virtutes, & lapsus consideret homo, ut uirtutes imitetur, & de lapsu timeat, lib. 16. capit. 6. numer. 18. Sanctis aliquibus ex priuilegio subito infudit Deus perfectionem uitæ, lib. 18. capit. 13. nume. 6. & 7. Peccatores mutans Deus in sanctos, bruta animalia Deo pugnante dicuntur superari, lib. 12. capit. quarto, numer. 11. & 12. Secundo Euangelica Lectio hæc lecta est in die, quæ laudibus tanti Apostoli consecrata est, quando victor cælum ingressus est, ut ex ea Domini ingentem perpendas sollicitudinem in reducendo eo, qui tam necessarius Ecclesiæ esset futurus. Et qui Iudam deseruit, ut laqueo suspensus interiret miser, istum tanta quæsiuit cura, ut a quærendo non cessaret, donec inueniret ipsum. Quondam cum decreuisset Deus Iudaicum populum operibus duris fatigatum de manu Pharaonis eripere, Moisem quæsiuit in rubo descendens illum alloquens, ad tantum opus destinauit illum, quem aptissimum huic tam arduo operi agnoscebat mirãdisq. signis eum promptiorem reddidit ad hoc munus exequendum, nec solum idoneum effecit illum, sed fortitudinem eius agnoscens, & ea perpendens, quæ in Aegypto fuerat operatus in defensione fratris, quem talem agnoscebat diligentissimè requirebat, nec eius excusationibus indignabatur, non sum eloquens, non audient me, &c. Obsecro Domine mitte, &c. Sed ista dissimulans ei virgam miraculorum porrexit; vt impositum onus, & munus digne exequeretur, qui tanto populo præficiebatur. Sic Thomas cum infinitæ multitudini præponendus esset, vt eorum Dux effectus verbis, & exemplis, non in terram promissionis, sed in cælestem beatitudinem introduceret.

Seraphin mittit Deus e cælo forcipem cum ignito carbone manu tenens, quo polluta Esaiæ labia mundarentur, & diceret. Ecce ego, mitte me, vt filios Israel ad tui cultum pertraham, & populum in quo a planta pedis vsque ad verticem sanitas non est pristinæ restituam sanitati. Sic uerus Seraphin Dominus Iesus diuino flagrans amore Apostolum diuino cremat incendio vt barbaras nationes idololatriis pollutas ad uerum Dei cultum traducat. Et sanctissimum hunc Ezechielem emissa similitudo manus apprehendit eum, & eleuauit eum spiritus inter cælum, & terram, ut gentium scelera contemplatus verbis, & exemplis, non diuinam indignationem, vt ille, sed misericordiam prædicaret. Vasque electionis Thomam efficit, vt suauissimum nomen Iesum portet coram Regibus, & gentibus, & filiis Israel. Imperfectus erat Moyses, imperfectus Esaias, imperfectus Ezechiel, & vastator Ecclesiæ Saulus: sed tamen quia hi ad ingentia opera assumendi erant multa cum sollicitudine, & quæruntur a Domino, & perficiuntur; sic & Thomas, &c. Et ut quondam, quia diuina indignatio aduersus Niniuem ciuitatem ingentem deferbuerat, quæ moderanda esset admirabili Barbarorum conuersione, quam per manus Ionæ prophetæ perficere dispoſuerat Deus, qui ne diuinam expleret iussionem in Tharsis fugere statuerat, stultus credens diuinam posse effugere præsentiam, & quia eius prædicatione audita, ab hinc quadraginta dies, & Niniue subuertetur in cinere, & cilicio vitam detestaturos pristinam sciebat Deus prophetam quærit, nuntios mittit ventos, qui eum caperent, & ligarent, piscem parat, qui fugitiuum detineat intumescens mare, ut sorbeat, nec tantis imperfectionibus motus Dominus prophetam deserit, quem scit eius misericordia ad tam exiguum opus proficuum, ita licet hæ sint imperfectiones in Apostolo Thoma, quas Euangelica lectio narrat, non vndis, non ventis eius fugam impedit, sed Deus ipse fugientem insequitur, non ut ciuitatem unam ad pœnitentiam pertrahat, sed uarias gentium regiones Indos, Parthos, Medos, Brachmanos, a cultu Deorum extrahat, & oleas inserat oleastris. Quem ad tantam pertrahit perfectionem, vt regna conuertat tanta, non propter miracula, sed quia in eo sicut in sociis verus erat gloriæ, & pecuniarum contemptus, libr. 14. cap. 29. numer. 8. Largitatemque accepit gratiæ, sicut & cæteri, quia sine excusatione magna aggredi debebat, lib. 16. cap. 12. nume. 14. & 15. igneus enim homo effectus miranda operatus est, ibidem nume. 15.

Apostoli fuerunt duodecim fluuij, quibus vniuersus mundus rigatus est, lib. 18. capit. 2. nume. 27. & 28. & nubes, qui motione Spiritus sancti dederunt vehementissimo imbri cursum in gentes, num. 31. Apostoli montes effecti sunt, quibus Iesus prius irradiauit, vt sic lux deueniret ad cæteros, lib. 14. cap. 26. numer. 29. Ad tantamque virtutem eleuatus est, ut tam immaniter persecutus a tyrannis, labefactare eorum animos non potuerunt, libr. nono, capit. 20. numer. 4. Apostoli parturientibus ceruis optime comparantur, quibus Deus astitit, lib. 3. cap. 19. nume. 13. vsque ad 15. Apostolorum dignitatem, & officia uariis nominibus explicant sancti, lib. 1. cap. 23. nume. 22. Apostolorum munus fuit filios generare Christo, nume. 11. usque ad 13.

Præterea in Euangelica lectione incredulitati Apostoli coniunguntur verba illa mirandæ deuotionis plena, Dominus meus, & Deus meus, in quibus docearis, quid sancti a semetipsis habeant, & quid a Deo. Antiqua hæc consuetudo obseruata fuit, inquit Gregorius, a Domino, quando visitans Eliam diluculo cœlos aperiebat sermone, qui homo erat similis nobis passibilis, & referabat, & claudebat cœlum, ut ad nutum eius, & plueret, & non plueret, ac si illius haberet clauem, & idem ipse subito probatus mulierem expauescens secreta deserti penetrabat, & animo consternatus propter metum Iezabelis mortem optabat. Sic Paulus ad tertium cœlum rapitur Damasci habitans, & in sporta continuò per murum demittitur, vt præpositi manus fugiat. Ista sanè miranda varietas sanctorum animos exornat valde. Indecens iudicabat Dominus, ut commissura panni rudis in uestimentum vetus immitteretur, & vestitui deaurato commissuram iungere panni uulgaris expediens non est, sed stultum oculos omnium offendens, at in viris sanctis sayales y brocados circundati illi uarietate ista pulchriores redduntur, modo in sporta demissi, modo in paradiso deambulantes, modo fugientes, & post paululum mirabilia patrantes. Viles in se, & a se in Deo, & a Deo prodigiosi, & admirabiles effecti, imperfecti, & perfecti si ad diuersa referantur. Sanctos Deus aliquando cadere permittit in eorum bonum, lib. 4. cap. 34. nu. 23. vsque

ad 25. libr. 9. cap. 18. numer. 8. usque ad 10. Sancti in oculis hominum perfecti, in oculis Dei imperfecti sunt valdè, lib. 8. cap. 5. nume. 21. Sanctos, qui ad summa rapiuntur tentat Deus ne superbiant, lib. 8. cap. 7. num. 12. vsque ad 14. 17. & 20. Sancti, qui fundamenta sunt Ecclesiæ humilitate firmãdi sunt,
15 lib. 28. cap. 15. num. 32. Thomas ergo, quod a se habet proferens constanter testatur: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, &c. Deo autem mouente a quo omne datum optimum est, palinodiam recantat, & dicit Dominus meus, &c. Hominem visitat Deus, & deserit, ut intelligat, quid habeat a Deo, & quid a se, lib. 4. cap. 21. nume. 6. & 8. Voluit etiam Dominus, ut diuina intelligeretur virtus non solum in eo, quod infirma, & contemptibilia, & quæ non erant in esse naturę eligebat ad confundenda fortia, rudes scilicet piscatores, & ignaros, sed inesse etiam gratiæ infirmos. Et ut olim Amos vellicans sycomoros, & armentarius propheta efficitur, & Elisæus aratrum deserens spiritu duplici Elię donatur, sed & alios imperfectionibus plenos prophetas constituit, ut Ionam, &c. Sic & in Apostolis accidit, &c. In huius rei figuram non solum pauperes elegit Dauid in milites contra Saulem, sed multos, qui ære alieno erant oppressi, & in republica scelerati, quos dum sibi adiunxit strenuos effecit milites,
1. Reg. qua in re Dauidis fortitudo ostensa est. Sic uerus noster Dauid Iesus Christus, eligit Matthæum, Petrum, incredulum Thomam, quibus primitias confert Spiritus sancti, ut rem prorsum humanis viribus insuperabilem & aggrediantur, & perficiant, orbem debellantes, vt colla subiiciat Euangelio.

Hom. 8. in 2. ad Cor. Et ut olim, inquit Chrysostomus, culicibus, ranis, tubis, uno Dauide hostes potentissimos superabat, sic his hominibus paucis, qui rudes erant, & imperfecti, qui diuina potentia Angeli effecti sunt mundus superatus est. Et sicut Angelus Michael vnus tantam Assyriorum multitudinem interemit una nocte tanta facilitate, nec miratur id qui Angelorum potentiam animaduertit, ita qui considerat Thomam Angelum effectum gratia, & uirtute strenuum bellandi genus in eo, non mirabitur.

16 Apostolorum prædicatio in conuersione orbis admiranda, libr. primo, cap. 23. nume. 12. usque ad 17. 20. 21. 23. usque ad 27. 31. & 32. lib. 6. capit. 4. numer. 5. usque ad 16. Christum esse Deum eleganter probat Chrysostomus ex Euangelij prædicatione, lib. 6. cap. 4. numer. 8. usque ad 16. Hunc virum tanta sollicitudine quæsiuit Dominus, vt fratribus adiunctus Euangelium prædicaret in consortium Apostolorum, ex quo apertè ingens præmium, quod recepit hodie colligitur, etiam si laminis igneis non fuisset adustus, in camino iniectus. Sicut olim tres pueri cui interfuit species quarti, qui eum incolumem liberauit, licet lancea confossus non interisset eo solum, quod perfectionem Apostolicam est adeptus, qua bono communi, fratrum saluti, totus consecratus est, mirificè remuneratus est.

Ex his duo ad ædificationem propriam ad- 17
uerte alterum est, quod incredulitatem Thomæ miramur, qui ad credendam Christi resurrectionem multis testibus adduci non potuit, quam acriter taxauit Iesus, taxaturus & malitiam nostram, qui tantis exhibitis beneficijs ad inseruiendum illi non adducimur, &c. lib. secundo, capit. 10. per totum docetur, quod beneficia Dei contemnere, & illis abuti malum est, multorumque aliorum causa. Secundò, quod eximia hæc Domini cura in uocandis, & perficiendis Apostolis in meam utilitatem ordinata est, ut eorum prædicatione mundus ea desereret mala quibus detinebatur. Vnde 1. Cor. 3.
Paulus clamabat, omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, vos autem Christi, Christus autem Dei.

Thomas unus ex duodecim, &c. Et post 18
dies octo iterum erant discipuli, &c. & Thomas, &c. Hac in re aduerte quanta diligentia hominum saluti intentus sit Dominus & mortalis, & iam immortalitatem adeptus. Peccat Petrus peccatum graue cum Iesus inter feros, & perditissimos hostes mille pateretur iniurias, & earum oblitus respicit negantem Apostolum, non ut puniat, sed ut oculis ad pœnitentiam pertrahat, & Thomam ad sanam mentem testimonio fratrum conatur reducere, & quando sociorum admonitio non sufficit, ille adest, ut conuertat, & qui talis erat peccantem Iudam deserit, ut laqueo interet desperatus. Sic in Leuitico legimus, Leuit. 16. Olaster.
Dabit super ambos hircos sortes, quorum unus immolabatur, alter ad feras mittebatur. Vnus de sorte Domini efficitur, & alter reiicitur. Deo maior cura est de homine saluando, quam Diabolo de perdendo, libr. primo, capit. 6. numer. 17. Dei ineffabilis misericordia ostenditur in conuersione peccatoris, lib. 4. capit. 7. nu-
mer. 5. 7. 8. & 19. Deus punit in thesauris 19
abyssos, quia rationes factorum eius arcanæ sunt homini, lib. 4. capit. 17. nume. 1. 6. 9. 11. usque ad 16. 19. 20. lib. 6. cap. 11. nume. 3. usque ad 5. Deus taxandus non est, quia quosdam vult conuertere, alios pro auersione punire, lib. 4. cap. 17. nume. 9. 19. & 20. vbi docetur, quod prædicatores nolentes ire Macedoniam hortatus est, ut pergerent, & uolentes ire Asiam prohibuit. Deus peccatores grandes benignitate solita mutat in sanctos, lib. 4. capit. 23. nume. 1. 2. 5. usque ad 13. exurgitque in ira, & exaltatur in finibus inimicorum suorum, dum a potestate Diaboli eruit homines, ibidem numer. 8. amor Dei apparet magnus, quia læsus nos rogat, nec aspernatus lassatur, lib. 1. cap. 6. num. 31. & 32. cap. 5. num. 4.

Infer

20 Infer digitum tuum huc, &c. Loco vindictę tam loquitur benignè, & suauissimis uerbis peccatorem allicit, ut ad spem
Olaster. Exod. 33. ueniæ erigat, Exod. Vade, ascende huc tu, & populus ad terram, pro qua iuraui patribus, &c. Nunquam enim legimus Deum sic festinasse, & quodammodo impulisse Iudæos ad terram promissionis, sicut nunc post peccatum. Vt intelligamus peccatores sæpius ad maiora dona, quam ante peccatum habuerint resurgere. Peccatores uocat Deus ad pœnitentiam, libr. 4. capit. 4. nume. 6. usque ad 8. lib. 14. cap. 18. nume. 16. peccator septem Dei misericordias ingentes in se agnoscat, libr. quarto, capit. septimo, numer. 28. & 29.

21 Infer digitum tuum, &c. id est, vide quæ pro anima tua liberãda passus sum: vide precium, quo illam a Diaboli seruitute redemi, vide quæ illius expiandæ, & ornandæ gratia tormenta pertuli. Postquam intellexi me, aiebat Augustinus, precioso Christi sanguine esse redemptum, nolui me amplius exhibere uenalem. O si vel hoc unum cum animo suo cogitarent, qui more Esau rem adeò precioſam, propter momentaneam carnis uoluptatem, vel vile lucrum passim uendunt. Quid mirum, si discipulo suo palpandam carnem præbuit, quam pro salute nostra iudæis tradidit crucifigendam? Quanto enim plus est pro aliena salute vulnerari, quam tractanda vulnera exhibere? Immo verò ea Domini charitas est, ut si pro salute hominum iterum illi hæc eadem vulnera accipienda essent, non dubitaret eadem libenter accipere, quo infidelitatis uulnus in eis sanaret Christi amor ostensus in passione, lib. primo. capit. 6. numer. 28. Christus instar Mosaicæ petræ percussus in passione uberes fructus dedit, libr. 3. capit. 10. numer. 4. & 49. Christi sanguis animam nobilitat, eleuat, pulchram facit, ibidem num. 13. Christi cor uulneratum, vt per uulnus uisibile, vulnus inuisibile amoris uideatur, ibid. nu. 77. & 78.

22 Dominus meus, & Deus meus. In his uerbis illud in primis considerandum est, quam festinata fuit Apostoli huius conuersio, qui nunc dicebat, Nisi videro, &c. iam dicit Dominus meus. Quia qui diu uirtutem coluerunt facilè ad eam reuertuntur, etsi aliquando a proposito decidant
Exod. 32. Olaster. bene operandi. Sic in Exodo, quoniam filij Leui præ cæteris Deo ministrabant, facilè ad eius partes tuendas reuertuntur, sicut qui in peccatis est, difficile ad virtutem redit, etiam si aliquando eam colere videatur, statim tamen reuertitur ad sua vitia; sic Pharao diuinis iussionibus obedi-
Exod. Daniel. re statuebat, & protinus pristinam amplectebatur duritiam. Sic & Babylonici reges Deum Danielis laudabant, vel beneficiis, uel minis adducti, & post horam cunctorum, quæ gesserant obliuiscebantur? immo & Iudaicus populus dicebat, cuncta quæ præceperit nobis Dominus faciemus, & recti propositi continuò non recordabantur. Iusti & si aliquando peccent statim 23
resurgunt, lib. 9. capit. 18. numer. 1. usque ad 3. nume. 10. & 11. Mali iacent, soliqúe boni dicuntur stare, ibidem nume. 5. usque ad 7. Mali pulueri comparantur, quia tentationibus non resistunt, lib. 12. capit. 4. nume. 18. lib. 14. cap. 8. nume. 15. cap. 19. nume. 14. Peccatores extra se commorantur: iusti si ad tempus uagentur statim redeunt, lib. 1. capit. 16. numer. 15. Peccatores promittunt benefacere, & cum tanguntur blanditiis, vel minis deserunt virtutem, lib. 14. cap. 19. nume. 9. usque ad 11. 13. 16. 20. & 21. Secundò his verbis Dominus meus docere uoluit, quod non satis est credere, quod Dominus, & Deus sit, nisi credas, quod Dominus tuus, & Deus tuus sit, hoc est in ipso confidas, ac omnia bona ab ipso speres. Plerique nostrum verbis quidem confitemur Deum, qui audire meremur, ut quid me uocatis Domine, & non facitis, quæ dico. Lingua sua mentiuntur, & quorum cor non est rectum cum eo: qui rebus ipsis Dæmonem appellant Dominum, quem colunt cui obediunt. Si dicente Diabolo, ut fureris perieres, &c. continuò facis, & dicente Deo, ut ignoscas, &c. vter horum vere Dominus iudicandus est, ille ne cuius præceptis obtẽperas, quamuis voce hostem voces, an ille cuius præcepta contemnis, quamuis Dominum appelles? Vera enim obedientia non in uerbis, sed in operibus sita est, sicut in exemplo
Matt. 21. duorum filiorum Dominus exposuit. Tunc verè dices Dominus meus, &c. cum Domini appellationem fidelis obedientia fuerit consecuta, cum uocem uitæ puritas comitabitur. Hic sponsus in Cantic. prius fa-
Cant. 2. ciem sponsæ videre, quam uocem audire cupit. Ostende mihi faciem tuam, id est puritatem animę tuæ, & tunc demum sonet vox tua in auribus meis. Nequaquam enim summus ille puritatis, & ueritatis amator pulchra uoce gaudet, si animæ facies deformis sit, sed uoci danda est virtus operibus, & factis. Iusti quod ha- 24
bent in ore hoc ipsum habent & in corde, li. 9. cap. 17. num. 1. 10. 11. 21. usque ad 23. Fides, & opera coniungenda sunt, lib. 6. cap. 3. nume. 6. 8. usque ad 10. 15. vsque ad 27. lib. 9. cap. 17. num. 23. lib. 18. cap. 12. num. 15. lingua cordi debet concordare, vt bene loquens, bene viuat, lib. 10. cap. 6. nu. 6. lib. 11. cap. 2. nu. 22. Addit, & Deus meus. Vnicuique enim illud est Deus, quod præ cæteris & diligit, & colit, in quo vitę præsidia collocat. Vnde fit, vt aliorum quidem Deus venter sit, qui beatæ vitæ summam in explendo ventre collocant, aliorum diuitiæ, quales illi erant, de quibus aiebat Paulus, quod illis erant temporalia bona idolorum seruitus, iustis Deus verus illorum Deus est, quem instanter diligunt, quem colunt. Deus est sanctis quicquid illi desiderãt, lib. 4. cap. 15. num. 13. cap. 28. num. 8. 11. 13. 16.

& 19.cap.42.num.4.Deus est vnicuique, quod super omnia diligit,lib.4.ca. 42.nu. 1.2.7.& 8.

IN FESTO S. STEPHANI.

S. Stephani. In expositione Euangelij *S.*Stephani, vide si vis,lib.2.cap.9.num.24.& 29.lib.3. ca.5. nu. 55.cap.9.num.40.lib.4. cap.7. num. 2. & 6.ca. 20.num.8.& 15.

IN FESTO S. IOANNIS Euangelistæ.

Euangelium.

Dixit Iesus Petro sequere me.
Ioann. 21.

De S.Ioanne Apostolo differitur,lib.9.cap.6.§.2.per totum.vide lib.18.cap.11.nu.24.

S.Ioan. Euangelistæ. 1 HODIE additur lætitia lætitiæ,& fœlicitas fœlicitati. Duorum.n. filiorum Virginis Mariæ dies celebramus. Scitis nãque duos Virgini sanctissimæ (quãuis valde inter se dissimiles) filios extitisse, alterum quem cum summo gaudio, & Angelorum concentu peperit Christum Dominum; alterum, quem cum summo dolore suscepit, & quodammodo parturiuit S.Ioannem Euangelistam,qui a moriente in Cruce filio Virgini matri in filium datus est, cum dixit. Mulier ecce filius tuus,qua quidem appellatione, sic cor Ioannis erga Virginem affectũ est, sic est nouam matrem nouo amore,& reuerentia prosecutus, sic denique se totum eius tradidit obsequio,ac si verè naturæ ordine eius filius extitisset,& multo etiam amplius. Quod & Euangelista signauit, cum dixit, & ex illa hora accepit eam discipulus in suam.Hoc est ita eam coluit, ita erga illam affectus fuit,ac si natura eius mater esset. Qua dignitate,quid gloriosius ? Nihil enim præter patrem cælestem Christus magis dilexit, quam matrem suam,quam tamen discipulo in matrem assignans ex discipulo fratrem fecit. Quod si ita Ioannes matrem Virginem dilexit, non minus vtique ab ea dilectus fuit, vtpote qui in locum amantissimi filij sui fuerat subrogatus. Rachelis huius pulcherrimæ Beniamin in Bethlehem natus his diebus est filius dexteræ, quoniam fecit Deus potentiam in Iesu brachio suo, solaque diuina potentia efficere valuit,ut natus infans claustra virginea non pertingeret solem producens maximum, & lucidissimum de stella, qui infans in præsepio iacens tanta circundatus erat fortitudine,vt antequam sciret patrem, & matrem uocare, fortitudinem auferret Damasci coram rege Assyriorum. Filius dexteræ infans, qui natus infans vocabatur admirabilis Deus fortis a quo lactente ingentia bona recepit Virgo. In morte loco huius Benoni vocatur Ioannes filius doloris, qui substituitur, ut a noua matre multa recipiat bona. Maria enim Ioannem Baptistam,& Euangelistam præclaros fecit, lib. 11. cap.6.num. 26. In vtero Rebecæ duo sunt infantes lenis,& mitissimus Iacob, & rufus Esau Dominus Iesus, qui uenit totus delibutus vnguentis, quia oleum effusum nomen eius,& rufus alter,quia miro dolore in Cruce nomen filij accepit huius filij natalem hodie celebramus, quo beatorum consortio est addictus. His diebus canticis cælestibus, mirandis gaudijs Ecclesia noui principis desideratam natiuitatem celebrat, quando natus est in mundo in medio duorũ animalium algens lugens sõlus in præsepio, velut in regio throno collocatus, qui totius orbis Dominus cum esset locum non habebat in diuersorio, & a tanti principis ortu oculos auertens ad horam, natalitium diem memorat in sæculo futuro, alterius,non primogeniti, sed secũdogeniti regis gloriæ Ioannis Euangelistæ, quẽ iure uocitare possumus, Infantem Ecclesiæ, quo nomine Hispani vocamus regum filios, qui primogeniti non sunt, siquidem frater principis nostri est,& Reginæ filius. Et quemadmodum nascente Christo, quia mundus non agnoscebat eum, qui mundum ingrediebatur infans,& tacens, & mutato habitu, & qui induebatur lumine, sicut uestimento, nebula tegebatur humanæ infirmitatis, Angelis mandauit pater introducens primogenitum in orbem terræ, ut adorarent eum, sic & ingressum Ioannis in cælum prẽueniunt superni principes coniuncti psallentibus, vbi nõster Beniamin in mẽtis excessu mortalem deponit tunicam. Cum Euangelista iacer a Domitiano in Pathmos insulam exilio relegatus est, persecutionibus attritus, Angelis cura illius data est, ut in cælum ducerent, agnum ostenderent, & nouam nuptam sponsam eius sanctam ciuitatem mire ædificatam, seniores eius plateam templum, & quicquid visu in ea dignum erat. Non vnum, aut alterum Angelum cunspiciebat, quod multis sanctorum datum est, sed audiebat, & videbat uocem Angelorum multorum, & erat numerus eorũ millia millium,& qui bis adorare voluit Angelos prohibitus est,& audiuit dicentem Angelum. Noli facere,conseruus enim tuus sum, Angelus es,sicut & nos,non quidem natura,sed gratia.Si his obsequijs Angelorum Ioannes mortalis, & exul honorabatur, qualem obsecro honorẽ a Beatis spiritibus reciperet hodie, quando mortali carnis carcere exutus sanctam ingreditur ciuitatem cælestis ciuis effectus? Sanè qualẽ decet illum, quem supernus rex in cælo existens frater eius, voluerit honorare priuilegio amoris præcipui in terra dilectum super reliquos. Huius laudes narrantur in sacra Euangelij lectione, quam idem ipse scripsit his verbis.

Ioann. 19. *Isai. 8. & 9.* *Hebr. 1.* *Psalm.* *Apoc.5.*

Dixit Iesus Petrus sequere me. Dixerat 3 Dominus Petro, pasce oues meas, cum esses iunior cingebas te, & ambulabas vbi uolebas,

bas, cum autem senueris alius te cinget, & ducet quo tu non vis,edicens, qua morte clarificaturus esset Deum, modo addit sequere me. Hoc attendant prælati, & sciant se cum honore crucem accipere debere coniungant honori onus. Immo sciant hunc honorem nihil aliud esse, quam crucem & onus. Sic aiebat Moyses Domino. Non possum solus vniuersum populũ hunc,&c. Vbi sunt prælati illi, qui nunquam sub onere gemunt, qui quotidie onera multiplicant, nec illis lassantur? Id certe accidit plerisq. quia ad honores vocatos se credunt ad splendidam mensam, & variam & prædiuitem supellectilem, &c. non ad onera & labores innumeros, qui officium consequuntur. vnde prælati vna dignitate adepta ad plures & maiores semper anhelant 4 lib.5.cap.11.num.20. Prælati, dum honorem assecutos se credunt non onus, gregem Domini non pascunt,lib.14. cap. 30.num.4.& 5. prælati onus etiam gigantinis humeris formidabile est, ibid.num.12. Prælati attendere debent sibi & gregi vt mundi sint a sanguine omnium, lib.14.cap.31. num.2. Prælatus trituranti boui comparatur ne remissus sit, aut delicatus qui ad laborem vocatus est, ibi.nu. 6. prælaturæ ideo appetuntur, quia homines in eis onera non cogitant, sed honores, ibid. num.26. Prælati & Episcopi trabes sunt, ædificium Ecclesiæ sustentantes,lib.16.cap.1.nu. 4.Sequere me hoc est, exemplo meo disce, & oues diligere tibi commissas,& pro eis vitam ponere mihi indesinenter adhærere, vt prius mihi arctissimo amore coniunctus, officium ad quod vocatus es digne valeas exercere omnibusq. posthabitis fratrum curæ intendere, nec lupos pauere, nec feras, quæ deuorare conantur gregem, sed exemplo Dauid fortiter de bestiarum dentibus prædam 5 auferre. Prælati vineam animæ suæ custodire non sufficientes, perperam aliarum custodiam suscipiunt,lib.5.cap.11. num.18. lib. 14.cap.28. nu.31.& 34.prælati iungant facta verbis, vt dent voci suæ vocem virtutis, lib. 14.cap.28.num.36. sibi & alijs sint proficui, num.37. & 38. Prælatus habere debet vitæ propriæ altitudinem, & alienæ infirmitati condescendere, lib.14.cap.29.num.33. prælati olim laxabant retia in capturam animarum non pecuniarum, quod modo non faciunt,lib.14.cap.30.nu.14. Prælati litteris industria & sollicitudine sint prædi ti,excedãtq. duces omnes diligentia, lib.14. cap.31.nu.4. & 6. Dicit etiam Petro sequere me,quoniam beneficia confert Deus iustis ad mala futura perferenda. Vnde Dominus sæpius & prospera & aduersa coniungit. Sic postquam Abrahæ semen promittit, continuo addit, peregrinum futurum est semen tuum. Sic discipulis dixit. Ego elegi vos de mundo,& post pauca.Absque synagogis facient vos.Ad Hieremiam, inquit, priusquam te formarem in vtero noui te, &c. & prophetam in gentibus dedi te,&c. & protinus, & reges bellabunt aduersum te. Sic priusquam Moysem mittat ad bellum contra Pharaonem, illi apparet in rubo,familiarissime eũ alloquitur. Et Esai.6. videt propheta Dominum sedentẽ super solium excelsum, & statim mittitur ad bellum contra pessimum populũ.Iacob in Genesi vidit visiones Dei & continuo magnis premitur laboribus. Sic Dominus Iob laudat, & continuo affligit. Sic Petrum ad honorem euehit supremæ dignitatis, vt se sequatur iubet,& protinus,qua morte sit moriturus edicit. Aduerte etiam quod Petrus sequitur Christum dicente & iubente Domino, vt illum sequatur,at Ioannes non iussus sequitur eum quem conuersus Petrus vidit iam sequentem eum a quo præ amore diuelli non posset. Nulla in re Ioannes in nullo dono aut 6 priuilegio, quæ cęteris Apostolis a Christo in terris degente tributa sunt extitit inferior,in multis autẽ superior & ornatior. Inter duodecim Apostolos vnus, inter quatuor Euangelistas vnus, inter tres specialiter electos ad maiorem familiaritatem vnus, vnus inter duos, quos misit, vt sibi morituro pararent pascha.vnus qui virgo a Domino electus virginitatem perpetuo conseruauit. vnus qui cæteris in passione fugientibus,nunquam fere destituit, qui iuxta crucem ardentissima charitate inflammatus astauit. vnus fuit qui supra pectus Domini in cœna recubuit, vnus qui singularem huius nominis dignitatem promeruit vt vocaretur discipulus, quem diligebat Iesus, vnus qui vt multi sanctorum patrum pie testantur, cum corpore simul & anima in beatas sedes assumptus est, quod nulli Apostolorum contigisse legimus. vnus quem vidit Petrus Iesum sequentem non vocatus, quem diligebat Iesus, & ideo illius vestigia non deserebat, qui dicere poterat dilectus meus mihi & ego illi ab ipso dilectus & præuentus in benedictionibus dulcedinis, illi vicem rependo illum & ardenter diligens & indefinenter sequens. Quem diligebat Iesus. Hæc singularis Christi Domini dilectio Ioanni exhibita ostenditur, quia & recubuit in cęna super pectus eius. Baptista in vtero matris sanctificatus venientem ad baptismum Iesum, contremiscit & non audet tangere sanctum Dei verticem, nouamq. sanctificationem postulat, quam ad id muneris arbitratur necessariam, in cuius pectore Euangelista Ioannes confidenter requiescit. Quod si vnigenitus, qui in sinu erat patris enarrauit, quæ diuinæ maiestati conueniebant, quia Deum nemo vidit vnquam, primogenitus inter multos fratres Ioannes in sinu filij positus enarrauit miranda quæ & Angelis, & hominibus incognita erant. Paulus quidem Deo coniunctus miranda quidem audiuit, sed quæ homini non liceret loqui,at Ioanni multa in pectore Iesu reuelata sunt, quæ videre & scribere, & alijs prædicare licuit. Et sicut cũ Christus Dominus in horto positus cępisset pauere & tædere animo consternatus sanguineisq. guttis madẽs in tanta positus agonia, vbi innumera animaduertũt

Genes.28. *Iob.* *Iansenius.* *Ioan. 1.* *Genes.15.* *Ioan. 15.* *Hiere.1.* *Exod. 3.* *Num.11. Oleast.*

sancti

sancti quæ eius animum conturbarent, Angelus adfuit confortans eum, sic & in cœna vbi multa retulit noster Euangelista, quæ eum cruciabant, alterum Angelum in sinu recumbentem habuit, quem respiciens consolationem accepit. Cum morti proximus Moyses, *Deut. 33.* filios Israel benedicere disposuisset, Beniamin ait, amantissimus Domini habitabit cõfidenter in eo, quasi in thalamo tota die morabitur & inter humeros illius requiescet, sui morti appropinquans verus Moyses Iesus dilectissimum Beniamin Iuniorem filium in pectore veluti in thalamo confidenter habitare fecit, dulcissimisq. eius amplexibus frui. *Genes.* Et vt quondam Iacob recumbens in petra vidit scalam pertingentem, vsque ad cœlum & Angelos Dei ascendentes & descendentes, & tremens, ac stupens dixit, quam terribilis est locus hic, in quo iaceo, non est hic aliud nisi domus Dei & porta cœli, sic alter Iacob, qui cũ Angelis luctabatur in mystica petra quæ Christus est recumbens non in somnis, sed vigilans, angelos videt, locum terribilem & amabilem in quo iacet, considerat, & valentiori ratione, quam alter considerat, quod ibi sit domus Dei & porta cœli. Quod in aduentu Messiæ futurum dixerat Esaias miram *Esai. 40.* benignitatem illius considerans, quod in brachio suo congregaret agnos & in sinu suo leuaret, recumbente Ioanne in pectore eius perfectissime impletum nouimus. Et quod poetæ fabulose mentiebantur, quod aquila in sinu Iouis moraretur, hoc verum asserimus requiescente Ioanne in sinu Domini, Samson, quondã in sinu Dalilæ requiescẽs captus ab hostibus & viribus & oculis priuatus est, sed Ioannes requiescens in pectore Christi, qui eum tenerrime diligebat & maiorem visum recepit contuens sacramenta cœlestia, & fortior effectus est, qui infirmus extiterat. *Cant. 2.* Is securus dicere poterat, Læua eius sub capite meo & dextera illius amplexabitur me, & *Cant. 1.* quia introduxit eum rex in cellaria sua, exultauit & lætatus est in eo memor vberum suorum super vinum, ex quibus lac sugit mirandæ dulcedinis & consolationis, ex piscatore q. effectus rex & positus in accubitu suo diuino, nardus odorifera humanitatis Christi dedit odorem suum, quo ille mirifice recreatus *Cant. 2.* est. Dilectus meus mihi & ego illi, qui pascitur inter lilia donec aspiret dies, quod fit quando illi reuelantur secreta cælestia & ignorantiæ inclinantur vmbræ, &c. Ioannes Euangelista sic dictus, quia illi donatum est abdita penetrare mysteria, lib. 9. cap. 6. num. 21. & 22. Ioannes dicendus est Angelus, qui alios excessit Apostolos, ibi. Ioannes discipulus dilectus ob eius eximiam mansuetudinem dictus est, ibid. num. 25. Ioannes recumbens supra pectus Domini mysteria aliqua nouit, quæ forte Angeli nescierunt, nu. 28. vnde etsi adolescentior cæteris, meritis & sapientia nulli fuit seniorum secundus, nu. 30. Ioãnes & Petrus qua rõne cõparẽtur in dilectione, qua & dilecti sũt & dilexerũt Dominũ, ibid. nu. 31.

Domine hic autẽ quid? Non mirum, quod 7
Petrus etiam si caput esset Ecclesiæ, dubitaret quid Dominus cogitaret de viro admirandæ sanctitatis, cuius singularis virtus vix poterat animo deprehendi. In prima enim Domini vocatione maior in sequendo eo promptitudo & voluntas dignoscitur. Primi enim fratres Andreas & Petrus reliquerunt retia audito magnifico præmio, quod efficiendi essent hominum piscatores, qui capiẽdis piscibus inrenti erant, Ioannes autem cum nihil de præmio audisset retia dimisit & patrem. Præterea in schola Domini commoratus singularibus beneficijs magnificatus est inter cæteros. Post ascensionem Christi Mariæ sociatus quæ introducta fuerat in cellaria mysteriorum Dei illorum dulcedine inebriata, lib. 11. cap. 6. num. 99. quæ & thronus erat a quo procedebant fulgura voces, & tonitrua, qua sacra mysteria alijs edebat, ibid. num. 83. ab ea multa cognouit sacramenta infantiæ & ortus & aliorum, quæ a Christo filio suo ipsa didicerat. Miranda virginis audiens verba, & exempla si barbarus esset ille mutaret eum in virum alterum, quid hæc a sancti simo viro audita & visa? Exempla seruorum Dei, quos de mortuis fecerat viuos erant Augustino & sagittæ acutæ quæ eius animam vulnerabant, & carbones vastatores, qui eam incendebant. Quid non efficerent exempla matris Dei non ad memoriam redacta, sed visa a viro, qui dilectus propter excellentiam antonomatice vocatur præ cæteris? Ad tantam venit dignitatem Ioannes, *Apoc. 1.* vt septem Angelis, hoc est, septem prælatis Asiæ litteras mitteret quibus eos instrueret, qui Polycarpos, Ignatios, &c. habebat discipulos celebres sanctitate viros magister illorum ab humeris, & supra super cunctis eleuatus tantæ fuit sanctitatis, vt stupentes dicamus cum Petro, Domine hic autem quid. Et etiam Domine hic autem quid, id est, si mi serum hominem, qui te turpiter negaui ad vocem ancillulæ tremefactus ad tantam dignitatem euexisti, vt pascendas oues, & gubernandam Ecclesiam tradideris mihi, huic tam familiari amico, qui in sinu tuo recubuit, qui a consilijs existens te audacter interrogauit, quisnam te esset traditurus, quo cæteri non sunt ausi, qui cæteris discipulis fugientibus vnus te secutus est, vnus astitit ante crucem, quem ex discipulo fratrem fecisti, quem tantopere dilexisti in te in quo dicere & facere vnum sunt, qui illi cum plurimum vis, plurimum confers, quid quæso tanto viro daturus es? His verbis respondit Iesus, sic 9
eum volo manere donec veniã. Quid ad te? Hæc verba innuunt, post aliorum Apostolorum glorioſos agones, in hac vita diutius Ioannem mansurum. æquum enim erat, vt initio nascentis Ecclesiæ lampas aliqua splendidissima in ea maneret ad quam omnes in rebus dubijs confugerent. Maria hæc fuit primum, quæ post Ascensionem Christi ipsum prædicabat li. 11. ca. 6. nu. 114. vsque ad 116.

Lib. 11. cap. 6. num. 26. quæ a Maria didicerit.

quæ

quæ in bonum Ecclesiæ mansit in terra, ibid. num. 112. virgine mortua mansit Ioannes donec Ecclesia firmiter constituta ipsa per se firmitatem suam retineret. Hac de causa ex feruentis olei dolio liberatus est, vt illum Ec- *1. Reg. 21.* clesiæ stabiliẽdæ seruaret. Simile quid in Reg. legimus. Cum enim Dauid in quodam aduersus Philisthæos certamine de vita fuisset periclitatus finito prælio serui eius dixerunt. Non egredieris nobiscũ amplius in prælium, vt extinguas lucernam Israel, id est, te percunte in medijs tenebris versemur omnes tãto destituti solatio tali consilio, tali rege, tali lucerna, qua extincta manebimus a buenas noches, vt aiunt, tales credebant sancti regis canos ad regni gerenda negocia, vt vnus ille pro decem millibus computaretur. Ad hunc modum cum Ioannes, in hoc vitæ discrimen adductus fuisset diuina prouidentia, ex hoc periculo liberatum in nullum aliud simile adduci passus est, ne hanc veritatis lucernam, immo radiantissimum solem eo tẽpore ma- 10
xime necessarium extingueret. Ioannes per annos sexaginta quinque Euangelium prædicauit, & postea scripsit lib. 9. cap. 6. num. 32. qui non necessitatibus temporalibus, vt Dauid, sed spiritualibus viuens prouideret. Sicut enim in exordio mundi diuina sapientia primos illos homines quam diutissime viuere voluit, vt numerosam sobolem procrearent, sic etiam in initio nascẽtis Ecclesiæ necesse erat, vnum aliquem ex Apostolis Christi & eum præcipue, qui ei in primis charus maximeq. familiaris fuisset diu superstitem permanere, vt eius auctoritate consilio doctrina Ecclesia stabiliretur, & cœlum repleretur nouis habitatoribus. Et licet perfectione virtutum, quibus redundabat Ioannes multi affici potuissent sancti martyrij palmam non casu, sed multo consilio non est adeptus diuinaq. virtute effectum est, vt inualescentibus persecutionibus, quas Ecclesia, & a Iudæis & a gentibus pertulit, quando Romani principes, & eorum gubernatores insatiabili ira Christi nomen delere conabantur in medio earum per sexaginta, & octo annos Euangelium prædicans Ioannes e medio non fuerit sublatus. Hæc potentia saluatoris fuit, vt instante ipsius passione in qua Iudæi vt rabidi canes ipsum & suos delere nitebantur, audirent iubentẽ ipsum si me quæritis sinite hos abire, ita diuina virtute incolumis seruatus est Ioannes sicut pueri in camino ardenti, & Daniel in medio Leonum. Minus certe miraculum apparet, quod ignis non comburat, & quod famelici Leones prophetam non contingant, quam id est, quod Ioannes veritatẽ prædicans idololatriam detestans, auaritiam condemnans, idololatrarũ auarorum perfidorumq. hominum iram moderetur. Et licet martyrum aureolam non fuerit consecutus Ioannes sicut nec Maria, tamen præmium essentiale maius consecu- 11
tus est, qui tot annis admirandæ sanctitatis exercitijs consecratus fuit. Mortuo Petro, quadraginta annis superuixit sacer Euangelista, in quibus non dubium quin ad maiorem gratiam & charitatem eleuatus maiorem gloriam fuerit consecutus. Manebat inter homines ad hæreses confutandas, quæ viuente ipso cœperunt pullulare, cuius rei gratia sacrum scripsit Euangelium. Prophetiæ donum consecutus in insula Pathmos futurũ Ecclesiæ statũ prophetauit. Non dubium quin Ioannes cõspiciens fratres suos multosq. discipulorum eruros a præsenti sæculo nequam tantaq. felicitate donatos clamaret, indica mihi, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vager post greges sodalium immensis laboribus & curis fatigatus, & tamen audit murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Mira res, inquit, Bern. Præsentiam sponsi eiusq. oscula concupiscit, & murenulas accipit sapientiã scilicet, & eloquentiam, vt orbi vtilis sit. Rachelis amplexus concupiscit & Liæ copulatur, intermittere iubetur dulcia oscula propter lactentia vbera. Et ita cum clamasset osculetur me osculo oris sui, audiuit meliora sunt vbera tua vino. sponso coniungi in cœlo desideras, sed matris officio fungi te oportet in terra lac porrigens his qui adhuc solido cibo vesci non valent, paruulam expedit, vt nutrias Ecclesiam ne intereat, non quærens, quod tibi vtile est, sed quod multis vt salui fiant. Itaque alios Apostolos Dominus per mortem martyres efficiebat, Ioannem vero noua ratione per vitam martyrem fecit, cui lachrymæ panes erant die ac nocte, dum ei dicebatur, vbi est Deus tuus. Anxius aiebat Martinus. Domine satis est, quod huc vsque certaui, &c. si parcis ætati bonum est mihi, &c. quid de Ioanne, qui vtroque perfectior erat multo, credendum est? Quod de Iacob legimus, qui a socero & fratre liberatus, cum Angelo luctabatur, ita Ioannes tyrannorum quidem euitat manus, sed cupiens dissolui luctabatur, &c. Custodiuit illum Dominus 12
ab inimicis & a seductoribus tutauit illum, *Sap. 10.* sed tamen certamen forte dedit illi, vt vinceret. Aliud martyrij genus fuit inter impios idolorum cultores, quibus mundus plenus erat, tam longæ vitæ spatio habitare & nefaria ipsorũ opera castissimis oculis quotidie cernere. Si Hieremias vsque adeo mo- *Hier. 9.* leste ferebat inter impios vitam agere, vt diceret. Quis det me in solitudine diuersoriũ viatorum vt fugiam populum meum, quia omnes adulteri sunt, & cœtus præuaricatorum, quid Ioannes qui quo magis Deum diligebat, hoc acerbius iniurias nomini illius illatas perferebat? Si Pauli spiritus A- *Act. 17.* thenis excitabatur in se ipso, videns idololatriæ deditam ciuitatem, quid Ioãnes qui non minori diuinæ gloriæ desiderio flagrabat? Sancti torquentur sceleribus impiorũ, lib. 1. cap. 14. num. 20. lib. 9. cap. 16. num. 4. vsque ad 6. & 9. cap. 20. num. 14. lib. 16. cap. 7. nu. 17. vidit etiam lamentabile exitium gentis suæ, regni illius vastationem, fratrum suorum

Bern. Serm. 41. in Cant.

stragem

stragē, vidit diruta ciuitatis sanctæ mœnia, solo æquatum Dei templum, extinctam religionem, quod cæteri Apostoli non viderunt.
Thren. 1. & 3. Flebat acerrime Hierem. captiuitatem Iudæorum paulo post tempore resarciendam, non fleret Ioannes acrius eam perpetuo duraturam? Iusti lugent aliena mala, lib. 4. ca. 4. num. 3. lib. 9. cap. 16. docetur quod iusti tristantur de malis proximi. Proximorum mala lugebant sancti vehementer, lib. 1. cap. 14. num. 5. vsque ad 8. 13. 21. vsque ad 23. 27. vsque ad 29. lib. 9. cap. 16. num. 9. vsque ad 11. lib. 16. cap. 7. num. 3. 4. 14. & 17. Proximorum mala propria vocabant sancti, lib. 1. cap. 14. nu. 9. 12. 13. 19. vsque ad 23. lib. 9. cap. 16. nu.
14 6. Sed in re hac admiratione dignum videtur, quod sollicitum Petrum pro fratre veluti indignans responderit Dominus, qui laudare debuisset eum curam gerentem proximi
1. Cor. 10. cum debeamus (nō dicam Petrus, qui caput erat Ecclesiæ) singuli quærere non quæ nostra sunt, sed quæ aliorum: omni tempore diligit qui amicus est. Futurus ne erat Petrus
Iob. sicut iocij Iob socij mensæ non permanentes, nec iuuantes tempore necessitatis, de quibus scriptum est, omnes fratres transierunt me sicut torrens, qui transit raptim in conuallibus.
Act. 10. In linteo demisso e cælo in quo depicta erant virulenta animalia, quæ manducanda proposita sunt Petro in ascensione, maximam docuisti curam illi incumbentem latronis blasphemi, &c. & non curabit, quid de amantissimo fratre futurum sit? Quare ergo audit. Quid ad te? si ad illum, qui cunctorum caput est, non pertinet sollicitum se gerere pro membris, cui hæc cura quæso demandata
15 est? proximi salutem curet homo, lib. 14. ca. 28 num. 11. prælati sic curent salutem propriam, vt intentissimi sint alienæ, lib. 16. cap. 7. num. 24. & 25. Gaudebat quidem Iesus dilectionem animaduertens Petri, sed indignationis loquitur verba in quibus ostēdat, non indigere homine patrono & adiutore eum, cuius specialē & eximiā curā gereret Deus, cuius lucerna agnus erat, & ideo non egebat
Apocal. sole neque luna hoc est extrinseco adiutore, qui eius negocia cum Deo tractaret, & qui dilecti sibi Ioannis nusquam obliuiscebatur, Petrum videtur increpare, qui illius curam Domino suadere videretur. Quæ de Ioanne futura erant indicare nolebat, sed vt hæc manerent sicut arcana verba Pauli, quæ non non liceret homini loqui. Et sicut in sola Dei cognitione manserunt multa, quæ de B. Virgine nullus mortalium cognouit, idem de dilecto eius filio Ioanne significare voluit Dominus his verbis. Et vt ipse in Apocalypsi diuinis reuelationibus magnificatus, audiebat scribe hæc, illa autem noli scribere, quia ita expediebat, ita multa auctoritatem Ioannis con erentia indicare Dominus noluit, sed
Euseb. in arcano suo pectore seruare. vnde lib. 3. historiæ Ecclesias. cap. 25. memorans Epistolam, quam Polycrates Ephesiorum Episcopus Victori Pontifici Romano misit, inquit,

quod sicut Beniamin iunior filius Iacob, super omnes fratres exaltatus est, sic & Ioannes, &c. Præcepit Ioseph dispensatori domus, 16
vt saccos omnium fratrum impleret frumento quantū possent capere, & poneret pecuniā Gen. 44.
eorum in summitate sacci scisum autē meum argenteum in ore sacci iunioris ita, &c. Io- Gen. 45.
seph blande loquebatur cūctis fratribus, quos ad conuiuium vocauit, sed amplexatus recidit in collum Beniamin fratris sui & flevit, illo quoque similiter flente semper collum eius. Cum recederent singulis proferri iussit binas stolas, Beniamin vero dedit trecentos argenteos, cum quinque stolis optimis. Apostoli primitas spiritus habebant, sed alta Dei cognitio, quæ Ioanni super omnes data est, sciphus est argenteus in quo & bibebat & Psal. 49.
augurabatur Ioseph. Apostolus hic gladium habuit ancipitem in ore & in manibus prædicans, & scribens Euangelium, & ideo alligauit reges in compedibus. Ioānes in sermonis 17
magnitudine alios excessit, &c. lib. 9. ca. 6. nu. 23. 27. & 32. Alij binas stolas acceperūt Apostoli, & martyres effecti, iste quinque, Apostolus enim fuit, Euāgelista, doctor, virgo, filius virginis. viuente Christo curam Ioannis sibi seruandam censuit, ascendente in cælū ipso cura hæc sacræ virgini demandata est, qua etiam in cælum assumpta Hieronymo testāte, cum Angelis frequentissime conuersabatur, qui ipsum & venerabantur, & dirigebant. Dicit ergo sic eum volo, &c. id est, qui Ioannis recordatus in cruce doloribus attritus, doloribus inferni circumdatus, sum, obliuiscar modo impatsibilis factus? qui tui post trinam negationē recordatus sum obliuiscar illius, qui in eadem occasione positus, id non fecit? vbique ergo & inter verbera, & immortalis effectus illius non obliuiscar. Licet enim Ioannes sub te capite sit, tamen michi credere commissam illius curam, qui dilectus est discipulus inter alios. Responsio hæc Domini tam fuit subobscura Apostolis, quod nullus eam intelligere valuerit. quidam arbitrabantur eum in paradiso seruandum vt instante iudicio veniens cum Enoch & Helia Matth. 11.
prædicaret veniret q. in spiritu & virtute Heliæ, vt conuerteret corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, quæ summa laus Ioannis Baptistæ fuit, lib. 9. ca. 6. num. 31. sed re vera, vel docere voluit Dominus, quod instar virginis in cælum glorificato corpore efferendus esset, ibid. num. 26. vel quod inter graues Iudæorum & gentium persecutiones seruandus ille esset in vtilitatem Ecclesiæ, vt dictum est, & vt fidelis Abrahæ seruus, vt gentibus sociaret Ecclesiam diuitijs plenus, peregrinatus est in Asiam, vbi vero Isaac vxorem dedit, &c.

Hic est discipulus ille, qui testimonium 18
perhibet de his, & scripsit hæc, & scimus quia verum est, &c. testimonium, quod de seipso quis fert, vt in plurimum tanquam suspectū ne dicam falsum reijcitur, sicut Christo dixerunt Iudæi: tu de teipso testimoniū perhi- Ioan. 8.
bes &

bes & testimonium tuum non est verum. quibus ille respōdit. Etsi ego glorifico me ipsum gloria mea nihil est, sed est qui glorificat me pater, id est, testimonium meum a me prolatum inculpata vita & miraculis cōfirmatum, scio quod reijcit illud ac si nullius esset roboris, vnde testimoniū perhibet de me qui misit me pater, et sicut testimoniū proprium reijcitur ita & testimonium amici: dicere non consueuimus, no tiene voto Fulano que es amigo. Ioannes Euangelista in toto Euangelio, in epistolis canonicis in Apocalypsi testimonium perhibens de se verum creditum est testimonium eius & tale perhibuit de Chri-
19 sto Domino sibi amicissimo. Quoniam impossibilis hominibus erat salus nisi Christum Deum verum crederent in orbem missum testes qui sunt omni acceptione maiores
Esai. 8. quorum testimonio ad credendum adducerentur homines, & Iudæi & gentes. Et vt quondam cum futuram natiuitatem verbi ediceret propheta, cui dictum fuerat sume tibi librum grandem, & scribe Accelera, &c. Et adhibui mihi testes fideles Vriā sacerdotem & Zachariam filium Barachiæ & accessi ad prophetissam & concepit & peperit filiū. Duos testes quæ sunt Esaias, qui partum prophetissæ testificarentur, infantis nomina & officia, alter sacerdos, & alter propheta. Impleto sacramento, quod tunc Esaiæ fuerat reuelatum, inter alios duos fidelissimos testes adhibere voluit, qui de verbo incarnato testimonium perhiberent Ioannem, scilicet, Baptistam & Euangelistam. Et qui testimonij
Ioan. 1. aduertebat, & difficultatem & necessitatem, vt ei fideles adhiberetur, viros protulit, qui essent prodigium inter homines, viros cunctis admirandos Angelis superiores, alterum
Ioan. 1. dicentem. Quod audiuimus quod vidimus & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ hoc annunciamus vobis, alterum de quo diceret iste. Hic venit vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum non quod omnes crediderint, sed sufficiens, vt per illum omnes crederent. ad hoc mirabiliter conceptus, mirabiliter natus, & conuersatus vitam gesit vix humanam in cibo potu, &c. cuius miras laudes concinuit
Malac. 3. Saluator, quem nasciturum Angelum prophetauerat Malachias. Quoniam vt olim duos
Exod. 4. prouidit fratres Moysem & Aaron, vt rē difficilem facilem redderent in populo Iudæorum. Moysi similis fuit Baptista, Euangelista autem Ioannes Aaron de quo dictum est, scio quod frater tuus eloquens sit ego ero in ore illius, &c. Fuereq. duo diligentissimi exploratores terræ promissionis Christum racemum portantes, & ostendentes alter qui præibat, alter qui sequebatur. Venit Baptista in virtute Heliæ, quo e medio sublato noster Euangelista Ioannes, vt alter Elisæus spiritum duplicem recepit. Miranda sanctitas prioris in hoc ostenditur, quod venit fidelissimus testis, quo omnes adduci possent ad credēdum quotquot eum & audissent & vidissent. venit

hic vt testimonium Christi ferret Iudæis, qui fideles cum essent, & sacris litteris & alijs multis adduci potuissent ad credendum, inculpabili vita & potentia miraculorū Christi Domini, quæ in oculis omnium admiranda erant taliter, vt Dæmones obstinari clamarent coacti, scimus, quia tu es Christus filius Dei. Astabat Iudæis Deus specialis in quibus lex erat sacramenta sacerdotes, cum aliæ nationes sine Deo essent conuersantes in hoc mundo. Testimonium Ioannis Euangelistæ datum est, gentibus idololatris in Asia, vbi teste Chrysostomo omnes philosopho- Chrysost. in in prolog. Ioan.
rum reperiebantur sectæ, quæ huic testimonio contradicebant, quorum fugata caligine arcē Diaboli euertit quam munitissimā. Testimonium perhibebat illius, cuius nec miracula, nec miram conuersationem, nec sermones audierant, sed eum crucifixum audierāt Imperij Romani decreto, cui illi subditi erant. Fides autem in exordio vita doctrina, & miraculis Ioannis stabilienda erat idololatria reiecta, & cunctis quæ carni erant placentia, cuius causa cæteri Apostoli interempti sunt, & tamen ille totius Asiæ fundauit Ecclesias. Fidei credibilitas ex mira A- 20
postolorum prædicatione colligitur, lib. 6, cap. 4. nu. 5. vsque ad 16. Talemq. de eo extimationē conceperunt Asiani, vt teste Abdia Abdias.
discipulo Apostolorū, lib. 5. historiæ Apostolicæ templa consecrauerint B. Ioanni adhuc viuēte ipso, quod de sola Deipara Virgine legimus. Ecclesiæ enim eriguntur redactis ab Ecclesia viris in catalogo sanctorum, postquam mira diligentia viram, & miracula indubitata sanctitatis testimonia esse cognouit, cum in re hac Sum. Pont. regula sit infallibilis veritatis, sicut & in rebus fidei definiendis. Et quia de Mariæ sanctitate dubium esse non poterat, nec de dono perseuerantiæ, nec de illius vltima salute, quæ mater Dei erat, templum illi D. Iacobus sacrauit Cæsaraugustæ viuente ipsa quindecim annis ante eius obitum, & hoc ipsum contigit Ioanni in Asia, qui adhuc viuens colebatur pro diuo licet scriptum sit, lauda post mortem, lauda post consummationem, neminem laudaueris in vita, in templis inuocabatur ab his, qui Ephesum adire non potuissent, vt eius interpellarent preces eiusq. consolarentur allocutione, & præsentia. Nec solum præsentibus testimonium perhibuit verbis, sed scripsit hæc huius doctrina ad fidem veniunt multi: gladiū habuit ancipitem sacram doctrinam scribens, lib. 18. cap. 2. num. 46. Testimonium etiam perhibuit de se ipso in multis, quæ Euangelica eius historia narrat, &c. quibus tamen eam fidem adhibemus fideles cuncti, ac si oculis vidissemus & manibus contrectassemus. Et quicquid de se ipso dixit ea reuerentia recipimus, non vt verbum hominum, sed vt est vere verbum Dei. Ipsumq. cōfitemur Angelum in Paradiso Ecclesiæ collocatum, cum gladio ancipiti, quia verbo, & scripto non ingressum prohibuit,

sed

sed suasit paradisi, &c. Hic est, inquit Greg. qui inter quatuor animalia aquilæ volanti assimilatur de qua scriptum est in Ezechiele, & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor, quia non solum supra alios tres Euangelistas eleuatus est, sed & supra se ipsum eleuatus est, cum dixit, In principio erat verbum, &c.

Hom. 4. in Ezech. ca. 1.

IN FESTO BEATORVM Martyrum Innocentium.

Euangelium.

Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph. Matth. 2.

1 *In festo S. Innocentiũ.*

MATER Ecclesia ita his diebus celebrandis sanctorum solemnijs intenta est, vt nusquam a vagitu noui regis oculos auertat, qui sponsus eius est, cui incessanter clamat. Dilectus meus mihi, & ego illi, inter vbera mea commorabitur, in mente mea requiescet, illum fidei, & deuotionis brachijs amplectar, eius delectatus contemplatione, si ad horam oculos auetero a radiantissimi solis radijs, vt merita sanctorum, eorum gloriam tanquam micantes stellas intuear, continuo ad illum redeam, quem inter vbera sentio commorantem, cui & ego tanquam paruulo porrigam vbera mea, & mustum malorum granatorum meorum, vt lacte deuotionis meę & delectetur ille, & pascatur. Concluſis Deus omnipotentia sua ostijs mare quando erumpebat quasi de vulua procedens, cum caligine illud quasi pannis infantiæ obuolueret, & posuit vectem, & ostia, & dixit vsque huc venies & non procedes amplius, quia immensi huius Oceani magnitudinem in vili tugurio, & præsepio collocauit, vt quem immensum intelligere non valebam coangustatum illum & pannis infantiæ inuolutum, sugentemque matris suæ vbera deosculer, vt iam nemo despiciat eum, qui ad tantam dignitatem euectus est. Hæc assidua sit consideratio etiam si ad horam interitum felicissimum infantium celebremus, in quo ingentia bona, quæ ortu Saluatoris recipiebat orbis aduertemus. Vnde in nece paruulorum, quos impius rex & impie, & stulte iugulare præcepit, vt Christum Dominum e medio tolleret, ea prosequebatur infans noster, quæ in eius natiuitate ostendebat. Multa sunt & varia quæ nascente Domino mundus accepit, multæ eius virtutes innotescebant orbi licet vagiens infantulus oriretur, potissime autem inter lachrymas, & pannos mira infantis potentia radiabat, cælestis bonitas inaudita dilectio. Licet enim existimare quis posset, in præsepio, in fęno, qui expositus erat frigori, qui vilibus pannis inuoluebatur, qui lachrymis madebat, qui de virgineo pectore lactis expectabat guttas, qui inter duo iacebat animalia infans, imbecillitatem maximam præseferre, sed re vera sub exilitate tanta gigas geminæ substantiæ latebat, cui dictum erat, consurge consurge induere fortitudinem brachium Domini, consurge sicut in diebus antiquis in quibus magna operatus es debilibus acceptis instrumentis, quando virga mare siccum reddidisti, multitudine cinifum potentissimum hostem superasti, & Madianitarum innumerabilem multitudinem lampadibus, & lagenis prostigasti, ita lætabuntur coram te homine facto, quando iugum oneris Dæmonis, & virgam humeri eius & sceptrum exactoris eius superaueris eo modo, quo quondam absque armis superasti Madiam. Et sicut nusquam satis laudata fuit Sãsonis fortitudo, qui in mandibula asini mille viros prostrauit, minus multo nec Domini fortitudo, qui antequam per naturam scire potuisset patrem aut matrem vocare abstulit fortitudinẽ Damasci & spolia Sãmariæ corã inuincibili rege Assyriorum, & monstruosissimam illam statuam Dominus ipse lapillus effectus, & excisus de monte sine manibus comminuit. Præterea in infantili corpore omnes thesauros sapientiæ & scientiæ Dei animaduerte absconditos. Absconditi quidem latent, sed re vera infiniti sunt sapientiæ illius thesauri, qui tanta inopia diuites nos effecit, lachrymis ingens gaudium nobis comparauit vilibus pannis inuolutus infans, nos vestiuit, vt a dextris eius starent miseri homines in vestitu deaurato circundati varietate, in vili stabulo iacens nos erexit suscitare, in vili stabulo iacens nos erexit suscitans a terra inopem, & de stercore erigens pauperem, vt cum principibus populi sui eum collocet, immensus etiam amor Dei in eius natiuitate patuit, quando in medio ignis similitudinem electri viderat Ezechiel in quo Christum Dominum intellexit Gregorius. Ascensumq. purpureum, quem lachrymæ, nuditas, frigus, paupertas significabant, media charitate constrauit, quia diuina dilectio infantem promptum reddidit ad ista incommoda perferenda. Hæc omnia in paruuli natiuitate apparebant, hæc in vitæ progressu manifestata sunt, quoniam teste Hieronymo, Iesus noster liber erat intus & foras scriptus, quia quæ intus latent significat propheta, cum dicit generationem eius quis enarrabit? foris scriptus est, cum dicit, liber generationis Iesu Christi. Intus scribitur, cum inuenitur Virgo habens in vtero de Spiritu sancto, foris cum audimus, verbum caro factum est. Christus qui vilis apparebat foris, excelsus erat intus, lib. 3. cap. 30. num. 22. 25. & 30. cap. 7. num. 26. 27. 41. 46. vsque ad 48. cap. 9. numer. 13. cap. 10. num. 58. cap. 11. num. 30. Christus statim natus abstulit Diabolo fortitudinem, & prædam, lib. 3. cap. 5. num. 33.

Cant. *Iob. 38.* *Cant.* *Esai. 51.* *Esai. 9.* *Iudich. 15* *Esai. 8.* *Hieronym. Daniel. 2.* *Coloss. 2.* *Greg. Cant. 3.* *Hieron. de 1. circum.*

24. 33. 42. 64. & 65. cap. 7. num. 5. 6. 30. & 45. Christus humiliatus est, vt eleuaret homines, lib. 3. cap. 7. numer. 23. 24. 28. 30. 32. 46. & 47. Christus pusillus in terra, mira operabatur in cœlo & in terra, ibid. num. 25. vsque ad 27. cap. 9. num. 13. cap. 11. num. 30. In Christi natiuitate Dei bonitas maxime relucet, lib. 3. cap. 7. num. 33. vsque ad 35. 37. 38. 41. vsque ad 43. Christus liber intus & foris scriptus, foris cum vilia patent, intus cum miranda clauduntur, lib. 3. cap. 9. num. 13. sic & cum primum adoratus est a Magis, qui ei munera diuina potentia digna obtulerunt eius diuinitatem protestantia, quando sydera nouiter orta syderum conditori famulabantur, quando multitudo gentium, inundatio camelorum, viri de Saba venerunt aurum & thus deferentes, quando reges procidunt in stabulo infantẽ adoraturi, protinus Angelus in somnis præcipit Ioseph, vt fugiens iram Herodis, puerum ducat in Aegyptum, vbi teste Epiphanio duobus annis inter idololatras commoratus est, tribus autem iuxta mentem Nicephori, sed Gratianus, 23. q. 3. in initio, quem sequitur D. Thomas, septem annis arbitratur habitasse inter Aegyptios. Qua in re id in primis docere nos voluit Dominus, quam sint res humanæ mutationibus subiectæ, vbi post tam multa, & præclara Christo perhibita testimonia, vides, quanta humilitas secuta mox sit, vt intelligeres nullam mundi huius gloriam stabilem esse, ac proinde nec magnifaciendam. Ea facilitate posset Dominus Herodem, vel mutare eius animum, vel ipsum e medio tollere, qua cuncta condidit, qua & posset regna, prouincias, & vniuersam mundi machinam ad nihilum redigere, & qui cunctorum erat conditor in medio eius degens, ipsum contingere non auderet, nec posset, & qui prophetis astabat inter efferatos mores regum, qui illos detestabantur, posset inter Herodis crudelitatem viuere, & noluit, sed fugere, qui dudum fuerat a pastoribus, & Magis adoratus, vt rerum inconstantiam in se ipso doceret. Simile quid accidit Paulo & Barnabæ, cum Lycaoniam fuissent ingressi, quibus barbari sacrificare statuerant, & confitebantur diuorum nominibus illos esse dignos alterum vocantes Iouem, & alium Mercurium, qui maximi erant deorum, & ijdem ipsi post horam illos lapidibus obrutos extra vrbem seminecatos eiecerunt. Timeat qui gaudet lachrymas mox futuras, dies paupertatem, potens vilitatem, &c. Nullus credat solis peccatoribus dictum esse, vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce iam non erat, nec quæsitus inuentus est locus eius. Nec solum dies immisericors audit, stulte hac nocte repetent a te animam tuam, &c. Sed qui diuitijs coniungit sanctitatem, vt Iob cunctis spoliatur subito. Et Dauid pellitur domo, proprio vrgente filio, quando extrinseci silent hostes. Et adorato Domino, Angelus præcipit, vt Ioseph dormiens, surgat, & continuo fugiens proficiscatur, cum tenello infantulo in Aegyptum. Gloria mundana non stat, sed fluit, lib. 2. cap. 15. num. 53. vsque ad 56. cap. 16. num. 20. 22. & 23. cap. 19. num. 32. lib. 4. cap. 2. num. 6. lib. 7. cap. 6. numer. 7. & 8. gloria mundi etiam si diuturna videatur re vera flos fœni est, lib. 7. ca. 6. num. 14. & 15. honores mundani citissime transeunt, lib. 1. cap. 20. num. 20. vsque ad 24. bona temporalia vanitati subiecta nunquam tuto possidentur, lib. 2. cap. 19. num. 8. vsque ad 12. & 32. bona temporalia sunt quasi nubes matutina & ros mane pertransiens, lib. 7. ca. 6. nu. 9. & 12. bona tẽporalia comparantur cisternæ, æterna vero fonti, quia illa deficiunt non ista, lib. 14. cap. 21. num. 39. Ingrediens Dominus Aegyptum vult vt diuina innotescat bonitas, qua prouinciam illam, quæ quondam horribilibus tenebris percussa fuerat cælesti lumine illustrauit. fuerat in solitudinem redactum regnum, tum necatis in Aegypto primogenitis tum mersis in mari rubro innumeris hominibus cum impio rege: modo ingreditur Aegyptum Dominus, vt non solum statui pristino restituatur, sed vt eius deserta a sanctissimis habitentur viris, ipso enim ingresso terram, ait Chrysostomus, si quis eremi loca percurrat paradisum inueniet in terra: immo paradiso prorsus omnem illum videbit eremum digniorem & innumerabiles Angelorum cœtus in corporibus fulgere mortalibus, & omnem diaboli tyrannidem dissolutam, Christi autem regnum coruscans. Innumeraq. bona non in vrbibus solum, sed etiam in desertis florẽt locis. Est enim cernere tota illa regione diffusum exercitũ Christi, virtutumq. cælestium conuersationem in terris micantem, non in viris tantum, sed etiam in fęminis. Non ita varijs astrorum choris cęlum refulget, vt Aegyptus innumeris monachorum, ac virginum distinguitur luminibus atque illustratur habitaculis. Qui animaduerterit Aegypti mala & bona quæ per ingressum Christi est consecuta, optime agnoscet & virtutem, & bonitatem Christi, per quam facta est tã miranda mutatio. Quia Aegyptus & Babylonia maximæ erant 4 omnium vitiorum officinæ: ab illa Magos atraxit, vt Iesum adorarent, in hanc autem intrauit, vtramque uolens ad rectam viam reduci. Et quia multa olim Deus Aegyptijs mala intulerat, filium suum mittit ad eos, qui omnia illis contraria, his quæ sub Moyse contigerant adferret, lumen scilicet pro tenebris, vitam pro morte, baptismum pro demergentibus eos aquis. Et sicut Moyses veteris legis auctor metu Pharaonis fugit ex Aegypto versus Palæsthinam, Christus nouæ legis auctor metu Herodis fugit ex Palæsthina, & Iudæa in Aegyptum, vt uideas, quod Hierusalẽ vocatur spiritualiter Sodoma & Aegyptus, & hæc in Hierusalẽ mutatur, & quæ erat arida, facta est in stagnum. Olim flentibus Aegyptijs cecinerũt Hebręæ

Lib. 3. in hæ resi. Epiph. li. 1. cap. 14. *Ioseph.* *Psalm.* *Luc. 12.* *Ianſenius.* *Apoc. 11.*

feminæ, cantemus Domino glorioſe enim ma-
Exod. 15. gnificatus eſt. Hodie Iſraelitæ plorant filios
ſuos, & nolunt conſolari, quia non ſunt, Ae-
gyptij autem vaticinium prophetæ gaudent
Eſai. 19. impletum dicentis, onus Aegypti. Ecce Do-
minus aſcendet ſuper nubem leuem & ingre-
dietur Aegyptum, & commouebũtur ſimula-
chra Aegypti & cor Aegypti tabeſcet in me-
dio eius, & concurrere faciam Aegyptios ad-
uerſus Aegyptios, & pugnabit vir contra fra-
trẽ ſuum, & vir contra amicum ſuũ, & ciuitas
aduerſus ciuitatẽ, & dirumpetur Spiritus Ae-
Hieron. gypti in viſceribus eius. Et cognoſcẽt Aegy-
ptij Dominũ in die illa, & colent eũ in hoſtijs
& muneribus & vota vouebũt Domino, & ſol
uent, & dicet Dominus, benedictus populus
meus Aegypti, quia in ipſo ſuã clementiã de-
monſtrauit in quibus verbis indicare voluit
propheta innumera bona, quæ præſẽtia Chri-
ſti recepit Aegyptus quãdo ſuper nubem in-
greſſus eſt, id eſt, a Virgine portatus, tuncq.
corruerunt Dæmonũ delubra, reuelatiq. ſunt
ad illius ingreſſum Aegyptij aduerſus Aegy-
ptios, bellantes iuſti contra inordinatas paſ-
ſiones, cuius præſentia dirumpetur ſpiritus
Aegypti, id eſt, inordinatus amor rerum
temporalium, cognoſcentq. illũ, quem igno-
rauerant, & colent eum, quem blaſphemauer-
rant idolis ſacrificia offerentes. Et licet im-
pij regis perfidia & impietas fugæ Domini
occaſionem præbuerint, ſed tamen tãta ma-
litia diuina dilectio vſa eſt in bonum Aegy-
ptiorum, quia ingreſſo eo in Aegypto innu-
mera populus ille bona conſecutus eſt. Dei
5 enim bonitas hæc eſt, vt malis quorumdam
vtatur in aliorum maximum bonum, ſicut
humanæ malitæ hæc eſt peruerſitas, vt di-
uinis beneficijs abutatur in proprium ma-
lum. Nec ſolum Herodis malitia Aegyptijs
hoc accidit bonum; ſed & beatis paruulis,
quibus nuſquam tantum obſequio prodeſſe
potuiſſet, ſicut profuit odio, quo illos tranſ-
miſit ad cœlum. Dicere quis poſſet animad-
uertens tantam Herodis impietatem in In-
nocentes infantulos. Cur obſecro Domine
pateris in orbe natus, vt tui cauſa pueri hi
mortem prius experiantur, quam vitam?
Qua parte infans es, cur infantibus non
compateris, qui ſe defendere non valent, nec
tua ope indigni ſunt? Qua ratione, qui pax
es, & in cuius natali pax eſt decantata, tam
acre infantibus infers bellum? Quomodo tu
qui vitam mundo, honorem tuis, felicitatem
patriæ veneras daturus, filios vitã priuas, &
Sapien. 4. matribus orbitatem infers paruulorũ? Hæc
certe ſumma Dei bonitas fuit, quod rapti
ſunt ne malitia mutaret intellectum eorum,
aut ne fictio deciperet animum illorum, quo-
niam faſcinatio nugacitatis obſcurat bona
& inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit
ſenſum ſine malitia. Placitæ erant Deo
animæ illorum propter hoc properauit edu-
cere illos de medio iniquitatum. Hæc miſe-
ricordia Dei eſt in ſanctos eius, & reſpectus
ſuper electos illius. Hanc Dei miſericor-
diam ſignificare voluit Eccleſia, dum mar-
tyrum Innocentium natalem celebrans, vti-
tur verbis Apoc. vbi Ioannes centum qua- *Apoc. 14.*
draginta quatuor millia viderat martyrum,
qui ſequebantur agnum quocumque iret,
quorum laudes narrans, inquit Eccleſia. Hi
ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinqui-
nati, virgines enim ſunt, &c. Hi empti ſunt
ex omnibus primitiæ Deo, & agno, & in ore
ipſorum non eſt inuentum mendacium. A
bimatu, & infra occiſi ſunt paruuli & inter
eorum laudes eximias narrat, quod mulie-
rũ non ſint experti thoros, quod ſacrum vir-
ginitatis theſaurum conſeruauerint? infan-
tes loqui non valebant, & inter eorum enco-
mia referuntur hæc, quod in ore ipſorum
mendacium non ſit inuentum? laus hæc exi-
mia eſt. Sed eorum qui carnis illecebras pu-
gnando ſuperarunt, qui linguæ inquietum
malum inſuperabileq. eam frænando vice-
runt. In infantibus veritas, & virginitas,
quas laudes merentur? Arbitror Eccleſiam
hodierna die his verbis vti, vt maximam
Dei miſericordiam in illos pueros commen-
det, qua effectum eſt, vt e medio ſublati ſint
in ea ætate in qua inſontes erant, & virgi-
nes, ne ad perfectam ætatem deducti illis in-
uoluerentur peccatis, quæ frequentiſſima
ſunt in mundo, qualia ſunt linguæ mala, & lu-
xuriæ, in quibus pauciſſimi ſunt, qui non la-
bantur. malis tanquam virga vtitur Deus, vt
iuſtos corrigat, & illos in ignem mittat, lib.
4. cap. 36. num. 11. & 14. lib. 6. cap. 9. num. 32.
Deus tam eſt bonus, vt hominibus malis vta- 6
tur in bonum aliorum, lib. 4. cap. 22. num. 1. 2.
8. 9. 11. vſque ad 13. cap. 29. num. 6. & 7. cap.
34. num. 23. vſque ad 25. Deus bene vtitur
malis operibus hominũ, ſicut hi male vtun-
tur bonis operibus Dei, lib. 4. cap. 22. num. 9.
12. vſque ad 14. Deus ſemper ſanctos ſaluat
in dextera, & non in ſiniſtra temporalia lar-
giens, lib. 4. cap. 24. nu. 14. Deus omnia vni-
uerſaliter continet & diſponit, ſed differen-
ter, ibid. num. 16. & 17. vt ergo olim, quan-
do Dauid intulit arcam Domini in Bethle- *2. Reg. 6.*
hem cuius præſentia tanta reportãda eſſent
commoda, immolauit hoſtias & pacifica Do-
mino, ita Deus pater arca humanitatis Chri-
ſti intromiſſa in Bethlehem, illi immolatæ
ſunt victimæ puerorum, non quod Deus, vt
Moloch, & ſanguinolenti dij gentium cruore
delectetur humano, qui rex pacificus eſt,
cuius vultum deſiderat vniuerſa terra, ſed
præuenire voluit hos paruulos in immaturi- *Pſal. 118.*
tate, vt proprio ſanguine madidi vitam
conſequantur æternam. Et quia infecta erat *Pſalm.*
terra in ſanguinibus, corrupta & peſtilens
effecta cruore filiorum, quos Dæmonijs &
non Deo immolabãt gentes ſacrificantes eos
ſculptilibus Chanaan, ſacrificiũ Innocentiũ
hodie ordinat, vt contaminata terra mun-
detur. Semel hi aliena crudelitate interie-
runt, & perpetuo diuina manſuetudine ſer-
uati ſunt. Quoniam vt aiebat Chryſoſtomus *Hom. ex va-*
riis in Matt.
necẽ infantiũ narrans, in prælio Chriſti mo-
riendo

riendo viuitur, cadendo ſurgitur, victoria
Hier. 29. tom. per interitum comparatur. Ego cogito, aie-
bat Dominus in mundo natus, cogitationes
pacis, & non afflictionis. Mundus quidem
necem conſiderans infantium crudelem ne-
cem, afflictionem ſentiens pacem non vidẽs
dicere potuiſſet, uſquequo dicitis pax pax
& non eſt pax? Quapropter Angeli pacis ama
re flebant, ait Bern. dicentes, Domine, quis
credidit auditui noſtro? In terra pax homi-
nibus nunciatur, ſed hanc licet mundanus
non videret, revera in paruulorum nece hęc
maxima erat.

7 Angelus Domini apparuit in ſomnis Io-
ſeph, &c. & eſto ibi vſque dum dicam tibi. In
quibus verbis illud in primis eſt animaduer-
Geneſ. 28. tendũ, quod vigilat ſuper nos Dominus mit-
tens Angelos & remittens. Sic in Gen. dor-
miente Iacob Angeli Domini deſcendebant,
& aſcendebant, adminiſtratorij, ſcilicet, illi
ſpiritus, qui nos cuſtodiunt in omnibus vijs
3. Rẽg. 19. Pſal. 120. noſtris. Sic dormiente Elia Angelus excitat
illum, & prouidet eius neceſsitati. Dormien-
tem excitat, quia non dormitabit, neque
dormiet, qui cuſtodit Iſrael. In rebus quæ
concernunt vtilitatem ſeruorũ ſuorum ſem-
8 per vigilat Deus ſpeciali prouidentia illis
aſtans. Angeli in tutores & procuratores da-
ti ſunt nobis donec paruuli ſumus, lib. 1. cap.
21. num. 12. 14. 23. 25. lib. 2. cap. 6. numer. 10.
Angeli poſteaquam Deum viderunt incarna-
tũ propter nos alacriter cucurrerunt ad nos
tuendos, lib. 1. cap. 21. nu. 16. & 19. Dei proui-
dẽtia ſpecialis eſt in ſanctos, lib. 2. cap. 13. nu.
Chryſoſt. hom. 6. in Matt. 34. lib. 4. cap. 3. num. 1. 3. 4. vſque ad 7. 9. 10. 12.
14. 15. 17. 19. vſque ad 22. & 26. ſurge & vade
cũ infante & matre. Neceſſe nõ eſt, vt Angeli
cuſtodiãt te in hac via tua, ducant & reducãt,
ſicut Angeli Tobiam, & ſicut in Iudæorum
peregrinatione, in qua Angelus populo erat
pro muro, comitabatur populum, tutabatur
ab inimicis, ſed filius paruulus te ducet & re-
ducet cum pace, & nos famulaturi comitabi-
mur, non neceſſarij vt ſeruemus, ſed vt ſer-
uiamus Domino, quem paruulum adoramus
in terra ſicut magnum in throno regio ſeden
tem veneramur in cælis. Fuge in Aegyptum.
Propter peccata enim principum Deus a po-
pulo diſcedit. Principes & ſacerdotes mali
dãtur ob peccata plebis, ſicut & boni peccã-
te populo auferuntur, li. 2. cap. 11. nu. 1. lib. 2.
cap. 14. nu. 2. & 3. lib. 9. cap. 8. nu. 4. & 14. lib.
14. ca. 28. nu. 1. 5. & 13. principum peccata ce-
dunt in damnũ reipublicæ, li. 9. ca. 8. nu. 3. & 4.
9 Qui conſurgens accepit puerũ, & matrem
eius nocte & receſsit in Aegyptũ. Fugit Chri-
ſtus ad ſimilitudinẽ profugi & exulis Adam
cum ſua poſteritate, vt ſuo ipſius exilio pro-
fugos atque exules ad patriam reuocaret. Si-
cut enim natus eſt, vt naturam corruptam
repararet, ita fugit & exulat, vt fugaces re-
uocaret. fugit peccator in Aegyptum, dum
in tenebris verſatur, inſequitur Chriſtus fu-
gientem, vt in terram promiſsionis reducat,
vnde Paulus loquens de verbi Incarnatione,
ait quod ſemen Abrahæ apprehendit, quia fu- *Hebr.*
gientes inſequebatur, lib. 3. cap. 5. nu. 15. Chri-
ſtus venit ad nos, quia nos ire ad illum non
poteramus, ibid. nu. 68. 69. & 71. Optime etiã 10
inſtruit nos locus iſte, quam parati eſſe de-
beamus ad obſequium Dei, ſiue die, ſiue no-
cte vocemur. ſic in Num. ſcriptũ legimus. Ad *Num. 9.*
imperium Domini erigebant tentoria, & ad *Oleaſt.*
imperium illius deponebant, ſiue die, ſiue no-
cte, quãdo diſcedebat nubes proficiſcebãtur.
Per verbum Domini figebant tabernacula, &
per verbum illius proficiſcebantur. Parati
enim ſemper erant ad obſequium Dei. ſiue
in die, ſiue in nocte te incedere præcipiat, fa-
ciendum eſt. Non eſt cauſandum, nox eſt, in-
cedere nequeo, quoniam qui te nocte ambu-
lare præcepit ipſe tibi lumen præſtabit. Sic
cum de immolando dilectiſsimo Iſaac præ-
ceptum accepiſſet Abraham, de nocte con-
ſurgens ſtrauit aſinum ſuum. Mandatũ gra- *Geneſ. 22.*
uiſsimum, ſine vlla dilatione perficit. Qua *Oleaſt.*
die præceptum duriſsimum accepit circunci
ſionis, eadem die filios circuncidit. Et in Gen. *Gen. 17.*
feſtinauit Abraham, vt prandiũ exhiberet pe-
regrinis. mandata Dei cunctis, poſt habitis *Geneſ. 18.*
implenda ſunt, lib. 1. cap. 8. num. 1. & 9. lib. 11.
cap. 4. num. 1. & 2. mandata Dei inexplebili 11
cum deſiderio implenda ſunt, lib. 11. cap. 2. nu.
5. cap. 4. num. 14. & 15. mandata Dei feruen-
ter & feſtinanter implenda ſunt, lib. 11. cap. 2.
num. 12. 16. 17. & 19. cap. 4. num. 7. & 9. lib. 17.
cap. 4. num. 1. & 2. lib. 18. cap. 11. nu. 22. 25.
26. & 28. mandatis Dei obediũt cuncta crea-
ta in confuſionem hominum, lib. 11. cap. 3. nu.
8. 23. vſque ad 25. mandata Dei etiam diffi-
cillima cunctis poſthabitis implebant ſan-
cti alacriter, lib. 17. cap. 4. num. 1. & 2. ſic Io-
ſeph nullam prætexuit excuſationem ſurgẽs
profectus eſt ſtatim. Mandatis enim Dei, nec
etiam pro animo contradicere debent homi-
nes, lib. 11. cap. 3. num. 10. lib. 14. cap. 17.
num. 22. ſed obedire cõſiderata præcipientis
qualitate, lib. 11. cap. 3. num. 15. vſque ad 17.
& 21. lib. 18. cap. 11. num. 18.

Tunc Herodes videns quoniam illuſus eſ- 12 *Hom. 3. va-*
ſet a Magis iratus eſt valde. Et mittens occi- *riarum in*
cidit omnes pueros, &c. Trã ſmittit infantes, *Matth.*
ait Chryſoſtomus, infans Chriſtus in cælum,
noua xenia patri, primitias fructuum exhibet
genitori? oſtendit futuram fæcundiſsimam
meſſem, dum in ſemine tantum exhibet vber
tatẽ. Martyres vt lignum præciſi ſunt, dũ viſi
ſunt oculis inſipientium mori, & rami rurſus
pullulant, quia ſunt in pace, li. 12. ca. 3. nu. 32.
Iratus eſt Herodes. Hæc eſt inſipientia mali-
tiæ iratus eſt & valde iratus, ita vt qui prius
ſæuitiam in puerum conceptam ſimulata
pietate texerat, iam non veretur inaudito
facinore eandem palam teſtari, hanc maioris
ſæuitiæ ſumens occaſionem, vnde debue-
rat metum concipere, nullum iam iræ ſuæ
modum ſtatuens, occiditq. omnes pueros ne
Chriſtus euaderet. Ecce mundani honoris
damna, quem ne amitteret Herodes illum
perdere cogitauit de quo audierat, quod eſ-

set dux qui regere deberet populum Israel, cui astra famulabantur. Vides etiam in Herode, quod omnium malorum radix est inordinatus amor sui. Quid enim aliud Herodem incitauit ad tãcam crudelitatem, quam ambitio cupiditasq. regnãdi? Vt enim quondam in Aegypto Pharao occidere omnes pueros iussit timens ne multiplicatis pueris ingrueretur bellum contra ipsum, & regno priuaretur, ita & Herodes timens ne crescente Christo, regnum perdat, ipsum e medio delere visus est, non aduertens, quæ in tantæ crudelitatis pœna euentura illi essent mala, quæ refert Iosephus, lib. 17. suarum antiquitatum his verbis. Herodem porro amarior in dies morbus vrgebat supplicia Deo commissi criminis expetente. Ignis quippe lentus inerat, non tantum conflagrationem in superficie corporis agens, quantum intrinsecus crescens operabatur incendium. Auiditas quoque inexplebilis semper inerat vbi nec tamen satietas vnquam rabidis incitatã faucibus valebat implere ingluuiem. Intestina internis visceribus tabida putescebant, quæ omnia asserebant arioli ob impie & crudeliter gesta illi euenisse. Nusquam enim hominum peccata remanent impunita, lib. 4. cap. 11. num. 6. & 7. cap. 18. num. 1. vsque ad 16. 18. vsque ad 20. 23. vsque ad 25. lib. 14. cap. 12. per multos numeros, lib. 16. cap. 9. nu. 13. & 14. cap. 12. nu. 30. ambitio multorum malorum est exordium, lib. 1. cap. 20. numer. 11. vsque ad 14. 16. vsque ad 18. 27. & 31. quæ omnia naturæ iura funditus euertit, idid. num. 13. & 26. amor Dei vsque ad contemptum sui ædificat Hierusalem, Babyloniam vero amor sui, lib. 1. cap. 18. num. 8. lib. 3. cap. 17. nu. 5. & 20. ambitio crescẽtibus honoribus crescit nescius finem, lib. 1. cap. 20. nu. 18. & 30.

Hom. 9. in Matth.

Lib. 17. antiquita. c. 10.

13

14 Vox in Rama audita, est ploratus & vlulatus multus, &c. vsque quia non sunt. Hæc verba quæ retulit Euangelista in nece innocentium impleta mutuata sunt a Hieremia, cap. 31. in quibus ad litteram Rachelis lachrymas commemorat propheta quæ captiuitatem plorauit decem tribuum, qui ducti sunt in Babyloniam, quæ consolationem recipere nolebat captiuum aduertẽs populum, templum desolatũ, vasa prophanata, & quod populus Dei in manus dominorũ crudelium traderetur, vbi inter idololatras viuens eorum execrandis moribus assuetus, vnde mala multa non temporalia, sed quod grauius dolendum foret spiritualia miseram illam captiuitatem fuissent consecuta. Quod tot mala aduertens propheta dixerit, quod Rachel consolationem recipere noluit, bene quidẽ, sed quod in Innocentium nece ista impleta memoret Euangelista mirum videtur. Si tantum retulisset Matthæus vocem in Rama auditam aduerterem infantium lacrymas cælos penetrasse, diuinasq. aures pulsasse, quæ enim innocentibus inferuntur nocumenta Dei animum vehementer mouent, vt peccatoribus acriter succenseat, qui illis sunt iniurij. Cum enim iusti non resistant malo, sed vincere illud bonis operibus nitantur eorum patientia clamor est ingens, qui in cælo auditur. Ac si vocibus personarent illi, vindica sanguinem nostrum, qui effusus est. Detestantur Aegyptij omnes pastores ouium & scelerati homines eos, qui malitia paruuli sunt, cum ergo auxiliatores non habeant in terra, hi habent protectorem Deum, & ideo eorum vox auditur in cælo. Iusti summopere humiliantur a reprobis, lib. 9. cap. 20. num. 19. sancti odiuntur, & persecutionem patiuntur in hoc mundo, lib. 2. cap. 6. num. 1. vsque ad 5. & 13. lib. 9. cap. 20. num. 2. & 3. sed capilli eorum omnes numerati sunt. Præterea Rachelis lacrymas ab Euangelista memoratas orto infante Christo & impletum illarum tempus, quis non miretur, quãdo fas non est locũ esse tristitiæ, vbi natalis est vitæ. Saluator noster natus est, gaudeamus, vna cũctis cõmunis est ratio, exultet gẽtilis, gaudeat Iudæus, peccator, sanctus, &c. lectiones prophetarum omnes cõsolationibus abundabant in noui infantis natiuitate, lætabuntur coram te sicut, qui lætãtur in messe, &c. Consurge consurge induere fortitudine tua Sion, induere vestimentis gloriæ tuæ Hierusalem ciuitas sancti, &c. quia ego ipse qui loquebar ecce adsum. Natus enim erat Saluator, vt consolaretur omnes lugentes, vt daret coronam pro cinere, gaudium pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris. Natoq. Domino euangelizant Angeli gaudium magnum vniuerso populo. Futurum autem erat gaudium efficax illis, quibus natiuitas infantis proficua fuisset. Christus natus consolatur humiles pauperes non peccatores, lib. 3. cap. 6. num. 27. 28. & 30. cap. 7. num. 39. & 40. Christi natiuitatem gratus & alacer celebret Christianus, lib. 3. cap. 7. nu. 3. 20. 29. vsque ad 31. & 42. cũ ergo Innocentes pro Christo occisi noua Christi natiuitate tam sint magnificati primi martyrum flores effecti, cur eorum necem referens Matthæus dicit, quod noluit Rachel consolationem recipere, quia non sunt? Immo ideo supramodum replenda esset gaudio cernẽs eos de ingentibus periculis erutos, antequam vsum peccandi accepissent. Et ita est. Lachrymas enim Rachelis sic interpretatus est Augustinus, vt in illis intelligeretur ingens beneficium, quod beatis his paruulis occidente eos Herode collatum est. Ait enim. Rachel filij fuerunt tribus Beniamin, quam fere totam delere iussit Deus, in libro Iudicum ob istius peccata, & ideo Rachel consolationem admittere non vult, quia in hoc sæculo, & in futuro puniti sunt. Filij Liæ sororis eius Innocentes infantes fuerunt qui pro Christo trucidati sunt, & quia horum mors non lachrymis, sed tripudijs celebranda erat, idcirco occisis filijs Liæ impletum planctum Rachelis dicit Euangelista, quia tunc plangere filios suos cepit, cum filios vidit sororis suæ tali causa occisos, vt hæredes fierent in sæculo futuro, erepti iam de laqueo venantium

Apoc. 6.

Gen. 46.

15

Aug. lib. 99. noui test. Iudicũ 21.

16

tium laqueo iam contrito & ipsis fœliciss[i]me liberatis. Occasione ergo tantæ felicitatis, qualis illa fuit, quæ beatis his paruulis contigit non eorum vicem dolet, sed infelicitatem filiorum Beniamin qui misere corruerunt in memoriã reducens irremediabilibus lachrymis illos luget. Martyres Dei feliciter sunt infelices, lib. 7. cap. 3. numer. 11. mors iustorum in uoua lege gaudiis celebranda est, lib. 4. cap. 1. num. 4. 5. 9. 10. 15. 16. 22. 34. 38. 39. 49. 70. 74. & 79. mors autem peccatorum flenda est, ibid. num. 8. 9. 18. 22. 45. 46. 59. 60. 70. & 82. lib. 11. cap. 9. num. 2. & 28.

IN CONVERSIONE B. Pauli Apostoli.

Epistola.

Saulus adhuc spirans minarum & cædis. Actuum 9.

Euangelica lectio explicatur in festo Beati Bernardi.

Libro 14. cap. 25. §. 2. per totum agitur de Conuersione & vita Pauli. Vide etiam lib. 3. cap. 12. num. 15. lib. 4. cap. 23. num. 11. vsque ad 13. lib. 14. cap. 10. num. 15. & 16. lib. 17. cap. 16. num. 53.

Conuersio S. Pauli. 1

OLIVS Pauli cõuersionem lætabunda celebrat Ecclesia. Aduertens enim quanta ex illa commoda reportauerit, ait, lætemur omnes in Domino hodiernum diem solemniter celebrantes, in qua B. Paulus vniuersum orbem decorauit conuersione sua. Sicut enim in exordio mundi primum omnium condidit Deus lucem, & in quarta die luminaria condidit magna Solem Lunam & Stellas, tantaq. horum astrorum claritas tanta magnitudo a prima illa luce dimanauit, qua primum creata, Sol generationis pater & sydera quibus mundus conseruatur producta sunt, ita cum primum Saulum circumfulsit lux de cælo, lucidus ille totus effectus innumeros exemplis prædicatione & epistolis protulit soles tot viros qui ad iustitiam erudientes multos quasi stellæ essent in perpetuas æternitates manentes, micantes alijs & vniuersum orbem illuminantes. Quia non solum ab Hierosolyma vsque ad Illyricum repleuit Euangelium Christi, sed vniuersum orbem aut verbis aut scriptis illuminauit. Percussaq. durissima hac petra quæ sanctorum sanguinem sitiebat, versa est in stagna aquarum, quibus qui in squalenti eremo siti exhalabãt animas conuersi biberunt, quia posuit terrã quæ erat sine aqua in exitus aquarũ. Et his imbribus irrigati hoies seminauerũt agros, & plãtauerũt vineas, &c. Et benedixit eis & multiplicati sũt nimis. Petra hac percussa hac voce, Saule Saule, quid me persequeris? fuxerunt populi mel de petra oleumq. consolationis de saxo hoc durissimo. Paterq. effectus est multarum gentium, qui audire meretur suspice cælum & numera stellas si potes, sic erit semen tuum, eorum scilicet, quos per Euangelium generabis Christo: vas electionis aureum fuit, in quo manna diuini verbi positum est, vt diuina innotesceret potentia & bonitas. Cumq. gloria patris filius sapiens sit, eius gloriam edicere non possumus, qui tantos, ac tales generauit filios martyres doctores, &c. Paulus crystallo comparatus factus est panis quo alij pasti sunt, lib. 4. cap. 23. num. 12. Paulum conuertens Dominus, ut totum perambularet orbem, vocauit aquas maris & effudit super terram, lib. 14. cap. 25. §. 2. num. 39. Pauli conuersio gaudio plena est, quia conuersus ille conuersionis mundi minister factus est, ibid. num. 48. Paulus Damascum pergens Spiritu sancto infusus est, a quo terra pectoris sui subuersa est, lib. 16. cap. 12. num. 53. Tota hæc lectio in qua admirandam Pauli conuersionem describit in epistola hodierna Lucas Euangelista duabus partibus clauditur in prima, dum notatur tempus in quo facta est immensa Domini bonitas, & potentia designatur, in secunda vero ea signantur bona, ad quæ Apostolus eleuatus est. Circa primum indubitata res est, quod hominis conuersio quæcumque licet miraculosa illa non sit, sed communis, qua impius iustificatus est, maximum opus Dei in ordine ad creaturas. Quoniam licet creatio virtutem postulet infinitam, ad quam nullus extra Deum potest pertingere, nihilominus maius opus est iustificatio, quo excellentius esse, & diuinius consequitur, qui iustificatur. Creatione Adam fit homo, iustificatione filius Dei. Gratia enim vnius hominis est maius bonũ, quam bonum totius vniuersi. Nec affirmare audet Augustinus, quale sit maius opus condere Angelos sanctos, an hominem peccatorem iustificare. Et denique si peccatorem respicias maius Dei donum est ipsum bonum efficere existentem peccatorem, quam iustum ad beatitudinem perducere. Si quidem plus excedit donum gratiæ, dignitatem impij, qui æterna pœna dignus erat, quam donum gloriæ dignitatem iusti, qui eo ipso, quod est iustificatus, est dignus gloria. Hęc S. Thom. Hæc est diuina miseratio, de qua dixerat regius vates, miserationes eius super omnia opera eius. Et alibi, Deus noster, Deus saluos faciendi. In eo enim quod homines saluat diuina eius virtus patescit. vnde in tabernaculo erat propitiatorum, & ibi Cherub gloriam Domini obumbrantia. Gloria enim Domini in propitiatorio, quo Iudæi accedebant, vt Deum culpis iratum propitium facerẽt, erat quia in cõdonãdis offensis gloria eius manifestabatur. Dei tũ potentia, tum misericordia ostenditur in conuersione peccatoris, li. 4. c. 23. per totum. Et licet hoc tam ingens potentia Dei reperiatur in conuersione cuiusuis

2

S. Tho. 1. 2. q. 113. ar. 9

Genes. 1.

Dam.

Psal. 106.

Deut. 32.

Psalm.

Exod.

iusuis peccatoris, ea tamen maior est, quæ in conuersionibus miraculosis contingit, quando homines tota animi propensione ferunt in præceps & a vela y remo, quod aiunt in explendis proprijs voluptatibus versantur, ita vt a fuerça de braços vix ab incepto desistant, sicut impio Balaam congitti, dum ad maledicendum populum pergeret. Et de ædificantibus Babylonicam turrim dixit Deus: Non desistent donec opere perfecerint, quod inceperunt, ego noui hominum ingenium, qui ad malum currunt. Nisi enim Deus exurgat in ira vt exaltetur in finibus inimicorum a Diaboli potentia non eruet eos qui tales sunt, lib.4. cap.23. num.
3 8. Deus clamoribus excitat peccatores, lib. 4.cap.27. num.4. Peccatores obstinati difficulter redeunt ad Deum, lib.3.cap.4.num. 8.lib. 4. cap.19. num. 13. lib. 14. cap.6. num. 18. cap.7, num.28. 12.& 17. cap. 8. num. 6. & 7. Peccatores multi toto tempore sine lassitudine iniuste viuunt, lib. 14. cap. 19. num. 19. & 20. qui pingui ceruice contra Deum armantur, ibidem nu. 23. peccatores aliqui peccant, nullam neque Dei neque sui rationem habentes, lib.14. cap. 15. num. 3. At conuersio hæc Pauli miraculosa inter omnes, quas legimus fuit ad quam efficiendam Dominus Iesus e cęlo in terram descendit, non ambulans iuxta mare Galilææ istum sicut reliquos Apostolos vocauit pertransiēs, sed is qui ad totius orbis redemptionem peragendam semel e cœlo descenderat, iterum hodierna die iam impassibilis, & immortalis effectus, ac si opus infectum remansisset reuertitur, vt persecutorem Saulum conuertat, ac si eius conuersio noua esset redemptio mundi, si quidem ea peracta noua in toto orbe reformatio futura erat, eius vita ac prædicatione, quam sic admirati sunt homines, vt arbitrarentur eam Christi promissionem discipulis factam, quod in cęlum iens mitteret orbi spiritum veritatis, tunc impletam fuisse quando Saulus vas electionis effectus est, lib. 14. cap.25. §. 2. num. 15. Fallebantur impie in re hac hæretici, sed talem de Paulo conceperant opinionem, vt ea crederent de eo quæ Spiritus sancti essent
4 propria. Paulus enim armatus dux contra Diabolum eum mire deiecit, homines ab eius liberans potestate, lib. 14. cap.25. §. 2. num. 33. vsque ad 35. Admirandam autem hanc conuersionem tunc effecit Christus, cum tota sollicitudine eius nomen ab hominum memoria delere conabatur Saulus: ad bonum tunc reducitur cum spiraret minas, & cædes absentibus minabatur litteris, vel nuncijs, vel quia audita fama tantæ crudelitatis pauebant, cædes autem præsentibus procurabat. vel minas uocat Lucas amarulenta verba, indignationis plena conuitia, quæ credentibus dicebat, & quia verbis non contentus factis mala inferebat non quæcumque, sed quibus morte priuarentur fideles, etiam cædes minabatur. ista spirans ad modum ignis, non ab alijs incitatus, non compulsus, non iussus, sed ipse potius alios accendebat. Proficiscebatur furens, Damascum ciuitatem Siriæ remotam a Iudæa, quia in proximis locis iam exercuerat persecutionem totum peragrare nitebatur orbem, sumptibus laboribus incommodis non parcens, dum Christianis nocumenta inferre potuisset, quorum sanguinem sine intermissione sitiebat. vt si quos inueniret huius viæ viros vinctos perduceret Hierusalem. Si quos inueniret, ait Lucas, in quo paucitatem credentium significabat. Et tamen cum tam pauci essent adhuc & hos pauculos de terra delere cupiebat ardentissime: ouiculas paucas & inermes lupus rapax quæritabat, vt earum sanguini insidiaretur. Peccatores 5
innumera tolerant mala, vt malum faciant, lib. 2. cap.17. numer. 15. vsque ad 18. mali ministri diaboli ad persequendos iustos, lib.2.cap.6. num.23. lib. 4. cap. 36. num. 1. & 2. lib. 12. cap.4. numer. 19. mali vt iustis noceant, bestijs, immo Dæmonibus sunt peiores, lib.4. cap.36. num.8. mali persequuntur iustos, sed illorum uirgam non permittit Deus quiescere super istos, lib.9. cap.9. num. 60. malorum potentiam contra iustos moderatur Deus, lib.9.cap.20. num.5. mali peccatis habent corruptum iudicium rationis, lib. 11. cap.14. num.5.8.11. & 14. Mali aues dicuntur immundæ cadaueribus inhiantes, & rapacitati deditæ, dum vitam & proximi bona conantur diripere, lib. 12. cap. 2. num. 2. mali deuorare conantur sanctos vt vnū corpus fiant, lib. 14. cap. 19. numer. 15. mali ad peccata impellunt iustos, quandoq. malis exemplis & aliquando per vim, lib. 17. cap. 2. nu. 27. Persequebatur Saulus Christum in suis, & clamabat Iesus, quod ipsum persequeretur, quod contra stimulum calcitraret validè diuinis motionibus & vocationibus resistens, quando luctans contra Dei misericordiam relinquendus foret, vt periret, sicut frequenter accidit, lib.4. cap. 7. num.6. Abutebatur misericordia Dei, lib.4. ca. 11. nu. 3. vsque ad 5. cumq. peccatores clementissimum Dominū in feram sibi conuertant, lib. 4. cap. 18. num. 20. dum ipsum inhonorant, & contēnunt, lib.3.cap.12. num.5. vsque ad 7. 12.& 13. & qui Deum dulcem amarum facere debuisset, lib.2.cap.14.nu.2.cap.17. nu.11. lib.4.cap.8. num.6.cap.9.num.5.6.9.11. & 12. 6
cap.11. num. 9. Cumq. appropinquaret Damasco, vt propriam expleret voluntatem diuinæ contrariam, quando eum delere de medio Dominus debuisset circumfulsit eum 2. Mac.3.
lux de cælo: Cum dux Cælosyriæ Heliodorum misisset venit ille Hierosolymam, vt thesauros templi qui deposita essent, & vectualia viduarum & pupillorum deprædaretur, vt iussum regis impleret: cumq. non modica esset per vniuersam ciuitatem trepidatio alijs fluentibus, alijs orantibus, eo quod in contemptum locus esset venturus, intrabat Heliodorus, quod decreuerat perfecturus

fecturus ipse iuxta ararium cum satellitibus præsens. Sed spiritus omnipotentis Dei magnam fecit suæ ostensionis euidentiām, ita vt omnes, qui ausi fuerant parere ei mentes Dei virtute in dissolutionem, & formidinem conuerterent. Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens sessorem optimis operimentis adornatus, isque cū impetu Heliodoro priores calces elisit. Qui autem ei sedebat, videbatur arma habere aurea. Alij etiam apparuerunt duo iuuenes virtute decori, optimi gloria, qui circunsteterunt eum, & ex vtraque parte flagellabant sine intermissione multis plagis verberantes. Subito autē Heliodorus concidit in terram, eumque multa caligine circunfusum rapuerunt, atque in sella gestatoria positum eiecerunt. Et ille quidem per diuinam virtutem iacebat mutus, atque omni spe, & salute priuatus. Precibusq. Oniæ Sacerdotis vita donata est ei, qui in supremo spiritu erat constitutus. Tu autē a Deo flagellatus nuncia omnibus magnalia Dei, & potestatem. Hæc contigerunt Heliodoro, qui templum prophanare fuisset ausus, qui venerat ærarium expoliaturus, qui plagis multis verberatus ab incepto destitit, contra quē fecit Dominus suæ ostensionis euidentiā eum spe salutis priuatus esset. Appropinquabat Saulus Damasco, non vt depositas accipiret pecunias, sed vt verum ærariū Christi seruos sanctos eius expoliaret perderet vinctos perduceret, & necaret, Christum persequebatur cōtra Dei misericordiā calcitrabat impia iussa explens principum Sacerdotum, quorū consilio, & præcepto cuncta gerebantur, & qui digna plagis agebat non caligine, vt alter sed mira luce circunfusus, cadens in terram mutus effectus est, non quidem omni spe, & salute priuatus, sed talis effectus, vt cum prostratus fuisset sequissimus persecutor, erigeretur fidelissimus prædicator. Non Oniæ precibus vita donatus, & pristinæ saluti restitutus, sed diuina virtute mutatus testans omnibus
Iudicum. ea, quæ sub oculis suis viderat opera magna Dei. Et vt quondam cum ad maledicendū populo Dei Balaam pergeret, obuiū habuit Angelum asinam eius percutientem, vt eum a proposito reuocaret, animumque mutaret ne illis malediceret, quibus Dominus benedicebat, ita non præsentia Angeli, sed Angelorū Domini, cum Saulus pergeret, non vt populo Christiano maledictionē inferret, hoc enim tolerabile esset, quoniam benediceret Deus, maledictionibus suis, sed vt perderet, obuiū habuit Iesum non solum, vt voluntatem malefaciendi, vinciendi, necandi mutaret, sed vt gregi Dei se coniungeret, & eius saluti intentissimè, & ardentissime inuigilaret. Hac tanta bonitate in Paulum vsus est Iesus cum iam appropinquaret Damasco, vt malum, quod cæperat perficeret, impiaq. expleret desideria. Paulo rectè conuenit benedictio illa, quā Iacob moribundus filio iuniori Beniamin dedit, dicens, Beniamin lupus rapax, mane deuorabit prædam, sed vespere diuidet spolia, lib. 14. capit. 25. §. 2. numer. 14. 38. & 42.

Hæc enim diuina nituit potentia, & boni- 7
tas, vt bono prouidens Christianorum Saulum conuerteret, vt dicere possemus, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso, id est, inimicos Domine, qui deuorabant plebem tuā, tanquam escam panis multa & facilitate, & auiditate, qua famelicus homo panem edit conuertisti, canes effecisti, qui lupos arcerēt a gregibus, & latrarent pro te, qui sæuiebant in te. Talis fuit Paulus, quia contriuit capita inimicorum suorum Deus, verticem capilli perambulantium in delictis suis. Et Chrysostomus homilia in Conuersione Pauli, enarrans illa verba, Saulus adhuc spirans, ait, adhuc spirans, id est cum actu esset furens mutatus est. Non expectauit, vt furorem expleret, vt ostenderet potentiam suam, non expectauit, vt extingueret affectionum flammas, & fatigatus debacchando mansuescret, & tunc tandem traheret, sed dum vigeret furor vincens persecutorem in media insania. Homines, quia aliorum mentes mutare non valent tempus expectant commodum correctioni, quod qui nō expectat stultus est, ignēque igni addit, & quo medio peccatum cogitat extinguere incendit, vnde vir prudens tacebit vsque ad tempus considerans, tempus esse loquendi, & tempus tacendi, at hæc Domini virtus est, vt animum fratris valeat mutare quantumcunque importunum videatur tempus, & ita licet Paulus dirum toto pectore virus efflaret eius animum deiecit, & ad mirandam traxit mansuetudinem furentem fratrem. Saulus deuastabat Ecclesiam Dei, Act.8.
domosque ingrediens vi homines, & fœminas rapiebat, ac si pardus esset, aut leo, rapere enim ferarum est proprium, fœminas ad mortem trahebat, neque enim naturam reuerebatur, neque sexus miserebatur, nec infirmitatem respiciebat, & tamē diuina voce, quasi compedibus ligatus est, ut diceret ille, vocabis me, & ego respondebo tibi operi manuū tuarum porriges dexteram. Opus manuum Domini furentem trahere. Contra folium, quod vento rapitur ostendis potentiam tuā, non vt stipulam siccam igni aptam tradas incendio, non vt scribas aduersus eā amaritudines, & peccatis adolescentiæ suæ consumas peccantem, sed ponis in neruo pedem eius ne vltra ad effundendum sanguinē progrediatur. Ostendit Deus omnipotentiam suam peccatorem retrahens a malo, quoniā licet ille folium sit, quod vento rapitur infirmum, spuma gracilis, quæ a vento dispergitur, lanugo quæ leui tollitur aere, fortunæ lusus, contra Deum armatur, eiectoque incedit collo contra Deum fortis non vt Iacob, vt benedictionem ab illo consequatur, sed qui luctatur contra Dei misericordiam, & bonitatem, lib. 14. cap. 19. num. 23. Solum aduersum Deum fortis, para el tiene manos, & ita vt eū reuocet a malo, ostendit Deus potentiam suā. 8
Iusti contra vitia acres sunt, & clamant, Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus

August. to. 2. cap. 59. Psalm.
Psalm.
Chrysost.
Sapient.
Genes.
Psalm.

nus meas ad prælium, Deo autem subiecti dicunt: Fortitudinem meam ad te custodiam. i. illam fortitudinem, qua Gigantes vincebam
8 vrsum, & leonem suffocabam pedibus tuis subijciam. Fortitudinem cupio, vt contra spiritalia nequitiæ, contra potentissimos hostes dimicem, non vt tibi misericordiarum patri resistam. fortitudinem impiorum fugiunt iusti, lib. 6. capit. 13. nume. 17. & 20. Fortitudo enim iustorum carnem vincit, &c. impiorum autem transitoria sine cessatione diligit, ibid. nume. 15. vsque ad 17. mali Deo nolunt subdi, lib. 10. cap. 4. nume. 1. & 15. mali equi sunt, & muli, qui chamo, & freno trahendi sunt, libr. 12. cap. 4. num. 17. Quia contra Deum fortis, multisque comitatus socijs procedebat Saulus, qui insania ferebatur, vt Christi membra laniaret, circumfulsit eum lux de cælo. Quidam enim facillimo negocio Deum vocanté sequuntur, cum primum audiunt dicentem illum, veni sequere me, retia relinquunt, & patrem, teloneũ deserunt, cuncta derelinquunt multaque facilitate pristina deserunt vitia in quibus, &c. Alij quasi per vim trahendi sunt, vt currant in odorem vnguentorum Dei. Sic Nabuchodonosor in feram conuertit Deus, vt ad bonum reduceret; vermibusque cõsumptus intolerabilique fœtore grauatus, & seipsum ferre non valens, clamauit Antiochus, iustum est mortalem subditum esse Deo, vnde
Oseæ aiebat Dominus per Oseam, Ero quasi leæna Ephrain, & quasi catulus leonis domui Iuda. Tribus Ephrain multis sceleribus implicata, de qua scriptum est, Ephrain pascit ventum, & sequitur æstum, quia totis viribus ad malũ ferebatur, Deo eget, qui leæna sit, quæ ipsum discrepat, terreat, laceret, & laceratum ad bonum reducat, domui autem Iuda, quæ minoribus detinebatur malis non tanta vis necessaria est, huic catulus tenellus leonis est, quia maiori cum facilitate ad bonum trahitur.
Esa. 28. Et Esa. Væ coronæ, &c. Ephrain, qui erant in vertice vallis pinguissimæ errantes a uino. Ecce validus, & fortis Dominus, sicut impetus grandinis turbo confringens, sicut impetus aquarum multarum inundantium. Pedibus conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephrain; validum Dominum fortem turbinẽ cõfringentem, &c. requirit ebrietas Ephrain, vt ad sanam mentem reducatur. Et infra. Seret, Gith, & cyminum, &c. Non in serris triturabitur Gith, nec rota plaustri super cyminũ circuibit, sed in virga excutietur Gith, & cyminũ in baculo, paucis autẽ comminuetur. nouit agricola, quo instrumento seminis species excutienda sit, & a palea purganda, & quod duri ora grana duriori instrumento, tenera autem leuiori egent, ita Deus quædam grauia leui baculo ferit, & peccatis mundat, alios verò dentatis rotis excutit, qualis fuit Paulus, quem vt conuerteret & descendit Iesus de cælo, & superna luce circundedit prostrauit, cæcauit, quæ omnia necessaria erant, vt rabidæ Christianorum persecutioni frenũ imponeret. Paulus sagittis Dei acutis confixus, & prostratus cum esset persecutor, Apostolus effectus est, li. 14. c. 25. §. 2. nu. 45. Paulus rhinoceros ante conuersionem multa fortitudine alligatus est, & mutatus, vt iugo Dei se subderet, ibidem nume. 47. circunfulsit ignis reliquos Apostolos, quo ad Euangelicam prædicationem apti effecti sunt, circunfulsit hũc etiam lux de cælo, ne quod illis datũ est, huic deesset. Durum est tibi contra stimulum calcitrare, vocat Deus stimulum, verba, & potentiam suam. Verba enim sapientium, quasi stimuli sunt, quibus prostratus ille fuit non quãdo sedens in curru, vt Eunuchus regis Candace legebat Esaiam prophetam, qui venerat in Hierusalem, vt adoraret in templo, quem Philippus baptizauit, sed epistolas legens, & quã acceperat facultatem, vt Christianos vinctos duceret Hierusalem, tunc Dei potentia conuersus est. Vnde cum Apostolus veritatem resurrectionis ostenderet, postquam a quingentis fratribus visum Dominum retulisset, addidit, nouissimè autem omnium, tanquam abortiuo visus est & mihi: abortiuum vocamus eum fœtum, inquit S. Thomas, vel qui nascitur extra tempus debitum, vel cum violentia educitur, quia alij Apostoli spontanee conuersi sunt ad Christum, sed Paulus quodammodo coactus. Peccatores flagel- 10
lat Deus, vt in æternum parcat, lib. 2. cap. 10. num. 13. cap. 11. num. 29. cap. 14. nume. 3. lib. 4. cap. 5. nume. 5. vsque ad 11. 14. 15. 23. & 28. Flagella temporalia ad conuersionem peccatoris ordinat Deus, lib. 2. cap. 11. nume. 20. 29. & 30. lib. 3. cap. 15. num. 11. lib. 4. cap. 6. num. 4. cap. 10. num. 1. vsque ad 3. & 6. cap. 12. num. 5. 12. 23. & 24. cap. 23. nume. 3. & 9. lib. 6. cap. 9. num. 22. vsque ad 25. 27. 28. & 33. cap. 10. num. 7. 8. 10. 13. 15. vsque ad 17. 20. vsque ad 24. 27. 29. 30. & 35. Fecit diuina potentia, vt Ananias accersiat Saulum, & quærat illum moreturque cum illo, vt impleatur, quod scriptum est. Habitabit lupus cũ agno, ursus, & vitulus morabuntur simul. peccatores dum conuertuntur fiunt de lateribus aquilonis, ciuitas Regis magni, lib. 3. cap. 17. num. 14. lib. 14. cap. 21. num. 28. peccatores grandes Deus mutat in Sanctos solita bonitate sua, lib. 4. capit. 23. num. 1. 2. 4. vsque ad 13. lib. 7. cap. 8. nume. 14. lib. 14. cap. 8. num. 23. cap. 18. num. 4. vsque ad 6. 18. 19. & 23.
Sed perfectæ conuersionis formam audia- 11
mus, cum primum circumfulsit eum lux de cælo, & Dominum audiuit loquentem, tremens, & stupens dixit, Domine, quid me vis facere. Nonne consultius luce circundatus diceret, Domine quid me vis hac luce videre? ad hoc enim lux cõcessa est, vt videamus, quæ illa deficiente prospicere non valemus lux animæ datur, vt sciamus, quæ bona magnipendenda sunt, quæ mala metuenda, libr. 7. cap. 8. num. 9. Rectè quidem lux ad illuminandum intellectum datur, sed potissimè ad operandum ordinatur. Vnde cum Esaias ortum Messiæ prophetasset, & dixisset, Surge illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuũ,

adiungit,
Psalm. adiungit, & ambulabũt gentes in lumine tuo cognoscentes ad ambulandum concessum illud esse. Orto enim sole bestiæ in cubilibus collocantur, inquit Dauid, vt egrediatur homo ad opus suum vsque ad vesperum. Christi Domini cognitionem postulat Paulus cũ prostratus dicit. Quis es Domine? Sed cognito, quod Iesus esset addidit, Domine quid me vis facere, hanc illius cognitionem ad operationem dirigens. Fidem habentes sine operibus in loco sunt vidẽtium, quos quasi impios percutit Deus, lib. sexto, cap. 3. num. 26. & 27.
12 Fides enim quæ per dilectionem operatur est quæ neminem sinit perire, ibidem nume. 20. Fidei fundamento opera bona superædificanda sunt, lib. 2. cap. 16. nume. 18. & 19. lib. 3. cap. 17. num. 1. Fides ad cælum non perducit, nisi bona opera ei adiungantur, lib. 3. ca. 16. num. 9. & 13. lib. 4. cap. 42. nume. 6. Præterea mira circunfusus luce securitatis, qua omnes dubietatis tenebræ diffugerũt ait, Domine quid vis me facere? Quasi dicat, hactenus impiam voluntatem meam habui pro lege, quod ingens est impiorum malum, lib. 18. cap. 4. num. 3. Oleastrum propriæ voluntatis amputandum cerno, vt olea diuinæ voluntatis inseratur, vt petra hæc fundat riuos olei. Iussisti Domine, & sic factum est, vt pœna sua sibi sit omnis inordinatus animus, qui in adimplẽda propria voluntate versatur, lib. 14. capit. 6. nu.
Hiere. 2. Lib. de dilig. prædo Deo. 34. Et quia sæculo confregerat iugum ruperat vincula dixerat non seruiam, dicat, Domine quid me vis facere. Hæc maxima hominum peruersitas est, vt impie imitari velint Deum, ita vt sicut hic diuina, sancta, & immutabili voluntate sua, tanquam regula in cunctis vtitur operationibus sua impia, variabili, & humana voluntate vtatur homo ad sui ipsius perditionem. Efficiturque sibiipsi
lib 7. grauis, & intolerabilis, qui diuina voluntate reiecta propriam in omnibus sequitur, expectareque debet virgam ferream comminuentem, qui diuinam voluntatem dirigentem repulerit. Voluntas propria pernicioſissima animæ lepra est, lib. 3. cap. 8. num. 13. voluntatem propriam sequens, dum peruerse suum vult imitari creatorem in ingentia venit mala, lib. 18. cap. 19. nume. 10. voluntati propriæ subijci dura seruitus est, a qua liberatur, qui diuinam sequitur, ibidem num 8. & 10. est hęc qua satisfacere intendimus propriis motibus animorum, num. 6. vide totum caput.
13 Addit, Quid me vis facere, culpam non excusans ignorantiam, & zelũ legis non asserit persecutionis causam, sed ne duplices incurrat tenebras præterita non memorat, sed futuris nititur prouidere. Peccata excusant mali, & tunc fiunt scuta fusilia, ne correptio prolit, lib. 3. cap. 29. nume. 11. & 12. lib. 10. cap. 6. num. 8. lib. 14. cap. 15. num. 1. 2. 4. vsque ad 10. 12. vsque ad 14. cap. 22. num. 2. & 41. Peccatum obtenebrat animam, si autẽ impius defendat peccatum, duplices incurrit tenebras, lib. 14. capit. 15. nume. 13. vocauerat Deus de terra longinqua virum voluntatis suæ. Lon-
Esa. 46. gè positus in regione dissimilitudinis a Deo vocatus est, & effectus vir voluntatis suæ, dũ solum illam explere desiderabat, a Deo didicit Euangelium non ab homine, vt ipse confitetur, virque talis effectus, tanquam diuinæ voluntati conformis, vt illis tribus diebus in quibus cæcus fuit, & non manducauit, neque bibit Euangelium ad plenum edoctus est. Illis diebus cum primum ad fidem venit, ad tantum perfectionis euectus est, vt in paradisum raperetur, & audiret arcana verba, quæ homini loqui non liceret, ijsdem reuelationibus magnificatus in conuersione, ad quas multo post tempore eleuatus est, lib. 14. cap. 25. §. 2. num. 44. quod Paulus bis raptus fuit. Paulus enim est, de quo scriptum legimus. Præuenerunt principes, &c. ibi. Beniamin in mentis excessu, ibi. num. 46. Paulus Beniamin iunior frater cum venit in Aegyptum, & a fratre suo Ioseph amicabiliter receptus est, verum Ioseph bene animatum reddidit in fratres, ibidem nume. 41. & 42. Paulus conuersus ad Dominum scisum argenteum doctrinæ Legis manifestauit, ibidem num. 41. Apertis 14
oculis nihil videbat, & misit ad illum Ananiã, qui diceret, Dominus Iesus, &c. misit me, vt videas, & implearis Spiritu sancto. Vt fortitudinem Iacob ostenderet Angelus tetigit illius femur, & claudicabat, vt præstantissimum animæ visum Saulo daret, excæcauit illum. Cæcus non videt, quæ antea eius animum trahebant, honores respuit, delectationes fugit, cuncta terrena vilescunt, sola cernit, quæ animæ salutem concernunt, Dei honorem, proximorum ædificationẽ. cæcare oculos dextros Dæmon nititur, non siniſtros, quibus carnalia concupiscimus, lib. 3. cap. 4. nume. 21. cæcitatem patiuntur mali in hac vita, & in morte. Iustos autem lux comitatur in vita, & morte, ibidem num. 2. 7. 10. 12. 14. vsque ad 17.
Vade, quoniam vas electionis mihi est iste. Consolidat Dominus hodie vas confractum Hieremiæ, vt portet nomen eius coram toto orbe. Dixit Dominus ad Moysen, sume vas Exod. 16.
vnum, & mitte ibi manna, & repone coram Domino ad seruandum in perpetuas generationes. Iussu Domini electum vas fit Paulus, in quo diuinum nomen suauissimo huic cibo rectè comparatum positum est in corde eius, ad cunctas gentes delatum est. Cumque aliud nomen non sit sub cælo datum, in quo oporteat nos saluos fieri summo Dei beneficio in corde, & in ore Apostoli positum est, vt in orbem deferretur, quod tam frequens fuit in ore Pauli, vt hac de causa opportune, & importune in eius Epistolis nominatum, in causa semper fuit, vt illius Epistolæ minus rectè intelligerentur, lib. 14. cap. 25. §. 2. nume. 40.
Nomen istud sanctissimum suaue, quod oleũ Cant.
effusum erat, quo adolescentulæ animæ, ut Deum nimis diligerent, in vase Apostoli delatum est, vt eius fragrantia multis odor vitæ esset, in vitam licet aliorum culpa effectũ sit odor mortis in mortem, lib. 12. cap. 2. nu. 22. & 23. Quid nomen Christi veneratu digniſſi-

guissimum nobis profuisset si delatum ad nos non fuisset. Iesus venit ad dandam hominibus salutem, magnus Baptista Ioannes ad dã dam scientiam salutis, multo Dei beneficio nobis datus est, sic in nomine Christi saluandi erant homines; datus est autem Paulus, vt no
Gen.44. men deferret, in quo homines salutem conse-
15 querentur. Fuitque scifus argenteus in ore sacci Beniamin, id est in ore Pauli, & corde, quo medio verus Ioseph Iesus noster mysteria aperuit abscondita a sæculis in Deo.
Vas electionis, quia legis, & sacrarum Scripturarum armarium fuit, lib. 14. cap. 25. §. 2. nume. 37. Vas electionis est mihi, non sibi, quia iam non sibi viuit, sed Christo cui confixus est in Cruce. Et sicut vas ad aliorum est vtilitatem non propriam, aquam habet vas,
Iob 31. quo abluatur homo, extinguatur sitis, si balsamum portat, vt curetur homo, &c. Sic Paulus omnium saluti consecratus fuit, omnia vestra sunt, siue Paulus, &c. vt vos sitis Christi. Si comedi buccellã meam solus, quin alienus comederet ex ea, hoc proprium erat sanctorum, sit Paulo propriissimum, qui in diligẽdis proximis, etiam inimicis mirabilis fuit, lib. 1. cap. 14. nume. 22. vsque ad 26. lib. 9. cap. 7. nu. 18. cap. 16. num. 5. & 6. lib. 14. cap. 31. nume. 2. lib. 16. cap. 7. num. 11. & 14. In diligendis enim proximis super omnes Apostolos eleuatus est, lib. 14. ca. 25. §. 2. num. 28. usque ad 30. 32. 34. 35. & 39. Paulus Cæsarem appellans, non id fecit metu mortis, sed vt diutius prædicaret, ibidem num. 28. 29. & 34. Paulus summe desiderabat Deo placere, illumque diligere, cæteris omnibus contemptis, ibidem nu. 25. &
16 26. Paulus mente excellens Deo in ecstasi, sobrius erat proximis, illorum infirmitati se attemperans, lib. 18. capit. 18. numer. 5. & 7.
Qua ratione Dionysius ipsius discipulus uocat eum patrem patrum, doctorem doctorũ, abyssum sapientiæ, prædicatorem veritatis infatigabilem: Adhuc abscissum caput Pauli tribus saltibus ter nominauit Iesum? innumeris subiectus fuit laboribus, vt animas Christo lucrifaceret, quos ipse Corinthiis scribens latissimè enarrat. Quem Chrysostomus,
In hom. 2. Cor. 11. Hom. 1. de eius laudibus paradisum vocat, a quo non quatuor, sed quadringenti oriuntur fluuij, nõ terram, sed animas irrigantes. Qui & ipsum arcã uocat, quæ inundantibus malis orbem a diluuio liberauit. Huius uoce muri Hierico
Chry. ho. 25. in 2. ad Cor. Augu. ho. 9. de verbis Apostoli. corruerunt, ait Chrysostomus. Nõ lapidibus, sed lingua potentissimum Goliath deiecit.
Ex his, quæ hactenus, duo breuiter ad ædificationem fidelium aduertenda sunt. Alte-
17 rum est, quod Augustinus in Conuersione Apostoli considerabat, quod Christus Iesus instar peritissimi medici, qui ciuitatem ingreditur, ubi nullus eius peritiam agnoscit, desperatosque curat ægros, grauissimis morbis, vixque medicabilibus remedia præstat efficacia, quibus cognitis nullus diffidat, cuncti ad ipsum properent, ita ut curati ægri, alios ad salutem quærendam inuitent. Sic Paulum lethali morbo laborantem curauit, ut nullus desperet. Sed ipsum audiat iam curatum di- 1. Tim. 1.
centem, fidelis sermo, quoniam Iesus Chris- S. Thom.
tus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum, &c. vt in me primo ostenderet omnem patientiam ad informationem eorum, qui crediturí sunt in uitam æternam, id est, ne diffidant peccatores ad eum accedere. Peccator etsi flagi- 18
tiosissimus sit non desperet, lib. 4. cap. 7. nu. 5. 6. 16. 17. 20. 24. usque ad 26. cap. 9. nume. 16. & 17. cap. 23. num. 11. usque ad 13. lib. 14. cap. 17. nume. 6. & 7. cap. 18. nume. 4. usque ad 6. 9. usque ad 11. 16. 18. usque ad 25. lib. 16. capit. 11. num. 11. 18. & 20. Sperandum est in Deo, quia inuolutos homines peccatis, & uocat, & trahit ad se, lib. primo, capit. 5. nume. 5, usque ad 7. cap. 22. nume. 18. lib. quarto, cap. 7. nume. 5. Secundò in nostram confusionem aduerte, quod una sola uoce audita, statim Paulus accurrit, statim obediuit. Vocem audierunt terribilem Iudæi in passione Christi, voce perculsi abierunt, & ceciderunt retrorsum. Vox prostrauit Paulum, vox istos, ut ille excæcatus, sic illi. Ille cum iret comprehendere discipulos, illi magistrum. Vtrobique vincula, vtrobique persecutio, vtrobique uirtus Christi, sed non utrobique conuersio, & correctio. At in Paulo uox eum efficaciter mouit interne, & audita clamauit, Domine quid me vis facere, ijsdem mediis misericordia Dei conuertuntur hi, indurantur
Act. 13. illi propria culpa. Sic Paulus Elimam magum cæcauit, uisum recepit, & nec flagello, nec beneficio conuersus est; Proconsul autem Sergius Paulus cum uidisset factum credidit. Misericordiam prętendunt mali stultè 19
& impiè, ut uacent malis, lib. 4. cap. 8. num. 2. 3. 5. usque ad 10. & 20. cap. 11. num. 3. usque ad 5. 28. & 29. & 31. vide lib. 4. cap. 8. per totum. Deus peccatores patienter fert, vnde boni pę nitent, & mali obdurantur, lib. 2. cap. 10. num. 26. usque ad 28. cap. 11. nume. 8. vsque ad 10. 26. & 28. lib. 4. cap. 18. nu. 13. & 14. Vna voce mutatus est Paulus, innumeris beneficiis sacramentis concionibus in eadem permanemus obstinatione, nec minis conuertimur, nec beneficiis mouemur, quos nulla benignitas emollit. Peccatoribus Deus, nec timorem, nec amorem sapit, lib. 4. cap. 24. num. 18. Peccatores desperati medicos nec quærunt, nec ad se venientes recipiunt, lib. 14. ca. 8. num. 8. Hi sunt de quibus dicitur prodiit, quasi ex adipe iniquitas eorum, ibidem nume. 25. lib. 14. cap. 17. nume. 18. vide libr. 14. capit. 20. per tc tum.

IN

IN FESTO PVRIFICATIONIS B. Mariæ.

Euangelium.

Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ. Lucæ 2.

1 Sol. Purif. Mariæ. Habac. Num.

SOL & Luna, Iesus & Maria steterũt per quadraginta dies in Bethlehemitico antro, velut in habitaculo, quod Filius hominis, vt nasceretur elegit, positusque ab austro, id est in Bethlehem natus venit ad montem Pharã, id est Hierosolymam, quo a parentibus ductus est, vt darent hostiam pro eo, par turturum, aut duos pullos columbarum. Sicut lege Moysi fuerat sancitum. Per quadraginta integros dies in Bethlehem moratus est Dominus, vbi natus in stabulo fuerat tanta pauper tate circundatus, vt ab hominibus agnitus non fuisset, nisi virtute miraculorum, diuinorumque operum adducti illi fuissent mouente Angelo pastores, quos circunfulsit lux de cælo, astitit multitudo cælestis exercitus canentis laudes Deo, a quo tam ingens beneficium recepisset mundus, adfuit Angelus, qui nascentis qualitatem ediceret, quibus omnibus pastores moti sunt, vt pergerent in Bethlehem natum adoraturi infantulum, de quo audierant, quod tenellus ille uagiens inter arcta præsepia Saluator esset orbis. Stellaque nouiter creata fuit, quæ animos sapientum in Oriente degentium interne mouit, ut relicta patria natum quærerent, ut adorarent infantem. Quadraginta his diebus, quibus in specu Bethlehem explendæ legi purificationis beata Virgo intenta fuit, Christus Dominus fons paradisi ibi concludebatur, vt paradisum Virginis rigaret, fœcundaret, totus ille magnificaret fons hortorum, & puteus aquarum viuentium, quę impetu magno de Libano fluebant, quo in quatuor brachia diuiso, postmodum totus orbis rigandus foret. Sapientia iacebat in stabulo abscondita, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in utrisque? Maxima quidem, sed Virgini, & paucis, quibus Deus illam reuelauerat; cæteris summa & ignorantia, & paupertate pressis, astantibus Angelis fœnum, in quo puer iacebat, & pannos, quibus inuoluebatur adorantibus, lachrymasque illius summa reuerentia tergẽ tibus. Mansit Moyses in monte quadraginta diebus cum Deo colloquens, admirandis supernæ lucis radiis illustratus, diuinis beneficiis magnificatus, descenditque illis expletis tabulas portans digito scriptas Dei, ut quæ ab illo acceperat ipse beneficia populo communicaret, sic beata Virgo totis his diebus versata in Bethlehem cum filio superinfusa superna luce, velut Sole superamiciebatur diuina cognitione, & amore, sed pergit in Hierusalem non legem ferens, sed legislatorem, & magistrum, vt quæ sine fictione didicerat, illa sine inuidia communicaret eam sapientiam increatam, quæ infinitus thesaurus erat hominibus, quo qui bene fuissent vsi participes efficerentur amicitiæ Dei, & gaudiũ, quod in pectore Virginis morabatur, in oẽs homines si illi vellent diffunderetur, vt multiplicaretur eius imperium, & pacis non esset Esa. 9. finis, dum super solium Dauid sederet, ut ciuitatem ingrediens Hierusalem audiret illa. Esa. 62. Non uocaberis amplius derelicta, &c. Sed vocaberis uoluntas mea in ea, id est ciuitas erga quam eximiam dilectionem Deus ostendit, ut esset corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei sui, quia gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus. Veniebat ut lætaretur de- Esa. 35.
serta, & inuia, & exultaret ea, in qua fuerat solitudo, & floreret quasi lilium, vt gloria Libani daretur ei, decor Carmeli, & Saron, uidentes gloriam Domini, & decorem Dei nostri properantes, ut efficeret, ut in cubilibus, in quibus prius dracones habitabant oriretur viror calami, & iunci, vt lætitia sempiterna sit super capita eorum, qui redempti fuerint ab eo, qui non venit, vt iudicet mundum, Ioan. 12.
sed vt saluet. Ad hoc pergit in Hierusalem 2
dominator, quem vos quæritis, & Angelus te- Malac. 4.
stamenti, quem uos uultis. Et sicut olim cum primum orbis conditus fuit lux producta fuit fecit Deus cælum & terram; post autem die quarta, Sol & Luna dicuntur fieri, quia ea die perfecta sunt in luce motibus, influentiis, sic pergente matre cum filio in templum, populus, qui ambulabat in tenebris, uidit lucẽ magnam, &c. Duplex erat lex, duplexque præceptum, & vtrunque partum respiciebat; sed differenter. Vna enim erat lex, quę omnẽ partum siue maris, siue fœminæ respiciebat, quæ traditur in Leuitico, de illa intelligit Lucas completos dies purgationis, secundũ legem Leuit. 12.
Moysi. Et illud ut darent par turturum. Est & alia lex, quæ pertinebat solum ad partum primogeniti, vt in Exod. vbi præcipitur, vt pro primogenitis Aegyptiorũ occisis Domino offerantur omnia primogenita masculini sexus tam in hominibus, quam in iumentis. De qua loquitur Lucas cum dicit. Tulerunt puerum Iesum, vt sisterent eum Domino, &c. Et illud, cum inducerent puerum Iesum parentes eius, &c. Duo pulli columbarum offerrebantur, vnus in gratiarum actionem pro accepta prole, & pro falici partu, alter pro pẽccato in genere, dicit Caie, eo quod nullus liber a culpa. Vel certè peccatum vocabat lex immunditiam corporalem, qua prohibebatur ab ingressu templi, & consortio hominum. Antequam ad Euangelij expositionem 3
accedamus, animaduertendum est, quibus rationibus adducta fuerit Deipara Virgo, ut quadraginta his diebus non desereret stabulum, in quo infans fuerat ortus, & quibus motus sit Deus, ut ibi illam consistere faceret, & secundo in adimpletione legum quid illa, &

quid

quid Deus intenderet, quo fine Virgo ſancta Hieruſalem perrexerit, & ad quem finem Ieſus illud iter direxerit, quæ noſtræ demandata ſint curæ, quæ Deus ſuæ reliquerit prouidentiæ. Circa primum illud indubie credendum eſt, non habitaſſe in ſtabulo quadraginta diebus illis extra patriam propriam domum, amicos & conſanguineos neceſſitatibus ſubiecta ea de cauſa, qua cœteræ mulieres poſt partum in lecto, & domo quieſcunt, etiam ſi Reginam contigerit in tugurio vili parere.

Quoniam cum cunctis fœminis maledictio in prima Eua data ſit, vt in dolore pariant filios dolores, comitantur pericula tanta, vt multæ intereant, & quæ vita non priuantur, in tali ſtatu ſunt, ut delitijs ſumma cura, multis adhibitis diligentiis poſt dies multos vix priſtino reſtituantur ſtatui, modico aere, aut frigore ingruente infirmentur ad mortem.

4 Maria Virgo germen produxit, & florem intacta manens abſque dolore, & laſſitudine ſicut ſydus radium protulit Virgo filium, non maiora, aut alia pertulit incommoda, quam illa ſint, quæ recipit Sol dum radios emittit, & quæ filium lactabat vbere de cælo pleno, reparatione non indigebat, ut priſtinas recuperaret vires, quas non amiſerat. Maria ſtella ex Iacob orta cuius radius totum orbem illuminat, lib. 11. cap. 6. num. 44. Maria ſchala, rubus, arca, ſydus, porta, aurora, ibidem num. 83. & 84. Lecto non indiguit poſt partũ, nec quietc, & nihilominus in vili tugurio clauſa manſit, vt legem impleret vetantem, ne quæ immunda credebatur ſanctum tangeret, cœteris commiſceretur, aut ingrederetur ſanctuarium, ſed triginta tribus diebus pariens maſculum maneret in ſanguine purificationis, quæ ſuſcepto ſemine filium peperiſſet.

Et licet filius honori matris tam eſſet intentus, vt cogitante Ioſeph de Virginis pudore, Angelum miſerit, qui partus qualitatem ediceret; & Zachariam patrem Ioannis impulerit, ut pro tutanda Mariæ Virginitate mortem oppeteret, lib. 11. cap. 6. num. 1. & 126.

5 Nihilominus illa purificationis legem ſeruat, licet ab ea omnino immunis eſſet, lib. 11. cap. 6. nume. 56. & 57. vt doceat non ſolum intẽtos eſſe debere iuſtos implendis præceptis, ſed etiam conſiliis diuinis, inſpirationibus, motionibuſque internis Spiritus ſancti. Hieronymus quidem cum carnem cerneret contra ſpiritum reuelantem, vbi periculum immineret incontinentiæ diris verberibus tandiu lapide percutiebat pectus, donec rediret Domino donante tranquillitas, nec ſolum hac occaſione, ſed ſingulis diebus, uſque ad copioſam ſanguinis effuſionem flagellabatur etiam ſi tentationes non inſtarent vrgentes, & cogentes. Sic & B. Patriarcha noſter Dominicus, ſic & generaliter ſancti, &c. Hæcq. eſt multorum inſania periculis pleniſſima dicentium, nolo hodie ſacrum audire, orationi incumbere, eleemoſynam huic porrigere, hoc aut illud opus facere, quod in manu conſilij mei dereliquit Deus illis contentus, quibus

Epiſt. 22.

diuino præcepto aſtrictus ſum, qui ſic affectus eſt, euidenti ſubiicitur periculo peccandi. Sicut nupta fœmina, quæ amaſio litteras mittit, amatoria loquitur uerba, illum frequẽter alloquitur, cuncta ſibi licere arbitrans, dum adultera illa non ſit. Non intelligens, quod illis veluti medijs ad adulterium properat, quod videtur deteſtari, qui enim minima negligit paulatim defluit in maiora. Sic Dina dum egreditur, vt contempletur fœminas regionis illius in qua erat, quod ſibi honeſtum credebat, ſtuprum paſſa eſt. Capiendæ ſunt vulpes paruulæ, quæ demoliuntur vineas, quia non captæ creſcunt, & nocumenta ingerunt multa. Audi fili mi, ait Salomon, diſciplinam patris, & ne dimittas legem matris tuæ. Diſciplina patris præcepta ſunt Dei, lex matris illius, & conſilia, & inſpirationes, quibus impletis tuto ſeruantur mandata, & ſic additur & gratia capiti, & torques collo, vt his ornata anima Dei oculos ad ſe trahat. Vulneratur enim his ſponſus, quæ non iuſſus operatur homo, licet illa vnus crinis capitis ſint, leuiculæque res videantur. Qui præceptis, & conſiliis intentiſſimi ſunt implendis, hi ſunt qui ſponſo dicunt, indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie non illucеſcente die, ubi ſola quæritur obſeruatio mandatorũ, hi enim ſunt qui adiuuari volunt mane diluculo. Mandata Dei prius implenda ſunt, deinde conſilia, lib. 3. cap. 5. num. 22. lib. 11. cap. 1. num. 3. vſque ad 7. & per totum. lib. 18. cap. 10. num. 13. 14. & 26. Mandata Dei ſola implens ſeruus dicitur inutilis, qui autem his addit conſilia ſeruus eſt fidelis, lib. 11. cap. 1. num. 1. & 5. & nume. 6. docetur, quod impletis mandatis diuinam gratiam docentem ſequi debet homo, & Eccleſiam. Peccata minima ſi negligant homines incident in maiora, lib. 14. cap. 9. num. 2. cap. 22. num. 39. Peccatum cauet, qui non reſpicit paruum ne illud ſit, an magnum, ſed iubentis conditionem, lib. 14. capit. 9. nume. 3. Manſit etiam B. Virgo in Bethlehem quadraginta diebus, ut ſcandalo puſillorum prouideret. Credebant enim homines partum illius cœteris fuiſſe ſimilem, præceptum legis Virginem comprehendere, quam ſuſcepto ſemine arbitrabantur peperiſſe. Illos opere redarguens, qui putant omnia illa operari poſſe, quæ mala non ſunt, non audientes Paulum dicentem, omnia mihi licent; ſed non omnia ædificant, nec aduertentes Dei indignationem aduerſus eos, qui ædificationi nõ intendunt proximorum, qualẽ expertus eſt Moyſes, qui poſt tantam cum Deo familiaritatem, poſt tam magnifica accepta beneficia, poſt tantam adeptam ſanctitatem, qui tantis ſe expoſuerat periculis propter Deum, audiunt. Quia non me ſanctificaſti coram filiis Iſrael non introduces hos populos, nec terram promiſſionis ingredieris. Non ſanctificauit Dominum, quia incredulus putauit, aquam educere non poſſe de petra, bonoque populi, & puſillanimitati illius non prouidit, illi fuit ruinæ occaſio. Quapropter

Hieron.
Cantic.
Bern.
Prou. 1.
Cant. 1.
Origen.
Pſalm.
6
1. Cor. 8.
1. Cor. 10.

Chryſoſtom. Serm. contra ebrios.

propter aiebat Chryſoſtomus tam eſſe Deo odibile ſcandalum, ut peccata grauiora diſſimulet, in quibus ruina fratris non eſt, non autem leuia, in quibus frater offenditur, & ſcandalizatur. Hæc tam grandis ſollicitudo ſemper fuit in ſanctis curare, ne quauis occaſione proximus ſcandalizaretur. Vnde Paulus (cum contigiſſet, quod fame valida exorta in Hieruſalem pauperes ſancti, qui ibi erant inopia maxima laborarent) ſtatuit ad ipſorum ſubuentionem, quod per alias Eccleſias Chriſti collectæ fierent, & ait, de collectis autem, quæ fiunt in ſanctos vos facite per vnam Sabbati. Vnuſquiſque veſtrum apud ſe reponat. Cum autem præſens fuero, quos approbaueritis, hos mittam perferre gratiã veſtram in Hieruſalem. Quod ſi dignum fuerit, vt ego eam, mecum ibunt. Ne aliqui crederent, ait S. Thomas, quod Apoſtolus faceret collectas iſtas magis cauſa proprij quæſtus, quam propter inopiam ſanctorum, ideo ſuſpicionem hanc vitans, & quantum ad ſe, & quantum ad ſuos miniſtros, noluit hanc pecuniam a ſe, ſeu a ſuis miniſtris cuſtodiri, ſed ut quilibet apud ſe retineret, quæ pauperibus largiebatur. Non mittam miniſtros meos ad perferendam pecuniam, ſed eos quos vos idoneos ad id iudicabitis. Et ſi neceſſarius fuero ego, nec ipſe portabo pecuniã, ſed qui mecũ perrexerint a vobis electi. Mira res: vitã Angelicam Pauli aduertebãt Corinthij ab omni ſuſpicione mali prorſus liberam, temporaliũ rerum contemptum talem, vt propriis manibus nocte laborans victum quæritaret, ne quẽ illorum grauaret, non quærebat ſua, ſed ipſos miraculorum ingentium patrator, &c.

Et cum his aliiſque multis ſuaſi eſſent Corinthij ne quid mali ſuſpicarentur de tanto Apoſtolo; nihilominus ille pecunias recipere recuſauit, timens alicuius ruinam, & prouidens ſcandalo docens exemplis, quæ verbis docuerat, dicens, ab omni ſpecie mala abſtinete

1. Cor. 16. 1. Thom.

8 vos. Scandalo proximorum prouidere debet homo, &c. lib. 11. cap. 15. num. 7. 8. & 24. lib. 12 cap. 1. num. 6. lib. 16. cap. 8. num. 1. & 4. Scandalo puſillorum prouideat homo, etiam ſi conſcientia ſecura ſit, lib. 12. cap. 1. num. 1. 2. 5. 6. 8. & 13. lib. 16. cap. 8. num. 4. vſque ad 18. 24. & 26. Scandalum graue malum eſt cum illo lædatur infirmus, & frater, & homo, pro quo Chriſtus mortuus eſt, lib. 16. capit. 8. nume. 13. vſque ad 15. 24. & 26. Scandala nuſquam remanent impunita, in quibuſcunque ea reperiantur, ibidem numer. 17. uſque ad 20. & 24. Scandalizantes proximos ſpeciali ratione dicuntur filij Diaboli, ibidem numer. 23.

9 Præterea in Bethlehem manſit, donec complerentur dies purificationis, & templũ adiit, vt ſiſteret puerum Domino, vt obedientiam doceret diuinis legibus debitam, eã implẽs, a qua libera erat multo cum gaudio. Qua de cauſa Virginem ſacram arca teſtamẽti rectè figurabat in qua tabulę legis erant recõditæ, inter quas vas erat manna plenum, vt ex his intelligas promptam Virginis obedientiam, nulla præexiſtente in ipſa difficultate (illa experta, quæ naturam operum comitabatur) ſed maxima dulcedo, qualis illa fuit, quam manna continebat, in quo omne erat delectamentum, legiſque adimpletione ita paſcebatur, ſicut quondam illi qui ſuauiſſimum manna edebant. Hæc iuſtorum conditio eſt. Iudas Machabæus cũ ſuis in montibus fæno veſcebantur, quod iumentorum eſt cibus, ne participes fierent coinquinationis; ſi minis, terroribus, verberibus, aut promiſſionibus adducerentur ad violationem legis dantes animas pro teſtamento patrum. Legis enim obſeruãtiam vocauit Mathathias legem cuius obſeruantiã hæreditario iure acceperant a maioribus: hęc erat præcipua patrum hæreditas loco maioricatus filiis derelicta. Quam ita arbitrabantur inuiolabiliter obſeruandam, vt pugnare non audentes in die Sabbathorum ob mandatum Domini de ſanctificatione feſti trucidati ſint, eligentes potius mortem, quam tranſgreſſionem præcepti, quam (licet falsò) credebant contingere ſi præliarentur, aut fugerent, ſed dixerunt: Moriamur omnes in ſimplicitate noſtra, & teſtes erunt ſuper nos cælum, & terra, quod iniuſtè perditis nos. Et mortui ſunt illi, & vxores eorum, & filij eorum, vſque ad mille homines. Nec fœminæ, nec paruuli fugere auſi ſunt timentes legis mandatum. Hoc eſt ingens Moyſi præconium, quod ſupremo Dei beneficio acceptum retulit Eccleſiaſticus, ubi inter præclaras viri huius virtutes hæc eximia fuit; quod dedit illi Dominus cor ad præcepta, id eſt propenſum impletioni præceptorum, vt legem, in qua eſt vita perficeret. Quod & regius vates poſtulabat a Deo, dicens, inclina cor meum in teſtimonia tua, &c. in via tua uiuifica me. Quo adiutorio inclinauerat cor ad faciendas iuſtificationes Dei in æternum. Quia ita animo obfirmauerat, vt ſi perpetuò viueret, perpetuò faciendis iuſtificationibus Dei inuigilaret. Nec ſolum iniquitatem deteſtabatur, ſed ea omnia, in quibus labi potuiſſet, vnde aiebat viam iniquitatis amoue a me, non iniquitatem ſolum, ſed viã, qua pergit homo ad peccandum, & viam iuſtificationum tuarum inſtrue me, eam ſcilicet, qua pergitur ad explenda mandata Dei, quia viam veritatis elegi. Hæc noſtrorum temporum perditio eſt, vt non ſolum viam veritatis homines non eligant, ſed vt currant, ut faciant malum, & lacerent legem, non timentes, quæ acriter minabatur Deus contra legis tranſgreſſores dicens, ſicut deuorat ſtipulam lingua ignis, ſic radix eorum, quaſi fauilla erit. Scitis quare? Abiecerunt enim legem Domini, ideo iratus eſt furor Domini in populum ſuum, &c. In his omnibus non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta, vt amplius, & ualidius percutiat flagellis illatis, non contentus, &c. Sagittæ eius acutæ, & omnes

1. Maca. 2

Eccleſ. 45.

Pſal. 118.

Eſa. 5.

Hieron.

arcus eius extenti, &c. Rugitus eius, vt leonis; vngulæ equorum eius, vt silex, quia venient ignem iræ mittentes, & rotæ eius quasi impetus tempestatis. Et frendet, & tenebit prædam, & amplexabitur, & non erit, qui eruat. In quibus verbis & auiditatem flagellandi describit propheta, & quod ineuitabile erit supplicium, quia non erit qui eruat. Non territa Virgo legem implet proprio honori contrariam, vt doceat hanc nobis demandatam curam, vt legis impleamus præcepta. Mandata Dei cunctis posthabitis implenda sunt, libr. primo, capit. 8. numer. 1. & 9. libr. 11. capit. 4. numer. 1. & 2. Mandatorum Dei inobedientia iram eius meretur, quorum transgressores acriter punit, libr. 11. cap. 2. numer. 4. cap. 3. numer. 21. Mandata Dei inexplebili cum desiderio implēda sunt, lib. 11. cap. 2. num. 5. cap. 4. num. 14. & 15. Mandata Dei feruenter, & festinanter implenda sunt, lib. 11. cap. 2. num. 12. 16. 17. & 19. cap. 4. num. 7. & 9. lib. 17. cap. 4. numer. 1. & 2. lib. 18. cap. 11. nume. 22. 25. 26. & 28. Obedientia ad Deum qualis sit virtus constat ex malis inobedientiæ, lib. 13. cap. 1. num. 13. 15. 18. vsque ad 20. 22. 28. & 29. Obediendū est Deo semper, ea enim est vera pietas, quæ præponit diuina humanis, lib. 4. cap. 20. num. 17. cap. 12. nume. 4. & 5. Vnde Christus in purificatione se obtulit pro nobis, &c. Vt nos totos illi offeramus, lib. 11. ca. 6. num. 57. His multisque aliis rationibus adducta Deipara Virgo legem purificationis implenit, cunctis reiectis cogitationibus, quæ eam ab implenda lege abducere potuissent, sed Deus illius honori continuò prouidit. Mandatis Dei obtemperantibus ipse astat, vt a necessitatibus eripiantur, lib. 18. cap. 11. nume. 1. Hac de causa Simeonem misit in templum, qui conditionem partus, & nascentis concineret, eadem uoluit, vt Ecclesia inter omnes sacræ Virginis festiuitates hanc cereis, & lampadibus celebraret non ab heri & nudius tertius, sed fere a temporibus Apostolorum, immo forte decreto Apostolorum, quia & de eius rei initio non constat, & illius iam meminit Cyrillus Archiepiscopus Hierosolymitanus ante mille ducentos annos. Maria lumen clarum abscondit aliarum fœminarum lucem, lib. 11. cap. 6. nume. 22. Arbitrantur aliqui hac occasione diem hunc luminaribus celebrari, quo abusus tolleretur Gentilium Romanorum, qui mensem hunc inferis dedicauerunt, quia in exordio illius Proserpina rapta fuerat a Plutone inferorum diuo, & quia mater ipsius Proserpinæ accensis faculis eam quæsierat tota nocte per Ciliciam, ipsi in huius memoriam nocte ciuitatem faculis illustrabant, sed re vera hæc diuina inspiratio fuit, ut nullus audiens Virginem purificatam aliquid suspicaretur mali. Hæc enim est Dei cura, ut prouideat famæ honori, &c. eorum, qui eius causa ista pati non verentur, aut huic se exponunt periculo. Ascendit Moyses in montem, vt Dei expleret voluntatem, cuius honor inferius inter populares periclitabatur, qui de creando nouo duce sermocinabantur relicto sancto Sacerdore duce, & principe Moyse propheta. Inter homines contemnebatur Moyses, sed per annū integrum in monte manens cum Deo summis eius fauoribus potiebatur. Moyses, & Aaron zelantes legem mortis periculo se exposuerūt volente populo lapidare eos, sed exorto murmure, & tumultu apparuit gloria Domini in tabernaculo, ad quod confugerunt, & eorum iniuriā grauiter vindicauit Deus. Iudæorum populo hoc mandatū erat, vt Pharaoni non obediret, vt Aegyptū desererent cūctis posthabitis, quę difficultatem ingerere potuissent promiscuæ multitudini, Deus autem circūducebat eos, docebat, custodiebat, vt oculi pupillam. Præcipit Deus pueris ne adorent statuā aureā Nabuchodonosoris, Danieli ne orationem deserat, vt Regi obediat, voluntati Dei explendæ intenti sunt, proiiciuntur illi in fornacē, iste in lacum leonū, concludit Deus leonum ora, ignis impetum extinguit, quia hoc Deo incūbit, illis Dei mandata seruare. Hanc Dei animaduertens conditionem Paulus aiebat, Deo manifesti sumus, illi innotescunt interna animæ nostræ bona, nec id solū, sed spero in conscientiis vestris manifestos nos esse, quia Deus nostræ prouidebat famæ, quod si hoc aliquando defuerit consolamur, quia Deo manifesti sumus. Ego protector tuus, dicit Deus Abrahæ, hoc meæ curæ commissum est, tuæ vt egrediaris de terra tua, &c. Beatæ Virgini inspirat Deus, ut purificationis legem impletura veniat in templum, & illud ingressa, dicit Timotheus presbyter Hierosolymitanus, quod cum ingrederetur filium gestans in brachiis Simeon, immenso lumine circundatam eam vidit. Et ut quondam periclitante Moyse apparuit gloria Domini in nube, & tutatus est eum Deus, sic periclitante honore Virginis in templo cęlesti coruscans lumine apparuit, quo intelligeremus, quod dum purificationis legem explebat, audire merebatur, est hæc Virgo sole speciosior, & super omnem dispositionem stellarum luci comparata inuenitur prior. Sole speciosior, eo quod eclipsim non patitur, ut Sol, luci comparata prior, quia cunctos excellit sanctos, aliis succedit nox, Maria autem quasi lux splendens procedit, & crescit usque ad perfectam diem. Hæc summa Virginis perfectio fuit, hæc Dei prouidentia. Summa autē, & miseranda hominū peruersitas, orbisq. calamitas hæc est, vt quod Deus suæ & prouidentiæ, & curæ reseruauit, hoc hoīes suæ relictum arbitrentur, illiq. remittant, quod illis ipse mandauit. Præcepit Deus, ut primum quæras regnum Dei, & uirtutem, qua possidendum est, & omnia temporalia velut accessoria dabit ille sollicitudine posthabita. Hoc est autem hominum impiorum ingenium, ut salutis æternæ curam totam committant Deo, totique illi intenti sint augēdis rebus tēporalibus, ac si Deo non incumberet quotidianum panem illis porrigere. Dicit Dominus mihi vindictam, & ego retribuam, & tu dicis, mihi vindictam, &c. cū tibi demandatum sit, vt iniuriam remittas peccāti fratri. Honorem relinquens propter Deum maiorem honorem consequitur etiam in hac vita, lib. 7. cap. 5. num. 1. & 2. Iusti equi dicuntur Dei, cuius voluntate feruntur, lib. 4. cap. 20. nu. 4. Sic beata Virgo venit in tēplum vt obediat, Deus autem luce illam circundat tunc, & modo luminaribus docet eius agnoscere puritatem, quæ purificanda venit. Docet etiam Iosephus, quod Iudæi contaminato a gentibus templo, mundauerunt illud debellatis hostibus, & statuit Iudas Machabæus, vt singulis annis celebraretur festum renouationis templi, quod appellabant festum luminarium, eo quod splendidum lumen diuini cultus insperato apparuisset. Valentiori iure multum purificationis dies luminarium vocatur, quando ille, qui verum lumen est, venit in templum, renouaturque antiquum templum, renouantur, & perficiuntur sacrificia, sacerdotes.

In enarratione Euāgelij aduerte in illa verba, tulerunt Iesum in Hierusalem, vt sisterent eum Domino, quod solent munera faciem irati moderari, & linire, & mutare; sic Iacob munera misit ad Esau, vt eum placaret. Sic Iacob postea expertus, quam bene negocium cum fratre cesserit ob munera præmissa docuit filios, vt profecturi in Aegyptum secum portarent de optimis terræ frugibus, vt Aegyptiorum Principem propitium redderent, sic; Abigail fecit procedens obuiam Dauid irato. Ita & B. Virgo preciosissimum munus filium vtique suum ducit in templum, vt patris iram, quam contra hominum peccata cōceperat moderaretur, dum respiceret in faciē Christi sui, quam eo ipso auerteret a peccatis nostris. Iesus iridi comparatur, quia patri nos reconciliauit, lib. 3. cap. 5. nume. 59. Christus propitiatorium rectè vocatur, ibidem numer. 67.

Vt darent hostiam pro eo par turturum. Aduerte, quam sint modica, quæ Deus ab homine postulat, & quam magna, quæ ipse homini largitur. In Exodo de pecoribus loquens Moyses Pharaoni dicit. Non remanebit ex eis ungula, quæ necessaria sunt in cultum Domini Dei nostri. Considera quæso, quibus homo seruit, & colit Deum suum, & quibus nobis seruiat ipse. Tu seruis ei pecudibus, ille vero tibi cælo, sole, luna, terra, & omnibus, quæ in eis sunt. Calicem aquæ frigidæ postulat a te, & ipsa regnum cælorum pollicetur. Iusti septuplum accipiunt in hac vita, &c. libr. septimo, capit. 3. nume. 22. & 23. Iusti relinquentes terrena propter Deum plura accipiunt, lib. septimo, cap. 5. numer. 1. Duæ aues offerebantur, vna in holocaustum, inquit sanctus Thom. ita quod tota cremabatur, altera pro peccato offerebatur. Prima ad amorem diuinæ bonitatis tota cremabatur. Secunda in duas partes diuidebatur, prima cremabatur, altera verò cedebat in vsum Sacerdotum, adeps autem semper incendebatur. Cyrillus Hierosolymitanus Archiepiscopus, in turtute, quæ occidebatur intelligit Christum, & S. Thomas in adipe, qui semper comburebatur intélligit pinguedinē charitatis Christi, per quam obtulit se Deo pro nobis. Turtur etiam holocausti significabat Christum, qui amore hominum accensus se obtulit. Altera turtur, quæ occidebatur mortem illius significabat, quam obtulit pro peccatis hominum. Offerebant pauperes duas turtures, nec maiora ab illis dona postulabat Deus, vt admoneret in exigendis tributis pauperum rationem habendam, nec ea exigant Principes, quæ commode soluere nō possint. Vnde in Leuitico docens Dominus, qua ratione commutanda essent vota pecunia, ait, si pauper fuerit stabit coram Sacerdote, & quantum ille æstimauerit, & viderit eū posse reddere, tantum dabit. Ea de causa iubebat lex ne quis araret in boue, & asino, ut doceret imparia non esse coniungenda, nec æquale seruitium hominibus iniungendum, sed secundum cuiusque vires.

Et ecce homo erat in Hierusalem, &c. Iustus, & timoratus expectans consolationem Israel, &c. vsque, donec videret Christū Domini. Iustitiæ coniungit Euangelista timorē, quia iustus omnis semper pauet, vel quæ accidere possunt, uel mala in quibus fortè viuit licet occulta illi sint, nisi enim timeret Dauid non diceret, Ab occultis meis munda me Domine, timor semper sit in sanctis, quia securi non sunt, dum viuunt, lib. 2. cap. 6. num. 11. 14. 16. vsque ad 18. & 30. vsque ad 32. lib. 3. capit. 19. num. 8. & 10. lib. 4. capit. 17. numer. 5. 6. 10. vsque ad 12. 14. 15. 18. 21. & 22. cap. 18. nume. 23. & 24. lib. 8. cap. 5. num. 20. 29. & 30. lib. 17. cap. 3. nume. 6. 9. 12. 28. usque ad 30. Iusti, quo meliores sunt, magis timent, quod infirmi nō faciunt, li. 4. c. 17. nu. 18. vsque ad 22. vide multa verbo, timor.

Simeon, qui audiens mœrorem interpretatur, iudices significabat, qui timorati sint & iusti, & bono communi intenti. Iuste datur officium iudicanti rectè, Deus iudicium tuum Regi da, &c. Iudicare populū tuū in iustitia, & pauperes tuos in iudicio, &c. quia liberabit pauperē a potente, pauperem cui nō erat adiutor, vnde in Deut. scriptum est. Non agnoscetis faciem in iudicio, vel vt nostra habet lectio, ita paruū audietis, vt magnum, nec accipietis cuiusquā personā, quia Dei iudiciū est. i. non peruertetis iudiciū alicuius intuitu. Causas hominū diligētissime cognoscere debet Iudex, sed omniū hominū faciesignorare. Claudere (vt ita dixerim) hominibus litigātibus debet oculos iudex, sed causis eorū aperire, quia Dei iudiciū ē, quasi dicat, debet iudex in iudicando se Deum arbitrari. Et ideo sicut Deus est Iudex inflexibilis, & immutabilis, nulla rōne habita diuitū, vel pauperum, ita & Iudex, qui vices eius in terra gerit. Vnde Esaias

de Christo Domino loquens ait: Præparabitur in misericordia solium, & sedebit super eum in veritate in tabernaculo Dauid iudicans, & quærens iudicium, & velociter reddēs quod iustum est. Aduerte velociter reddens, ne Iudex differat iudiciū, donec miser inopia consumatur. Ad hoc iudices quondam iubebantur esse in porta, vt facilis ad eos esset accessus. Ad hoc pertinet illud Exod. vbi dicit Dominus ad Moysen, vade ad Pharaonē mane, ecce egredietur ad aquas, vt omnes ad ipsum faciliter accedere possent. Vbi discere debēt Reges ad regni negocia mane surgere. Iudices in negocijs finiendis iusti sint, ac diligentes, lib. 9. cap. 8. num. 7. 8. 11. & 12. Iudices mali regere videntur populum, sed non regunt, ibidem nume. 5. Iudices cum rectitudine, &c. iudicent, ibidem num. 11. vsque ad 13. qui duces sunt populi, orphanorū patres, viduarum mariti, iustitiæ zelatores incorrupti sint, ibidem num. 13.

Exod. 7.

18 Nunc dimittis seruum tuum Domine, &c. Id est, nunc Domine si quando me ex hac vita dimittis, dimittis certè non cum dolore, sed in pace, hoc est animo omnino quieto satiato suis votis. Sicut & Abrahæ dictum est. Tu ibis ad patres tuos in pace. Et vt quondam Iacob viso Ioseph filio suo dixit, iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo. Sicut Domine promisisti te satisfactu rum votis meis, priusquam morerer, ita certè iam cum voles me tranquillo hinc dimittis animo. Quia viderunt oculi mei salutare tuū. Patrem alloquitur, & salutare Deiv ocat Christum Saluatorem a Deo destinatum hominibus non solum pro Israelitico populo, sed ante faciem omnium populorum, & pro omnibus popnlis, vt omnes eum agnoscant, amplectantur, & per eum saluentur. Lumen ad reuelationem gentium, &c. parasti, vt sit lumen ad illuminandas gentes, & gloria, & honor Iudæorum, quorum est secundum carnem. In primis Simeonis verbis illud mirari satis nō possum, qua ratione mortem optarit, Christo Domino in orbem ingresso, qui vita erat? Quando populus, qui ambulabant in tenebris vidit lucem magnam, illucescente Sole iustitiæ postulat, vt oculi claudantur in morte, ne lumen illud videat, quod venit, vt illuminet omnem hominem. Quondam Ioseph id præ-

Ianſenius.

Geneſ. 15.

Geneſ. 42. cipiente Simeon coniectus est in vincula, donec Beniamin Aegyptum fuisset ingressus, quo aduenient a uinculis ille liberatus est, sic non mirarer, quod noster hic Simeon libertatem exoptaret, sed viuens cum fratre, sicut ille alius beneficiis fratris magnificatus. Qui infinitam illam bonitatem Dei brachiis complectebatur, dicere certè debuisset, Dilectus meus mihi, & ego illi, inter ubera mea commorabitur. Tenui iam eum, non dimittam, uitam exopto, ut tanta fruar bonitate, & renouetur ut Aquilæ iuuentus mea, ut te prædicantem audiam, in cuius labijs immensam Deus diffudit gratiam. Clamabat sponsa, quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera, &c. ut deosculer te, &c. fœlix ego, qui hoc sum beneficio potitus, quod illa desiderabat. Confitetur Iesum Saluatorem, & mortem poscit? Elias in umbra iuniperi animo consternatus orabat Deum, vt tolleret vitam eius, ne tanta pateretur mala, tot cerneret peccata, orbem prophetis, & iustis carentem, Regē Achab sanctorum inimicum. Rectè quidem illud, at Simeon, qui cernit mundi salutem, regem sibi amicissimum, a quo tanta sperare potetat bona, salutem postulet, & viram, ut omnibus illis fruatur. Aeger aduehiente peritissimo medico, qui solo sermone restaurare vniuersa est potēs, non mortem desideret, sed salutem, quam prophetauerat Malachias futuram fœlicissimam orto Christo dicens, orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Et egredie-

Cant.

Cant. 8.

3. Reg. 19

Sapien. 16

Malac. 4. S. Theodor.

mini, & salietis sicut vituli de armento. Timentibus nomen Domini salus fuerat iam promissa, & modo missa, sanctus autem hic senex vir timoratus erat, cui hęc erat facta promissio salutis, quam Iesus ferebat in pennis, ut facilitatē, & diligentiam in ea conferenda significaret, tātaq. hæc erat reiecta mētis debilitate, ut qui illa potirentur, saltarent sicut pingues, & robusti vituli in pascuis salientes. Præterea vitam ardentissimè poscere debuisset, ut colloquio, & exemplis, & societate vir ginis potiri potuisset, vnde tanta accidere illi potuissent bona, Mariæ vita omnium est disciplina, &c. lib. 11. capit. 6. nume. 14. 24. 25. & 48. Quæ Ioannem Baptistam, & Euangelistā præclaros fecit, ibidem num. 26. Faceret & hunc, qui iustus erat, si eius consortio fruerētur. Maria intercessione sua, & exemplo restaurauit omne genus fœminarum, ibidem nume. 34. 44. 74. & 75. Maria Christum gestans redolebat miro pietatis affectu, ibidem num. 55. 64. & 65. Maria lætificans & præsentes, & futuros audit, exultauimus, & lætabimur, lib. 11. cap. 6. num. 99. Maria exemplum præbens omnis mortificationis digitos habebat plenos probatissima myrrha, ibidem num. 115. His rationibus ductus credere, quis potuisset perperam iustum Simeonem mortem optasse cum Iesum portaret in brachiis. Et tamen non ita sentiendum est, sed quod infante lingua mouente illa protulerit uerba, quibus qui iustus erat timebat ne a uirtute, quā a Deo acceperat decideret propriam fragilitatem hominum, tam faciles mutationes animaduertebat, & quod illi, qui heri nutriebantur in croceis, hodie amplexantur stercora. Ciuitas sancta anima iusti, sed in eo est periculo quandiu uiuit, ut audiat, repulit Dominus altare suum, maledixit sanctificationi suæ, tradidit in manus inimici, muros turrium eius, licet fortissimę, & inexpugnabiles uiderentur Turres. Qui considerat, quod stultorum infinitus est numerus, timet ne extra numerum sit paucorum, qui sapientes sunt, ut faciant bonum. Timens Paulus solius gloriæ accidentalis ali-

Thren. 2.

Ezech. 1.

1. Cor. 9.

quod

S. Thom. quod damnum aiebat, inquit S. Thom. Bonum est mihi magis mori, quam vt gloriam meam quis euacuet, mortem præponens vitæ, quid ni eandem optaret, qui iustus erat modo, sed

20 ne iustitia caderet timebat? Iusti securi non sunt, quandiu viuunt, lib. 4. cap. 17. nume. 5. 6. 10, 12. 14. 15. 18. 21. & 22. cap. 31. nume. 41. & 43. lib. 7. cap. 3. nume. 17. Timor semper necessarius est, vbi tot sunt impedimenta salutis, lib. 17. cap. 3. numer. 4. 5. & 20. 21. 28. vsque ad 30. Peccatores surgere, & iustos ruere sæpe videmus, vt vnusquisque ex hoc vel timeat vel confidat, lib. 14. cap. 18. nume. 3. vsque ad

Hiere. 22. 6. 8. vsque ad 11. 13. 14. 17. vsque ad 21. & 23. Quis non timeat Dominum dicentē per prophetam, si fuerit Iechonias anulus in manu dextera mea, inde euellam eum? Et iterum cum exaltaueris quasi Aquila nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus. Qui iustus est, & hæc aduertit meritò clamat. Nūc dimitte seruum tuum, &c.

S. Matthiæ Apoſtoli.

IN FESTO SANCTI MATTHIAE APOSTOLI

Euangelium.

Confiteor tibi Pater Domine cæli, & terræ. Mat. 11.

Vide in festo S. Francisci Patriarchæ.

IN FESTO S. THOMAE Doctoris Ecclesiæ, Ordin. Prædicatorum.

Euangelium.

Vos estis Sal terræ. Matth. 5.

Expositionem huius Euangelij, de quo multa in festo B. Dominici dicenda erunt, uide lib. 1. cap. 15. num. 4. cap. 22. num. 19. lib. 2. cap. 7. numer. 12. lib. 3. cap. 1. num. 37. cap. 12. num. 5. usque ad 7. ca. 20. nu. 5. lib. 5. cap. 13. num. 5. & 29. lib. 8. cap. 9. num. 5. 9. 14. & 16. lib. 9. cap. 6. nu. 15. lib. 13. cap. 8. nume. 7. lib. 14. c. 28. nu. 7. 21. & 23. cap. 29. num. 19. lib. 16. cap. 1. num. 38. cap. 3. num. 8. & 12. lib. 18. cap. 1. nu. 36. usque ad 38. cap. 14. per totum, cap. 15. num. 18. & 33.

In festo S. Thomæ de Aquino. 1 DOCTORIS Saeri Thomæ eximias laudes non solū Innocētius sextus, & Ioannes Vigesimus secundus, qui eum Catalogo Sanctorum ascripsit cecinerunt, eius & uitam, & doctrinam cōmendantes, sed ab ore Crucifixi, dum uigilaret, eius est doctrina commendata, a sanctis Apostolis Petro, & Paulo eruditus fuit, transformatusque quodammodo in Augustino, Hieronymo, &c. Animalia illa, quæ uidit Ezechiel in medio lucis, & ignis oculis undique plena. Similitudo hominis & facies, facies leonis, facies bouis, & facies aquilæ. Hæc erat visio, discurrens in medio animalium splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis, Doctores Ecclesiæ significabant, qui missi sunt, tanquam fulgura, vt orbem illuminarent, lib. 14. cap. 29. nume. 19. & 27. Qui habebant manus sub pennis, id est virtutem operis sub volatu contemplationis, ibid. num. 28. & lib. 18. cap. 18. num. 14. Facies aquilæ Augustino tribuitur ob doctrinæ eminentiam, & subtilitatem. Facies bouis Hieronymo, quam & ipse tribuere sibi visus est cum scribens Augustino dixit, lassus bos fortius figit pedem, illi certè debita ob eximium, & infatigabilem laborem. Facies hominis Gregorio accommodatur, vt potè qui eminenter, quæ hominum mores concernunt edocuit. Facies leonis Ambrosio, qui rugiens Augustinum conuertit, cuius doctrina multam habet obscuritatem, & difficultatem, quæ vt vulgo dicitur, tiene vñas. Sed hæc omnia certè B. conueniunt Thomæ: in ipso faciem aquilæ aduerte disputantem de Trinitate, de Angelis, de ideis. Indefessum eius laborem in legendo, prædicando, scribendo, quis non aduertat? Qui moribundus scripsit in Cantica canticorum, rogatus a fratribus Cisterciensibus, apud quos pergens ad Concilium Lugdunense vitam finiuit, y con el alma en los dientes, ut aiunt, breue scripsit Commentarium in Cantica. Rerum moralium disputationem de vitiis, virtutibus in genere, & in specie, de donis in prima secundæ, & secunda secundæ latissime, & elegantissime complexus est. Non obscurus, ut Ambrosius, vnum conuertit Augustinum, sed mirabili eius doctrina innumeræ pœnè hæreses e medio sunt sublatæ. His omnibus adiungens mirabilem, & plenam sanctitate vitam. Missus est, ut fulgur, ut illuminaret mundum prædicator eximius, li. 14. c. 29. nu. 19. & 27. Mente excelle 2
bat Deo sanctus Doctor, & sobrius erat proximo, quod ueri Prædicatoris officium est, lib. 18. ca. 18. num. 5. & 7. In similitudinem fulguris ibat, & reuertebatur orans, & prædicans, quod sanctis Prędicatoribus necessarium dixerat Gregorius, lib. 18. cap. 18. nu. 12. & 13. cum B. Doctores sint ligna quadrata in arca Ecclesiæ, qui in lignis arcæ Noe quadratis, & linitis significātur optime, li. 5. c. 8. n. 2. li. 14. c. 29. nu. 1. dati vt vulpes paruulas exterminent ab Ecclesia, li. 2. c. 8. nu. 7. & 8. Ista mirificè præstauit S. Thomas. Qui dicere certè *Philip. 4.*
potuisset, quæ eximius Doctor gētium Paulus Philipensibus scripserat de se, retulerat his uerbis. De cætero fratres, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, hæc cogitate, quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me. Hæc agite, & Deus pacis erit uobiscum. Pudica uocat Paulus ea opera, quæ hominem ordinant ad

3. Tho. lect. 1 se, vt castus ille sit, iusta quæ hominem ordinant ad proximum, sancta quæ hominem ordinant ad Deum. Quæcunque amabilia, id est opera, quæ hominem reddunt amabilem, & opera bonæ famæ, hæc didicistis a me docẽte, & vidistis per exempla. Hæc cumulatissimè præstitit Paulus, eadem visa sunt in discipulo eius Thoma similis effectus magistro, licet non æqualis. Vt autem doctoris viriq́ue verè Apostolici laudes narraret Ecclesia hoc vtitur Euangelio, in quo præclari, glorioſiq. tituli continentur, quibus Christus Dominus Apostolorum munera, quæ in communem vtilitatem Ecclesiæ illis donauit, refert, eos efficiens sal terræ, lumen mundi, &c. Prima eorum, & vtilitas, & excellentia hæc est, quod sal effecti sunt vniuersæ terræ, de qua latè disseruimus in festo Patriarchæ nostri Dominici.

3 Secunda Apostolorum, doctorumque dignitas hæc est, vos estis lux mundi, quia sicut luminaria in mundo lucent: sancta enim rusticitas sibi soli prodest, qui verò doctrina pollent, sibi, & alijs vtiles sunt. Pro omnibus
2. Cor. 5. mortuus est Christus, ait Paulus, vt qui viuunt iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est. Isti similes Christo effecti sunt, qui mortuus est, vt omnes salutem conse querentur, ita hi non tantum sibi viuere volunt proximos ad Christum adducendo proprio dispendio posthabito, sicut qui aiebat. Quotidie morior propter gloriam vestram fratres. Quæ maxima hominum perfectio est,
2. Cor. 14. sicut alibi aiebat Apostolus. Sectamini charitatem, æmulamini spiritualia, magis autẽ, vt prophetetis, quasi dicat, charitas alijs virtutibus præstat, inter opera verò charitatis prædicare præstantius videtur, quia vt postea infert, qui prędicat Ecclesiam Dei ędificat. Mihi autem Sanctorum minimo data est
Eph. 3. gratia hæc in gentibus Euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio Sacramenti. In quibus verbis tanti doni magnitudinem considerans Paulus, se illo profitetur indignum. Quod sa-
Eccles. 24. pientiæ proprium dixerat Ecclesiasticus. Doctrinam quasi antelucanum illumino omnibus, & narrabo illam vsque in longinquum, penetrabo omnes partes terræ, & inspiciam omnes viuentes, & illuminabo omnes sperãtes in Domino, hoc sapientis, & doctoris munus est, qui lucem toto orbe spargit, quam vsque in longè positas orbis partes disseminare procurat. Adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam, & relinquam illam quærẽtibus sapientiam. Dum dicit se prolaturum doctrinam sicut prophetiam, significat se diuinam doctrinam traditurum, quæ certa sit, & solida quęque non humano ingenio sit excogitata, sed diuinitus reuelata. Dum dicit eã se relicturum in generationes sæculorum, significat se eam scripto relicturum posteris, vt in perpetuum legi, & audiri possit ab his, qui studioſi sunt sapientiæ. Quæ uerba licet sacrarum litterarum doctrinæ conueniant, in qua infallibilis est veritas: nihilominus sancti etiam Doctores suo modo Spiritu sancto inspirati locuti sunt, ea & docentes, & scribentes, quæ a Deo didicerunt, non sibi solis laborantes, sed omnibus exquirentibus veritatem, non scientiam quærentes inflantem, sed charitatem ædificantem, non propriam vanitatem sectantes, sed proximorum ædificationem, non speculatiuam rerum cognitionem, immo nec practicam seruantes sibi, sed illam communicantes omnibus exquirentibus veritatem. Viri Euangelici, quasi luciferi doctrinam Euangelicam docentes, omnes illuminant. Et quamuis in cælo sit eorum conuersatio, quaslibet partes terræ penetrant peccatorum tenebras fugando, & omnes Deum timentes illuminant.

Vos estis lux mundi. In creatione orbis, 4 quia terra erat inanis, & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi, condidit Deus lucem Solem, Lunam, & Stellas, non quidem ea sola consideratione, qua alia multa ad decorem, & perfectionem uniuersi sunt condita. Tanta animalium, florum, herbarum, & plantarum diuersitas, in quibus non alia apparet necessitas, quam pulchritudo orbis. Alia creata sunt in cibum, & delitias hominum, multa auium diuersitas, piscium, & animalium sine quibus vitam transigere possent, cuius initium est aqua, & panis, sed vt maiori potirentur voluptate, qua Deo gratias agerent, illius cognoscerent bonitatem ista sunt producta. Non solum data est lux, vt exclusis tenebris, quæ in mundo erant rerum cerneremus pulchritudinem, ne tristitia absorberentur homines, qui in tenebris sederent, nec ambulare possent ad conquirendos cibos indumenta. Non hæc sola solis necessitas fuit, sed sine illo terra esset vacua, quia motibus quarti orbis, in quo Sol est illuminatur orbis sub utroque polo artico, & antartico tanta inuariabilitate, vt neque cælum (nisi Deus omnipotentia sua aliter disposuerit) cessare possit a motu, nec Sol radios in se detinere possit. Incorruptibile est astrum. Hos sublunares effectus 5. Thom. producit cælum media luce, sine hac mineralia, plantæ, animalia, &c. non producerentur, non augerentur producta, non mouerentur, non viuerent, non comederent. Vnumque Solis accidens, quale est lux, tã mirabiles, tanquam varios effectus producit. Sol enim nó agit in hæc inferiora nisi per lucem, sed lux Arist. agit ad productionem formæ substantialis, ut instrumentum cæli. Hæc lux Solis, quæ essentialiter est in ipso secundum variam rerũ dispositionem varios, & multiplices producit effectus. Ego feci, ut oriretur in cælis lu- Eccles. 24 men indeficiens, adeo indeficiens, ut obscurato Sole, non existente eclipsi, qualis non erat in passione Christi, exclamaret Dionysius, aut Deus naturæ patitur, aut tota mundi machina dissoluitur, tãtus enim Philosophus adduci non potuit, ut crederet minoribus causis existentibus lucem sine eclipsi deficere a Sole, cum passio esset illi inseparabilis:

2. Sent. dist. 4. ar. 3. lux dicitur, inquit Angelicus doctor noster, secundum quod est in aliquo corpore lucido in actu a quo alia illuminantur, vt in sole. Lumen autem dicitur secundum quod est receptum in corpore diaphano illuminato. Itaque splendor & radius, qui in sole est dicitur lux, & ille in aere visus est lumen, in isto accidens est separabile in illo propria passio ab eius dimanans essentia. Radij solares vbicumque sint, suam & puritatem, & pulchritudinem conseruant, radijs rerum varietas agnoscitur. Lux ad aliorum vtilitatem datur, non ad propriam, perficitur quidem sol radijs, sed hi dati sunt, vt homines videant, vt sint, qui sine ipsis nec viuere possunt, nec videre, & quod soli accidens est, mihi certe substantiæ causa est. Sic hominibus hoc præstitit beneficium Deus multos creans in Ecclesia mysticos soles & luces, qui omni tempore, & loco lucerent alijs, illi quidem recte viuentes & docentes, mundum illuminabant. Et licet horum conditio non esset eius naturæ, quam cernimus in Sole, qui perpetuus est, & incorruptibilis, qui deficere nusquam potest, quod in vno accidit sole, hoc videmus in his qui eius vicem gerunt in Ecclesia, quod Deo sic disponente occidente vno & deficiente oritur alter, vel certe oriuntur plures tanta infallibilitate, vt sicut sol, qui illuminat orbem illuminabit indeficiẽter terram, vt eo cuncta conseruentur & sint, ita in Ecclesia vsque ad sæculi consummationem non deficient Apostolici viri, qui eam illuminent. Dixit Deus quondam: fiat lux & facta est lux: dixit in Ecclesię productione, vos estis lux mundi, & Apostolis eorumq. successoribus virtutem dedit lucendi. Superna quidem ciuitas non eget Sole neque Luna, quoniam lucerna illius, quæ est agnus Soli & Lunæ præfertur, omnes sunt illius ciues docibiles Dei, lumine gloriæ visione diuinæ essentiæ illustrati nullo egent extrinseco lumine. Quilibet beatus lucebit, vt sol in firmamento. At in Ecclesia multi constituendi erant homines, qui instar solis luce & calore cæteros perfunderent, vt mundi tenebræ ad præ-
Psal. 103, sentiam doctorum prælatorum & prędicatorum fugerent & exorta luce exiret homo ad
Esai. opus suum & ad operationem suam vsque ad vesperam sæuæq. bestiæ in cubilibus suis collocarentur, nec occiderent in vniuerso sancto monte Dei nisi volentes. Hiq. velut instrumenta Dei gratiam conferentes & producentes illa in breuiori mundo efficerent, & conseruarent bona, quæ sol in terra operatur medijs radijs, & luce. Mirabiles effectus producit sol per lucem, mirabiliores in Ecclesia confert Deus medijs hominibus Apostolicis, qui instrumenta sunt illius, quorum medio cælestes producuntur in animabus hominum effectus gratiæ, virtutum, donorum. Et sicut suppositа Dei dispositione, hæc quæ videmus in orbe non contingerent, si lux deficeret solis, ita nec in anima ea producerentur bona, si mystici hi soles deficerent, quorum medio iustificãtur homines, efficiuntur sancti. Claritas autem hęc in viris Apostolicis lux est: qualitas debet esse indeficiens, 5
quod in viro plebeio necessarium non est, cui non incumbit ex officio lucere, licet quãdoq. coruscent & meritis & exemplis, quibus visis alij ad recte operandum mouentur, lib. 18. cap. 15. nu. 40. accenduntur, quia exempla sanctorum carbones sunt vastatores, lib. 2. cap. 7. num. 37. lib. 5. cap. 13. num. 14. 17. & 29. exemplo suo docere quiuis debet fratrem, lib. 16. cap. 8. num. 27. Sanctorum vita viua lectio est homini Christiano, lib. 5. cap. 13. num. 21. Sancti carbones sunt & lampades, carbones qui in occulto bene viuunt, lampades qui lumen multis ostendunt, ibid. nu. 29. sancti trahi postulabant odore vnguentorum Christi, vt adolescentulæ illorum excitatæ exemplo currerent, ibid. num. 32. sancti aliqui silentio suo non minus ædificant, quam prædicatores, lib. 11. cap. 6. num. 108. sancti lucifer dicuntur, qui Dei claritatem clamãt tanta virtute pollentes, lib. 12. cap. 3. nu. 30. sancti vt Sol Luna & Stellæ fulgent in hoc mundo, & lucent alijs, lib. 16. cap. 6. num. 1. & 2. & 16. Proprium quidem est sanctis, qui ardent, vt luceant, vt in plurimum, sed lucere accidit illis. viris autem Apostolicis id debet esse proprium, quibus ex officio competit verbis, & exemplis alios ad bonum prouocare, virtutem communicare. Lux hæc nusquam deficiet in Ecclesia quantumcumque accideret, sacerdotes omnes prælatos & prædicatores peccatores esse, Ecclesiæ lux obscurari non potest. Prælati vt sal infatuari possunt, doctrina si Apostolica est, tenebras pati non potest. Vnde aduertens Iesus doctorum legis peruersitatem aiebat, super
Matt. 23. cathedram Moysi ascenderunt, &c. quæcumque dixerint vobis legi Moysi conformia facite, secundum autem opera eorum nolite facere, dicũt enim & non faciunt. Prælati præ 6
dicatores & doctores columnę sunt Ecclesiæ super bases Apostolorum fundatæ, lib. 14. ca. 29. nu. 3. Prælatis subijci debent omnes etiã si sancti illi non sint, lib. 14. cap. 30. num. 11. Immundi quidem illi esse debent communicantes peccatoribus, sed non peccatis, radijs solaribus similes, qui peregrinas impressiones non patiuntur. Forma enim esse debent fidelium, & exemplar in omnibus tanquam animata lex, lib. 14. cap. 29. num. 14. prædicatores sal, lux, &c. vocantur, vt vita eorum intelligatur & doctrina, lib. 18. cap. 15. num. 18. Prælati monstra sunt, si gradus sit summus, & animus infimus, lib. 14. cap. 28. num. 37. cap. 31. num. 28. Prælati aliorum bono intenti, se ipsis neglectis taxantur, lib. 14. cap. 28. num. 37. Prælatus enim sublimitatem dignitatis suæ æquare debet conuersationis splendore, lib. 14. cap. 31. num. 22. Hi in cęlis conuersentur, sicut lux, quæ solem nusquam deserit, soli iustitiæ indesinenter adhærentes etiam si radios transmittant ad illuminandos proximos. Prædicatores diuina gratia pleni

alios

alios vtiliter docent, lib.7.cap.8.num.32. Hi ardeant primum, deinde luceant, lib. 9. cap. 6. num. 15. & 16. lib. 14. cap. 29. num. 30. Prædicatores de magnis dicturi in sublimibus cõmorentur, lib. 14. cap. 28. num. 12. prædicatores dentes sunt lacte candidiores, aliis cibum masticantes, & in se puri existentes, lib. 14. c. 29. num. 2. & 18. prædicatores & prælati dicuntur speculatores, quia in altitudine mentis debent permanere, lib. 14. cap. 29. num. 29. & 30. Prædicator domum habet in Ramatha ibiq. iudicat populum cum eius mens in cælo est, ibid. nu. 32. Prædicatores cæli sunt, dum prædicant; & veritas in terra sanctorũ, cum terra germinat opera bona, lib. 18. cap. 2. num. 44. prædicator coniungat vitam, & verba sicut equus fortitudinem, & hinnitum, lib. 14. cap. 28. num. 25. Et denique, sicut quædam condita sunt ad decorem vniuersi, alia quæ eius conseruationi forent necessaria sicut sol, ita in Ecclesia quædam ad melius esse ad ornamentum, & perfectionem Ecclesiæ dedit Deus, non enim religiones omnes conseruationi Ecclesiæ sunt necessariæ, licet eam exornent omnes, sicut de illis scriptum animad-
Bernard. ad Guiller. Apologia. uerterat Bernar. gloria filiæ regis ab intus in vestitu deaurato circundata varietate. Semitæ sunt iustitiæ, super quas bonitate sua de-
Psal. 44. ducit Dominus multos, qui in solitudine degentes vigilijs ieiuniis, & laboribus non parcentes sibi solis prouidentes vtiles sunt Ecclesiæ, &c. Militares equitum ordines, aliaq. id genus multa. At lux in Ecclesia eius conseruationi protinus necessaria est. Quoniam ab infantia solem, lucem, radios, eiusq. mirabiles effectus homines videre consueuerunt assiduitate viluerunt multa, quorum & vtilitatem, & necessitatem tunc perfecte sciremus cum deficerent illæ & cuncta sublunaria cum eo, ita modo, qui misericordia Dei in Ecclesia plantati sumus, non aduertimus concionatorum, prælatorum, & sacerdotum vtilitatem a quibus tam ingentia reportamus commoda, si autem illis careremus, cuncta confestim mortem intentarent deficiente doctrina, sacramentis, &c. eaq. pateremur mala, in quibus miseri hæretici prolapsi sunt ministris carentes, qui instrumenta sunt bonorum, quæ confert Deus. Circumfulsit Saulum lux de cœlo, sed ad Ananiam missus audit, Dominus Iesus misit me, vt videas, & implearis Spiritu sancto. Eunuchus qui præerat thesauris regis Candacis a Philippo illuminatus est, a Petro Centurio. Candor lucis æternæ Christus Dominus fuit, sed Apostolicis viris participatione id conuenit. In tota terra Aegypti palpabiles erant tenebræ, so-
8 laq. terra Gessen luce perfundebatur, &c. Ecclesiam tuentur viri Apostolici ab ira Dei & insidijs Diaboli, lib. 5. cap. 4. num. 5. Ecclesia domus est, quam sapientia ædificauit ex lapidibus viuis, id est, sanctis columnis doctoribus, &c. lib. 5. cap. 6. num. 4. Ecclesia cælum ipsa est, multosq. habet cælos, lib. 12. cap. 3. num. 37. In Ecclesia sola verum lumen est, cum extra eam totus orbis plenus sit fumo, lib. 14. cap. 11. num. 3. prædicatores sancti multos eripiunt ab ore Diaboli, lib. 2. cap. 8. num. 31. lib. 4. cap. 23. num. 7. Prædicatores & Prælati significantur in cãdelabro, mensa, arca testamenti, lib. 9. cap. 21. num. 1. & 2. Prædicatores nubes, &c. lib. 14. cap. 26. num. 29. Prædicatores nubes, &c. lib. 14. cap. 26. num. 29. Prædicatione corruunt muri Hierico, li. 14. cap. 26. num. 32. & 33. Sacerdotes angeli dicuntur, &c. lib. 16. cap. 1. num. 26. cap. 2. nu. 1.

Hæc virorum Apostolicorum necessitas, 9
hoc eorum officium, hæc Dei bonitas, quam exhibuit sæculis quibus admirandos hos soles dedit, hæc illius prouidentia, vt tales nunquam deficiant. Sed hæc ingens Diaboli sollicitudo, vt diuinæ hæ luces extinguantur, vt radiorum officium non consequantur illi a quibus graue timet nocumentum. Summa hostis nostri cura, vt qui in hoc sunt munere, vel inhonorentur, vel ab eo decidant, vel peccatis implicentur, vt minus vtiles hi sint Ecclesiæ. Ab infantia aduertit Dæmon in S. Thoma, in quo eximiæ sanctitatis præsagia cernebat, in eo qui salutationem Angelicam deglutiuit, qui grauibus reuelationibus ante ortum ostensus est matri, qui inter Benedictinos monachos montis Cassini, cum sex aut septem esset annorum, tam mira operabatur, quod lux effectus illius regnum euerteret, & ideo graues ei persecutiones manu fratrum parauit, vt verus Ioseph ad sanctæ religionis fastigiũ nõ perueniret, vbi litteris imbutus in ordine litterarijs studiis consecrato, perficeretur lux hæc, qua orbis tenebræ fugarẽtur, quibus dæmon tantopere delectatur. Et quia in ordine positus cum 22. esset annorum super quatuor libros, sententiarum luculentissime scripsit bos mutus, cuius mugitum ingentem futurum in maximam vtilitatem Ecclesiæ magister eius Albertus prædixisset, sacrum doctorem adUertens vtilissimum futurum Ecclesiæ, spiritum suscitauit Parisijs viri cuiusdem Guillermi de sancto amore, qui summo odio prosequens illum summa diligentia curauit, vt luminare hoc magnum, & alterum illi simile, quod S. Francisci ordo Ecclesiæ dederat *S. Bonauen.* extingueretur, &c. Prædicatoribus & sacrarũ litterarum studiosis visis cruciatur maxime Dæmon, lib. 4. ca. 37. num. 2. Prælatis sanctis 10
maxime insidiãtur Dæmones, vt sic lectulum Christi maculent, lib. 14. cap. 28. nu. 38. sacerdotes, & religiosos viros sanctos infamare curat Dæmon per medium hominum peccatorum, lib. 9. cap. 15. num. 21. lib. 16. ca. 6. num. 5. vsque ad 8. Ex his colligendum est, quæ Ecclesiæ collata sint bona sole hoc in ordine prædicatorum illucescente, cuius eximiam sanctitatem dicere nullus valet. Inter *Hieron. epist. 41.* eximias Bonosi laudes aiebat Hieronymus scribens Rufino: Bonosus noster scalã Iacob iam scandit, portat crucem suã, nec de crastino cogitat, nec post tergum respicit, semper in lachrymis vt in gaudio metat, & sacramento Moysi serpentem in eremo suspendit

dit suspendium eligens carni. Ecce puer dives, nobilis contempta sorore, & charissimo sibi germano, insulam inaccessibilem ingressus est, rupibus circumuallatam, cuius solitudo terrori est, ibi habitat nouus incola paradisi, ibi solus, immo non solus, sed socio Christo videt gloriam Dei. Horrent membra sacco deformi, sed sic melius in nubibus rapietur obuiam Christo. Ibi securus viuit omni trepidatione depositа iã alloquens Deum, modo illum audiens docentem. Hæc est illi Pathmos insula, in qua mirabilia contuetur, in qua de hoste humani generis mirabiliter triũphauit. Talem considera Angelicum doctorem, qui maiorem consecutus nobilitatem, quam Bonosus regum Siciliæ & Aragoniæ propenos, non suos deseruit, vt ille, sed grauissimas vicit illorum persecutiones, quibus visi sunt eum a sancto religionis proposito reuocare. Insulam Pathmos sacrum prædicatorum ordinem ingressus sua & se Deo sacrificauit, qui nouus incola effectus huius noui paradisi, cũ Deo conuersabatur Deum audiens loquentem, cum legeret, & vicissim ipse loquens cum oraret. Tantam rerum cognitionem, & studio, & maxime reuelante
3 Reg. 4. Deo adeptus est, vt a cedro Libani, vsque ad hyssopum quæ egreditur de pariete, id est, magna & parua mirifice disputauit, ita vt reuelante Apostolo Petro, cum magisterij gradu insigniri debuisset, hoc totius disputationis exordium fuit. Rigans montes de superioribus suis, vt tantam litterarum copiam, & præsentes & futuri intelligerent imbribus cęlestibus fluentibus esse consecutum. Sanctisq. ordinis exercitijs lux hæc processit & creuit vsque ad perfectam diem. Cumq. docendi, legendi, scribendi, & prædicandi officio intẽtissimus esset ordinis exercitia rigida non prætermittebat, sed lectionis lassitudinẽ recreabat oratio, & ab hac ad intermissa studia redibat humilitatis, mortificationis, & penitẽtiæ exercitia non dimittẽs, ac si nihil aliud meditaretur, vnde aiebat, id se intelligere non valere, qua ratione, qui Deo consecratus fuisset in religione ab eo mentem auertere, & aliud aliquid cogitare potuisset. Vnde non solum orans, aut celebrans extra se rapiebatur, sed etiam comedens & alloquens. Tantamq. in studijs felicitatem adeptus fuit, vt confiteretur nihil vsquam legisse, quod non intellexisset, nec oblitus fuisse alicuius rei, quam memorię commendasset. Hieron. in desertis & inaccessis locis habitans consulebatur a multis S. Thom. in ciuitatibus habitans tanta ciuium numerositate pollentibus, Roma, Colonia, Neapoli, Parisijs, inuisebatur, & consulebatur ab innumeris, simulq. duas cathedras moderabatur Parisijs, & scribens frequenter tribus, aut quatuor simul dictabat, quod scriberent. Cumq. Ro-
Eccl. 39. mæ prædicaret magna hominũ mutatio fuit secuta. Sapientiam omnium antiquorum exquirebat sapiens, narrationem virorum nominatorũ conseruabat, requirens celebrium virorum commentarios, ne suæ fideret nimis intelligentiæ. In terram alienarum gentium pertransiuit, vt regina Saba auditura Salomonem. Solon Græciam deserens Aegyptum venit, Hieronymus a Dalmatia Alaxandriã & Romam deuenit, Augustinus Carthagine derelicta Romam adijt, S. Thom. ab Italia Germaniam & Franciam profectus est. Col- *Iansenius.*
laudabunt multi sapientiam eius, & vsque in sæculum non delebitur ex animis, scilicet hominum, licet multa temporum mutatione intereant, &c. si permanserit nomen derelinquet plusquam mille, id est, celebrior erit multis. Et si quieuerit proderit illi, quia fama post mortem crescet. Tanta autem eruditione præditus, tanta nobilitate ornatus, qui inaudito populorum concursu prædicabat, is in cuius labijs multam Deus diffuderat gratiam, qui innumeris erat ornatus gratijs, confessus est amico cuidam nusquam laudibus humanis intumuisse, licet huic morbo sint subiectæ multum diuitiæ, nobilitas, sæculi potentia, scientia, quæ inflat, &c. vnde soli quam optime comparatur. De Simone Oniæ filio narrat Ecclesiasticus, quod in die- *Eccles. 50.*
bus suis corroborauit templum, illud confirmans & doctrina & sancta conuersatione. In diebus ipsius emanauerunt putei aquarũ, & quasi mare adimpleti sunt supra modũ, quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi Luna plena in diebus suis lucet, & sicut sol refulgens, sic ille effulsit in tẽplo Dei. Quia illum comparauerat lucifero & lunæ, quasi non integre suas laudes retulisset in his, soli illum comparat. Circa illum corona fratrum quasi plantatio cedri in monte Libano, sic circa illum steterunt quasi rami palmæ, & omnes filij Aaron in gloria sua. Effudit in fundamento altaris odorem diuinum excelso principi, tunc exclamauerunt filij Aaron, in tubis ductilibus sonuerunt, tunc omnis populus simul properauerunt & ceciderunt in faciem super terram adorare Dominum Deum suum. Eximia certe Simonis præconia, sed quæ optime conueniunt Angelico doctori, cuius tempore emanauerunt putei aquarum. Circa illum corona fratrum multa & rami multi, qui magnam hanc odoriferamq. cedrum circum steterunt sacerdotes, religiosi, prælati, &c. ipsius doctrinæ adhærentes, ne de veritate fuissent suspecti si eam desererent, sicut testa- *Inno. 6.*
tus est Inno. omnes filij Aaron Dominicani fratres sumus, qui eius prædicamus gloriam, vnde tantus in nos honor deriuatur. Odor diuinus, quem excelso principi fudit, institutio est solemnitatis corporis Christi, in qua multa ille operatus est. Tunc exclamamus eius laudes celebrantes, quibus auditis vniuersus corruit populus, & adorat Deum eo quod elegerit sanctissimum hunc virum ex omni carne, cui dedit cor ad præcepta & legem vitę, &c. docere Iacob testamentum. Et vt olim Moyses in desertis Aethiopiæ *Eccl. 45. Basi.*
quadraginta annis fuit commoratus, vt dignus dux Israelitici populi esset, orans, ieiunans,

innans, &c. montemq. ascenden slumine clarus euasit, ita & S. Thomas his fere annis in ordine prædicatorum conuersatus est, non ad vtilitatem datus vnius populi nec vno tẽpore, sed totius Ecclesiæ vsque ad consummationem sæculi. In monte ordinis didicit quæ docuit ingenti luce perfusus, immo lux effectus mundi. Et vt alter Esdras in captiuitate Babylonica legem populo propalauit, paradisi effectus fluuius, quadripartitæ peruius Gedeonis gladius, tuba, lagena, radius. Fluuius paradisi in quatuor partes distributus, quia totam theologiam in quatuor partes diuisit, Gedeonis gladius, thesaurus positus in vasis fictilibus, radius ibi circunclusus, cuius voce, cui Deus dedit vocem virtutis, innumeri hostes profligati sunt. Sapientissimus inter tres sedens in cathedra, ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno, quia mitissimus cum esset, sapientia potius quam viribus inimicos deiecit instar vermiculi, qui lignum corrodit.

Hymnus.

2.Reg.23.

11 Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. In intelligentia sanctorum fere omnium nomine ciuitatis Iesus prælatorum, & Apostolorum dignitatem & vitam voluit significare. Apostolici enim viri ciuitati in monte sitæ comparantur, quæ munitissima est, qua illi qui in agris & oppidulis commorantur tuti sunt ab hostibus, quæ si deficeret ingentibus periculis subijcerentur, qui vicinos, & graues patiuntur hostes, his homines in agris commorantes resistere non valerẽt, nec in villulis securi degerent nisi munitissima ciuitate protegerentur, vbi instrumenta sunt bellica ignei globi, milites armati hi in procinctu constituti agricolæ terram incolunt, sutores sartores, in proprijs officijs occupantur, in casula tutus manet, qui in agro est. Qui cunctis præcellere debent non minus, quam ciuitas in monte sita eminet oppido, qui in campis est. Sicut enim fratricida Cain primam ciuitatem in campo Senaar ædificauit, in mundi exordio, sic in illius ædificatione mysticam ciuitatem supra montem condidit, cuius artifex ille est, qui terrena iussit contemnere: ciuitas in mõte, quia horum vita cunctis manifesta est, quæ oculos omnium ad se trahit, vt virtutibus eius ad bonum prouocentur, ad malum autem si eorum vita minus recta sit. In his magnus Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri in monte Sancto eius fundatur exultatione vniuersæ terræ, quia ad vtilitatem totius terræ fundata est, vt illam tueatur ab hostibus, etiam si illa multis ingentibusq. subdita sit periculis, quoniam omne bellandi genus contra ciuitatem hanc hostis conuertit aduertens, expugnata hac facile posse cunctos debellare, qui sub ciuitatis illius protectione viuunt. Diabolus rigidas persecutiones mouet in sanctos, lib. 4. cap. 31. num. 13. & 19.

Psal.47.

12 Diaboli dolositas, & crudelitas explicatur, dum comparatur vrso & leoni, ibid. nu. 14. & 18. Diabolus quasi vir bellator multimodis ingenijs vtitur, vt nos capiat, ibid. nu. 16. & 43. Diabolus vir est, qui in Esaia conturbauit terram, concussit regna & posuit orbem desertum, lib. 4. cap. 33. num. 1. 3. & 4. cap. 34. num. 1. cap. 35. numer. 11. diabolus fremit in prædicatores, lib. 4. cad. 37. num. 2. Ecclesiam tuentur doctores ab insidijs Diaboli, lib. 5. cap. 4. num. 5. In Ecclesia muri & turres ædificantur ne dogma peruersum prænaleat veritati, lib. 18. cap. 15. num. 32. Hæc ciuitas exultatione fundata est ex (Augustinus) multis, qui cum peccatores essent, latera vocabantur Aquilonis, & effecti sunt bonitate Dei ciuitas regis magni, lib. 3. cap. 17. num. 14. & 16. Hæc est ciuitas de qua scriptum est. Et uocabunt te ciuitatem Domini Sion sancti Israel. Ecclesia fundata super sanctum Israel, id est, super Christum de qua dicitur, quod non potest abscondi supra montem posita. Ponam te in superbiam sæculorum, in quibus verbis altitudinem dignitatis significauit. Et suges lac gentium, id est, gentes temporalem abundantiam ministrabunt tibi, & mãmilla regum lactaberis, id est, reges temporalia tibi dabunt, vel mammillam regum vocat Apostolicam doctrinam, qua nutritur. Hoc ex eo consequeris beneficium maximũ, quod pro ære afferam aurum: æs metallum quidem sonorum est, sed non preciosum qualis prædicator est linguosus, interna virtute carens, aurum autem vocatur, cum radiat charitate. Muri sunt prælati super quos ædificantur propugnacula argentea. Et occupabit salus muros tuos, id est, Iesus roborabit tuos prælatos, vel occupabit salus muros, quia prælati intenti erunt subditorum saluti. Et Ezechiel commemorat se adductum in visionibus Dei in terram Israel & suauiter demissum super montem excelsum valde, super quo visum sibi fit velut ædificium ciuitatis ab austro. Quod certe est ædificium Ecclesiæ quod cum Christo fundamento nitatur in celsissimo monte situm est, summaq. cum admiratione ab omnibus conspicitur omnes ad se alliciens, omnesq. ad contemptum rerum terrenarum & desiderium cælestium bonorum inuitans & in concussum & insuperabile consistens contra omnes hostium insultus. Præcipua portio huius ciuitatis Apostoli & Apostolici viri sunt, & cum totum a potiori parte nominetur, illi ciuitas dicuntur supra montem posita. Apostolicos viros omnibus manifestos fecit per mirabilem potestatem per prædicationem, & conuersationem longe a terrenis semotam. Ecclesia ciuitas, quam Ioannes vidit de cælo descendens, lib. 5. cap. 3. nu. 12. & 14. cap. 6. nu. 5. Ecclesiam multis virturibus ornatam tãquã auro, & lapidibus preciosis diligit Dominus super omnes ciuitates ludæ, li. 5. cap. 6. num. 5. & 7. Ecclesia ciuitas est supra quam Dominus pluit, lib. 8. cap. 1. nu. 14. Ecclesiam, tamquam ciuitatem varij lapides componunt, varia scilicet merita & ordines sancto-

Esai. 60.

Hugo.

13

Cant. 8.

Ezec. 40.

sanctorum, lib. 12. cap. 3. num. 33. prælati varijs fluctibus & periculis sunt subiecti, lib. 5. ca. 11. nu. 3. 6. 8. & 9. & 21. li. 8. ca. 4. nu. 2. & 3. 4. vsque ad 7. prælati & prædicatores dicuntur nasus Ecclesiæ sicut turris Libani, quia multa esse debet eorum discretio & altitudo, lib. 14. cap. 29. num. 30. & 33. prædicatores non sine periculo, hoc gaudent munere, lib. 14. cap. 26. num. 31. prædicator neglecto proprio periculo corrigat delinquentes, lib. 14. cap. 27. num. 5. 16. 19. & 20. Hæc huius ciuitatis vtilitas quæ plebeios tuetur, &c. Sed hæc ingens hominum miseria est, si ciuitas negligat villulas defendere, vel quod grauius est, instrumenta bellica in eas conuertat, peribit populus, peribit & ciuitas si prælatus salutẽ negligat subditi, malisq. exemplis ruinæ illius sit causa. Nocent enim valde eorum, qui in dignitate constituti sunt exempla mala, lib. 14. cap. 28. nu. 15. scandala potentium grauiter puniuntur, li. 3. cap. 15. nu. 10. vide in festo B. Dominici in illa verba, sic luceat lux vestra, &c.

14 Hiere. 1. Augustin. lib. 16. contra Faustum, ca. 17. iustos omnes perfectosq. viros ciuitatem vocat in monte sitam. Hi dati sunt in ciuitatem munitam & murum æreum super omnem terram aduersus quos bellant quidem acriter Dæmones, sed non præualent. Fluminis impetus ciuitatem hanc lætificat, quia diuino Christi sanguine rigatur. Nec mirum, quod ciuitas hæc in monte sita pertingat ad cælum, stultum autem, quod impij ædificantes in campo Senaar turrim cogitent erigere pertingentem vsque ad cælum. Sancti in monte ædificantur, hoc est in magna & insigni iustitia, in virtutis eximiæ altitudine. Et hac de causa cum hi ciuitas sint supra montem fundata, terrena bona illis apparẽt modica, qualia re vera sunt, cælestia autem quia proxima sunt magna videntur, sicut e diuerso mali in infimis ædificati res temporales eximias iudicant, superna vero bona arbitrantur exilia, sicut stellæ immensæ, cum sint magnitudinis, vel non apparent, vel parum eo quod multum a nobis distant, sic cælestia bona reprobis modica videntur, quia ea de longinquo prospectant, hæc autem inferiora, quę hoc nomine indigna sunt, minima cũ sint, creduntur magna, desiderantur talia, iustis autem vilescunt ista, quæ a longe vident, sola cęlestia in eorum oculis boni nomen merẽtur. Mali terrena cogitantes incuruati sunt ne sursum respiciant, lib. 2. cap. 15. num. 60. & 61. mali voluptatibus dediti habitant in cam pis, iusti in montibus lib. 3. cap. 1. nu. 37. mali rotæ comparantur, quia præsentia diligunt, vt futura negligant, lib. 12. cap. 4. num. 25. bona temporalia soli mali magnipendunt, lib. 2. cap. 15. numer. 4. 48. 49. 53. vsque ad 55. & 62. cap. 16. num. 24. 25. & 28. cap. 18. num. 25. cap. 19. num. 5. 22. vsque ad 25. bona temporalia quasi nihil despiciebãt sancti, lib. 2. cap. 16. num. 7. vsque ad 15. 22. vsque ad 25. 27. 28. 32. vsque ad 34. 37. vsque ad 39. lib. 4. cap. 40. nu. 1. vsque ad 3. & 17. lib. 2. cap. 19. per totum differitur, quod licet bona temporalia magna æstiment mali, re vera talia non sunt, sed vana. Præterea eminens virtus ciuitas dicitur in monte posita, quia eã consequi nullus potest nisi prœuia defatigatione & sudore, ad quam ascendit, qui Deũ habet auxiliatorem. Beatus vir aiebat regius vates, cuius est auxilium abs te quia te auxiliãte infirmitas vincitur carnis, vt possit & velit, quod sine te non solum perficere, sed nec excogitare potuisset, sed iuuante Domino ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum in quo positus est, vt ad montem ascendat grauatus multum. In montem pergens Elias animo consternatus & defatigatus petiuit animæ suæ, vt moreretur, sed recreatus e cęlo ambulat in fortitudine, quam recepit vsque ad montem Dei. Congressuruſq. Ionathas aduersus Philisthæos victoriam de hostibus reportare non potuisset, nisi ascendisset ad stationes Philisthinorũ per eminentes petras ex vtraque parte, quia erant in modum dentium scopuli hinc inde prærupti. Ascendebantq. ipse & armiger eius manibus & pedibus reptantes. Ascensus purpureus est difficultate plenus, sed hanc vincunt, qui amore virtutis tenentur, quam cogitant pulcherrimam ciuitatem in monte constructam, sed mali considerata difficultate, dum ascendere recusant virtutis perfectionem, non consequuntur. Virtutis ascensus laboriosus est, & difficilis, mali autem facile ad ima tendunt, lib. 12. cap. 4. num. 22. lib. 18. cap. 11. numer. 4. cap. 12. numer. 3. virtutem vellent homines, sed absque labore, sine quo solus Christus studiose operabatur, lib. 3. cap. 9. nu. 7. lib. 14. cap. 19. nu. 21. & 22. lib. 18. cap. 14. num. 21. Si autem verticem mõtis recusset infirmus in secundo virtutis gradu maneat, vt Loth in Segor, lib. 18. cap. 12. nu. 5. & 6. post modum enim exemplo illius accepta audacia montem ascendemus. Quod si dixeris montes excelsi ceruis (Augustin. in Psal. 103.) hoc est, qui cerui sunt spirituales viri teneãt ea, quæ multum eminent, ceruis enim sunt montes altissimi. Hi sunt quibus perficit Deus pedes tanquam ceruorum. Qui talia aggredi non audent, audiant dicentem statim, Petra refugium herinatijs sit, qui heritius est, & peccator petram quærat, quæ illi refugium sicut & leporibus, id est, timidis qui virtutis alta præcepta meticulosi pertimescunt adhæreant Christo. Ciuitas supra montem ædificata Angelicus Thomas fuit, qua tutati sumus homines a potentissimis hostibus Dæmonibus, & hæreticis. Ad hanc munitissimam arcem in qua omnis armatura pendebat fortium (sanctorum patrum doctrinæ, &c.) confugiunt quotquot veritatis armis protecti ab hostium insidijs cupiunt liberari. Nec solum vniuersitates, scholæ, religiosorum cœnobia, collegia, &c. sed in sacris Cõcilijs Ecclesia vniuersalis cõgregata eius doctrina hostium tegmas aperit, veritatem firmat, & credenda proponit. Cum ad

Psal.83.

Augustin.

3.Reg.19.

1.Reg.14.

Chrysost. hom. 6. ex 16. varijs.

Aug. concione 3.

Psal.17.

Cant.

conci-

Concilium pergeret Lugdunense sanctus doctor, quod sub Gregorio X. fuerat congregatum in itinere vita functus est, & tamen in ea Synodo, in Constantiensi sub Martino quinto celebrata, in Viennensi sub Clemente quinto, Florentina sub Eugenio quarto, Lateranensi sub Iulio secundo, & Leone X. in Tridentina, quæ tempore Pauli III. inchoata fuit, & sub Pio IV. ad debitum finem deducta nihil definitum est, quod vel eius doctrinæ non sit conforme, vel ab ea sacri canones non sint extracti. Viluit ciuitati huic in monte positæ quicquid in mundo erat, magnum non apparebat, qui dignitates extra ordinem oblatas recusauit constanter, qui omnia quæ in sæculo nobilissimus expectare potuisset vili habitu mutauit. Cuncta sæculi bona ita contemnebat, vt interrogatus semel an amplissimum regnum Franciæ gubernaturus gratanter acciperet rex, respõderet se homilias Chrysostomi in Matth. illi regno præponere. Qui cuncta deseruit & pauperum Christi ordinem ingressus est instar eloquentissimi quondam Aaron socius B. P. Dominici datus est, cum quo anno Dominicus ab hac vita migrauit, iste natus est, laborum socius & ordinis auctor. Et instar cherubin in paradiso ordinis positus cum ancipiti gladio docens & scribens, docens & operans in paradisum direxit homines, non exclusit.

17 Qui fecerit & docuerit hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Hæc sunt Euangelij postrema verba, quibus promptos reddere voluit Dominus Apostolos & Apostolicos viros ad subeunda ingentia munera & laboribus & periculis plena, minori enim promissione adduci non debuisset cordatus homo ad subleuanda & imponenda humeris onera, quæ gigantinis essent formidabilia, lib. 14. cap. 30. num. 12. lib. 5. cap. 11. num. 21. lib. 8. cap. 4. num. 11. In re hac quod minori consideratione dignũ est, vt recusetur onus & honor, est labor, qui prælati & doctoris officiũ comitatur, etiã si is æquaretur laboribus, quos pertulit Paulus supra modum grauatus & supra virtute contemptus verbera tus, &c.
2. Cor. 11. quos & ipse breui summa retulit Corinthijs, quos narrat Lucas in Actis Apostolorum, ca.
Exod. 28. 14. 16. 18. 19. 20. & 26. sicut enim olim præceperat Deus vt in superhumerali summi sacerdotis scriberentur nomina duodecim tribuũ Israel, quæ portaret ille super vtrumque humerum ob recordationẽ, quod totius populi necessitatibus intendere deberet, laboribus non parcens, &c. Clamabat Elisæus cum Elias in curru igneo raperetur, Pater mi, pater mi currus Israel & auriga eius, laborem prophetæ eximium significans, dum eũ currum vocat, & aurigam in duobus q. nominibus duplicem laborẽ significauit. Currum dicit, quia populum Israel sustẽtauerat defectibus prouidebat, aurigam quia dirigebat. Ab Hierusalem vsque ad Illyricum innumeros patitur Paulus labores, tales passi sunt eius socij, tales eorum successores, & tamen cum tot paterentur difficultates, cũ corporales hæ sint contemnunt facile. Vnde cum quæ diximus retulisset Paulus ad maiora sermonẽ conuertens dixit, præter ea, quæ sunt instantia mea, quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum, pro quibus rationem redditurus sum Deo, cura diuitis, pauperis, peccatoris, & iusti prælato & prædicatori demãdata est, vt doceat exhortetur opportune & importune arguat, obsecret, ne quis pereat & sanguinem illius de manu pastoris requirat Deus. Tacet Hieremias, ait Chrysostomus, & prædicare recusat, & factus in ossibus ignis incendium ferre non potest. Clamat iubente Deo sicut Silo erit domus ista, & vrbẽ hanc dabo in maledictionẽ cunctis gentibus, & continuo (Hieron.) apprehenderunt eũ sacerdotes & omnis populus dicentes, morte moriatur, quare prophetauit in nomine Domini, sicut Silo erit domus hæc, & tandem lapidibus obrutus interijt. Si tacet, intus ignis exæstuat, si loquitur, foris lapides sonant. Tacente Esaia nocumentum expertus ait, væ mihi, quia tacui, dicit, audite verbum Domini principes Sodomorum, & hac de causa, vt refert Hieronymus ex Hebræis serra sectus interijt. Angelus, qui stabat in sole Christus Dominus vocat aues vt manducent carnes regũ & tribunorum, carnes fortium & carnes equorum, &c. id est, prælatos vt omnium salutem curent omni posthabita trepidatione, siue reges illi sint, siue duces, siue Serui. Prædicatores opportune & importune prædicent, lib. 4. cap. 8. num. 13. lib. 14. cap. 26. num. 20. prædicatores dum vera dicunt odiuntur in mundo, lib. 11. cap. 14. num. 13. & 15. prædicatores constantia magna, & assidue curent bonum fratrum, lib. 14. cap. 26. num. 6. & 33. prædicatorum periculũ, lib. 14. cap. 26. nu. 31. prædicator neglecto proprio periculo corrigat delinquentes, lib. 14. cap. 27. nu. 5. 16. 19. & 20. prælaturam non appeterent homines, si pericula cogitarent, lib. 5. cap. 11. nu. 1, 4. 8. vsque ad 11. 16. & 21. lib. 8. cap. 4. num. 5. prælaturam renuit Moyses prudentius, quam Esaias, lib. 5. cap. 11. num. 2. lib. 8. cap. 4. nu. 6. & 7. prælati varijs fluctibus & periculis sunt subiecti, lib. 5. ca. 11. num. 3. 6. 8. 9. & 21. lib. 8. cap. 4. num. 2. & 3. 4. vsque ad 7. Vt ergo Christus Dominus promptos redderet hominum animos ad subeundos labores tantos periculaque tam ingentia & onera, hoc vtitur præmio, quod qui fecerit & docuerit, vocabitur magnus in regno cœlorum. Sicut enim, vt virtutis difficultatem vincerent homines proposuit præmium, ita grande præmiũ, vt maior vinceretur difficultas, quod qui faceret & doceret magnus esset in Ecclesia, & in cælo. Multi quidem sunt in Ecclesia, qui magni quidem sunt in oculis hominũ diuitijs & honoribus abundãtes, qui in oculis Dei formicis sunt minores. Nabuchodonosor, qui cedros Libani vincere videbatur, in somnis similis apparuit statuæ, quæ pertingebat ad cælum, quã lapillus mira facilitate contriuit, & ad ni-

Ambros. ad nihilum redegit. Septem annorum abundantia in Aegypto in somnis apparuit, &c. Hæc enim & his similia si in somnis considerentur, magna apparent, sed vigil Daniel cernit & tempus ostendit, quod magnitudo illa vera nõ est, sed quæ reperitur in paruo lapillo qui statuam comminuit, & in montem versus est, vide lib. 2. cap. 19. per totum. Antiqui Imperatores & Reges magni videbantur, culices autem prophetæ, qui inter illos degebant, Daniel seruus cum Dario, cum Cyro Esdras, coram Pharaone Moyses, coram Assuero Mardochæus, Elias cum Achab, Tobias cum rege Niniue, &c. Ita & inter Christianos modo duces vocamus magnos, comites aliquos, & marchiones magnos, quia hoc est mundi ingenium aliter vocitare res, quam illæ sint, & peccator, qui nomine hominis indignus est, magnus vocatur, quem Deus draconem vocat. Ad te Pharao draco magne. Mali nomen hominis non merentur, lib. 8. cap. 2. numer. 1. vsque ad 4. 6. 8.
19 vsque ad 11. 14. & 15. Qui autem rerum veritatem & agnoscit, & iudicat magnum eum, qui facit & docet quantumcumque oculis hominum purgamentum videatur mundi. Qui circuibant in pellibus caprinis egentes & denudentes in cauernis terræ, quorum palatia cauernæ erant, cilicia vestes deauratæ, hi magni vocabantur a Deo, & sicut soli iusti in sacris litteris vocantur homines, soli viri Apostolici dicuntur magni. Et ita licet S. Thomas in sæculo nomen magni mereretur, vtpote Friderici Imperatoris consanguineus, comitis de Aquino filius, sed Ecclesia, quia fecit & docuit vocat eum magnum in regno cœlorum, magnũ in Ecclesia & in cœlo, quem Deus dedit ordini prædicatorum, vt tanquam respublica sibi sufficiens, quæ docerẽt acciperent ab eo, qui in ea morarentur. Surrexit Mathathias in Hierusalẽ & considerans ingruentia mala scidit vestimenta sua & fleuit opertus cilicio exclamauit, omnis, qui zelum habet legis statuens testamentũ exeat post me. Et fugit ipse & filij eius in montibus & reliquerunt quæcumque habebant in ciuitate, tunc descenderunt multi quærentes iudicium & iustitiam in deserto. Cum autem morti appropinquaret dixit. Nunc confortata est superbia, & ira Dei, &c. Nunc ergo o filij æmulatores estote legis & date animas vestras pro testamento patrum vestrorum, & mementote operum patrum vestrorum & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum. vos ergo confortamini, & viriliter agite in lege. Et ecce Simon frater vester scio, quod vir consilij est, ipsum audite semper, & benedicens eis mortuus est. S. Dominicus zelator legis mundũ deserens zelatores multos secum adduxit. Simon vir consilij S. Thomas est, etsi ab eo cognitus non fuerit, qui audiendus est, vt pater, vt accipiant doctores & prædicatores gloriam magnam effecti magni in regno cœlorum.

1. Mac. 2.

IN FESTO S. IOSEPHI Patriarchæ, & Sponsi B. Virg.

Euangelium.

Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph. Matth. 1.

MVLTA sunt quæ in eximiam Sponsi Virginis Iosephi laudem referunt sancti, dum quidam illius perpetuam virginitatem cõmendant, alij asserunt eum in vtero matris sanctificatum sicut Hieremiæ, & Ioanni Baptistæ Hieron. contigit, quod in tanto viro multa cum probabilitate creditur, quem ad talia munia creauerat, quod nusquam peccatum mortale commisit, quod cum vxorem accipere debuisset Spiritus sanctus in summitate virgæ insedit, vt non casu, sed Dei consilio actum crederemus virum paratum a Deo tali vxore dignum. Sicut enim quondam cum seruus Abrahæ missus fuisset ad quærendam vxorem amantissimo filio domini sui Isaac, orauit Dominum, vt coniecturis certis disceret misericordiam, quam faceret cum Abraham in eligenda vxore filij sui, quam ordinante Domino ille accepisset nomine Isaac, ita licet sanctitati virginis prouidisset Deus talem virum, etiam sanctitatem Iosephi considerauit, vt daret illi adiutorium simile sibi. Quia autem Ecclesia dum obitum patriarchæ celebrat hodie, ad enarrandas eius laudes pauca reperit, rationibus & coniecturis vtitur, quibus eximia innotescat sanctitas Ioseph. Et sicut in conceptione in ortu sponsæ in Euangelio Matthæi 1. liber generationis, rationibus & coniecturis multis, vult Ecclesia virginis excellentiam docere, quando Euangelistæ & sancti muti effecti sunt, ita cum sponsi præconia dici non possunt, Euangelium legit in quo Virginem dicit illi desponsatam. Et licet multa eaque præclara de Virgine dici potuissent, multa quæ in vtero & in infantia accepit bona, ea omnia breui summa perstringit Ecclesia, cum asserit illa verba de qua natus est, &c. ibi clauduntur immensa, quæ de Maria dici potuissent, & quæcumque cogitaueris priuilegia dona virtutes merita, quantumcumq. eximia his maiora accepit, quæ nesciens virum peperit sine dolore saluatorem Angelorum, quem lactabat vbere de cœlo pleno: ita sancti in dicendis laudibus Ioseph breues, quia omnia quæ de illo possunt excogitari comprehendũtur in hoc quod spõsus fuerit Virginis & nutricius Christi existimatus pater eius. Et ita aiebat Bern. cum Ioseph audieris nominare veniat in mentem patriarcha ille, qui in Aegypto venũdatus est, cuius iste non nomẽ so-

1 Iosephi Patriarchæ.

Bern. Serm. 2. super miss.

lum hæreditate possedit, sed sanctimoniam innocentiã & gratiam. Qui non illi æqualis, sed maior effectus est: illi enim data est intelligentia in mysterijs somniorũ, isti datum est conscriũ fieri atque participem cælestium Sacramentorũ. Ille frumenta seruauit non sibi, sed omni populo, iste panem viuũ e cęlo seruandum accepit, tam sibi quam toti mundo. Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus, suæ matris solatium, suæ carnis nutricium. Solum denique in terris magni consilij coadiutorem fidelissimum, quem tamquam alterum Dauid Dominus inuenit secundum cor suum, cui tuto committeret secretissimum, atque sacratissimum sui cordis arcanum, cui tamquam alteri Dauid incerta & occulta sapientiæ suæ manifestauit, & dedit illi non ignarum esse mysterij, quod nemo principum huius sæculi agnouit. Cui datum est, non solum videre & audire, quod multis regibus & prophetis negatum est, sed etiam portare, deducere, amplecti, & deosculari, nutrire, & custodire filium Dei incarnatum. Ioseph pudicitiæ Mariæ fidelissimus testis fuit, lib. 11. cap. 6. num. 43. Maria & Ioseph lilia inter quæ pascebatur Christus, ibidem num. 103. in quibus verbis cuncta quæ de Ioseph dici potuissent complexus est Bernardus. Innumera sunt quæ Deus Abrahæ contulit beneficia quæ sacræ referunt historiæ, &c. quem ita magnificabant Iudæi, vt hanc ingentem crederent excellentiam, quod illorum esset origo, a quo progeniti fuissent, quod sibi sufficere arbitrabantur, vt honorarẽtur ab omnibus, vt Deum haberẽt propitium, qui Deus dicebatur Abraham, eo quod speciali prouidentia ad nouum sanctitatis cumulum euexit. Cum adolescens adhuc esset inter Chaldæos idololatras viuens inter quos eius virtus periclitari potuisset multis pollicitationibus inde eductus est, audiens, faciam te in gentem magnã, & benedicã tibi & magnificabo nomen tuum, & eris benedictus tam superexcellenti benedictione, vt tui causa benefaciam toti orbi. Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Legem accepit circumcisionis ad remedium originalis culpæ, qua in amicitiam Dei redirent, qui inimici nascerentur eius, Angelis colloquebatur, cui & secreta pectoris aperiebat Deus quasi indignum iudicans, quod tali seruo celarentur, quæ facturus esset in terra, & a cap. 12. Geneſis, vsque ad 25. in quo eius mors narratur, inueniuntur multa, quæ illi Deus contulit beneficia, eo fine quia ipse erat, cui incarnationis verbi prima promissio facta est, in quo benedicendæ forent omnes gentes auus existens Messiæ, qui post innumeros annos esset venturus. Cum ergo Ioseph vltimus ille sit in serie huius generationis, quicquid de illo cogitaueris eius merita non adæquat. Abraham ita sanctus, quia in eo cęlestis hæc tela cępit ordiri humanitatis Christi. Iste exultabat, vt videret diem Christi, & futurum considerans gaui-

sus est, Ioseph vltimus, qui oculis non solius fidei, sed carnis diem Christi vidit, maiori pollens sanctitate maiora beneficia cõsecutus est. Cum seruus Abrahæ perrexisset *Genes. 24.* in Mesopotamiam ad quærendam vxorem Isaac multis diuitijs plenus, cum Rebeccam accepisset in sponsam illius prolatis vasis argenteis & aureis, & vestibus dedit ea Rebeccæ pro munere. Fratribus quoque eius & matri dona obtulit, indignum arbitrans, quod solam puellam ditaret, & qui tam lætus proficiscebatur ad propria, qui ditissimus venerat, dona non communicaret fratribus & cognatis, ira cum humanæ naturæ in vtero virginis desponsatus est filius Dei, quando Mariam sibi in matrem simul, & sponsam accepit magnificentissima dona illi sunt collata, illi vestes pulcherrimæ, illi vasa aurea sunt collata, sed crediderim certe, in die desponsationis Christi, & in die lætitiæ cordis sui, etiam cognatis illustria dona fuisse porrecta, cumque Ioseph & cognati, & sponsi titulo gauderet, cum ingentia recepit virgo bona accepit & ille non æqualia, sed multa, quando dines in misericordia Deus venit ad ditandos homines, non solum præsentes, sed & futuros. Accepit quæ fari non possunt illa vt ditata digna esset mater & sponsa, accepit multa ille vt dignus esset & sponsus matris, & nutricius filij. Itaque non solum videns filium Dei, audiens illum, & matrem mirabiles habuit profectus, sed vt dignus esset, qui ista videret & audiret multis bonis præuentus est, & non solum dines effectus est, hac cælesti negociatione, sed vtillam inchoaret feliciter præuentus est in benedictionibus dulcedinis y entro rico en el traro. Propter vxorem relinquendos parentes dixerat Adam, vt retulit Paulus, & erunt duo in carne vna. In quo coniugum mutuum amorem significauit, eumque maximum, quo se complectũtur qui sociati sunt, maxime autem sponsaliorum tempore. Quæ dilectio, vt in plurimum, tam est potens & vehemens, vt Esaias quo immensum Christi amorem in homines significaret, quasi alia verba id conuenientius exprimere non valerent, dixit, Gaudebit sponsus super sponsam & gaudebit super te Deus tuus, ac si inter omnes sponsi & sponsæ dilectio summa esset & omnium maior. Qui ergo a virgine tantopere diligebatur, & qui ipsam tam vehementer amabat, cui illa subdita erat, qui illius fuit sponsus, cuius sanctitatem admirantur Angeli, ingenti etiam sanctitate pollebat. Si in sacris his sponsalibus ea fuissent quæsita, quæ modo homines, vt in plurimum quærunt in coniuge aut marito nobilitatem diuitias & pulchritudinem, non hinc Ioseph sanctitatem possemus conijectare, sed cum diuina exquireretur voluntas, vt tantæ Virgini sanctus sponsus coniungeretur, recte inde sanctitatem Ioseph venamur. Ad matrimonium virtutem quæ-

Esai. Hieron.

rebant

rebant antiqui non alia quæ modo quæruntur, libr. 11. cap. 8. numer. 5. 17. 20. 23. & 26. In matrimonio maritum quærat fœmina non hæreditatem. ibid. nu. 15. Si hoc beneficium præstitisset Deus Ioseph, vt in seruum daretur virginis, ingens esset beneficium, quale arbitrabatur Abigail, si Dauid qui eam petebat in coniugem reciperet in ancillam, vt lauaret pedes seruorum illius; omnium enim quantacumque dignitate, aut sanctitate polleant, hæc uox est, quod seruuli virginis vocentur, cui seruire regnare est. Is sancti Ioannis Euangelistæ maximus honor celebratur, quod moribundus in Cruce Dominus matrem virginem virgini cõmendauit, ex qua hora accepit eam discipulus in suã, vt ei seruiret, Ioseph autem dum in sponsum eligitur vnum cum ea indissolubili vinculo matrimonij, efficitur vt iam non sint duo, sed vna caro. Præterea ex consortio Ioseph cum Maria mirandi profectus credendi sunt, cum qua triginta & amplius annis conuersatus est, secundum enim Augustini opinionem in monte Garizin suscitatum Dominum adorauit Ioseph, quando impletum fuit somnium Ioseph, quod Sol & Luna, & stellæ vndecim Apostoli Maria & Ioseph adorauerunt Christum. Et licet secundum aliorum opinionem in exordio prædicationis Domini interijsset, qualem illum efficerent, quæ vidit orto infante in stabulo, angelos adorantes concinentes pastores adorantes magos procidentes & infantis maiestatem admirantes, opera quæ vidit in templo quæ in Aegypto, quæ in domo fluuius Dorix fœcundauit cęlestem hunc paradisum hominis sancti Ioseph ad modum, quo virgo sacra fęcundata est, licet non ad æqualitatem. Ex collocutione Moysi cum Angelo, quadraginta dierum spatio, aut vt nonnulli arbitrãtur per annum integrum, mira claritate circundatus fuit ita vt velamen imponeret, vt possent filij Israel eum alloqui, quanta quæso interna luce perfunderetur Ioseph, qui vnigenitum filium Dei tot annis in domo habuit. Simeon puerum accipiens in vlnas cuncta fastidit & extra se raptus clamat. Nunc dimittis, &c. Ex quo facta est, vox salutationis Mariæ in auribus Elisabeth, Ioannes persentiens Christum in vtero matris exultauit in gaudio, & illa Spiritu sancto repleta est, qui iustus iam erat cũ Deiparam accepit in vxorem, tam assidua Christi familiaritate incredibile consequeretur virtutis augmentum. vnam audiuit Domini vocem Saulus, qua mutatus est in virum alterum ad tantamq. sanctitatem mox euectus persecutor, vt vas electionis effectus paradisum de ambularet, qui admonentem docentem consulentem verbis & exemplis, multis annis vidit Deum incarnatum in cuius labijs mira diffundebatur gratia, cuius verba non vt faculæ ardebant, sed instar fornacis ignis, ista non frigidum & adamantinum pectus, sed liquefactum, vt cera non mollirent amplius & ardentem iam vehemen-

Sen. 81. de tempore.

Epiphanij.

4

tius concremarent? vtique. Exempla enim virorum illustrium, qui in memoria Augustini versati ex mortuis viui efficiebantur, erant illi carbones vastatores, qui frigidam eius accendebant mentem, sagittæq. acutæ, quæ animã amore vulnerabant Dei cum hæresim Manichæorum deserens, ad fidem venit, solaq. Dauid verba humilitate, & beneuolentia plena efferatũ Sauli animum, qui nunquam eius sanguine satiabatur, quem spiritus Domini malus exagitabat, tam erant potentia, vt ad tempus obduratum eius animũ liquefacerent & ad flendũ inducerent. Quid obsecro in Ioseph sancto exempla non memorata, sed visa verba vitæ æternæ efficerent ab illius ore prodeuntia, qui Deus erat, & qui audiebat non Spiritu Domini malo exagitabatur, sed Spiritu Dei sancto perficiebatur? vtique, qui Sanctus erat sanctificabatur adhuc & crescente igne crescebat incendium filium contuens & matrem, qui instar animalium Ezechielis, quorum alas propheta vidit (Grego.) loquentes & mutuo se percutien- *24. moral. cap. 6.* tes mentem percutiebant iusti huius, & ad bonum excitabant. Ala enim sua me percutit ait Gregorius, qui exemplo suo me accendit. Qui tangit picem inquinabitur ab & ea, qui cum sancto conuersatur sanctus efficitur, qui cum eo conuersabatur, qui totius erat sanctitatis origo, cum matre in qua miranda splendebant opera virtutũ haberet certe emolumentum maximum sanctitatis. Exempla sanctorum carbones sunt vastatores, lib. 2. cap. 7. num. 37. lib. 5. cap. 13. nu. 14. *Eccl. 4.* 17. & 29. exempla sanctorum etiam homines barbaros pertrahunt ad salutem, non solum uisa, sed & audita. lib. 5. cap. 13. num. 7. & 11. vsque ad 14. exempla enim sanctorum virgæ sunt, quas Iacob posuit in canalibus, vt oues varia parerent, ibid. numer. 20. panniq. sunt veteres, quibus a puteo Hieremias eductus est, num. 26. & 27. Sancti nubes sunt a quibus micant fulgura, dum loquuntur, ibid. num. 10. Ioseph ergo cui subditus erat Christus, quem reuerebatur, quem docebat, ad eximiũ sanctitatis verticem ductus est. Dicente Iosue, Sol contra Gabaon ne mouearis, stetit sol obediente Deo voci hominis, cuius viri dignitatem animaduertunt sancti, quod & sol steterit, & obedierit homini Deus, sed quam consecutus est Ioseph fari nullus potest, quod descendit Iesus in Nazareth, cum duodecim esset annorum & erat subditus illi. Neque cedebat in iniuriam & inhonorationem Domini, quod filius putaretur Ioseph, cuius sanctitas cunctis esset conspicua. Inter coniugatorum onera & inconuenientia narrat Paulus sollicitum esse hominem, quomodo placeat vxori, qua re diuisus est in thesaurizando filijs in prouidendo in educando multa anxietas, quæ retardat homines in Dei amore si ab illo non diuellit, hæc autem fuit summa viri huius felicitas, quod sanctissimæ Virgini placere curaret, quod totus in filij seruitio in eo alendo versa-

retur, & quæ a Paulo vocabatur distractio & imperfectio, hæc suprema sanctissimi viri perfectio fuit, cum in his, quæ concernebant filium & matrem, occupabatur, mirum in modum perficiebatur. In matrimonio multæ sunt molestiæ & impedimenta ad recte operandum, libr. 11. capit. 8.
6 num. 16. vsque ad 20. 22. & 29. Præterea cum natalem & obitum Ioseph ad memoriam reducit Ecclesia, hoc vtitur Euangelio in quo licet exordia conuersationis cum virgine contineãtur, mira eius splendet perfectio quæ in duobus ostenditur. Alterum est quod cum Ioseph in tanta occasione fuisset constitutus, vt rueret multis grauibusq. periculis circumuallatus in medio eorum nomen iusti promeritus est. Inter ingentia Dei beneficia illud est vnum, vt bonitate sua ruendi occasiones auferat infirmis, in quibus occurrentibus tentationibus resistere non valeret, si solus cum sola familiariter loqueretur, &c. si occasio adesset furti, &c. vnde animæ dicenti, vadam post amatores meos priores, respondet Dominus, ego sepiam viam tuam spinis, &c. Quæret eos & non inueniet, & dicet reuertar ad virum meum priorem. Quia amatores suos non inuenit, reuertitur ad priorem virum ad quem non fuisset reuersa, si illos inuenisset. Defecerunt cuncta prodigo filio, quæ perditionis illius causa extiterunt, & protinus in se reuersus de redeundo ad patrem excogitauit, quod non excogitasset, si
7 delitijs & diuitijs potiretur. Peccatoribus Deus offendicula ponit, vt a peccato arceat, lib. 14. cap. 20. num. 2. dum enim hi non valent implere, quæ volunt ad Deum conuertuntur, lib. 14. cap. 19. num. 23. quod ex misericordia Deus peccatoribus occasiones ruendi tollat, lib. 4. cap. 6. num. 7. & 8. cap. 10. nu. 1. vsque ad 3. 6. 8. & 9. Qui enim amat periculum, vt in plurimum, peribit in illo. Quod animaduertens Deus fragilitati nostræ consulens, alas dat vt fugiamus, ne remaneamus in Sodomis iubet, nec in omni circa regione, sed in montem iubet, vt pergas si incendium euadere concupiscis. Qui fœminam vitiauit, non solum peccatum deserat, sed etiam familiaritatem, qui ludo deditissimus est, nec ludat, nec ludentium domum ingrediatur, quia nemo inter serpentes & scorpiones securus ingreditur. Dina vt videret alienigenas mulieres egressa corrupta est, & qui in plateis sponsum quærit vulneratur & nudatur. Hoc appositissimũ sanumq. cõsilium semper fuit. At qui eximia pollent sanctitate, licet occasiones ipsi non quærant (id enim stultum videtur) sed tamen cum in eis fuerint positi facit ventis pondus Deus, cum eorum conscientias fixas reddit ne ruant, nec eat, qui sanctus est vagus in viam cordis sui. Ioseph disponente Deo domum Putipharis ingreditur, & cum ruinæ grandis instaret occasio pallium in manu adulteræ dereliquit, & cunctis posthabitis ignem excussit & fornacem euasit, quia fecit Deus ventis pondus. Sic &

Osee. 2. *Hieron.*

Hieronym. epist. 22. Cant.

Gregor. 19. mora. cap. 4.

Esai. 57.

Susannam grauissimis insurgẽtibus fluctibus tutatus est ne commoueretur, & quæ angustias cernebat, vndique inter illas intrepida mansit. Virtutem operari quando occasiones desunt, grandis est meriti, lib. 1. cap. 12. num. 40. sunt enim iusti stabiles in bono, lib. 2. cap. 11. num. 31. lib. 4. cap. 20. num. 5. & 11. 12.
8 14. vsque ad 16. Ea autem occasio, quam accidisse Ioseph Euangelica lectio narrat, grauissima fuit, quoniam licet nonnulli arbitrentur, quod considerata virginis sanctitate ea indignum se cogitans, dimittere satageret, lib. 11. cap. 6. num. 3. Sed quod verisimilius puto illud est, extimulatum fuisse animum viri sancti, dum grauidã cerneret virginem illi incognitam proprium aduertens honorem virginis infamia cruciabatur: extimulabat mentem illius eximia in Mariam dilectio, quæ in ea viderat semper bona, ex altera parte intumescens vterus, grauida illa sinistrè iudicandi ansam non vulgarem præbebat, multaq. alia iusti animũ vrgebãt inter quæ omnia intrepidus ille semper stetit. Miramur merito quotiescũque cogitamus iussu impij regis Danielem in lacum leonũ coniectũ, & quod rabidi leones illũ non contingerẽt, sed reuererentur. Et quod iuuenes in fornacẽ ignis coniecti non læderentur, sed ventum roris flantem experti deambularent laudantes Dominum. Et quod fluctibus maximis non interiret Ionas, nec calore piscis, qui ipsum deglutiuit in eius substantiam mutatus est. Miranda sane ista, sed mirabilius puto, quod inter feras cogitationes, inter igneos globos, inter vehementes fluctus constitutus Ioseph, tutauerit eius innocentiam Deus. Ibi audit, Benedictus vir, qui confidit *Hier. 17.* in Domino & erit Dominus fiducia eius, & erit tanquam lignum, quod transplantatur super aquas, &c. & non timebit cum venerit æstus, & erit folium eius viride, nec aliquando desinet facere fructum. Plantauerat Iosephum Dominus in paradiso secus decursus imbrium cœlestium gratiarum, quo factũ est vt siccitatis tempore viriditatem non desereret, nec virginis famam contingeret, aut aliquid meditaretur, quod diuinæ voluntati esset contrarium. Tentationibns & tri-
9 bulationibus ostenditur virtus sanctorum, lib. 2. capit 8. numer. 9. & 10. cap. 11. numer. 31. lib. 6. cap. 9. numer. 5. & 9. libr. 9. capit. 15. num. 4. & 5. cap. 20. numer. 4. 7. 14. & 23. In tentationibus astat Deus ne homines succumbant, libr. 2. cap. 9. numer. 31. vsque ad 33. cap. 11. num. 17. libr. 4. cap. 16. numer. 11. lib. 6. cap. 8. num. 5. 7. 8. & 31. lib. 7. cap. 9. num. 6. lib. 9. cap. 15. num. 3. 28. 29. 42. & 43. cap. 20. numer. 1. 12. & 21. tentationibus audacter se ingerere non debet homo, sed cum illæ venerint viriliter certare, libr. 13. capit. 8. numer. 9. tentationes, licet graues, tales non videntur robustis, leues autem intolerabiles apparent infirmis, libr. 17. capit. 2. numer. 6. Non patitur Deus, vt tententur iusti supra id, quod possunt, sed moderatur tentationes

tiones, vt cum eis proueniunt faciãt, dum sustinentur: eum qui exilis est tentat leuiter, gigantinis autem humeris proportionabiles imponit tentationes certus, quod etsi dicere hi possint supra modum grauati sumus, & supra virtutem, quod non succumbent. Cum primum baptizatus est Paulus per murum demissus est in sporta, forte non valens adhuc grauia perferre pericula, sed discursu temporis gaudet in tribulationibus,
10 in plagis, in carceribus. tentationes moderatur Deus lib. 13. cap. 8. num. 11. 24. & 25. lib. 17. cap. 2. num. 16. iustus autem Ioseph tanta pollebat virtute, vt grauissimæ tentationi subiectus liber euaserit. Præterea inde colligitur sancti huius viri virtus, quod cum primum cogitare cœpit grauidam virginem continuo Angelus in somnis adfuit. Sicut quondam his qui in camino ignis fuerant proiecti species quarti astitit ne perirent, cum varijs cogitationibus animus iusti fluctuaret, hæc eo cogitante, Angelus venit, vt tristitiam & suspitionem amoueret, & qualitatem futuri partus ediceret. Et vt quondam Daniel periclitantem Susannam liberauit, & ille in lacu leonum existens ab Abacuc refocillatus est, ita Angelus veniens Iosephum fluctuantem liberauit. Cum Petrus in mari deambulans cœpisset mergi, & clamasset Domine saluum me fac, extendit Iesus manum & periclitantem liberauit, ita cum Ioseph inter vndas ambularet, ante quam mergeretur ereptus est. Nec solum vinctum tristitiæ catenis eripuit, sed insuper sacramentum diuinæ incarnationis reuelauit, imperauit infans, qui erat in vtero virginis, ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Ad id venit Angelus, cui Ioseph cura fuerat com-
Hom. 2. expositionis 2. in Cant. missa, vt ille dicere potuisset, ait Origen. Filij matris meæ pugnauerunt in me Filij matris meæ Angeli sunt sancti, qui me in bello defendunt, & vt vulgo dicimus riñen mis pendencias, cum cogitationes & pugnas ego sentirem animiq. perturbationes. Et qui iustis præsentaneum promiserat auxilium, cum inuocaretur, adhuc te loquente, dicam ecce adsum omni mora reiecta, iusto huic cum primum ea cepit cogitatione tristari Angelus Domini astitit. Iosephum alterum liberauit Deus in carcere quatuordecim annis detentum, Eezechiam post longum fletum longamq. & lamentabilem orationem, Iudæos in Aegypto, post multos clamores, Iacob postquam tota nocte luctauerat cum Angelo, benedictionem dedit, virum hunc sanctum & benedixit, & eripuit, dum nil rogaret, sed cogitationibus tristibus angeretur. Et quia spiritus tristis exiccat ossa, & instar vermis viridem heredam suo priuat virore cum gaudia sponsaliorum tristitia aresçunt, Angelus venit, vt huic prouideat nocumento. Grauidam cernens vxorem verbum asperum illi non dicit, non eius consanguineos alloquitur, non ad memotiam reducit eximia, quæ viderat sanctitatis insignia in virgine, vt grauidæ fœminæ fictam exprobraret sanctitatem, sed charitas, quæ non cogitat malum, omnia suffert, omnia sperat, non irritatur. Sed si quæ adueniret iudicandi occasio, rogaret certe *August. in psal. 118.* Dominum. Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum, infamiam propriam vocans, mala de proximo iudicare. Qui ergo in exordio cohabitationis cum virgine, tam ingens virtutis incrementum fuerat adeptus, post diuturnam filij & matris familiaritatem morti proximus, quis dicere valeat meritorum excellentiam? His titulis vult Ecclesia, vt ex Euangelica lectione laudes Iosephi colligamus. Ex quibus perpende, quæ ad nostram ædificationem conducunt.

Ioseph vir eius cum esset iustus, &c. vo- 11
luit occulte dimittere eam. In his verbis illud in primis considerandum est, quod lætis succedunt tristia, dulcibus amara, & prosperis aduersa. In aduentu Angeli cum mysterium incarnationis Dei nunciauit Mariæ & continuo inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto, non qualicumq. gaudio, sed simili cælesti sancta virgo perfusa est, dum gloriam Dei, hominum salutem, propriam dignitatem considerabat, sed post breue tempus suspicionem aduertens sponsi, tristem illius vultum, licet causam tuto committeret Deo, anxiaretur certe dilecti sibi sponsi credens animum tristem, sic & ille maxime exhilaratus, cum præsentia Spiritus sancti futurus tantæ virginis sponsus declaratus est, videns sponsam grauidã, præconceptum gaudium deposuit. Hæc enim sanctorum immo cunctorum vita est, vt res nusquam in eodem statu permaneant, sed quod extrema gaudij occupet luctus. Ingressus est Dauid Hierosolymam caput gigantis ferens in manibus, & qui incognitam victoriam de immani reportauerat hoste, puellas cernens canentes, choros q. ducentes lætus ibat, vt filiam regis in coniugem acciperet, sicut Saul promiserat, huius rei præconceptam lætitiam, inuidia & insania impij regis fugauit, cum in montibus & speluncis latitans varijs premeretur angustijs, periculis, &c. Iudæi qui in Aegypto viuente fratre eximios honores fuerant consecuti, mox operibus duris luti & lateris pressi vitam ducunt intolerabilem, tristibus succedunt læta, & lætis tristia. Gaudium huius vitæ inter aduersa & prospera in solis promissis Dei sit, lib. 7. cap. 3. num. 10. cap. 4. num. 5. iusti visitantur & deseruntur a Deo in illorum bonum, li. 2. ca. 11. nu. 3. & 31. lib. 4. cap. 19. num. 15. cap. 21. nu. 1. 2. 4. 6. vsque ad 9. lib. 7. cap. 3. nu. 15. iusti sicut prosperitatem calcant, ita aduersitatem patienter ferunt, lib. 6. cap. 11. nu. 22. & 24. vita hæc beata non est, sed lætis semper succedunt tristitia, lib. 18. cap. 16. nu. 4. & 6.

Ioseph cũ esset iustus, &c. His verbis signi- 12
ficatur, tantam fuisse virtutem Ioseph, vt duo vellet, nempe & consulere sibi ne cohabitan-

do adulteræ videretur fauere crimini,& consulere cõiugi ne proderet eã & pœnæ legis obnoxiam faceret, atque ideo medium elegisse, vt scilicet occulte dimitteret secum cogitãs de occulto diuortio. Summa cura iusti famæ proximi prouident, etiam si inde aliquod reportent incommodum. Sic Ioseph sollicitatus a fœmina & ab ea adulterij reus factus illam prodere noluit, sed patienter infamiam pertulit. Sic & Susanna iudicum libidinem tacuit & ingemiscens fidutiam habuit in Domino. Qui iustus erat sibi prouidere cupie-
Genes. 39. bat absque dispendio famæ virginis. Sed & illa causam committit Deo iactans cogitatum suum in Domino certa, quod eam ad portum
Dan. 13. duceret salutis. Iusti lingua loquitur iudiciũ, quia cum consilio loquitur, lib. 10. cap. 6. nu. 2. & 3. cap. 7. num. 16. linguam frænare sciunt iusti non peccatores, lib. 10. cap. 7. num. 17. & 18. lingua moderanda ne proximo noceamus, lib. 10. cap. 8. nu. 21.

Ecce Angelus Domini in somnis apparuit ei, &c. Varijs modis Deus hominibus loquitur. Huic autem sancto viro per internam inspirationem locutus est, quia iustus cum esset facili negocio adduci poterat ad credendum, id quod in honorem proximi cederet,
13 tum etiam cum ob probatissimos vxoris mores facilis proculdubio esset ad credendum
Iansenius. illius puritatem, & innocentiam. Proprium enim sanctorum est, mala proximorum difficulter credere, quia charitas non cogitat malum bona faciliter Deus loqui dicitur cum rectum intellectum inspirat, lib. 4. cap. 26. nu. 2. 4. 5. 7. 8. 12. vsque ad 15. vide totum caput. In iudicijs ferendis in causa proximorũ cauti & moderati sint homines, lib. 9. ca. 10. nu. 3.

In festo S. Benedicti. Vide in festo S. Bernardi.

IN FESTO ANNVNCIATIONIS Beatæ Mariæ.

Euangelium.

Missus est Angelus Gabriel a Deo. Luc. 1.

De incarnatione Domini, vide Dominica prima Aduentus, secundum morem Dominicanũ, & in commemoratione Annunciationis. & lib. 11. cap. 6. num. 7. 8. 19. 32. 35. 36. 38. 40. vsque ad 53. 58. 97. 98. 100. 101. 119. 120. 124. 126. 127. & multa lib. 3. cap. 5. per totum.

1 *Annnnciatio B. Mariæ. Bern.*

VM ineffabile Dominicæ Incarnationis sacramentum exponendũ suscepisset Bernardus, sibi dictũ arbitrabatur, quod Samaritana respondit Domino
Ioan. 4. offerenti aquã viuam. Neque in quo haurias habes & puteus altus est. Altus quia modum, quo in vtero virginis humanitatem diuinæ naturæ sociauerit comprehendere nullus potest, qua ratione diuino quodam fœdere vtramque naturam conseruerit, vt nec superiorem minueret assumptio, nec inferiorem consumeret glorificatio. Et quod vtraque vni personæ vnita *Leo papa.*
proprias conseruauerit proprietates. Altus puteus est, nec intelligere perfecte valemus, quæ superueniẽte spiritu sancto & ingrediente thalamum verbo, sacra virgo receperit bona cui in incarnatione dictum est, confidit in ea cor viri sui, lib. 11. cap. 6. numer. 124. Ad tantam enim dignitatem concipiens filiũ euecta est, vt dicere valeat dilectus meus mihi, & ego illi, ibidem num. 103. In Annunciatione enim vi amoris & voluptatis operta dixit, osculetur me osculo oris sui, lib. 11. cap. 6. num. 97. tunc enim specialiter inuenit gratiam apud Deum numer. 73. & 74. Tunc enim cum Maria Dominus fuit excellentissimo & miro modo, ibidem num. 35. 45. vsque ad 47. Maria omni suauitate repleta in conceptu Christi, nec ipsa explicare valuit, quæ accepit, ibid. nnmer. 32. & 39. vnde audiunt ab Angelo gratia plena, quia eã nullus mortalium laudare potuit, vt digna illa est, ibid. num. 7. 8. 45. 46. 49. 50. & 58. Et denique Chri- 2
sti incarnationem intelligere perfecte nullus potest, dum viuit lib. 3. cap. 7. num. 13. cap. 8. num. 20. cap. 9. numer. 44. Et quia virgo ipsa cogitans qualis esset Angeli salutatio turbata est, audit. Ne timeas Maria. Quæ nuntio ad erigendam spem multum conducunt, quæ efficienda in te sunt operante Spiritu sancto adeo sunt ingentia beneficia, vt ad sperandum potius quam ad timendum impellant animum tuum, & omnium qui consideauerint, quod propter eos miseros & indignos homines eorumque salutem incarnatus Deus fit. Spem erigit & roborat sanctum hoc mysterium, vt iudici nostro fidamus, qui non solum aduocatus, sed etiam redemptor noster fieri sit dignatus. Non ad timendum, sed ad vehementius diligẽdum te inuitat salutatio, vt perfecta charitas foras mittat timorem, non ad timendum, sed ad gaudendum sacra hæc annũciatio homines impellit, vt exhilarentur, qui manifestatum cernunt pietatis sacramentum orbi iam patens, quod absconditum erat a sæculis in Deo. Christus in 3
primo aduentu cunctis placabilis fuit, & amabilis, libr. tertio, cap. 5. numer. 28. 33. vsque ad 36. 45. & 46. capit. 7. nu. 34. 35. 42. & 43. Christi incarnatione voluit pater in hominibus statuere fortem dilectionem sui, libr. tertio, capit. 5. numer. 38. 42. 58. capit. 6. numer. 19. capit. 7. numer. 38. Christi enim incarnatio ad diligendum Deum maxime astringit homines, libr. tertio, cap. 5. numer. 49. 50. 51. & 61. capit. 7. numer. 34. & 35. in Christi natiuitate iusti timere non debent, sed confidere, libr. 3. capit. 6. numer. 23. 24. 27. 28. 34. & 35. capit. 7. numer. 34. 35. 42. & 43.

& 43. Christi natiuitatem alacres celebremus, lib. 3. cap. 7. nume. 3. 20. 29. 30. 31. & 42. Christus bis pulcher dicitur Angelis in forma Dei hominibus in forma corporea, lib. 3. cap. 8. nume. 16. Spes nostra Christi incarnatione maxime subleuata est, lib. 3. cap. 5. num. 4 45. 61. & 62. Cum ergo cuncti, qui rectè viuunt ad diligendum Deum accenduntur Incarnationis consideratione spes illorum erigitur, gaudium roboratur, apte Virgini dicitur valentioriq́ue iure, noli timere. Christus *Gen. 3.* lignum vitæ in medio paradisi plantabitur, *Cant.* modo noli timere, sed exhilaresce, quia fructus illius dulcis gutturi tuo erit. Fluuius egreditur e paradiso, vt te ciuitatem Dei lætificet, noli timere. Mons ad te venit, vt te doceat vias suas, & ambules in semitis eius, quo omnia consilia, & præcepta Dei perfectissimè adimpleas, noli timere Maria. Timeant illi, quibus Verbum patris incarnatum in ruinã erit, dum tanta abutentur bonitate, vt illũ experiantur montem vulnerantem, principẽ Tyri, apem figentem aculeum non fauum operantem. Vnguentum effusum appareat, vt quæ adolescentula es incognita viro eius immenso amore feraris. Christus aliis est in bonum, aliis in malum eorum culpa, libr. 3. cap. 3. num. 89. cap. 6. num. 1. vsque ad 9. 13. vsque ad 17. & 27. cap. 9. nume. 1. & 44. cap. 10. nume. 5 92. cap. 24. nume. 3. vsque ad 5. Ne timeas *Oleaster. Exod. 34.* Maria inueniſti enim gratiam apud Deum, vt scilicet cæteris omnibus faueas. Multi sunt, qui grati sunt Principibus, sed nulli fauent. Non sic Moyses, qui cum maximam Dei familiaritatem fuisset consecutus, diuinoq́ue eius alloquio in monte frueretur, dixit festinus, curuatusq. pronus in terram transeunte Domino coram eo, si inueni gratiã in conspectu tuo Domine, obsecro, vt gradiaris nobiscum, ut auferas iniquitates nostras, atque peccata, nosque possideas. Non postulat sanctus vir sibi primatum aliquẽ, sed toti populo gratiã concupiscit. Non sic Petrus, qui eorum oblitus, quorum necessitatibus & docens prouidebat Dominus, &c. cum familiaritate magistri ductus fuisset in montem postulat, ut triã fiant tabernacula, vbi solus eius potiatur bonitate. Maria gratiam inuenit apud Deum vt mater sit gratiæ, per quam misericordiam nos consequamur. Talis enim ut Domini esset sponsa decebit. Seruus Abrahæ cum signum a Domino postulasset, quo disceret, quæ futura esset digna vxor Isaac, ait, puella, quæ dixerit, bibe, & camelis tuis hauriam aquam, ipsa est, quam præparasti seruo tuo Isaac, & per hoc intelligam, quod feceris misericordiam cum Domino meo Abraham. Non immeritò vir iste hoc potius signo, quam alio vxorem domini sui cognoscere uoluit, ut eam scilicet Dominus Isaac eligere didicisset, in qua charitas, & dilectio proximi reluceret, ut hos ad bona eligendos a Domino scias, qui alacriori animo proximorum indigentiis succurrere nouerint. Moysem in ducem populi elegit, quem in domo Pharaonis propensum viderat ad defendendum fratrẽ, qui ab altero patiebatur iniuriam. Sic Maria in matrem eligitur Saluatoris, quæ gratiam inuenit apud Deum, quam nobis impertiatur. Quia inueniſti gratiam apud Deum *Lib. 3. de diuinis of c. 19. Ruperius.* ad tantam dignitatem eleuata es, vt in matrem Dei eligaris. Sicut enim quondam paradiso condito Adam productus est de limo terræ, ita hunc cælestem paradisum delitiarum Dei Mariam, scilicet innumeris bonis ornatam produxit, Spiritus sanctus ditauit, amplificauit, nouumque in eo hominem produxit de vera carne Virginis. Feria enim sexta creatus eit Adam, eademque feria sexta secũdus Adam carnem in vtero Virginis accepit. Fœliciſſimus sanè dies, in quo Iesum concepit Maria, quæ inuenit apud Deum gratiam, cuius ortu vniuersis hominis malis finis impositus est, si ille velit. Et sicut omnium dierum miserrimus, & cunctorum malorum exordium ille fuit, in quo Angelus Sathanæ Euã fuit allocutus, in quo cunctorum dierum incommoda velut in radice sunt, quando audiuit illa esu pomi immortalitatem consequendam, & similitudinem cum Deo, cui credens gratiam amisit, in qua condita fuerat, vnde factum est, vt inimici, & filij iræ nasceremur omnes, ita dies in qua audit Virgo, inueniſti gratiam apud Deum, cunctorum bonorum est *Ho. 2. Bern. super missus est.* exordium, in quo eminenter continetur omnium dierum fœlicitas, cum noua Eua Angelum lucis audit loquentem. Sicut totius orbis miseriæ, inquit Bernardus, tunc cœperũt, cum primus parens dixit, Mulier quam de- *Gen. 3.* disti mihi, &c. de ligno, & comedi, tunc istæ finem acceperunt, cum dicere potuimus, mulier quam dediſti mihi, de ligno vitæ dedit mihi, ex eo comedi, & dulce factum est super mel ori meo, quia in ipso viuificasti me. Quia omne quod factum est in Christo, inquit Ioannes, vita erat. Vita animæ meæ in cæ- *Ioann. 1. Ambros.* lesti hac vnione sita erat, infantis lachrymæ, panni nuditas, futura prædicatio, &c. Cum 6 in Metaphysica docuisset Aristoteles, quod *Aristot. lib. 12.* Deus esset actus purus, quod ipsius perfectiones crescere (vt porè quæ summæ erant) non possent, quod in hoc eius consisteret perfectio, vt se solum cogitaret, quia eius intellectus uilescceret si se ad hæc inferiora cogitanda demitteret accipiens nimirum ab eis cognitionem. Si insignis Philosophus, qui lumine naturæ illustratus talia de Deo cognouit, indignum tanta maiestate arbitrabatur inferiora eo pacto cogitare, si is altissimam hanc naturam uidisset in virgineo utero carni unitam, quanta raperetur admiratione? Qualem crederet Virginem, in qua mirabilia hæc Deus fuisset operatus? Hanc inueniſſe gratiam apud tantum Deum aduerteret, quam Angelus nunciauit, sed eius magnitudinem, sicut nec Angelus fecit, explicare non ualeret. Inueniſti gratiam, ait Gabriel, sed qualitatem, aut magnitudinem gratiæ, quæ ineffabilis est reticuit. Vnde aiebat meritò

Aug. Ser. 35 de Sanct. tò Augustinus. Si omnium nostrum membra verterentur in linguas eam laudare sufficeret nullus, altior enim cælo est, de qua loquimur. Hæc est fons ille signatus, & hortus cõclusus. Fonti comparata non fluuio, aut torrenti, quoniam quæ illi tributa est gratia, virtutes, & dona eius non sunt qualia nostra, quę temporum varietate siccantur, & deficiunt, sed quæ semel accepit bona nusquam amisit, nec decrementum aliquod acceperunt, sed intumuerunt aquæ, ita vt eas transuadare nullus possit, nec humana lingua solum eius laudibus non inuenitur idonea, sed nec cogitatio aquarum copiam valet inuestigare, quæ semper augentur, & rigant animam illius, quę simul hortus est variis consitus virtutum floribus, & fructibus, & fons hortorum, putensque aquarum viuentium, quibus virtutes illæ rigatæ crescunt, & perficiuntur amplius licet perfectæ illæ iam essent. Signatusque dicitur fons, seu sigillatus, & coopertus, quoniam licet virtutes Mariæ admirandæ patescerent oculis hominum, maiora erant multo, quæ interius claudebantur oculis Dei, & supernorum ciuium manifesta. Bis pulchra vocatur sponsa hæc intus, & extra, multa, & magna produntur virtutum insignia, sed maiora latent incognita. Intus laudat, intus adorat, intus veneratur Deum, & colit, intus diligit, intus timet, orat, se agnoscit, humiliatur, oculi tui columbarum, absque eo quod intrinseus latet homini, & patet Deo, qui fontem signatum interne contemplatur. Inuenisti gratiam, sed quam ego explicare non ualeo, si tuam dignitatem explicaturus cælum te uocem, altior es, si matrem gentium dicam præcedis; si formam, & imaginem Dei appellem, digna existis si dominam Angelorum te vocitem per omnia te esse probaris, vt ergo magnifica, quę a Deo recepisti dona, explicem uno verbo, hæc omnium bonorum excellentia, & summa est, quod inuenisti gratiã apud Deum, quoniam apud homines gratia fallax. Mariæ excellentia ostenditur, quæ digna fuit mater Dei, lib. 11. cap. 6. nu. 2. 42. 43. 76. & 89.

Cant. 4. *Ezech.* *Augusti.*

7 Maria hortus conclusus, & fons signatus, ibidem numer. 5. 10. & 11. Mariæ meritis nulla laus æquatur, lib. eodem, & cap. numer. 15. 39. 86. & 87. Maria reparauit damna primæ mulieris, num. 42. 43. 64. & 89. Maria audiens, & videns, & oblita populum suum concupita est a rege Deo, num. 46. Maria inuenit gratiam apud Deum illam vtique, quam nobis quærebat, num. 73. & 74. Mariæ virtutes lilia erant in quibus sponsus pascebatur, num. 77. Maria varia habet nomina explicantia eius dignitatem, & gratiam, num. 88. Illa est, de qua dicitur nasus tuus, sicut turris Libani, numer. 89. cui dicitur pulchræ sunt genæ tuæ, sicut turturis, collum tuum sicut monilia, numer. 100. Maria amica fuit sponsi per humilitatem, columba per charitatem, formosa per castitatẽ, num. 103. Maria fons signatus, &c. num. 111. & 112. Quæ multa habebat interna, quæ hominum latent cognitionem, nume. 113.

Inuenisti gratiã, &c. Ecce cõcipies, &c. Hic erit magnus. Magni nomen absolute homines non merentur, sed solus Christus hoc nomine gaudet. Iob dicitur magnus inter omnes Orientales, Naaman coram domino suo. Et Ecclesiasticus vocat Abraham magnum patrem: & Moyses vir magnus, sed solũ apud aulicos, non apud Regem. *Eccles. 44. Exod. 11.*

Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. In his verbis, in quibus Virgini expositi Angelis cõceptus sui, & partus conditionem, duo sunt aduertenda valde. Primum, quare hoc opus tribuerit Spiritui sancto, cum illud re vera tota Trinitas fuerit operata: & secundo, quare non dicitur Spiritus sanctus veniet in te, sed superueniet. Circa primum, illud indubie credendum est secundum fidem, vt docet S. Thomas, quod licet filius Dei iustis congruentiis carnem assumserit potius, quam pater, aut Spiritus sanctus, lib. 3. cap. 5. num. 68. Tamen mysterium hoc (sicut & cætera opera ad extra) toti Trinitati commune est. Tota enim Trinitas animam illam gratia, & virtutibus ornatam condidit, corpusculum ex sanguinibus Virginis plasmauit; totaque illa ineffabilem illam vnionem effecit. (Sicut illius assumptionis terminus solus fuerit filius) dona Virgini tota Trinitas dedit, quibus congrue mater Dei esset. Tota Trinitas conuenientissimum hunc modum sanandæ nostræ infirmitati adinuenit, lib. 3. ca. 5. nu. 45. vsque ad 47. cap. 7. num. 18. cap. 12. num. 8. Sed per appropriationem hoc opus tribuitur Spiritui sancto, quoniam cum huic diuinæ personæ attribuatur bonitas, & gratia, & opus inter omnia quæ Deus fecit maioris gratię sit opus incarnationis, respectu cuius nullum potest esse in hominibus meritum, ideo ad perficiẽdum illud Angelus dixit Mariæ, Spiritus sanctus superueniet in te, vt eius gratia fiat, quod homines non merentur, in quibus tãtæ erant miseriæ, quæ diuinã prouocabant misericordiam, vt eorum misereretur, in quibus a planta pedis vsque ad verticem nulla inueniebatur sanitas, sed vulnus, & liuor, & plaga tumens, &c. omne caput languidum, & omne cor mœrens. Vnde aiebat Paulus. Quãdo venit plenitudo temporis misit Deus filiũ suum in mundum. Vbi plenitudinem temporis vocat Paulus temporalium dilectionem vigentem in mundo rebus æternis oblitis, cũ ergo mundanorum desideriorum dies esset mundus, egenus autem cælestium, Deus homo factus est. Et alibi, Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Et iterum, Apparuit gratia Saluatoris nostri Dei, omnibus hominibus erudiẽs nos. Et rursum, magnum est pietatis sacramentum. Christus tanquam ignis ad niueam regionem descendit, lib. 3. cap. 5. nume. 42. 58. & 66. Christi incarnatio ex sola gratia, & amore processit, lib. 3. cap. 5. num. 15. 16. 25. 38. 45. 46. 54. 69. 71. vique

Ber. Serm. 4. sup. missus e. *3. p. q. 32. a. 1.* *Ber. Ser. Adueni. ad Gal. 4.* *ad Tit. 3. & 2.* *1. ad Tim. 3.*

8 vsque ad 79. cap. 6. num. 17. Christus homo factus, quando mundus plenus erat peccatis, lib. 3. cap. 5. nume. 69. 71. vsque ad 74. & 92. In Christi incarnatione misericordia, & veritas obuiauerunt sibi, ibidem numer. 75. vsque ad 79. Cum ergo homines peccatis inuoluti essent Spiritus sancti gratia per sanctum incarnationis mysterium remedium conuenię tissimum adinuenit Deus, quo peccatores indigni erant. Immo verò etiam si homines omnes ea pollerent sanctitate, quam in statu innocentiæ habuit Adam, & eam in qua supremus Angelus conditus fuit, immo illam in qua anima Christi Domini fuit creata, tanta sanctitate homines præditi incarnationem Domini non mererentur, sed si tunc filius hominis carnem assumeret, vt Scotus arbitrabatur id efficere debuisset non meritis hominum tractus, sed gratia, & bonitate sua impellente eum ad tam eximium opus, vt hinc aduertas, quid mereri potuissent homines proditores proditorum filii Maiestatis diuinæ læsæ rei, qui tantis titulis animarum damnationi tenerentur astricti, quibus gehennales flammæ non sufficerent, vt iuxta condignum homo pœnas lueret, quas meruisset. Qui ergo hoc non fecit, sed potius nos eduxit de lacu miseriæ, & de luto fœcis, id absque dubio potuit gratia diuina, non humanum meritum. Item tribuitur opus hoc Spiritui sancto, qui increatus amor est patris, & filij, quia tantæ pietatis, tam eximiæ dignationis exordium diuinus amor fuit, sicut significauit Paulus scribens Ephesiis dicens, Deus autem, qui dies est in misericordia propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos cũ essemus mortui peccatis conuiuificauit nos in Christo. Dicitur Deus in exhibenda misericordia dies, propter multam charitatẽ suam, id est diuitẽ in miserendo effecit amor, quo homines dilexit, nimius ille, non si diuinam misericordiam, & bonitatem attendas, sed si hominum miseriam, & malitiam consideres. Zelus Domini exercituum, id est amor illius in causa fuit, vt paruulus daretur nobis, quem viderat Ezechiel in similitudine electri in medio flammarum existentem. Qua de causa filium hominis viderat Ioannes præcinctum ad mammillas zona aurea, in qua eximius eius amor significabatur, qui in pectore existens, maior ille erat, quam essent dilectionis argumenta, quæ cernebantur, licet ineffabilia illa essent. Et ideo cum electrum in medio ignis vidisset propheta, protinus vidit in medio eiusdem similitudinem quatuor animalium, & rotas, quia perfecti, & imperfecti prælati, & subditi Ecclesiastici, & sæculares diuino incendio concremandi forent, vt animalia, & rotæ eleuarentur tantam Dei dilectionem perpendentes. Christi incarnatio amoris ipsius signum, qui excedit oẽm amorem creatum, lib. 1. cap. 6. nume. 23. & 26. Christi incarnatio ad diligendum Deum maxime homines astringit, lib. 3. cap. 5. nume. 49. vsque ad 51. Ideo incarnationem Domini

Psalm. 39 *Sa. in 3. dist. 7. q. 3.* *Hier. lib. 1. ad Ephe. 2.* *Esa. 9. Ezec. 1.* *28. mor. a. ca. 2. Apoc. 1.*

dulcedine mirabili considerabant antiqui, lib. 3. cap. 6. num. 19. cap. 7. nume. 29. vsque ad 31. immo & in confusionem nostram eam optabant patres veteris testamenti, lib. 3. cap. 5. nume. 80. Vnde licet in hoc opere luceret multum potentia Dei, qua factum est, vt vnirentur extrema tam distantia, lib. 3. capit. 5. nume. 12. Nihilominus attribuitur hoc opus Spiritui sancto rationibus dictis, cuius superuentu Maria concepit salua virginitate, quã 10 vouerat: sua enim Deus agit negocia absque *Exod. 4.* hominis præiudicio. In Exodo Moyses timebat Domini legationem explere, & coram crudeli tyranno rem aggredi difficillimã, ad quem Dominus, tu eris ei pro Deo, quasi dicat, non cedet tibi in dedecus hæc legatio, sed maximus tibi manet honos, sic ut Deus Aegypti dicaris, & sis. Ita Maria Spiritus sancti opere concepit, vt virginitas maneret illibata, & uirtus Altissimi obumbrauit eam, ut tantum bonum ferret, quod sola cognouit, libro 11. cap. 6. nume. 50. Mandata Dei cunctis posthabitis implenda sunt, lib. 1. cap. 8. nume. 1. & 9. lib. 11. ca. 4. nu. 1. & 2. Mandatis Dei nec etiã pro animo contradicere debẽt homines, lib. 11. cap. 3. nu. 10. lib. 14. ca. 17. nu. 22. lib. 18. cap. 11. nu. 1. docetur, quod implentibus eius mandata astat Deus ne patiãtur, quæ timent.

Spiritus sanctus, inquit Angelus, superueniet in te. Non ueniet, ait Bernardus, sed superueniet, quasi dicat, qua hora sacra Virgo concepta es, venit Spiritus sanctus, qui te cælestibus ditauit bonis, ibi pluuiam voluntariam segregauit Deus hæreditati suæ, & perfecta est. Tunc in te tanquam in collo corporis huius mystici mille clypei pendebant omnis armatura fortium, superna tua ciuitas non indigens sole, neque luna a Deo ipso illuminata est, quando non mediis causis secundis, nec Angelicis, aut humanis interuenientibus instrumentis, nec libero tuo arbitrio cooperante, sed Deo ipso auctore, & operatore solo innumeris bonis dotata es, qualia nullus accepit Angelorum, hæc vsu liberi arbitrij illucescente perfecta sunt operante Deo, & te cooperante, diuinis motionibus, discursuque temporis indies noua, & miranda illa accipiebant incrementa frequẽtatis, & perfectis virtutum actibus talibus, quibus feruẽtissimi augerẽtur habitus, qui remissioribus actibus modo non augẽtur, vnde coniectamus stupendos virtutum actus admirandas operationes in Maria, quibus perfectissimi actus semper augebantur. Facta est *Psalm.* Iudæa sanctificatio eius, & tribus hæc inter omnes beneficia maiora consecuta est, quia cum aliæ tribus pauerent ingressum maris rubri hæc prima intrepide mare intrauit, & dicitur Dei sanctificatio, quia eius exemplo motæ aliæ tribus timore reiecto mare intrarunt, ita Maria Dei sanctificatio, quæ prima virginitatem vouit. Miranda acceperat iam, sed superueniente Spiritu sancto maiora consequitur dona, ita ut pristina vix apparerent. Incredibilis pulchritudinis erat

Ho. 4. super missus est. *Psalm. 67* *Cant. 4.* *Apoc. 21.*

Hester

Hester 10 Hester cũ ancilla in Susis sub cura patrui sui nutriretur,& viueret, sed cum Assuero despõsata fuit fons paruus creuit in flumen maximum,& in lucem, & solem conuersus est, sic & Maria,si quæ prius acceperat ad eam referamus, quę modo superueniente Spiritu sancto recepit riuulum comparamus fluuio maximo, qui in solem conuersus est, quia ea illi sunt collata,quæ nullus poterit cernere . In 11 qua eminenter virtutes sunt omnium sanctorum perfectiori modo, quam in illis reperiantur,lib. 11.cap.6.num. 32.& 46. vsque ad 53.& 98. Taliaque in conceptu Christi illi sunt tributa, vt ea ipsa nec perfecte intelligere, nec fari potuisset,ibidem nume. 32. & 39. Talia enim expectanda erant a potentissimo filio summeque perfecto,qui potuit, & voluit matrem ad supremam dignitatem euehere. Quæ enim prima Dei incarnati experiri debebat superabundantes diuitias eius in bonitate super nos cumulatius eas reciperet, quam Apostoli,de quibus ista dixerat Paulus. Quæ primum feruentissimis actibus & cognouit, & gratias egit Deo pro tam insigni beneficio anima Christi fuit , & protinus sacra Virgo nomine omnium hominum, qui omnes tantũ *Gen.24. & 25.* beneficium ignorabant. Multa quidem data sunt Rebeccæ cum seruus Abrahæ illam in sponsã Isaac elegit,sed maiora, & potiora cũ Isaac illi fuit matrimonio iunctus. Quæ primum accepit Rebecca tanta erant dona, vt dotandis multis uirginibus illa sufficerent simulque ditandis, sed illa relata ad ea quæ postmodum ipsa accepit nomen arrarum potius quam dotis merebantur, ita quæ accepit Virgo alma in vtero matris tanta erant tãque magnifica dona, vt ditandis mille sanctis sufficerent,ut eximij illi essent sancti, sed illa si cum his conferantur, quę hodie Mariæ sũt collata, non dotalia bona, sed arræ dicendæ *S. Tho. opuscul.60.* sunt. Vnde aiebat sanctus Thomas, quod sacra Virgo in vtero matris recepit gratiam inclinantem eam ad bonum, at in conceptione Christi adepta est gratiam confirmantem eam in bono, & meruit eum gradum sanctitatis, & puritatis, quo congrue esset mater *Cant.* Dei. Hortus conclusus Beata Virgo fuit, in quo virtutum floribus,& fructibus,& arboribus consito mira relucebat potentia Dei, & bonitas,sed hodie fons hortorum ventrem,& mentem ingressus omnes uirtutum fructus rigauit,vt pulchriores, & maiores, & perfectiores redderentur,in tantãque magnitudinem consurgerent cuncta, ut cognosci non possent. Vnde canit hodie Ecclesia nomine Mariæ,filiæ Hierusalẽ, quid me admiramini? diuinum est mysterium hoc, quod cernitis: quasi dicat me admiramini grauidam, & uirginem, matrem, & intactam: me admiramini, quod cum essem paruula placui Altissimo, diuinum est mysterium opere Spiritus sancti præparatum, in quo maiora mihi collata sũt bona,quam illa sunt, quæ vos intelligere potestis.

12 Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Hunc Virginis assensum totus expectabat orbis,lib. 11.cap.6. numer.36. 51. vsque ad 53. Quia in eo ingens mundi bonum incarnante Deo situm erat , ibidem num.38. & 39. In his verbis inter omnia admirandam humilitatem Virginis aduerte,illius enim humilitas in tanto honore fuit maxima inter omnes,lib. 11.cap.6.numer. 52.53. 63. 75. & 82. Non multum est humiliari in abiectionem,quoniam, vt aiebat Bernardus, humiliatio uia est ad humilitatem, licet multi humiliati non fiant humiles,lib.8. cap.6.nu. 12.14.& 15.cap.7.num. 12. 13. & 17.Humilitas in abiectione non difficulter reperitur, sed magna , & rara virtus humilitas honorata,lib.8.cap.6. num.10.Humilitatem Abigail *1.Reg.25* commendant sacræ litteræ, quod electa in vxorem regis Dauid,indignã se fatebatur, vt seruorum eius lauaret pedes . Et Dauid in Regem exaltatus clamabat, ego sum vermis, & non homo:& Abraham in Genesi, cum ad tantam Dei familiaritatem fuisset euectus se cinerem,& puluerem uocitabat. Ideo Maria dicitur bis pulchra cũ innocentiæ cõiungat humilitatem,lib. 11.cap.6.nume.82. *Mariæ* humilitas nardus fuit, cuius odor Deum e cælo traxit,ibidem num.100.& 101. Mariæ humilitatem cæteræ virtutes consequuntur, ideo turri Dauid comparatur , a qua mille clypei pendent, num.109. Qua filium vulnerauit,ibidem, & nume.110. Mariæ humilitas turris eburnea dicitur Deo fortis,& Diabolo terribilis,num.120. Hæc subiectio *Deo* communis in Virgine semper fuit,dum vires inferiores rationi,& hæc Deo subderetur: similis equitatui,in quo insidebat verbum Dei. Collum illius sicut monilia, quia *Deo* obediens semper fuit. Sed credere quis forsitan posset hanc in Virgine & humilitatem, & obedientiam tanta commendatione non esse dignã. Non enim mirum videtur, quod oblatam matris *Dei* dignitatem saluo uirginei uteri pudore acceptet. Si audiret sicut Cyprianus dictantẽ mortis sententiam , & mortem minanti respondisset Deo gratias , aut sicut Abraham, cuius obedientiam magnifacit Paulus,quod iussus egredi de terra sua,de cognatione sua , & de domo patris sui , perrexisset continuò nescius quo iret omni destitutus solatio suorum, aut ad sacrificandum filium impelleretur . Si audisset, vt Paulus, uirum cuius est zona hæc, sic alligabunt in Hierusalem,& diceret,ego quidem non solum alligari, sed & mori in Hierusalem paratus sum. Compellebatur Virgo sacra instar Moysi, vt populum educeret de Aegypto , & officium acceptaret mille periculis subiectum, aut ea subiret munia ad quæ rapti prophetæ periculo vitæ subiiciebantur? Audit parituram cum uirginitatis amissione? Minimè, sed audit.Ecce concipies,& paries filium , &c. Non te terreat vox conceptus,& partus,Spiritus sanctus superueniet in te, vt non homine operante,sed illo cooperante concipias illũ, qui magnus erit,& filius Altissimi vocabitur.

Quod

Quod audiens tantam nascituri magnitudinem seipsam , quantumuis præclaram , ornatamque virtutibus exiguã iudicet ancillulã, quis miretur? Animalia illa sancta vndiq. oculis plena cum vocem audirent in firmamento sonantem submittebant alas suas,etiã ipsa virtutum opera,quibus in sublime ferebantur paruipendebant magnitudinem vo- *31. mor.c. 4. Greg.* cis considerantes . Et Iob cum audisset loquentem Dominum corruit, & quod insipienter fuisset locutus confessus est. Humiliantur sancti maiestatẽ Dei respicientes,lib.4.capit. 15.num.11. & 17.lib.6.cap.3.num.3.lib.8.cap. 5.nu.12.18.19.29.usque ad 31.cap.7.num. 10. *Esa.6.* & 18. Virumque se labiis pollutum vocat Esaias,cum primum vidit Dominum sedentem super solium excelsum , & eleuatum. Quid ergo miremur Virginem dicentem, Ecce ancilla Domini,quando tanta erant , quæ humilitatem suaderent,tanta quæ promptitudinẽ inducerent obedientiæ? Nihilominus verba hæc maxime ostendunt Virginis sanctitatẽ, quibus tanquam vltimis dispositionibus vsus est filius Dei, vt illis auditis homo fierer,licet innumeræ aliæ in Virgine præcessissent. Aiebat Diogenes Laertius in vita Aesopi Frygij, quod interrogatus an sciret,quid Iuppiter in cælo degens operaretur responderit , Exaltare humilia,& fortia quæque deprimere , illud arbitrans solum esse dignum, & dignitate & excellentia Iouis,sic dignum Dei bonitate fuit , vt tunc sacra Virgo super omnes eleuaretur creaturas,cum super omnes eas illa humiliaretur . Præterea tunc meritò commendatur maxime humilitas Virginis,quando tã mirabiliter laudata non exaltatur, nec ambulat in magnis, & mirabilibus super se. Angelus in cęlo moderari nescit tumentem fastum cernens , quod omnis lapis preciosus operimentum esset eius, & sacra Virgo in terram ad maiorem honorem eleuata clamat, Ecce ancilla Domini , &c. Præterea ingens monstratur laus Mariæ in hisverbis, quod vere humilis ad tantam dignitatem eleuata non con- *Hiere.20. chrys. circio. in de Lazaro* tradicat,sed humiliter pareat dicens, fiat mihi, &c. Hoc enim sanctorum est proprium, ut multa cum difficultate illa recipiant, quæ alij multa cum sollicitudine ambiunt.Sic Hieremias prædicationis officium igne exæstuãte in ossibus compulsus accepit , & Moyses principatus dignitatem post multas excusationes acceptauit. Cum ergo Maria cunctis esset humilior propriam vilitatem cõsiderãs non se ingerit dignitati,sed oblatam non recusant. Aiebant enim optime sancti Patres, quod obedientia in aduersis debet de suo aliquid habere , & in prosperis aliquid omnino ex suo non habere,vt illa desideret non ista, lib.13.cap.1.num.16.17.& 27. Ancillam vilẽ me confiteor, sed faciat Dominus , quod libuerit. Per verbum fiat conditus est orbis, & per secundum reparatur. Elegerat Virgo sanctæ virginitatis, & contemplationis solatium, & illud postulans aiebat, osculetur me osculo oris sui ,& audit, meliora sunt hubera tua vino, vt ex his verbis se intelligeret matrem & ad porrigendum lac filio reuocari,instar Iacob , qui postulans Rachelem in uxorẽ Liæ copulatur. Ex tanti mysterij consideratione grati simus Deo eius spiritum postulã- *1. Cor. 2.* tes , qui pro nobis homo factus est , vt dicere possimus cum Paulo. Nos autem non spiritũ huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex *Deo* est , vt sciamus , quæ a Deo donata sunt nobis. Homo factus est Deus , vt regnaret in *Bern. ser. 4. super missus.* domo Iacob in æternum:in illis,scilicet qui in fide Iacob perfecti fuerint inuenti. Vel Iacob ille dicitur, qui supplantat Diabolum de cor de suo,qui luctatur cum vitiis,& concupiscẽtiis suis,ut peccatũ non regnet in suo mortali corpore,sed Iesus. Fœlix ille,in quo regnauerit Christus quia & ipsi cũ eo regnabũt in æternum.Fœlicissimum regnum,in quo fulgebunt iusti ut Sol in regno patris eorum. O si & mei peccatoris meminerit Iesus in beneplacito populi sui ad videndum in bonitate electorum suorum,ut laudetur cum hæreditate sua a me. Veni interim Iesu, aufer a Regno tuo scandala,id est, ab anima mea , ut regnes tu in ea. Venit enim auaritia, & vendicat in me sibi sedem,iactantia cupit dominari mihi, luxuria satagit obtinere regnum,& dicit ego regnabo. Contra tot hostes pugno, ne dominetur mei omnis iniustitia, & dico nõ habeo regem nisi Iesum. Veni ergo Domine,dispergе illos in virtute tua,& regnabis in me, quia tu es ipse *Deus* meus,& Rex meus, qui mãdas salutes Iacob. Vide lib.15.cap.1. nume.2.3.4. & 7.Christus Rex,& Pastor,&c. lib.18.cap.9. num.8.lib.3.cap.9.nume.22.26.& 29. Christi hæreditas nos sumus, quam tulit incarnando de manu Amorrhæi,lib.3.cap.7. nume. 45. Christi imperium eius incarnatione multiplicatum est,lib.3.cap.5.nu.25.33.34.41. & 43.

IN FESTO SANCTI MARCI Euangelistæ

Secundum morem Romanum

Euangelium.

Designauit Dominus , & alios septuaginta duos. Luc. 10.

Vide lib.11.cap.2. num.19.

MVLTA sunt, quę commendant nobis *S.* Marci Euangelistæ dignitatem, quod & in consortium septuaginta discipulorum sit vocatus, & quod Romæ Euangelium composuerit, & fidelibus legendum tradiderit. Electis duodecim Apostolis a Domino , vt Episcopi essent orbis , Euangelij prædicatores , qui tanquam duodecim fontes in Elim positi , vnde deriuarentur aquæ totius orbis aridita- *Exod. 15.* tem rigantes , qui velut duodecim lapides pretiosi positi in tunica Sacerdotali Aaron

I In festo S. Marci Euangelistæ.

Christo

Tertul. lib. 4. cont. Marcio. Christo Domino vero Sacerdoti adhærerent ipsiusque gloriam patefacerent, & duodecim lapides a Iosue de Iordane electi, & in arcam testamenti conditi, septuaginta alij discipuli sunt electi, vel septuaginta duo, vt multi Latinorum arbitrantur. Beda inquit, rationem huius numeri assignans, quod septuaginta duo electi sunt, & missi, quia totidem mundi gentibus Euangelium erat prædicandum, sicut in prima missione duodecim sunt ordinati, propter duodecim tribus Israel, quibus Euangelium primo erat prædicandum. Nam post linguarum confusionem factam in constructione turris Babel, fuisse in mundo linguas septuaginta duas colligi solet ex Genes. vbi septuaginta duę referuntur personæ, a quibus diuisæ sunt gentes in terra, iuxta linguas suas. Græci verò septuaginta ordinatos a Domino asserunt, propter figuram, vt in Exod. quam dixi de duodecim fontibus, & septuaginta palmis, quæ in Elim a populo Israel sunt inuentæ (lib. 1. cap. 23. num. 1.) iuxta fontes. Et rursum ad imitationem Moysi, qui sicut habebat duodecim principes tribuum, ita etiam elegerat a principio egressus septuaginta seniores, cum quibus familiariter conuersabatur, vt patet in Exo. Qui etiam postea cum conquereretur se solum ferre non posse onus populi ex mandato Dei, septuaginta seniores elegit, quibus Deus spiritum Moysi impertiuit, vt habetur in Nume. Vnde & postea mansit ea apud Iudæos consuetudo, vt in Hierusalem essent septuaginta seniores ueluti Senatores, qui cum principe Sacerdotum populum gubernarent, de quibus fit mentio in Ezech. Seniores dicti non propter annorũ multitudinem, sed potius ob morum grauitatem. Et Isidorus in enarratione in Exodum dicit, septuaginta animæ cum Iacob introierunt in Aegypto, id est septuaginta discipuli ad prędicandum verbum Dei toto mittuntur in mundo. Huius opinionis videtur Hieronymus ad Fabiolam scribens in sexta mansione, ad quam venerunt Iudæi in itinere terræ promissionis, vbi numerat septuaginta palmas, quæ iuxta duodecim fontes creuerunt, quos & ipsos secundi ordinis intelligimus præceptores. Duodecim miserat prius, & his non contentus, his adiungit septuaginta ne desit minister, qui hominum saluti prouideat: septuaginta enim discipuli in inuamen Apostolorum dati sunt, lib. 1. cap. 23. nume. 1. Vt quondam Moyses, & Aaron soli regimini populi fuerant deputati, postmodum in Exodo consilio Ietro alij adiuncti sunt in consortium horum, & tandem alij septuaginta, cum dixit Dominus Moysi, congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti, quod senes populi sint, & duces eos ad ostiũ tabernaculi fœderis, & descendam, & loquar tibi, & auferam de spiritu tuo tradamq. eis, vt sustentent tecum onus populi, & non tu solus graueris. Quia primi, quos in Exod. constituerat Moyses super populum non sufficiebant, poscit alios, qui cum eo Dominum consulerent super negociis populi: & sine gratiæ tuæ diminutione auferam de spiritu tuo, & dabo illis, sicut lumen candelæ, quod sine sui diuisione aliis communicatur: hoc illuminabuntur alij ad regendum populum per eandẽ spiritualem gratiã, per quam Moyses illuminatus est, licet non tantam gratiam contulerit sicut Moysi, sed quasi partem illius, sicut spiritus Heliæ requieuit in Helisæo. Verus Moyses Christus Dominus legifer noster, qui datus fuerat in lucem gentium, ut salus esset Dei patris, vsque ad extremum terræ, qui venerat, vt doceret vias suas, & ambularemus in semitis eius, in consortium sibi adiunxit duodecim Apostolos primum, quos misit prędicare, & quia pauci isti videbantur alios septuaginta elegit, quibus spiritum suum cõmunicauit, vt apti redderentur ad idem munus prosequendum, quibus missis tanta virtute prædita Dei misericordia fieret orbi manifesta. Sicut enim cum ad iudicandum orbem venturus filius Dei armabit creaturam ad vltionem inimicorum, & pugnabit simul cum eo orbis terrarum contra insensatos, licet potentissimus ille sit ad faciendam vindictam in nationibus, qui armabitur ad vltionẽ inimicorum; nihilominus creaturas armabit, quibus comitatus veniat cum Senatoribus terræ, vt signa sint creaturæ eximiæ indignationis, quam ostendet contra homines sceleratos, ita qui assessores eliget in causis iustitiæ, ita modo assessores, & adiutores eligit in causis misericordiæ, vt scirent homines, quia tempus miserendi eius cum exurgẽs Dominus misereretur Siõ, sedens in throno iustitiæ aduocabit cęlum desursum, & terram discernere populum suum, sedens in throno gratiæ adiutores, & cooperatores eligit Apostolos, & discipulos, vt de vnoquoque illorum dicere possimus, & tu puer propheta Altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini parare vias eius, mittebat enim illos in omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipse venturus. Et licet ille verus esset operarius, qui operabatur salutem in medio terræ, in Christo enim Domino omne bonum deriuatur in homines, lib. 3. cap. 5. num. 11. 36. 38. 40. 41. 46. 47. 54. & 83. cap. 7. num. 26. & 27. cap. 8. nume. 4. Ille enim factus homo curam hominis suscepit specialem, lib. 3. cap. 5. num. 12. 13. & 18. cap. 9. num. 35. Ille enim prædicans confirmauit ueri Dei cultum, lib. 3. cap. 8. numer. 5. & 9. Christus Dominus optimè fuit in Moyse, & Aaron figuratus, lib. 3. cap. 8. num. 8. 22. & 34. Voluit nihilominus homines eligere, qui illius adiutores essent, vt cum fiducia ad eos accederent homines, qui fratres illius essent, quod si tantis adhibitis cooperatoribus non proficerent homines inexcusabiles essent. Sic quondam cum propriam sollicitudinem edicere vellet Deus, quia abusus fuisset Iudæorum populus aiebat. Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens. Et præmisit. Quid faciam tibi Ephraim, quid faciam tibi Iuda? Hoc est

Gen. 10. *Exod. 15.* *Exo. 24.* *Num. 11.* *Ezech. 8.* *Genes. 46.* *Hugo.* *Sapient. 5.* *Psalm.* *Luc. 1.* *Osee 6.*

nullum medium tuæ saluti conueniens intentatum reliqui, & cum tanta sint adhibita remedia misericordia vestra fuit quasi nubes matutina, id est, si qua sanctitatis, aut pietatis cogitatione, & cura vos aliquando tacti fuistis ea repente relaxata est, vt nubecula aliqua matutina solis calore discussa euanuit, & quasi ros mane pertransiens cuius vim calor prius consumpsit, quam sata, & herbæ experirentur. Propter hoc dolaui in prophetis. In hoc suam diligentiam ostendit in eis corrigendis, Testes, inquit, sunt tot prophetæ, tot diuini homines, quorum sedulitate diligentia, patientia ego vsus, vos autem abusi estis. Quorum sollicitudo occasio illis fuit, vt occiderentur. Quibus vsus sum, sicut faber vtitur dolatorio ad dolanda ligna, & perficienda, ut ædificiis sint apta, dolare vos volui, adeò vero difficiles, adeoque duros vos præbuistis, vt vestra asperitate ferramenta partim detrita, partim retrusa, aut confracta perierint, absque eo quod in opere profecerunt amplius, quam si adamantem dolare quis uoluisset. In modum horum instrumentorum missi sunt discipuli, & sancti Prædicatores, ut instar lapidis, & ligni poliatur populus, illi autem hebetentur, & consummantur non propriam considerantes vtilitatem, sed fratris. Quod si ob durati homines non emendentur, & instrumentum pereat, timeant minantem Dominum, & dicentem, & occidi eos in verbis oris mei. Quæ verba cum affectu, & dolore pronunciat, vt qui carissimam, & preciosissimam rem in inutilia, & vana se impendisse frustra videat. Sic Deus dum prophetas pastores discipulos suos sanctissimos, quibus mundus dignus non erat in vilissimæ, & contumacissimæ gentis correctione procuranda a se frustra consumptos conqueritur & vehementem dolentis affectum miratur, & maximæ ingratitudinis, & impietatis populum arguit, iustissimamque imminentis pœnæ sententiam fore comprobat, dicens, & iudicia tua quasi lux egredientur, id est rationes, quibus adducor, ut æternam tibi inferam damnationem luce meridiana sunt clariores. Hi administratores uocati sunt, ex eis vt tales essent dedit Deus virtutes multas, lib. 14. cap. 27. nume. 15. licet Deus auctor præcipuus sit huius operis. Sicut enim naturam humanam assumpsit, quę verbo unita erat diuinitatis instrumentum coniunctũ & nobilissimum: sic etiam uoluit ipsos homines honorare, dum singulares, & indiuiduos assumit, & cooperatores humanæ salutis. Quanto diuinior natura humana in hoc, & honoratior, quam cum in principio orbis conditi adducta sunt omnia viuentia ad Adam, vt nomen imponeret eorum naturæ conforme, licet ille creationi nullo modo fuerit cooperatus. Aliter modo assumit homines, vt ministerio suo, & officio dignoscant nobilissimam creaturam humanam idololatriis, & peccatis pollutã ad supernaturale esse filiorum Dei, ad quod electi fuerant discipuli dicentes, Dei adiutores sumus. Ad hoc eximium ministerium electus est Marcus, in sociumque datus Petri, & docens, & scribens mirabilia est operatus. In Alexandriamque perrectus, innumeram multitudinem ad fidem traxit tanta credentium sanctitate, vt Philo Iudæus admirabilem vitam referat eorum, quibus Marcus præerat. Qui cum adolescens esset ille, qui amphoram aquæ baiulabat filius Mariæ, in cuius domo cęnaculum præparatum fuerat Christo, ad tã tam post dignitatem est euectus, vt adueniẽte Spiritu sancto in die Pentecostes, illo sit repletus, quo ad prædicandum Euangelium destinatus est. Nec solam hanc dignitatem consecutus est Marcus, licet magna illa sit, sed inter septuaginta discipulos solus ille cum Luca Euangelistæ dignitatem est consecutus, ad quam duo inter Apostolos sunt electi, ut quatuor isti quatuor essent fluuij terram irrigantes, quorum ueritas a prima veritate Dei, tanquam a primo fonte manauit. Quorum certa relatione scripta discerent homines ea, sine quibus salutẽ consequi non ualerent, mysteria abscondita a sæculis in Deo, quæ nemo Principum huius sæculi cognouit, quorum doctrina non solum coalesceret fides, sed erigeretur spes, infunderetur charitas, dum ea legerent homines, quę Christi admirandum ortum uitam, & mortem docent. Cumque sacrarum litterarum lectio, & quæ in ea continentur montes sint Bethel, in quibus fides Dei prospicitur, & operum perfectio adimpletur, li. 6. cap. 3. nume. 1. quam maxime consulebant sancti, lib. 6. cap. 6. numer. 25. & 26. lib. 13. cap. 5. num. 6. & 15. sintque sacræ Scripturæ epistolæ missæ a Deo ad nos, vt diligenter legãtur, lib. 11. cap. 2. nume. 25. & 26. Quę quia non solum audienda est in Ecclesia, sed & domi legenda, lib. 16. cap. 4. num. 4. 5. 7. & 11. ca. 10. num. 40. suntque sacræ Scripturæ loca irrigua, in quibus nutriendi sunt homines, ibidẽ num. 18. Sacra scriptura arbor est Ezechielis cuius fructus est in cibum, & folia ad medicinam, lib. 18. cap. 2. num. 25. qui sacrum Euangelium dictarunt ingens beneficium, & absẽtibus, & futuris contulerunt. In exordio quidem orbis sacra Scriptura data non est hominibus, quia per res, & creaturas homines docebat Deus, lib. 10. cap. 5. num. 2. vsque ad 7. At postquam absentes facti sunt homines a Deo peccando, tanquam ad absentes necessarię fuerunt litteræ sanctæ, quę in monte, & in campestribus Moysi datæ sunt. Sacri Apostoli terram perambulantes Euangelium longe, lateque disseminarunt, sed Euangelistæ sacri gesta Christi ad posteros detulerũt, ut dum testamentum nouum veteri fuit copulatum, duæ essent in Ecclesia mammillæ, quibus homines nutrirentur, lib. 3. cap. 9. nume. 31. Et sicut quondam verba legis pendebant ante oculos, & in manibus Iudæorum,

1. Cor. 3. *2* *3* *Chrysost.*

vt non obliuiscerentur, lib. 2. capit. 12. nume. 18. lib. 11. capit. 2. nume. 9. eaque memoranda docuit Deus cum ea iuberet scribere in superluminaribus domorum, lib. 16. capit. 10. nume. 30. Ita & in noua legis sacris Euangelistis demandauit Deus, vt vitam scriberent Saluatoris tam fideliter, vt ab Ecclesia veritas deficere non possit, lib. quinto, capit. 4. nume. 7. Et sicut verbum Dei quatuor fluminibus Paradisi comparatur, lib. quinto, capit. 3. nume. 11. lib. 18. capit. 2. num. 27. & 28. Ita Euangelistæ quatuor fuerunt aluei, per quos vehementissimo huic imbri dedit Deus cursum, ut impleret inuiam, & desolatam
Iob. terram, lib. 18. capit. 2. nume. 31. & 33. Euangelistæ sancti equi sunt Deum, eiusque doctri nam portantes, vt fluminibus istis scindatur terra, lib. 18. capit. 2. nume. 37. Euangelistæ gladios habuerunt ancipites in lingua, & etiam in manibus, sacram doctrinam docen tes, & scribentes, ibidem numer. 46. Vnde
Hieron. Zacha. 6. Hieronymus in Zachar. vbi propheta vidit quatuor quadrigas egredientes de medio duorum montium, & montes, montes ærei.
Hugo. Quatuor quadrigæ, quatuor sunt Euãgelia, equi autem eas portantes Apostoli sunt & Apostolici viri, qui Euangelium prædicauerunt. Qui egredi dicuntur de medio duorũ montium, id est, de studio diligenti duorum testamentorum, erantque montes ærei per quod significatur stabilitas, & sonoritas vtriusque testamenti. Euangelistas etiam vo-
Greg. 28. moral. ca. 6. luit Deus significare, ait Gregorius, in factura tabernaculi, in qua dixit Deus Moysi facies columnas quatuor, & bases earum uesties argento. In argento claritas diuini sermonis accipitur. Hæ quatuor columnę, quatuor sunt Euangelistæ, quorum dicta Prædicatores ore, & operibus portant. Et alibi
Hom. 2. in Ezech. cũ cap. 1. Ezechielis sanctus Doctor in Homil. elucidaret in illa verba, & in medio eius, scilicet electri, aut ignis, similitudo quatuor animalium. Quatuor hæc animalia, inquit, quatuor sunt Euangelistæ, qui ex Domini incarnatione ad fidei virtutem solidati sunt, & in igne persecutionis multis tribulationibus afflicti. In his Euangelistis quatuor similitudo hominis erat. Sancti enim non essent si hominis Christi similitudinem non haberent, quia quicquid in eis de visceribus pietatis, quicquid de mansuetudinis spiritu, quicquid de custodia humilitatis, & quicquid de feruore charitatis est, hoc ab ipso fonte misericordiæ Domino traxerunt, imi-
Hom. 3. tatores Christi effecti, quod ergo sancta, & quod mira sunt in eis hoc de specie similitudinis ipsis uenit, id est, de virtute imitationis. Quatuor facies vni sunt, quia omnes Euangelistę idem sentiunt. Et quatuor pennæ vni, quia simul omnes concorditer vnum filium Dei prædicant. Et pedes eorum pedes recti, quia eorum opera ad sequendam iniquitatem non sunt retorta. Et planta pedis eorũ, quasi planta pedis vituli, in quo uitæ grauitas, & fortitudo mõstratur. Sed iã ad expositionẽ Euangelij accedamus.

Electis septuaginta discipulis misit illos 4
Dominus binos in omnem ciuitatem, & locum, &c. & dicebat illis, messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam: In quibus verbis id in primis est consideranduin, quod bini missi sunt discipuli, ut minus Dæmonis astutias, & hominum timerent, frater enim qui iuuatur a fratre, est *Prou. 18.* quasi ciuitas firma, & munitissima, qui hostium insidias minus timet. Væ enim soli, quia cum ceciderit non habet emolumẽtum societatis, vnus quomodo calefiet? Et si *Eccles. 4.* dormierint duo fouebuntur mutuo, & si quispiam præualuerit contra vnum duo resistũt ei. Melius est ergo esse duos, quam unum, *Hugo.* habent enim emolumentum societatis. Melior est communionis fraternæ societas, quia emolumentum habent societatis, quia ubi *Matt. 18.* fuerunt duo, vel tres congregati in nomine Christi, ibi est ille, & quia dum essent discipuli pariter in eodem loco factus est repente de cælo sonus. Ecce quam bonum, & quã *Act. 2. Psalm.* iocundum habitare fratres in vnum. Si vnus ad casum tentatum titubauerit, ab altero fulcietur consilio, & consolatione, & oratione ne cadat. Et si dormierint duo fouebuntur mutuo se consolando, & consulendo. Dum bini mittuntur mutua societas commendatur, quæ mutuæ dilectionis signum est, concordiæ, pacis, ac totius boni. In fraternitate Euangelica prædicatio fundata est, sicut lex in Moyse, & Aaron fratribus. Sed quia carnalis erat lex carnalẽ habuit fraternitatẽ, spiritualis autẽ lex, & gratiæ exigit fraternitatem spiritualem. In quo firmitas Ecclesiæ *Rupert. li. 8. de operre SS. ca. 9. Lucanus.* significabatur. Sicut enim quondam, ait Rupertus, discordantes fratres Romulus, & Remus, Romam ædificantes eam stabilem facere non valuerunt, dictum est enim, Fraterno primi maduerunt sanguine muri, at Ecclesia fraterna concordia stabilita est. Bina & bina ingressa sunt animalia in arcam, bini, & bini Ecclesiam intrauerunt primi Christiani, bini missi sunt ad prædicandum, concordia enim paruæ res crescunt, discordia autem maximæ dilabuntur. Concordia fidelium in hoc significatur, dum malo granato comparantur, lib. 14. cap. 5. nume. 8. Concordia firmati aduersarium pertimescere non debent, discordia autem separatos statim inuadit Dæmon, ibidem num. nono. Concordiæque bonum declarauit Deus cum de creatione secundæ diei loquens non dixit, quod esset bonum, numer. decimo. Concordia est inter bruta eiusdem speciei, non in hominibus, qui sunt peiores, ibidem numer. 17. & 19. & num. 24. & 28. docetur, quod concordia innumera pariat bona. Charitas diadema regium est, quo dignoscuntur Christiani, lib. 3. cap. 2. nume. 9. Charitas in bitumine arcæ Noe significatur, ibidem num. 26. Hæc est holocaustum medullatũ, quod Deo offerendũ est, nu. 31. Charitate con-

stipatos timet Dæmon, non autem eos, qui illa carent, ibidem nu. 45. Charitas Christiana maior est, quam fraternitas sanguinis, ibidem num. 47. Pax & vnitas significatur in lapide, quo Dauid gigantem interemit, lib. 3. cap. 2. num. 36. Pax vnit, vt velut acies ordinatæ terribiles simus dæmoniis, ibidem num. 45. Pax, & necessitudo fidelium est Ecclesiæ fælicitas, lib. 14. cap. 5. num. 11. & 26. Concordiam, vt suaderet Christus, noluit hæreditatẽ diuidere inter duos fratres, lib. 14. capit. 5. nu. 29. & 32. Bini mittuntur, qui ad prædicandũ pergunt, licet enim concordia omnibus necessaria sit, sed magis inter Prædicatores, vt populum ædificent. Hæc enim si in eis defuerit, nec plebi proficui sunt, nec audientes ædificant, sed scandalizant. Vnde in Exod. dixit *Exod. 4. Glossa.* Dominus Moysi. Loquere Aaron, & pone verba mea in ore eius, & ego ero in ore tuo, & in ore illius, & ostendam vobis, quod agere debeatis: & infra narrauit Moyses Aaron, omnia verba Domini, veneruntque simul.

Galat. 1. Debet inter Prædicatores conuenire alias minime proficient. Legimus enim Paulum cum
Exod. 28. Petro Iacobo, & Ioanne Euangelium contulisse ne in uacuum curreret. Sic in Exodo, Applica ad te Aaron fratrem tuum, vt conueniant ambo inter se, & consulatur communi vtilitati. Turbari solet Ecclesia maxime cũ
Num. 18. inter Sacerdotes, & Prædicatores non conuenit. Et in Numer. Omnes ministros suos habere voluit Dominus ex eadem tribu, ut maior esset in ministerio concordia, sed & fra-
Exod. 25. tres tuos de domo Leui sume tecum, & ministrent tibi. Et in Exod. duo Cherubin erant coram arca sese mutuo respicientes. Prædicatoribus plebi proficuis inuidere non debẽt
Ezech. 18. alij, lib. 9. cap. 5. num. 19. & 23. Prædicandum est Euangelium non ex æmulatione, sed sincerè, lib. 14. cap. 29. numer. 7. & 20. Misit eos 5
in omnem locum, quo Iesus venturus esset. Isti enim erant Angeli veloces missi ad gentem conuulsam, & dilaceratam. Et uereda-
Hester 8 rij Assueri regis sententiæ mortiferæ reuocatores. Et sicut retroactis sæculis prophetas miserat, qui futurum prædicarent eius
Malac. aduentum, ac sic præsens iam ille esset. Et ueniet ad templum suum dominator, quem uos quæritis, & Angelus testamenti, quem uos vultis. Et alibi, ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel: immo iam aduenisse aiebant cum post multos annos esset venturus Paruulus datus est nobis, & filius natus est nobis, &c. Zelus Domini exercituum faciet hoc, si filius natus iam est certè zelus Domini fecit hoc non faciet, sed ob certitudinem prophetiæ, & ut animos hominum mouerent ad sperandum iam facta aiebant, quæ indubie essent futura. Et cum Messias uenit, missus est Ioannes parare Domino plebem perfectam, baptismus prædicatio, & cuncta, quæ gerebat Ioannes populum commonefaciebant, ut crederent in Iesum, ita cum Domini prædicatio cœpisset mittebat discipulos in omnem ciuitatem, vbi ille esset venturus, vt discipulorum vita miraculis, & doctrina disponerẽtur populi ad recipiendum Christum, ut prædicarent non diem vultionis, sed annum placabilem Domino, eumque placabilẽ nunciarent, qui uenerat non iudicare mundum, sed saluare, qui eum cunctis placabilem ostenderent, qui aduenisset saliens in montibus, & transiliens colles, ut daret coronam pro cinere, pallium laudis pro spiritu mœroris, qui ad annuntiandum mansuetis uenerat, ut mederetur contritis corde, ad hoc mittebantur, ut darent scientiam saluti plebi eius in remissionem peccatorum eorum.

Et dicebat illis, messis quidem multa, &c. 6
Ecclesiam comparat messi, ut in messe granum paleis coniectum est, quousque turturatione, & ventilatione vnum ab altero seperetur, sic in Ecclesia iusti, vt triticum paleæ sunt admixti, vt in Iob de reprobis dici-
Iob 24. tur, Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent, sicut summitates spicarum conterentur. Has aer in altum eleuat, vt pote quæ leues sunt. Aiebat Gregorius Aristæ ad alta
17. Mor. c. 6. profiliuut, & gratia in immo latet, quia reproborum potentia eminet, & electorum gloria non apparet, mali in oculis mundi crescunt honorantur boni fimiles tritico latẽt. Sed messis tempore separabuntur cum acceperit Dominus ventilabrum, vt purget areã *Matth. 3.* suam congregaturus triticum in horreum suum, & paleas mittet in ignem. Sic Ioan. in Apocal. postquam Angelus dixisset ei scribe, *Apoc. 14.* Beati mortui, &c. ait se Angelum vidisse clamantem ad sedentem in nube (certè ad filium hominis, qui in nube ascendit, & in nube ad iudicium uenturus est) Mitte falcem tuam & mete, quia uenit hora, ut metatur, quoniam aruit messis terræ. Et misit, qui sedebat super nubem falcem suam in terram, & demessa est terra. Hæc in secundo aduentu euenient cum iusti separabuntur a reprobis. Falcem uo- *Zacha.* lantem vidit Zacha. descendentem super domum furis, & periuri, &c. vt secet eos, qui vitiis sunt implicati, &c. Cum enim homines messis sint Dei, ut dicit Lucas hic, Dæmon in suam redegit pleroſque illorum *Iob.* potestatem, sicut Iob futurum prædixe- *Greger.* rat his uerbis. Cuius messem famelicus comedet, & fitient alieni diuitias eius. Agricolæ diuitiæ messes sunt, quibus viuit, & ditatur, quarum causa tantis subiicitur laboribus, &c. Is Christus Dominus est, Dæmones autem has diuitias Domini ardenter expetunt, & famelicus ille sit, qui ut leo quærit, quem deuoret, is famelicus messem Dei comedit, dum homines ad se trahit, & ad modum perdicis fouet, quæ non peperit, fecit diuitias suas non cum *Hiere. 17.* iudicio, utinam in dimidio dierum suorum relinquat illas, ut nouissimum eius fit insipiens, dum euomuerit eas. Quod tunc fiet

cum Dominus miserit operarios in messem suam, cum rogatus is fuerit. Hoc enim secundum multorum sententiam, significant verba illa, quæ retulimus in Apocalypsi, vbi Angelus clamabat ad sedentem in nube, vt mitteret falcem ad messem, vt diuidendo mortalium corda a terrenis affectibus meteret, quod & fecit homo factus, cuius messis primitiæ fuerunt Apostoli, & discipuli, ijdem postmodum ex messe messores facti per mutationem dexteræ excelsi ad metendum sunt missi. Cum autem hæc non profuerint, sed in eadem obstinatione manserint homines, timeant quod sequitur. Et alius Angelus exiuit de templo, quod est in cælo habens & ipse falcem acutam. In quibus verbis secundum Domini aduentum significat, vbi licet hic Angelus idem sit cum eo, qui sedebat in nube, quia tamen dissimilis veniet cum potestate magna, qui venerat prius in humilitate. Et sicut alius habitus, ita & falx credenda alia, acieque longè diuersa, nam idem verbum Dei, sed potentius tunc exercet vires suas in iudicio. Falx acuta non ut conuertat impios, sed vt eos a bonis separet, & instar palearum in ignem mittat, tunc clamauit, & dicet Angelis, Mittite falces, quoniam maturauit messis, & erit Hierusalem sancta, & alieni non transibunt per eam amplius, quia paleæ a granis separabuntur. In Ecclesia permixti boni, & mali separabuntur in futuro, libr. 3. capit. 17. nume. 15. vsque ad 17. lib. 5. cap. 3. nume. 1. 6. 10. & 13. lib. nono, capit. 21. nume. 5. 6. 8. 9. 11. 12. 15. & 17. lib. 18. capit. 15. nume. 22. 26. & 27. In Ecclesia mali non præiudicant bonis, sicut nec paleæ, libro nono, cap. 21. nume. 9. & 17. lib. 12. cap. 3. num. 6. Cumque malis sint paleæ, & in futuro erunt ad ignem, & modo pabulum irrationalium passionum, qui circumferuntur omni vento doctrinæ. Hæc autem erit hominum miseranda calamitas, ut qui falcem Dei verbi modo recipere noluerunt, aliam experiantur falcem, vt pereant, seminauerat enim Deus triticum, & cum exordio homines primos condidit, & cum infantulos modo per baptismum iustificauit, temporum autem miseria veniet ad iudicium messurus spinas. Et dicet per Esaiam. Ablata est messis in die hæreditatis, quia fructum prædicationis non receperunt homines cũ deberent ut hæreditas possideri, auferentur, & dolebis grauiter. Dicetque Dominus, ait Origenes. Væ mihi quia factus sum sicut qui congregat stipulam in messe, sunt enim illius uoces cum ad metendum uenerit, & solam inuenerit paleam. Quod ne accidat malum ait, Rogate Dominum messis, &c. Quia ingens est beneficium, quod mittat Deus prædicatores tales. Hoc est Dei desiderium, ut homines saluet, dum rogat, ut rogetur, ut mittat operarios. In quibus uerbis significat prædicatorum, & pastorum officium esse operari, non ociari, & operari non in propriam gloriam, & commodum, sed in gloriam Domini messis. Ne autem molestus sit nimium labor subeũdus, mẽtio messis adiuncta est. Nullus enim labor iocundior, & utilior, quam qui pro colligenda messe subitur, quasi dicat, non mitto vos ad arandi, seminandique graues, & iniocundos labores, sed ad messem ab aliis præparatam, ut mittat ille, quia operarij, qui a Deo non mittuntur, colligendæ messi non sunt apti. Qua ratione arbitror, quod cum innumeri modo sint in quauis republica concionatores, quia hi fortè a Domino non mittuntur, sed ipsi uadunt, cum Dominus non miserit eos, ideo populus non corrigitur. Prædicator ad hoc sermonem dirigat, vt fratri suo defuncto, id est Christo filios generet, & non sibi, lib. 14. cap. 26. numer. 28. Prædicatores iuuantur olim orationibus communibus in Missa, &c. lib. 14. cap. 27. num. 8. Prædicatori nihil est tam periculosum apud Deũ tam turpe apud homines, quam quod sentiat non libere dicere, lib. 14. cap. 27. num. 16. Prædicatores non prosunt, dum in docendo laudes proprias quærunt, ibidem numer. 17. & 18. Prædicatores tam innumeri propter suam ignauiam, & peccata gentium reliquias conuertere non ualent, lib. 14. cap. 29. num. 8. Prædicatores sancti sunt nubes pluuiam accipientes a Deo, quam effundunt, & ideo proficiunt ab eo missũ, non mali, &c. ibidem nu. 10. & lib. 18. cap. 2. num. 13. Illi mittendi sunt, ut fulgura, &c. lib. 14. cap. 29. nume. 19. & 27. Prælati necessitate compulsi hoc officium subeant, grauissimo enim subduntur periculo, si ipsi se ingerant, lib. 5. cap. 11. nume. 4. 8. 9. & 14. lib. 8. cap. 4. nume. 4. vsque ad 7. Operarij sint Prædicatores, quæranturque tales.

Cælius Pannom.

Ioel 3.

Hom. 13. in Matth.

Hiere. 12
Esa. 17.
Orig. ho. 23. in Nume.

Ianſenius.

Caue ne audias vox, quidem vox Iacob est manus autem, manus sunt Esau, non enim vt alter benedictionem consequeris fictus, sed æternã hæreditabis maledictionẽ. Sic in Exodo præceperat Deus Moysi, vt labium faceret æneum cum basi sua, quia prædicatio sonat; vas æneum est, sit cum basi, id est cum vita sancta, quia vita fulcit doctrinam, & sustentat. Vnus ædificans, & alter destruens, quid prodest illis, &c. Ita qui vita destruit, quod verbis ædificauit. Operarij pauci licet loquaces multi, qui similes sunt meretrici, quæ infantem interdum lactabat, noctu dormiens oppressit, ita concionatores multi eos quos verbo Dei lactant, malo exemplo occidunt. Sic in Prouerbiis. tria sunt, quæ bene gradiũtur, & quartum, quod incedit fæliciter, gallus succinctus lumbos suos ad nullius pauebit occursum. Ita Prædicatores sancti succincti lũbos, id est carnis passionibus frenatis intrepidi de agni cum sint mittuntur ad lupos. Prædicator loquens, & non operans, serens alius comedit, cuius progenies eradicatur, dũ is qui per uerbum nascitur per exemplum necatur, lib. 14. c. 28. nu. 24. qui. n. nõ vult operari, quę dicit manũ ad os porrigere negligit, ibi. n. 18. vide totũ hoc cap. & multa verbo, Prædicator.

Gen. 27.

Exod. 30.

Virgilius in Eclog. Exod. 23. Gloſſer.

Eccleſ. 34.

3. Reg. 3.

Prou. 30.

Ecce

7 Ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos. Agnis bellum infert Deus lupis, eosq. ligat, vt habitet lupus cum agno, sicut quõdam potentissimum regnum Aegypti cinisibus debellauit, & potentissimum exercitum Madiã, vasis, & lampadibus vicit. Sic Iudith, postquã Holofernem iugulauit, cecinit gratias agens Deo pro victoria. Non enim cecidit potẽs eorum a iuuenibus, nec filij Titan percusserunt eum, nec excelsi gigantes imposuerunt se illi, sed Iudith filia Merari disloluit eum. Sed qui missi sunt a Domino, neminem timeant, sed frontem fronte concutiant, si populus attritus fuerit fronte, lib. 14. cap. 26. nu. 18. Prælati sint fortes contra principes, quando id expedierit, lib. 14. cap. 31. nu. 10. lib. 16. cap. 2. num. 1. & 2. cap. 3. num. 7. cap. 6. nume. 7. Sic Moyses contra Pharaonem, &c. & Helias dicẽti Achab. Tu ne es ille, qui conturbas Israel? Et ille, non ego turbaui Israel, sed tu & domus patris tui, qui dereliquistis mandata Domini, & secuti estis Baalim. Ecce ouiculam corã truculento lupo intrepide loquentem, & positam, vt aiunt, a tu por tu, cum rege, & iste nec mutire ausus est, cum prophetam audiret accerrimis verbis arguentem. Et Helisæus regi Ioram. Quid mihi, & tibi est? vade ad prophetas matris tuæ, & patris tui. Descenderat Rex cum Iosaphat rege Iuda, vt consuleret prophetam, & ille ait, venit Dominus exercituum in cuius conspectu sto, quod si non vultum Iosaphat regis Iudæ erubescerem (erat enim rex sanctus) non attendissem quidem te, nec respexissem, quasi dicat, no me preciaria de mirar te a la cara, & Rex tacuit, nec verbũ loqui est ausus contra eũ, qui vt agnus inter lupos mittebatur. Vnde in Deut. in huius significationem dixerat Deus, si exiens ad bellũ contra hostes tuos, & videris equitatus, &c. nõ timebis eos, quia Dominus Deus tuus tecum est. Noua bella elegit Dominus hasta, & clypeus non sunt visa, nec magnos metuent armenta leones, vnde in Exod. ait Dominus. Cunctorum inimicorum tuorum terga vertam, emittens crabrones, qui fugabunt Heuæum, & Chananæum, &c. antequam introeas. Expende quibus copiis, quo militum apparatu, quam inermi exercitu, Dominus militet contra potentissimos hostes. Nempe muscis, & crabronibus. Nunquid ingressus es thesauros niuis? Quos retinui ad tempus angustiæ, ad tempus prælij. Solet Dominus, quæ infirmiora esse videntur eligere, ut fortia destruat.

4. Reg. 3.

Deut. 20.

Iob 38.

8 Nolite portare sacculum, &c. & neminem per viam salutaueritis. Primum dicit, quia Euãgelij Prædicatores austeri pœnitẽtes apparẽt coram populo nõ delicati, & delitiosi: prius digitos habeant myrrha plenos, & post aperiant dilecto, prius mortificentur, quã prę dicent lib. 11. c. 6. nu. 115. loquantur quæ per ipsos effecerit Deus, li. 14. c. 27. num. 4. Prædicator sanctificat Euangelium Dei, seipsũ primum immolans Deo, lib. 14. c. 28. num. 3. Prophetæ olim cilicijs induebãtur pœnitentiam prædicaturi, ibid. nu. 16. Prædicatores pœnitentes sint, ibidem num. 20. Aliter nolite portare sacculum, id est, nõ innitamini alicui rei temporali, sed tantum Deo. Docet eos terrena contemnere ab omni cupiditate esse alienos, vt dicere possint. Non quærimus vestra, sed vos, vt Paulus aiebat, qui proprijs manibus victum quæritabat: Apostoli enim mũdũ conuerterunt, nõ propter miracula, sed quia in eis erat verus pecuniarum contemptus, li. 14. cap. 29. num. 8. Ioannes enim Baptista, & Hẽlias, Moyses, &c. libere increpabãt reges, eo, quod vili habitu, & mensa contenti erant. Prædicatores falsi dantibus munera prædicant pacem, aliis iram, lib. 14. ca. 27. num. 14. Prædicator sanctus terram vngula fodit cum de corde audientium exemplo suo terrenas cogitationes pellit: li. 14. c. 28. nu. 26. Predicatores sancti non propter temporalia, sed propter fratres loquuntur, li. 14. c. 29. nu. 25. Prælati bona temporalia vt minima, non per se, sed per alios administrent, lib. 2. c. 15. nu. 4. 5. & 63. Prælati olim laxabant retia in capturã animarum non pecuniarum, quod modo non fit, li. 14. c. 30. num. 14. Prælati & doctores, qui lucro intenti munia exercent, taxantur, li. 14. c. 30. nu. 6. Sacerdotes, & Prælati negociationibus dediti arguuntur, li. 14. ca. 16. nu. 5. 11. & 12. Sacerdotibus suis Deus partes concedit in cælo non in terra, vt Pharao, li. 16. c. 1. nu. 1. & 24. 27. & 36. Neminem per viam salutaueritis. Hyperbolicus est sermo, quo suis sedulitatem, & celeritatem in iniuncto opere commendauit, innuens omnem vanam confabulationem, quę salutationẽ consequi solet, in via esse fugiendam, omnesq. itineris moras, ac occasiones, distractiones spiritus a cogitatione eorum esse amputandas.

9 Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiesceret super illum pax vestra, sin autem ad uos reuertetur, Augustinus libro de correctione, & gratia, sic exponit hæc uerba. Si ibi fuerit filius pacis, requiesceret super eum pax uestra: filius pacis dicitur ille, qui credit, & obedit Euangelio, & iustificatus pacem ad Deum habere cœpit, sin minus ad uos reuertetur, id est uobis proderit huiusmodi prædicatio, non illi. Si autem super illum requieuerit pax prædicata, & illi, & vobis proderit. Vel ad vos reuertetur pax, ne vltionem sumatis eorum, qui uos non receperint. Quia Prædicatoris animus in officio retardatur, cum viderit populum non proficere, lib. 3. capit. 13. num. 4. & 5. Ideo docet, quod Prædicator mercede non priuatur ex eo, quod populus non corrigatur, si ille quod suum est præstiterit, libr. 14. capit. 26. numer. 7. usque ad 14. 17. usque ad 20. 32. 33. & 43. Vnde a docendo cessare non debẽt, a Deo instanter postulantes audientium profectum, ibidem num. 5. & 6.

Augus.

10 Edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt. Non conceditur his verbis, ait Chrysostomus, licentia epulandi, sed quod delicatiores

non quærantur cibi. Sufficiant appoſita non quærantur ſuperflua. Ad quod etiam expectat, quod ſequitur, nolite tranſire de domo in domum, quaſi iam faſtidito priori hoſpitio aliud lautius quæratis, ſed frugali menſa, & domo pauperi contenti eſtote, qui ad prædicandum Euangelium pergitis. Et qui incedẽtes ſine pera, calceamentis, &c. Paupertatem eligitis, & terrenorum contemptum docetis, cum in ciuitatem veneritis delitiarum contemptum docete habentes victum, & quibus tegamini his contenti eſtote. Prælati in ſeipſos rigidi eſſe debent, lib. 14. cap. 30. numer. 2. cap. 31. num. 27. Sacerdotes altario ſeruientes, de altario viuant, non luxurientur, lib. 14. cap. 16. num. 21. vſque ad 23. 25. & 26.

IN EODEM FESTO ſecundum morem fratrum Prædicatorum.

Euangelium.

Ego ſum vitis uera, & Pater meus agricola eſt. Ioann. 15.

De re hac adnotauimus multa & feria 6. Dominicæ ſecundæ in Quadrageſima, & Dominica Septima poſt Trinitatem, attendite a falſis Prophetis. vide lib. 12. cap. 2. num. 9. cap. 3. num. 5. lib. 18. ca. 15. num. 28. & 45. Vide etiam Dominica in Septuageſima.

In feſto S. Marci Euangelium Dominicanum.

1 IN ſacra hac lectione Euangelica illud in primis animaduertẽdum eſt, quod totius huius parabolę ſcopus eſt monere Apoſtolos, & in ipſis fideles omnes, ut fructus bonorum operum proferentes perſeuerantes in eo maneant. Sicut enim in naturalibus in ipſo mouemur, & ſumus, ipſe vitam tribuit, & motum, prima cauſa eſt, a qua cuncta pendent in eſſe, & conſeruatione, ſine quo cuncta etiam, quæ natura ſua perpetua ſunt redigerentur in nihilum, ita in eſſe ſpirituali pendemus ab eo, ipſius enim eſt & velle, & perficere pro bona voluntate ſua. Primum monet Dominus iſto ſermone, vt in ſe perſeueranter maneant fide, & dilectione, ſcientes fideles, ita a Chriſto pendere, ſicut palmes a vite, & patrem ita ſe exhibiturum erga fideles, ſicut ſe gerit vinitor erga palmites. Conuenientiſſimeque ſe viti comparat, primum quia in illa apertiſſime animaduertitur, quod erat hoc loco ſignificandum de Deo patre, & fidelibus, eo quod circa vites colendas maior ſit cura, & ſtudium Agricolarum, quam circa alias arbores. Deinde, quia vitis omnia ligna excedit in dulcedine fructus cum alioqui ſit omnium lignorum deſpectiſſimum, vt hinc intelligamus, ipſum etſi mundo deſpectum in Cruce, dulciſſimos nobis protuliſſe fructus, vinum lætificans cor, fideleſque per ipſum fere fructus nõ quoslibet, ſed inſtar vini gratiſſimos Deo patri. Ipſe enim Dominus eſt, qui dicit, Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honeſtatis. Quia vitis Ieſus noſter eſt incomparabiliter excedit omnes ſanctos, quibus confertur, & licet vilis appareret, ut vitis excelſus erat in fructu: Vidimus eũ, & non erat ei aſpectus, neque decor, vnde nec reputauimus eum, ſed re uera liuore eius ſanati ſumus, dũ Samaritanus hic cęleſtis vinum infudit in ara Crucis calcatum, quo curauit deſperata vulnera noſtra, & quia vitis ille erat futurorum temporum fœlicitas hæc fuit, non ut ſederet populus Iudæorum ſub viti ſua, ſed Chriſtianus ſub hac ſacratiſſima vite, a qua mille reciperet bona, non qualia illa erant, quibus potiebatur tempore Salomonis populus Iſrael, de quo ſcriptum eſt. Habitabitque Iuda, & Iſrael abſque timore ullo vniuſcuiuſque ſub vite ſua, & ſub ficu ſua a Dan uſque ad Berſabee, ſed a mari uſque ad mare, & a flumine uſque ad terminos orbis terrarum, fructum dulcedinem, & ſuauitatem huius vitis, quot quot fuerint experti tranquillitate fruentur. Bonis replebuntur, quoniam non eſt vitis illis ſimilis, de quibus ſcriptum eſt, quod decẽ iugera uinearum facient lagunculam vnam, ſed vitis vna electa, quæ orbem repleuerit precioſiſſimo fructu, quo cor cunctorum hominum lætificetur. Non certè vitis, quæ reſpondeat lignis dicentibus, impera nobis, nõ poſſum deſerere vinum meum, quod lætificat Deum, & homines, & inter cætera ligna promoueri, ſed potius, quia vinum protulit in remedium animarum cunctis lignis præſſe deſiderat, vt cunctis benefaciat, vt cuncta illa eius participent dulcedinem, nec flentes dicant, luxit vindemia, infirmata eſt vitis, ingemuerunt omnes, qui lętabantur corde. Clamor erit ſuper vino in plateis, cum ſcilicet defecerit conſolatio, ſed potius calcator vuæ ſolitum celeuma cantabit lætitia inenarrabili plenus, quod vnam repererit ab illa cæleſti vite expreſſam, qua cuncti gaudeant illius maledictionis obliti, quam maximam credidit Michæas, calcabis muſtum, & non bibes vinum. Chriſtus ergo vitis fidelibus, velut palmitibus influit vitam, ſuorumque operum ſanctificationem, & quicquid in hominibus bonum a Chriſto Domino deriuatur in ſanctos, qui totius boni exordium eſt, origo eminens vniuerſis, ſicut vitis cæteris arboribus. Chriſtus omnium bonorum fons, & origo, lib. 2. cap. 13. nume. 32. lib. 3. cap. 9. num. 51. In ipſo enim ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & virtutis, lib. 3. cap. 9. nume. 51. Chriſtus lauauit in vino ſtolam ſuam cum Eccleſiam mundauit ſanguine ſuo, lib. 3. cap. 10. num. 2. Chriſti paſſio facit nos requieſcere ſub ficu, & uite, ibidem num. 30. Chriſtus botrus in ligno, num. 35. 56. 60. & 67. Chriſtus Dominus ſuper omnes creaturas Spiritu ſancto repletus eſt & bonis, lib. 3. cap. 5. num. 11, 20. 23. 30. & 37. cap. 9. num. 3. & 7. cap. 20. num. 5. a Chriſto Domino omne bonum deriuatur in ſanctos, lib. 3. cap. 5. numer. 11. 36. 38. 40. 41. 46. 47. 54. & 83. cap. 7. num. 26. & 27. cap. 8. num. 4. Chriſtus inſtar vitis, qui vilis apparebat foris excelſus erat intus, lib. 3. cap. 5. num. 22. 25. & 30. cap. 7. num. 26. 27. 41. 46. vſque ad 48. cap. 9. num. 13. cap. 10. num. 58. cap. 11. nu. 30. Chriſtum incarnatum deſiderabat ſponſa, quia ibi fructus ſunt conſolationis, & vitæ, lib. 3. cap. 8. num. 17. cap. 9. num. 37. Chriſtus excellit incomparabiliter omnes ſanctos & patres veteris teſtamenti, lib. 3. cap. 9. num. 3. 7. 12. 15. 37. 41. 46. & 51. ca. 20. nu. 5. 20. & 21. Chriſtus varia habet nomina ſecundum varios effectus, quos in hominibus producit, libr. 3. cap. 9. num. 4. 5. 8. 23. 35. 37. 38. 40. & 44. vitem ergo ſe vocat Chriſtus, quia iſta in hyeme & externe nullam quidem ſpeciem habet, nam & hiſpidum & curuum eſt lignum, ſed præſtat omnibus, inter quæ multam pulchritudinem referunt: aliqua vitis vera ſecundum quod inſerti in ea homines, ait Orige. vberrimos afferunt fructus, & exculti a patre agricola pinguedinem vitis veræ ex vnius radicis conſortio aſſumunt. vitis veræ conditiones mihi conueniunt. vera vitis ad diſtinctionem vitis ſpiritualis, cui dicitur. Quomodo conuerſa es in amaritudinẽ vitis aliena? Et alibi, expectaui, vt faceret vuas & fecit labruſcas, ſeu ſpinas, vt alia lectio habet. Itaque verum hic opponitur falſo: mihi debetur nomen vitis, a qua vinum fluit gratiæ meritorum & iuſtitiæ, quo mundus inebriatur calice illo, qui præclarus eſt, cum Iudæorum populo, non tam vitis, quam labruſcæ, & ſpinarum nomen cõueniat. vitis hæc plantata fuit in terra, cum Deus homo factus eſt, palmites protulit, quando Apoſtoli diſcipuli & alij ei adhæſerunt, creſcente autem fidelium multitudine & dilata fide extendit palmites ſuos vſque ad mare & vſque ad flumen propagines eius. Vitis vera producens non vinum, in quo eſt luxuria, ſed germinans virgines. Pater autem agricola eſt, quia filium miſit in mundum, & quia perpetuo operatur & excolit vineam ſuam S. Eccleſiam, nunc fodit, nunc putat, &c. Et ſicut agricola aliud tempus habet putationi deputatum, alio tempore fodit & excolit vineam, alio vindemiat eam, fructum exigit, ita Deus nũc beneficium præſtat, illud eſt enim fodere, beneficijs iuuare vineam, vt fructum porrigat bonorum operum, nunc aduerſa immittens vineam putat, poſtea autem fructum exigit. Vineæ comparatur homo iuſtus, lib. 2. cap. 6. num. 37. lib. 14. cap. 24. nu. 6. & 19. lib. 18. cap. 15. num. 13. 15. & 47. vbi etiam docetur, quod vinea noſtra ſemper putanda eſt, dum viuimus: vineam non habent mali, quia quam plantauit Deus in baptiſmo eradicauerunt, lib. 18. cap. 15. num. 47. iuſti vineæ & arbori recte comparantur, lib. 2. cap. 6. num. 37. lib. 9. cap. 15. num. 30. 31. & 38. iuſti & peccatores lignum dicuntur in ſacris litteris, lib. 12. cap. 3. num. 32. Chriſtiani mali, vt vitis arida ſolo igni apti ſunt, lib. 3. cap. 15. num. 6. 14. & 15. tribulationibus ducit Deus homines ad ſe, lib 2. cap. 11. num. 20. 24. 26. & 28. lib. 6. cap. 10. num. 31. 32. & lib. 9. cap. 15. num. 7. & 8. tribulationibus abundãt iuſti quandiu vita durat, lib. 4. cap. 16. num. 11. lib. 9. cap. 15. num. 1. & 29. de tribulatione non de delitijs auxilium dat Deus, lib. 7. cap. 9. num. 6. tribulationibus carnalis delectatio atteritur, ſed virtutum oſſa pateſiunt, lib. 17. cap. 2. num. 25. vſque ad 28. tribulationes iuſtorum torcularia ſunt, in quibus vinum fluit, lib. 17. cap. 4. num. 18. & 19. tribulationibus ſæpe carent impij, ſicut oliuæ, & vuæ, dum pendent in arbore, quæ non exprimũtur, ibidem. tribulationibus quibus in conſpectu hominũ deijcitur iuſtus non terretur, ſed proficit, ibi. nu. 23. fructum autem profert vinea, cũ recte homo operatur, qui enim recte non operatur audit, ficus non florebit, & non erit germen in vineis, lib. 6. cap. 3. nu. 8. Qui autem fidem habet ſine operibus recte ficulneę comparatur, quæ maledictione Domini aruit, ibid. nu. 2. & 25. Dum autem patrem ſuum agricolam vocauit Ieſus, ipſius eximiam dilectionem ſignificauit. Agricola enim nulli parcit labori amore tractus fructus percipiendi. Alacriter fert cuncta in ſpe fructus percipiẽdi, niuium & imbrium incommoda patitur in hyeme, in eſtate ardentiſsimis ſolis radijs vrgetur, cuncta vileſcunt ei, dum modo quod deſiderat conſequatur. Et quidem agricola in fructu propriam vtilitatem contemplatur, delectationi propriæ intentus eſt, non quærit fructum, vt ille pendeat in vinea, illo perficiatur, & ornetur, ſed vt vuis & vino potiatur, vt diteſcat, at Deus nullam vtilitatem ſuam in hominum, aut Angelorum recta operatione valet conſiderare, qui bonorum noſtrorum non indiget, qui Deus noſter: ſicut enim nec illi nocet impietas tua, ſed tibi eam operanti, ita nec illi pietas tua vtilis eſt, ſed tibi & tamen tanta animi propenſione fertur, & dicit, Mane egrediatur in campum, videamus ſi vinea noſtra floruit, ſi flores fructus parturiunt, vt ibi vbera deſideret ſponſæ fructu vinearum delectatus, cuius nimio amore fertur, mandatorum obſeruantiam ita ardentiſsime poſtulat, ac ſi in ipſius illa cederent vtilitatem. Sicut enim amorem ineffabilem explicat, cum incommoda noſtra & labores noſtros, & tribulationem noſtram vocat ſuam, lib. 1. cap. 6. num. 6. vſque ad 8. 15. & 25. ita etiam amor ardens eſt in cauſa, vt profectus noſtros vocet ſuos, ibid. nu. 21. amor Dei ingens oſtenditur, dum delicta noſtra ſua vocauit, lib. 4. ca. 7. nu. 22. amor Dei ſummus, dum flagellũ, quod ſuper peccatores veniet, ſuper ſe venturũ dicit, li. 4. cap. 12. nu. 5. mandata miſericordia Dei ponuntur ante faciẽ peccatoris, vt ea impleat, lib. 11. ca. 2. nu. 14. mandatis Dei obedire iubet ipſe, quia

Ecclęſ. 24.

Eſa. 53.

Eſai.

3. Reg. 4.

Hom. 3. in Hiere.

Auguſt. Hiere. 2. Eſai. 5.

Iudic. 9.

Eſa. 24.

Hiere. 48

Mich. 6.

Pſal. 79.

Zach. 9.

quia nobis prosunt non illi, lib. 11. cap. 3. nu. 28. cap. 4. num. 2. Considerandum etiam est quod homines, & vineæ, & palmitibus comparantur in Euangelio. vineæ dum parabolam proposuit Christus in qua paterfamilias operarios conduxit, vt irent in vineam suam, quam Dominus plantauerat, cuius vineæ vnusquisque nostrum pars est & vitis. Sicut enim hæc si eam partem spectes, quæ terræ proxima est decore caret, nec fructum reddit omni viriditate destituta, quæ oculos intuentium offendit nulli vsui apta videtur, & tamen eadem in parte superiori pulchritudine palmitum, florum, foliorum, & fructuum ornatur, cuius odor tam est gratus vt serpentes fuget animos hominum recreet, ita Christiani homines, qui hoc nomine digni sunt, qua parte terrã contingunt, esuriunt, sitiunt, nudi sunt, colaphis cæduntur, tanquam mundi purgamenta reputantur, contemptibiles sunt mundi, & licet eorum dignus non sit mundus pellibus caprinis induti in montibus & in cauernis instar ferarum, quondam latitabant, & modo contemnuntur sed tamen in parte interiori licet is, qui foris est homo externus laboribus, ieiunijs, &c. attritus corrũpatur, tamen is qui intus est Domini præsentia renouatur de die in diem, conuersatio illorum in cœlestis est, bonus odor Christi sunt in omni loco, in carne ambulantes, non secundum carnem militant. Et sicut in parte superiori vitis nascuntur gẽmæ, ex gẽmis folia, flores, qui proficiunt in vuas & ex eis confluit vinum, ita in corde viri iusti recti cogitatus gẽmæ sunt, hinc sancta pullulant desideria floribus similia, hinc oriuntur bonorum operum fructus, a quibus vinum oritur lætificans cor hominis, quando gaudio spirituali, quod in testimonio bonæ cõscientiæ consistit lætificatur homo. Comparantur etiam iusti vineæ, quæ tempore hyemis nihil habet viriditatis, quo tẽpore si quis ignorans conditionem huius plantæ eam cerneret miraretur multum, quod terram fructibus ferendis habilem occuparet, amplius autem, si multos uideret homines anxia solicitudine in ea excolenda occupatos, neutrum autem horum admiratur, qui scit & plantæ virtutem, & quod conuenientissimum sit, quod tempore hyemis & imbrium & niuium non producat gẽmas, sed illam conseruet apparentem ariditatem vsque ad tempus veris, quando absque periculo fructus gratissimos dabit, ita iusti in hac vita cunctis videntur despicabiles, habiti in derisum & in similitudinem improperij, vitam, qua in excolenda vinea occupantur, existimant insaniam ignorantes, quod tempore veris computabuntur inter sanctos, & audient, veni sponsa Christi columba mea & formosa, quæ antea deformis mũdanis videbaris, iã enim nyems transijt, &c. flores apparuerunt in terra nostra, tunc enim absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, &c. Iusti in hac vita captiui sunt, & peregrini, lib. 1. cap.

Sapien. 5.

Glory so. 17.

10. num. 4. libr. 3. cap. 17. num. 6. libr. 9. cap. 14. num. 1. vsque ad 4. 6. vsque ad 8. 12. 14. & 15. cap. 18. num. 4. iusti conscientia secura quasi iuge conuiuium est, lib. 3. cap. 24. numer. 13. que ad 17. iustos in interiori homine non relinquit Deus bene autem in exteriori, lib. 4. cap. 20. nu. 3. iusti palmæ comparantur, quia in summis virescunt, & robusti fiunt, mali autem alijs arbustis, lib. 9. cap. 23. num. 17. & 18. sancti honoribus, & diuitijs abundantes tristes sunt, &c. lib. 17. cap. 6. num. 12. virtutis varij sunt gradus, lib. 18. cap. 9. num. 2. & 3. 6. vsque ad 9. virtus quatuor gradus habet, quibus distinguitur omnium electorum profectus, lib. 18. cap. 12. num. 24. bona sua in hac vita iniusti habere desiderant, iusti autem in futura, lib. 2. cap. 17. num. 20. vsque ad 23. cap. 19. num. 6. vsque ad 8. 15. vsque ad 19. 22. vsque ad 25. cap. 20. num. 11. vsque ad 14. lib. 4. cap. 41. num. 11. libr. 9. cap. 14. num. 13. Ijdem qui vineæ dicuntur vocantur modo vnius vitis palmites, cum dicitur, omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Hinc discendum est, quosdam esse in Christo velut inutila sarmenta, nihilq. prodesse homini, quod sit in Christo nisi in ipso fructum proferat Christo, & Christiano dignum, vt enim dicebamus in exordio, fides non sufficit nisi adsint opera, qui autem fidem habent sine operibus aliquando quidem in vita tolluntur, cum a fide excidunt: fides enim aliquando amittitur, quia operibus carens otiosa est, lib. 6. cap. 3. nu. 2. 9. vsque ad 11. 27. & 28. aliquando vero fides conseruatur. Sed in morte inutiles palmites amputantur. Ex posteriori etiam sententia discendum, etiam eos qui in Christo sunt frugiferi, indigere vlterius purgatione a Deo perficienda. Semper enim iusti quandiu sunt in hac vita habent aliquid superfluũ, quod resecetur: iusti numquam sunt in vita perfecti simpliciter, lib. 1. cap. 25. num. 7. lib. 6. cap. 16. num. 31. libr. 3. cap. 19. num. 26. vsque ad 28. lib. 9. cap. 12. num. 2. vsque ad 9. 11. & 12. lib. 14. cap. 9 num. 5. & 6. cap. 18. num. 2. lib. 16. cap. 9. num. 12. iusti hanc vitam multis imperfectionibus transigunt, lib. 7. cap. 4. num. 17. vsque ad 19. virtus hic non est perfecta, sed in cœlo lib. 2. cap. 4. num. 28. & 29. cap. 5. num. 29. 30. 40. 41. lib. 3. cap. 1. num. 49. lib. 18. cap. 8. numer. 2. vsque ad 4. 6. 15. & 17. cap. 17. num. 25. Purgat autem eos Deus velut falce, superflua resecans, dum sine interiori suo afflatu, siue externis afflictionibus eos agitando tollit radices malarum cupiditatum & affectuum, & commissis mundat peccatis. Qua purgatione fit, vt Deo proferant, plus virtutum, sibiq. maiorem meritorum colligant cumulum. Necessarius ergo vinitor, qui infructuosos palmites amputet, fructuosos purget. Christus enim non qualemcumque desiderat habere Ecclesiam, sed sanctam & frugiferam. Non syluam, sed vineam, non quærit multos palmites, sed frugiferos, qui clamat

Iansenius

Esai. mat patri, multiplicasti gentem, sed non magnificasti lætitiam. Quod si nullus in vinea sua inutilia sarmenta derelinquit, minus multo spinas & noxias herbas, Christus autem vtrumque tollerat, donec veniat & purget aream suam. Quod si palmitem non ferentem fructum iustitiæ tollet, quid obsecro fiet, si adulteris blasphemis furtis pessimos malorum operum fructus dãt? Si qui bonum non faciunt castigãtur rigide, qua pœna digni sunt, qui mala perpetrare non desistunt: virtus Deo non placet, dum mala opera non deseruntur, lib. 18. cap. 10. num. 6. vsque ad 10. 16. vsque ad 18. 20. vsque ad 22. 24. & 26. Ad virtutem non sufficit malum non facere, ibi. num. 11. 12. 14. 16. 19. vsque ad 21. & 26. cap. 12. num. 11. vitis quidem omnibus sarmentis virtutem communicare potest, sed non omnia illam recipiũt & conseruant. Multi enim Christianorum paganos turpitudine vincũt. Hi quomodo Christiani dicendi sunt & supremæ huius vitis palmites? Hi sunt de quibus legimus, post multa patrata scelera, quod

Ezec. 8. applicant ramum ad nares suas. Ex ramo enim per nares nihil aliud, quam leuis odor ingreditur, tota vero rami substantia exterius remanet ex varijs floribus sine fructibus recte compositus. In quibus verbis mortuam fidem propheta depingit. In Christianis sceleratis tota Christianitatis substantia, quasi ramus ex floribus, & non fructibus compositus exterius ostenditur. Si quid enim boni forte repereris in verbis, illud ex externis cæremonijs vanum est, cum re vera nulla sit virtus. virtus tunc probata est, quando actus interni & externi coniunguntur, lib. 18. cap. 10 nu. 33. & 34. Horum summa infelicitas est, quod tollat eos Deus & a se proijciat, quod

Genes. 14. impius Cain pro magno malo dicebat. Ecce eijcis me a facie tua, quicũque inuenerit me occidet me. Auertente te faciẽ turbabuntur. de re hac, vide lib. 4. cap. 19. per totum, quod Dei præsentia ingentia producat in anima bona, absentia autem ingentia mala. Christiani maleuinentes indigni sunt, hoc nomine & grauius puniendi, quam alij, lib. 3. cap. 15. num. 1. vsque ad finem capitis, cap. 16. num. 11. & 12. lib. 18. cap. 11. numer. 25. sancti autem, vt vberiores producant fructus putantur. Quid obsecro lacus Leonis Danieli præstitit, & Babylonica fornax pueris, serra Esaiæ, lapides Hieremiæ? certe putabantur hi, vt maiores darent fructus, cum virtus in infirmitate perficiebatur. Si te amputat vitem non tollit, vt in ignem mittat, sed vt præstantiores exhibeas fructus, vnde labores consolari homines iustos debent, quibus putantur, vt meliores sint, in hoc enim mundo corripimur, ne cum hoc mundo damnemur, lib. 6. cap. 9. num. 20. & 21. labores eligebant sancti non delitias, lib. 9. cap. 15. num. 11. 15. & 19. 35. & 36.

6 Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus vobis, id est, per doctrinam meam Euangelicam, quæ animos vestros ad veræ pietatis studium inflammauit a mundi vos separans fœditate. Verbum Dei est, quo pater mundanos amputauit affectus. vnde curate perseueranter inhærere mihi. Ideo subdit manete in me & curate, vt ego etiam maneam in vobis, vocauerat eos mundos, & aduertit, quod licet mundi essent, non consecuti fuissent impeccabilitatem, sed subiecti essent lapsui, & q.d. Qui stat videat ne ca- *1. Cor. 10.*
dat, dicit manete in dilectione mea, vt enim *Rom. 9.*
oleastrum in bonam oliuam mutati participes pinguedinis Christi effecti fuerãt, sed altum sapere non debebant, qui iterum possent in Oleastari amaritudinem venire, & ego in vobis, non vos derelinquam nisi derelictus, sed si in me non manseritis, audietis, quod *2. Reg. 15.*
quondam sauli dictum est. Quia proiecisti sermonem, &c. proiecit te Dominus ne sis rex. Manet Christus in his per gratiam, per diligentem custodiam, & per singularẽ prouidentiam. In his etiam verbis vos mundi estis, docet quales Deus velit ministros suos esse, scilicet mundos. Verbum Dei quatuor fluminibus paradisi comparatur, lib. 5. cap. 3. num. 11. lib. 18. cap. 2. num. 27. & 28. verbum Dei fons est, lib. 16. cap. 10. num. 36. verbum Dei cultus est, omnem eradens immũditiam, lib. 18. cap. 2. nu. 3. verbum Dei herba Borith est, datum ad abluendas sordes cordis, ibid. num. 7. verba Dei aquæ sunt quas vidit Ezechiel egredi de templo, ibid. num. 22. vsque ad 25. & 37. Iusti securi non sunt quandiu viuũt, lib. 4. cap. 17. num. 5. 6. 10. 12. 14. 15. 18. 21. & 22. cap. 31. num. 41. & 43. lib. 7. cap. 3. num. 17. iusti curent, vt in bono cœpto perseuerent semper, lib. 16. cap. 7. num. 6. iusti conscientia munda & bonis operibus ornata lectulus est floridus sponsi, lib. 14. cap. 22. num. 55. Deo proprium est misereri, si autem condemnat homo ad id cogit, lib. 4. cap. 9. nu. 14. 16. & 17. cap. 11. num. 9. cap. 12. num. 1. 3. vsque ad 5. & 10. de prouidentia Dei maxime erga iustos differitur lib. 4. cap. 3. per totum.

Sicut palmes non potest ferre fructum a 7
semetipso, nisi in me manseritis. ait Auguſt. *Tract. 81. in Ioa. & Orig. hom. 5. in Ezec.*
ligna vitis tanto sunt contemptibiliora, si in vite non manserint, quanto gloriosiora si manserint, si cut de his dicit Dominus per E- *Ezec. 15.*
zechielem, quod præcisa nulli vsui sunt apta. vnum de duobus palmiti conuenit, vt sit in uite aut in igne. Sine Deo enim nihil possumus facere. Absque Dei enim ductu opera nostra non conducunt sine spiritu & luce Diuina, quibus deficientibus terra nostra est *Genes. 1.*
inanis, & vacua: inanis quia opera nostra inutilia sunt uacua, quia nullum fructum habent homines in his, in quibus peccato iam *Exod. 32.*
cõmisso, erubescũt. Sic in Exod. videtes quod Moyses detineretur in mõte dixerũt Iudei ad Aaron, fac nobis deos, qui nos præcedãt. Habebant isti ducem hominem, sed hoc non cõtenti deos volunt & petunt. Qua in re licet pessimi nos admonent, vt nihil sine Deo faciamus, ipsumq. precemur, vt nos dirigat & ducat. Et quãdo indignato Domino adorato *Exod. 33.*

vitulo

virtute non præcedam vos dixit, sed Angelus, vt audiuit populus sermonem hûc pessimum luxit, & nullus rex more indutus est cultu suo. Licet dixisset Dominus non ascensurum ne forte cogentibus peccatis dispergeret eos in via, qui tenebris idololatriæ obscuratum habebant intellectum, lugent acrem comminationem Domini, nec quiescunt donec audiant, semel ascendam in medio tui, & delebo te. Dixitq. Moyses, si non tu ipse præcedas ne educas nos de loco isto. Progressi cũ numerati essent sexcenta tria millia virorum quingenti quinquaginta, qui poterant ad bella procedere non audebant cum Chananæis congredi nisi Deum haberent adiutorem, & propitium. Vnde in Esa. grauiter indignatus est Dominus contra populum, eo quod facerent consilium, & non ex ipso & ordirentur telam, & non per spiritum eius, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & in vmbra Aegypti. Et infra cum diceret Dominus in spe (sui videlicet) erit fortitudo vestra; noluistis & dixistis. Nequaquã, sed ad equos fugiemus: ideo fugietis. Et super veloces ascẽdemus, iõ velociores erũt qui persequẽtur vos, &c. donec relinquamini, quasi malus nauis in vertice mõtis, & quasi signũ super collẽ. Nõ recordabãtur, quæ dixerat regius uates. Nec enim in gladio suo possederunt terram, sed dextera tua, & brachium tuum. sperandum est in Deo, & sperandus est Deus, vt nihil speres, nisi ab eo, nil quæras nisi eum, lib. 16. cap. 11. num. 27. sperandum est in Deo non in aliqua alia re temporali, lib. 2, cap. 15. num. 48. & 49. cap. 16. num. 37. vsque ad 42. cap. 19. num. 7. & 12. lib. 4. cap. 16 num. 2. 3. & 12. cap. 28. num. 11. lib. 16. cap. 11. num. 3. 5. vsque ad 9. 13. 15. 19. 22. 24. vsque ad 28.

Num. 1.

Esai. 30.

Psal. 43.

Qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum, ero quasi ros Israel, germinabit vt lilium ex me fructus eius inuentus est in Hiere. Benedictus qui confidit in Domino, &c. & erit tanquam lignum.

8

Osee. 14.

Hier. 17.

Si quis in me non manserit mittetur foras, sicut palmes & arescet, &c. & ardet, cũ superius ad manendum in se induxisset & negatione fructus in non manentibus, & promissione fructus in manentibus, efficatius nunc duplici ratione ad idem vtitur, ostendendo, & mala quæ obueniunt non manentibus, & bona quæ consequentur manẽtes, vt si quem nõ moueat negatus, & promissus fructus, hunc moueant, aut malorum comminationes, aut bonorum promissiones. Mala quæ comminatur, hæc sunt, quod eijcientur foras, & electi arescent, aridi autem facti non negligentur, sed colligentur ab his quorum manus non poterunt effugere, collecti mittentur in ignem, & missi ardebunt. Vide verbo infernus: Alligantur fasciculi ad comburendum, lib. 9. cap. 3. num. 14. & 19. de igne vehementissimo, ibi. num. 5. 6. 10. 13. & 20. Sic Esaias, colligentur colligatione fascis & mittentur in carcerem, Christianorum mentes vinciantur modo, ne ligati post mittantur in

Esai. 24.

infernum, lib. 11. cap. 7. num. 5. & 6. Promissio autem manentium in ipso hæc est, quod dabit eis quæcumq. petierint. Primo quia tales non petunt, nisi quæ Deo placent, & quia tales, cum sint Deo grati non possunt ab eo pati repulsam, hoc consequemini, si verba mea in vobis manserint, id est, si memores fueritis præceptorum meorum ad faciẽdum ea, vide verbo, oratio.

Genes. 24.

IN FESTO S. PETRI Martyris ordinis Prædicatorum.

Euangelium.

Siquis vult post me venire abneget semetipsum. Luc. 9.

Circa expositionem huius Euangelij, vide lib. 2. cap. 16. num. 1. vsque ad 4. lib. 3. cap. 1. num. 1. vsque ad finem capitis de mortificanda carne maxime, num. 25. cap. 11. nu. 24. & 25. lib. 11. cap. 12. nu. 5. & 6. lib. 14. cap. 22. num. 34. lib. 15. cap. 6. num. 12. lib. 18. cap. 2. num. 46. cap. 12. nu. 9. cap. 15. num. 4. 9. 11. 12. 21. & 49. Martyrum laudes, lib. 11. ca. 7.

1 S. Petri martyris.

CVM primum in Ecclesia doctrinam Euãgelicam Dominus seminauit, qua illuminati homines salutem consequerentur, continuo inimicus homo superseminauit zizania, obscurareq. lucem & infundere tenebras ingenti sollicitudine curauit talisq. fuit potentissimi inimici adhibita diligẽtia, vt viuentibus Apostolis pestilentissimæ hæreses pullularent, immo quod diaconibus aliquibus, qui primum electi sũt ab Apostolis pleni Spiritu sancto, vt viduarum & pauperum curã gererent velut instrumentis vsus est, vt Ecclesiam hæresibus macularet. A Nicolao enim Diacono Nicolaitarum error cepit, Ebionis & Cherinthi & aliorum hæreses ab Apostolis sunt confutatæ, a Ioanne Euangelista, Petro, Paulo. Occisis Apostolis aut vita functis, hæreses creuerũt, Fidei veritas cepit periclitari inter Græcos & Latinos. Adfuit Arrius qui totam pene Ecclesiam funditus deiecit, Vigilantius, Marcion, Manichæus, Pelagius. Quibus irremediabilibus malis vt prouidere tur, sanctos patres dedit Deus, qui concionibus disputationibus & interdum scriptis errores fugarent, Arrio oppositi Hilarium, Athanasium, &c. Vigilantio, Iouiniano, Ioanni cuidam Hierosolymitano, eruditissimum Hieronymum, Manichæo Pellagio Fortunato, lumen Ecclesiæ Augustinum, Pellagio & Tendio in Hispania Illefonsum Toletanum Archiepiscopum, hæresi arrianorum maxime vigenti inter Hispanos reges Gothos, Isidorum, Leandrum, &c. Cum autem & antiqua Manichæorum hæresis serperet in Italia, Albi-

Albigensiumq. errores, ibidem, & in Francia vehementer pullularent tempore B. Patris nostri Dominici congregato Concilio Lateranensi primo, ipse sanctus Pater ab innocentio tertio directus est, vt inquisitoris officium exequeretur, ordinemq. integrum Spiritu sancto mouente ad id muneris delegaret, vt viri essent in Ecclesia, qui sana doctrina & spiritu Dei viui agitati hæreticos reuincerent hæresibusq. extirpandis validissimum murum se opponerent, vbi turris esset Dauid, a qua mille penderẽt clypei omnis armatura fortium, vt induti loricã fidei possent in se & in fratribus omnia tela nequissimi ignea extinguere. Qua ratione antequã Summi Pont. glorioſum nomen dedisset huic sacræ congregationi, vt ordo vocaretur Prædicatorum huic ministerio consecratus, ordo dictus est veritatis. Illustre certe nomen non arrogantia fratrum vsurpatum, nec a B. Patre Dominico humili & sanctissimo impositum, sed voce populi, quæ vox Dei est accommodatum, dum cerneret patrem & filios in hæresibus extirpandis totos occupatos, in gladijs & telis verbi Dei ignitis, & Comitis Simonis de Monfort coacto exercitu intrepide innumeram hostium & hæreticorũ multitudinem profligauerunt. Fides armatura grandis est, in qua inimici tela sunt recipienda, lib. 2. cap. 7. nu. 21. & 22. cum enim ab Ecclesia egressi hæretici pugnent contra illam, lib. 4. cap. 33. num. 3. lib. 8. cap. 1. nu. 1. & 3. ab illa electi prædicatores ad conuincendos hos & persequendos dati sunt. Et quia hæreticorum conuenticula cauernæ sunt, in quibus latent vulpes demolientes vineas, lib. 8. cap. 1. nu. 3. 13. 18. & 22. lupiq. sunt rapaces, ibidem num. 4. ideo in figura catuli præuisus est Dominicus qui nasciturus erat, vt lupos arceceret a gregibus vulpinamq. hæreticorum simulationem proderet & perderet, & cũ spinis recte compararentur hæretici, accẽsam ore faculam bauilantem visus est, vt eorum consummatio esset in combustionem, quia in Ecclesia positi terræ instar sæpe venientẽ imbrem recipientes, cum fructus dare debuissent, tribulos & spinas germinarunt, quo maledictionem receperunt, lib. 8. cap. 1. num. 4. & anathematis maledictionem & ignem sunt promeriti, qui vt resipiscerent Ecclesiã monentem audire contempserunt, ibid. nu. 9. Et quia proprium semper fuit hæreticorũ verba Dei furari testimonijs scripturarũ abutẽtes, ibi. num. 11. Dominicus datus est orbi, vt ordinem instituret & audiret spiritus meus, qui est in te & verba mea quę posui in ore tuo non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, dicit Dominus amodo, & vsque in sempiternum, & quia hæretici male intelligentes scripturas facti sunt quasi arcus dolosus, ibid. nu. 13. Dominicus legem veritatis habuit in ore, & iniquitas non est inuenta in labijs eius, vt ille cum suis multos auerterent ab iniquitate hæresim abnegantes. Et tandẽ quia hæretici nubes sunt tenebrosæ tenebrosam ba-

Cant.

Hebr. 6.

Esai. 59.

Mala.

iulantes aquam falsæ doctrinæ, lib. 18. cap. 2. nu. 13. quorũ aquæ amaræ sunt & cœnosæ, ibi. nu. 23. cap. 3. nu. 10. & quia eorũ dogmata venæ sunt mortis, quas verbũ Dei siccat, lib. 18. cap. 2. num. 26. & 40. in paradiso ordinis prædicatorũ fluuius Dorix veræ lucidæq. doctrinæ positus est, vt homines fontem & venas aquarum viuentium quærerent, nec foderent cisternas dissipatas in quibus mortiferæ essent aquæ. Et quia hæreses tẽpore Apostolorum seminatæ fuerunt, & postea germinauerunt & tandẽ maturauerunt, lib. 8. ca. 1. nu. 6. ideo omni tempore sanctissimi sapientissimi viri dati sunt, qui huic malo se opponerent, locoq. patrum nati sunt filij, vt principes cõstituerentur super omnem terram ad debellandos hostes, & ita moribundus Dominicus hoc ministerium fratribus delegauit, prædicatoribus quidẽ vt sane doctrinæ armis hæreticos ad sanam mentem reducerent, fratribus autem tertij ordinis, qui de militia Iesu Christi dicebantur, instar ordinum militiarum dati, vt armis debellarent & perderent, quos illi armis verbi Dei reducere non potuissent. Et sicut cum Paulus Romæ in carcere detineretur a Nerone instantem cernẽs mortem ad Timotheum scripsit, vt prædicaret verbum, & instaret opportune, & importune arguens obsecrans & increpãs, quia cerneret instare tempus, in quo homines sanam doctrinam non admitterent, sed magistros desiderarent prurientes auribus, quia a veritate auditum auerterant, vt tantis circundantibus malis vigilaret Timotheus, vigilaret in omnibus opus perficiens Euangelistæ, ministerium ad quod fuerat delegatus expleret. Ad hæc omnia subeunda munera tam diligenter hortor, inquit Paulus, quia ego iam delibor tempusq. meæ resolutionis instat, vnde necesse est, vt me discedente loco mei substituaris, quod & fecit S. Timotheus, qui in defensionem fidei mortuus est. Ita cum cerneret sanctus pater Dominicus moriens Bononiæ tantam hæresum multitudinem vigẽtem, filios suos Paulino certe spiritu ad hoc munus subeundum exhortatus est, quod filij gratanter acceperunt, qui ad varias orbis partes a sancto Pontifice Gregorio IX. destinati sunt. Frater Pontius in Hispaniam directus inquisitoris officium exercens apud Vigerium Cathaloniæ vrbem martyrio coronatus est, vbi miraculis quam pluribus radiat, Frater Nicolaus de Vngria inquisitor pelle detracta instar Apostoli Bartholomæi interemptus est, Frater Ioannes Vngarus inquisitor lapidationis sententiam tulit, & post modum decollatus est, Frater Bartholomæus Pauon, & frater Antonius Pauon officio fungentes inquisitorum trucidati sunt, Frater Conradus Germaniæ primus inquisitor directus ab eodem Gregorio IX. anno 1228. martyrio coronatus est. In Auinione ciuitate Galliæ frater Garsias de Oria, Frater Bernardus de Penna forte, & frater Guillermus Arnaldo inquisitoris officium exercentes vi-

2. Tim. 4.

tæ co-

tæ coronam sunt adepti, a quo tempore vsque ad nostra fere tempora munus inquisitionis a sancta sede ordini demandatum est prædicatorum, in quo permansit quousque iustis de causis frater Garsias a Loaisa ordinis Generalis magister huic priuilegio & honori cessit, quod per trecentos & amplius annos fuerat in ordine conseruatum, cuius occasione ducenti & octoginta religiosi interfecti sunt, vel inquisitorum onus exercentes, vel adiuuantes ante nostra tempora, multiq. alij nostris temporibus, inter quos 23. die Nouembris anni 1591. in Germania interfectus est frater Iacobus Faber lector Louanensis, tribus continuis diebus exquisitissimis tormentis ab hæreticis laniatus. Parisiorum ciuitate his diebus ab hæreticis circundata occisus est frater Nicolaus de Monte, qui primariam cathedram, in inclyta illa vniuersitate fuerat moderatus vna cum fratre Petro Turpin, qui in die omnium sanctorum eorum consortio sunt addicti, frater Eduardus de Borgom prior sancti Iacobi Parisiensis, post innumera supplicia perpessa ad caudas quatuor indomitorum equorum ligatus, vt quõdam Hippolytus, in quatuor partes est partitus, Frater Ioannes Brasin ab hæreticis suspensus interijt, Frater Robertus Culbanus sagittis confixus, & frater Ioannes Rey nouissimis his diebus martyrium celebrarunt, quorum mortes preciosas referentes acta capituli Generalis Venetijs celebrati anno superiori, addunt multi alij in varijs prouincijs fratres per manus hæreticorum ad cælum transmissi sunt, quorum nomina scripta sunt in libro vitæ, quæ nondũ ad notitiam nostram peruenerunt. De re hac disserit elegantissime sapientissimus magister frater Ferdinandus de Castillo regius concionator ordinis prædicatorum, præclarum nostrorum temporum ornamentum, qui sanctæ generalis inquisitionis a sacris consilijs officium Matriti gerens varijs morbis attritus, hoc anno 1593. in pace quieuit, is libro 1. historiæ ordinis, cap. 63. narrat martyres ordinis, qui post felicissimum transitum B. Patris Dominici gloriose occubuerunt, & lib 2. ca. 12. refert qui sint a Gregorio IX. inquisitores in varias orbis partes directi, qui gloriose hoc officio functi sunt, nec labori, nec vitæ parcentes. Inter hos principem locum obtinet S. Petrus martyr Veronensis, qui in infantia sanctus infans hæreticorum dogmata validissime impugnabat, si non rationibus, Spiritus sancti afflatu, vnde cum semel a scholis reuersus a patruo manichæo interrogaretur, quid a magistro didicesit Spiritu sancto eius linguam mouente, confessus est Deum visibilium & inuisibilium esse conditorẽ, quod execrandis Manichæorũ dogmatibus maxime aduersum erat, nec multis rationibus auunculi adduci potuit, vt veritatẽ quam didicerat constanter non confiteretur. Quare motus ille est, vt patri suaderet ne illum ad scholam mitteret prophetans, vt alter Caiphas, quod ad maiorem ætatem perueniens hæreticorum futurus esset gladius. Cumq. a B. Patre Dominico ordinis habitum recepisset, sancti vestigia secutus est ad officium inquisitionis electus ab Innocentio Papa IV. a quo sanctorum catalogo est ascriptus, qui zelum patris hæreditario possedit iure, sicut enim ille sitiebat martyrium ardentissime pro fide mortem subire instantissime efflagitabat, ab hæreticis persecutiones & iniurias multas perpessus est, ita & hic instantissimis precibus Dominum precabatur, vt pro fide mortem pateretur. vnde interrogatus semel a socio, cui orationi magis esset affectus, & quam crebrius reciraret. Respondit tunc cælestes experior consolationes, cum sacrum peragens in eleuatione hostiæ & calicis Domini, qua possum animi propensione postulo a Deo ne in lectulo moriar morbo grauatus, sed ob causam fidei ab hæreticis peremptus. Vnde cum semel dominica in ramis Palmarum Mediolani ad populum verba faceret paucis diebus antequam occideretur dixit audientibus cunctis, qui aderant. Ego scio hæreticorum conciliabula, & quod pecunia data pro precio quæror ad mortem, sed stulte certe cogitant, quod me trucidato manus meas effugient, nec ita eueniet, sed mortuus cum fuero maius aduersus illos excitabo bellum. Quod & factum est: nam & hæresiarchæ hæresim abiurarunt, multiq. ad fidem cõuersi sunt, paucis latrãtibus confusis. Cum Mathathias mala cerneret, quæ in populo Iudæorum acciderant hostium cru delitate, multis doloribus affectus clamauit. Qui zelum habet legis exeat post me. Tunc descenderunt multi quærentes iudiciũ, mortiq. proximus, cum filios exhortaretur dixit. Et Iudas Machabæus fortis viribus a iuuentute sua sit vobis princeps militiæ, & ipse aget bellum populi. Quo defuncto surrexit Iudas filius eius pro eo, & adiuuabant eum omnes fratres eius, & vniuersi qui se coniunxerant patri eius, & pręliabantur pręlium Israel cum lætitia. Et dilatauit gloriam populo suo, & induit se loricam sicut gigas, & succinxit se arma bellica sua, & protegebat castra gladio suo, similis factus est leoni in operibus suis. Et omnes operarij iniquitatis conturbati sunt, & directa est salus in manu eius. Et nominatus est vsque in nouissimum terræ, & in sæculum memoria eius in benedictione. Sic B. Dominicus, vt alibi dicebamus zelum eximium habens legis, congregauit religiosos viros, qui animas pro testamento patrum darent zelo agitati legis, illo autem vita functo inter præclaros ordinis viros S. Petrus fortis viribus a iuuẽtute sua, quia (vt aiebam) puerulus hæreticos confundere cępit Spiritus sancti ope non literis, & ideo princeps militiæ effectus est aduersus Manichæos, qui bonam Italiæ partem deuastauerant, quo duce multæ sunt contra hostes victoriæ reportatæ. Defuncto patre suo Dominico surrexit ille pro eo officium gerẽs inqui-

1. Mach. 2. & 3.

In festo S. Thomæ.

inquisitoris ab Innocentio commissum, sicut eius pater acceperat a Gregorio, quem adiuuarunt fratres eius per totam Italiam concionibus disputationibus, & orationibus, licet ille munus inquisitoris solus Mediolani diligentissime exequeretur, tamen omnes pręliabantur pręlium sancti Israel Christi Domini. Dilatauit gloriam populo suo, dum Dominicanam familiam illius sanguine magnificatam inclytam fecit, armis bellicis succinctus, hoc est sacrarum litterarum eximia cognitione, ardentissimo dilatandæ fidei zelo, varia lectione assiduis feruentissimisq. orationibus potenter debellabat hostes, protegens castra gladio suo, ne hæretici populo nocerent, similis factus leoni, qui & lacerabat hostes & protegebat inermes, ac pusillos fratres, ita vt in eius manu dirigeretur salus, operarijs iniquitatis conturbatis, ideo & tunc nomen acceperat gloriosum vsque in nouissimum, nec id solum, sed vsque in sæculum memoria illius, cum benedictione est, dum multis benedictionibus dignus sanctus inquisitor, & martyr iudicatus celebris perpetuo erit. Digni laude sunt omnes, qui Mathathiæ adhærentes animas dederunt in defensionem legis eligentes mortem potius, quam partici pes effici coinquinationis, qualis Eleazarus senex fuit, qui dum comedere recusauit carnes suillas interemptus est, sicut & septem fratres varijs cruciatibus necati simul cum Machabæa matre, sed Iudæ laudes communes quidem in hoc fuere cum alijs, quod propter obseruantiam legis multis laboribus fuit subditus, maiores autem promeritus est, qui princeps factus belli a potentissimis hostibus fratres tuebatur, ita certe omnium martyrum, quibus datum est, vt pro Christo patiantur, memoria cum laude est, eo quod mortem prætuleruut contemptibili vitæ, sed B. Petri inter innumeros martyres hoc celebre pręconium est, non quod occisus fuit, dum legem violare recusauit, sed quod dux in bello timidos & periclitantes fratres ab hostibus tutatus est, truculenter vulneratus, non quia principum decretis non obediebat, non quia iura temporalia Ecclesiæ tutabatur, sed quia dux intrepidus omni periculo posthabito fidem defensabat Catholicam. martyres Dei feliciter sunt infelices, libr. 7. capit. 3. numer. 11. Martyres omnia dederunt prudentissime, vt animam seruarent, lib. 11. capit. 7. numer. 1. & 2. Martyres thesaurum habentes in vasis fictilibus, vasculis fractis per mortem, gloriæ eorum fulgor emicuit, ibidem numer. 7. martyres sancti ebrij currebant ad passionem, vnde suos non agnoscebant, lib. 7. capit. 1. nume. 18. Petrus Samsonis vulpes quærens ab iniquis interfectus est. Vnde Innocentius IV. in bulla canonizationis, eius narrans martyrium ait, ab horto fidei dulce, ac precioſum pomum ad mensam æterni regis transmissum est, & a vinea Ecclesia hodie racemus passione expressus vinum dedit regali dignum poculo, palmes enim gladio hæreticorum amputatus fortius adhæsit viti, vnde maiores, plures, & dulciores protulit fructus. A florido prædicatorum ordine in quo fuerat plantatus Petrus purpurea hodie rosa secta est, vt Deo præsentaretur. A fabrica Ecclesiæ electus est lapis, qui tormentis ictibusque politus, & perfectus in cęlestis tabernaculi pręclaro ædificio collocatus est, sicque firmus Petrus in petra fidei, & allisus ad petram passionis, ad Petram Christum meruit subleuari, vt coronaretur. Virgo perpetuus ille fuit, nec vsquam peccatũ mortale patrauit fidei feruentissimus propugnator, quam ita impresserat cordi, vt omnia & verba & opera fidem redolerent, sic aromata suauissima, & confusa & igni iniecta suauissimum odorem Deo dederunt, dum violenti rapiunt cęlum & sancti per fidem vicerunt regna, & adepti sunt repromissiones. Sed vt martyris huius perfectionem doceat Ecclesia lectionem proponit Euangelicam, quæ totius perfectionis Christianæ breuis summa est.

Metaphrast. Surius.

Ioan. 1.

2 Si quis vult post me venire abneget semetipsum & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. In his breuibus verbis latent mirabiles hominis profectus, qui enim hanc Domini iussionem expleuerit perfecte homo quidem est in natura pelle & ossibus, & humana infirmitate circundatus, sed Angelorum imitator effectus Angeli gratiam sortitus est. Si quis vult post me venire. Spontanea ministeria Deus multum diligit. Vnde Exod. 25. cum de primitijs offerendis legem statuisset ait. Ab omni homine, qui offert vltroneus accipietis eas (vel vt vertit Sanctes Pagninus) cuius cor sponte offert. Hilarem enim datorem diligit Deus. Si quis fuerit inuentus, qui post me venire voluerit. Paucos videntur hæc verba significare futuros, qui post Iesum venire elegerint, cum prophetarum oracula in odorem vnguentorum eius innumeros cursuros videantur significare, ipso enim docente, omnis vallis implebitur ait Esaias, & omnis mons & collis humiliabitur, &c. & reuelabitur gloria Domini & videbit omnis caro, quod os Domini pariter locutum est. Et postquam Esaiæ infantis quasi iam factum narrasset, subintulit. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud & corroboret in iudicio & in iustitia amodo, & vsque in sempiternum. Et in cap. 60. nato Saluatore impletum refert Ecclesia, surge illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, &c. & ambulabunt gentes in lumine tuo, &c. leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt, &c. tunc videbis & affluues,

Iansenius. Oleast.

Esai. 40.

Esai. 9.

& mirabitur, & dilatabitur cor tuum quando conuersa fuerit ad te multitudo maris.
Esai. 66. Et capit. 66. Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam? dicit Dominus, &c. Ego qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero? Nequaquam ita fiet, sed tanta erit credentium multitudo, quod mittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes in mare, in Africam, & Lydiam, in Italiam & Græciam ad insulas longe, ad eos qui non audierunt de me. Et annunciabunt gloriam meam gentibus, & adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus donum Domino, in equis & in quadrigis & in lecticis, & in mulis & in carrucis ad montem sanctum meum. Qui
Hieronym. veloces sunt in fide equis vehuntur, qui multiplices in gratia quadrigis vehuntur, qui consolatione indigent tectis lecticis & vmbraculis. lectica enim lectum significat coopertum, littera cerrada, tanta multitudo veniet ad fidem, vt in ea perfecti, & imperfecti inueniantur, Christo incarnato terra impleta est gloria Domini, & superliminare
3 templi sublatum est, libro tertio, capit. quinto numer. 19. & 38. cap. 6. numer. 9. Christus homo factus statim habuit multos imitatores, libr. tertio, cap. quinto, num. 39. cap. 6. numer. 5. cap. 8. numer. 4. capit. 9. numer. 32. cap. 13. numer. 16. Cum ergo Christi incarnatione hæc essent euentura, qua ratione ac si vnus aut alter ipsum sequeretur, dixit si quis, &c. Si quidem futurorum temporum miserandam calamitatem significare voluisset, non mirarer, quando cunctarum rerum obliti, quæ animæ concernunt salutem tamquam frenetici his temporalibus obtinendis inhiant suadente Dæmone, vt per parua magnis bonis eos priuet, libr. secundo, cap. 15. num. 21. 22. & 45. cap. 16. numer. 28. capit. 17. numer. 1. 20. & 21. capit. 19. numer. primo & secundo. bonis temporalibus inhiantes homines frenetici sunt, & ebrij, libr. secundo, cap. 15. numer. 48. 49. & 53. capit. 17. numer. 2. 3. & 13. capit. 18. numer. 16. cap. 19. numer. 26. lib. 4. cap. 28. numer. 20. bona temporalia cum incessanter & ardenter quærant homines, in virtute quærenda remissi sunt, libro secundo, capit. 17. num. 4. vsque ad 10. & 24. Ecclesiam vehementer deiectam flebant sancti, libro quinto, capit. quinto, numer. 2. 4. vsque ad 7. & 12. libro sexto, capit. tertio, numer. nono. Ecclesia in fine sæculi in solitudinem redacta & gelu plena erit, lib. quinto, capit. quinto, numer. octauo. Mirum autem est, quod viuente Christo docente, & operante salutem in medio terræ virtutem suadens dicat, si quis, &c. Accedit his quod difficile videtur multum, vt ac si liberum esset negotium paruique momenti, quod ad virtutem operandam conducit proponatur dicente Domino, si quis, ac si illud reliquisset Deus in manu consilij nostri, parum expectans ad rem, si prætermittatur? Nihil ita necessarium nobis est, quam operam nauare, vt post Christum veniamus, nihil ita nostrum, quam illum comitari, illi fortiter adhærere, vnicum medium est hoc, sine quo salutem consequi non valemus. Sicut enim ignis proprium est comburere, solis lucere, cælorum moueri, ad hoc enim igni datus est calor, qui instrumentum est, quo calefacit, soli lux, cælo datæ sunt intelligentiæ motrices, ita homini intellectus est datus in quo sit fides, voluntas in qua sit charitas, liberum arbitrium, &c. Et ita Augustus corrigens mimũ, qui in emporio innumeros homines existentes cum contemplaretur, & diceret se omnium cogitationes diuinaturum, quæ essent vilius emere, & carius vendere (quod dictum ab omnibus celebre, ac verum creditum) dixit Augustus verius, & certius diceret, hæc omnium mens est, quod beati esse vultis, & miseri esse non vultis. Hoc est omnibus mortalibus innatum desiderium siue Christiani illi sint, siue barbari. Cum autem finis efficax desiderium includat mediorum, dicit si quis. Maxime autem cum omnibus creaturis reliquis, illud connaturale sit diuinam in omnibus exequi voluntatem, libro vndecimo capit tertio, numer. 8. 23. vsque ad 25. libro 12. capit. quarto, numer. tertio. Frustra ille conditus est, & nomine hominis indignus, illaque carens perfectione, quæ cunctis rebus est tributa, si post Christum non pergat, vnde in iniuriam videtur credere hominum dicere, si quis, clamantibus illis. Trahe me post te, &c. Si verba hæc diceret ad mouendos animos hominum in ijs rebus, quæ in arbitrio hominum sunt derelicta, cuiusmodi sunt diuina consilia, non miraremur, sicut cum de castitate seruanda consilium dedisset, intulit. Non omnes *Matth.* capiunt verbum istud, qui potest capere capiat. Consilia in audientium arbitrio ponit Deus libro 11. capit. primo, numer. secundo, vsque ad quintũ, hæc enim a viris perfectis quæruntur non ab alijs ibid. capit. 5. numer. 9. & 11. Recessit tristis, qui audiuit, si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, &c. recessit tristis, qui omnia præcepta a iuuentute sua seruauerat. Si audiremus. Nunquid & vos vultis abire? dicere debuissemus, quo ibimus? verba vitæ æternæ habes. Quando iuberes recedere, diceret fidelis, melius est mihi magis mori, quam vt gloriam meam quis euacuet. Tenui dilectum, nec dimittam donec introducam in domum matris meæ. Nihil ominus cum imitationem doceret sui Chri- 4
stiano tantopere necessariam, his vocibus eam proposuit, si quis, &c. quia nemini vim inferre vult, & quia tantum bonum eius gratia præueniente, & adiuuante in mea situm est voluntate. Ostendit Deus homini ignem & aquam, vitam & mortem, vt ad quam

quam maluerit extendat manum. Minima bona qualia temporalia sunt, quia modica sunt, & quia periculis sunt plena non in hominum relicta sunt voluntate, sed ea dat Deus, vt expediens iudicauerit, aliquando malis, quia seruantur ad diem malum, lib. secundo, cap. 18. num. 17. 18. & 24. libr. 14. cap. 20. numer. 5. vsque ad 7. 11. 14. 15. 17. & 18. quod hæc Deus medicus animarum dat & aufert ficut expedire iudicauerit, lib. 4. cap. 40. num. 15. quæ autem ingentia sunt bona in nostra posuit voluntate, quæ sors omnibus est æqualis diuiti & pauperi, sapiẽti & ignoranti. virtutem sine Deo inchoare non possumus, nec in ea perseuerare, lib. 14. cap. 24. num. 14. sed auxilium Dei & hominis industria coniungenda sunt, lib. 13. cap. 8. num. 8. & 9. virtutis opera, nec coactione, nec necessitate agenda sunt, lib. 18. cap. 11. num. 28. mandata Dei voluntarie seruanda sunt, lib. 11. cap. 4. numer. 7. vsque ad 9. 14. & 15. Dicit ergo si quis, &c. id est, omnes voco neminem excludo, nulli vim infero, omnibus
Isaiæ 55. Ephes. 5. vp. 11. patet ianua. Omnes exhortor, scio hominum somnolentiam, quod clamante me surge qui dormis & exurge a mortuis, & illuminabo te, respondent verba lenta & somnolenta modo ecce modo, sine paululum, sed modo & modo non habebant modum, & sine paululum in longum ibat, & quod innumeri hominum similes forent Augustino aduertebat, quem detinebant in malis nugæ nugarum, & vanitates uanitatum antiquæ amicæ meæ. Quia graui detinentur homines somno, omnes voco, eorum nobilitatem considerãs, nemini vim infero, sed perfectam regulam volenti perfectionis viam ingredi ostendo,
5 cum dico. Abneget semetipsum & tollat crucem suam, & sequatur me. Duo postulat ab eo qui sequi se volet, primum, vt abneget semetipsum. Est autem abnegare se, vale dicere proprijs affectibus & desiderijs, ac apud se statuere nolle deinceps ea sequi, quæ amor proprius suggerit; sed ea quæ diuinæ sunt voluntatis qualiacumq. sint illa & quantumcumque sint carni & nostræ humanæ voluntati inimica. Quæ sane abnegatio res est carni difficillima. Caro enim desiderat huius mundi honores, & voluptates longam & ab omni incommodo liberam vitam in hoc mũdo. Rursum amor sui ipsius etiam in bonis, quæ quis facit, operibus, se frequenter magis spectat, ac suum bonum quærit potius, quam vt Dei voluntatem adimpleat. At abnegatio sui requirit, vt in omnibus Deum potius, quam nos spectemus, nec tam quid nobis bonum, quam quid illi gratum sit consideremus. Hoc tamen loco abnegationẽ sui Deus maxime requirit ad hoc vt vale dicamus affectibus illis, quibus longam in hoc mundo vitam optamus, ac mala & incommoda carnis effugere studemus. Non iubet vt abneget homo sua & suos, iam enim dixerat, qui non renuntiauerit omnibus, quæ possidet non potest meus esse discipulus, qui non odit patrem & matrem, &c. Abneget se homo, deponat id quod est, vt mereatur esse, quod non est; abijciat, quod habet, vt possit obtinere quod cupit. vnde exponens locum psalmi, in terra deserta inuia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi, ait Augustinus. Aliter ei *Serm. 77. de tẽpore Aug.* in sancto apparere non possumus, nisi terra *Psal. 62.* corporis nostri fuerit deserta mundanis delitijs, inuia inimicis concupiscentijs, & inaquosa libidinosis desiderijs, & illecebris, tunc habitat Saluator hoc desertum corporis Christiani, cum ille non repletur cibis, non poculis irrigatur. Tunc Christus habitat desertum pectoris nostri, cum terram nostram fame squalidam, ac siti aridam esse repererit. Quod in re hac consilio nostro non relinquitur, sed arcte præcipitur, illud est, vt quoties Deus & homo, amor Dei & amor sui, lex spiritus & lex membrorum inter se pugnauerint, cedant minora maioribus, vana veris, homo Deo, amor sui amori Dei. Clarus, vt omnia quæ ad opes salutem honorem, & vitam hominis pertinent, conculcentur quoties diuinis legibus aduersantur, dicatq. qui peccatis inseruierat, vetera transierunt & facta sunt omnia noua: Imitator efficiaris Dei, qui non solum sua, sed & se tibi dedit, ita & tu, &c. vt dicas, Domine in lumine vultus tui ambulabo & in nomine tuo exultabo tota die, vt postea in iustitia tua *Orig. homil. 24. in Num.* exalter. Alius ambulat in lumine vultus sui, *Psal.* ait Bern. qui sollicitus est, vt faciat voluntatem suam, & beneplacitum cordis sui consi- *Bern.* derans, alius ambulat in lumine vultus humani semper intentus, quid hominibus placeat, qui ambulat in lumine vultus tui, solum cogitat, vt faciat voluntatem tuam Deus, is in nomine tuo exultat modo, & post in iustitia tua exaltabitur. mundum & communem vitam sequens non potest abnegare se, lib. 11. capit. 12. numer. 5. & 6. Christum nemo potest sequi, nisi qui se negauerit priorem vitam relinquendo, lib. 18. cap. 15. numer. 11. abnegare se est voluptatibus proprijs renuntiare, ibidem num. 49. abnegare se nihil est aliud, quam summa rerum omnium vitæ superioris obliuio, libro 11. cap. 12. numer. 6. amor Dei vsque ad contemptum sui ædificat Hierusalem, &c. libro 1. cap. 18. num. 8. lib. 3. capit. 17. nu. 5. 20. & 21. amor proprius multorum malorum causa est, libro primo, cap. 18. numer. 12. caro sterilis est in iustis, fecunda in peccatoribus, lib. primo, capit. 22. numer. 11. carnis cura habenda non est in desiderijs, sed in necessarijs, libr. tertio, cap. primo, numer. 13. 14. 17. 18. 50. & 51. libr. 18. cap. 11. numer. 5. carnis voluptatibus non inseruiendum docuerunt philosophi verbis, & exemplis, lib. tertio, cap. primo, numer. 17. & 18. libr. 18. capit. 11. numer. 5. vide multa, lib. 3. cap. 1. per totum, & in indice verbo caro. Tollat cru- 6
cem suam quotidie. Cum quis se abnegauerit, necesse est vt tollat crucem suam, id est vt mala quæuis, quæ propter Deum illi ab impijs

pijs inferuntur, aut quæque incommoda quæ hac vita Deo permittente ei obueniunt prompto & libenti animo suscipiat & toleret: omnes enim ferunt crucem impositam a Deo velint nolint, tollunt autem hi qui cum alacritate aut saltim lubentes ijs, quæ ipsa immiserit veluti humeros supponunt, quam vsque ad mortem ferre debemus. Is Christiani summus honor est, cum Christo & post ipsum crucem tollere ipsi affixi cum illo. *Plutarchus.* Plutarchus in Apophtegmatis refert, quod cum vnus ex his, qui cum Phocione erant, militibus morituris, quidam indignãs fieret sortem suam, eum ita consolatus est Phocion. Non tibi, inquit Enhippe satis est, cum Phocione mori? Phocion non tantum innocens verum etiam præclare de republica meritus ducebatur ad mortem, vnde lætus cum innocente mori arbitrabatur, qui cum illo fuisset interemptus: Quale quæso, cum Christo pati & contumelijs affici & cetera vitæ huius incommoda perpeti, quæ omnium Dominus nostri causa perpessus est? *Zach. 1.* Zach. vir ascendens super equum rufum, & post eum equi rufi varij sequebantur, cuncti *Indicũ. 9.* tollunt crucem sancti post illum. Cum Abimelech pugnaturus esset cõtra hostes ascendit in montem & arrepta securi præcidit arboris ramum, impositumq. ferens humero, dixit ad socios, quod me videritis facere cito facite. Igitur certatim ramos de arboribus præcidentes sequebantur ducem, quo medio hostes interempti sunt. Hanc nostri ducis vocem cuncti audiamus, qui vult venire post me tollat crucem suam, & certatim ingenti cura & concertatione crucem imponamus humeris, vt victoriam de hostibus *1. Ioan. 2.* reportemus. Qui enim dicit se in Christo manere, debet, quemadmodum ille ambulauit & ipse ambulare. Configatur cruci Christi tribus clauis, amoris timoris & spei, qui illi firmus adhæret in cruce, in qua gloriantur, qui tollunt eam, libr. 3. capit. 1. numer. 25. cap. 10. numer. 57. cap. 11. numer. 3. 13. 33. & 42. cruci affigitur iustus & mundanus, sed differenter, lib. 3. cap. 11. numer. 6. 12. 42. & 55. cruce sua fertur, qui terrenis curis a cælestibus retardatur, & non fert illam vt præcepit Deus, libr. 3. cap. 11. numer. 25. crux Christi portanda est, ibidem num. 25. 42. vsque ad 44. Crucem alij portant patienter, alij libenter, alij amplectuntur ardenter, ibid. numer. 44. crucem Christi in angaria portat, qui abstinet ab illicitis malo fine, lib. 8. cap. 9. numer. 20. & 30. virtus varios habet gradus, secundum quos iustus dicitur peregrinus mortuus & crucifixus, lib. 1. cap. 7 18. numer. 27. & 28. Tollat crucem & sequatur me. Hoc dupliciter accipitur. Quidam enim illud accipiunt, vt sit diuersum a duobus præcedentibus, vt significetur non esse satis abnegare se & tollere crucem nisi quis etiam sequatur Christum, hoc est in illis spectet Dei gloriam non suam, aut præter mala quæ patitur, etiam incedat per vestigia conuersationis Christi, quæ mens est *Psalm.* Chrysost. Philosophi enim se & sua abnegantes errauerunt in solitudine, &c. Et viam ciuitatis habitaculi, non inuenerunt. Sequatur me, non recedat non fugiat. Vt enim aiebat Bern. quidam fugiunt, quidam præcedunt, quidam sequuntur, fugiunt mali, qui dum elongant se a Deo necesse est, vt pereãt, præcedunt qui proprio cerebro virtutis viam ingrediuntur, sequuntur qui Christum imitantur. Alij accipiunt eam partem appositam, non vt diuersam a præcedentibus, sed vt significetur eum, qui volet venire post Christum sequi posse & debere per illa duo quæ dicta sunt. Fieri enim non potest, vt qui se ipsum vere abnegauit, & tollit crucem suam, quod non sequatur Christum. ita intelligit Hieronymus dicens, cui autem mundus crucifixus est, sequitur dominum crucifixum. Christum qui sequitur tanto magis a laboribus liberatur, quanto amplius sequitur, lib. 18. cap. 15. num. 9. Christo vero soli appropinquantes homines lucent in parte interiori, in exteriori vero cum ab eo recedunt, lib. 18. cap. 15. num. 30. & 31. Christus dux in bello quod gerimus vnde ipsum debemus sequi, lib. 3. cap. 6. numer. 49. Christum sequi est carnales concupiscentias mortificare, sequitur autem Adam qui illas amat, lib. 11. cap. 13. num. 1. verba hæc martyribus optime conueniunt, sed diuersimode. Quidam enim ex eis vitam duxerũt communem, vel forte sceleratam idololatrijs pollutam qualem in multis eorum legimus. In quibus simul accidit ab negare se, tollere crucem, & Christum sequi, breuiq. tempore affectibus humanis renunciabant simul effecti Christiani & martyres. Opus certe diuina bonitate dignum & omnipotentia, vt qui heri circumferebatur omni vento doctrinæ, iam cunctis posthabitis solum Christum sequatur. Non hæc sola fuit nostri martyris perfectio, sed quod similis Christo effectus, qui ab exordio vitæ crucem tulit non vitam agens communem, sed asperrimam in cibo pótu ieiunijs itineribus vigilijs, quibus non obstantibus, in fine vitæ hominum malitia alteram imposuit humeris eius, in qua & interijt: sic Petrus cum litteris operam daret Bononiæ, prædicante ibi B. Patre nostro Dominico ab eo ad ordinem admissus est, in quo statim mũdo crucifixus est, semper legẽs aut orans, aut infirmis seruiẽs, &c. miræ abstinẽtiæ deditus feruentissimi zeli animos hominum incredibili virtute ad se trahebat. Cumque febrem quartanam pateretur, & grauiter ægrotaret pedester incedebat ad exequẽdũ inquisitoris officium. Triginta annis crucem asperrimam ordinis accepit. Religiosi sua & seipsos consecrant Deo, libr. 2. cap. 20. nu. 1. vsque ad 7. lib. 9. ca. 22. nu. 4. lib. 15. ca. 5. nu. 20. religiosi etiam consilia seruant, lib. 11. cap. 1. numer. 7. religiosus filium Isaac, id est propriã voluntatem obediẽdo occidit, lib. 13. cap. 1. nu. 14. religiosorum monasteria domus

sunt luctus vbi cinis cilicium & innumera sunt bona, lib. 15. ca. 2. nu. 3. & 4. religiosorum monasteria lectulus floridus, vbi quiescitur a curis sæculi, ibi. nu. 19. religiosorum hæc perfectio est exutam habere mentem cũctis terrenis eamq. vnire Christo, libr. 18. cap. 18. num. 1. Hanc religionis crucem Petrus in vita habuit, aliam autem imposuerunt ei Manichæi in morte, in qua ijsdem verbis animam commendauit patri, quibus vsus est Christus in cruce; Catalogo sanctorum adduxit illum idem Innocentius IX. qui ei inquisitoris officium delegauit, qui & nomen Petri martyris imposuit ei, qui antea Petrus Veronensis vocabatur.

Qui enim voluerit animam suam saluam facere perdet eam. vide in festo S. Laurentij.

8 Quid enim proficit homini, si lucretur vniuersum mundũ, seipsum autẽ perdat & detrimentum sui faciat? Hac sententia ostenditur quam inutile sit lucrum vitæ temporalis, immo totius mundi cum perditione animæ, & quam irreparabile sit damnum eius perditio. Sicut stultum est iactura vitæ temporalis lucrifacere mundum etiam si possibile esset, quia sine vita, quid istud proficit, cum vita semel amissa reparari non possit? sic multo magis stultum est lucro vitæ temporalis, immo totius mundi, facere veram animæ iacturam, post hanc vitã, quando ei nihil prodesse poterit acquisitio rerum in hoc sæculo obtentarum, nec perditam animam vlla re redimere. Anima enim nondum perdita redimitur precio sanguinis Christi, ac bonis operibus, vt Daniel dixit Nabuchodonosori, at perdita anima & homine mortuo, damnũ iam factum est irreparabile. Frater non redimit, &c. non dabit Deo placationem suam & precium redemptionis animæ suæ, lib. 17. cap. 1. num. 2. 4. 5. 7. & 9. lib. 18. cap. 17. num. *Psal. 48. Ezec. 7.* 7. 23. & 24. Sic in Ezec. legimus argentum eorum & aurum eorum non valebit eos liberare in die furoris Domini, &c. Si autem stultum est, cum detrimento animæ vniuersum lucrari orbem, quis eorum insaniam dicat, qui instar Esau, ob vnam escam vendunt primitiua non terrena, sed cælestia? qui propter pugillum hordei vitã æternam contemnunt? *Iob.* immo frequenter gratis venundati estis, vt faciatis malum, qui noctes laboriosas, & mẽses vacuos numerabunt in morte lassati homines, dum viuerent in via iniquitatis. peccator dat mercedem amatori, qui peccat, bona temporalia non reperiens in malis, quæ agit, lib. 1. cap. 5. nu. 7. 16. & 17. lib. 14. c. 6. nu. 17. peccatoribus frequenter Dæmon adhuc temporalia non largitur, lib. 14. cap. 6. num. 17. peccatorum delitiæ instantaneæ sunt, & cruciatus æternus, lib. 14. cap. 20. numer. 21. & 22.

9 Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, &c. filius hominis talem indignum iudicabit, quem inter suos agnoscat, & dedignabitur suis connumerare veluti pudore afficiẽdus coram patre & Angelis, si connumeraret. Qui me iam abiectũ a mundo habitum erubescit, hunc ego aliquando gloriosus coram toto mundo & Angelis erubescam, apud quos inhonorari extremæ ignominiæ est, & infelicitatis in eo qui gloriam vanam mundi, gloriæ patris mei & Angelorum præposuit. Christum erubescit qui ob pudorem recte operari definit. Crux Christi erubescenda non est, cum in ea sit gloriandum, lib. 3. cap. 11. num. 20. 21. 33. 37. 40. & 45. cap. 12. num. 13. & 14. Ex his colligendum est, quod martyres lauantes stolas suas in sanguine agni candidas eas fecerunt, morientes semel dealbauerũt eas. Innumeri nostrũ singulis diebus, dum ad sacramenta accedimus lauamus animas infinito sanguine agni Christi: vbi candor? vbi pulchritudo? immo is idem sanguis culpa nostra, proh dolor, animas nostras fędat amplius, dum tanto dono abutimur. Martyrũ mortes holocausta sunt oblata Deo, quæ nos etiam sine ferro offerre possumus illi, lib. 11. cap. 7. num. 3. & 4. martyres in vinculis gloriabantur, sed modo quia vincula non ligãt manus ligent mentes, ibid. nu. 6. martyrum memorias celebrant Christiani tribus de causis, ibid. num. 9.

IN FESTO SANCTORVM Apostolorum Philippi & Iacobi.

Euangelium.

Non turbetur cor vestrum.

Ioann. 14.

SANCTIS Apostolis hæc laus communis omnibus est, quod omnes illi ad ipsius Domini societatem adducti, ipsi a secretis & consilijs, vt illius amici vocati sunt. Quibus moribundus dixit Dominus, iam non dicam vos seruos, sed amicos, quia seruus nescit voluntatem domini sui, vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui a patre meo nota feci vobis, non quod illa omnia quæ sanctæ humanitati Christi reuelata sunt, discipulis innotuerint, sed illa omnia quorum illi capaces extitissent, omnia quæ verus amicus amico suo fideli manifestaret, omnia quæ necessaria erant ad supremum munus exequendum ad quod ipsi vocati fuerant, omnia, quæ hominum saluti necessaria forent, qui venerant, vt illi potissimum in toto orbe scientiam darent salutis in remissionem peccatorum eius, omnia quæ in sacris litteris continentur hominum saluti consecrata, omnia quæ ad perfectam earum intelligentiam conducebant, omnia quæ media forent aut necessaria, aut conuenien- 1 *SS. Philippi & Iacobi.* *Ioan. 15.*

tia ad salutem hominum consequendam, ad prædicationem Euangelij, & denique omnia, quæ congrue hominibus reuelanda forent, & multa quæ Angelis forte incognita essent, cum quibus ea familiaritate, qua loqui solet homo ad amicum suum conuersabatur. Cum autem amicitiæ illud videatur innatum, vt æquales faciat amicos, si vera est, lib. 1. cap. 13. numer. 8. cap. 19. numer. 7. 12. & 15. Neque veram amicitiam crediderint philosophi inter duos reperiri, quorum vnus eget & alter ditatur, lib. 1. cap. 19. nu. 7. & 9. facitq. amicitia morum similitudinem, ibid. num. 12. cuius leges a Christo discendas aiebant sancti, ibi. nu. 15. Hinc est, quod cum Dominus noster Apostolos vocitauerit, amicos, quod ad certam æqualitatem secum eleuauerit, eam certe, quæ inter extrema, tam distantia valet reperiri, æqualitas non naturæ, non donorum, non gratiæ, sed similem illi, quæ inter regem & plebeium hominem, iam familiarissimum effectum valet inueniri, qui sane ad regiam dignitatem, non eleuatur, sed vt eos cõsequatur honores, illis potiatur beneficijs & fauoribus, quibus factus est dignus media amicitia, licet nõ natura; cumq. pauperculi piscatores egentes, nec in operibus bonis diuites ad hanc amicitiã sunt asciti, cum in ea fuere confirmati, nec ipse ditissimus in cunctis, illos in paupertate dimisit, sed ad multã erexit dignitatem ad magnos honores, ad inexhaustas cælestium bonorum diuitias, quibus primitias spiritus sui dedit, vt illis diuites effecti homines etiam reliquos ditarent, taliq. amicitia morum similitudo confirmata est. Similem autem in moribus effecti Christo ingens dignitas est, ad quam euecti sunt hi homines cum Apostolicũ honorem sunt assecuti, de quo & Apostolorum laudibus disseritur, lib. 1. cap. 23. per totum vide lib. 1. cap. 19. Apostoli montes fuere, quibus Christus radiauit primum, & inde lux ad alios deriuata est, lib. 14. cap. 26. num. 29. Apostoli stellis comparantur, quibus supereminent, lib. 16. cap. 12. num. 12. Apostoli largitatem gratiæ acceperunt, quia sine excusatione magna erant agressuri, ibi. nu. 14. 15. & 44. Inter hos Apostolos, qui amici dignitatem sunt consecuti, duo fuere Philippus, & Iacobus minor, quorum martyrium hodie celebrat Ecclesia, quando ingentium & meritorum & laborum præmium sunt consecuti. Philippus, vt Clemens Alexandrinus tertio Stromate prodit, ille fuit cui Christus Dominus dixit, sine mortuos sepelire mortuos suos & sequere me, vade & annuncia regnum Dei.

Matt. 8. Luc. 9. A iustaq. sollicitudine seruiendi patri iam seni illumq. sepeliendi reuocatus, iussit vt prædicationis officio fungeretur, qui tantæ rei & aptus, & vtilis erat. Nec tamen recessit tristis, sicut alter, qui cum de renunciandis facultatibus mandatum accepisset, recessit tristis nec Dominum est secutus, sed licet maioris pietatis decretum proposuisset, cum primum curã patris sepeliendis alijs demandatam audiuit patrem protinus dereliquit Euangelicã edoctus perfectionem & cognoscens parentes taliter diligendos, vt illis præponatur Deus, libr. 1. cap. 11. num. 9. cap. cap. 16. num. 17. lib. 3. cap. 9. nu. 41. lib. 6. cap. 8. per totum. Licet enim is ab ineunte ætate traditus esset a parentibus erudiendus disciplinis, in legeq. Moysi plene fuisset eruditus, tamen licet in ea didicisset debitam parentibus pietatem, non disputans de mandato Iesum secutus est. Hanc ad maiorem familiaritatem vocationem, & vt Christo indiuulse adhæreret, nam primam vocationem Ioannes retulit factam, cum primum Dominus vocasset Andream, & Petrum. Altera inquit die inuenit Philippum non casu, sed multo consilio, quem ab æterno ad Apostolatus honorem prædestinauerat, inuenit quem certe quærebat non solum vt ad fidem traheret, sed ad Apostoli dignitatem, & dixit ei, sequere me, quod & fecit, quia & verbum Dei efficax erat, & animus audientis ad bonũ promptus, licet a Bethsaida ille esset, cuius duritiam tam acriter improperauerat Dominus. Qui & Nathanaeli predicans dixit, inuenimus Iesum, &c. veni & vide. Magnæ dilectionis, & veræ charitatis indicium. Ac si audisset Dominum dicentẽ, quod olim Ioseph dixerat fratribus suis. Non videbitis faciem meam nisi adduxeritis mihi fratrem vestrum, illud execrans verbum. Numquid ego custos sum fratris mei, aduertensq. quod vnicuique mandauit Deus de proximo suo. Quem scripsit Moyses in lege, & prophetæ inuenimus Iesum, &c. Magnam autem cordis alacritatem verba hæc præseferunt. q. d. en lętum apporto nuntium, quem tanto tempore expectauimus, quem tantis suspirijs desiderauimus, de quo tam magnifice omnes prophetæ cecinerunt, hoc felicissimo æuo inuenimus, nobis datum est videre, & audire, quod multi reges, & prophetæ videre, & audire non potuerunt. Veni & vide, id est, adeo certa sunt, quæ attuli, vt primo statim congressu visurus sis me nihil vani attulisse. Ecce qui sine fictione sapientiam didicerat, sine inuidia communicauit ad tantũ virtutis fastigium tam repente euectus, vt curam fratris gereret, immensoq. gaudio exhilaratus, quod cognouerat bonum alijs propalare gestiebat, quod solus Andreas fratri suo Petro prædicauerat, hic efficacioribus, & pluribus verbis extraneo manifestat, factus prædicator, & Apostolus simul. Apostoli principes vocati sunt, qui præuenerunt, vt populi sequerentur, lib. 14. cap. 25. §. 2. num. 46. igneiq. in die Pentecostes effecti ad alios incendendos properabant, lib. 16. cap. 12. numer. 15. Hi enim tunc effecti sunt cęli nubes, sagittæ, flumina, &c. libro primo, cap. 23. numer. 10. 12. 14. vsque ad 16. at Philippus, cum primum vocatus est, sollicitudinem gerit instar sponsæ dilectissimæ, vt in vnguentorum odorem ipsius sponsi currant alij, charitatisq. duabus pennis dilectionis Dei, & proximi

Metaphr. Surius. *Ioan. 1.* *Matth. 11* *Genes. 43.* *Genes. 4.* *Eccl. 17.*

proximi huius fœlix anima sursum ferebatur, lib. 1. capit. 6. num. 26. cap. 7. numer. 22. Cum ergo charitas fons omnium donorũ sit, & uia ad illa conquirenda, lib. 3. cap. 2. nu. 1. 21. 22. 31. 42. vsque ad 44. qui in exordio conuersionis tam egregium opus dilectionis Dei & proximi gessit ab hoc fonte innumeri riuuli aliarum virtutum fluerent, quibus Philippi anima perficeretur cũ primũ a Domino vocatus est, talibusque auspiciis fœlicissimis in Domini discipulatu tribus annis degens mirabiles haberet profectus, mirabiliores autem cum Spiritu sancto repletus est cum fratribus, stupendis autem cum Galiam Phrygiam, & Asiam in sortem prædicationis accepit, qui in Hierapoli insigni Phrygiæ ciuitate cum innumeros ad fidem traxisset flagris cæsus est. Deinde cũ funibus eum tortores vinxissent suspendunt præcipitem, vt directum significarent mentis ascensum ad superiora. Hocque insigni honore potitus fuit quod martyr effectus a beato Bartholomæo sepultus est, in loco sacro & insigni, Ecclesiasticisq. hymnis ipsius obitus celebratus est, quem honorem inter Apostolos solus consecutus est.

Metaph. Surius.

2 Eius socius Iacobus minor fuit, frater Domini vocatus, cuius specialem vocationem non retulerunt Euangelistæ, sed solus Lucas, quod inter omnes discipulos in numerum duodecim Apostolorum sit relatus. Qui frater Domini uocatus fuit, vel quia, ut nonnulli arbitrantur Ioseph sponsi Virginis ex alia vxore filius fuit, vel quod vero similius est, quia consobrinus Domini fuit, qui secũdum scripturarum morem fratres dicebantur.

Luc. 6. *Metaph. Surius.*

Is admirandæ pœnitentiæ fuit vir abstinentissimus, ita vt moris sui fuerat per totam uitam carnes, nec pisces comedere, sed pane, & aqua contentus cum potione lachrymas iungens, vberrime flebat. Genua eius precationis causa assidua obduruerant, & pellis erat in eis velut mortui, lib. 13. capit. 4. numer. 2. Qui tantæ sanctitatis opinione fuit celebris, vt non solum fideles, sed & Iudæorũ multi, vt refert Iosephus credidissent, ciuitatem Hierusalem, sanctum templum, miserandam illius Regni calamitatem ob illius necem cuncta accidisse. Tantæ etiam auctoritatis in Ecclesia fuit, vt cum inter Antiochenos credentes, eorumque magistros non modica fuisset exorta dubitatio, an uenientes ad fidem circuncidendi forent, cumque in Concilio fuissent Apostoli congregati, & Petrus supremum Ecclesiæ caput, quæstionem disputasset, surrexit Iacobus & dixit. Ego iudico non inquietari eos, qui ex gentibus conuertũtur ad Deum, quod cuncti continuò confirmarunt, & miserunt viros primos in fratribus, qui statutum Ecclesiæ ore Iacobi prolatum gentibus referrent, & obseruandam traderent illius determinationem. Et Paulus cum ad Galatas scribens, confiteretur Euangelium, quod prædicabat ab homine non accepisse, neque didicisse, sed per reuelationem Iesu Christi ascendit Hierosolymam videre Petrum, apud quem mansit diebus quindecim, alium autem Apostolorũ vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini, quod retulit, ait Simeon Metaphrastes, eo quod res esset magna, dignaque, vt memoriæ mandaretur Iacobum videre. Et ad Galat. cum secundo Paulus ascendisset Hierosolymam, & allocutus est Iacobum, & Petrum, & Ioannem, qui videbantur columnę esse, &c. Columnam Ecclesiæ vocat Iacobum, in quo ædificium Ecclesiæ sustentabatur, quem & magnæ auctoritatis vocauerat iam Paulus. Et Aegesyppus refert, quod fuit ex vtero matris suæ sanctus, quod priuilegium paucissimis quidem, & grauissimis de causis collatũ legimus viris, quibus miranda aliqua functio esset demandanda, quamobrem statim post Christum Dominum primus Hierosolymitanam Ecclesiam suscepit gubernandam, & solus in Sancta Sanctorum perpetuo ingrediebatur ob eximiam vitæ sanctitatem, populumque reconciliabat Deo maiori virtute, quàm Moyses præditus. Cumque innumeri Iudæorum conuenissent ad diem Sanctum Paschæ, nec possent Põtifices ei suadere, vt affirmaret Iesum non esse Deum, cuius auctoritate adduceretur populus, vt id crederet, quod Iacobus confiteretur, cum de Christo Domino, verum testimoniũ intrepidus protulisset, precipitatus de pinnaculo templi cũ nondum animam exhalasset lapidatus est: cũ genibus flexis pro inimicis exorasset, & tandem accepto fuste fullonis percussus interiit. Hæc ita euenerunt, & sanctus additus est sanctis, martyr martyribus, iustus iustis. Vnde multiplices ei debitæ sunt coronæ, discipulo, Apostolo, Põtifici, Iusto, Dei fratri, & martyri. Horum glorioſum Apostolorum triumphum, fæliciſſimamque consummationem hodie celebrat Ecclesia, quæ hoc utitur Euangelio, quod illius Dominici sermonis, qui in vltima cœna contigit pars est.

Metaphr. Galat. 2. S. Thom. *Aegesippus.* *Metaphrast.*

Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Tria Apostolos angebant, quod per mortem ab eis esset discessurus, quod unus ex eis tam immane scelus esset facturus, quale erat magistrum, a quo tanta receperãt beneficia, hostibus tradere, quod Petrus eum esset negaturus, ipsique dispergẽdi, quos Sathan expetierat, ut cribaret illos, sicut triticum: postulat ergo, ut corporaliter dispersi saltim corde imperturbato permaneant. Neque timore, neque mærore turbemini. Fidite mihi, quod vobis indesinenter astabo. Soli enim iusti hoc verbum merentur audire, soli enim illi corde tranquillo potiri merentur; cor enim impij, quasi mare feruens variis motibus agitatur. Solus enim Deus est, qui concluſit ostiis mare, circundedit illud terminis, posuit vectem, & ostia, & dixit vsque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Diuinæ enim misericordię opus est, ut humani cordis turbationes moderetur, ne fluctibus suis homi-

3

Iob 38. *Tanſenius.*

nes

nes absorbeat,& pereant,quasi sub signaculo illud claudens ne vbi impetus passionis impulerit illud ibi circunferatur. Cor humanũ, quod mare feruens est, qua ratione moderandum sit,ne homines obruat,lib.1.cap.7.num. 8.& 9.lib.3.cap.17.nume.15.vsque ad 21.cap. 27.num.1.2.4.5.7.vsque ad 10.& 12.lib.4. ca. 2.num.7.& 8. Et licet cordi fluctuanti terminum ponere Dei donum sit, lib.1.cap.7. num. 9.lib.3.cap.27.num.1. 8.vsque ad 11. Tamen etiam homini cura demandata est , vt illius internos motus compescat,lib.3.capit.18.nu. 4.lib.4.cap.2.num.12.Corda malorum abysso optime comparantur,lib.3 cap.27. num.4. & 5.Tristitiam etiam immoderatam , & metum propellendos a corde docent hæc verba , quæ protulit Iesus cernens nimiam Apostolorum & tristitiam, & eximium timorem , qui solliciti erant vehementer tum de eius morte cuius rei tristitia absorbebantur,meticulosique erant cuncti cogitantes , quis illum esset hostibus traditurus. Beatus vir qui semper est pauidus,& qui stat metu pulsatus trepidat ne cadat:peccatorum enim hoc proprium est,vt falsa potiantur securitate , qua dum carent iusti timore agitati perficiuntur indies, sed quia spes coniungenda est timori ne in desperationem labantur illam moderandã docet, cum dicit. Non turbetur cor vestrum , ita vt nimio timore fluctuet, sed Deo fidat. Timor semper sit in sanctis,quia securi non sũt dum viuunt,lib.2.cap.6.numer.11.14.16.vsque ad 18.30.vsque ad 32.cap.10.num.8.lib.3.ca.19. num.8.& 10.lib.4.cap,17.numer.5.6.10.vsque ad 12.14.15.18.21.& 22.cap.18.numer. 23.& 24.cap.31.num.43.lib.7.cap.3.num. 17.lib.8. cap.5.num.20.29.& 30.lib 17.cap.3.num. 6.9. 12.28.vsque ad 30.Timori coniungatur spes, & spei timor,lib.16.cap.11.num.21.24.25.29. & 30.lib.17.cap.3.num.28.vsque ad 30. Vt ergo hunc moderaretur timorem dicit Iesus, non turbetur cor vestrum, verbis quæ dixi, vnus vestrum me tradet, moderamini enim tristitiam , quia spiritus tristis exiccat ossa. lib. 17.cap.6.docetur qualis sit tristitia iustorum,qualis malorum,&c. Cordis etiam imperturbationem suadet his verbis Dominus, quoniam passiones, & perturbationes, quas ex toto euellere non potest homo , quamdiu viuit expedit,vt moderetur,cum maxima virtutis pars in harum moderatione consistat. Animæ passiones, gaudium , tristitia , amor, spes,odium, timor, ad debitam moderationẽ reuocentur. Passiones quatuor animæ quomodo ordinantur in viris iustis perfectis, & imperfectis,lib. 1.cap.10.num.1.2.7. & 8.lib. 3. cap.17.num.3.& 4.lib. 14. cap.2. nume.4. 8.vsque ad 11. estque expedientissimum has passiones moderari,lib.1.cap.22,num. 2.& 3. lib.3.cap.17. num.3.& 4.lib.14.cap.2.nume.1. Passiones animæ inordinatæ perturbant interiorem oculum illius,lib.3.cap.18.numer.1. Passiones animæ moderandæ sunt, ne statum mentis euertant,lib.5.cap.1.nume.7. 8.& 13. lib.8.cap.2.nume.5.lib.14. capit.2. per totum ostenditur, quod passiones animæ omnino tolli non possunt modo,sed quod moderandæ sunt,quod docuit Iesus dicens Apostolis, non turbetur cor vestrum.

In domo patris mei mansiones multæ sunt. 4
Hæc verba summe corroborant infirmorum animos ad perferendos quoscunque labores, dum homo recogitat magnum illis repositum præmium. Sic Isachar dixit pater suus Iacob: Isachar asinus fortis (est enim animal aptum ad onera) vidit requiem,quod esset bona,ideo posuit humeros ad portandum, & factus est tributis seruiens ille , qui liber erat. *Gen.49.*
Quæcunque enim dura, & molesta sunt, ferenda sunt ob quietẽ, etiam si importabile alias onus videretur. Labores tolerandos facit consideratio beatitudinis,lib.2.ca. 3. num.2. vsque ad 11.17.25.vsque ad 27.lib.3.capit. 13. num.9. vsque ad 11. lib.6.capit. 9. numer. 17. vsque ad 19.cap.11 num.23.24. & 26. libr. 9. cap.15.num.24.28.29.33.34.36.38. & 41.
Nomine mansionum Cyrillus intelligit amplam cęli capacitatem, & pro meritorum diuersitate gloriæ differentiam, quam proposuit discipulis cum multas retulit persecutiones,multam eorum tristitiam,eximiam in prædicatione difficultatem , vt hæc omnia præmiorum cõsideratio leuia redderet, dum aduerterent,quod non sunt condignæ passiones huius temporis,quantumcunque illæ sint graues, licet supra modum grauentur homines,& supra virtutem ad futuram gloriam. *Esa.*
In cælo mansiones sunt,quando sedebit populus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiduciæ,& in requie opulenta , qui in hac vita, tanquam aduena, & peregrinus abstinebat a carnalibus desideriis , quæ militant aduersus animam. Non supernæ illius ciuitatis fœlicitas illi est similis , quæ in hac vita contingit, quæ si quando contingit diaria est, extrema enim gaudij luctus occupat . Semper enim in hac vita lætis succedunt tristia, & dulcibus amara. Beatitudo in hac vita perfecta esse non potest,sed in cælo,ubi dies est vespera carens,lib.2.cap.1.nume.1. usque ad 4. 14. 16.37.usque ad 40.cap.4.num.1. vsque ad 4. 6. vsque ad 8.12.14. usque ad 16. 20. 21. 23.28. & 29. Beatitudo iustis in alia uita seruata est , qui miseri hic reputantur, lib.2.capit.14. num.7.13.15.usque ad 18. 27. usque ad 29.
Iusti in hac vita captiui sunt, & peregrini, lib.1.cap.10.num.4. lib.3.cap.17.num.6.lib.9. cap.14.num.1.usque ad 4.6.usque ad 8.12.14. & 15.cap.18.num.4.lib.2.cap.2. nume. 5. & 8. Vita hæc beata non est, sed lætis succedunt semper tristia, lib.18.capit.16.numer.4. & 6. Iusti viatores dicuntur, quia hanc vitam viã esse,& non patriam intelligunt,lib.9. capi.14. numer. 13. & 19. Dicuntur autem in cælo mansiones multæ esse,quia re uera saluandi sunt multi,licet pauci aliquando uocentur,& re uera sint,si ad eos referuntur, qui æternis tradentur ignibus. Viderat Ioannes turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, &c. hominum, qui mar- *Apoc.7.*

martyrij palmam fuerant consecuti, præter duodecim millia signatorum ex omni tribu filiorum Israel, innumerosque alios,qui in pace vitam finierant, tantaque multitudo visa est,ante mille quingentos annos viuente adhuc sacro Euangelista,vt hinc aduertas quanti sint modo,quantique plures futuri sunt,qui incolent supernam illam ciuitatem reparaturi illius muros , & occupaturi innumeras Angelorum sedes, quibus peccando indigni illi effecti sunt. Saluandi re vera sunt multi, etsi respectu aliorum pauci dicantur,libr.12. cap.3.num.19.lib.16.cap.5.nume.6. & 7.
Et quia mansiones has nullus poterat consequi, subdit Iesus, vado parare vobis locum.
Augustt. 5 Paratæ iam illæ sunt in prædestinatione, ait Augustinus, sed parandus est locus ipsa operatione,nempe quia ipsis mansionibus discipuli,& sancti parandi erant per Spiritus communicationem digni mansores. Prandium iam paratum est,sed qui pransuri sunt vocan
Cyrillus. tur,vt superno intersint conuiuio . Cyrillus etiam paratas dicit mansiones, Dominum autem dicere se abire ad parandum locum, quia abibat , vt viam faceret, & inuium iter aperiret,quia inaccessibile erat cælum , nisi Christus accessibile illud redderet. Hæc ingens charitas illius fuit,qui tanto suo incommodo,morte sua,verberibus diris, tormentis alacriter superatis nos ad illas mansiones parauit. Christi amor ostensus in passione, lib. 3.cap.10.nume.15.16.39.52.55.62.72.73.77. 78.vsque ad 84.86.99.& 100.Christus de torrente passionis bibit,& nos exaltauit, ibidem num.32.& 33.
Augustt. 6 Ego sum via veritas & vita, ut ad supernas ueniatis mansiones. Augustinus in tractatu de Epicureis,& Stoicis ait.Quia uia est Christus,& piger viator venire nolebas ad viam, ad te venit via. Non errabis,quia ipsa est ve-
Psal.90. Augustt. ritas ad Christum pergens per Christum. Si Christus tibi via fuerit hoc eximium bonum consequeris, quod a laqueo venantium liberaueris. Diaboli enim tanquam venatores, innumeros tendunt hominibus laqueos , & hæc eorum sollicitudo maxima est, vt illaqueatos homines secum deferant. Diabolus laqueos innumeros ante homines statuit, libro 2. cap.7. nu.23.& 30.lib.4.cap.30. nume. 10.15.vsque ad 19.capit.31.numer. 17. 21.40.
Psal.139. & 43. Ab his laqueis longe ambulant illi,quibus Christus est via , non enim in via laqueos ponit,sed iuxta iter, ait Regius uates scandalum posuerunt mihi, lib.4.cap.31.nu.21. Non ergo declines ad dexteram, neque ad finistrã & securus incedes, si autem viam deseruerit, innumera patieris pericula . A Diaboli muscipula Deus homines liberat,lib.2.cap.9.nume.25.& 26.Diabolus laqueos ponit in terra, non in cælo,unde capiuntur iniqui,lib.4. cap. 30.num.4. Diabolus habitat super latitudinem terræ,ut possideat tabernacula non sua, dum diuites,& delitiosos possidet , qui viam dereliquerunt,lib.4.cap.34.numer.6.7.11.18. 19.& 22. Qui uiam sequitur,muscipulam hostis euadit ianuam claudens cupiditati,& timori,lib.4.cap.31.num.17.18.& 25. cap. 37. num.11. Is audiet , quod Esaias propheta uerat. Et via sancta vocabitur. Quia Deus homo factus, ait Hieronymus, via erit tam *Hieron.* recta,& plana,atque campestris, ut facile ab *Esa.35.* omnibus possit perambulari. Non erit ibi leo,qui circuiuit quærens, quem deuoret, & mala bestia non ascendet per eam, in quo ministros Dæmonis intelligit Hieronymus , neque enim vestigium colubri in petra inueniri potest. Ambulabunt autem per eam , qui liberati fuerint de vinculis peccatorum, & redempti a Domino conuertentur, & uenient in Sion , & lætitia sempiterna super capita eorum,gaudium,& lætitiam obtinebũt, & fugiet dolor,& gemitus, vt victo sæculo dicere possint cursum consummaui,in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ , tunc ista accident cum venerit ex Sion, qui eruat , id est Deus carnem accipiens factus fuerit via.
Qui autem hanc deseruerint viam, in ea incident mala,quæ dolens in persona Domini, *Hieron.* dicebat Hieremias, oblitus est mei populus *Hiere.18* meus impingentes in viis suis,ut ambularent per eas in itinere non tuto. Impingunt hi nõ in viis Domini, quæ sunt viæ pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ, sed in viis suis antiquas,sempiternasque semitas derelinquẽtes, quę omnium sanctorum sunt tritæ vestigiis colentium Deum. Vię quibus incedunt iusti rectæ sunt, pulchræ, plenę,& planæ,lib.18.ca. 4. num.12. Viæ filiorum Adam in necessitate,& cupiditate versantur,quæ periculis sunt plenæ,ibidem num.10.& 11. Viæ quæ ducunt ad mortem triplices sunt,ærumnosa,laboriosa,& delitiosa,ibidem num.13. & cap. 12. numer. 22. Errauimus a via veritatis, (erit in *Sapient.5.* iudicio impiorum vox) qui lassati in uia iniquitatis viam Domini ignorauimus. Summe enim necessariũ est viam Domini agnoscere qua ad ipsum perueniamus, de quo in Exod. Moyses dixit in versione Sanctis Pagnini. Et nunc si quæso inueni gratiam in oculis tuis, scire fac me viam tuam,& sciam te. Orat ut vias suas illi ostendat,sic Dauid . Notas fecit *Psalm.* Moysi vias suas, filiis Israel uoluntates suas. Vnde Dauid clamabat,Vias tuas Domine de- *Psalm.* monstra mihi, & semitas tuas edoce me.
Dicitur autem Christus via & ratione suæ doctrinæ , & ratione suæ exemplaris conuersationis,mortis,resurrectionis, per quæ nobis *Iansenius.* ascensum in cælum parauit,& meruit. Hac via incedere debemus , obediendo eius doctrinæ,imitando eius exempla, ne audiamus. Est via,quæ videtur homini recta, nouissima *Prou. 14.* autem eius ducunt ad mortem.Alij sic interpretantur hæc verba. Ego sum via incipientium , veritas proficientium , & vita perfectorum . Ego sum via ducens , ducam te per semitas æquitatis , quas cum ingressus fueris non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum . Veritas lucens,vobis,inquit, timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ . Vita pascens , Ego sum via , de qua

Hiere.6. qua scriptum est, state super vias, & interrogate quæ sit via bona, & ambulate in ea. Via etiam quia legem manifestauit hominibus, qua itur in cælum, sicut longe ante promiserat per Esaiam. Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient vocem post tergum monentis, hæc est via, ambulate in ea. Itaque qui tanquam doctor iustitię a tergo viam salutis demonstrabat, modo vt Dux, & pastor ante oues suas vadit, & virtutum suarum exemplis, qua illum sequãtur, ostendit uiam cæli angustam, quam ille ambulauit, lib. 4. cap. 41. num. 8. & 9. lib. 18. cap. 4. num. 5. & 6. lib. 16. cap. 3. num. 2. Et subdit, ego sum veritas, prima veritas, quæ infallibiliter certum faciet, & quod promisit, & quod minatus est. Dei consilium in æternum stat, homines autem sæpe mutantur, libr. 4. capit. 25. num. 2. & 3. Ego sum vita, vt dicat homo, ait sanctus Thomas, Magnificabitur Christus in corpore meo, siue per mortem, siue per vitam mihi enim viuere Christus est. Id dicitur vita alicuius, quod est principium motus in eo. Sic ergo Christus est vita nostra, quoniam principium nostrarum operationum est, qui solus ad operandum mouere nos debet. Vel vita, quia est auctor vitæ nostræ, & quia in amore eius, & cognitione consistit uita nostra. Sic Paulus, viuo ego iam non ego, uiuit in me Christus, in quo delitiæ meæ gaudium, desideriumque sunt sita, sicut vulgari sermone dicimus, mi vida es estudiar, caçar, &c. Denique Christus uia est in exemplo, veritas in promisso, ait Bernardus, & uita in præmio.

Esai. 30.

Ad Philipp. lect. 2.

Ad Colos. 3. lect. 1.

Ad Gala. 2. lect. 6.

7 Dicit ei Philippus, Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. In petitione laudem merit Philippus. Laudatur Salomon, qui petiuit non diuitias, non honores, non lõgitudinem vitæ, sed sapientiam, quod Domino vehementer placuit, quanto magis hic, qui beatificam postulauit visionem. Vnam petij a Domino hanc requiram, vt cõtempler (Augustinus) delectationem Dei. His verbis per os Philippi Spiritus sanctus significat patris visionem omnium rerum afferre satietatem. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo, & alibi, satiabor cum apparuerit gloria tua. In quibus verbis laudanda est Philippi deuotio, quod visionem patris cęteris omnibus rebus anteposuerit. De beatitudinis desiderio, quod est in sanctis, late disseritur libr. secundo, cap. 2. Beatitudo in quo consistat, lib. 2. cap. 4. num. 10. vsque ad 15. 18. vsque ad 20. 23. 30. vsque ad 34.

3. Reg. 3.

Psalm.

Psalm. 15 & 26.

8 Qui credit in me opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad patrem vado. Non semper facturos maiora credentes in Christum pollicetur, sed cum gloria Dei id expostulauerit. Si autẽ hæc modo non fiunt, vel imperfectioni fidei tribuendum illud est, vel propter necessitatis cessationem. Dicitque maiora fient, si expedierit, & maiora facienda se obtulerit occasio iusta. Vel maiora secundum hominum extimationem, qualia erant vmbra Petri ægrotos sanari. Vel maiora, id est plura. Significat ergo Iesus, ideo credentes in se facturos eadem, immo & maiora, quod ipse iã mundum relinquens vadit ad patrem, apud quem regnans gloriose facturus sit per fideles, quæ illi peterent, etiam si maiora peterent, quam ipse fecisset, quoniam quandiu in mũdo vixit tempus humiliationis ipsius fuit, ipso autem in cælo existente maiora, & plura miracula erant operanda, quod per eos tunc nomen Christi erat illustrandum magis, ac tunc opportunum esset, vt suam potentiam, & gloriam, quam apud patrem haberet magis toti orbi declararetur. Hæc maxima Apostolorum dignitas fuit, quorum admirandis operibus Christiana religio propagata est, in quibus illud Sophoniæ ultimo impletum retulit Hieronymus. Auferam de medio tui magniloquos superbiæ tuæ, hoc est Sacerdotes, & Pharisæos Iudęorum, & derelinquam in medio tui populum pauperem, & egenum, & sperabunt in nomine Domini cum e medio sublatis legis Sacerdotibus, egeni loco illorum Apostoli sunt delegati, qui Domino fidentes ingentia patrarunt opera, &c. His dictum fuerat. Ego posui te, quasi plaustrum triturans nouum, habens rostra ferrãtia, triturabis montes, & comminues, & colles quasi puluerem, cum hominum duritiam ad Euangelij humilitatem adduxerunt. His dictum credidit Augustinus. vox tonitrui tui in rota, illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ. Rotã vocauit regius uates visibilem hũc orbem, Apostoli autem circuierunt orbem terrarum, tonando coruscando, abyssum cõ mouerunt, præceptis tonuerunt, ingentibus miraculis coruscauerunt, ideo commota est, & contremuit terra, id est terreni homines, qui pristinam conuersationem deserentes nouum, & admirandum vitæ ordinem sunt ingressi. Illuxerunt fulgura orbi terræ, quia Apostoli, qui infirmi uidebantur, & idiotæ nubeculis paruis comparati ab his nubibus oriebantur fulgura, quibus homines stupefacti mutabantur in viros alteros, quos non homines credebant, sed sanctos. Sicut Paulo accidit, & Barnabæ credentes Lycaonici, quod dij similes hominibus descendissent ad illos, quos ut Deos colere nitebantur, non credentes facta illa miracula, & opera hominibus esse possibilia, sed diuorum, qui cælos incolebant propria. Semicintiis Pauli curabantur ægri, & verbo sanitas, & vita redibant cum illi Dominum precarentur, qui pollicitus fuerat vnicuique illorum, opera, quę ego facio, & ipse faciet, & his maiora, quibus replebantur homines timore, & ecstasi. Cumq. primates Iudæorum indignatione pleni eos a docendo coercere niterentur, mirabantur eorum constantiam, comperto, quod homines essent idiotæ, si in carcerem mittebantur Angeli aderant, ut soluerent illos, dormiebat Petrus vinctus catenis duabus, nec mortis periculum, nec carceris fœtor, nec catenæ somnum

Hieron.

Hieron. Esa. 41.

Psal. 76. August.

Act. 3. & 4.

Iansenius.

somnum impediebant. Apostoli a Christo, qui adamas est, adamantini sunt effecti, lib. 1. cap. 23. num. 6. 7. & 21. qui cæli dicuntur, quos spiritus ornauit, ibi. nu. 10. & de admiranda eorum prædicatione, ibid. nu. 12. vsque ad 17. 20. 21. 23. vsque ad 27. 31. & 32. lib. 6. capit. 4. num. 5. usque ad 16. Apostolorum gesta, verba, & omnia alia, si sciremus animos nostros maxime mouerent, lib. 1. cap. 23. numer. 28. Qui ergo ad tantos honores, & labores vocati sunt, hunc etiam in nostram vtilitatem acceperunt honorem. Et quodcunque petieritis Patrem in nomine meo hoc faciam. Sciés Iesus, quod ea poscerent sancti Apostoli, quæ ad propriam, aut alienam salutem concernerent, eis quos ad amicitiæ dignitatem subleuauit hoc amicorum proprium concessit, vt idem esset velle, & idẽ nolle. Quod si illis degentibus in terra priuilegium tale datum est, ab eis mortalibus tanta poterant expectare mortales, qualia quæso ab eis consequemur, si illorum vultum deprecemur, qui sedent iã vt edant, & bibant super mensam Dei in regno suo? Orationes quorumlibet sanctorum qui iam sunt victores in cælo iuuant multum pugnantes in terra, lib. 13. cap. 4. nume. 1. & 8. eorum autem, qui selectissimi extiterunt amici repulsam pati non poterunt, nisi fortè hominum malitia, & obstinatio tantæ virtuti resistat: orationes enim alienas virtute propria iuuandas aiebant sancti, lib. 13. capit. 4. num. 2. vsque ad 5.

IN FESTO S. ANTONINI Archiepiscopi Florent. ordin. Prædicatorum.

Euangelium.

Ego sum Pastor bonus. Ioan. 10.

In festo S. Antonini ord. Præd. 1

DIEM hunc, quem laudibus sancti Põtificis Antonini ex ordine Prædicatorum fratrum assũpti Ecclesia consecrauit, in quo fœlix eius transitus celebratur, & fideles omnes, & potissimè, qui licet indigni eiusdem Ordinis professores sumus, gratulabundi celebrare debemus, multa exhilarati lætitia, qui fratrem nostrum tribulationum nostrarum participem effecit sortis Sanctorum in lumine, abstergẽs lachrymas illius, qui vberrime flebat aliorũ lapsus, quem loco cilicij immortali vestiuit gloria. Vt autem eximiam viri sanctitatem colligamus ad quantumque meritorum cumulum sit euectus, quantisque donis condecoratus, illud in primis considerãdum est, quod velut alter Samuel in ipso uitæ exordio Deo consecrauit carnem suam, vtque de immanissimo hoc hoste victoriam reportaret, in virginitatem adhuc puerulus, ita exarsit, vt Florentiæ in templo Diui Michaelis Angelicam eius puritatem cuperet imitari, cum assiduis precibus pulsaret, vt quo similior agno sponso Virginum redderetur, Virgo sine corruptionis tabe permaneret. Id quod se assecutum cælitus cum intelligeret, ne qua daretur ansa tantum thesaurum prædonibus rapiendi muliebres congressus omnino vitauit. Quod autem ad vltimam vsque horam in hac integritate permanserit, non vulgare fuit illud indicium, quod eo tempore, quo animam efflabat crebriter, & suauiter cum vix vocẽ formare posset, repetebat sancta, & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam nescio. Quia autem virginitas, & continentia grandi labore tutantur, lib. 18. capit. 6. nu. 7. vsque ad 9. hinc colligendum est, quod ut virginitate ducente sequi potuisset agnum, quocunque ille pergeret, ibidem numer. 22. & 23. abstinentiis, ieiuniis, vigiliis, & disciplinis, puer sanctus carnem spiritui subiugabat. Cumque virginitatis patria cælum sit, auctorque eius Dei filius, virginum sponsus, ibidem nume. 12. vsque ad 14. in carne ambulans, non secundum carnem militabat.

Et quia Deo docente agnouerat virginitatem ad mundi contemptum, & operationem virtutis ordinari, vt Deo grata esset, sine quibus ea Deus non delectaretur, lib. 18. cap. 10. nume. 13. & 14. ne eius virginitas illi esset similis, quam diis suis gentes consecrabant, quæ virginitatis nomen non merebatur, lib. 18. cap. 6. nume. 11. usque ad 13. propterea cum sexdecim esset annorum Prædicatorum ordinem est ingressus sub admirando viro Ioanne Dominico vitæ regularis reparatore, ut mundum eiusque illecebras fugiens virtutum assiduis, exercitiis deditus, virginitatem Deo gratissimam redderet. Et ut quondam Hieronymus Romam fugiens Syriam deuenit, ibique in horrendam solitudinem sese abdidit, quæ inter Syros, & Agarenos sita est, inedia, vigiliis, & incredibili vitæ austeritate rebellantem carnem spiritui seruire cogebat, minimam portionem somno, minorẽ ocio dabat, sed studij lassitudinem recreabat oratio, & hinc velut integer ad intermissa studia redibat, sacco indutus, humi cubans, aqua, & crudis herbis refocillatus, clamãsq. ad Deum diem iungebat cũ nocte, nec prius, inquit ille, a pectoris cessabam uerberibus, quam rediret Domino increpante tranquillitas. Mihimet iratus, & rigidus, solus deserta penetrabam ipsam quoque cellulam meã, quasi cogitationum mearum consciam pertimẽscebam: ita Antoninus, quo pericula fugaret sæculum derelinquens occasionibus plenum ordinem elegit, nec in eo statutis ieiuniis, vigiliis, asperitate vestium, & paupertate, aliisque huius religionis laboribus contentus, licet fortè minores, quam Hieronymus carnis tribulationes pateretur, illius vitæ fuit sectator, orationi enim, & sacris studiis deditissimus fuit, cibi, somnique parcissimus, humi accubare, cilicio vti, & zona ferrea

Ep. 22. to. 1.

ad

ad carnem edomandam consueuerat. Mundoque huic, & Deo simul seruire non posse aduertens, lib. 4. cap. 42. num. 10. & 11. libr. 11. cap. 12. num. 30. ordinem ingressus illum protinus dereliquit, ipsumque calcauit, ut sibi gradum faceret, per quem in sublime conscenderet, lib. nono, cap. 1. nume. 26. A mundoque recedens iter tridui profectus est, vt integer spiritus, anima, & corpus dicta cogitata, factaque mortificaret, lib. 11. cap. 12. numer. 2. & 36. Chaldæamque deserens, & Babyloniã, ibidem num. 16. 18. & 37. Hierusalem visionem pacis interpretatam, in qua cuncta sunt pacata volenti, Religionẽ dico elegit vt virtutis studiis sæculo contempto vacaret. Et sicut Deo specialiter prouidente accidit, vt Moyses in filium filiæ Pharaonis adoptatus aulam dimitteret regiam, negans cõstanter,
Hebr. 11. ut Paulus ait, se esse filium filię regis, eligens magis affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iocunditatem, maiores diuitias estimans thesauro Aegyptiorum improperium Christi, vt Aegyptum deserens Aethiopiam veniret, vt Basilius ait, vbi quadraginta annis mirandis virtutibus, & orationibus deditus his mediis aptus redderetur ad ea exequenda munera, ad quæ fuerat a Domino vocatus, vt Dux Israelitici populi effectus ipsum ab Aegypto liberaret, admirabilium signorum patrator, & qui Deo in deserto familiaris extiterat ea familiaritate, & virtute in bonum populi vteretur, ipsum per desertum circunduceret ipsum doceret, eius cũ Deo negocia tractaret, & licet multis prius adhibitis excusationibus hoc munus subierit, in eo tamen iam constitutus mirabiliter illud exercuit nulli incommodo, nullique laborĩ parcens vitam negligens, cunctaque sua populi vtilitati consecrans bono fratrum dedititissimus fuit. Ita, quia eo tempore, quo multis Ecclesia calamitatibus abundabat, Antoninum præparabat Deus, vt eius industria, sollicitudine, virtutibus, sapientia, constantiaque tantis malis prouideret, diuina eius prouidentia factum est, ut Aegyptum prius deserens, & quæ in eo, multo eius ingenio expectare potuisset, ordinemque puer intrauit eum, in quo litteris, & virtutibus, quibus ille multum abundat, incumbens, sapiens, & sanctus sciret, & vellet concreditas sibi oues, immo fideles alios a mundi eruere periculis, & ad normam viuendi rectam reuocare. Desertum ordinis adiit, in quo sibi prius consulens in litteris, & religione proficiens multum, aliis ædificandis idoneus factus est. Prælati enim, & Prædicatoris hoc necessarium valde est, vt non prius aliis docendis intendat, quam sibi: priusque infundi & sapientia, & virtutibus satagat, quam infundere. Hoc enim Deus vult vt prędicator tunc prædicet, cum in virtute multum profecerit, lib. nono, cap. 24. nume. 1. 9. usque ad 13. libr. 14. cap. 28. num. 12. multi enim in proprium malum similes sunt canalibus, qui antea effundere, quam infundi volunt, lib. 9. cap. 24. nume. 11. & 13. Prædicatores prius digitos habeant myrrha plenos, & post aperiant dilecto, hoc est prius mortificentur, quam doceant, lib. 11. cap. 6. num. 115. Pontifex, qui hoc nomine dignus est, sit similis Moysi, qui indesinenter erat in tabernaculo, vt discat a Deo, quæ populum doceat, lib. 14. cap. 29. nume. 5. Prædicator, qui prius vult docere, quã discere stultus est, lib. 14. cap. 28. numer. 17. Prædicatori, qui prius in se vitia extinguit, & postea prædicat, Deus dat fortitudinem, & hinnitum, ibidem num. 25. Prius stet pastor, & post ad lucrandos alios mittatur, sicut Ezechiel, ibidem num. 27. cum quo primum edat volumen, & post loquatur, primum intelligẽs Scripturam sacram, quam loquatur, ibidem nume. 28. & 29. Prædicator prius inclinet in parabolam aurem suam audiens Deum, & post aperiat in Psalterio propositionẽ suam docendo, lib. 14. cap. 29. num. 22. & 30. Prælati, sexaginta fortes sunt lectulum Salomonis ambientes, tenentes gladios, ut prius in se, deinde in sibi subditis uitia secent, lib. 14. cap. 28. num. 38. Prælatus prius bonus sit miles, vt Dux factus militet bonam militiam armis virtutum, lib. 14. cap. 31. num. 3. 4. & 6. Vt ergo aptus Antoninus redderetur, vt curam susciperet animarum, Deus qui illum ad hoc munus prædestinauerat ad religionẽ traxit, vt ibi hauriret auide, quod postmodũ effunderet abunde, spiritualiaq. doctrinarũ mellia colligeret, quibus fideles pascerentur. Religiosi enim sua, & seipsos offerunt Deo, lib. 2. cap. 20. num. 1. usque ad 7. lib. 9. ca. 22. num. 4. lib. 15. cap. 5. num. 20. Religiosi enim ad hoc uocati sunt, ut nouerint se, & nouerint Deum, lib. 3. cap. 19. num. 34. Religiosus enim præcepta, & consilia seruans seruus dicitur fidelis, lib. 11. cap. 1. nume. 1. 5. & 7. Religiosi schala pertingẽs cælum est lectio oratio, &c. lib. 13. cap. 3. numer. 41. & 42. Religiosi dentes sunt Ecclesiæ, vbi mira eorum perfectio desiguatur, lib. 15. cap. 2. num. 17. & 18. Religiosi nunquam minus sunt soli, quam cum soli, lib. 15. cap. 5. nume. 13. & 14. Religiosorum hæc perfectio est exutam habere mentem cunctis terrenis, & unitam Christo, lib. 18. cap. 18. nume. 1. Religiosorum monasteria domus sunt luctus, vbi cinis cilicium, & innumera sunt bona, lib. 15. cap. 2. nume. 3. & 4. Religiosi olim inter homines Angeli erant mira virtute prædiți, ibidem num. 3. 4. & 12. cap. 4. num. 1. usque ad 10. & 12. Hanc elegit sanctus Antoninus vitam suadente Domino, & mouente, ut ab hoc deserto, immo Paradiso egrederetur inuitus, non ut Adam culpis egredi cogentibus sed meritis, quæ animaduertens Eugenius Quartus, ipsum renitentem ad Arch episcopatum Florentinum euexit, eum tanto munere dignum arbitratus, tantisque necessitatibus vtilissimum. Et licet instar Moysi, qui deserti dulcedinem fuerat expertus, munus licet eximium recusabat, obedire coactus est imperanti Deo. Tunc enim ad hoc onus subeũdum homines sunt digni cum compulsi illud

ingrediuntur, cui se ingerere periculosum est nimis, libr. 5. capit. 11. numer. 4. 8. 9. & 14. lib. 8. capit. 4. numer. 4. vsque ad 7. Vnde aiebant sancti, quod verecundius Moyses renuit officium, quam Esaias, qui dixit, Ecce ego, mitte me, quem imitari debemus, lib. 5. capit. 11. numer. secundo, lib. octauo, capit. 4. nume. 6. & 7. Hunc ergo imitatus beatus Antoninus non prius officium acceptauit, quam cum reluctantem diu, multumque Summus Pontif. coegit, vt cellam sibi gratissimam relinqueret, & vtilitati proximorum factus pastor inuigilaret, quo munere egregie functũ docet Ecclesia in Euangelio hodierno, in quo exemplo Christi illi laudantur, qui recte munus sibi iniunctum exequuntur ad illius similitudinem, qui dixit.

2 Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animã suam dat pro ouibus suis. Cum ca. 1. de diuinis nominibus Dionysius, impossibile dixerit
Prou. 30. Vide S. Tho. 1. 9. q. 13. Deum vocitare nomine aliquo, quod eius essentiam explicaret, immo stultum sapientissimus Salomon arbitratus est id conari, cum dixit, stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum, quod nomen est eius aut quod nomen filij eius si nosti? Quibus verbis significare voluit Salomon, quod sicut homo Deum perfecte intelligere non ualet, ita nec nominare, ita vt aliquod nomen perfecte diuinam significet essentiam. Immo, & ad Iacob dixit Angelus, qui luctabatur cum eo. Quid quæris nomen meum, quod est mirabile, quasi dicat, sicut meam substantiam perfecte intelligere non potes, ita nec nominare. Quia ergo Deum in se nominare non possumus, homo factus variis vocabulis uoluit, vt intelligeremus qualis esset in ordine ad creaturas, quibus varios eius effectus agnoscemus, lib. 3. capit. nono, num. 4. 5. 8. 23. 35. 37. 38. 40. & 44. nomen agni, vel ouis datur Deo, quando se offert pro hominibus, dicitur autem filius vnicornium, quando eorũ uitia punit, lib. 12. capit. 2. nume. quarto. In Euangelio autem hodierno uocatur pastor, libr. 3. capit. quinto, num. 27. lib. 14. cap. 30. 1. 4. & 5. capit. 31. num. 6. & 7. In quo nomine eximiã in homines dilectionem ostendit. Sicut enim pastor, qui hoc nomine dignus est, nulli incõmodo, & nulli labori parcit, dum tamen ille proficuus sit oui. Pastoris vita incredibilibus laboribus subiecta est, pellicula enim indutus noctes fere integras ducit insomnis, æstu vrgetur, & gelu, humi cubans, lectum penitus ignorat, ab hominum conuersatione penitus alienus, ac si animal politicum, & sociale non esset, in montibus vitam cum pecudibus agit solis illis delectatus, oues pascens herbis salutiferis, & ad aquas deducens gaudet, quod illæ pinguescant fœtæ sint, & a lupis, & feris custodiantur, quod si vnam errantem ouiculam considerauerit eam tanta sollicitudine, quærit, vt eius animus non quiescat, donec
Isa. 40. inuenerit eam, quam inuentam imponit humeris gaudens. ita Iesus noster vocatur pastor, de quo fuerat locutus Esaias dicens. Sicut pastor gregem suum pascet in brachio suo, hoc est, eximia fortitudine congregauit agnos, & in sinu suo leuauit, fœtas ipse portauit. Et quia omnes nos, quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit, posuit in eo Dominus iniquitatem omnium nostrum, fecimusque eũ laborare in peccatis nostris. Vnde cum Pharao pascendis pecoribus suis aptos pastores quæreret agnoscẽs, quod fratres Ioseph pastores essent, dixit ad illum. Quod si nosti in eis esse viros industrios, constitue illos magistros pecorum meorum. Sanctes Pagninus vertit, si cognouisti, & sunt in eis viri fortitudinis, id est robusti, & fortes, tales enim credebat Pharao futuros pecorum custodes. Iesus omniũ pastorum perfectissima forma proprias aperiri voluit venas, vt quinque fontibus sanguinis adaquarentur pecora, ibique in canalibus istis decorticatas posuit virgas, vt bibentes oues varios conciperent virtutum fœtus & dicerent, a facie tua Domine cõcepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus, spiritum salutis fecimus super terram. Ille est de quo longe ante prædixerat Ezech. quod in pascuis uberrimis bonus pastor pasceret oues suas, ne inopia inuaderet costas earum, & deuoraret earum cutem primogenita mors, dum attenuaretur fame earum robur, & pascam eas in iudicio, id est sciens, cui oui quæ pascuæ sint conuenientes timidum spe pascens, & præsumptuosum timore, &c. ille pastor bonus est, si quis perit culpa propria perit, qui ab illo deuians deuoratur. Et ita sicut ouicula cum longe a caulis, & pastore abest cum natura duce ueluti contemplatur ingens periculum, in quo cura pastoris derelicta veluti clamans ualatu postulat, vt eam reducat ad gregem, ita homini, qui a cura tanti pastoris recessit, hoc restat, ut magnitudinem damni reformidans uociferetur. Erraui sicut ouis, quæ periit, quære seruum tuum Domine. hoc solum illi residuum est, ut oculos dirigat in cælum, vnde veniat auxilium illi, & dicat, Domine omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in uiam suam declinauit, eam derelinquens, qua pastor oues suas ad cæleſtia pascua ducebat. Tres in sacris litteris pastores legimus, qui nimio amore ouium tenebantur, Iacob, qui earum causa æstu vrgebatur, & gelu, cuius cura multiplices uariosque oues pariebant fœtus, quibus ditatus ille factus est inclytus. Cumq. eũ fugientem insequeretur Laban, dixit ei. Viginti annis fui tecũ, oues tuæ & capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi, nec captum a bestia ostendi tibi, ego damnum omne reddebam: quicquid furtim peribat a me exigebas, fugiebatque somnus ab oculis meis. Afflictionem meã, & laborem manuum mearum respexit Dominus. Conuenienter quidem his uerbis explicauit Iacob, quod boni pastoris fecerit officium, sed conuenientius multo hoc nomine dignus

Esa. 53. *Gen. 47.* *Oleaster.* *Esa. 26.* *Ezec. 34.* *Hieron.* *Iob.* *Psal. 118.* *Esa.* *Gen. 31.*

ant.

est Iesus, qui steriles oues fœcundas reddidit, dum sponsam similem dixit ouibus, quæ ascenderunt de lauacro omnes gemellis fœtibus charitatis, s. Dei, & proximi, inter quas nulla esset sterilis, steriles enim hædis comparantur, alij ouibus, lib. 18. cap. 15. numer. 22. & 27. Si ouem perdidit damnum omne reddidit, immo quia omnes oues errauerunt, licet hæc illarum esset culpa, ille tamen pretiũ soluit cum nos patri reconciliauit. Quod furatus est Dæmon ab ipso exegit cælestis pater. Egregius etiam pastor Dauid, qui mentum suffocabat bestiæ, vt ab ore eius proprio neglecto periculo ouiculam eriperet, leonem & vrsum crudelissimas bestias amore eximio ouium ductus non expauescens, animam libenter pro ouibus offerens, sic verus pastor noster non semel, aut iterum, sed ut a fauce draconis nos erueret, & mortis periculo frequenter se exposuit, & tandem interiit ipse hostis præda effectus, vt nos ab ore eius liberaremur. Contra Diabolum pugnantibus Deus patrocinatur, nobisque Iesus indesinenter assistit, lib. secundo, cap. nono, nume. 1. 3. 4. 7. 8. 10. 11. 19. 24. vsque ad 26. 32. vsque ad 34. a Diaboli faucibus crura, & auriculæ eruuntur, dum Deum audimus, & sequimur, lib. secundo, cap. nono, nume. 18. Diabolus adueniente Dei auxilio, quod valde formidat discedit, ibidem nume. 34. Diabolus victus in Christi passione, quando se credidit victorẽ, lib. 3. cap. 10. num. 38. & 39. Diaboli malæ bestiæ sunt, quas pollicitus est Christus, quod exterminaret e terra, lib. 4. capit. 31. nume. 2. Diaboli dolositas, & crudelitas significatur, dum vrso, & leoni comparatur, ibidem nume. 14. & 18. Diabolus aliquando accipit iustos mandendos, sed non glutiendos, dum tentat, sed non prosternit, quia verus pastor eruit eos a faucibus illius, lib. quarto, capit. 34. nume. 21. Nominatissimus pastor Moyses, &c. Sed ex his nullus pro ouibus animam dedit, amor tantus ouium soli Christo Domino seruabatur, qui subditorum animas quærebat, non substantiam, sic in Genes. cum Abraham, quia captum audiuit Lothũ Regibus Barbaris pro eo liberando vitam periculo exposuit quem cum ab hostibus liberasset dixit Regi Sodomorum, da mihi animas, quarum causa certamen iniui, cætera quæ in bello sunt capta tolle tibi, non enim illorum, sed animarũ causa in prælium descendi: hęc veri, & boni pastoris sollicitudo fuit, qui pro nobis ouibus animam posuit nobis contentus nostra noluit recipere. Hanc Domini benignitatem pollicebatur Ezechiel dicens. Et seruus meus Dauid Rex super eos, & pastor vnus erit omnium eorum, id est Christus Dominus Rex tuus erit, tantæque erit clementiæ, vt non tantum Rex, sed & pastor vocetur. Quem vocauit Petrus principem pastorum, & Paulus pastorem magnum, quia omnes vicit bonitate & sollicitudine, & ouium dilectione, qui aiebat, væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis, gregẽ autem meum non pascebatis, quod infirmũ fuit non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis, quod confractum est non alligastis, & quod perierat non quæsistis, tales extiterunt pastores vestri vtilitati propriæ non uestræ prouidentes, sed cum ego nomen accepero pastoris his contraria faciam, quod perierat requiram, & quod confractum fuerat alligabo, & quod infirmum fuerat consolidabo, & quod pingue, & forte custodiam. Hac de causa Iesus noster pastoris boni nomen vendicauit, homines autem iure oues uocauit. His enim assimilari debent homines vt hoc nomine digni sint, quoniam sicut ouis ope destituta pastoris irreparabile a feris patitur damnum, quod effugere non valet, nec enim aliis est animalibus similis, quæ nimia velocitate prædita insectantes fugiũt hostes, aut vero in cauernis terræ absconduntur, uel armis sibi a natura datis se defendunt, uel innata sagacitate periculum euadunt, sed illius spes tota in pastore consistit. Vnde Moyses cum audisset tempus suæ mortis instare Dominum precabatur, dicens. Prouideat Dominus Deus spiritum omnis carnis hominem, qui sit super multitudinem hanc, & possit exire, & intrare ante eos, & educere eos, vel introducere, ne sit populus Domini sicut oues absque pastore. Dixitque Dominus ad eum, tolle Iosue virum, in quo est spiritus Dei, & pone manum tuam super eum, vt populus non sit ouis pastore destituta, quæ nec cibum, nec potum quærere nouit, vnde continuo perit. Quapropter natura instigãte a pastore non recedit, quicquid ab eo fuerit perpessa, nec baculo percussa fugit, quod si tantillum abcesserit, statim redit fugam reputans extremum malum.

Num. 27

Hæc iustorum conditio est, qui oues sunt, quod a Domini præsentia, in qua omne bonum consistit, nec minis, nec percussionibus attriti recedunt. Iustis dum promittit Deus societatem suam fœlices eos reddit, libr. 4. cap. 20. numer. 7. 11. 15. & 16. ad illum enim accedentes & illuminantur, & corroborãtur, ibidem nume. 11. 12. 14. vsque ad 16. qua de causa cum a pastore ducuntur illorum uiæ sunt absque offendiculo, lib. 14. cap. 19. nume. vndecimo. Pascuntur hi dum audiunt ea uerba, quæ eos ad timorem trahunt, delitiantur autem, qui multum proficiunt, lib. 18. cap. 15. num. 8. Deo approximantes homines fœlices sunt, lib. quarto, cap. 20. nu. 2. 7. 11. 12. Deum habens inhabitantem anima fœlix est, infœlix autem a qua recedit, li. 4. c. 19. nu. 12. vsque ad 14. 16. vsque ad 18. cap. 24. nu. 16. Qui etiam similis esse debet homo, quæ a natura arma, nec offensiua, nec defensiua accepit, nescit lædentem impetere cornibus, aut dentibus, immo nec fugere nouit, sed patienter, quæ inferuntur portare coram tondente se, immo coram iugulante se obtumescit, nõ vngulas, non cornua, non caudam accepit defensioni apta. Sic iusti animal mite arma non

Ephes. 27. Psalm. 36. Psalm. 43

non accipiunt, vt se defendant, sicut bruta, libro 8. cap. 3. numer. 11. Vnde Paula multas perpessa iniurias, nec verbum contumeliosum respondebat dicens, æstimati sumus, sicut oues occisionis. Et si occiderit me in ipso sperabo, qui pastor meus est, & ego ouis. Talem se considerabat Regius uates, cum diceret. Dedisti nos tanquam oues escarum, & in gentibus dispersisti nos, hæc omnia uenerunt super nos, nec obliti sumus te, & inique non egimus in testamento tuo, & non recessit retro cor nostrum per impatientiam audientes monentem Paulum. Non uos defendentes charissimi, sed date locum iræ, maledicimur, & benedicimus, persecutionem patimur, & sustinemus. patientiam ille habet in opprobriis, qui uere humilis est, lib. octauo, capit. octauo, numer. 1. Patientia rationabilis est iniurias sentire, & ferre, & qui talis est columna dicitur argentea in templo Dei, lib. nono, capi. quarto, numer. primo. Iniuriam passus etiam irritatus patienter eam ferat, lib. primo, capit. 12. nume. 23. 37. & 38. lib. 2. capit. 8. numer. 5. lib. 8. cap. 7. num. 21. lib. 9. cap. 4. nume. 19. libr. 14. cap. 1. nu. 11. Tandem sicut in oue eximiam cernis vtilitatem lacte, caseo, & carne, pasceris, lana indueris, ita iusti populus Domini, & oues pascuæ eius, vtiles æstimantur. Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderũt de lauacro omnes gemellis fœtibus, & sterilis nõ est in eis. iustorum societas valde vtilis est, libro 4. cap. 6. num. 1. & 2. lib. 11. ca. 5. num. 11. Iusti in causa sunt, ut Deus multitudini parcat, lib. 4. cap. 3. nume. 10. lib. 5. cap. 4. numer. 2. 4. 5. & 8. capit. 8. nume. 4. vsque ad 6. 9. 13. & 15. Iusti oues sunt ascẽdentes de lauacro, &c. lib. nono, capit. 19. numer. nono. Iustos Deus summopere veneratur eorum faciens voluntatem, lib. 9. capit. 23. num. 9. usque ad 11. Iusti fertiles comparantur ouibus, lib. 18. capit. 15. numer. 22. & 27. in sanctis nihil est sinistrum, sed dextrum, & perfectum, libr. 16. capit. septimo, nume. 8.

Cant. 6.

4 Mercenarius autẽ, & qui nõ est pastor, &c. vsque ad verba illa, & nõ pertinet ad eum de ouibus. Mercenarij isti pastorum vice funguntur, eorum induuntur vestibus vtuntur baculo; sed veri pastoris nomine indigni sũt, de quibus aiebat Propheta, o pastor, & idolum derelinquens gregem: Idolum vocatur, quia quamuis oculos habeat subditorum miserias non intuetur, aures habet, sed clamores subditorum non audit, linguam, sed eã ad docendum non aperit, manus, sed extendere eas renuit ad subleuandam ouium paupertatem, cor, sed non ad diligendum subditos, pedes habet, sed oues non præcedit, ut ad conuenientia pascua dirigat. Recesserat a lecto Dauid, & vxor eius Michol posuit loco illius statuam pellibus coopertam, venientes autem putabant se Dauid inuenturos, & eius statuam repererunt. Recedit Prælatus a suæ Ecclesiæ lecto, & ponitur loco eius mercenarius ipsum quasi statua repręsentans. Ea enim est inter pastorem bonum, & mercenarium differentia, qualis inter hominem, & statuã. Erat autem illa pellibus cooperta, quia quandoq. exterius sanctitatem simulãt, quãuis interius corruptissimi sint. pastor superbus hoc nomine indignus idolum dicitur, li. 14. ca. 30. nu. 8. Mercenarius fugit, quia non pertinet ad eum de ouibus, qui lucrũ quærit non ouium cõmodũ. Illud. n. verus pastor quærit, vnde in Deuter. dixit Dominus ad Moysen, ecce dormies cum patribus tuis, & surget populus bono pastore deficiente, & fornicabitur. Mercenarius bona fide rebus pacatis gregem procurat, tamen si ingruat uitæ periculũ ueniens, magis pro se, quam pro ouibus sollicitus, relictis ouibus fugit, vt vitæ consulat. Mercenarij sũt qui gregem Domini pascunt commodi tantũ sui, & lucri gratia, quos increpat Dominus dicẽs. Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, quæ sua sunt quærentes, nõ quæ Iesu Christi, &c. Nec tantum fugit, ait Augustꝰ. quando oues deserit, sed etiã quando timore periculi silet, non se opponit lupo, quo nomine eos vocat, qui falsa doctrina, vel malis exemplis, vel fœuitia oues corrũpere nituntur. Quod grauissimum malum, ut significaretur vetus multorum Imperatorum dictum fuit, magis esse timendum ceruorum exercitũ Duce leone, quam leonum duce ceruo, adeo magnũ est in quouis negocio gubernatorem, ac pastorem esse præstantissimum. Hinc maioribus natu incusantibus Saguntinos, quod post aduentum Scipionis Romanos milites congressu fugissent, quos sæpe antea fugare soliti essent, responderunt. Grex quidem est idem, sed alius pastor. Vespasianus Senior Romanorũ Imperator cũ grauiter febricitans increparetur a medicis, quod morbo correptus nihil de quotidiana victus rõne immutaret, faceretq. omnia, quæ ad principatũ spectarent, respõdit. Imperatorẽ nõ lecto cubantem, sed stãtem mori oportere, subditorũ vtilitatibus semper intentũ, in quo pastorũ (qui mercenarij potius dicendi sunt, quã pastores) negligẽtia taxatur, li. 14. c. 30. nu. 1. pastores cõsopiũtur a Diabolo, vt oues pereãt, ibid. nu. 7. pastores, Apostoli, & alij hoc nomine digni cum suis gregibus venient in iudicio, vbi negligentes Prælati confusi erũt, li. 16. c. 3. nu. 12. li. 14. c. 30 per totũ, reprehenduntur Prælati negligentes, superbi, acceptatores personarũ, & delitiosi. Prælati tãtũ subditos excedere debẽt, quantũ pastores eminent ouibus, li. 14. ca. 31. nu. 8. & 24. qui pastoribus gregũ meritò cõparãtur. Prælati sic curent propriã salutẽ, vt intentissimi alienæ sint, li. 16. c. 7. n. 24. & 25. Dei ergo misericordia, non solus Iesus pastor bonus fuit, sed Ecclesia per appropriationẽ, quę de ipso dicũtur, Prælatis sãctis accommodat, ingentiq. Dei beneficio pastores dãtur, qui animã, & cuncta vtilitati offerant ouiũ. In cęlo ubi oues pastore non egẽt, sedent illi, & cubãt in meridie, sed modo dum in pascuis sunt oues, in quibus incursantes sunt feræ, non dormitat, neque dormit, qui custodit

Zacha. 11

1. Reg. 19

Deut. 31.

Iansenius.

Ezech. 34

Cant.

Israel. Nunc Prælati necessarij sunt, qui etiam cum dispendio vitæ tuentur oues, & Ecclesiarum facultates fortes effecti etiã contra principes, quando id expedierit, lib. 14. cap. 31. nu. 10. li. 16. ca. 2. nu. 1. & 2. ca. 3. nu. 7. ca. 6. num. 7. Bonitate Dei factum est, vt recedente vero
Num. 27. Moyse Christo Domino prouiderentur homines multi, qui possent exire, & intrare ante eos ne esset populus Domini, velut oues absq; pastore. Non postulat Iesus a patre virũ, sed viros multos, qui in oĩ loco oues pascãt, &c. tales, qui iussu Dei non propria sollicitudine eligãtur illi, in quibus est spiritus Dei, & quibus noster Moyses imposuerit manus. Prælati boni ob peccata populi auferuntur, & dãtur mali, li. 2. c. 11. nu. 1. ca. 14. nu. 2. & 3. lib. 9. ca. 8. nu. 4. & 14. lib. 14. cap. 28. num. 1. 5. & 13. Talis erat S. Antoninus ipso renitẽte electus, cuius
Surius. aula nihil differebat a monasterio, ipse se ad ocia intelligens non vocatum, nocte ad matutinas semper surgens, ac deinde vsque ad tertiam diei horam lectioni sacræ, aut scribẽdis libris incumbens, peracto hora tertia sacrificio reliquum diẽ totum pastorali curę dabat. Nulla fuit moles tanta negociorum, vt tãtillum hominem Deo plenum retinere posset, quin in sublime totus raperetur, ita vt corporis moles mentem nõ turbaret eleuatam, sed simul rapta in aere pendula maneret. Quidã ex ministris eius non sine lachrymis referebat inspectum sanctum præsulem fuisse sublimem ad Crucifixum raptum, quod dulciter alloquens amplexibus stringeret, & oscula lateri defosso figeret. Si quando in ciuitatem pestilentia grassaretur non relicta vrbe fugiebat, sed verus pastor animam pro ouibus positurus affectos morbo non per alios, sed ipse intrepidus in strato asino, & onusto munusculis adibat. Nulla vi tanta perterrebatur, quã zelo Ecclesiæ cuius libertatem vsque ad vitæ periculum tutatus est, vnde magistratus Florentiæ hac de causa anathematis sententia irretiuit, qui supplices litteras ad Pontificẽ dedere, qui iussi sunt, ut Antoninum conuenirent, & supplices fassi culpam anathemate soluerentur. Antistes verò quoniam publice peccauerant, Ambrosij imitatus zelum nunquam satis bene laudatum, zona collo indita ad fores templi iussit proferri, & ibi coram populo conuerberatos terga, vinculo excommunicationis liberauit, quam grauissimis de causis ferendam docuit cũ semel quidam peterent ab eo excommunicationẽ, quia iacturam nescio quam pecuniarum fuissent passi, quam ille negauit, illis instantibus, candidus panis eius iussu in medium allatus est, qui cum anathematis uerba in eum maiestate illa sua protulisset, statim spectantibus cunctis in carbonis atredinem est conuersus. Abite iam (ait) nolite candorem animarum pro tenui lucro in sordium nigredinem transformare. Mox nondum profectis ad panem conuersus, heus ait, anathematis nexu te libero, statimque candiuit. Tanti apud Romanos Pontifices est habitus, ut Nicolaus Quintus de eo prædicauerit, non minus inquit, Archiepiscopum Florentinum in sanctorum Cathalogum adhuc viuentem referendum esse censeo, quam Bernardinum mortuum, id quod non ad Bernardini sanctissimi taxationem, sed ad præsulis Antonini celebre præconium referendum est. Condonauit Pius Secundus, qui eius morti, & sepulturæ adfuit, ei, qui sanctum cadauer oscularetur septem annorum, & totidem quadragenarum pœnam. Hinc factum est, ut aliis super alios acceruatim confluentibus, non nisi octauo ab interitu die conderetur, quo tempore non solum aliquid fœtidum non oluit, sed suauem fragrantiam spirabat.

Ex his quæ diximus colligendum est omnium Christianorum vitam, duobus officiis contineri: duplexque sit Christianorum genus, alij qui Pastoris officium sunt assecuti, alij qui in ouium humilitatem seruantur, totiusque Ecclesiæ hoc summum bonum est, vt vnusquisque propriam uocationem agnoscat, & secundum eam viuat, pastor imperet, ouis obediat, ille timeat, alter subiiciatur. Prælati, qui populum errantem regere debẽt, aliquando illaqueant, lib. 14. cap. 16. nume. 14. Sacerdotum auctus est numerus, & diminutum meritum, ibidem nume. 19. 20. 25. & 26. Sacerdotes cor, & stomachus sunt Ecclesiæ, quia ab illis bonum, vel malum procedit, lib. 16. cap. 2. num. 3. 11. & 12. Sermonem audiẽs, nec proficiens in pari est periculo cum præla to, qui tacet, lib. 16. cap. 10. numer. 13. de obedientia exhibenda prælatis disseritur, lib. 13. cap. primo, maxime numer. 1. vsque ad 7. 14. 18. 25. & 28.

IN FESTO INVENTIONIS Sanctæ Crucis.

Euangelium.

Erat homo ex Pharisæis Nicodemus nomine. Ioann. 3.

Vide lib. 3. cap. 11. per totum de excellentijs Crucis Christi, & quod ei configi debet homo, & lib. 3. capit. 5. num. 84. cap. 9. num. 18. cap. 10. nume. 12. & cap. 11. potissime nume. 47. & 48. lib. 4. ca. 27. nu. 10. & 11. lib. 16. cap. 12. nu. 8.

Inuentio S. Crucis.

DVO habet tempora Ecclesia memorię Crucis Christi cõsecrata, unum, quod a Dominica in Passione, & deinceps celebrat lachrymis, quando manus eius distillant myrrhã primã, & digiti pendentis in cruce pleni sunt myrrha probatissima, & tũc inuitamur uocibus spõsi, ut proficiscamur in hortũ suũ, ubi messuit myrrham cum aromatibus suis, quia

quia omnia aromata, omnia diuina beneficia amarissimæ myrrhę sunt coniuncta, vnde totis illis diebus clamat ipsa, fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. Vbi quicquid in sponsa contemplatus fueris, non solum cor, lingua, sed & manus, & digiti, hoc est non solum interna eximium dolorem, anxiamque defatigationem a Cruce prouenientem Christo Domino redolebunt, sed externa uerbum hoc bonum eructabunt, ita vt loquela habitus, cibus, conuersatio, cæteraque omnia digna sint homine, qui mortificationem Christi non in anima solum, sed etiam in corpore circumfert ad exemplum Pauli, qui carnem mortificans ostendebat testamentum, & pactum Dei in illa, lib. 3. cap. primo, numer. primo. qui enim Christi sanguine non mouetur durior silice est, & adamante, lib. 3. capit. decimo. numer. 86. Secundum tempus memoriæ, & celebrationi Crucis dicatum illud est, quo gaudiis, tripudiis, inuentionem Crucis, eiusque admirabiles fructus exultatione plena celebrat Ecclesia veluti separans læta a tristibus, non aduertens, quæ in ea terribilia pertulit Crucifixus Iesus, sed quæ inde nos reportauimus bona, innocentiam separans rosam suaue olentem, delectantem, & medicantem, a spina pungente, & cruentante, licet in Rosario unum ab altero non separetur, etsi coniungantur in Cruce Christus vulneratus, & homo redemptus, sanatus, recreatus, dum tristitiã non considerat modo Ecclesia, admirandis sanctæ Crucis effectibus exhilaratur. Vtrumque hoc significauit Ie-
Ioan. 16. sus instante iam morte cum dixit, Mulier cum parit tristitiam habet, quia uenit hora eius maximis doloribus abundans, cum autem peperit, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. In Cruce dormiuit Iesus Christus (tormenta enim, quæ ibi patiebatur, etsi inenarrabilia illa essent pro gratissimo reputabat somno animarum uehemens amator) sed dormiente ipso pulcherrima illique gratissima Eua egressa est Ecclesia. Christus myrrhæ fasciculus inter ubera commoratur sanctorum considerantium Crucem Christi in grande illis bonum cessisse. lib. tertio, capit. octauo, numer. 14. 15. 21. Crux sedes sponsalis, in qua Iesus Ecclesiam sponsam sibi asociauit, libr. tertio, cap. decimo, numer. 81. Crux Christi virgæ, in qua Moyses mira operatus est in Aegypto optime comparatur, lib. tertio, cap. vndecimo, numer. secundo. 35. 38. & 39. recte enim illa comparatur virgæ Aaron, quæ germinauit, & fructus fecit, ibidem nume. quarto. Crux Christi super omnia diuinæ bonitatis magnitudinem prædicat, ibidem numer. 20. Crux Christi arca Noe, & tabula, ubi a diluuio liberati sunt homines, ibidem numer. 27. 31. & 32. Crux Christi iam non est pœna, sed gloria, lib. 3. cap. 7. numer. 31. 37. & 45. illa enim recte dicitur *Mastel.* & nauis, & arbor illius, ubi huius sæculi mare transfretamus, ibidem numer. 31. 32. 52. & 53. immo, & lignum Paradisi est ferens fructus duodecim, numer. 34. & lib. quinto, capit. tertio, numer. 14. Crux Christi quouis diademate glorioſior est, li. sexto, capit. quarto, numer. nono, vsque ad 12. Et denique eximia exultatione Crucis memoria renouanda est, in qua Iesus dæmones traduxit, & de illis victoriam reportauit, ut sanctificatio ad nos transire potuisset, libr. septimo, capit. nono, numer. primo. Festum ergo fœliciſſimæ inuentioni Crucis, quam Helena Constantini Imperatoris mater, summa diligentia, & quæsiuit, & reperit, celebrat Ecclesia, lib. 3. cap. 11. numer. 47. usque ad 50. Cum enim auctore Hieronymo, & Ambrosio in vita Theodosij Imperatores Romani suadente Diabolo in loco Caluarij idolum ædificassent & templum Veneris, quo sacræ Crucis aboleretur memoria, nec preciosum lignum memoraretur amplius, timensvehementer, quod accidit. Nam, vt docet Chry- *Chrysost. demõstrat. aduersus Gentiles.* sostomus, in Cruce impletum est. Erit radix Iesse, & qui exurgat, vt regat gentes in virga *Esa. 11.* hac non ferrea, sed aurea, & erit quies eius honor. Iam enim hoc mortis genus diademate quouis preciosius est. Nam Reges posito diademate Crucem suscipiunt. In purpuris Crux, in diademate Crux, in precibus Crux, in armis Crux, in mensa sacra Crux, & in toto orbe Crux, & super solem fulget Crux. In omni Regione, omni Ciuitate, & solitudine, & parte orbis, quæ habitationi accommoda, & non accommoda prædicatur Crux. Et Reges, & milites, & Principes, & præsides, & liberi, & serui, & idiotæ, & sapientes, & barbari, ac reliqua hominum genera ad hoc nomen currunt, vt adorent, vt discas quid sit, Et requies eius honor. Et locus quidem quo cor *Esa. 11.* pus Domini positum fuit breuis erat, & valde angustus, augustior tamen, & venerabilior mille regum palatiis, immo & regibus ipsis. Et cũ lex diceret maledictus omnis, qui *Deut. 20.* pendet in ligno, hoc maledictum, hoc abominabile, hoc extremi supplicij symbolũ, Crux, diadematibus, & coronis clarius factum est. Nec enim sic regia corona ornatur caput, ut Cruce, quæ in omnium frontibus, quasi in columna quotidie figuratur. Sic in Sacerdotum ordinationibus, sic iterum cum corpore Christi, in mysticis cœnis fulget, omnes Cruce magis ornantur, quam multis gemmatis monilibus, & torquibus. Ipsum lignum in quo positum sanctũ Domini corpus est, & Crucifixũ habere totus orbis ita contendit, vt qui parũ quiddã ex illo habẽt hoc auro includãt tã viri, quã mulieres, & ceruicibus suis aptant, hinc valde honestati, & magnifici muniti, & protecti, licet cõdemnationis fuerit lignũ illud, tamen Deus supra cælos eleuauit. Hoc enim mortis signũ multę benedictionis argumentum est factum, & omnigenæ securitatis murus tẽpestiua Diaboli plaga, Dęmonũ frę-

num, & chamus aduersariarum virtutũ, hoc enim Diaboli arcẽ expugnauit, inferni æreas portas confregit, totum orbẽ condemnationi subiectum eripuit. Hæc Chrysostom. Hæc ergo Dæmonis anxia sollicitudo fuit, ut preciosum Domini lignum cælaretur, quod liber ille ciet, quem viderat Ezechiel, vbi ea legebantur, quæ omnium saluti forent necessaria in quo intus, & foras scripto scriptæ erant lamentationes, & carmen, & væ, multa quæ hominem contristant, varia quæ delectant, non solum quia vt diximus, tristatur homo, dum amara, quę pertulit Christus Dominus considerat, exhilarescit autem dum uberrimos Crucis fructus ad memoriã reducit, sed etiã quia in Cruce legit acrem indignationem Domini aduersus peccata, eorum grauitatem, rigidam Dei iustitiam, qui gladium exemit, vt percuteret pastorem, quia curam susceperat ouium, quæ errauerũt, quo miserę illæ expauescerent, hoc est væ, quod in Cruce scriptũ est. Habet, & carmen musicũ, quo homines delectati, dum tantam bonitatem Dei considerãt monentur ad sperandum, cum Christũ in Cruce erectum aspiciunt, velut turrem a facie inimici ne isti nos vulnerent, sed potius a nobis percutiantur illi, lib. 3. cap. 9. num. 27. quia hęc virga dirigit iustos, confidunt multi, quia confringit peccatores, turbantur alij, ibidem nu. 26. decore enim, & fortitudine indutus est Iesus, decorus erat iustis, fortis peccatoribus, lib. 3. cap. 8. num. 10. Crucem Christi tremunt Dæmones. Habitatores Chanaam, & nos confidimus, lib. 3. cap. 10. num. 3. cap. 11. nume. 8. Ecce quomodo Crucem Christi duobus tẽporibus Ecclesia ad memoriam reducit, vnum in quo ad lachrymas excitemur, alterum in quo exhilarati grati simus Redemptori. Et sicut in Cruce Christi duo hæc tempora tã inter se diuersa inuenimus, ita & in Cruce, quã Iesus tollendam docuit Christianos, duo etiã tempora expectanda sunt, alterũ lachrymis, alterum earum fructui consecratum. Vnum de quo Paulus ait, omnis quidem disciplina in præsenti non videtur esse gaudij, sed mœroris, postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Mœroris est tempus cum homo accipit Crucẽ, fructus pacatissimus succedit huic, cum mercedem dat iustis. Modo iustis conuenit. Euntes ibãt, & flebant mittentes semina tua, vt venientes postmodum, cum exultatione venient portãtes manipulos suos, seminant in lachrymis, vt in gaudio metant. Passus est Christus. Et postea lætam audimus Ecclesiam dicentem, Dicite in nationibus, quia Dominus regnauit a ligno, & nos illius membra effecti compatimur modo, ut conglorificemur, & conregnemus. Regnauit Dominus a ligno, & tu regnare cũ illo non potes, nisi & regnes a ligno illius confixus Cruci. Turbam magnam viderat Ioannes, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus stantes in cõspectu agni amicti stolis albis, & palmæ erant in manibus eorum in victoriæ signum, lætantes, & gaudentes certè coram agno, sicut exultant Victores superatis hostibus, & capta præda, cãtantes lętitiæ canticum, salus Deo nostro, qui sedet super thronũ, & agno. Sed vnus de senioribus Ioanni dixit. Hi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine agni. Ideo sunt ante thronũ Dei. Non esurient, neque sitient amplius, neque cadet super illos sol, quoniam agnus, qui in medio throni est, reget illos, &c. & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. Et infra cum hæc vltima verba retulisset Ioannes, addidit, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor, quia prima abierunt, hoc est mala hæc pertulerunt iusti, dum viuerent Cruci hærentes, ieiuniis, ciliciis, & vigiliis macerantes corpora, sed ecce iã facta sunt omnia noua. Carnem, & eius concupiscentias mortificantes homines interficiunt de ciuitate Domini omnes operãtes iniquitatem, lib. 3. cap. 1. nume. 15. vt ciuitas sit munda similis vitro mundo, dumque electi castigant corpora, propter Deum induuntur purpura, & byssо, ibidem numer. 23. Dumque carnis concupiscentiæ frigescunt fit homo, sicut vter in pruina, ibidem nu. 38. Caro configitur Cruci, dum timore Domini acta mortificatur, lib. 3. cap. 1. num. 39. capit. 11. num. 25. & 55. Crucem Domini si videant in nobis Dæmoñes expauescunt, & non alias, lib. 3. cap. 11. num. 3. 8. & 14. Lachrymæ Sanctorum æterni gaudij sunt semina, libr. 7. cap. 1. num. 10. lib. 10. cap. 2. nume. 3. 10. 14. 17. 18. & 23. Lachrymæ huius vitæ pariunt consolationem in futura, lib. 10. cap. 2. numer. 3. & 17. Vitas duas Deus nobis constituit hanc in certamen, futuram in certaminis præmiũ, lib. 18. cap. 17. num. 5. & 19. 23. & 24. Quia Ecclesia primum lachrymis celebrauit crucifixum Dominum, modo gaudiis in memoriam renocat Crucis inuentionem, & ut laudes, & fructus illius aduertat homo, hoc vtitur Euangelio, in quo post varia, in quibus Nicodemũ instruxit necessitatem mortis Christi, & Crucis laudes enarrans dixit post multa. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, &c. Est hæc figura inter omnes figuras Crucis, & passionis maxime aperta, & appositа: indicat enim Christi occisi, quasi seductor fuisset, & populi corruptor, innocentiam, mortisque eius genus, ac virtutem, nostros a veris serpentibus lethales morsus, ac modum, quo ab eis per Christum curari possimus. Vt sicut olim Moyses serpentem æneum suspendit in quem aspicientes sanarentur, qui morsibus serpẽtium, & veneno fuissent infecti, ita pro curandis nostris vulneribus lethalibus, quæ primi serpentis suasu hominibus cunctis acciderunt in deserto huius mundi, Christus a peccato quidem, & omni veneno alienus, sed tamen in similitudinem carnis peccati veniens, ac tanquam serpentinæ malitiæ, a Iudæis reiectus, & habitus in ligno Crucis exaltatus est, vt veræ fidei oculis inspectus a morte liberarentur

Heb. 12. S. Thom. lect. 3.

Psalm.

Apoc. 7.

Esa. 9.

Apoc. 21.

Lanfranc.

Lanfranc.

Nume. 21

rentur æterna. Non caret autem mysterio, quod Moyses non ligneum aut lapideum, sed æneum serpentẽ fecerit primũ, vt per hoc significaretur (ait Augustinus) memoria æterna crucẽ Christi in orbe celebrandam fore. Tum etiam quia serpens æneus magis Christum exprimebat, tum propter suam soliditatem, tum quod ex igne conflatus esset, charitatis enim igne excoctus suspensus fuit in cruce. Et quidem Moysi præceptum non fuit, vt faceret serpentem æneum, pro serpente enim æneo num. 21. Hebræis est vna dictio, Saraph, quam prius noster interpres vertit serpentes ignitos, hoc est vrentes, æneum ergo fecit Moyses serpentem ex igne conflatũ, quia sic melius figuram expresit serpentium ignitorum a quibus percussus erat populus, ac vmbrã Christi, qui & ipse ignitus fuit, sed alio igne, quam quo igniti sunt veri illi serpentes a quibus vulneratũ fuit lethaliter genus humanum. Dicit autem rabbi Ioseph medicos asserere, cum quẽ momorderit serpens statim mori si inspexerit æs, ac propterea ex præcepto Domini Moysem æneum serpentem fecisse, vt miraculum magnificaretur, dum contra naturæ cursum æs factum est salutare percussis a serpentibus. Cui simile dicit Hieronymus de ficorum massa quæ iussa est apponi vulneri Ezechiæ regis morbo illi maxime contraria, vt diuina potentia sanitati restitutus crederetur, non medicinæ vi, quæ certe morbo contraria erat, lib. 4. cap. 22. num. 3. vsque ad 6. 11. vsque ad 14. Quod si verum est, quod Iudæus hic dicit recte mysterio crucis conuenit, quia ipsa crux quæ maledicta olim fuerat, iam conuersa est in benedictionem. Attulit Dominus figuram ænei serpentis ad retundendam Iudæorum malitiam. Si dicis Iudęæ, qua ratione homo in cruce suspensus saluare homines potest? Qua ratione serpens æneus mortuus vitam potest donare? Dicitur autem peccatũ morsus serpentis, quia totum infecit hominem, animam corpus, rationem voluntatem omnes vires, immo & totum humanum genus, & sicut tunc serpens serpentem fugabat, ita homo nocens per innocentem saluaretur, & mors iusta hominis per mortem iniustam Christi aboleretur. Præceptum fuit Moysi, vt serpentem exaltaret, vt eum omnes conspicere possent, ne quis eo bono fraudaretur, ita & Christus in aera eleuatus est, &c. Et sicut in figura illa tria concurrebant, Deus sanitatem præstabat, medium per quod dabat erat serpens æneus, sanitatem autem accipiebant, qui serpentem intuebantur, sic & in iustificatione nostra fit, Christus iustificat, sacramenta sunt instrumenta, quibus operatur salutem, fideles soli sunt, qui iustificantur, licet non omnes. De hoc signo scriptum est, in tempore illo erit radix Iesse, & qui stat in signum populorum in ipso gentes sperabũt. Et paulo post. Leuabit Dominus signum in nationes & congregabit profugos Israel. Vere enim hoc signo nos Dominus cõgrega-

Aug. in ep. ad Gala.

Esai. 11.

uit alioqui plane desperatos. Christus exaltatus in cruce mortem fugauit, vt serpens æneus, lib. 3. cap. 10. num. 12. Nec tanti beneficij obliti sunt Iudæi, sed vt August. ait, tantum serpens ille a Iudæis magnificatus fuit, vt seruatus ob facti memoriam, temporum successu beneficio abusi sunt, dum serpentem coluerunt pro Deo illi offerẽtes thura, mactantes victimas genibus flexis adorantes æris similitudinem, quo patres liberati fuissent a veneno ignitorum serpentium. Nec huic malo prouideri vsquã potuit, quo vsque Iosias rex zelo legis feruidus cum magna pietatis laude contriuit. At Christus, qui licet in similitudinem carnis peccati venerat, verus Deus erat a quo & maiora, & potiora accepimus beneficia non solis patribus concessa, vt tunc & temporalia illa mortem ad tempus breue fugare secuturam postea, varijs de causis, sed spiritualia omnibus cõmunia, tantorum beneficiorum obliti Christum, non adoramus, sed contemnimus. Et licet serpens ille significaret, ait Augustinus, quod a mortiferis cupiditatibus sanamur, per mortem Christi & Crucem, & sicut tunc qui conspiciebat exaltatum serpentem & a veneno sanabatur, & a morte liberabatur, sic & nunc qui cõformatur similitudini mortis Christi a malo liberatur. Et cũ crux Christi scala sit Iacob, vbi Dominus innixus scalæ Iesus est crucifixus, qui Angeli esse debuissemus ascendentes & descendentes, quales fuerunt Apostoli, & sancti, tanto beneficio male viuentes abutimur prorsus inexcusabiles effecti, vbi cum in cruce Christi inuisibiliter esset crucifixus Dęmon ne noceret nobis, lib. 3. cap. 11. num. 5. & 6. illum peccantes viuificamus, cum occidere debuissemus abstinentes a peccatis, lib. 2. cap. 7. numer. 7. & 8. cap. 9. num. 17. lib. 4. cap. 32. num. 4. Insania quidem & impietas maxima Iudæorum fuit, serpentem adorare, multa autem Christianorum sapientia, & bonitas, si crucem colamus & dicamus, spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris, cui diximus in vmbra tua viuemus in gentibus. De Christo intelligit Ambrosius. Quod factũ est in ipso vita erat, sic legens longe aliter quã Augustinus, quia lachrymæ Christi verba illius, itinera, concisa caro, verbera, crux, vita erant, nec quomodo vita quo arbor paradisi vitam conferebat, quam mortuo dare non poterat, at crux Christi mortuos viuificare fuit potens, vnde dictum est in vmbra tua viuemus, & cum in vmbra hac viuere debuissemus, vitam contemnimus animarum in ligno crucis existentem. Hæc arbor est de qua scriptum est. Hæc dicit Dominus, sumam ego de medulla cedri sublimis, & ponã de vertice ramorum eius, & plantabo super montem excelsum & eminentem, in mõte sublimi Israel plantabo illud, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam, & habitabunt super eam omnes volucres & vniuersum volatile sub vmbra frondium

Lib. 10. de ciuit. cap. 8.

4. Reg. 18.

Lib. 9. cõtra Adimantiũ.

Lib. 1. de peccatorũ meritis serm. 79 de tempore.

Thren.

in psal. 36.

Ioan. 1.

Ezec. 17.

dium eius ædificabit, &c. Ego Dominus locutus sum & feci, quem locum licet de Zorobabel multi interpretentur illum Hieron. de Christo Domino intelligit. Medulla cedro inserta est Christi crux a qua tot emanauerũt bona. Est enim crux Christi vexillo similis, quod in bello portat signifer, vbi milites aspiciunt, quod si in muro aspexerint statutum dimicant omni propulsato timore ardenter, vt eo accedant, vbi collocatum est vexillum, non quidem illud fortitudinẽ militibus confert licet spe obtinendæ victoriæ animatum reddat militem antea metu exanimatum. Vexillum instrumentum bellicũ non est, vt murus cadat, sed militis fortitudine aperiendus est, at Crux Christi ipsa est quæ vires tribuit, *Psalm.* hanc tanquam virgam virtutis suæ emittit Deus, vt dominari tu possis in medio inimicorum tuorum, ipsa instrumentum bellicum est, quo muri peccatorum corruunt, si exierimus nos extra castra improperium Christi *Hebr.* hoc est crucem eius portantes. Accedamus ad thronum gratiæ crucem Christi, quæ illi thronus fuit iustitiæ in qua dura pertulit, & *Coloss. 2.* patri satisfaciẽs tulit chirographum decreti, quod erat nostræ saluti contrarium. Loquens Spiritus sanctus de arca Noe vbi fera *Sap. 4.* animalia mansuescebant, ait. Benedictum est lignum, per quod fit iustitia, vbi recte crux Christi significatur, vbi ad æqualitatem iustitiæ pendens satisfecit Iesus, quod numero intrantium non angustatur, nec impletur, sed cunctis intrare valentibus conceditur locus, quibus ingressis ab inũdantibus aquis diluuij tuti sunt homines antiquamq. feritatem deponentes, efficiuntur mites, vt possi- *Chrysost.* deant terram viuentium. Sic tremunt crucem dæmones sicut gladium, quo lethale vulnus acceperunt. Christi crucem tremunt dæmones habitatores Chanaan, lib. 3. capit. 10. num. 3. cap. 11. numer. 8. Sit crux arbor vitæ posita in medio paradisi animæ tuæ, cuius fructum, & vitam illius serues, & noxios cõcupiscentiæ motus modereris. Adoramus Christiani crucem (ait Rupertus) & in ea sa- *Lib. 6. de di uin. officijs cap. 21.* lutem acquisitam, liberationem perpetuam, adoramus crucem, fidei præsidium spei firmamentum, charitatis solium, misericordiæ titulum, pietatis argumentum, gratiæ vehiculum, pacis vexillum, crux Christi ianuæ cœli, claus paradisi, diaboli deiectio, hominis erectio, captiuitatis nostræ solatium, libertatis precium, triumphus regum, dignitas sacerdotum, crux tenebrarum excidium, lucis infusorium, mortis effugium, vitæ nauigium, regnum patris, sceptrum filij, sigillum Spiritus sancti. Vnde sicut quondã po- *1. Reg.* stea quam Dauid gladio Goliæ de illo potẽtissimo hoste victoriam reportauit periculo se offerens, illum in tabernaculo collocauit, in victoriæ & signum, & gratitudinem, ita Christus Dominus cum baculo pugnans mire potentissimos hostes deiecit, & quo medio illum necare cogitarunt, s. Cruce, illi interempti sunt, & ensis triumphus celebratur hodie, & crux in templis in domibus, & in itineribus collocatur, vt acclamemus victori, &c. Et in tanti regis victoria tuba intonet salutaris, vt in gladio hoc nostri deijciantur aduersarij instanter poscimus, vtq. signum sit salutis vitale lignum cum Dominus ad iudicandum venerit. Stabunt iusti tunc magna *Sapien. 5.* constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & abstulerunt labores illorũ, videntesq. mirabuntur timore horribili, vbi dicuntur impij abstuliſſe labores iustorum, quia contempserunt, & spreuerunt illos. Quid quæso experientur illi, qui labores Christi tantos, & contempserunt, & sibi inutiles ne dicam noxios eorum culpa reddiderũt? Hac de causa triumphus crucis celebratur modo, vt iudicij tempore crux non contra nos, sed pro nobis veniat splendidior cunctis astris. Verbum Christi pereuntibus stultitia est, his autem, qui salui fiunt virtus Dei est, lib. 3. cap. 11. numer. 30. Triumphus crucis vere ab homine Christiano tunc celebratur, cũ triumphat de nobis, sicut enim cum olim duces Romanorum insignem aliquam victoriam fuissent cõsecuti acclamante populo recipiebantur, sequentibus captiuis ligatis quos vicissent, ita & quia mirabiliter in cruce Dominus de hoste generis humani mirabiliter triumphauit ille inuitus, sed victus cruci adhæret nosq. qui antea serui illius fueramus per peccatum, iam libertatem consecuti non victi, sed liberati triumphum celebramus crucis, qui eleuantes manus cum Christo vincimus Amalech, lib. 3. cap. 11. nu. 1. Triumphat de nobis Christus, cum crucifigimur cũ eo, longe aliter, quam mundus, ibidem num. 6. 12. 42. & 55. vnde iam crux Christi, sit in parietibus in frontibus, &c. vt in ea opus redemptionis consideremus, ibid. num. 13. 14. 21. & 22. Crucis Christi excellentiæ, lib. 3. ca. 11. num. 5. vsque ad 9. 11. 15. vsque ad 22. 27. 31. 32. 34. vsque ad 41. 52. & 53. Christus crucifixus, vt nos cum ipso crucifigamur, ibid. numer. 23. 24. & 55. Crux Christi sycomorus est, vbi ascendere debemus, si cum Zacchæo Iesum videre cupimus, ibid. num. 37. Christus crucifixus serpens æneus est, ad quem respicere debet homo, vt sanetur, ibid. numer. 28. 39. 46. 53. & 54. Crucis figura fuere illa in quibus prophetæ miranda sunt operati, ibid. num. 39. vsque ad 41. Triumphus crucis lætus illis est, qui dicunt. Mihi mundus cruci- *Bern.* fixus est, & ego mundo, q.d. omnia quæ mundus amat crux mihi sunt, delitiæ honores, & cætera, quæ mundus ardenter concupiscit, ea vero, quæ mundus reputat crucem, his affixus sum, illis adhæreo, illa toto amplector affectu paupertatem ignominiã labores, &c. Et cuncta quæ refugit mundus illa ardenter amo, iam inuenta cruce, iam in pectore conclusa, iam illi affixus clamo, de cætero nemo mihi molestus sit, ego enim stigmata Domini, &c. in corpore meo porto. Non omnibus datum est tanta gaudere perfectione, sed cũctis necessarium est, vt configamur cruci, vt con-

cõregnemus, cum eo qui mirabilẽ virtutem cruci dedit, lib. 3. cap. 11. num. 10. & 23. Qui crucem Christi nondum amplectitur ardenter, portet saltim libenter, quod si nec hanc adeptus est perfectionem, vel patienter eam ferat, ibidem 44. duplicem accipiat crucem, vnam qua corporalia moderentur, & alterã qua motus animæ regantur, & subdantur rationi, lib. 3. cap. 11. nu. 42. Clamet iã Christianus, & crucis verus confrater, cum Paulo, *Ad Gal. 6. S. Tho. lect. 4.* Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini mei Iesu Christi. Vnus quisq. ait S. Thomas in ea re gloriatur, per quã existimatur magnus, vn de qui in nullo alio magnũ se reputat nisi in Christo, gloriatur in solo illo. Talis est Paulus qui in cruce gloriatur, in qua sunt omnia de quibus solent homines gloriari. Nam aliqui gloriantur de amicitia principum, & hoc Paulus reperit in cruce, quia ibi amor Dei ad nos euidenter ostenditur. Alij gloriantur de scientia, & hanc excellentiorem inuenit Paulus in cruce, cum scribens Corinthijs dixit. Non existimaui me aliquid scire inter vos nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Alij gloriantur de potentia, quam reperit ille in cruce, quam Dei virtutem & potentiam vocauit. Alij gloriantur de libertate adepta, & hanc consecutus est Paulus in cruce, cum ait. Vetus homo noster crucifixus est, &c. vt non seruiamus vltra peccato. Præterea gloriantur in cruce, tanquam in triumphali signo victoriæ Christi contra Diabolum, qui in cruce victus est, lib. 3. cap. 11. & 14. Hæc iam nostra indefessa solicitudo sit, vt caro langueat primum, secundo tabescat, & in fine moriatur, lib. 3. cap. 1. num. 14. crucifigatur caro, quod tunc fit cum mortificatur, lib. 3. cap. 1. num. 24. 25. 39. & 42. lib. 3. cap. 11. nu. 3. 9. 12. 15. 23. vsque ad 25. & 55. In cruce autem Christi gloriantur, qui gloriam hominũ non quærunt, sed Dei, lib. 3. cap. 11. num. 33. & 37. Nullus iam deinceps crucem Christi erubescat, quam non erubuit Christus, sed in ea glorietur, quam ille gloriam suam vocauit, ibid. num. 20. 21. 33. 37. 40. & 45. cap. 12. num. 13. & 14. lib. 7. cap. 6. numer. 3. sed ei *Gala. 6.* crucifigat carnem, cũ vitijs & concupiscentijs. Si ad tantam perfectionem leuatus non fuero, vt tanquam dulcissimum amicũ crucem alloquẽs amatoria proferam verba, quæ proferebat Andreas cum diceret. O bona Crux, quæ decorem, & pulchritudinem de membris Domini suscepisti accipe me ab hominibus, & redde me magistro meo, vt per te me suscipiat, qui per te me redemit. Securus & gaudens venio ad te, ita rogo, vt & tu exultans suscipias me. O bona crux diu desiderata & iam concupiscenti animo præparata, &c. quia amator tuus semper fui, & desideraui amplecti te. Quam videns a longe clamabat ille. O crux inenarrabilis, o crux inæstimabilis, non me dimittas errãtem, &c. Saltim illam patiẽter tollerẽ, & dicam, quod *Serm. 43. in Cant.* Bern. aiebat. Ego fratres a principio conuersionis meæ pro fasciculo meritorum, quæ mihi deesse sciebam, hunc mihi fasciculum colligere, & inter vbera mea collocare curaui collectum ex omnibus anxietatibus, &c. & cruce Domini mei. Quoad vixero memoriam suauitatis eius eructabo, hæc mea erit Philosophia, vt sciam Christum, & hũc crucifixum, iam non sollicitus quæram, vbi cubet & pascat, quem in meo pectore commorantem aspexero. Non obsecro Domine tantum mihi contingat malum, vt eorũ sim particeps, qui multi sunt (quoniam stultorum infinitus est numerus) quorum miserandam & calamitatem, & insaniam referebat Paulus dicens. Multi ambulant, quos sæpe *Philip. 4.* dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimici crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Inimici crucis Christi luxuriosi, voraces, & cunctis carnalibus voluptatibus dediti sunt, quorũ florentem nunc gloriam carnis, quæ vt fœnum est, Deus in ignominiam commutabit, & in clibanum mittet, quod ne accidat Paulo efficiamur similes, qui subdit. Nostra autem conuersatio in cœlis est, vnde & Saluatorem expectamus, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, quod cruci affixum instar Christi humiliatum est, &c.

IN FESTO S. CATHERINAE Senensis ordinis Prædicatorum.

Euangelium.

Simile est regnum cœlorum grano sinapis. Matth. 13.

CVM felicissimũ transitũ sacræ Virginis Catherinæ Senensis sancti prædicatorum ordinis sororis ad memoriam reuocarem, quodq. anno 1380. ante trigesimum tertiũ ætatis suæ annum, diem clausisset extremum, fœmina cunctis admirabilis, inauditis dotata priuilegijs a summis Pontificibus Gregorio XII. & Vrbano VI. eximijs honoribus condecorata, ad tãtum eleuata virtutis gradum; ea verba, quæ Bernardus ad Abbatem Garinum Alpensem scribit, se mihi memoriæ obtulerunt. In quibus sanctus Pater, cum sancti viri in longa senectute constantem animum ad memoriam reuocasset, hæc verba protulit admirans. Vincit annos animus & frigente iam corpore feruet sanctum in corde desiderium, artubusq. fatiscentibus, durat tamen incolumis propositi vigor, nec sentit rugosæ carnis infirma spiritus promptus. Nec mirum, vt quid enim metuat veterani domicilij ruinas, qui fabricam spiritualem videt indies in sublime consurgere, proficere in æternitatem? certus namque est, si terrestris domus *2. Cor. 5.* ista

In festo S. Catherinæ Senensis. †

ista dissoluitur, quod ædificationem habet domũ æternam in cęlis. Quod si morte præuentus fuerit homo nondum spirituali ædificio consummato, dicemus consummatus in breui expleuit tempora multa. Bene multa, quia & vniuersa complectitur. Quomodo enim non expleuit omnia tempora, qui non longeuitate, sed longanimitate, hoc est non annorum serie, sed mentis deuotione & inextinguibili semper proficiendi desiderio percurrere potuit, tanta sibi in meritis vendicauit. Vera virtus finem nescit, tempore non clauditur. Nunquam iustus arbitratur se comprehendisse, nunquam dicit satis est, sed semper esurit & sitit iustitiam, ita vt si semper viueret, semper, quantum in se est, iustior esse contenderet, semper de bono in melius proficere totis viribus conaretur. Non enim, vt mercenarius ad annum, sed in æternum diuino se famulatui mancipat. Consummatus in breui expleuit tempora multa, quod omnium temporum receperit vicem, qui nullo tempore voluerit mutare intentionem, sed indefessum proficiendi studium, & iugis conatus in eo semper fuit, vt perfectionem assequeretur. Primi & purissimi fructus tui, cum tantus in te sit ardor innouandi ordinis. Rem fortium præsumis fessus senex, dum ordinis reformationi intentus es, fęminas a monasterio arces, &c. Nec timendum est, vt succumbas hosti, qui non cedis ætati. Hactenus Bern. In qua oratione duo in laudem retulit Garini, & quod in senectute paucorum conuentuum intenderet reformationi, & quod in iuuentute discedens eam fuisset perfectionem consecutus, quod consummatus in breui expleuit tempora multa.

Quod ille admirabile censuit in sene Garino, vehementius mirandum arbitror in sacra virgine Catherina, etenim difficilius est, quod sacra virgo, non canis frigescenteq. carne ferret sanctum in corde desiderium totius Italię reformationi consecratum, sed quod in ea ætate in qua passiones feruent, in qua vt plurimum homines rebus ludibriis, sæcularibusq. negocijs intenti, eorum quæ salutem animæ concernunt obliuiscuntur. Cunctorum virgo oblita ingenti solicitudine orbis reformationi tota intenta erat, maiori enim laude dignum est, quod huic muneri in adolescentia mancipentur, quam si hæc in senectute homines peragerent, nec illud munus in viro, sed in fęmina consideretur, nec id sit vnũ aut alterum monasterium reformare & pristinæ religioni restituere, sed decretis Pontificum, Spiritus sancti inspirationi intendere cunctorum ædificationi. Licet secundum communẽ legem docere mulieri non permiserit Paulus, sed discere in silentio, hæc tamen sapientia maximè præstans nouam renouationem in orbe effecit, talem vt cum iter ageret centeni & milleni ei obuiam procedebant, vt gratiam, quæ in eius labijs fuerat diffusa audirent, sacris feruentissimisq. eius colloquijs interessent, quibus ita animi hominum conuertebantur, vt ad odium & dolorem peccatorum, tam vehementer commouerentur, vt protinus de remedio cogitarent illi, tantaq. dexteræ excelsi mutatio erat, vt cum eximium hunc admirandumq. fructum cognouisset Gregorio XI. breue concessisset pontificium, vt tres sanctam Virginem comitarentur cõfessores, qui omni loco & tempore absoluendi a quibuscumque casibus & censuris potirentur facultate. Tantoq. grauabantur illi penitentiũ concursu, vt edendi tempus frequenter non suppeteret, huic muneri nocte dieq. incessanter incumbentes, qui supra modum, & supra virtutẽ grauati deficerent, nisi & præsentia & monitis & rationibus virginis ferendum, immo dulce fuisset onus. Ipsaque taliter huic laboriosissimo operi intendebat vt absentium non oblita, litteris Pontifices, Imperatores, Reges, Cardinales, Episcopos nobiles religiosos ad recte viuendi propositum aliaq. animarum salutem concernentia assidue excitaret spiritu dotata Pauli, qui gaudebat, dum in vtilitatem fidelium quotidie se ipsum immolabat, nulli incommodo laborive parcẽs, tanta tamq. assidua cura huic officio intendebat, vt tres illi essent a secretis viri, qui conscribendis epistolis essent occupati. Quæ coram pontificibus summis, regibus, &c. luculentissime, & feruentissime perorabat ea sententiarum grauitate & doctrina, qua eximius quisque prædicator id efficere potuisset. In rebellione autẽ Florentinorum contra sanctã sedẽ ea pertulit Catherina, vt eos ad obedientiam reduceret Ecclesiæ, quæ uix credi potuissent in potentissimo fortiq. viro varias contemnens minas persecutiones, immo mortem desiderans ardenter subire propter bonum Ecclesiæ. Hæc mihi omni laude dignissima, maioriq. quam ea fit quam Garino dedit Bern. videntur in sacra virgine. Quæ certe consummata in breui expleuit tempora multa, cum immatura morte præuenta ad talem fuerit virtutis gradum prouecta, vt sacra communione a Christo Domino proprijs illius manibus reciperetur, cumq. assidue clamaret, cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis, nouũ postulans cor, retulit illa, quod visibiliter Iesum vidit latus eiusꝰ aperientem, qui & cor eduxit cum semel oraret in conuentu S. Dominici de Sena in die S. Margaritæ, vbi post longam prolixamq. orationem ingenti cælestiq. luce perfusa est, vbi Iesus venit cor ferens in manu purissimum ac lucidissimum, qui aperiens vulnus quo prius eductum fuerat cor, hoc nouum & cæleste immisit ei dicens. Hoc meum cor tibi tribuo. Sacra etiam Domini recepit stigmata, cum semel in Ecclesia S. Christinæ peracta communione rapta mansisset in ciuitate Pisana. Tunc enim Christum ad se venientem crucifixum, a cuius vulneribus sanguinei riuuli tenuissime fluebant in modum fili coccinei, vel qualem solet minuti

sciſſa

scissa vena sanguinem terebrare, qui magno impetu latus, manus, pedesq. eius percutere videbantur, sed antequam virginem sanguis contingeret, Dominum fuit precata ne cruenta vulnera in corpore eius essent, quæ indignam se tanto dono iudicabat, & continuo sanguinei riuuli in modum radiorum solarium sacro corpori inhæserunt. Vnde grauissimis afficiebatur cruciatibus, vt examinis ad domum sit deducta, quibus certe animam exalasset, nisi multorum precibus Deus motus eam tam mundo proficuam in vita conseruasset. Non autem habuit virgo hæc sancta penetrantia, & cruenta stigmata, sicut de Seraphico patre Francisco legimus, sed quæ diximus, qualia Pius secundus refert sanctusq. Antoninus innumeriq. alij. Nec id solum consecuta est priuilegium, sed aliud mirandum etiam, quod semel ei cęlestis apparuit sponsus duas ferens in manu coronas, vnam auream alteram spineam, primã præciosissimis lapidibus ornatam, alterã quam diximus, cumq. hæc a sponso audisset verba, ex his coronis altera modo tuo capiti imponenda est, altera in futuro, elige quam malueris. Respondit virgo. Voluntatem propriam iam renunciaui multis ab hinc diebus, solius sponsi sanctissimam voluntatem in omnibus sequens, sed si interrogationi respondere necessarium est, quam impositam quondam sacro tuo capiti coronã noui hanc eligo. Et constanter & confidenter ad Iesum accessit, e cuius manibus sanctam spineam coronam educens, tanta fortitudine capiti imposuit, vt multis diebus, & signa & eximij dolores in virgineo conseruarentur capite, hanc amplectens coronam perpetuo, donec sponsum audiret, dicentem, veni sponsa Christi accipe coronam alteram auream, & coruscantem, quam tibi Dominus præparauit in æternum. Quæ talibus priuilegijs in adolescentia ornata fuit, tantisq. virtutibus ditata, certe consummata in breui expleuit tempora multa, in qua ætas senectutis fuit vita immaculata, quæ celerius consummata condemnat longam vitam iniusti, quia apud Deum ætas non annorum numero computatur, sed virtute. Hæc obtinuit priuilegia virgo, sed quod inter hæc omnia admirandum arbitror illud est, quod fęmina in ea ætate, quæ æstus libidinis solita est pati, eaque pulchra inter innumeras occasiones, quæ fęmine accidere potuissent in frequentia virorum in itineribus, in colloquijs, dum certe sola cum solo animarum negotia tractaret, quod cum non sit tutum inter scorpiones, & hostes incedere, vt Hieronymus Eustochio virgini suadebat, nec pacem arbitrari in terra, nec tutam credere inter homines castitatem, non est nobis colluctauio aduersus carnem & sanguinem, sed contra spiritalia nequitiæ in cęlestibus, magnis circũstamur inimicorum agminibus, caro fragilis pugnat sola cum pluribus, habens thesaurum Virginitatis in vase fictili, & dum caro concupiscit aduersus spiritum nulla est certa victoria. De te dicatur hortus conclusus, fons signatus soror mea sponsa. Noli virgo sponsum quærere per plateas, vulneraberis, nudaberis, claude os tuum, abscondere pusillum, quæ adolescentula es, mane clausa, vt hominum colloquiis, & intuitibus liberatam Virginitatẽ custodias. Virgo clausa maneat, occasioneſq. auferat ruinæ, lib. 3. cap. 3. nu. 6. vsque ad 15. & lib. 11. cap. 11. nu. 3. 4. 11. & 21. vsque 23. Virgini non cohabitẽt viri licet sancti illi sint, lib. 18. cap. 6. num. 8. & 9. & 18. Miramur sane sanctum propositum, & constantiam Iudith, quod cum petulantissimo Holoferne degens castitatem (ad breue licet tẽpus) tutauerit, cum maiori multo admiratione sit dignum, quod inter tot hominum genera sacrilegorum sceleratorumq. cum quibus sancta hæc Virgo conuersabatur, nec minimum Virginitatis dispendium sit passa, si iam non admirationem tollat, quod Catherina, testibus existentibus Deipara Virgine, sancto Ioanne Euangelista, Apostolo Paulo & patre eius Dominico Christo Domino desponsata est, cuius præcepto in publico egredi est iussa, & licet multa obtulisset inconuenientia sponso, quæ hinc sequi potuissent, obedire maluit, quam contradicere. Vnde cum indiuulsum comitem haberet sponsum omni propulsato timore intrepida officio se ingessit, certa, quod si consisterent aduersum illam castra, si exurgerent prelia in eo speraret, qui sponsæ specialem gereret prouidentiam. lib. 1. cap. 6. num. 20. cap. 5. numer. 1. 12. & 18. cum enim Dominus in sponsam suam accipit animam, eam mirum in modum eleuat, & ditat lib. 1. cap. 5. num. 1. vsque ad 3. 5. vsque ad 7. 9. & 18. lib. 4. cap. 9. num. 7. & 8. cap. 20. num. 6. vnde illi fidelis effecta, non mirum, quod alium non admitteret amatorem illi contrarium, lib. 1. cap. 5. num. 2. 3. 10. 11. & 18. lib. 2. cap. 12. nu. 26. Sed illud sane in eximiam cedit Catherinæ laudẽ, quod quæ duo acceperat vbera, vt de bonis proximi lætaretur & mala defleret, lib. 1. cap. 14. numer. 15. intenta vtilitati proximorum sanctis illis animalibus (in quibus viros perfectos intelligit Gregorius) similis erat, quæ ante faciẽ suam gradiebantur, & euntia reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Ibat quidem cum saluti intenderet proximorum, & reuertebatur ea velocitate, qua fulgur coruscans, vt Deo vacaret. Multis quidem iustis id commune est, vt orationi vacent, & vtilitatem proximi non deferant, attendant sibi & doctrinæ & vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant, cum ad intermissa contemplationis exercitia redeunt, vt aquam sanæ doctrinæ accipiant, qua populos rigent, & potent. Sed paucorum illud est, quod tangens picem, non inquinetur ab ea, licet enim multi sit meriti saluti intendere proximorum, frequenter distractiones inde consurgunt, & ea fruitur animi tranquillitate Moyses in mõte degens, vel Aethiopiæ, vel

Sinai,

Sinai, qua non potitur in Aegypto cum Pharaone contendens, vel populum instruens: nec Helias impium regem cum adijt, & alloquitur intrepidus, ea potitur animi voluptate, quam solus cum Deo agens experiebatur, licet maioris meriti illud opus sit quam istud, & vitam actiuam contemplatiuæ coniungendam docuerit Dominus. Ista enim mente excedimus Deo, illa vero sobrij sumus proximis. Per vnam sicut Angeli, quos vidit Iacob ascendimus ad Deum, altera descēdentes consulimus vtilitati proximorum, lib. 18. cap. 18. numer. 5. & 7. Cum enim actionem coniungit homo contemplationi, clamat sicut pullus hyrundinis, quæ meditatus fuerat sicut columba, ibidem numer. 17. Relinquunt quidem homines oscula contemplationis propter bonum proximorum, ibid. numer. 18. qui vt proximis prosit, osculum relinquit contemplationis ad tempus, audit, meliora sunt vbera tua vino, libr. 14. c. 28. numer. 33. 35. 37. quoniam licet peccatoribus communicent, non tamen eorum peccatis, lib. 9. cap. 19. num. 10. & lib. 11. cap. 5. numer. 14. iusti per siccum ambulant in medio maris, dum prauis exemplis non corrumpuntur, lib. 9. cap. 19. nu. 1. prædicator aliorum saluti intentus, licet minus perfecte id faciat, laudatur, lib. 14. capit. 26. numer. 39. sanctæ autem virginis Catherinæ hæc summa perfectio fuit, quod per ciuitates, prouincias, tam frequenter discurrens, negocijs intenta varijs pacificationi populorū insistens in ea conseruabatur puritate, vt similis radijs solaribus inter sceleratos homines viuens, nihil coinquinatum incurrebat, immo frequentissime ecstasim passa in aere suspensa manebat, sicut ferrum virtute magnetis sursum eleuatum, & instar ignis, qui naturaliter appetit sursum ferri propriū quærens locum. Hæc Catherinæ excellentia fuit, hæc illius eximia virtus, quæ fons, cū esset paruus in flumen creuit maximum, vtq. vtrumq. hoc explicet Ecclesia Euangelium legit, in quo duplici parabola Dominus explicuit exiguum in religione Christiana exordium, & eximium incrementum dicens.

4 Simile est regnum cælorum grano sinapis, &c. ita vt volucres cæli veniant, & habitent in ramis eius. Vide libr. 3. capit. 9. num. 50. cap. 10. numer. 48. 58. 59. & 89. lib. 6. cap. 3. numer. 13. & 14. lib. 14. capit. 29. numer. 8. Regnum Dei simile est grano sinapis, quoniam si regnum, vt mos est aliquando in sacris litteris pro ipso rege accipias, vera est sententia. Quid enim abiectius Christo erat, quid humilius antequam in terrā seminaretur per mortem? Vidimus eum, & non erat ei species, neque decor, &c. vnde nec reputauimus eum. virgultum de terra sitienti, et si id eximium quid significat, ego ait suum vermis, & non homo, granum minimum sinapis est, qui lapillus Danielis erat, iam granum est sinapis. Christus sicut virgultum de terra sitienti, lib. 3. cap. 10. numer. 58. & 59. Christus, qui vilis foris apparebat excelsus erat intus, lib. 3. cap. 5. numer. 22. 25. & 30. cap. 7. numer. 26. 27. 41. 46. vsque ad 48. cap. 9. numer. 13. cap. 10. num. 58. cap. 11. num. 30. speciaLiter autem lapillo Danielis comparatur, qui creuit in montem magnum, ad quem gentes ascenderunt, libr. 3. cap. 5. numer. 21. & 52. cap. 6. numer. 18. capit. 7. numer. 16. Christus nubecula, quam puer Heliæ vidit similem vestigio hominis, quæ postmodum & totum impleuit aerem & mundum rigauit, lib. tertio, cap. quinto, numer. 63. figuratus etiam in manu Moysi leprosa, ibidem numer. 84. Christus liber in quo abiecta apparebant extra, licet miranda clauderentur intus, lib. 3. cap. 9. numer. 13. Granum istud mortuum creuit, & accepit nomen, quod est super omne nomen, extendit ramos suos vsque ad extremum orbis, de quo scriptum est. Erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis. In ramis huius arboris habitare debent, & nidificare fideles non similes serpenti nidificanti in terra, sed aquilæ quæ in arduis ponit nidum suum. Credentium animæ in Christo requiescunt, extra quem nec quies, nec securitas est, cum sæua bestia perambulet terram, & cunctos, qui terreni cum fuerint illam incolunt, deglutit. Cum primum Deus orbem condidit in quinta die dixit Deus producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile sub firmamento cæli. Creauitq. Deus pisces & aues, pisces pulmone carentes, & respiratione, qui degerent in aquis, auibus alas dedit, vt per aera uolitarent, quæ habitant in ramis arborum, ita cuncti mortalium in aqua nati sumus filij iræ & indignationis, sed hominum multi non Dei mandato, sed propria malitia absque respiratione in aquis degunt, sicut de Pharaone draCone magno dixerat propheta, quod cubaret in aquis, sola terrena ambientes quorum animus ad cælestia non extollitur, alij vero Dei bonitate affectibus, vt alis sursum feruntur, & clamant. Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini, &c. Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, vbi reponat pullos suos altaria tua Domine virtutum. q.d. passerculis, hæc indita est a natura propensio, qua agnoscunt certo modo, nec habitare, nec nidificare in terra expediens fore, sed in præruptis scilicet, in altis templorum ædificijs, & ego ad imaginem tuam conditus in terra nidificabo? Nequaquam ita fiet, sed altaria tua Domine virtutum rex meus, & Deus meus: oratio est imperfecta, & concisa ex vehementia desiderij, sic prolata, id est, in altario tuo nidum figam in supernis erit habitatio mea. Vtq. id assequi potuisset postulabat pennas, sicut columbæ, vt volaret, & requiesceret. Iusti comparantur aquilæ, quia

mentem habēt in cælo, li. 2. ca, 16. nu. 40. vsque ad 42. viuuntq. in spiritu, &c. li. 3. ca. 1. nu. 24. Iusti thesaurizant in cælo, mali in terra, li. 18. ca. 15. nu. 23. Iusti, vt iocundentur leuant animam ad Deum, quia in alio nequeunt iocundari, lib. 7. ca. 4. nu. 7. & 8. qui deficere dicūtur a terra, quia non secundū carnē militant, li. 9. cap. 14. nu. 10. Cum enim aduertunt iusti, quod in hac sola arbore tuti consistere valēt in eius ramis nidificare contendūt. Arbor illa, quam Nabucho. viderat in somnis in medio terræ erat & altitudo eius magna nimis, & proceritas eius contingens cælū, folia eius pulcherrima & fructus eius nimis, & esca vniuersorum in ea. Subter eam habitabant animalia & bestiæ, & in ramis eius conuersabantur volucres cæli, & ecce vigil, & sanctus de cælo descendit clamans, succidite arborem, & præcidite ramos eius, excutite folia, & dispergite fructus eius, fugiant bestiæ, quæ subter eam sunt & volucres cæli de ramis eius. In qua Daniel Nabucho. potentiam, & eiusdem deiectionem voluit significari. In qua etiam mundanorum sublimitatem doctores intelligunt, cuncta enim, quæ in eis sunt videtur excelsa, sed cuncta hæc succidūtur, quia omnia hæc in somnis visa sunt magna, & protinus cū mors aduenit nihil inuenerunt viri diuitiarū in manibus suis. Bona temporalia vmbra & fommus sunt, lib. 2. cap. 15. nu. 14. 21. 22. 33. & 43. ca. 18. nu. 16. cap. 19. nu. 9. & 30. Bona tēporalia quasi in somnis possident homines, cuigilabunt, & cuncta euanescent, li. 2. ca. 15. nu. 50. & 51. cap. 16. nu. 22. & 23. cap. 19. nu. 31. Toto hoc ca. 19. li. 2. docetur, quod bona tēporalia licet magna extiment mali, re vera talia non sunt. Succiditur arbor mundanæ prosperitatis, & pereunt cuncti, qui in eius ramis habitabant. In Euangelio autē hodierno, granum minimum in arborem creuit, & cum eam nemo succidere potest, quam plantauit Deus secus decursus aquarum, tuti habitant passeres in ramis eius, subtus hanc arborem suscitati, suscitātur, qui perierant, sed vt in ramis habitent. Arbor vitæ Christus Dominus fuit in medio paradisi plantatus, & ille idem granum & arbor modica & excelsa super oēs gētes & super cælos gloria eius.

5 Secundo in grano sinapis Ecclesiam populumq. Christianum multi intelligunt, dicente Paulo, videte vocationē vestrā fratres, quod non multi potentes inter vos, &c. primitiua enim Ecclesia sinapis granū in arborem magnā creuit. De qua dictū intellige, Dilatabēris ab Oriente in Occidēte Septentrionem, & Meridiē. Ecclesia in futuro beatissima erit, quæ nunc contemnitur ab infidelibus, li. 2. c. 4. nu. 7. nigra per naturam, formosa per gratiā lib. 3. ca. 9. nu. 34. Ecclesia quæ prius in Iudæis concluſa erat, dilatata est valde, li. 5. ca. 7. nu. 13. 14. 19. 22. & 27. Ecclesia ciuitas est supra quam Dominus pluit, & a qua oritur fons, li. 8. ca. 1. nu. 14. Ecclesia cælum ipsa est, totq. habet cælos, quot sanctos lib. 12. ca. 3. num. 37.

Non autem comparatur granis, sed grano, licet innumeri sint fideles, quia omnium vnum debet esse, vna gubernandi sunt charitate. Vnde cum Paulus currentium in stadio similitudinem proposuisset, currentes quidē vocauit multos, assequentes autem brauiū, & præmiū vnū, quoniam licet multi illud conse quantur, sicut & multi currunt, voluit sicut in istis significare malorum diuisionem qui pereunt, quia charitate non vniuntur, ita in vno illo, qui præmiū consequitur multorum vnitatem significauit, sine qua salutem consequi nullus potest, qua de causa in Canticis recte Ecclesia malo granato cōparatur, lib. 5. ca. 3. nu. 8. li. 14. ca. 5. nu. 8. lib. 18. cap. 12. nu. 1. Ecclesiæ beatitudo consistit in vnitate, li. 14. ca. 5. nu. 11. charitas in bitumine arcæ Noe significatur, li. 3. ca. 2. nu. 26. charitas tunica est incōsutilis Christi, ibi. nu. 28. charitate cōstipatos timet dæmon nō diuisos, ibi. nu. 45. li. 11. ca. 6. nu. 117. cōcordiæ bona declarauit Deus, cū loquens de earū rerū creatione, quæ in secunda die sunt cōditę bonas eas non vocauit, li. 14. ca. 5. nu. 10. & 33. li. 9. ca. 23. nu. 4. explicatur locus Pauli, vnus accipit brauium. Aduertendū etiā est, quod fideles prius grano, deinde arbori cōparantur. Hoc enim discrimen est inter opera Dei, & mundi. Hæc enim splendidum habent exordium, sed malo fine clauduntur, in nihilum rediguntur, e contra Dei opera humili principio orta illustri gaudent fine. Sic cum primum terra esset inanis & vacua, multis postea varietatibus rerū decorata est, lux condita in quarta die admirandam perfectionem est consecuta, dum luminare maius Solem & Lunam, & multitudinem innumerā stellarum produxit Deus. Totiusq. mundi cæli & terræ magnitudo ex nihilo prodijt. Primus homo de limo terræ propagatus admirandam accepit perfectionem in naturalibus & gratuitis. Abraham de Hur Chaldæorum egressus audit, suspice cælū, sic erit semen tuum. Aegyptum pauci ingressi sunt multiplicatiq. vehementer, & ditati in terram promissionis sunt deducti. Res cæli a grano sinapis incipiunt, & in magnā arborē desinunt, mūdus vero ab arbore incipit, & in granum paruū nimis terminatur. Sic lapillus Danielis in montem terminatus est, & statua magna, quę cælū pertingebat, caputq. habebat aureū, & fictilibus pedibus cōponebatur, & ictu modici lapidis cōtrita est. Ille qui adorabatur, vt Deus arbori potētissime cōparabatur, qui a cūctis adoratus fuit pro diuo, breui tēpore fœno pascebatur, vt bestia. Arphaxat rex Medorū, qui gentes multas subiugauerat Imperio suo, potētissimā Ecbatanis ciuitatē ædificauerat, & gloriabatur quasi potēs, &c. qui a Nabucho. superatus, &c. Fōs egredieba tur de paradiso, qui in quatuor ingētia flumina diuisus est. Et flumen quod viderat Ezechiel, cum eius aquæ vix pedes madefacerēt in fine trāsuadari non poterat. Totaq. sacrarū litterarum series his abundat exemplis, quæ

longum esset recensere. Mali insipiētes sunt, dum sola præsentia considerāt, li.9.ca.17. nu. 13. mali oleribus cōparantur, quia velociter virent & arescunt, li.12.ca.4.nu.2. In morte sors impiorū & iustorū mutanda, lib.2.ca.16. nu.22.& 23.li.18.ca.10.nu.22. His rationibus Ecclesia grano sinapis cōparatur, huicq. modico grano quā similes sunt modo, qui vt purgamēta mundi reputantur, futuri postea arbores in quarū ramis volucres habitent. Grano autem sinapis multi modo in Ecclesia valent comparari non ob eas, quas diximus rationes, sed quia granū hoc etiam si exiguum illud sit, lachrymas deducit, ita multi sunt, qui persecutionibus detractionibus viperea lingua dum fratrum lacerant mentes eos ad flendum compellunt dicentes. Ad Dominum cum tribularer, &c. Domine libera animam meā a labijs iniquis, sagittæ illorū acutæ, quæ vulnus infligunt, non arbores in quarū ramis miseri requiescant, vbi fratres necessitate pressi valeant consolari, vt olim sub vite & ficu quando homines ab alijs consolabantur, modo non aquam solū lachrymarum, sed & *Michæe.7* sanguinem extrahunt, dicente propheta. Qui optimus in eis est quasi paliurus, & qui rectus quasi spina de sepe, &c. Ego autē ad Dominū aspiciam, expectabo Deum Saluatorem meū, qui arbor est in cuius ramis & nidificant, & requiescunt aues. lingua maiora infligit vulnera, quam gladius, lib. 10. cap. 8. num. 8. & 20. lib. 11. cap. 16. num. 7.

7 Per granum etiā sinapis Hieron. intelligit doctrinam Euangelicam, ob eius efficaciam *Hieron. Iansenius.* non solū in crescēdo, quā efficaciā Dominus tetigit, sed etiam ob efficaciam sinapis, quæ tunc sentitur, cū conteritur, & quæ valet ad pellenda venena, & omnes pene morbos cu- *lib. 20. cap. 22.* randos, vt auctor est Plinius. Sic & doctrinæ Euangelicæ tunc bene acrimonia & vis percipitur, cum bene masticatur, & per meditationem veluti frāgitur, nec aliquod est morbi genus, quod non ita sanet, quæ ignea sua vi frigiditatem mētis mox pellit & curat. Sacræ scripturæ lectio mentē erudit & ad amorem Dei perducit, lib. 13. cap. 6. nu. 15. Sacra Scriptura medicina est omnibus morbis accommodata, lib. 16. cap. 4. nu. 3. vsque ad 5. Sermones non tantū audiendi sunt in Ecclesia, sed & domi conferēdi, lib. 16. ca. 10. nu. 14. 16. 19. 20. & 41. lib. 18. cap. 3. nu. 4. & 5. sermones audiens similis sit animali ruminanti, lib. 16. ca. 10. nu. 29. & 33. verba Dei amorē excitāt, lib. 8 14. ca. 25. §. 2. nu. 45. lib. 16. cap. 10. nu. 7. verbū Dei medicina est omni morbo apta, li. 18. ca. *Hieron.* 2. nu. 5. & 15. Præterea sinapis in arborē crescit, cum alia dogmata seminata efficiuntur olera, quæ cito siccantur, lib. 18. cap. 2. nu. 26. verbū Dei & doctrina Saluatoris ab Ecclesia deficere non potest, lib. 5. ca. 4. nu. 7. In huius ramis aues dicuntur habitare, quia illi tantū *Hiero.* conquiescunt in umbra Euangelij, qui terrenis relictis ad cęlestia possunt subuolare. Rami sunt Euangelicorū dogmatū varietates, in quibus singulis singulæ volucres spirituales requiescunt, & nidificant, alij qui in pauperrate, alij in humilitate, alij in oratione, alij qui in charitate admirandi extiterunt, vel rami varietatem significant doctrinarum, alteram nimium confidenti, alteram timido necessariam, alteram diuiti, alteram pauperi, seruo, & domino, religioso, & sæculari. Arbor cōmunis omnibus, quia multa sunt omnibus cōmunia, ea scilicet, quæ ad humilitatē, Dei, & proximi dilectionem. Verbo Dei spiritualia arma homini dātur, quæ induere debet, vt sibi expediens iudicauerit, li. 18. ca. 2. nu. 16. sermones audientes sunt pharmaca, quæ suo iudicauerint morbo conuenientia, li. 16. cap. 10. nu. 12. Parabolam hanc moribus singulorum hominum applicans Hieron. vt quisq. homo intelligatur seminare sinapis granum, id est, doctrinam Euangelij in corde suo, cum illā in corde suo suscipit, & humore fidei fouet, in quo deinde ita pullulabit, & crescet, vt in ramos bonorum operum eius angeli sint quieturi, aut ramis doctrinæ suæ possit & alios obumbrare, ac habitandi locū 9 præbere. Verbū Dei sic audiendum, vt opere impleatur, lib. 4. ca. 14. nu. 18. lib. 18. ca. 3. nu. 1. verba Dei custodiens homo corrigit viam suam, lib. 16. cap. 10. num. 30. verbum Dei etsi medicina sit non proficit si morbis non applicetur, lib. 18. cap. 2. nu. 15. verbum Dei multiplices habet vtilitates, si recte audiatur, ibi. nu. 52. & 53. verbū Dei etsi quid amaritudinis generet, non est sine dulcedine, li. 18. ca. 3. nu. 13. cap. 11. nu. 2. Hæc grani similitudo hac de causa Catherinæ Virgini accōmodatur, quod ea quamuis humilis & paupercula mulier fuerit, diuinæ tamen gratiæ beneficio, nō solum ad summū dignitatis & sanctitatis gradum fuerit euecta, sed huius etiā Ecclesiasticæ fęcūditatis non modica pars fuerit, vt pote quæ maximā perditorum hominū multitu- 10 dinem partim precibus, partim clarissimarū virtutū exemplis, partim etiā singula doctrina & verbis, & scriptis ad verā pœnitentiam traduxerit. Granum effesta fuit cum Christū Dominū audiuit dicentē sibi. O si scires quę es & quis sum, si hoc scieueris beata eris. Scire debes, quod non es, & de me scito quod sum. Dum se quasi nihil reputabat in arborē creuit, vbi tanta virginū multitudo in ramis habitat, fęminarum quæ peritura gaudia mundi contempserunt relictis nuptiarū copulis honoribus & nobilitate cōtemptis, diuitijs re- *Surius* iectis, &c. Vide verbo religiosi. Ab incunabulis extitere in præclara hac Virgine tam 11 multa rara & inusitata, quæ omnes in admirationem raperent. Quærebat latibula, & clam suum corpusculum cordula cędebat, precibus, ac meditationibus pertuo vacabat. Eius exemplo quamplures coætaneæ puellæ inuitatæ ad eam confluebant, vt eius salutiferos sermones audirent. Conueniebant autem omnes simul in quodā loco domus eius idq. occulte, & cum ea pariter se flagellabāt.

His

12 His rebus non defuere miracula, nam vt plurimum ascendendo & descendendo, per gradus paternæ domus, ita per aerem ducebatur, vt gradus pedibus non attingeret. In ea autem tenerrima ætate desiderio imitandi sanctos patres Aegyptios, ardentissime sitiebat solitudinem, sicut de illustrissima 13 Paula legimus iam grandæua. Septem nata annorum Christo sponso suam dedicauit virginitatem per votū. Ab hacq. die cępit Christi tyruncula iam bellum indicere carni etiā 14 necdum rebellanti. Iam grandiuscula in proposito confirmata carnes, quibus ab infantia raro fuerat vsā, iam prorsus dimisit. Intraq. breue tempus eo suum adegit corpusculum, vt pane & herbis crudis esset contēntum. Anno ætatis suæ vicessimo, etiā pane abstinuit, nihil præter crudas herbas sibi permittens. 15 Eius lectus ex tabulis ligneis fuit, nihil quicquā alterius rei addens, nullis detractis ve- 16 stibus somnum capiebat. Cilicio quandoq. vsa fuit, sed quia sordes vitabat, cilicium catena ferrea commutauit, & catena stringebat tam fortiter nuda eius latera, vt propemodum carni concreta videretur. Aiebat nihil sibi in vita maiori esse solatio, quam si posset cum intelligentibus sermones miscere de Deo, & quando eius rei ei dabatur occa- 17 sio, etiam corpore hilarior & valentior apparebat. Volensq. imitari S. Dominicū multo tempore quotidie ter se cædebat catena ferrea, singulis vicibus ad sesqui horam sanguine ab humeris in pedes manante, vt sanguinem pro sanguine suo redderet Redemptori. Habitu ordinis prædicatorum suscepto aiebat, habitus tuus ater, & candidus te admonet, vt mundo sis mortua & summæ 18 studeas puritati. Sponsus eius cœpit cum ea tam familiariter conuersari, tamq. frequenter apparere, vt vix id credi potuisset, nisi ab illis, qui gustauerunt, quam suauis & humanus sit Iesus, & interdum sanctissimam Deiparam secum adducebat, aliosq. sanctos, sed vt plurimum solus ad eam veniebat loquens cum ea adeo amicissime, vt non raro cum illa pariter diceret psalmos. Eximia quæ de hac virgine sancta referūtur, tanta sunt & talia, vt ea præterire sit necesse, quæ latissime refert Laurētius Surius in festis mensis Apri lis 29. mensis in die S. Petri martyris ord. Præd. qua die illa cursū vitæ fæliciter finiuit.

10 Simile est regnum cęlorum fermento, &c. Nomine fermenti Chrysostomus intelligit Apostolos, & primitiuam Ecclesiam, Hieronymus Euangelicam prædicationem. Per hoc enim, quod Euangelica doctrina mundo permixta totum mundum immutauit, & ad se traxit, etiam Apostoli etsi numero pauci *1.Cor.5.* totum mundum transmutarunt. Sicut enim Paulus fornicarium Corinthium fermentum, quod omnes corrumpere potuisset, ita Apostoli fermento comparantur, quia hominum perditos mores ad meliorem frugē reducere valuerunt. Est ergo sensus. In regno cęlorum, tale quid accidet, quale fit, cum modicum fermentum abditur sub magna aliqua farinæ conspersione, illicq. relinquitur, donec exigua illa massa totam farinam in suam traxerit naturam, sic & regni cęlestis doctrina, etsi in specie exigua & paucos adhuc habens sectatores, tamen permixta toti orbi, occulta quadā vi eum totum transformabit in suam naturam, nec prius deseret suam vim exerere, quam vi sua omnes affecerit prædestinatos, totumq. mundum insipidum prius, sapidum reddiderit. Vide verbo Apostoli & eorum prædicatio, verbo sacra scriptura, & verbum Dei.

IN FESTO S. BARNABAE Apostoli.

Euangelium.

Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Ioan. 15.

Vide Dom. 12. & 17. post Trinitatem, lib. 14. cap. 24. num. 12.

In festo S. Barnabæ Apostoli.

1 OMINVS Iesus mor- ti iam proximus, cum contēplatus fuisset varia, quæ hominibus tradita fuerant præcepta, ex vna parte, & ex altera, quæ discipulis imposita fuissent onera officio prædicationis annexa, quæ illos expectarent labores verbera persecutiones innumeraque alia, mandatum ponit, sicut quondam in veste summi sacerdotis præceperat Dominus Moysi, vt sumeret duos lapides *Exod. 28.* Onychinos (qui lapis Sardius vocatur) & scul pes in ea nomina filiorum Israel, sex nomina in lapide vno, & sex in lapide altero, inclusos *Piedra cornerina. Oleast.* auro atque circundatos, & pones in vtroque lapide superhumeralis. Portabitq. Aaron nomina eorum coram Domino super vtrumq. humerum ob recordationem, vt scilicet adueretur pontifex & sacerdos, quali animo ferre oues suas deberent, & super humeros suos infirmas portare. Et aduerte sacerdotē veteris legis sola nomina super humeros, & pectus portasse, nouæ vero legis patres quales Apostoli erāt re ipsa fratres super humeros portare debent. Vbi etiam aduerte non atramento, sed ferreo stilo nomina filiorum Israel super lapides inscribi, vt noueritdiuinus sacerdos, nullā obliuionē debere delere memoriam ouium suarum apud Deū. Voluit ea etiam super pectus habere, vt quocumque se verteret semper ea ob oculos haberet. In lapidibus autem pretiosis adumbratum cerne, quam pretiosa esse debeant nomina ouium apud antistitem. Sacerdotum vitam & doctrinam significabant vestimenta sacerdotalia veteris legis, lib. 14. cap. 28. numer. 9.

& 10. cap. 29. num. 4. 5. 14. 15. & 17. lib. 16. cap. 1. num. 7. 23. & 37. sicut ergo in lege veteri ob recordationem officij, vt promptus redderetur summus sacerdos ad subeundos labores pro filijs Israel, licet eximij illi essent, vmbris relictis morti proximus Dominus discipulos alloquitur, vt præ oculis semper ferant dilectionis suæ præceptum, tam illi gratissimum, quo faciles reddantur imminentes persecutiones, quæ illis acciderent causa propagandæ fidei, & benefaciendi proximis, ob recordationem lapides sculpebantur, cũ nominibus duodecim tribuum, quo facile redderetur officium iuuandis fratribus injunctum, hoc est præceptum meum, &c. audiunt modo Apostoli, vt nusquam memoria excidat verbum sculptum, non ferreo stylo, sed spiritu Dei viui iam morituri, cuius dũ recordentur gaudeant a conspectu concilij ob bonum proximorum, & pro nomine Iesu contumelias pati, isto enim proximorum acti amore Apostoli, tam immaniter a tyrannis persecuti non deficiebant, lib. 9. cap. 20. num. 4. charitas enim omnia difficilia facilia
3 reddit, & amara dulcia, lib. 3. cap. 2. num. 6. vsque ad 8. 17. vsque ad 20. 27. 29. 30. & 48. charitatis enim officium est, vt per eam invicem onera nostra portemus, lib. 3. cap. 2. numer. 39. vsque ad 41. charitas enim Christiana maior est, quam fraternitas sanguinis, ibid. num. 47. Paulus Cæsarem appellans non metu mortis id fecit, sed vt diutius bono intenderet proximorum, lib. 14. cap. 25. §. 2. num. 28. 29. & 34. Hac ergo de causa imminente passione Apostolis dilectionis mandatum in memoriam reuocauit, quo constanter intenderent proximorum saluti, sicut & fecerunt, sicut Ioannes & Paulus in epistolis suis docebant, quotidie morior propter gloriam vestram, sed & si immolor super sacrificium gloriæ vestræ in hoc gaudeo. Vnde licet Moyses ob recordationẽ sciret humeris suis, & fratris imposita nomi-
Num. 11. na filiorum Israel, nihilominus cum audisset Moyses flentem populum, intoleranda illi res visa est, & ait ad Dominum, cur afflixisti seruum tuum. Quare non inuenio gratiam corã te, vt me scilicet, aut interimas aut importabili liberes onere, cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? Nunquid ego concepi omnem hãc multitudinem vel genui eam, vt dicas mihi porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in terram, pro qua iurasti patribus eorum? Vnde mihi carnes, vt dem tantæ multitudini, quæ postulat carnes? Non possum sustinere omnem hunc populum, quia grauis mihi est. Sin aliter tibi videtur, obsecro, vt interficias me, ne tantis afficiar malis. Dux populi onus vocat importabile flentem, ac querulum audire populum, cuius cura illi credita fuerat, quorum nomina in pectorali erant, vt nusquam obliuisceretur dilectionis, nõ persecutiones patitur, non minantem, aut cedentem populum videt, & intolerabilem vocat rem populũ sustinere lachrymantem. Scriptum est in pectoribus Apostolorum in cœna dilectionis præceptum, & cunctis posthabitis saluti proximorum libenter & ardenter inuigilant, cunctis posthabitis salute, labore, flagellis, & morte bono se consecrant fratrum nusquam obliti mandati, quod morte instante protulerat magister dicens, hoc est præceptum, &c. hac enim de causa tunc illis ingeminauit præceptum,
4 quod verbis & exemplis in vita docuerat. Cunctis autem fidelibus quorum vice tunc fungebantur Apostoli, in fine instar sapientissimi oratoris vno verbo totius orationis, epilogo concludens sermonem, cum præcepta varia tulisset, legẽ dedisset, quod tribus annis docuerat ne memoria excidat, hoc vno verbo cuncta complectitur. Hoc est præceptum meum, &c. q.d. quod postmodum explicuit Paulus. Qui proximum diligit legẽ implenit in hoc verbo vniuersa lex instauratur, *Genes. 50.* diliges proximum tuũ, &c. Mortuo Iacob & sepulto timentes fratres Ioseph ne forte is memor esset iniuriæ, quam passus esset & redderet eis malum, quod fecerant mutuo colloquentes, vt huic prouiderent malo dixerunt ei, Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus, Obsecro, vt obliuiscaris sceleris fratrũ
5 tuorum, & peccati atque malitiæ, quã exercuerunt in te. Nos quoque oramus, vt seruo Dei patri tuo dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit Ioseph, &c. Nolite timere ego pascam vos, & paruulos vestros. Consolatusq. est eos & blande & leniter est locutus. Ita cum iniuriam vindicare volumus acceptam, malum pro malo fratri reddere, recordemur patris nostri mandati, & verborum, quæ moriens dixit. Hoc est præceptum *Genes. 31.* meũ, &c. Cum Laban grauiter tulisset, quod Iacob hospite insalutato acceptis vxoribus, & filiis nepotibus illius discessisset, assumptis fratribus suis persecutus est eum & comprehendit eũ in monte Galaad. Viditq. in somnis dicentem sibi Dominum, caue ne quicquam aspere loquaris contra Iacob. Et dixit ad Iacob. Cur ignorante me fugere voluisti, & non es passus, vt osculares filios meos & filias? Et nunc quidem valet manus mea reddere tibi malum, sed Deus patris tui heri mihi dixit, caue ne loquaris contra Iacob quicquam durius. Et infra referens Iacob, quas a socero passus fuisset iniurias, addidit. Nisi Deus patris mei Abraham affuisset mihi, forsitã modo nudũ me dimisisses. Vides moderatum in homine idololatra furorẽ, quem iustũ cõtra generũ arbitrabatur, quia Deus patris Iacob præceperat ei, ne quicquã durius loqueretur in generum, Deus patris tui, ille quem ipse non colebat, vt Deum, sed idola adorabat, illius mandato obediuit, qui astitit & Iacob, dum animum feri hominis moderatus est, & non moderabitur viri Christiani

stiani irã ille, qui morti proximus dixit, hoc
5 est præceptũ meũ, &c. Sed quod diligenter in expositione horum verborũ est animaduertendum illud est, quod in adimpletione huius præcepti ingens orbis reformatio consistit, hominum consolatio & bonum, ingentia orbis mala, miseranda nostrorum temporum calamitas, hominum nocumenta, tanta illis illata mala, hinc oriuntur, quod mutua proximorum dilectio non custoditur. Quia amor fratrum exulauit ab orbe, innumera eum inuenerunt mala, exulauerunt ab Ecclesia ea bona, quibus fruebatur (ait Chrysostomus) quando credentium erat cor vnum, & anima vna in Domino. Cuius dilectionis infallibilis regula tradita a Christo Domino in his sita est verbis, sicut dilexi vos, solus enim Diuinus amor hominibus exhibitus regula certa est diligenti proximum, tunc enim diuinum hoc præceptum impletur vere, cum is seruatur modus indiligendo fratre, quem Dominus in hominum
6 dilectione seruauit. Circa primum multas sancti excogitauerunt rationes, conuenientia multa, & inconuenientia, quibus adducerentur homines ad dilectionem mutuam.
Hom. 14. in Ioan. Chrysostomus in Ioannem aiebat, ad extorquendum ab hominibus fratrum amorem, hunc mundum tamquam domum vnam nobis Deus largitus est, vnum solem omnibus lucere fecit, vno nos tecto, cœlo scilicet operuit, vnam cunctis mensam, hoc est terram communicauit, vnum generationis modum cunctis largitus est spiritualem, vna nobis & communis in cœlo patria, vnum poculum omnibus propinatur. Odium proximorum grauissime Deus punit, & qui frequenter in eum commissa dissimulat mala, in eum, qui iniuriam infert fratri grauiter animad-
Hom. 26. in Genes. uertit. Sic in Genesi dicit Chrysostomus, cum tam immane scelus patrasset Cain, & graui Deum contumelia afficeret offerens Deo debile pecoris sui tantam eius maiestatem contemnens, licet grauissimum commisisset peccatum, nihil vel graue, vel molestum aduersus illum locutus est Deus, nec de infligenda tanto sceleri debita pœna verbum protulit, sed quasi amicus amico cum omni lenitate loquens dixit, peccasti, quiesce. In quibus verbis peccatum dumtaxat illi indicauit, vt doleret, ne vlterius in offerendis sacrificijs, is seruaretur modus. Quando autem in fratrem armauit dexteram, maledictum intulit, & increpauit dicens. Nunc igitur maledictus eris super terram. Maledictam vocauit terram grauissime peccante primo parente Adamo contra Deũ, maledictu n dixit Cain peccantem contra proximum non terram solam, quam maledixit prius. Cum operatus fueris terram non dabit tibi fructus suos. vagus & profugus eris super terram. Tamq. grauiter indignatum animaduertit Dominum, vt mente conster-
natus dixerit, maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear, grauitatem criminis ex Domini colligens indignatione in causa fratris, &c. Et ita verum est hoc, quod eleganter 7
Chrysostomus adnotauerit in Scriptura sa- *Hom. 43. in Acta.*
cra aliquando contigisse iubente Deo hominum peccata ab alijs hominibus fuisse punita, Dominumq. grauiter indignatum, eo quod vindictam exercuerint iubente ipso *Amos 6.* non dolentes, dicente propheta, & nihil patiebantur super contritione Ioseph. Eo enim tempore maximum Israeliticæ res, nomine Ioseph significatæ, ab Assyrijs hostibus detrimentum acceperant, tuncq. Iudæi fratrum suorum Israelitarum minime dolebant vicem, vt vel minimus susceptus dolor voluptates eorum aliqua ex parte minueret. *Hieron. lib. 13.* Et Hieronymus edisserens locum Esaiæ, sede *Esai. 47.* tacens, & intra in tenebras filia Chaldæorum, quia non vocaberis vltra domina regnorum, iratus sum super populum meum, & dedi eos in manu tua, non posuisti eis misericordias, ait. Irascitur Dominus aduersus Chaldæos, licet ipse miserit eos ad capiendum Israelem, quia iratus Dominus contra populum suum corripere eos voluit non perdere, verberare, non occidere, illos autem abusos esse crudelitate sua, & plus imposuisse plagarum, quã Dei vltio flagitabat. Deus punit & ego condolerem, his qui patiuntur & puniuntur? Etiam. Hoc enim vult ille qui punit, neque enim ipse, qui punit oblectatur, & propter hoc est dolendum, quod digni supplicio sunt. Ad sanitatem sectio spectat, dum pro liberatione est ustio, fraternam nos debemus affectionem declarare erga eos, ideo flere debemus, quod tali indiguerunt medicamine. Hæc breuis summa fuit ingentium malorum, quæ fuerunt in Hismael, quod e regione omnium fratrum suorum figeret tabernacula sua homo ferus manus eius contra omnes. Multaq. alia sunt media, quibus dilectionem proximi suadere Dominus voluit. Proximum non diligentes acriter punit Deus, libr. primo, cap. decimotertio, numer. primo. vsque ad quinto, & octauo, capit. 15. nume. quarto. Ad proximorum dilectionem comparandam omnium vnum fuit caput, lib. 1. cap. 15. numer. 1. vsque ad 3. proximus diligendus, quia vnum omnes corpus sumus, vna domus, vna patria, &c. ibid. nu. 3. 4. & 23. cap. 16. num. 12. proximorum amor si desit, nihil in homine est magnum, libr. 1. cap. 15. nu. 6. vsque ad 9. & 15. cap. 16. nu. 16.
Proximum qui contẽnit ad hoc sensim dila- 8
bitur, vt Deum contemnat, lib. 1. cap. 15. nu. 10. & 23. li. 3. cap. 2. nu. 38. Proximum diligere debemus, quia Christus eum multum amat, lib. 1. ca. 15. nu. 12. 14. 19. & 23. Proximi dilectionẽ natura suadet, nu. 12. Proximis cõpati debemus etiã quando a Deo puniuntur, ibi. nu. 16. Proximi amorẽ nos docẽt nomina, quæ in sacris litteris accepimus, li. 14. cap. 5. nu. 4. vsque ad 6. charitas diadema regũ est

quo dignoscuntur Christiani, libr. 3. capit. 2. num. 9. charitas radix est sanctitatis, quæ est in homine, ibid. num. 22. 25. & 31. charitas pallor est columbæ, alæ autem sunt duo præcepta charitatis, ibid. numer. 32. charitas duobus exploratoribus terræ promissionis comparatur, ibid. num. 41. & 46. comparatur cocco bis tincto. Sed omnibus his omissis medijs, quibus proximi dilectionem suadere voluit Dominus, hoc vnum mortalibus, qui se ipsos diligunt efficacissimum est, si aduertant omnia, quæ in orbe grassantur peccata, quæ inundauerunt super terram furtum homicidium adulterium, & mendacium ab hac vna pullulare radice, ab vno fonte riuorum omnium multitudo dimanat, quod homines proximos non diligant ad similitudinem eius dilectionis, qua ipsi dilecti sunt a Christo. Inde lites & bella totum occupant orbem, vnus quisque sanguini fratris sui insidiatur, ipsum ad mortem, ac si fera esset conatur venari, bella, & seditiones bellorum omnes patiuntur nationes. Sicut enim terram cœlum vocitandam credidit, vbi cor vnum erat & anima vna in Domino, quidni eam infernum vocauerim, vbi tot sunt corda, quot homines? Immo vbi qui libet mortalium duplex habet cor, vnum, quod foris ostentat, quando fratri blanditur, amicitiæ proferens verba, alterum quod seruat in corde dolo, & malitia plenum, quo ipsum quem beatum dicit decipere satagit, Iudæ similis, qui illum quem prodit osculatur, & illi, qui dicens, salue mi Amasa, hunc gladio crudeliter confodit. Hi sunt de quibus regius vates dixerat, vana locuti sunt vnus quisque ad proximum suum labia dolosa in corde & corde locuti sunt, in corde vno exterius falso apparente adulatorio, & altero interno insidiante, de quorum execrando malo, subdit, disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, &c. Tu Domine seruabis nos, & custodies nos a generatione hac in æternum, vt talia possimus vitare pericula hominum, qui exterius mulcent, & interius cruentant, similes capiti suo dæmoni, de quo ideo retulit Iob, quod ossa eius essent sicut fistulæ æris, cartilago illius quasi laminæ ferreæ, quia mulcet instar instrumenti musici, quod Hispani dicimus, chirimia, ait Gregorius. sed cartilago illius, quasi laminæ ferreæ, quibus hominem necat. Talia sunt huius nequissimi capitis membra quæ foris lactant, quos interius odiunt. Mali in ore mel, venena autem habent in corde, quod frequens malum est, lib. 9. cap. 17. num. 1. 7. 9. vsque ad 12. 21. vsque ad 23. lib. 10. cap. 9. numer. 4. malorum bella, &c. lib. 3. cap. 17. num. 7. lib. 4. cap. 31. numer. 23. mali scorpiones, quia palpando feriunt, lib. 11. cap. 15. numer. 17. vsque ad 19. & 21. lib. 14. cap. 19. numer. 18.

9 Odium fratris ingentia hæc producit mala, deficiente charitate, quæ patiens est, & benigna non æmulatur, &c. non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Fere omnia, quæ in sæculo cernimus inundantia mala a vitiata radice charitatis pullulant, hinc adulteria, doli, detractiones, iudicia, &c. quando ea experimur calamitosa tempora de quibus dixerat propheta vnusquisque se a proximo suo custodiat, & in omni fratre suo, non habeat fiduciam, quia omnis frater supplantans supplantabit (Hebraismus est significans, & supplantandi desiderium, & propensionem) & omnis amicus fraudulenter incedet, & vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquetur. Proximos diligere etiã diligentes nos, rarum est in orbe, lib. 1. cap. 12. num. 8. cap. 13. numer. 1. vsque ad 9. cap. 14. numer. 1. vt ergo finem imponant homines litibus, periurijs, furtis, iniurijs, testimonijs, murmurationibus, adulterijs, amore proximi adducendi sunt. Proximorum amor grandes parit vtilitates, odium autem ingentia nocumenta, lib. 1. cap. 15. numer. 5. vsque ad 9. 17. & 20. vsque ad 22. Præterea in vera proximorum dilectione admiranda hominum consistit consolatio, vt quietam & tranquillam vitam agamus amor proximi facit. Aiebat Chrysostomus, qui multos habet amicos a nullo capi potest, hic omni tyranno fortior est, non sic regem lancearij custodiunt, vt hunc amici. Et est hic illo multum clarior, nam ille quidem a seruis custoditur, hic autem ab his, qui in pari sunt honore, & ille quidem ab inuoluntarijs, & meruentibus, hic autem a volentibus, & est videre mirabilem rem, in multis vnum, & in vno multos. Et vt in cithara varias quidem voces habes vnam autem harmoniam, & vnus musicus est, qui citharam in manu sumit, sic hoc in loco cithara charitas est, voces loquentes verba quæ ad charitatem conciliandã pertinent, omnes in vnam suauem conspirant concordantiã, vellem te ducere in ciuitatem talem, vbi anima vna esset, & videres quo modo quauis cithara consonantius, & suauius omnia sonarent nihilq. absurdi esset, &c. Non potest in pericula incidere ille, cui plurimi sunt amici. Habere vnum aut alterum amicum tanti fecerunt & Ethnici & Catholici. Amicum medicamentum vocauit sapiens vitæ & immortalitatis. Non enim validior, aut efficacior est vulneribus nostris medicina, quam habere, qui omni incommodo occurrat compatiens, omni commodo congratulans, vt iunctis suis humeris onera sua inuicem portent. Vnde Tullius dixit, qui amicitiam e medio tollit, solem e mundo pellit, quo deficiente cuncta pereant. Amicitia nihil in rebus humanis inuenitur iocundius, libr. 1. capit. 19. numer. 4. 5. 8. 9. 12. & 14. amicitiam sic indidit Deus naturæ, vt maleuolentiam non credens esse in natura, Eua serpenti crediderit, ibidem numer. 12. Si ergo inter humanam fœlicitatem hanc eximiam credi-

Iacobus.
Chrysost.
Greg.
2. Reg.
Psalm.
Iob. 40.
Greg.
Hier. 9. Hieremias.
Hom. 49. in Acta.
Aug. lib. de amicitia.
Eccl. 6.

crediderunt antiqui, quod quis vno, aut altero potiretur amico, qui vere hoc nomine esset dignus, qui absens bene de amico loqueretur, qui illius, & honorem, & famam tueretur, qui detractoribus obsistat, qui eorum linguas moderetur, qui amici bona veluti propria defendat, omniaque amici bona ita foreut salua, ac si ille præsens semper esset, qui illius necessitatibus prouideret, qui laborum indiuiduus esset comes, ægritudinum solatiũ, qui vxorem, pulcherrimamque amici filiam ea fidelitate seruaret, qua pater, & maritus, & denique, qui alter ego est, & in bonis, & in malis mei officio incunctanter fungeretur, certe illius fælicitatem meritò celebrarent alij in vno fideli amico sitam; Ex his aduerte quæso, quanta sit huius præcepti vtilitas, quantum in eo situm bonum, quod cum iuris naturæ mandatum sit, omnibus inditum potius quam impositum fuit. Quod si cuncti obseruarent, omnes alienæ prouiderent necessitati, nec necessarium esset, vt seruandis pecuniis honori, famæ, & vitæ, quis inuigilaret cũ omnia tuta essent apud illum, qui proximum eo modo diligeret, quo dilectus ipse a Christo fuit, totq. essent bonorum tuorum custodes, quot homines. Aduerte quam sint & frequentia, & multa & mala, quæ ab alio homine, & timere, & expectare quis potest, cum scriptum legamus, homo homini Deus, homo homini Dæmon. Si hoc amore mutuo homines se complecterentur, sperare possent omnia prospera, nec vlla formidare aduersa. Periit sanctus de terra, ait Michæas, & rectus in hominibus non est, omnes in sanguine insidiantur vnusquisq. fratrem suum venatur ad mortem (vbi nomine venationis delectationem, sollicitudinem, & ingenium significauit, quibus hominibus hominibus insidiantur.) Plaga linguæ cõminuit ossa, fortius enim, & frequentius bellum patiũtur ab hominibus homines, quam a Dæmoniis. Homo malus bestiis, & Diabolo nocentior est, lib. 4. ca. 36. nu. 8. Diabolus per ministerium malorum gerit bella sua, libr. 2. cap. 6. numer. 23. & 36. lib. 4. cap. 31. nume. 4. 14. & 23. cap. 36. nume. 1. 8. 11. 13. & 14. mali sunt Diaboli equi, quibus insidet cum inimicitias in nos exercent, lib. 4. cap. 36. num. 1. Nec solam hanc quam diximus fælicitatem dedit proximi dilectio, quod ab hominibus nec mala, nec incommoda timeamus, sed quod multa expectemus bona. Multa fælicitas, quod debito honore non prioris, quod defectus tuos operiant pallio, maior autem, quod omnes qui te nouerint sint egregij virtutum tuarum prædicatores, vt vbique laudatus ab ignotis, & cognitis magnificeris, quod tua non tollant homines, sed si egueris tuæ necessitati prouideant. Hoc ergo in hoc præcepto (licet difficile illud esset) situm est ineffabile commodum, quod proximum diligens, loco huius innumera reportantur commoda a tot hominibus, quot sunt illi, qui in Republica degunt, si omnes illi præceptum implerent. Si facultates meas egenti tribuo omnium diuitiæ meæ seruient necessitati, si indiguero, si honor proximi in me tutus est, meus in ore omnium, qui proximum diligũt, conseruabitur. Vnde conuenientissime Dominus hoc præceptum suum vocauit, quoniã licet nostrum vocare potuisset, quod in eximiam, quam diximus cedit vtilitatem nostram, suum dixit, quoniam sicut ille homo factus tot bona inuexit mundo, tantaque abstulit ab eo mala, ita huius mandati obseruantia iubentis specialem induit conditionem, vt grandia ab orbe auferat mala, & innumera inferat bona, quo deficiente a terra homines sunt cupidi sine affectione, sine pace, sine benignitate, proditores, criminatores, immites, ac si in inferno degerent, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Charitas si esset in Republica innumera deessent mala, quæ amor proximi tolleret, lib. 3. cap. 2. num. 4. 5. 7. 8. & 15. Charitas est per quam vnum cum proximo efficimur, ibidem numer. 25. & 26. Ad hæc autem calamitosa tempora venit mundus, vt non solum inimicorum dilectionem suadere non possimus, sed nec amicorum, cum amicitia vix reperiatur inter homines, lib. 1. cap. 13. nume. 7. 8. 10. & 11. Si eas expectes conditiones, quas habere illa debet vt vera sit, ibidem nume. 8. 10. & 11. capit. 19. num. 1. vsque ad 3. 11. 13. & 14. Aiebat Socrates, si ad eum statum hominum malũ venit, vt inimico fidere non possimus, fidamus amico, quod si nec huic fidere expedit, finẽ optemus miserrimæ vitæ, talis enim ea est, in qua nec amico, nec inimico credimus. Hanc ego arbitror nostrorum temporum miseriam, in quibus tutum credo si cordatus homo dicat secretum meum mihi, quando inimicitiis plenus est mundus, lib. 1. cap. 13. nume. 6. vsque ad octauũ. Inimici illi sunt, pestilentissimi, qui similes canibus non latrantibus clanculum vulnus infligunt cum inimicitiã simulant, libro 14. capit. 5. nume. 7. Inimicitiæ maximæ sunt inter homines cum hæ nec inter Dæmones, & belluas sint, ibidem num. 17. & 19. cap. 6. num. 11. Cum autem dicit · Hoc est præceptum meum, &c. indicare voluit se non tãtum verba, & opera charitatis exigere, sed ante omnia cordis affectum. Fieri enim potest, vt verba, & opera externa fallant, si autẽ internus sit amor verus, & syncerus ab hac radice folia verborum, & operum fructus nascuntur. Si fons limpidissimus fuerit internæ dilectionis, dulcis manabit aqua verborum, & operum: corde reformato cætera cõueniunt, quod vt faceret Dominus infallibilem statuit hanc veræ dilectionis regulam, vt diligamus nos inuicem eo modo, quo ipse dilexit nos, similitudinem postulans in dilectione non æqualitatem, impossibile enim est, vt nostra dilectio amori illius æqualis esse possit. Non dixit, diliges proximum sicut fratrem, sicut vxorem, aut maritum, sicut patrẽ, aut filium, immo cum lex dixisset, diliges proxi-

10
Hier. li. 2. cõtra Pellag.
2. Tim. 3.
11
12

proximum tuum sicut teipsum, in lege noua conuenientius diligendum dixit proximum eo modo, quo Christus dilexit nos. Inimici hominis domestici eius. Caue ab ea quæ dormit in sinu tuo, id est vxore. De fratribus vnusquisque carnem fratris sui vorabit Manasses, Ephrain, &c. qui fratres erant. Qui odit iniquitatem, odit animam suam. Animam qui vere diligunt, & qui odiunt, lib. 1. capit. 11. nu. 10. Infaliibilis regula dilectionis Christus est, cuius amor perfectus est, efficax, potens, qui nulli cedit, propter nos eximia tulit mala gratãter, &c. talis amor proximi sit, vt proximorũ mala propria vocemus, sicut fecerunt sancti, lib. 1. cap. 14. nume. 9. 12. 13. 19. vsque ad 23. Proximos sic diligamus, vt eorum portemus onera, eorum necessitatibus prouideamus, propter solum Deum gratuito, lib. 1. capit. 16. num. 1. vsque ad 5. 7. vsque ad 10. & 12. Charitatis modus traditus a Domino, est ipsius dilectio, lib. 3. cap. 2. num. 37. 39. vsque ad 41. vt autem dilectionis modũ explicaret, subdidit.

13 Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. *Iansenius.* De veritate huius sententiæ dubitare forte quis posset, quia maior profecto dilectio est, si animam suam ponat quis pro inimicis suis, quam pro amicis. *Rom. 5.* Vnde Paulus ad Roman. ait. Commendat Deus charitatem suam in nobis, quoniam cum inimici essemus Christus pro nobis mortuus est. Quidam intelligunt, (vt Bernar. hic) Dominũ non significasse, quæ sit simpliciter omnium maxima dilectio, sed quis sit inter homines maximus dilectionis gradus, vt sic insinuaret, quanta sit sua dilectio, vt quæ superet eam dilectionem, qua inter homines maior non potest reperiri, eo quod qui pro inimico mortem velit suscipere inter homines ex naturali amore non inueniatur, ipse verò animam suam positurus esset etiam pro inimicis. Secundo dicendum melius, amicos hic dici non qui diligunt, sed qui diliguntur, quales possunt esse etiam inimici. Quamuis enim hi pro quibus quis moritur possint odire illũ, nõ tamẽ possunt esse inimici ex parte eius, qui ex dilectione ponit suam pro ipsis animam. Contradictionem enim includit, aliquem ex dilectione impendere suam vitam pro his quos odit. Sensus ergo est, nemo habet maiorem charitatem, quam sit ea, qua quis vitam suam impendit pro his quos diligit, & talis est charitas Christi, & proinde recte illam discipulis in exemplum proposuit. Et quamuis intensius interne diligere proximum quis possit, pro quo vitam non dat, quam alter, qui morti se offert pro eo, sed Iesus loquitur de magnitudine dilectionis, quatenus se ostendit externis indiciis, id est maiora amoris indicia exhiberi nõ possunt, quam ea sint cum quis mortem eligit pro amico. Et qui ex sola dilectione, & ordinata mortem subit pro alio, hoc ipso efficaciter declarat interiorem suam dilectionem maiorem esse, & intensiorem dilectione eius, qui vitam suam impendere pro illis recusat. Dixerat, hoc est præceptum, &c. & continuo addit, maiorem hac dilectionem, &c. Quia prium amor esse debet in corde, & postea operibus manifestari, vt in Cant. Pone me, vt signaculum super cor tuum, & secundo super brachium, in quo opera signantur. Maiorem charitatem, &c. Magna charitas est benefacere de suo, maior benefacere de seipso, maxima autem mori pro his quos amas. Vbi vide quantũ nos absumus ab hac dilectione, qui etiam grauamur vel minimum quid fratribus impendere. *Cant. 8.*

Iam non dicam vos seruos, sed amicos, &c. 14
Dignitas magna Apostolorum ex his uerbis constat, in quibus ad honorem amicis debitũ sunt admissi, de qua re diximus in exordio concionis Apostolorum Sanctorum Philippi, & Iacobi.

Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, vt eatis, &c. Et fructus vester maneat. Ego qui nullius indigeo, ego qui punire, & damnare poterã, elegi vos multis aliis neglectis ex massa corrupta, ut in Deut. Non elegit te Domi- *Deut. 7.* nus, quod maior esses aliis, sed tantum ob id, quia dilexit, &c. Nec propter iustitias vestras (Deuteron.) cum sis populus duræ ceruicis. *Deut. 9.* Elegi vos non diuites, non potentes, sed pauperes, vt eatis non tantum vestri causa electi estis, sed & pro salute aliorum. Vel omnibus dicit, vt eamus de bono in melius, de fide in opus semperque proficiamus, non vt sedeamus, & multo minus, vt retrocedamus. Virtutem inchoans retro respicere non debet, lib. 2. cap. 3. num. 14. cap. 5. num. 41. ca. 11. nu. 15 31. lib. 4. cap. 2. num. 3. lib. 9. cap. 17. numer. 18. cap. 22. num. 1. 3. 4. 6. 7. 17. 19. 20. 24. 26. 29. 30. & 35. lib. 18. cap. 12. num. 16. cap. 17. num. 15. Virtus incessanter quærenda, vt in ea proficiamus semper, lib. 2. cap. 17. numer. 4. vsque ad 6. lib. 4. cap. 1. num. 66. & 67. lib. 6. capit. 1. nu. 2. 6. & 7. li. 9. c. 22. nu. 1. vsque ad 3. 5. vsque ad 8. 10. vsque ad 12. 14. vsque ad 17. 21. vsque ad 25. 27. vsque ad 34. lib. 14. cap. 24. numer. 6. lib. 18. cap. 8. nume. 5. 11. & 18. Et fructus vester maneat. Hoc dicit, quia pro ipsorum labore in æternum præmiabuntur. Manet etiam piorum fructus, propterea quod sunt fructus spiritus in æternum manentis. Admonemur hoc verbo, vt ea operemur, quorum fructus perpetuo manent, non temporalia, quæ transeunt, &c. Ex his Barnabæ collige excellentiam, quod sicut hoc vnum præceptum totius orbis reformatio est, sic hominis sanctitas in eo consistit. Vnde licet de Barnaba *Act. 4. 6* multa dici potuissent, quod vendidit sua, & precium ad pedes Apostolorum posuit, quod eximium Apostolum Paulum duxit ad pedes Apostolorum, vt quem furentem timebant iã conuersum agnoscerent, vt in Act. 11. in re omnium grauissima, quæ Antiochiæ cõtigit misit Ecclesia Barnabam, quia erat vir bonus, & plenus Spiritu sancto, & fide, cuius consilio credentes nomẽ Christianorum acceperunt. *9.*

Act. 13. ceperunt: & in Act. post multa discipulorum ieiunia dixit Spiritus sanctus, segregate mihi Saulũ, & Barnabã in opus ad quod assumpsi eos, quod opus tali virtute inceperunt, vt veniẽtes Lycaoniam, vocabant Lycaonici Barnabam Iouem, &c. Credentes quod dij descẽdissent ad eos. Is fuit qui primus Romæ Euangelium prædicauit, & tamen hoc eximium eius præconium est, quod animam posuit pro amicis, immo pro inimicis. *Act. 14.*

Plura de eius laudibus dicemus in annotationibus sequentibus.

IN FESTO S. BARNABAE
Secundum morem Fratrum Prædicatorum.

Euangelium.

Ecce ego mitto vos, sicut oues in medio luporum. Matth. 10.

Vide lib. 1. cap. 23. num. 21. lib. 9. cap. 17. nu. 14. vsque ad 18. lib. 18. cap. 15. num. 36.

In festo S. Barnabæ Euang. Dominicanum. 1 DE re hac diximus multa in festo S. Marci secundũ morẽ Romanum, in expositione illorum verborum. Ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos, ibi enim agnos vocauit Discipulos, hic vero oues appositione. Quibus enim ad prospiciendum sibi nihil est stultius, & imbecillius: est enim omnium quadrupedum ineptissimum. Rursum vt oues sibi minime omnium prospicere norunt, ita aliis, scilicet hominibus nihil est commodius, quod in ouibus vsui sint omnia. Denique animal est prorsus inerme, & iniuriæ omnium expositũ mansuetum planè, ac placidum, minimeque ferox. Sic per omnia se se habere debent, qui Christi esse volunt, maxime autem Prædicatores, non enim sibi prospicere debent, sicut qui aiebat, Non quæro, quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. Illi digni sunt hoc officio, qui dicere possunt, posuerunt me custodem in vineis, quia vineam meã non custodiui, hoc est vtilitati meæ temporali non consului, sed alieno bono inuigilaui, libr. 14. 2 cap. 28. num. 34. Prædicatores oues, & ceruæ dicuntur fœtæ salutem parientes plurimorũ, lib. tertio, cap. quinto, num. 27. cap. 21. nu. 13. vsque ad 15. & 21. Prædicator ad hoc sermonem dirigat, vt fratri defuncto, id est Christo non sibi filios generet, lib. 14. cap. 26. num. 28. capit. 27. num. 14. 17. 18. cap. 29. nume. 25. Prælati, Prædicatores, & Sacerdotes si contemnantur in his quæ ad se pertinent patienter ferant, non in his quę aliorum concernũt salutem, lib. 14. cap. 29. num. 13. & 14. Prælati, & Doctores, qui lucro intenti munia sua exercent, taxantur, lib. 14. ca. 30. nume. 6. & 14. Oues cũ vocentur hi verbis, & factis studere semper debẽt aliis esse commodo, postremo iniuriam, neque inferre, neque referre, vindictam Domino, qui eorum pastor, & rector est relinquentes. Non mitto vos sicut canes inter lupos, aut vt leones inter lupos, sed vt oues, vt inter eos mansuetudinem exhibeatis: Lupi autem vocantur omnes veritatis hostes, qui solum ouium nocumento intenti sunt. Ego mitto vos, ego cuius vos charitatem, & potentiam experti estis, qui proinde non essem missurus, nisi ita & vobis, & aliis expediret, quique pro mea potentia efficere facile potero, vt nihil mali etiam inter lupos sustineatis, sed multos etiam ex eis adducturi eo sitis, vt abiecta lupina feritate vobiscũ oues reddantur. Dixit autem statim, cauete ab hominibus, quasi dicat, cum vos dixerim mittendos inter lupos, luporum nomine non truculentas has bestias, quibus infestissimas intelligere debetis, tolerabilius enim id esset malum, sed homines omnibus ferociores bestiis. Quoniam bestiæ absque ratione vnum modum nocendi habent, homo autem ratione, quam a Deo accepit, abutens varios nocendi modos habet, indieſque nouos excogitat. Deinde bestiæ, vt in plurimum non nisi irritatæ sæuiunt, homo malus non irritatus etiam, immo beneficiis affectus sæuit. Homo sine Deo nihil nisi bestia est, nihil non audet. Hinc est, quod in Daniele quatuor potissimũ *Dan. 7.* mundi regna bestiarum nominibus designantur, ob eam potissimum causam, quod maxima crudelitate, & sanguinis effusione principatum obtinuerunt. Deinde, & bestiæ dicuntur, quod singulariter contra populum Dei sæuierunt. Quomodo Regnum Babylonicum in Iudæos sæuierit ex Threnis constat Hieremiæ. Sub regno Persarum Aman ille impius totum Iudęorum genus vna die delere voluit, vt in Hester. Sub regno Græcorum quanta mala Antiochus, aliique Reges Iudæis intulerint, Machabęorum libri testantur. *Hester 3.* Omnium autem maxime Romanum Imperium in Christianos desæuit. Recte ergo Dominus cum lupos nominauit addidit, cauete ab hominibus, vt hos nomine ferarum intelligendos doceret. De re hac, quibus nominibus explicetur iustorum, & malorum differentia, 3 disseritur lib. 12. cap. 3. per totum. Homo peior brutis, qui male viuit, lib. 3. capit. 4. nume. 8. & 9. lib. 12. cap. 4. num. 3. & 4. Homo malus bestiis nocentior est, lib. 4. cap. 36. nume. 8. lib. 8. cap. secundo, num. quarto, & decimo, cap. 3. num. 6. lib. 12. cap. 4. num. 3. 4. 6. vsque ad 9. 11. & 12. Mali bestiis quam optime comparantur, lib. 8. cap. 2. nume. 2 vsque ad 4. 6. 9. vsque ad 11. 14. & 15. lib. 12. cap. 4. num. 14. & 17. vide plura in die S. Marci.

Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Cum in fine capitis 9. retulisset Matthæus, quod circuiret Iesus oẽs ciuitates, & castella, docens Euangelium regni, 4

gni, & curans egrotos, videns turbas miser-
tus fuit eis, videns eos iacentes, sicut oues nõ
habentes pastorem, tuncque dixit discipulis.
Messis quidem multa, operarij autem pau-
ci, &c. Et continuò in capit. decimo, conuo-
catis duodecim discipulis suis, dedit eis po-
testatem Spirituum immũdorum, & vt cura-
rent omnem languorem, & misit eos ad Prę-
dicandum, eisdem vtens fere verbis, quæ dixit
apud Luc. septuaginta discipulis, post hæc ha-
bentur verba Euangelij hodierna, in quibus
officium prædicationis Apostolis delegauit,
docens quibus conditionibus, & legibus eo
vti deberent, quanta ad illum expendum
prudentia, quantaque animi sinceritas foret
necessaria, vt vtiliter huic operi intenderet,
docuit quæ præuenienda essent incommoda,
flagella, persecutiones, quas expectare debui
sent, non ab extraneis solum, sed a parẽtibus,
a fratribus, qui naturæ insitam dilectionem
contemnentes arbitrarentur, obsequium se
præstare Deo, si eos ad Regos, & Præsides du-
cerent ligatos, vt eorum sanguini insidiarẽ-
tur, non a Barbaris Gentilibus, sed a Iudæis,
nec his sæcularibus, sed Pontificibus, & reli-
giosis religionis causa occisi, & uerberati,
quibus in angustia tanta constitutis Domi-
nus astaret dans eis os, & sapientiam, quibus
resistere omnes aduersarij non valeret, odio
habiti ab hominibus omnibus, quia Iesum an-
nunciarent. Vt autem tantis difficultatibus
territi non deficerent ab inchoato opere sibi,
& alijs tam vtili non incipientes, sed perseue-
rantes saluandos docet. Hæc totius Euange-
lij summa est. In quo illud necessarium, & pri-
mum Prędicatoribus fore constituit, vt pru-
dentes illi essent, & simplices, simplicitatem
animi prudentiæ coniungentes, ita vt neutrũ
ab altero separarent, quod licet hominibus
omnibus necessarium foret, sed Prædicatori-
bus maxime. Iustorum quidem simplicitas sa
tuitas vocatur a mundanis, lib. nono, cap. 17.
num. 22. cap. 20. num. 7. & 8. Iusti serpentibus,
& columbis recte comparantur, lib. 18. capit.
Augu. li. 83. quæst. 15. num. 36. Aiebat Augustinus, edisserens lo-
cum Pauli ad Roman. Qui secundum carnem
sunt, quæ carnis sunt sapiunt, id est carnalia
bona pro summis bonis concupiscunt. Pru-
dentia carnis inimica est Deo. Prudentia car
nis dicitur cum anima temporalia bona pro
magnis bonis concupiscit. Quæ legi Dei non
est subiecta, nec enim potest: quandiu enim
appetitus talis inest animę, legem implere
non potest. Non hanc prudentiam commen-
dauit Dominus, sed prudentiam spiritus, quã
consequitur homo cum temporalibus con-
temptis spiritualia sectatur. Prudentia item
necessaria est in præcauendis malis, simpli-
citas in faciendis bonis, in condonandis of-
5 fensis. Prudentia huius sæculi reproba est,
& hoc nomine indigna, lib. nono, cap. 17. nu.
14. vsque ad 18. Prudentia autem spiritus su-
periora tantum eligit, & diligit, ibidem num.
16. & 17. Prudentia multum necessaria est,
sed illi coniungenda est simplicitas, ibidem
num. 17. vsque ad 20. Quia inter lupos mit-
tebantur, prudentia necessaria erat, & astu-
tia, quoniam autem, vt oues mitrebantur, o-
pus erat simplicitate. Martialis inter ea quæ
virtam faciunt beatiorem requirit prudentẽ
simplicitatem. Non prudentiam requirit vul
pinam, quod hęc versipellis sit, & subdola, ne-
quaquam simplicitatem columbæ admittẽs,
nec rursum simplicitatem asininam, quę pru-
dentiam excludit. Vult vt cautissime sibi
prouideant, ne sua indiscretione, & insipien-
tia alios prouocent contra se. vnde aiebat *Eph. 5.*
Paulus. Videte fratres quomodo caute am-
buletis, non quasi insipientes, sed vt sapien-
tes, redimentes tempus, quoniam dies mali
sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed
intelligentes, quæ sit voluntas Dei. Prudẽ-
tia sit in uobis, quæ doceat aliter tractandos
potentes sæculi, aliter eos qui de infima ple-
be sunt, aliter iracundis loquendum, aliter
mansuetis. Prudentia mores exploret singu-
lorum, vt omnibus omnia fiat homo sapienti-
bus tanquam ipsi sapientes sitis, vt aiebat
Paulus. Simplices estote sicut columbę, id est,
sicut columbæ sine felle, & amaritudine nulli
malum faciunt, sic uos innocentiam custodi-
tes nulli malum facientes, reddatis maledi-
ctum pro maledicto, qui in hoc uocati estis, *1. Petr. 3.*
vt benedictionem hæreditate possideatis. *in Ps. 67.*
Prudentiam autem serpẽtis commẽdat, quia
imitandus est serpens, ait Augustinus, in duo-
bus. Primo quia offert omnia membra percu-
tienti, vt caput seruet. Secundo, quia vt exuat
veterem hominem coarctat se per foramen
angustum, ita cum uos in medium intraueri-
tis luporum, cauete ne pereat in uobis Chri-
stus succumbendo laboribus. Sed instantibus
acerrimis persecutionibus dicatis cum Ma-
thathia, etsi omnes obediant Antiocho, sed *1. Mac. 2.*
non ego, quantumcunque ille dona offerat,
& mortem minetur hanc libenter offero, vt
caput in me conseruetur. Item vt exuas ve-
nectam veteris hominis, & induas nouum, qui
secundum Deum creatus est in iustitia, & san
ctitate veritatis apertam elige viam, quæ du-
cit ad vitam. Et si reformidas eam, ibi repo-
nenda est vetus tunica, etiam si dolorem in-
cutiat, alias enim salutem consequi non va-
lebis. Simplices estote, vt de omnibus bene
mereamini, neminem nec etiam pronocati
lędatis. Ad simplicitatem autem hanc requi-
ritur prudentia serpentis, vt tandiu patien-
ter feratis, quandiu uobis in rebus tempora-
libus nocumentum inferatur, cum enim ani-
mæ nocumentum infertur, & causa Christi
agitur deposita mansuetudine indignamini
vitiis. Ira rationi adiutrix contra peccatum 6
necessaria est, lib. nono, cap. 7. numer. 6. vsque
ad 8. 16. 17. 37. 40. & 41. Ira deponenda est
orto Christo, quando gladij in vomeres con-
uertendi sunt, ibidem nu. 26. Iram suam oiten
dit fatuus, sapiens autem eam occultat, vt
langue scat, ibidem nume. 27. & 29. Ira mala

est,

est, de qua dicitur, deponite omnem iram,
bona autem, de qua legimus, irascimini, &
nolite peccare, ibidem num. 31. 37. 40. & 41.
Sed licet prudentia Christianis omnibus sit
necessaria, eam tamen tunc Iesus discipulis
maxime commendauit cum eos ad prædican
dum misit. Hæc enim ingentia causat bona,
si adsit, multa nocumenta si desit. Prudentia
enim opus est, vt ea dicat Prædicator, quæ
abducant hominem a peccato, & ad Deum
reducant. Per prudentiã opportunum expe-
ctet tempus alios lucrifaciendi, & ad veritatẽ
pertrahendi, vir enim sapiens tacebit vsque
ad tempus, quod ille agnoscet correctioni a-
ptum, qui prudentiam vocabit amicam suã.
Prou. 7. *Prou. 24.* Sapientia enim ædificabitur domus, & pru-
dentia roborabitur. Imprudentia enim prę-
dicatorum scandala generantur, populus nõ
1. Para. 2. proficit, &c. Sicut enim quondam cum Hi-
ram Rex Tyri sapientiã considerasset Salo-
monis, dixit. Quia dilexit Dominus populum
suum, idcirco te regnare fecit super eum.
Benedictus Dominus Deus, qui dedit Dauid
filium sapientem, & eruditum, & sensatum,
atque prudentem, vt ædificaret domum Do-
mino. Misi ergo tibi virum prudentem, atque
scientissimum, qui sciet adinuenire prudẽter
quodcunque in opere necessarium est cum
artificibus tuis. Quia ad ædificium templi ce
leberrimi hæc erant necessaria, Salomonem
sapientissimum prouidit Deus cui alij adiun
cti sunt, qui prudentia prædita adiuuarent ad
ædificium templi. Sic cum nouam Deus con-
dere Ecclesiam decreuisset, verum Salomonẽ
Christum Dominum in orbem misit, huic da-
ti sunt in adiutorium Apostoli, quibus quæ-
cunque audiuit a patre nota fecit in his quæ
salutem concernerent populorum. Et licet
idiotæ illi essent cum dixit, estote prudẽ-
Baruch 3. tes, &c. ipse prudentiam dedit non qualem
propheta retulit habuisse filios Hagar, qui
exquisierunt prudentiã, quæ de terra est, viã
autem sapientiæ nescierunt, neque cõmemo-
rati sunt semitas eius, sed prudentiam, quæ
de cælo est, vt apte prædicationi insisterẽt.
7 Prædicatores multum egent prudentia, vt
sciant quæ, & quando, & quibus prædicare
debeant, lib. 11. cap. 3. num. 2. lib. 14. capit. 26.
num. 16. 24. vsque ad 27. 34. & 35. capit. 29. nu-
mer. 30. Prædicatores aliter prædicent perfe-
ctis, aliter imperfectis, lib. 14. cap. 26. nume. 1.
& 2. Prædicatores secundum sumẽtium con-
ditionem varie vtantur doctrina, sicut cibi
secundum animalium conditionem sunt di-
uersi, ibidem num. 3. & 4. Prædicatores aquas
ligant in nubibus cum prædicant secundum
capacitatem audientium, lib. 14. capit. 26. nu-
me. 21. 34. & 35. Prædicator dispensator pru-
dens sit, mensuram tritici dans iuxta audien
tium capacitatem, lib. 14. capit. 26. nume. 37.
Prædicatores sunt sancti cum de eis dicitur,
Mala aurea in lectis argenteis, qui profert
verbum in tempore suo, lib. 18. capit. 2. nu. 29.
Prælati, & Prædicatores dicuntur nasus Ec-
clesiæ, sicut turris Libani, quia multa esse de-
bet eorum discretio, & altitudo, lib. 14. capit.
29. num. 30. Prelatus prudens sit ne tacenda
proferat, vel proferenda taceat, lib. 14. ca. 31.
num. 16. & 17.

Tradent vos in Conciliis, & in Synagogis 8
suis flagellabunt vos. Et ad Præsides, & ad
Reges ducemini propter me in testimonium
illis, & gentibus. Ad bella gerenda conuenien
tissimum est, immo necessarium, vt fortitudi
ne præstent milites ne hostibus cedant, qua
ingentia contemnant pericula, quando illud
expediens iudicauerint, ne hostes turpiter
fugiant, ne eorum audacia considerata suc-
cumbant, sed intrepidi hostes aggrediantur
exultent audacter, & in occursum pergant
armatis, ne ignaui illis similes sint, qui inten-
dentes, & mittentes arcum conuersi sunt in
die belli ad fugam. Bellum, quod Apostolis
indicebatur immane erat causa docendæ fi-
dei gerendum aduersus Iudæos, & gentes sub
strenuo Duce Christo Domino. Fortitudo ad
brauium consequendum necessaria erat, lib.
6. capit. 13. nume. 1. 2. 4. 5. & 9. Fortitudo Chri
stiana in timore Domini fundatur: sęculi ti-
mor debilitatem parit, ibidem numer. 14.
Hæc virilem animum prestat ad uitia fugien
da, & persequenda, num. 19. Milites autem
Christi patientia armandi sunt ad ferendas
iniurias, ad toleranda aduersa, ad condonã-
das offensas, hæc est enim eorum maxima for
titudo, sicut scriptum est. Melior est patiens *Prou. 16.*
viro forti, & qui dominatur animo suo expu-
gnatore vrbium. In re hac Ducis ostensa est
fortitudo, sic olim Pharaoni dictum est. In *Exod. 9.*
hoc ipsum excitaui te, vt ostendam fortitudi- *Exod. 15.*
nem meam. Quis similis tui in fortibus Do-
mine? Sic & seruo Helisæi pauenti multi- *1. Reg. 6.*
tudinem hostium currus ignei ostensi sunt
in Prophetæ adiutorium, vt disceret ho-
stes a viris sanctis non armis, sed beneficiis
(quæ ignis significat) superandos, sicut &
Propheta fecit, dum Regis Syriæ milites cæ-
citate percussos duxit Samariam, cumq. eos
occidere vellet rex Israel, dixit Helisæus. Nõ,
percuties, sed apposita est eis ciborum ma-
gna præparatio, & comederunt, & biberunt,
& dimisit eos. Et vltra non venerunt latro-
nes Syriæ in Israel. Non certe ferro sed be-
neficio superati. Propterea addidit Dominus,
in testimonium illis, & gentibus, quasi dicat,
hæ persecutiones declarabunt virtutẽ meã,
quam mundus, & diabolus ipse omnibus suis
viribus deiicere non potuerunt. Vel hęc om-
nia cum prohibere potuissem fieri patiar, vt
omnibus notum sit, illos suo vitio perire, qui
tot miraculis, tot beneficiis, vestraque doctri
na, ac lenitate prouocati reiecerunt oblatã
salutem. Testimonium ferent contra ipsos
cicatrices flagellorum vincula, tormẽta, &c.
Non ualuit Roma, quæ tot Regna suo subiu-
gauerat imperio, vnum Petrum vincere, pi-
scatorem, nudum, non armis, sed patientia
pugnantem, nec Paulum dicentem: Laboro *2. Tim. 2.*

vsque

vsque ad vincula, quasi male operans, sed verbum Dei non est alligatum, nec ligari poterit, sed cunctis post habitis doctrinæ instabo, vt salutem consequantur electi. Christi potentia ingens, qua discipulos post ipsorum mortem, immo horum sepulchra fecit clarissima, quod Romani Principes non potue-
9 runt, lib. 17. cap. 6. nume. 5. & 6. Arma, quæ recensetPaulus ad Ephes. explicantur optime, lib. secundo, cap. 7. nume. 21. & 22. capit. 9. numer. 22. 23. & 30. Ad bellum, quod gerunt homines Christiani formidolosi apti nō sunt, lib. secundo, cap. septimo, num. nono, vsque ad 11. capit. 8. num. 41. Patientia in aduersis a fortitudine animi proficiscitur, lib. 6. cap. 13. num. 14. Columna argentea est iniurias sentire, & ferre, lib. nono, cap. 4. numer. primo. Patientia Sanctorum fecit eos victores in perpessione iniuriarum, victos autem eos, qui inferebant eas, lib. 14. capit. 1. numer. 7. 8. 10. 11. & 24. Patiens recte dicitur melior viro forti, quia maior est patientiæ victoria, ibidē num. 31. & 32. Patientiam discere debemus exemplis Sanctorum maxime Apostolorum, ibidem numer. 13. 14. 22. 27. & 28. Apostoli a Christo Domino, qui adamas est adamantini sunt effecti, lib. 1. capit. 23. num. 6. 7. & 21.

10 Cum autem tradent vos nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini, &c. vsque, Spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis: si verbum Dei habetis in corde, quomodo poterunt deesse verba in ore? Vult Petrus nos esse paratos omni poscenti rationem redde-
2. Pet. 3. re de ea quæ in nobis est fide, & spe. Solum his verbis docere Dominus voluit ne res diuinas humanis viribus confisi aggrediamur, sed exemplo Moysi ad Deum accedere, vt vi-
Exod. 17. ctoriam consequamur. Et sicut Iosaphat in bello cum omnes viri Iuda venissent ad obse-
2. Par. 20 crandum Deum pro victoria Rex sanctus dixit, Domine tu dominaris cunctis gentibus in manu tua est fortitudo, & potentia, nec quisquam tibi potest resistere, &c. In nobis quidem non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos, sed cum ignoremus, quid agere debeamu hoc solum habemus residui, vt oculos
Num. 14. nostros dirigamus ad te. Sic filij Israel sine verbo Dei suis viribus confidentes infeliciter pugnauerunt contra Chananæos. Sic vn-
Indic. 20. decim tribus contra tribum Beniamin semel & iterum misere pugnauerunt confidentes
Esa. 30. in multitudine. Hinc per Prophetam dicitur, væ filij desertores, vt faceretis consilium, & non ex me, confidentes in fortitudine Aegypti. Ob id erit uobis fortitudo Aegypti in confusionem. Nolite cogitare, &c. Non negligentes defensionis suos reddere voluit. Sed securos diffidentiam, sollicitudinemque prohibens. Non enim vos estis, qui loquimini, id est causa non est vestra, vnde neque patrocinium vestrum erit. In causa pauperis patronus est Spiritu sanctus, qui linguas in-
Iob. 39. fantium facit disertas. Is est equus nobilis cui Dominus fortitudinem præbuit, & hinnitum. Vnde hæc in se expertus Paulus bene- 2. Cor. 2.
ficium agnoscens, aiebat, Deo gratias, qui sēper triumphat per nos, & odorem iustitiæ suæ manifestat per nos. Ab ipso omnia, & per ipsum omnia, sicut ex Deo coram Deo in Christo loquimur. Ille est cuius virtute fit quod fit, in bello tam potenti ille Dux indesi- 11
nenter assistit, lib. secundo, cap. 5. numer. 11. 12. & 33. capit. 6. num. 10. & 17. cap. 8. num. 11. 12. 40. vsque ad 42. cap. nono, nume. primo, 6. 7. 8. 15. usque ad 17. 20. 23. 24. 32. & 33. In bello, quod habemus non in propriis viribus cōfidendum est, lib. secundo, cap. septimo, nume. 32. vsque ad 34. cap. 8. nume. 11. vsque ad 13. 40. vsque ad 42. cap. nono, num. octauo. 15. 16. 21. 23. 24. 28. 32. & 33. In bello nostro Deus est, qui principaliter pugnat, nos autem cooperatores esse vult, vt coronet, lib. 2. ca. 9. nu. 16. 17. 19. 20. 22. vsque ad 24. & 30.

Tradet autem frater fratrem in mortem, 12
& pater filium, &c. & morte eos afficient. Nō dicit, diripient vobis temporalia, tolerabile enim & hoc esset, sed vos tradent, grauius enim est sustinere corporis afflictionem, magis autem turbat animum si is lædat cui be- Psalm.
nefacimus, sicut Dauid aiebat. Qui simul mecum capiebat cibos magnificauit super me supplantationem, si enim inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtiq. Grauissimū autem omnium est si mala non quæcunque, sed quæ extrema sunt a filiis, & parentibus inferantur, qui morte nos afficient. Vbi significauit pietatis, ac dilectionis etiam naturalis non habendam rationem, in his qui diuersæ sunt fidei. Sed nostrorum temporum miseriæ hanc iustam admirationē ademit, dum cernimus parui lucri gratia filios ignorare parentes, grauemque eis persecutionem inferre. Auaritia omnia iura naturæ obruit, lib. 1. cap. 24. num. 6. 10. 13. 15. 16. 21. 26. vsque ad 28. & 32. lib. 4. capit. 38. nume. 14. capit. 39. num. 2. lib. 6. cap. 4. a num. 5. vsque ad 16. Agitur de admiranda Apostolorum prædicatione, quod fidem persuaserint, & fecerint, vt fidem licet falsam contemnerent gentes, quā a maioribus acceperunt, lib. etiam 1. cap. 23. habentur multa maxime nu. 12. vsque ad 17. 20. vsque ad 27.

Qui autem perseuerauerit vsque in finem 13
hic saluus erit. Summa consolatio his verbis datur, certa salutis promissio. Quis non æquo animo ferat breuem tribulationem, cum pro hac certa salus promittatur? Et quidem mundani nihil non patiūtur propter temporalia consequenda cum tamen incerti sint se ea cō secuturos, quæ quærunt, iusti autem de æterna salute certi si usq. in finē perseuerauerint omnia contemnant? Hæc sententia intelligenda est in hoc loco de perseuerantia patientię, non de perseuerantia bonorum operum. Vnde Græce non est, nisi qui sustinuerit persecutiones, & aduersitates, nec illis aliquando cesserit hic saluus erit. Patien-
ter

ter tolerat aduersa, qui futura considerat, & tribulationem, breuitatem, lib. 14. cap. 1. num. 14. 26. & 30. Patientia donum Dei est, ad quā habendam testimoniis scripturarum, & promissis Dei adducendi sumus, ibidem num. 26. vsque ad 29. & 32. In tribulationibus spes cōsequendorum bonorum cælestium per illas consolari nos debet, lib. 17. cap. 4. nu. 5. usque ad 8. lib. 18. cap. 4. num. 1. & 2. Vide multa verbo tribulatio, & quod in eis ad Deū confugiē dum, & quæ in illis consolari nos debent. Sed licet Dominus his verbis potissime perseuerantiam in ferendis aduersis docere Apostolos voluerit, sed eam etiam necessariam in o-
peribus bonis, vt illa vsque in finem vitę protendantur. Quoniam nō coronabitur, nisi qui (instar Pauli in carcere constituti) dicere va-
luerit, Bonum certamen certaui cursum con-
1. Tim. 4. summaui in reliquo, reposita est mihi corona iustitiæ. Tunc enim nauigantis commendatur fælicitas cum ad portū applicuerit saluis mercibus, & naui, tunc exultabit miles confidēter cum parta fuerit victoria, finisque impositus bello, nec antea tutus erit, qui considerat accidisse sæpe nauim, & cuncta perire longissima, difficillimaque peracta prospere nauigatione, cum portum intrat in præsentia suorū.
Psalm. 66 & 64. Redde vota Domino de die in diem, donec ad ultimum peruenias diem, vt benedicat Domi nus coronæ anni benignitatis suæ, benedictio nem enim coronę anni, hoc est expleto anno porrigit ille. Tunc requiescens cum Deo, cum
Dan. 2. illi similis fueris, qui postquam creauit cælū, terram ornatus horum requieuit. Caue ne caput aureum statuæ fictiles habeat pedes, pe ribis enim indubie, nisi finis similis fuerit ex-
Aug. 6. c. 13. ordio, ita vt in bono cœpto perseueres. Hæc donum Dei est, sicut Concilium definiuit Tridentinum, quod hoc donum confirmat libe-
rum arbitrium vsque ad mortem. Perseuerā-
tiam necessariam esse docuit Christus cum in
14 Cruce dixit, Consummatum est, lib. 3. cap. 10. nu. 85. ca. 16. nu. 4. & 5. lib. 6. ca. 13. nu. 1. Quod ad hanc habendam necessaria est fortitudo. Disseritur de perseuerantia, li. 14. c. 24. per totum, quod hæc sola homines facit beatos habetur, num. 1. 2. 14. vsque ad 18. 20. & 22. Perseuerantia est necessaria, ne naufragiū in portu cōtingat, & iustus virtutibus dives pereat, lib. 14. cap. 16. num. 1. & 2. cap. 24. num. 6. Iusti
Iustus. cuiēt vt in bono cœpto perseuerent, li. 16. ca. 7. nu. 6. Hæc Barnabæ præclara encomia sunt, quod in expediendis pro Christo bellis miles robustissimus fuit, qui corpore incorporeum hostem simul uersans cū Apostolorum exerci tu validissime profligauit, qui bonarum disci plinarum religiosus præceptor extitit, & Chri stiani ouilis dux certus, & rationalis quidam summi Dei paradisus omnium virtutum germina florentia in se continens, ita validus Dux, ut Crucem gestauerit, & aduersus Chri-
sti interfectores intrepidus fuerit. Barnabas consolationis filius, & pietatis magister, turris firma, & immobilis, is ut sacer, ministerq. amantissimus omnes gentes Euangelij prædi catione ad fidē Christi conuertit Cyprorum insigne ornamentum. Natus fuit in regione Cyprorum, quem parētes nominauerunt Ioseph. Hic additus fuit a Deo Apostolorum cę tui. Hic fuit vnus ex septuaginta discipulis, quorū primus dux & sūmus erat magnus Barnabas, quod quidē nomē illi Petrus imposuit, ut in Act. 4. Et sicut Iacobus, & Ioānes propter virtutem filij tonitrui dicti sunt, ita & Barna- Marc. 3.
bas virtutis suæ causa filius consolationis appellatus est, quippe qui propter sanctitatis præstantiam omnibus consolationi fuit. Hic cum audisset Iesum docentem, vendite quæ possidetis, &c. nihil moratus est, statim rem omnem precio sam a parentibus mortuis sibi Luc. 12.
relictam vendidit, & egentibus distribuit, sibi vero solum agrum unum reseruauit, post aduentum verò Spiritus sancti Christi charitate magis inflammatus, illum etiam agrum vē didit, pecuniamq. multam, quam recepit ad pedes Apostolorum posuit. Hic cum Saulo di sputabat, quem ad fidē perducere cupiebat, post cōuersionem verò eius miraculosam dabat operam, vt Christi discipulis adhæreret, quem tamen omnes illi multā eius sæuitiā formidantes fugiebant. At magnus Barnabas illi occurrens, ait. Quousque Saule tandem pergis esse Saule desine horribile illud mysteriū oppugnare, quod a prophetis clare prænuntiatum est. Hæc cum audisset Saulus ad pedes Barnabę se deiecit, multisq. lachrymis, & clamoribus, ignosce, inquit, mihi Dux luminis, & veritatis magister Barnaba: expertus. n. sū, vera esse quæ tu dixisti. Hęc cū audisset Barnab. a blasphemo præ gaudio eius vultus lachrymis perfusus est, cūq. illū amplexus, & osculatus fuisset, eumq. ad Apostolos duxit dicētē. Quare pastorem fugitis lupum existimantes? Cur bellatorem optimum, vt proditorem execramini, & gubernatorem, vt piratam pulsatis? Cumque auditum fuisset ab Apostolis, qui erant Hierosolymis Barnabam magnum, & potentem virum ad gregem Christi pascendum, qui erat Antiochiæ miserunt, qui cum illuc uenisset, multo adiumento fuit hominibus Christi fidem sequētibus, eius enim diuina prædicatione factum est, vt multa populi accessio ad Christum fieret, inde diuino spiritu egressus vrbes omnes, ac regiones peragrauit Christi Euangelium longe, lateque diffundens, nec prius destitit, quam advrbem Romam venerit, is enim ex uniuersis Christi discipulis primus Euangelium in vrbe Roma prædicauit, cumque multi ad fidem Christi venissent, & Barnabam ipsum summe honorarent humana gloria reiecta clam fugiens discessit. Cumque totam insulam Cypri peragrasset, populosq. multos ad Christi fidem conuertisset, Salaminam venit vbi martyrio est coronatus a Iudæis.

IN NATIVITATE S. IOANNIS Baptistæ.

Euangelium.

Elisabeth impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Luc. 1.

Laudes Ioannis enarrantur bona ex parte in Dominicis Aduentus, & lib. 9. cap. 6. §. primo, per totum.

In natiuitate S. Ioan. Baptis. 1

CVM verbi Diuini incarnatio, mysteria eius a sæculis abscondita, illius fides, sine qua nullus salutem consequi potuisset, in se eximiam haberent necessitatem, & difficultatẽ tam multa, quæ luce naturali intelligere non valerent homines, nisi hi suadente, & monente Deo, efficacissimisque mediis ad credendum adducerentur, res variæ tam orbi proficuæ ad quas recipiendas perditissimi homines ambitione amaritia polluti adducendi essent, fideles quidem illi, qui legem Moysi recipiebant, sed infidelibus peiores, vt pote quibus in multa scelera delapsis succedere deberet gentium populus, lib. quinto, capit. septimo, nume. 17. vsque ad 20. & 28. Qui duri, & nebulosi lapides caliginis, & vmbra mortis recte dicebantur, lib. duodecimo, capit. 4. numer. 27. Cum his suadenda essent, quæ eorum perditissimis moribus forent contraria, & carnalibus hominibus difficilia multum, suadenda in Christum fides, quem incredibili
Matth. 3. odio prosequendum nouerat Deus pater, ab his qui genimina uocati sunt viperarum ad quos excidendos securis ad radicem arboris posita iam erat, qui auari erant solis bonis temporalibus intenti animæ salute protinus reiecta, cum talibus & fides in inimicum sibi Dominum, & morum reformatio esset persuadenda ad id necessarium erat, ut hominem Deus conderet, hecho a posta, talem in quo cuncta, quæ aduertere potuissent homines, quæ in eius conceptione, ortu, conuersatione, pueritia, vitã, tam essent admiranda, vt diuinum, Angelicumque in carne positum ostenderent hominem, talemq. quod cum signum fecisset nullum, nullum miraculũ, quidquid in eo cernerẽt miraculum esset, prodigiumq. naturæ potens ad reformandam vniuersam Iudæam, licet a planta pedis vsque ad verticem nulla in ea esset sanitas. Post ascensionẽ Domini cũ idololatriis, perditissimisq. moribus polluta esset Asia, contaminanda statim hæresibus Cherinthi, Ebionis, &c. Ioãnes Euangelista a Spiritu sancto ibi directus est, vt testimonium perhiberet de Christo, & litteris, & concionibus, disputationibusq. multis, & licet Iesum noluissent Romani in deorũ suorum numero decernere, quia absque Senatus decreto adoratus fuisset in orbe, libr. 17. cap. 6. num. 5. & 6. Tamen innumeris coruscãtibus miraculis multorum annorum conuersatione Romanis Imperatoribus, vel dissimulantibus, vel absentibus, & fidem in Iesum, & morum suasit reformationem, sed fidem in eũ quem odio non prosequebantur sicut Iudæi, ad cuius fidem recipiendam negatiue se habe
Hugo. rent potius, quã contrarie, quoniã licet scelerati idololatrarũ mores virtutibus omnibus infusis essent contrarij, eam tamẽ cõtrarietatẽ, quã personæ Domini habebãt Iudæi in his non crediderim, nec eam repugnantiã a maioribus illatã experiebantur plebei in Asia,
Ioann. 9. quam passi sunt in Iudæa, vbi a Synagogis pelebantur, anathematizabãtur, & maledicebãtur, quicunq. cõfiterentur Christũ, quo multi a recipiẽda fide arcebantur. Vt incommodis
Esa. 49. his omnibus prouideret Deus Ioann. Baptistã
Hugo. Iudææ dedit, de quo scriptum intelligũt multi (licet hæc verba Hieron. de Christo Domino, alij de Cyro Rege interpretẽtur) Dominus ab vtero vocauit me, i. a multis iam annis mei
Matth. 11 rõnem habuit, qui antequam nascerer nomen meũ celebre fecit, nomen non hominis tantũ, sed & Angeli imponens. Et posuit os meũ, vt gladium acutum, quo caro pereat, & spiritus viuat, & posuit me sicut sagittam electam. Sagittam illũ vocauit & ensem, ense. n. utimur cũ prope est hostis, sagitta distantẽ vulneramus, ubi significat tam eos qui prope, quã eos qui longe erant fęlici, & vitali esse percutiendos vulnere. Sagittæ quidem electæ antiqui patres fuerant, insignes Prophetæ, quorũ verba, & exempla fęliciter populum vulnerabãt, sed Ioannes per antonomasiam sagitta uocatus est electa, quia hunc super illos omnes specialiter elegit Dominus ad hoc, ut peccatis mortui iustitiæ uiuerent homines, & præsentes, & futuri. Ideo enim subditur.
2 Et nunc dicit Dominus, formans me ex vtero seruum sibi, vt reducam Iacob ad eũ, &c. Parum est, ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fœces Israel conuertendas. Iudæi tempore Patriarcharum eximia uir-
Hugo. tute pollebant, tempore Iudicum iam cœperunt corrumpi, tempore regum peiores extiterunt, tempore Prophetarum, & quo tẽpore ortus est Christus pessimi erant, qua ratione rectè fæces illius Reipublice dicebantur. Vt ergo fæces conuerterentur, & antiqua rediret virtus, missus est Ioannes, quo instrumento hæc Iudæorum fieret reformatio. Vnde cũ Gabriel conceptũ infantis patri retulisset, dixit, Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suę, & multos filiorum Israel conuertet ad Dominũ Deũ ipsorũ, & ipse præcedet in spiritu, & virtute Heliæ. De hoc enim Propheta id antiqua didicimus traditione, quod cum infans esset ignis cardines edebat, ac si illi accommodati essent cibi illi nutriendo, qua re mirandus illius zelus, quo in maiori ætate donandus erat fi-

gnificatus est, sic & Ioannes in eius uirtute datus lucerna erat ardens, & lucens. In quo recte, inquit Ambrosius, virtutem, & spiritum Heliæ coniunxit Angelus, quia nunquam sine virtute spiritus, & sine spiritu virtus est, id est, potestas bene operandi, & aduersa quæuis fortiter perferendi. Vt conuertat corda patrum in filios. Beda intelligit Ioannẽ cõuertisse corda patrũ in filios, quia antiquorum scientiã sanctorum Iudæis prædicando infudit, hoc est, quia filios eandem fecit habere mentem, cor, & sapientiã, qualem Patriarchæ, & Prophetæ habuerunt. Qui sensus & Hieronymi est vlt. capit. Malachiæ, vnde hæc Angeli mutuata sunt verba. Alius sensus est, vt faciat ipsos Patriarchas, & Prophetas bene affici filiis suis Iudæis, eosq. pro legitimis agnoscant filiis non adulteris, quales illi erant, qui in pristinis malis manentes audierunt increpantem Dominum. Generatio mala, & adultera signum quærit, &c. Qui talium filij esse non dignabantur, sed Iudæorum multos tales effecit Ioannes, ut sancti Patriarchę gloriarentur horum extitisse progenitores, dum illos cernerent ad maiorem fidem, & pietatem reuocatos. Cum venientes ad baptisma genimina viperarum nocabat eos Domini præcursor, notabat eos non esse germanos maiorum filios, sed cum adiecit, potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ, his verbis studuit eos reddere dignos Patriarcharum filios. Et sic conuertit corda patrum in filios, vt pararet Domino plebem perfectam, id est bene, & perfecte adornatam, & instructam ad suscipiendã Christi fidem, & sublimiorem eius doctrinam. Per pœnitentiam, quam verbo, & exemplo docebat, parabat Domino plebem perfectã. Multa quidem eorum, quæ Ioannes docebat ratio naturalis suadebat, nemini vim inferendam, neminem concutiendum, &c. sed supra rationem omnem erat, vt Deus ille crederetur, quem multis subditum miseriis homines cernerent, & tamen Ioannes datus a Deo est, ut eius testimonio omnes ad credendum adducerentur, omnes, quantum est ex parte testis, & testimonij, si illi luci oculos claudere noluissent. Vnde ad eam dignitatem, quæ Dei est propria, quantum humanæ fragilitati permittitur eleuatus est Ioannes. Dei enim, qui prima veritas est, istud est proprium, ut eius testimonio infallibili fides adhibenda sit. cum qui talis est, nec fallere possit, nec falli, quod si id non potest, vbi nec ignorantia, nec malitia est, testimonium infallibiliter est verum, etiam si illud nullo conformaretur miraculo, dum certo sciretur esse testimonium Dei. Istud uidemus Ioanni, suo modo, diuina potestate concessum. Qualem ergo licet aduertere uitam illius, quæ miraculorum fungens vice adducere potuisset homines ad credẽdum? Certè qualem tantæ rei Deus cerneret necessariam, vt daret homo ille scientiam salutis plebi eius, lib. 9. c. 6. nu. 18. & 20. Ioannes
3 propter opus Domini natus est, & mortuus, vnde natiuitas, & mors mirabilis fuit, ibi. nu. 11. Ioan. Baptistæ vita inimitabilis fuit, nu. 5. & 17. Ioan. magnus corã Domino venit in spiritu Heliæ, ibidem nu. 13. Christus Dominus
Malac. salutem dedit, de quo dixerat Propheta, Sanitas in pennis eius, & salietis sicut vituli de armento robore, & sanitate multa potiti, quam ab illo consecuti fuere, qui datus fuit in lucem gentium, vt salus esset, vsque ad extremum terrę, at Ioannes salutis huius notitiam dedit. Si medicus ad ægrotos non adnentasset perirent cuncti, quorũ morbi erant desperati, sed si medicus emplastra, & remedia ægris non innotuissent, similiter perirent sicut modo multis morbis remedia non adhibentur, non quidem quia lapides, aut herbæ non sint illis curandis efficacia, sed quia ignorantur illa, &c. Talem arbitrare Ioannem, &c. Nec solum, quæ Ioannis sanctitatem & dignitatem concernunt considerãda sunt, sicut multa, quæ diuina bonitas in aliis sanctis operata est etiam in illis, quibus ex priui
4 legio subito infudit perfectionem vitæ, li. 18. cap. 13. nume. 6. & 7. etiam si sanctorum antiquorum mira perpendas gesta, li. 2. c. 6. nu. 13. li. 14. c. 22. nu. 11. vsque ad 14. & 49. Multi enim horum post iuuenilẽ ardorẽ, vel saltẽ eius ętatis inertiã, in qua cõmuniter adolescẽtes ludicris sæculi rebus detinẽtur, li. 1. c. 2. nu. 3. In matura ætate ad sanã mentem redeũt. Qualis August. fuit, qui grandeuus acerrime dolebat quæ ille in adolescentia patrauit mala, talem legimus seraphicũ Franciscũ, qui temporalia deserens, quibus ardenter intendebat, Angelicã, vixq. humanam vitam aggressus est. Plures q. his similes in amorẽ virtutis exarserunt in ea ætate, quæ maturioribus consecratur exercitiis, hi. n. sicut exhibuerũt membra seruire iniustitiæ, & iniquitati, iam conuersi illa exhibuerunt seruire iustitiæ in sanctificationem. Nõ talem aduertimus Ioannem, qui mõnachorũ princeps in tenella ætate fuit; lib. 9. c. 6. nu. 8. Secessit enim paruulus in desertо, vt vitã ageret mirandã, ibid. nu. 2. vsq; ad 4. 8. & 9. Qui in victu, & vestitu mirãdæ pœnitentiæ fuit nu. 5. 9. 13. & 16. eã agens in deserto uitã, qualẽ refert Basil. admirandã uidisse in uiris degentibus in desertis Palæstinæ, & Aegypti, li. 5. c. 13. nu. 4. vbi asperrimis camelorũ indutus pilis locustas edebat, & mel siluestre, cũq. pro magno ducerẽt sãcti habentes uictum, & quibus tegamur his cõtẽti simus, li. 4. c. 39. n. 5. hic certe cibis pascebatur, induebaturq. vestibus, quibus frigori nõ prouidebatur, nec aptis fustẽtabatur eduliis. In tenera ætate eam amplexus est vitã nobilis, & delicatus puer, quã vix in robusta ætate adamãtini homines ferre potuerũt, & quã in his vitã vocamus vix humanã, hanc in tenello puero stupendam pane mus, quæ in eo amplius resonabãt quam vox, li. 9. c. 6. n. 5. & 9. Hier. ad Rusticũ scribẽs dicebat hoc vitę genus nõ tyronibus, sed veteranis

nis militibus conuenit, & tamen illud Ioannes puer hoc vitæ genus, & elegit, & semper retinuit, nisi cũ vt alter Moyses in bonum populi iussus est secreta deserti derelinquere cũ factum est verbum Domini super illum in deserto, quem excitatus, & veluti cõpulsus desererebat. Miramur Paulum, Hilarionẽ, quorum vnus cum 14. alter dum 15. esset annorũ, parẽtes, & patriam dereliquit, & in abditã secessit solitudinem. Angelum vocat Hierony. Bonosum eo quod nobilis cum esset dilectissimis sibi fratribus derelictis desertum elegit nouus habitator paradisi, Angelos cernens per mysticam Iacob scalam ascendentes, & descendẽtes, quanto verò mirabilius est puerulum adhuc teneris sub annis hanc viuendi rationem delegisse cum vnicus esset parentibus, qui eũ tenerrime diligebant in senectute cõceptum? Quis obuium haberet in deserto Ioannem intuisum antea in hac ætate? Certe exanimis, & pauens diceret: cæteri pueri in hac ætate, vel præceptoribus operam dant, vel in plateis ludunt cum sociis, tu ergo sancte puer, quid hic negocij geris? Quomodo vitam hanc rerum omnium indigã ferre potes? vbi habitas? vbi cubas? vbi ab iniuriis, & inclementia cæli defenderis? vnde tibi cibum, vnde vestem, vnde reliqua ad vitæ vsum necessaria paras? Cur tam rigidum vitæ propositum arripuisti? Quod scelus tuum? quæ crimina in tam tenera ætate admittere potuisti, quę tam aspera vitæ institutione luenda sint? In tã tenera ætate vitam hanc gessit admirandam, ne leui saltem maculare vitam famine posset, vt maxima cura etiam leuissima vitaret peccata, delicata.n.iustorum mens etiam minimis delictis perturbatur. Crudelissimos duos hostes oculos, & linguam in deserto vincebat. Quod si quæras, quomodo fragilis natura carnis potuit tandiu in hoc vitæ genere durare. Respõdetur, continua Spiritus sancti solatia, miras diuinæ contemplationis delitias sæculi hominibus incognitas hoc præstare potuisse. Hæ nanq. tanto sunt maiores, quãto vita asperior
epist. 22. est. Vnde (Hier. cum ad Eustochiũ scribẽs) innumeros, quos in deserto pertulerat labores retulisset, ut ad ea ferenda virtutem doceret subdidit. Post multas lachrymas sæpe mihi videbar agminibus interesse Angelorũ, & lætus & gaudens cantabam in odorem vnguentorũ tuorum curremus. Quales quæso istæ essent consolationes in Ioanne, in vtero materno sãctificato, & amico sponsi? Eius anima ascendebat de deserto deliciis affluens, foris pauper intus diues, foris mærens, intus gaudens, foris nuda, intus fimbriis auris ornata. Desiderio amplius proficiendi desertum adiit, ut de
Genericur. mortificatione carnis, spiritus vegetior fieret. Sciebat.n. quia sicut peccatoribus, vt sancti fiant, sic sanctis, vt sanctiores fiant necessaria est seuerius viuendi disciplina. Tantæque virtutis Ioannes post admirabilem deserti ui tam adeptamque sanctitatem extitit, vt Dominum meruerit habere laudatorem dicentem, quod inter natos mulierum nullus eo surrexerit maior. Quæ verba dupliciter valent intelligi, maiorem eum dici, vel ratione prærogatiuarum (lib. nono, cap. 6. numer. 19. & 20. quod omnes sanctos excellat, ibidem numer. 12.) quibus diuinitus decoratus fuit vel quod abundantiore spiritu esset donatus sic vt perfectior esset cognitione diuinorũ in conuersatione, & meritis. Et quidem si Ioannis prærogatiuæ considerentur non dubium, quin fuerit maior, non solũ omnibus prophetis, sed etiã Apostolis. Prærogatiuæ enim eius sunt, quòd Angelico fuit promissus oraculo, quod conceptus miraculo, sanctificatus in vtero, quod ab ineunte ætate semper cum Deo & Angelis fuerit conuersatus, nulla hominũ consuetudine vitiatus, quod primus regnũ Dei prædicauerit, quod baptismi auctor Dominum suum baptizauit, quod primum agnitum Christum aliis digito demonstrauerit, quod solus a prophetis sit promissus, quod Angelus Dei dici meruerit, & nec necessarium, aut conuenientem humanæ naturæ cibum, ac vestitum amplexus, ut in eo nihil pene humani appareret, sed cuncta velut Angelum esse sub humano corpore latentem arguerent. Si autem spectemus spiritus donum, quamuis spirituum ponderator sit Dominus, tamen non videtur dubitandum, quin perfectiore spiritu donatus fuerit præ aliis prophetis, ita ut clarius cognouerit mysteria incarnationis Christi, ac eius mysteria, & regni cælorum clarius explicuit, sanctior etiã fuerit in conuersatione, & maior in meritis. Nam quis prophetarum vnquam tam incorruptam rigidam, tam plane diuinam vixit vitam, atque Ioannes ab ipsa pueritia mitissimus simul, ac acerrimus? Quis plures sua conuersatione, & doctrina ad Dominum cõuertit? Heliæ quidem quam similis in uitæ austeritate in parcissimo victu, in vestitu, in libera increpandi fortitudine, in persecutionibus, in habitatione deserti, sed illi in his omnibus merito præferendus. Apostoli tamen postea perfectiori donati sunt spiritu, ut qui Euangelica mysteria uideantur apertius cognouisse in Spiritus sancti aduentu, & plura pro ueritate perpessi, ac plures Christo lucrifeciſſe. Nec negat Christus surrecturos quosdam, qui maiores forent Ioanne, sed non surrexisse aliquem, qui sit maior. Eminet ergo Ioannes multis in eo, quod in tenera ætate cunctis reiectis sæculi illecebris, uirtuti operam nauarit eximiam in deserto talem, vt maior inter natos mulierum vocaretur. Sed non hoc solum in ipso admiratione est dignum, legimus enim multos sanctorum, qui ab infantia Domino consecrati sunt, qualis Samuel fuit, qui ablactatus a lacte ductus a parentibus ad Dominum in Silo, & erat ibi minister in conspectu Domini, & magnificatus est puer Samuel in conspectu Domini. Sanctis aliquibus Deus mira cõtulit ante vsum rationis, lib. nono cap. 6. nume. 10.

Sic

Lansenius.

6

1. Reg. 1. & 2.

Sic & in noua lege Nicolaus adhuc puerulus multo ieiunio macerabat corpus, infansque feria quarta, & sexta, semel tantum lac sugens reliquum diei ieiunabat, in ea ætate, quæ virtutis operandæ capax non erat, agebatur sanctus infans, vt miranda iam coniecturẽtur ad quæ in maioribus annis eius animus ferẽdus, erat ita & Dominicus cũ trium esset annorum clanculum lectulum, in quo iacebat deserens, & nutricis vbera humi cubitabat futuræ pœnitentiæ apertum indicium. Miranda hæc sane, & alia, quæ de Catherina Senensi, Thoma Aquinate, & aliis legimus, sed quæ næniæ sint, si ad ea referantur, quæ Ioannes gessit in deserto cum quinque, aut sex (vt multi arbitrantur) esset annorum vitam gerens vix humanam, qui paruus cum adhuc esset corpore magnus iam erat coram Domino, sicut Angelus futurus prædixerat patri suo, magnus non in oculis suis, aut in oculis hominum
Esa. 8. solum, sed in oculis Domini, ubi quem Deus commendat is probatus est. Sed nec in hac ætate probatus, sed in ortu in ventre matris, vbi sanctificatus ad præsentiam
1. Cor. 9. Domini exultauit, vbi mirabiles profectus habuit præsente Maria, libr. nono, cap. sexto, numer. 1. 2. 10. 11. 14. usque ad 16. lib. vndecimo, capit. sexto, nume. 26. Ioannis Baptistæ natiuitas, Christi natiuitati fuit similis, lib. nono, capit. sexto, nume. 11. & 19. Qui natus protinus os patris aperuit, quod Angelus ligauerat, ibidem nume. 12. Illius autem, & natiuitatem, & circuncisionem edisserit Lucas in Euangelica lectione, dicens.

Elisabeth impletum est tempus pariendi,
7 & peperit filium, &c. Et congratulabantur
August. ei. Ismara Helisabeth mater, & Anna, quæ deiparam peperit, sorores fuere, teste Augustino, ac ex consequenti consobrini Ioannes, & Christus. Filius parentum, qui ambo iusti erant ante Dominum incedentes in omnibus iustificationibus Domini sine querela. In oculis Domini gratissima vita eademque in oculis hominum irreprehensibilis. Virtus enim interius existens facit, vt in iustificationibus Domini incedat, qui illam habet, dumq. hæc multiplicat externos actus sine querela proximorum conuersatur, qui
Eccles. 45. neminem lædit, omnibus benefacit, cũctis placidus, qualem legimus Moysen, de quo dicitur, dilectus Deo, & hominibus, cuius memoria in benedictione est. In virtute tunc est color, quando pura est conscientia, odor autem quando recta est opinio, li. 12. cap. 1. num. 12. Virtus coniungere debet externa opera interno spiritui, vt Deo placeat, li. 14. c. 19. nu. 1. vsque ad 3. 6. & 16. li. 18. c. 10. n. 5. 10. 33. & 34. Virtus & exterius resplendeat, & in corde
8 præcipue sit, li. 18. cap. 12. num. 1. Nomen bonum, & conscientiam bonam habens similis Christo vestitur duplicibus, li. 12. ca. 1. nu. 13. De bono nomine cura habenda est, li. 16. c. 8. num. 26. Incedebant autem in iustificationi-

bus Dei illi non stabant. Sponsa in incessu laudatur. Quã pulchri gressus tui filia Principis. Et in psalmo, specie tua, & pulchritudine tua intende prospere procede, & regna. Virtus incessanter quęrenda, vt in ea proficiamus semper, lib. secundo, cap. 17. numer. 4. vsque ad 6. lib. quarto, cap. 1. num. 66. & 67. lib. sexto, cap. primo, nume. 2. 6. & 7. lib. nono, cap. 22. numer. 1. vsque ad 3. 5. vsque ad 8. 10. vsque ad 12. 14. vsque ad 17. 21. usque ad 25. 27. vsque ad 34. libr. 18. capit. 8. numer. 5. 11. & 18. Talium parentum dignus filius Ioannes fuit, qui ad eximiam virtutem statim elevatus est in vtero matris. Potissimum Apostolorum officium in die Spiritus sancti cœpit, quã do omni propulsato timore Iesum prædicare cœperunt, vnde eo die virtute ex alto induti sunt, loti, & baptizati Spiritu sancto, quem copiosissime effudit Deus, Baptistæ autem officium a ventre matris, & cum primũ natus in admirationem multos traxit, tunc cœpit, vnde copiosissima gratiæ abundantia repleHesser 1. tus est. Assuerus, etsi centum viginti septem prouinciarum Rex esset inter omnes ciuitates Susa multo prosequebatur honore hanc sibi sedem elegit, quia regni eius exordium
2. Reg. 5. fuit. Dauid vrbem Sion suam uocabat, quia hanc post mortem Saul primum cœpit, quam & ornauit. Hoc de Ioanne sentiendum est, quem ingressus in orbem Rex noster Iesus sanctificauit, & habitationis suæ præclaram vrbem fecit. Hac enim de causa inspirante Domino vicini, & cognati indicabant, quod magnificasset Dominus misericordiam suam cũ Elisabeth talẽ ei porrigens filium. Nõ sem per misericordia Dei dantur filij parentibus, sed ira eius ob hominũ peccata sæuiẽte filij conceduntur, quorum occasione ignibus æternis cruciandi tradantur patres, qui dũ eis ditandis intentissimi sunt eorũ correctione neglecta illorũ inordinato amore polluti, & se, & illos misere perdunt. Sanctitatem Heli minus recta educatio filiorũ obscurauit, in quem hac de causa acriter indignatus est Dominus. Parentes sollicite prouidere debent filiorum educationi, li. 6. cap. 6. num. 1. usque ad 3. 7. 11. vsque ad 19. Parentes filiis relinquant virtutes potius, quã diuitias, eorumq. amorem moderentur, ibid. nu. 4. 8. vsq. ad 13. Quod si misericordia Dei cõcedãtur filii, cer te magnificã eã misericordiã uocare non debemus, sed tenuẽ, solam. n. magnificam miseri cordiã illã uocandam censeo, qua virtutibus ornantur homines. In conuertendo Dominus Psalm. captiuitatem Sion, &c. tunc dicent inter gentes magnificauit Dominus facere cum eis, quod & qui talibus bonis donati sunt agnoscũt, dum quæ alij protulerunt confirmant dicentes, vere magnificauit Dominus facere nobiscum, quapropter facti sumus lætantes. Cum conuerterit Dominus viri iusti miserandam captiuitatem, optime confitetur, quod magnificauerit Deus facere cum eo. Misericordiæ enim magnificæ illę sunt, nõ tẽ-

Hugo. Cantic. Psal. 44.

porales, sed spirituales animas, & non corpora concernētes. misericordia Dei alia est parua, alia mediocris, & alia magna, lib. 4. cap. 7. num. 34. & 35. Misericordiam stulte, & impie postulant mali, vt peccent, lib. 4. cap. 8. num. 2. 3. 5. vsque ad 10. & 20. cap. 11. num. 3. vsque ad
10 5. 28. & 29. Sed hanc magnificam misericordiam factam cum Elisabeth rectè vocarunt vicini eius, qua Ioannes datus est in bonum spirituale illius in honorem Dei, & Israelitici populi vtilitatem, sicut in Cantico suo dixit Zacharias, & ideo qui mira hæc videbant cō gratulabantur ei. Omnes congaudere solent iustis, quando eis prospera succedunt, sicut & contristantur si impijs accidant læta. Sic
Genes. 21. dicebat Sara orro Iacob, risum fecit mihi Do
Oleaster. minus, & qui audierit corridebit mihi. Docemur hic gaudere cum audimus bona proximorum contra eos, qni inuidia torquentur cum bona audiunt, & de malis lætantur. vnde
2. Reg. 1. Dauid mortem Saul flebat dicens, Nolite hius mortem nunciare in Geth ne lætentur, audito hoc malo, filiæ incircuncisorum. Gentro autem non solum lætatus est audiens li-
Exod. 18. bertatem filiorum Israel, sed in gratiarum actionem prorupit. Sic in Prouerb. In bonis iu-
Prou. 11. storum exultauit ciuitas, & in perditione impiorum erit laudatio (ita enim legit Cornelius Iansenius) id est, cum bene est iustis, &
Iansenius. cum prosperi sunt eorum successus cum bona eis obtingunt siue temporalia, siue spiritualia, tota ciuitas exultabit. Et similiter e contrario cū perierint impij erit in ciuitate laudatio Dei communisque lætitia, & cantus, sicut in Exod. Submerso Pharaone, & exercitu
Exod. 15. eius, cantemus Domino, inquit Ecclesia iustorum, quia equum, & ascensorem deiecit in mare. Proximorum bonis, qui congaudet, & de malis tristatur duo habet vbera sponsæ, li. 1. cap. 14. num. 15. cap. 16. num. 11. lib. 9. cap. 5. nu. 13. 16. 21. & 23. Inuidi autem flent cū gaudentibus, & cum flentibus gaudent, lib. nono, cap. quinto, num. 23. in toto hoc capite agitur de inuidia.

11 Ioannes est nomen eius. Quia Deus miraculose filium dederat, voluit vt omnes in eius nomine agnoscerēt esse miraculo acquisitū,
Genes. 21. sic & Abraham filium suum Isaac uocauit. Solebant etiam quondam patres, & matres ex euentis nomina filiis imponere. Sic in Ge-
Genes. 5. nes. cum natus esset Noe, hoc illi nomen impo suerunt parentes dicentes, iste consolabitur nos, Noe enim requiem, vel quietem sonat.
Genes. 41. Et in Genes. Cum Iosepho natus esset filius vocauit eum Manassem, & addidit. Quia obliuisci me fecit Deus laborum meorum, Manasses enim obliuio interpretatur. Ioannes sonat cui donatum est, ideo hoc nomen accepit is cui donatum est esse Messiæ nuncium, & cui donata sunt innumera bona.

12 Apertum est autem illico os Zachariæ, &c. & loquebatur benedicens Deum. Sanctorū os Dominus aperit, & implet illud eloquio suo.
Exod. 3. Sic cū Moyse fecit, vt in Exo. cū ei dixit. Ego aperiam os tūum, & instruam te, quæ oportet te loqui. Et per Dauid. Dilata os tuum, & im-
Psalm. 8. plebo illud. Hoc Dei beneficium Apostolus
Eph. 6. postulabat a Deo, vt detur mihi sermo in adapertionem oris mei. Alij sunt multi, quorum ora Dæmon aperit ad mendaciū periurium detractionem, &c. vt quondam fecit cū
3. Reg. 22 dixit. Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum, li. 10. c. 6. num. 1. & 2. cap. 7. nu. 16. num. 11. & 13. docetur, quod lingua aperienda est sapientiæ, vt mulier sapiēs fecit. Lingua ventus, sed non semper vrit cum in lingua quandoq. fructus sit preciosissimus, lib. 10. c. 8. num. 21. Loqui opera hominū non vult Dauid, sed quod pertinet ad gloriā Dei, li. 10. c. 7. num. 13. Ad loquendum postulat Dauid, vt labia aperiat Deus, vt ea tantū loquatur, quæ ille suggesserit, ibidem num. 21. ca. 8. nume. 11.

Cum talia in ortu, & circuncisione Ioānis 13
accidisse vidissent multi, & audissent alij, dicebant. Quis putas puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo, id est virtus Dei miraculorum operatrix, vnde probabiliter satis arguebāt, quod in processu temporis futurus
Iob. esset magnus. Opus dignū Dei manu, cui tanquam operi manuum suam porrigenda esset dextera, cælestibus eum bonis præclarum faciens, & honorans manus suæ opus. Sicut perfectissimam imaginem vocamus, opus manus insignis pictoris, talis fuit Ioannes, quem Deus ita magnificauit, vt erga eū apponeret cor suum visitans eum diluculo, dum in vētre matris magnificis eum decorauit priuilegiis. Manus Domini erat cum illo ob specialē prouidentiam, quam habet in sanctos, lib. 2. cap. 13. nu. 34. lib. 4. cap. 3. nume. 1. 3. 5. vsque ad 7. 9. 10. 12. vsque ad 15. 17. 19. vsque ad 22. & 26. Deus omnia saluat, & continet, sed differēter, lib. 4. cap. 24. num. 16. & 17. vide lib. 4. cap. 26. per totum. Ex his quæ in laudem Ioannis di- 14
ximus, illud ad hominum ædificationem est considerandum, tanta illi fuisse collata bona, vt homines salutem consequerētur, quia Propheta Altissimi vocabatur, qui præiret ante faciem Domini parare vias eius, vt qua pro-
1. Corin. 3 ficiscendum est nosceremus. Et sicut Paulus dicebat Corinthiis, omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, omnia uestra sunt, quia quæ nobis contulit Deus in vestram salutem ordinauit. Vester est Petrus caput Ecclesiæ, vester ego Paulus, ad hoc vobis donati, vt vos sitis Christi, sicut & hic patris seruitio fuit mancipatus, Ioannes venit, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Vnde eius Natiuitas maxima gratitudine non ludis, non conuiuiis celebranda est, vt quę celebratur a paganis stulte, a Christianis sancte celebretur, lib. nono, cap. 6. num. 14. vsque ad 17. & 19.

IN

IN FESTO SANCTORVM Apostolorum Petri & Pauli.

Euangelium.

Venit Iesus in partes Cesareæ Philippi. Matth. 16.

Petri & Pauli præconia explicantur lib. 14. cap. 25. per totum. Vide lib. 5. cap. 6. lib. 8. cap. 1. num. 1. lib. 14. cap. 17. num. 5. lib. 16. cap. 2. num. 1. & 2. lib. 17. cap. 6 num. 6. & 7.

1 In festo SS. Petri, & Pauli Apost.

DIES hæc principum Apostolorū Petri & Pauli martyrio cōsecrata est, qui teste Dionysio Areopagita, Zeferino Pontifice, & alijs, tertio decimo Imperij Neronis anno, vno die & anno alter in cruce actus, alter gladio necatus impijssimi tyranni tolerauere sententiam, simul & semel carcerem egressi seseq. vltimū vale dicentes, non lachrymis, sed tripudijs breuem ad tempus separationem considerātes læti salutantes se dixit Paulus Petro, vt refert Dionysius, Pax tecum pastor ouium Christi & fundamentum Ecclesiarū. Cui Petrus exhilaratus, ac si ad horam separarentur respōdit, vade in pace, prædicator bonorum, mediator, & dux salutis iustorum, & ita qui in vita sua dilexerunt se, in morte non sunt separati, &c. Hos vocat Bernardus duos Ecclesiæ Catholicæ oculos, quorum vnus Gentibus, alter Iudæis verbi diuini agnitionem dedit. Duo sunt sponsæ vbera, quibus vtrumq. hunc populum aluit Deus, tanquam paruulis in Christo lac porrigentes illis qui sensus nondum haberent exercitatos; ad discretionem boni, & mali, qui solido cibo nondum vesci valerent. Petrus & Paulus eodem die, & anno occisos docet Hieronymus, li. 14. cap. 25. §. 1. num. 3. & 10. qui duo exploratores sunt a vero Iosue missi, ibi. num. 5. Petrus & Paulus, quasi geminum lumen oculorum nobis dati sunt, ibid. nu. 13. Dum Ecclesia his principibus caruit, qui officiū gerebant vberum, audire poterat, soror nostra parua, &
Cant. 8. vbera non habet. At quando eximios hos accepit viros, at cum istis magnificata est
Cant. 4. audiat. Duo vbera tua, sicut duo hynnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in lilijs, donec aspiret dies, æternitatis scilicet, fugiātq. mortalitatis huius vmbræ, vsque ad finem enim sæculi his vberibus lactabuntur fideles, quorum doctrinam & exempla in Ecclesia seruātur, ne audiamus in ea, quod acriter quon-
Thren. dam flebat Hieremias, quod deficerent lactentes in plateis, & grandiusculi pueri petentes panem non reperiretur, qui illū fran-
2 geret eis. Luminare maius & luminare minus orbi datum fuit, ne homines luce carentes misere perirent, sic hi duo magna luminaria mundi, ipsum illustrarunt, ne tenebræ essent super faciem abysi. Et in summi sacerdotis *Exod.* Christi veste hoc est in ipsius humanitate ad ipsius ornamentum tintinnabula pendebant aurea, & malo granata, in quibus Petrum & Paulum intelligimus. Petrus malogranatum est, quoniam sicut inter omnia malorum genera hoc solum coronatum est, sic & Petrus inter omnes Apostolos suprema thiara decoratus fuit, Paulus autē tintinnabulum aureū quod superna eloquentia, & doctrina orbi manifestauit Christum. Hi sunt duæ Ecclesiæ excelsæ, & eminentes turres veri Dauid in quibus omnis armatura fortium pendebat, quibus veluti potentissimis ducibus humani generis hostis prostratus est, quibus non vna aut altera prouincia demandata est, sed vniuersa terra, ab Hierusalem vsque ad Illyricū replet Euangelium Paulus, & Paulus Ecclesiæ caput omnium saluti incumbit. Ioannes Asiæ dux, Andreas Acayæ, Thomas Indiæ, Iacobus Iudęæ, hi autem totius orbis præclarissimi duces electi sunt. In quorum laudes illud animaduertit elegantissime Ambrosius, his verbis. Cuius meriti sint Petrus & Paulus *Serm. 66.* hinc possumus intelligere, quod cum Dominus Orientis regiones propria illustrauerit passione, Occidētis plagam vice sui Apostolorū sanguine illuminasse dignatus est. Agni *Apocal.* sanguine vniuersus reparatus est orbis, & honoratus, dum ex omnibus tribubus populis linguis, & nationibus apparuerunt victores, qui in sanguine agni stolas suas lauerunt, cōmunis fructus passionis Domini fuit, dum supernus hic fons quatuor orbis partes rigauit, & fęcundauit, sed certe mons Caluariæ vrbs sancta Hierusalem precioso hoc sanguine rigata, tam egregium honorem consecuta est, vt illo cæteræ prouinciæ non potirentur, quas Apostolorum Petri & Pauli sanguine illustrauit, qui vt agni nouelli, qui venerant ad fontes & repleti fuerant claritate splēdorem Deo dederunt. Celebremq. eorum mar- 3
tyrio & sanguine Romam reddiderūt, lib. 17. cap. 6. nu. 6. vbi illorum sepulchra Deus effecit clarissima. Sed quod in re hac admiratione non vacat illud est, qua ratione tantorum principum necem eximijs gaudijs celebrandam ab ineunte ætate censuerit Ecclesia: si enim perpetuis temporibus ad memoriam reuocarent homines diem illum, quo tales homines electi & dati sunt, vt mundo prædicarent hominum vtilitatibus intenderent, nullus certe mirari potuisset, quod cum Ecclesia lucidissimos oculos, vbera lacte plenissima, luminaria hæc magna, & strenuos accepit duces exhilaretur, & ad memoriam reuocet diem, quæ cęca oculos accepit, fame tabida vbera in densissimis degens tenebris luminaria, & in bello, quod cum potentissimis gerebat hostibus, tales accepit duces quorum consilio & virtute vincens coronaretur, & ad aciem rediret ducum potentia confirmata, ista copiosissimam gaudēdi materiam

teriam administrant, vt dies ille celeberrimus esset, & sanctus in quo Ecclesia tot tantisq. bonis potita fuisset. sed si hi vbera sunt Ecclesiæ, quibus illa nutriebatur, & augebatur, quibus non minus egere videbatur, quã tenellus infans vberibus matris, qui vesci nondum potuisset. Quid enim prodest, quod ille in lucem prodierit si natus lacte proprio
1. Petr. 1. aut alieno non conseruetur. Morte quidem sua regenerauit nos Deus in spem viuam, sed quia imperfecti erant homines, vt occurrerent Deo in virum perfectum vberibus egebat Ecclesia, cum autem illius duo vbera vocentur Petrus & Paulus, qua ratione, his deficientibus nutrire posset, quos per baptismũ regenerauit credentes? qui satiandi essent ab vberibus consolationis eius, quibus promissum fuerat, Ad vbera portabimini. Hæc enim
Esai. 66. execranda maledictio prophetæ fuit, Da eis vuluã, sine liberis & vbera arentia. Vt si qui nati fuerint tamen lactis defectu pereant doctrina deficiente. Si oculi hi sunt tam hominibus vtiles, & necessarij, cum Ecclesia cuius caput Christus est illis orbatur, gaudere
Osee. 9. quo modo poterit veluti in tenebris sedens, & lumen cœli non videns? Si duo luminaria orbis, obtenebratis his per mortem, quis non tristetur? In iudicio tunc mærebunt cuncti, cum non lucentibus astris arbitrabuntur homines illa cecidisse de cœlo cũ luna instar sanguinis & sol factus, quasi saccus cilicinus splendorem retraxerint. Si ergo hodie in cœlo Ecclesiæ trucidata sunt hæc illius luminaria, gaudere quis poterit? Cum præclari
4 duces intereunt in bello, cuncti turbantur milites exanimatiq. manus lassas erigere non valent: turbentur fideles, qui talibus hodie priuantur ducibus, qui congredi cũ monstris de genere gigantæo formicæ, & locustæ prouocantur. Cum Dauid regi mors Saulis, &
2. Reg. 1. Ionathæ nuntiata fuisset, quomodo in montibus Gelboe occubuissent, eiulans dicere cœpit. Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant super vos, quia ibi abiectus est clypeus Fortium, clypeus Saul, quasi non esset vnctus oleo, qui & nuntium interficere iussit. Quia a Samuele vnctus fuerat Saul, & Ionathas princeps in causa fuit, vt oblita propria vtilitate montes maledicerer rex, nec consolationem admitteret. Vnctus fuit a Christo Apostolus Petrus oleo lætitiæ præ participibus suis, & Paulus dux gentiũ, & Romæ maledictionem non inferemus dicentes, omnes montes in circuitu eius visitet Dominus, a Gelboe autem transeat? Quis crederet Romæ mortibus Apostolorum benedictionem obtinendam? Non annuntietis in Geth, nec in compitis Ascalonis, ne lætentur filiæ incircuncisorum. Horum mors non annuncietur gentibus, ne lætentur idololatræ cernentes Ecclesiam talibus destitutam ducibus fundi tus euertendam. Certe & Iudæi & gentes facile adducerentur ad credendum religionem Christianam horum morte abolendam, & quod pusillus grex Christi, sicut oues non habentes pastores dispergerentur, pusillæq. illæ & paucæ ab innumeris & atrocissimis lapis percuterentur, fidelesq. imperfecti, & infirmi tali destituti solatio turbarentur. Furebat Paulus quondam, & trepidabant omnes Christiani Damasci, Ananiasq. eo quod multa audisset de viro illo, etiam si ea expertus non fuisset ad solum nomen eius pertimescebat, nec audire poterat dicentem Dominum, vt eum quæreret, quem Christianorũ audisset hostem, & quod Damascum adueniisset, vt si quos inuenisset huius viæ viros vinctos perduceret Hierusalẽ mandato principum sacerdotum. Oues erant pauidæ metuentes eum de quo scriptum fuerat, Beniamin lupus rapax mane comedet prædam, quid
Genes. 49. coram truculẽtissimo leone paterentur agni in fide tenelli? Angeli quidem horum Apostolorum necem cernentes, si fieri posset, inuidia agitarentur, dum hominum aduerterent constantiam, sanguinem fluentem, &c. pro Christo, pro quo illi deuincti magis talia pati non possent. Si quidem oculis carneis primi Christiani principum horum considerarent interitum, & tristarentur & lachrymis celebrandam iudicarent necem, sed tamen Ecclesia quę oculos habet columbarum gaudebat considerans horum sanguine bitumen tortissimum confici, quo nouum sanctæ
3 Ecclesiæ ædificiũ firmaretur. Et Roma quæ in prima illius ædificatione fratres habuit inimicos Romulum, & Remum, dum fraterno primum maduere sanguine muri stabilitatem sibi promittere non potuit, hæc modo spiritualiter reparata fratrum sanguine erecti muri admirabilem fortitudinem & firmitatem est consecuta. Vnde August. con-
Epist. 166. tra Donatistas aduertit, quod quotiescumq. in scripturis didicimus Christum, didicimus & Ecclesiam, quæ illum semper comitatur. Discimus in Psalmo Christum de se prophetantem, Dominus dixit ad me filius meus es
Psal. tu, ibi agnoscimus Ecclesiam in eo, quod sequitur, Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam ter-
Psal. 49. minos terræ. vbi agnouimus Christum in eo
Psalm. 18. quod scriptum est, Deus deorũ Dominus locutus est, in eo agnonimus Ecclesiam in eo quod sequitur, & vocauit terram a solis ortu vsque ad occasum. Vbi agnouimus scriptum de Christo, ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, &c. in eo agnouimus Ecclesiam, vbi paulo superius dicitur, in om-
Psalm. 21. nem terram exiuit sonus eorum, in sole posuit tabernaculum suum. Agnouimus Christum dicentem. Foderunt manus meas, &c. ibi & Ecclesiam, cum subditur, conuertentur
Psal. 71. ad Dominum vniuersi fines terræ. Vbi agnouimus Christum in eo quod dicitur, Deus iudicium tuum regi da, ibi & Ecclesiam, cum scriptum est, & dominabitur mari vsque ad
Dan. 2. mare, vbi agnouimus Christum in lapide de monte sine manibus præciso, qui fregit omnia

omnia regna terrarum, vtique illa quæ de culturis dæmonum præsumebant, ibi agnouimus, & Ecclesiam in eo quod dictum est, lapidem illum creuisse, & factum montem magnũ repleuisse omnem terram. Vbi legimus
Esai. 53. Christum de quo dicitur, tanquam agnus coram tondente se, &c. ibi agnoscimus Ecclesiam in eo, quod ibi dicitur. Dilata locum tabernaculi tui & aulas tuas confige, porrige longius funiculos, & palos validos confirma in dexteram, atque sinistram extende, semen enim tuum hæreditabit gentes, & ciuitates, quæ desertæ erant inhabitabis. Confusionem enim in perpetuum obliuisceris, ignominiæ viduitatis tuæ non eris memor, quoniam ego sum Dominus qui feci te, & qui eruet te, ipse Deus Israel vniuersæ terræ vocabitur. Cum ergo Christus & Ecclesia simul memorentur, mutuo inueniantur, sicut ille morte auctus est, auctum eius nomen & honos, ita & Ecclesia Apostolorum nece multiplicata est, & dum id animaduertit illa non lachrymans, sed gaudens clamat, Aurea luce, & decore roseo lux lucis omne perfudisti sæculum decorans cœlos inclyto martyrio, hac sacra die, quæ dat reis veniam. Aurea luce pulcherrimisq. radijs, tu Deus qui lux es lucis, omne perfudisti sæculum. s. sæculum præsens præteritnm & futurum, vel terram & cœlum. In die hac quæ dat veniam reis dũ peccatores habent eos precatores in cœlo, qui tam sunt deo chari. Si pectora sunt Ecclesiæ in cœlo positi lac porrigũt paruulis, si luminaria iam in cœlo fixa manent, vt illuminent mortalium tenebras, &c. Petrus & Paulus videntur cœteros Apostolos antecellere, lib. 14. cap. 25. §. 1. num. 9. 10. 11. 12. & 13.

6 Vtrique Apostolo hæc dies dicata est, sed quia vtriusque laudibus vna die vacare non potest Ecclesia, hanc potissime Petro consecrauit. Cuius etiam laudibus insufficientes multum sumus, vbicunque enim conuerterimus oculos eximios solis huius micatus cernere non valemus. Si familiaritatem cum Christo Domino, si excellentem erga ipsum dilectionem, si ad patranda miracula creditam virtutem, cuius vmbra cunctis ægritudinibus efficax erat remedium, si capitis dignitatem, quod inter sanctissimos viros cũctis sit prælatus, si viri consideremus constantiam, qui catenis vinctus duabus ea fruebatur animi tranquillitate, quod pedorẽ carceris, & mortis periculum non timens dormiebat, cum ab Angelo iussus est carcerem deserere, quam aduertens Chrysost. aiebat. Si mihi eligendi daretur optio e duobus vellem ne esse Petrum vinctũ, an Angelũ soluentem, certe huius dignitate posthabita (licet tanta illa sit) Petri eligerem personam, si eius aduertamus mortem, si quã ex clauibus homines reportauimus vtilitatem, quod ea tali viro commissa sit virtus, quod serpentes immundaq. animalia comedens ea ad tantã reduxerit puritatem, quod statim recipien-

Chrysost. ser. 1. ad Ephes. Act. 12.

Act. 10.

da essent in cœlum, in quo admiranda conuersio hominum a Petro facta aperta est, cui ea cõmissa sunt in quo omni potentia Dei ostenditur in condonandis offensis, & remittendis peccatis, ista ille operabatur, vt Vicarius Christi. Qui talia animaduertit in Petro, qua ratione eius edicendis laudibus erit idoneus? Has vt breui sermone cõplectatur Ecclesia Euangelicam proponit lectionẽ in qua supremus honor ob eximiã confessionẽ Petro promissus enarratur, quod clauesilli esset porrigẽdæ, quibus regnũ cœlorũ aperiret, vel clauderet. Qui enim Iesum confitetur filium Dei viui, dignus est qui audiat, tu es Petrus & super hanc petram, &c. tibi dabo claues, &c. Sed sane tantæ confessionis præmiũ respuendum potius videbatur, quam commendandum in quo & labor importabilis videtur formidandumq. periculum. Importabi-
Exod. 18. le vocauit Iethro onus, quod vnus Moyses toti populo Iudæorum peregrinanti præficeretur, illeq. clamabat tantum onus ferre non valere, vbi tota populi Iudaici multitudo simul erat, simul proficiscebantur, simul monentem, obsecrantem, corrigentem & minantem audire poterant, quale quæso onus erit, qualis labor Ecclesiæ per orbem diffusæ vnum Petrum præesse? Cum abbas S. Ana- 7
Epist. 236. & 237. stasij Cistercienſis ordinis monachus ad supremi Pontificis dignitatem fuisset euectus epistolã Cardinalibus misit, Eugenioq. tertio electo in quibus huius dignitatis, & laborem, & periculum docuit: illis aiebat: Ignoscat vobis Deus, quod sepultum hominem reuocastis ad homines, fugientem curas, curis denuo implicuistis, crucifixus mundo, per vos mundo reuixit. Currebat bene, quid vobis visum est sepire vias eius? Elegerat abiectus esse in domo Dei, fuit, ipsum vos in Dominum omnium elegistis. Qui ascendebat ab Hierico in Hierusalem incidit in latrones. Nisi Dominus supponat manum suam, heu, necesse est obruatur onere nimio, quod & gigantinis, vt aiunt, vel ipsis quoque angelicis humeris formidabile videatur. Electo Eugenio inter multa dicebat. Ascendisti in altum, time ne forte contingat sero miserabilem illã emittere vocem. A facie indignationis tuæ eleuans allisisti me, &c. Cum Petro Domine claues pollicitus es, quid quæso illi cõtulisti? Psalm.
vincula, verbera, itinera, sollicitudinem omnium Ecclesiarum, lassitudinem, famem, & denique, quã pertulit crucem? Præterea quẽ caput efficis Ecclesiæ obligas, vt ab humeris 8
& supra superemineat vniuersis. Eximiæ quidem dignitatis res, fateor, cum enim multo honore, & vtilitate ille potiatur, qui in Ecclesia pes est aut manus; cum enim Ecclesia paradiso terrestri optime comparetur, li. 5. cap. 3. num. 11. lib. 7. cap. 1. num. 23. ciuitasq. sit, quam descendentem e cælo vidit Ioannes lib. 5. cap. 3. num. 12. & 14. cap. 6. num. 5. qui in ea commorantur, ac si in paradiso degerent grandi potiuntur honore & bonis. In sacerdotibus

dotibus & prælatis maior honor, maius dignitatis fastigium, maximum autem in eo, qui omnium est caput. Certum est. Sed non minus illud, quod innumeris subijciuntur periculis, & quod dignitas hæc, quia multas postulat virtutes, formidanda est, lib. 16. cap. 1. per totum eleganter satis. Prælatorum onus gigantinis humeris est impar, lib. 14. cap. 30. num. 12. Summus Pont. cũ in summo est gradu in summo etiam est periculo, ibi. num. 13. & 14. cap. 31. nu. 18. 24. & 27. de periculo prælatorum, lib. 16. capit. 3. numer. 3. vsque ad 5.
9 cap. 6. num. 21. Hæc Petro demandata est cura, vt sicut quondam in summi sacerdotis pectore duodecim tribuum filiorum Israel nomina sculpebantur, modo in eius pectore cũcti sint fideles, ita vt omnibus omnia fiat, &c. vtique formidabile munus, nisi illud a Domino accepisset Petrus, qui ad illud exequendum, dat virtutes multas, lib. 14. cap. 27. nu. 15. Tales enim Angeli sunt, quos Deus spirituales facit, lib. 14. cap. 29. nu. 23. quos Deus præparauit in diem belli, ibid. nu. 27. Balbutiebat Hieremias indignum se eo munere reputans ad quod eligebatur, sed audit: Noli timere ad omnia, ad quæ mittam te ibis, &c. & tali officio dignum te reddam. Esaias se pollutum labijs confitetur, sed Seraphin accedit purificans linguam, vt digne exequendo muneri aptus sit, sic & Moysi contigit. Cum ergo Petrus ad Ecclesiæ supremam dignitatem vocaretur a Christo Domino, ab eo ad eam exequendam eximiam accepit virtutem, qua cuncta vincerentur incommoda.

Vnde Concilium Ephesinum, Petrum cũ alijs Apostolis comparans, hunc vocat fontem, cæteros riuos ab hoc fonte procedentes, arborem istum, alios huius arboris ramos, hunc solem, reliquos radios ab eo procedentes. Si quidem humanam in Petro naturam consideres (Antoninus) audias necesse est. Minuisti eum paulo minus ab Angelis, &c. Sed qua parte vniuersam Ecclesiã habet sibi subditam illis merito præferendus est. Angelis enim singulis singulæ personæ creditæ sunt, Archangelis familiæ & ciuitates, principatibus regna, & prouinciæ, nulli angelo totius orbis cura commissa est. Dignitas hæc inter mortales Petro seruata primum fuit. Item
10 qui animaduerterit ineffabilem dilectionem, qua Iesus, quo tempore Petro promissæ sunt claues, prosequebatur Ecclesiam, eã diligẽs, vt os ex ossibus suis, quando fideles qui eam incolebant lauabant pedes butyro, & petra fundebat riuos olei, quando sanguis feruebat Christi, quando habitabatur terra velut ab Angelis cælum, qui elegerat Ecclesiam sine macula & ruga gloriosam qui tali sponsæ caput condebat, vtique tale foret de quo diceretur, caput eius aurum optimum non de auratum, aut auretur, sed aurum ipsum intereà dilectione, & virtute præstans dignum tali corpore caput. Angeli quidem nostra agunt negotia precationibus consilijs, ministrationibus nos ad Deum manuducere nituntur, Petrus autem condonando offensas, cui totus sanguis Iesu concreditus est, merita, & satisfactiones eius, quibus vtatur in bonum nostrum infiniti thesauri effectus dispensator per sacramenta & indulgentias. Ille primus fuit aquæductus fontem contingens, quo medio nostræ prouideatur necessitati. Et si quidem aquæductus est Romanus Pontifex, quo ista ad homines veniunt bona; hoc honore fungitur, quia successor est Petri: sub annulo piscatoris hoc vtitur officio, id est, sub auctoritate piscatoris Petri. Præterea cum claui- 11
gerum cæli fecit Petrum Iesus duas illi contulit claues scientiæ & potẽtiæ, vt sciret omnia quæ ad rectam Ecclesiæ gubernationem pertinebant in rebus fidei & morum, ita vt quæ diuisa admiramur in Basilio Hieron. Augustt. Thoma innumerisq. alijs, qui irrigui vocabantur fluuij e paradiso egressi, simul omnia in vno congesta sunt Petro tanta plenitudine, vt illum impermeabilem dixeris fluuium, hos omnes simul exiguum riuulum, quæ cõsideramus collata prophetis, quæ concilia statuunt, quæ discipulis & Apostolis reliquis sunt collata, quibus datum est, nosse mysteria regni Dei, quibus quæ audierat a patre nota fecerat Christus, ista omnia eminenter sunt in Petro, sicut & in Christo omnium rerum perfectiones. Data est illi clauis potentiæ, qua cuncta hæc, & concreditum sibi thesaurum executioni mandaret. Cumq. vt aiebat Ambrosius, tunc Ecclesia viribus præstans ad producendos gigantes esset aptissima, qui gigantium factus est dux & caput vniuersis præeminet Petrus. Cum hanc a Domino supremam accepit dignitatẽ, in ea considerauit cunctis etiam præferendam vitam, sicut miles qui generalis ducis consecutus est officium, aduertit, se ad maiores vocatus obligationes, quam illæ essent in priuato milite, dantur illi maiores animi reddi tus, mayores aiudas de costa, maioribus expositus periculis potiori eget armatura, iam multa non licent strenuo duci quæ licerent militi. Fateor, si ignauo hæc cõmittatur cura, & inertiam suam prodit, ipse perit, & eius causa multi. Multi supremam dignitatem Petri consequuntur in malum proprium, & aliorum, qui viuerent subditi, & pereunt prælati, at Ecclesiæ vexilla, turris huius munitissimæ claues in manu Petri ad eius ostendendam fortitudinem accommodatissimæ extiterunt, & qui claues in manu eius potuit, rectum illarum vsum concessit. Et licet omnium inimicorum arma contra eximium ducem fuissent, conuersus pendens quidẽ in cruce interijt, sed hostibus non cessit, qui innumeris comitabatur angelis.

Tu es Christus filius Dei vini. Interroga- 12
uerat Christus Dominus discipulos, qualis ipsius esset apud homines opinio, vtque doceret vulgi iudicia stulta nõ curanda, eorum qui vulgares: iam homines non erãt, requirit sententiam apud hos enim rectã habere opinionem expediens est. De iudicio vulgi contemnendo disseritur per totũ cap. 14. lib. 11. lib. autem 12. cap. 1. per totũ probatur, quod nomen bonum conseruare expedit, non contemnere, & nu. 4. & 7. docetur, quod nomen bonum non a vulgo, sed a iustis merito appetunt sancti, quod vt doceret Iesus interrogauit discipulos suos, quæ eorũ esset sententia in his quæ illius concernebant extimationem. Quorum omnium vocem in se suscipiens Petrus ipsum vocauit filium Dei viui. In multis commendatur Petrus inter omnes Apostolos. Fuit primus, qui dicente Christo, Nunquid & vos vultis abire? discessionis execrans damnum, quod agnoscebat dixit. Quo ibimus Domine? verba vitæ æternæ habes, Primus qui eũ filium Dei viui confessus est. Qui confidentia magna, & ingenti amore actus se iactauit in mare, vt super fluctus ad Iesum veniret. Primus qui dixit. Tecum paratus sum in carcerem & in mortem ire. Primus qui in passione Domini gladium exemit, vt ipsum ab hostibus tueretur. Primus qui intrepide monumentum intrauit suscitato Domino, ideo iure illi datus est principatus. Dauid in regem vncto dixit militibus suis: omnis, qui percusserit Iebusæum in pri-
Paral. 11. mis, erit princeps & dux. Ascendit ergo primus Ioab & factus est dux princeps. Sic in multis commendatur Iudæ prudentia, & fortitudo. Primus qui ingressus est mare alijs
1. Paral. 5. tribubus præ timore nolẽtibus. Vnde in Paral. dicitur. Porro Iudas, qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius principes germinati sunt, ita eo quod Petrus inter Apostolos in his quę retulimus & potissime in hac admiranda Christi confessione fuit primus, principatum consecutus est.

13 Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, &c. A carne & sanguine, quid boni expectare possunt homines? Mala multa a carne reportamus, multa ab illa infligenda mala timea-
1. Cor. 8. mus. Audiamus Apostolum dicentem. Debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. q. d. quibus obligationibus astricti sumus carni, vt illius faciamus voluntatem illiq. iubenti obtemperemus? Considera nullum ab ea recepisse bonum, sed incommoda multa, vnde qui debitor eius non es nihil illi reddas, redde autem debitum spiritui, a quo eximias accepisti vtilitates. Ille te ad bonum inuitat, pertrahit, illius consilium si sequaris viues. Carnis blanditijs credere nos non debemus, nec illi & concupiscentijs eius subijci post quam illa spiritui non vult obedire li. 2. cap. 5. num. 19. 34. & 41. lib. 3. cap. 1. nume. 17. & 18. caro semper aduersatur spiritui, dum viuimus, lib. 3. cap. 1. numer. 2. 3. 28. vsque ad
14 31. 35. 48. & 49. Corpus & spiritus consiliarij sunt animæ, si consilium sequatur corporis recedunt angeli, & virtutes, si spiritus, recedunt dęmones & vitia, ibidem nu. 12. In carne sunt & Deo placere non possunt, qui eius concupiscentias sequuntur, lib. 3. cap. 1. num. 43. & 44. Docet etiam locus iste quantum laudandi sunt, qui alicuius boni sunt exordium & primi, unde alij prouocantur, sicut & acriter puniuntur illi, qui in transgressione mandati, quod de nouo traditum est, primi sunt, vt in eo legimus, qui tradita lege de sanctificatione Sabbathi ligna colligebat, & lapidatus est, sicut & qui primus accepit de anathemate Hierico, in Eua quæ prima de li- *Genes. 5.* gno comedit vetito. Ita de Noe dixit pater *Oleast.* eius, iste consolabitur nos, quia inuenit instrumenta, quibus terra facilius coleretur, quam antea minori hominum defatigatione. Exempla virtutum alijs prębere, fit virtutum studiosis multarum coronarum materia, lib. 5. cap. 13. num. 5. Laudandum autem, & co- 15
ronandum maximo honoris titulo vocat eũ filium Ioannis ad memoriam reducens humilem conditionem piscatoris patris, ne laudatus, & honoratus intumescat. Sicut quondam cum Ezechieli diuina pandere mysteria statuisset Deus eum filium hominis vocabat, vt propriæ recordatus fragilitatis supra se non eleuaretur. Humiles in sterquilinio sedent, dum de se vilia considerant, lib. 3. cap. 19. num. 25. humilis quanto vilior est in oculis suis, in oculis Dei sublimior est, ibidem num. 29. lib. 8. cap. 5. num. 18. & 19. cap. 7. num. 15. & 16. humiles erant sancti non cogitantes diuinas reuelationes, &c. Sed propriam fragilitatem, lib. 8. cap. 5. num. 9. 10. 26. 32. 37. & 38. cap. 7. numer. 10. cap. 8. num. 2. & 12. humilitati conseruandæ aptissimum est medium considerare naturam communem, licet status diuersus sit, lib. 8. cap. 5. num. 25. 26. & 37. Beatus es, &c. quia caro & san- 16
guis, &c. Petrus tanquam Seraphin primus immediate a Deo accepit secreta Dei ad aliorum bonum. Grandis enim similitudo est inter Ecclesiam hanc, quæ hic militat, & eam, quæ potitur iam victoria in cęlo. Angeli supremi immmediate a Deo accipiunt secreta, vt alijs reuelent, ideo enim Seraphin *Esai. 6.* dicuntur in circuitu throni stare, sic in Ecclesia hac supremi sunt Seraphin, qui a Deo *Act. 10.* accipiunt secreta. Sic Angelus dixit ad Cornelium, accersi Simonem, hic dicet tibi, &c. Cur tu Angele Dei Cornelium non doces? Non decet, quia Petrus est Seraphin Ecclesię. *Exod. 4.* Sic in Exod. mittã te ad Pharaonem. Et Moyses. Mitte per manum illius quem mittes. q.d. mitte Domine Angelum tuum. Non sic, tu es Seraphin, cui reuelabuntur multa, vt alijs a-
nunties, tu eris pro Deo toti Aegypto. Ita & *Exod. 25.* cum iussisset Deus tabernaculum propitiatorium, &c. fieri, primum Moysi exemplar monstratum est in monte, ille a Deo didicit, quæ essent facienda a quo ea didicerẽt, qui operi tabernaculi inuigilarent, ita & in Ecclesia, &c.

Tu es Petrus, & super hanc Petram, &c. Et 18
portę inferi non præualebunt, &c. tu eris Ecclesiæ

Antoninus.

Iob.

Chrys. hom. 3. in acta. Iob.

Lib. de bono mortis.

ciesiæ fundamentū ita firmū, vt quod illi fuerit superædificatum firmū consistat, ita quod nec dęmones, nec hæretici, nec omnia horum peccata euertere illud possint. Nec solus tu hac gaudebis firmitate pro quo ego rogaui, vt nō deficiat fides tua, sed & per te illa potietur Ecclesia, & tu aliquādo cōuersus cōfirma fratres tuos. Aiebat Ambr. Petrus petra dicitur, quia tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagem molemq. contineat. Vnde cum innumeris machinis aduersus Ecclesiam pugnauerit Dęmon, vt liber Apocalypsis late narrat, eam deijcere nusquā valuit, sed semper immobilis manſit. Miranda Dei potentia hæc fuit, quod Ecclesia super vno piscatore super hominum in constantia fundata eam consequeretur stabilitatem, quam haberet si adamantini essent homines. Fundauit vir sapiens (ait Dominus) domum supra petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Recte quidem, fundamentum enim firmum erat. At cum homo arena sit fragilior & mobilior, puluis, & cinis, super hunc Ecclesia fundata stabilem firmitudinem est adepta. Superna ciuitas, quam Ioannes vidit fundamenta habebat, omni lapide pretioso fabricata adamante, &c. at Ecclesia hæc fundamentum habens fragile eandem cōsequitur firmitatem. Quia teste Hieronymo & August. hæc nostra ciuitas ab illa deriuatur: eā enim vidit Ioannes descendentem de cęlo, quam vocat hic sponsam Deo per fidem copulatam, ibi vxorem, cuius iam potitur amplexibus. Apostoli quidem reliqui firmi illi, & immobiles fundamenta extiterunt supra quæ particulares Ecclesiæ erectæ sunt in Asia, Hispania, India, &c. quæ corruerunt iam, sed vniuersalis Ecclesia, quæ Petrum habet fundamentum salua semper consistet, lib. 4. cap. 23. nu. 3. lib. 5. cap. 3. num. 2. 5. & 16. cap. 4. num. 1. 11. vsque ad 13. cap. 31. lib. 4. num. 19. & 20. lib. 5. ca. 4. differitur late dere hac. infelix dies in quo angelus ante ianuam paradisi collocatus est ingressum prohibens, fęlix in quo datus est angelus cum clauibus vt aperiat, &c. Petrus recte petra dicitur, consortium habens in nomine cum Christo, sicut & in operatione habuit, lib. 14. cap. 25. §. 1. num. 8. & 11. inuenit Deus Petrum seruum suum, oleo sancto suo vnxit eum, manus enim mea auxiliabitur ei, &c. veritas mea & misericordia mea, cum ipso. Misericordia mea erit, ne istam deserat veritatē, &c. Quis dubitet quin illud Genes. ædificauit Dominus costam, quam tulerat Dominus ex Adam, huic deseruiat proposito? Christus Adam, Eua, Ecclesia costa Petrus primum, & propinquissimum Christi membrum, super quod fundata est Ecclesia. Hunc lapidem erexit verus Iacob in titulum, &c. scilicet, suę Ecclesiæ Petrum primam petram ponens, qua statua Nabucho. conteratur, & lapillus in montē crescat magnū.

Serm. 47. de fide petri.

cap. 12. 13. 17.

Matth. 7.

Apoc. 21.

In psal. 86. 20. de ciuit. cap. 17.

Psal. 88.

Genes. 2. 18

Genes. 28.

Ille enim est, qui ciuitatem sublimen, Romā, s. humiliauit, & cōculcauit eam pes pauperis gressus egenorum. Dum anxiaretur cor meum in petra exaltasti me. Quamuis enim Ecclesia anxie tribulationes sustinuerit, & sustineat non concidat cor illius propter petræ firmitatem in qua fundata est. Et quod cumque ligaueris, &c. Optime coniunguntur Ecclesiæ ædificatio & peccatorum remissio. Sic in Exo. dicitur, Pones propitiatorium super arcam. Optima coniunctio arcæ seu legis in ea consistentis, cum propitiatorio, vt si contigerit in lege peccare, ad manum esset propitiatorium. Vt quodcumque solueris, &c. Non semel in anno, vt populo antiquo dies datur expiationis, sed quoties libuerit paratum habemus Deum. Coniungit autem vtramque potestatem ligandi & soluendi. Quia, vt olim Moysi dictum est, extende manum tuam, & erunt tenebræ in tota terra Aegypti, lux autem erat in terra Gessem, ita Petro eiusq. successoribus germina, hæc potestas concessa est, quam male aduertunt confessarij, qui claudere ianuam cęli indignis non nouerunt. Ex his aduerte expedientissimum in hac die fore, vt attendamus omnes ad petram vnde excisi sumus, id est, ad Petrum qui Ecclesiæ fundamentum est, vt eius imitemur fidem charitatem zelum, &c. Ecce ego sternam lapides tuos per ordinem. Sed primus lapis Petrus est, ad quem omnes quasi ad potestatis principium, post Christū respicere debent. Ecclesiæ ædificium omnes iuuemns, lib. 5. cap. 4. num. 6. lib. 16. cap. 10. num. 5. & 6. ciuitatem Hierusalem omnes ædificemus, lib. 3. cap. 17. per totum. Et verbo Ecclesia.

Dan. 2.

Esai. 26.

Psalm. 60.

Exod. 25. Oleast.

Leuit. 23.

Exod. 10.

Esai. 51.

Esai. 54.

IN FESTO VISITATIONIS Beatæ Mariæ.

Euangelium.

Exurgens Maria abyit in montana cum festinatione. Luc. 1.

Vide lib. 9. cap. 6. num. 1. lib. 11. cap. 6. num. 26. 32. 75. & 99. cap. 12. nu. 16. lib. 18. cap. 15. nu. 14.

INDVBITATA res est Deiparam Virginem in mense Iulio iter in montana non peregisse, sed vel in fine Martij, aut in exordio Aprilis. Postquam enim Gabriel ad eam salutandā fuit ingressus peracto sacrosanctæ Incarnationis Sacramento, quia Iesum iam gestabat in vtero miro redolens pietatis affectu, illiusq. nouo modo induta conditionem, qui venerat saliens in montibus transiliens colles, in odorē vnguentorum eius, qui sicut vnguentum descende

In visitatione B. Mariæ.

Cant. 2.

Cant. 1.

scenderat a capite in barbam, properabat illa, vt in odorem vnguentorum, quibus perfusa erat, currerent, & adolescentulæ animæ in montanis Iudææ degentes, descenderetque vnguentum a capite Christo per barbam Mariam in reliquas corporis partes vsque ad extremum vestimenti, libr. 11. capit. sexto, numer. 55. 64. & 65. & cum fęlicius corde, quam corpore Iesum gestaret, ibidem num. 30. & num. 99. quod in visitatione tracta est, post sponsum in odorem vnguentorum eius, & quæ grauida aliarum fęminarum molestias non sentiebat, numer. 70. iter non distulit. Et ita cum Lucas mysterium incarnationis retulisset, addidit & discessit angelus ab ea. Et exurgens Maria in illis diebus abijt in montana, &c. Tunc ergo visitauit Maria Elisabeth. Sed vrbanus Sextus, anno 1388. hac die solemnitatem hanc celebrandam instituit, quam multis indulgentijs celebrem fecit, eo quod sancto Pontifice Gregorio II. defuncto ille sacram illam sedem obtinuit, quod Cardinales Galli Auinione morantes non ferentes, Clementem quendam antipapam elegerunt, vnde innumera sunt mala consecuta. Cui malo vt prouideret verus Pontifex Vrbanus intercessione, & meritis sanctissimæ virginis, hāc festiuitatem cęteris virginis annumerauit. Vsque ad illius tempora non celebrabatur, non quidem, quia iter istud, & quæ in eo contigerunt miranda, non esset sempiterna memoria dignum, sed quia dies in quo accidit penitus ignorabatur. In quo in primis solerter inquirendum est, quæ infantē Christum, tam cito mouere potuerunt, vt mentē matris impelleret, vt cum festinatione, & eximia diligentia iter ageret, propriamq. desereret domum, solitudinem secretumq. cubile, quod ipsa vehementer optabat, vt in quo miris abundabat cōsolationibus, Deum audiens loquentem monentem consolantem immensisq. gaudijs replentem animam eius, cuius speciem tantopere ille concupierat, vt in eius thalamo requiescceret habitaretq. plenitudo eius. Maria solitudinem maxime diligebat, vt soli scirent angeli, & famulā rentur ei, lib. 11. cap. 6. nu. 114. Introducta specialiter in incarnatione filij fuerat in cellaria mysteriorum Dei, quorum dulcedine sanctam patiebatur ebrietatem, cunctorum quæ sunt in orbe oblita, mentem habens ab omnibus illis alienam quæ experta copiosissime tunc fuerat sponsi vbera vino meliora, lib. 11. cap. 6. num. 99. certe huic virgini gratissimum fore videretur audire, quid loqueretur in ea Dominus Deus, certe quod loquetur, & pacē in plebem suā, & super sanctos suos, & in eos, qui conuersi erant ad cor qualis ipsa erat, quæ licet semper dicere potuit. Paratum cor meum Deus paratum cor meum, sed modo paratissimum illud habens solo illius delectaretur colloquio, quod intermittendum videbatur, si ad montana spatio decem & nouem leucarum proficiscceretur, quod non solum aggressa est Maria, quia itinera confabulationes colloquia, & hominum societas, illi nocumentum inferre, non poterant, quæ bis vocabatur in Canticis pulchra, bis ijsdem laudatur verbis, quia eadē erat tacens, & loquens, lib. 11. cap. 6. numer. 118. sed quia Mariæ vita omnium est disciplina, & mores instituta sunt Ecclesiarum, ibid. numer. 14. 24. 25. & 48. ideo in montana festinans venit, quia ardenter desiderabat, quæ a Deo acceperat beneficia referre, & quæ incarnato Deo receperat bona, cæteris communicarentur. Quæ enim sine fictione sapientiam hanc cęlestem omnium bonorum matrem, & originem didicerat cęlestibus repleta donis, hanc sine inuidia cō municare satagebat. Inuocauerat Deum, & venerat spiritus sapientiæ, dilatauerat os, & impleuerat illud Deus, inuocat modo, vt proximorum impleantur ora. Qui cum fictione, & extremis, vt aiunt, labijs virtutem degustauit, sicut is virtuti operam dat accessorie, & vt verius dicam de cumplimiento, eadem cura, ne dicam minori aliorum virtutem desiderat. At qui sine fictione virtutem didicit, sine fictione eam cunctis exoptat, & procurat, audiens dicentem Dominum. Bibe aquam de cisterna tua, & fluen ta putei tui, deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide, habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. Ex puteo nostro, hoc est ex sacra doctrina salutarem haurimus animæ nostræ potum. Ex hoc puteo recreati operam dare debemus, vt nostra doctrina, & exemplo quamplurimos in ornamentum Ecclesiæ filios sapientiæ procreemus. Nemo alienus communicet tibi, & quia perfecto viro nullus extraneus, sed cuncti amici proximi fratres cunctis impertiri desiderat fluenta gratiarum, quæ a Deo recepit. Imperfectis quidem duo consulebant sancti prudentissime, & quod alienis non propalarent fauores, consolationes, & beneficia, quæ recepissent a Deo, ne populari aura perirent cuncta, & quod in exordio, cum primum virtuti operam nauare cępissent, docendis erudiendisq. alijs non intenderent, nec sibi dictum crederent, quod Timotheo dixerat Paulus. Attende tibi, & doctrinæ, sed quære, quod tibi vtile est, vt bonis repletus ea alijs communices, & tunc ex fonte abundanti tuo cæteri bibant, & repleta hydria Rebeccæ bibat seruus Abrahæ, bibant & pecora, quia tunc iusti adiutores sunt Dei, dati ad bonum aliorum, lib. secundo, capit. sexto, numer. 23. libro quarto, cap. sexto, numer. primo. Iusti in virtutis initijs sibi, non alijs studeant prodesse, virtutemque operentur secreto, libr. nono, capit. 24. per totum numer. quidem 1. 9. vsque ad decimūtertiū, differitur quod virtutem habentes imperfectam eam non alijs communicent, bene autem perfecti, ibi-

Psal.

Dan. 2.

Esai. 26.

Psalm. 60.

Sap. 7.

Prou. 5.

Iansenius.

Beda.

1. Tim.

dem, quia virtus in exordijs facile exterminatur, libr. secundo, capit. octauo, num. octauo, lib. 9. cap. 24. num. 2. 5. & 6. lib. 18. cap. 13. num. 2. & 4. Dicant imperfecti secretum meum mihi, nec prodant Babylonijs, quas a
2. Reg. Deo receperunt diuitias ne illis priuentur, maioribusq. recipiendis reddantur indigni. Cum autē sacra virgo ineffabili polleret perfectione velox in montana conscendit, vt quæ a Deo recepit beneficia referat, & propria non contenta salute alienæ inuigilet, id enim proprium sanctorum est, lib. 16. cap. 7.
Basil. lib. de SS. num. 24. & 25. Acceperat ab incarnato Deo inenarrabilia bona, illum ad montana multa celeritate perducit, qui totius boni auctor est. Hæc vitro similis quam recepit lucē diffundit, alijsq. eam non deserens, communicat. Vt non de bonis temporalibus, quæ exigua
Iob. 31. sunt, sed de spiritualibus dicat, si comedi buc cellam meā solus, & alienus non comedit ex ea. Dicebat Paulus Agrippæ, vellē vos omnes esse, sicut ego Dei misericordia sum, &c. Quę ergo præsentia Dei maxime fuerat locupletata, thesaurum licet inuisum adhuc portat, vt alij ditescant eius bonis, qui diues est in misericordia, vt diuitijs bonitatis Dei receptis, qui mendici erant fiant diuites, & hi ditiores. Et cum alieno intenderet bono proprio intentissima erat, nec in tenera ætate vllum pati poterat dispendium, quæ Deum habebat a dextris ne commoueretur, nec in mysticis rotis cogitationis eius aliqua poterat euenire turbatio, quæ vbi erat impetus spiritus illuc gradiebantur, quia spiritus vitæ erat in rotis, quam sponsus vocat, vt surgat per fidem, properet per spem, & veniat
4 per charitatem, lib. 11. cap. 6. nu. 103. Sed licet eadem animi tranquillitate frueretur in via, qua domi clausa potiebatur, cum festinatione proficiscitur, ait Ambros. vt feminas potissimum iuuenculas, & virgines doceat, quanta animi sollicitudine occasiones, & ruendi pericula debeant fugere, ne ipsæ labātur, aut vero impudicis adolescētibus peccandi sint causa, quorum conuersationē diligenter fugiant, licet & illi studiosi videantur, ne qui amat periculum pereat in illo, sicut multis contigit accedente fęminarum, aut virorum familiaritate. Vnde inter
Epist. 27. præclara sanctæ Paulæ gesta illud commendat multum Hieron. quod mortuo viro nusquam hominem admisit ad mensam quantūuis iustus ille esset & grauis, licet illa, quæ humi cubabat, cilicio induebatur, lachrymas cum fletu miscebat, noctem vigilans coniungebat diei in oratione, totamq. vitam diuino seruitio asperrime consecrauerat, nihil sibi fidebat fęmina sancta iam grandęua diuinisq. vehementer extenuata disciplinis, &c. Nec mirum id cum in regula monacharum didicisset a S. Hieronymo, sanctitati conseruandę necessarium fore hominum nec videre vultus, quantacumque illi sanctitate pollerent, immo licet in vtero materno sāctificati fuissent. Credite mihi experto (aiebat ille) multo malo meo didicisse, quæ ex mutua familiaritate virorum, ac fęminarū incommoda oriātur, timeriq. debeant illa quæ timerentur, si ignis coniungeretur stupæ facilis combustionis, nisi omni custodia cor seruetur, maxime cum demonis indefessa sit cura alitu suo
Iob. Esai. 62. Cant. prunas etiam extinctas accendere. Quod ne accidat necessarium est, vt muris tueatur vir go ciuitas sancti, & insuper, quod super illos tota die & nocte non taceant, sed ad eam tuēdam vigilent & veri Salomonis lectulum sexaginta fortes ambiant eximia fortitudine pollentes, qui & sint ad bella doctissimi, mira pugnandi dexteritate prędari. Quid diceret Hiero. qui hæc tuendæ castitati, tam necessaria iudicabat, si fęminarum licentiam, litteras, confabulationes, &c. in fęminis nostræ ætatis cerneret, non cum viris religiosis, sed cum adolescentibus, in quibus libido regnat, quibus non solum domum egredi concessum est, sed & prophanos cum viris miscere sermones, secreta miscere colloquia, cum his, qui loquuntur vanitatem vana, & nugas, immo turpia verba proferentes, quibus castitas mentis saltem perit sitq. virgo 5
sponsa Domini scortum Sathanæ. Virgo etiā dū sola est seipsam debet reuereri, sponsum suū Deum cogitationesq. suas puras seruare vt anima eius solius Dei sponsi sui similis sit, lib. 18. cap. 6. num. 2. vsque ad 4. & 23. In præsentia autem virorum mira modestia pollere, virginibus cohabitare non debent viri, licet sanctissimi illi sint, ibid. num. 8. & 9. virgines conuiuia salutationes visitationes vitent, quia teritur officijs pudor, ibid. num. 18. virgo illa commendatur, quæ nec viris placere desiderat, sed Christo, numer. 21. virgo occasiones omnes auferat ruinæ, lib. 3. cap. 3. num. 6. vsque ad 15. fęminæ virorū colloquia vitare debent, ac familiaritatem nimiam quantumcumque illi sint sancti, ibid. nu. 23. 29. vsque ad 33. 43. & 44. lib. 11. cap. 11. num. 2. vsque ad 4. 9. 12. 18. 21. & 22. vbi etiam docetur, lib. 3. cap. 3. numer. 35. lib. 11. capit. 11. numer. 2. & 3. quod fęminarum sanctus amor facile degenerat in malum, & quod hac de causa deferendus est. Vt ergo Deipara virgo exemplo suo rem doceret fęminis tantopere necessariam mira celeritate iter peragit domumq. ingressa Zachariæ, nec eum salutasse legimus, sed Elisabeth, licet ille senex esset, & sanctus, de quo Lucas dixerat, quod incedebat in omnibus iustificationibus Domini sine querela, quoniam licet verbum illi dixisset (quod verisimile est multo) vrbanæ salutationis, tam fuit brenue, quod illud non retulit Euangelista. Docet etiam hic acceleratus profectus instigante Deo factus, quam debeamus habere diligentiam in diuinorum mandatorum adimpletione, quantaq. cura currere debeamus viam præceptorum eius, pergentes in similitudinem fulguris corruscantis,

tis, motus Spiritus sancti non lento gradu sequendos, qualis in sanctis viris cura semper
Genes. 17. fuit, qualem in immolando filio in Abraham qui de nocte surrexisse legimus, vt Deo iubēti obtemperaret. Mandata Dei in explebili cum desiderio explenda sunt, lib. 11. cap. 2. num. 3. capit. 4. numer. 7. 9. 14. vsque ad 17. 19. lib. 17. cap. 4. nu. 1. & 2. lib. 18. cap. 11. num. 22. 25. 26. & 28. Vide etiam verbo obedientiā.
6 Præterea instigante Christo Domino perrexit virgo cum festinatione, qui rapido cursu eā in montana ducebat, vt eius virtus agnosceretur, & honoraretur, & quæ ab Angelo audierat benedicta tu in mulieribus ab hominibus eadem audiret verba, vt eam laudarent reginæ & concubinæ, id est, qui in cęlo
Exod. 12. degunt, & in terra, lib. 11. cap. 6. num. 119. Sicut enim cum ad vescendum agnum non sufficeret familia vna, adducenda erat familia coniuncta, vt vtraque simul agno vesceretur, ita ad differendas virginis laudes sociare Deus voluit vtramque familiam angelicam, & humanam, licet vtraque minus sufficiens videretur. Et quia angeli tantam de ea conceperant opinionem, eadem hominibus innotescat, & quia dixerat. Ecce ancilla Domini, &c. qui se humiliat necesse est, vt exaltetur, & audiat, vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me. Humilitas enim virtus est gratiæ Diuinæ perquam familiaris, quæ si de voluntate venit exaltandæ est, lib. 8. cap. 6. nu. 10. 14. & 15. cap. 8. nu. 30. vsque ad 32. cum humilitas via sit ad exaltationem, lib. 8. cap. 8. num. 23. 27. vsque ad 30. Denique cum festinatione pergit virgo, vt incarnatum Deum velocē aduertas ad ædificandum, ad destruendum tardū, licet enim
Esai. 8. Chrysost. ho. 3. de panam semper istud fuerit ei proprium, sed factus homo, hoc maxime manifestauit. Cum primum infans natus est, hoc accepit nomen, Accelera, spolia detrahe, festina prædari, vtq. cunctis hæc eius conditio pateat iubet prophetæ, vt sumat librum grandem, in quo legibili stylo cunctis peruio ista scribat ne vlus sit, qui hanc eius proprietatem, tam sæculo proficuam ignoret, & nondum natus, cum carnem accepit humanā festinans pergit ad sanctificandum Ioannem, &c. Orbem vniuersum sex diebus condidit Deus, vt eum per diluuium euerteret, per centū annos negotium distulit. Cum Ezechiam animaduer-
Esai. 38. tit lachrymantem, sententiam mortis mira celeritate reuocat, dicens, vidi lachrymam tuā, multas certe fuderat, sed ad primā misericordiā consecutus est. Deus pronior ad miserendum, quam ad puniendum, lib. 2. ca. 11. nu. 1. 4. vsque ad 9. 19. vsque ad 21. 25. & 26. lib. 4. cap. 6. nu. 9. & 16. cap. 7. nu. 3. 4. 6. 9. 12. 14. & 15. cap. 8. nu. 11. 15. & 16. cap. 9. nu. 1. vsque ad 4. 10. 13. vsque ad 18. capit. vndecimo, nume. 9.
7 Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth exultauit infans in vtero eius. Primum sanctificationis opus, quod verbum infans, vt referunt Euangelistæ, peregit in terra, sanctificatio Ioannis fuit, quā ad vocē salutantis virginis perfecit, sicut ipsa mater eius confessa est, dicens. Ecce vt facta est vox salutationis tuæ, &c. vt illa & cuncti, qui in orbe erant, & futuri erant cognoscerēt, quā appositū medium ad obtinenda diuina beneficia esset illius vox, & intercessio. Quā enim vocem Elisabeth audiuit precatio fuit illi, & proli postulans bonum, non vanis, & ludicris sæcularium verbis vtens, sed illis quibus sancti vsi sunt semper. Cumq. verbum in Nazareth existens posset Ioannem sanctificare, noluit, sed voce virginis tanquam instrumento vti, sicut enim ad vocem Dei in exordio conditus fuit orbis, ita ad matris vocem, secunda cępit orbis renouatio. Et sicut ad hanc vocem. Ecce ancilla Domini sacrum incarnationis mysterium operatum est, ita ad salutationem virginis tanti sacramenti virtus cępit manifestari. Ad primā vocem in paradiso virginalis vteri, arbor vitæ plantata fuit, ad secundam fructus arboris pullulare cępit, nec solum illi sacramentum absconditum a sæculis in Deo, patescit, sed per eam illius effectus alijs manifestati, qui ad modum astrorum ab ea quæ electa est vt sol lumen recipiunt. Emissiones tuæ paradisus malorū punicorum, cum pomorum fructibus. Arbor
Ruper. li. 4. in Cant. vitæ, ait Ruper. in medio huius paradisi consita, istam terrā benedixit & ex ea, cuncta germina gratiarum & virtutum produxit, & sta tim subdit, emissiones tuæ, &c. Cyprus cum Nardo, &c. Myrrha & Aloe, id est, quicquid gratiarum, quicquid virtutum, quicquid operationum cęlestium mundus accepit, emissiones tuæ sunt, vt vbi erant prius spinę vepres carduus vrtica, & paliurus, ibi sit cypressus, &c. trāseantq. ista per Mariæ manus. Cumq. illa nostri orbis supremus sit angelus, ipsa quæ immediate a Deo lumen recepit, & gratiam, medium est, per quod illud ad inferiores venit. Vnde in Canticis sponsa hæc Cant. 4. collo comparatur, per quod a capite in reliqua membra deriuatur virtus. Cum Spiritus 1. Reg. 16 Domini malus exagitabat Saul, accipiebat Dauid citharam, & leuius ferebat ille malū, quod patiebatur, exhilarabatur, & consolabatur rex. Christus noster verus Dauid est, qui 1. Ioan. 3. in mundo apparuit, vt dissolueret opera diaboli, &c. Maria autem instrumentum musicū fuit Deum lætificans, & angelos, quo dæmonem propulsauit a Ioanne peccatum illi condonans originale. Sic in Exo. in fabrica taber Exod. 25. naculi iussit Deus, vt duo fierent Cherubin Oleast. iuxta propitiatorium. Sunt Cherubim (vt ex scripturis constat) in animalibus velocissimis, & alatis visi cursum ad omnem plagam paratum habentes, super quibus Do- Ezec. 10. minus sedere dicitur, vt adumbraret nobis, quam velox veniat in adiutorium nostrum. Equitauit, ait Dauid, vt quædam versio habet, super Cherubim, & volauit, volauit super pennas ventorum. Sed ad quid Do- Psal. 17.

mine tam præceps volas? Eruet, inquit, me de inimico forti ab odio habentibus me, quoniam fuerunt robustiores me, vel confortati sunt super me, vt nostra habet lectio. Sed solus non erat Cherubim, sed duo alis ornata, sacram enim eius matrem recte Cherubino comparatur, quæ maxima velocitate hominum curat salutē, nostræq; inuigilat vtilitati, & quæ Domini propensum semper nouit animum ad benefaciendum, sicut Moyses moriturus dixit. Ascensor cęli auxiliator tuus, versio Sanctis Pagnini habet, æquitans cęlos in auxilium tui, vt ex admiranda cęlorum velocitate coniectes, quod qui illis insidet equis in benefaciendo velocissimus est, hæc instat, vt hominum exoptet salutem, & postulet. Maria fenestra cęli, quia per ipsam Deus infudit sæculis lucem, lib. 11. cap. 6. nu. 34. Maria intercessione sua restaurauit fęminarum omne genus, ibid. nu. 44. 74. & 75. Per Mariæ manus transiuit, quicquid nos Deus habere voluit, ibid. nu. 54. 58. 63. 65. 66. 77. 87. & 111. Maria quæ meruit pro liberādis ferre pretium potest impertiri suffragium libertatis, ibid. num. 15. & 40.

Deut. 33.

8 Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui vsque ad illa verba, & beata quæ credidisti, &c. Prima Elisabeth verba, quibus benedictam vocauit virginem super omnes mulieres, eadem audiuit ab Angelo, quæ iam explicuimus, in secundis autem, vbi benedictus dicitur fructus ventris illius, id significare Elisabeth voluit, magnā admirabilemq. esse illius benedictionem, sed eam inde illi contigisse, quia fructus ventris illius benedictus erat, qui illam in benedictionibus dulcedinis præuenit. Infinitus ergo fructus, qui est in Iesu quodammodo insinuat infinitā bonitatem arboris producentis, scilicet Mariæ, de qua dicitur. Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris, id est, Iesum. Si benedictus est fructus ventris Mariæ, quo modo non selecta & generosa censeatur arbor fructum hunc selectissimum ferens? Quanta illius paradisi vbertas, & amœnitas, quæ hoc vitæ lignum ad mortem arcendam, & immortalitatem conseruandā edentibus præbet? Quæ autem rursus peccati labes, quę impuritas illi hærere potest, vbi munditiæ omnis auctor, ac amator suum domicilium collocauit, totq. mensibus tenuit? Vnde tāquam sponsus a suo procedit thalamo, in qua se nobis fratrem mediatorem, ac ducē præstat ad consequēdam immortalitatem. Quid illo Dei templo viuo sanctius, in quo sanctus sanctorum tāto cum gaudio requiescit? Benedictus fructus ventris tui, in quo benedictæ sunt omnes gentes, de cuius plenitudine tu quidem accepisti, cum ceteris, sed differentius præ ceteris. Benedictus fructus ex quo Adam vescens enomet veterem illā potionem, per quam venenū hausit. Maria ait Hiero. hortus conclusus, fons signatus, de quo fonte ille fluuius manat iuxta loelis pro-

Antoninus. Bern.

Eccl. 24.

Bern.

Cant. 4. Hieron. ad Vāmach. apologia.

phetiam, qui irrigat torrentem funium, vel spinarum, funium peccatorum, quibus antea alligabamur, spinarum, quæ suffocant sementem patris familias. Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum, id est, Maria dabit fructum sibi congruum, scilicet, benedicta benedictum, sicut terra maledicta in opere Adam fructus protulit maledictos. Maladicta terra in opere tuo. Quid inde? spinas & tribulos germinabit tibi, vt fructus ei similis sit, quæ porrigit illum. Si ergo benedictus est Mariæ fructus benedicta est & terra quæ protulit illū. In reliquis arboribus fructus ab arbore commendatur, hic diuersa ratione fructus arborem nobilitat & cōmendat. Quondam fęmina fuit quæ mortiferum fructum viro suo, & in viro mundo dedit, & fęmina item fuit, quæ vitalem fructū mundo contulit, vt merito, & arborem, & salutarem eius fructum semper laudemus. Eua quæsiuit fructū ait S. Tho. & in illo non inuenit, quæ desiderabat, at B. Virgo inuenit quæcumque desiderauit Eua. Hæc enim in fructu suo tria desiderauit. Primo id quod falsō promisit ei serpens, scilicet, quod essent sicut dij scientes bonum & malum, quæ comedens non est facta similis Deo, sed dissimilis valde, comparaturque iumentis, e paradiso pulsa est, qui paratus erat hominibus ad Dei imaginē conditis, quam illa peccando amisit, sed hoc inuenit beata virgo & omnes Christiani in fructu ventris sui, quia per Christum coniungimur, & assimilamur Deo. Secundo in fructu suo Eua desiderauit delectationem, quia bonum ad vescendum & gustu credidit suaue, sed non inuenit, quia statim cognouit se nudam & habuit dolorem, & nouissima eius amara quasi absinthium. Sed in Virginis fructu suauitatem inuenimus, & salutē. Tertio fructus Euæ erat pulcher aspectu, sed pulchrior fructus virginis in quem desiderant angeli prospicere.

Ioel 3.

Psal. 84.

Hugo. Genes. 3.

Bern. serm. 3 Annunc.

S. Thom. opusc. 8.

9 Et ait Maria, Magnificat anima mea Dominum & exultauit spiritus, &c. Cum sacra virgo apud cognatam mansisset, quasi tribus mensibus, toto illo tēpore has solas Cantici sentētias protulisse memoratur. Hæc eximia sanctorum cura est per silentium iustitiā colere. Loqui quidem, quæ vel in laudem Dei cedant, vel in proximi ædificationem. Lingua placabilis lignum vitæ, quæ autem immoderata est conteret spiritum. Vnde B. Virgo ædificatoria loquitur, & ab his abstinet ad tēpus, quia scriptum est, sicut vrbs patens, & absque murorū ambitu, ita & qui non potest in loquendo cohibere spiritū suum. Os suum aperuerat sapientiæ, & lex clementiæ erat in lingua eius, vt cūctis prodesset nulli noceret, quia vitta coccinea labia eius, & eloquium ipsius dulce, & nihilominus etiam ab his abstinet miro silentio, lib. 10. cap. 7. nu. 22. quod lingua vtendum sit in eum finem ad quem data est, docetur, lib. 10. ca. 6. per totum. Lingua os & ostiū habere debet, vt claudatur, & aperiatur

Prou. 25.

Prou. 31.

Cant. 4.

riatur, ibid. num. 8. & 19. & in capite 7. quod expediens sit multum eam frenare, num. 7. de loquacitate mulierum, eodem libro cap. 7. quod beata Virgo ad audiendum fuit velox ad loquendum tarda num. 22. & cap. 8. nu. 13. Loqui scurrilia iocosa, &c. virginem non decet, sed ædificatoria, lib. 10. cap. 7. num. 24. linguæ pericula agnoscentes sancti amabant tacere, lib. 10. cap. 8. num. 6. 7. 13. & 17. lib. 18. cap. 15. num. 48. Lingua vacuandis cordibus aptissimum instrumentum, lib. 10. c. 8. nu. 21.

10 Magnificat anima mea Dominum ait Maria. Magnificare illum erat intimo corde magnitudinis eius immensitatem ex eius operibus, cum quodam mentis gaudio admirari. Sed non operibus creationis inducta, licet eximia illa essent, magnitudinē eius agnouit, sed ex opere redemptionis eam admiratur. In quo opere, vbi magna recepit ab eo, qui omnipotens est, & sanctus, nihil ob hæc omnia sibi tribuens, ad laudandum Deum accenditur, totum eius bonitati ascribens. Magnificabat quidem Paulus Deum in corpore suo, sed Maria super omnes sanctos. Quoniam vt aiebat Origē. Deus qui infinitus est, cum incrementum, nec decrementum admittat, magnificare eum dicitur creatura aliqua, quādo ei efficitur similior, & quia inter creaturas omnes Deipara virgo diuinam bonitatē perfectius repræsentabat, merito magnificare illum dicitur. Magnificat, &c. quia lingua balbutiens est, vt tanta in me collata beneficia possim numerare, ideo interiorem animi affectum in agendis gratiarum laudibus offero. Quicquid in Virgine aduertas diuinam hanc magnitudinem ostendebat lingua manus cōpositio modestia humilitas, in omnibus enim eius actionibus vehementer relucebat Deus.

Ruuil. 8. in Lucam.

11 Et exultauit spiritus meus in Deo. In Deo exultat, quoniam qui in rebus huius sæculi lætatur, insanit potius quā gaudet, sicut freneticus, qui vltimū exalans spiritū ridet. gaudēt & exultant iusti, sed in Deo non in rebus sæculi, lib. 7. cap. 1. nu. 2. 4. 5. 11. vsque ad 14. 16. 19. 21. 24. 25. 29. 31. cap. 2. nu. 13. 16. & 19. cap. 3. nu. 13. gaudium quod est in Domino solum hoc nomine dignum est, lib. 7. cap. 1. num. 14. vsque ad 19. 21. 31. & 33. Gaudere volunt mali in se non in Deo, lib. 7. cap. 2. num. 13. Incarnatione Verbi replendum gaudijs orbem dixerant prophetæ. Lætabuntur coram te sicut qui lætantur in messe, &c. Exulta & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israel. Lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit, &c. gaudium & lætitiam obtinebunt, quid mirum quod Saluatoris mater exultet? Gaudet Paulus pro fratribus immolatus, gaudent Apostoli a cōspectu concilij, quia contumelias patiuntur, & non gaudebit Maria cernens salutem mundi appropinquantem? Exultauit Abraham, vt videret diem hunc propter huius salutis expectationem, quanto potiori iure internis animi iubilis debuit gaudere, quæ incarnatum iam in vtero suo videbat? Gaudebant sancti laniati exusti, &c. quod hostia Christi effici mererentur, & non gauderet virgo cernens Christum effectum salurare suum etiam mundi, qui tantis miserijs erat plenus? Gaudebat ergo bonum considerans proprium & commune. Quando tantis illa decoratur beneficijs & honorum titulis, non gaudet in se ipsa, sed in Deo salutari meo, hoc est totius mihi salutis auctore. Exultat spiritus meus non in honoribus, non in diuitijs, non in officijs. Sed in Deo non quia mihi pulchritudinem sanitatem, &c. dedit, sed quia ipse salus mea est. Glorietur Arphaxat quasi potens in potentia sua, & in gloria quadrigarum suarum, sed in Deo exulto tanquam in obiecto causa & fine. Ille enim est huius gaudij causa, & ipse idem finis est quo tendit. Vtq. exuberans ostendat gaudium non dicit exultat spiritus meus in te, sicut qui lætantur in messe, sicut qui potiuntur spolijs parta victoria, sicut gaudet sponsus super sponsam, quale futurum dixerant prophetæ gaudium in aduentu Messiæ, sed quia exuberans erat gaudium illud tantum refert, cetera tanquam ineffabilia silet; quoniam pro magnitudine donorum magnitudo fuit gaudii, fructus enim spiritus gaudium est, tantoq. istud maius quanto exuberātior spiritus illi collatus est. Vnde sicut nulla cogitatio nostra potest donorum magnitudinem concipere pro dignitate, ita nec huius rei exultationem. Vocatq. Deum salutare suum, non eo modo solum, quo aliorum est salutare titulo creationis, & redemptionis, sed quia ex eius purissimis sanguinibus corpus illius compactum est, salutare suum tanquam filius suus, quia eam solam singulari modo redemit ab omni eam reddens peccato immunem, & illa sola eum nobis mortalem dedit, vt cunctis mederetur, & vt a captiuitate in pristinam libertatem reuocaret. Vnde antonomatice Christus dicitur eius salutare, sicut Deus dicitur rex cęli, & ipsa regina misericordiæ, & quia inter creaturas illa fuit, cui magis salus hæc profuit. Mariæ laudes explicatæ in Cantico Magnificat, lib. 11. cap. 6. nu. 32. Et quæ sic exultat lætificat, & præsentes, & futuros, vnde audit exultabimus & lætabimur in te memores vberum tuorum super vinum, ibi. nu. 99. Mariæ laudes in filium redundant, & huius laudes in illam, ibid. num. 49. Maria meliora esse dixit vbera sponsi vino spiritualem experta delectationem, lib. 11. cap. 6. num. 98. & 99. Maria multa habebat interna, quæ homines latent, & super illos sunt, ibid. nu. 113. Duo sequentes huius cantici versus explicantur in sermone Rosarij Dominica prima Octobris.

Antonimus.

Iudith. 2.

Isai. 9. & 12. 35.

IN FESTO S. MARIAE Magdalenæ.

Euangelium.

Rogabat Iesum quidam Pharisæus ut manducaret cum illo. Luc. 7.

Vide lib. 5. cap. 10. nu. 49. lib. 10. ca. 2. nu. 7. & 8. lib. 14. cap. 21. nu. 58. verbo pœnitentia, & lachrymæ.

1 *In festo S. Mariæ Magdalenæ.*

IESVS hæc in qua Maria Magdalena diem clausit extremum in toto orbe celeberrima est, quæ postquã in prærupti mõtis horridam spelunc㠠 secessit, ibique ad triginta annos hominibus ignota omniumq. mortalium solatio destituta vixit, vbi admirandis potiebatur priuilegijs & fauoribus quales nullus sanctorum expertus est vsquam, vt quotidie septem horarum tempore ad audiendas diuinas laudes in aera ab Angelis eleuaretur, post quæ admirandæ virtutis insignia, vbi non semel, aut iterum in paradisum rapiebatur, vt Paulus, nesciens in corpore an extra corpus iter egisse, nec sicut Ioannes Euangelista, qui in Dominica die semel ab Angelo sublatus est in spiritu vt sanctam cælestemq. ciuitatem perambularet, sed quæ annis multis non ab vno Angelo, sed ab Angelis, nec semel aut iterum, sed qualibet die septies rapiebatur, vt modulatos supernorum ciuium concentus audiret, & quæ adhuc mortalis deserti solitudinisq. famis & nuditatis angebatur miserijs, non solum in carne ambulans, non secundum carnem militabat, eiusq. mens in cælo contemplatione erat, sicut de Paulo legimus, sed cor & caro exultabat in Deum viuũ, cælestibus conuiuens ciuibus, ac si iam vinculis carnis exuta in cælo moraretur, quam & peregrinantem ab hac vita dicere possemus, quæ omnium mortalium solatio destituta angelorum solatijs fruebatur, quæ sicut *Psalm. 83.* passer inuenerat sibi domum, & turtur, quæ hominum consortia fugerat, nidum vbi pullos suos reponeret, alcaria Domini virtutũ qui solus rex, & dominus illius erat, qui carnis illecebris abdicatis membra, quæ seruiebant iniquitati, non ea cura, qua antea illa inseruissent iniustitiæ (licet multa illa esset) sed maiori multo multis ab hinc annis iustitiæ seruierant in sanctificationem gratia Dei, quæ vita æterna erat. Hæc iam modo cælestem consecuta est felicitatem onere carnis deposito, quam ad memoriam reducens Ecclesia, hoc vtitur Euangelio, in quo peccata eius narrantur, primus salutis passus, cum multa alia legi potuissent in quibus admirandus eius iam constabat profectus, quãdo sedens ad pedes Domini mira animi tranquillitate posita audiuit, Maria optimã partem elegit, quæ non auferetur ab ea: vbi admirandæ contemplationis commendatur vita, quam Deus maxime commendauit, cum diem septimum in quo a creando quieuit, sanctificauit, lib. 18. cap. 18. nu. 4. in qua mente excellunt Deo mortales homines. Quando in fratris Lazari suscitatione eximius illius commẽdatur amor in Christum, huiusq. erga illam, quando dicere poterat, dilectus meus mihi, & ego illi, quando suscitato Lazaro vnguentum pretiosissimum effudit supra caput Domini recumbentis in mensa, cũ in morte, & resurrectione Christi amoris eius igne vehementer succẽsa audire meruit, Nafus tuus sicut turris Libani (& cãdoris addit Hieron.) quę respicit contra Damascum, quia dum Iesum cerneret pendentem in cruce, vita functum & sepultum anxie lachrymabatur, prospiciens faciem Damasci sanguinem scilicet eius ad sacci pœnitentiam prouocantem. His tamen omissis Euangelium legit Ecclesia in quo mulieris, quæ erat in ciuitate peccatrix miser status aperitur eius nunquam satis bene laudata pœnitentia, eximius subitusq. Domini amor admirandus. Congrue satis exordium conuersionis eius proponit Ecclesia propter multa. Primum vt Magdalena in exemplum sit nobis pœnitentiæ. Cum multiplex sit ad ambulandum in via Dei modus in qua alius sic, alius sic pergit, & per eam felicem inuenit patriam, omnes tamen illi ad duos reducuntur, vnus est innocẽtiæ, alter pœnitẽtiæ, quo vniuersi pergunt mortales, sola enim Deipara virgo viam innocentiæ ingressa est. Ne errent homines, vtriusque itineris duas fœminas eodem nomine vocatas duces proponit Ecclesia, dicens. Laudemus opus Dei in Maria genitrice, &c. in Maria peccatrice, sed pœnitente, Maria hæc est data speculum innocentiæ, Maria hęc est exemplum pœnitẽtiæ. Sicut enim in sæculi exordio duo condita sunt luminaria alterum maius vt præesset diei solem ipsum, alterum minus, scilicet lunam, vt luceret in nocte. Ita & in noua Ecclesiæ productione, sacra virgo luminare fuit maius, non solum, quia potioribus decorata est virtutibus maioribusq. irradiata fulgoribus, sed quia lucet his, qui in die viuũt gratiæ, qui pristina deseruerũt peccata, & iã non sunt noctis neque tenebrarũ. Qui ad perfectionẽ feruntur, virginẽ habent ducem quæ lux est, & in qua tenebræ non sunt vllæ. Maria lumen clarum aliarũ fœminarum 2 abscondit, lib. 11. ca. 6. nu. 22. Hæc enim figurata fuit in nube, quæ præcedebat in deserto filios Israel, ibi. nu. 29. Maria via est, per quã homines ascẽdunt ad Deum, nu. 40. Maria in assumptione soli comparatur, ibid. nu. 119. & *Psal. 118* 120. Qui merentur audire, beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini, Virginẽ sequuntur, quæ inoffenso pede sola hanc peregit viam. Magdalena vero lunæ cõparatur, *Sap. 17.* quæ lucet illis, quibus grauis nox peccati superposita est. Vnde in epistola hodierna audimus

Hiero. epist. ad Cyprian.

Prou. 31. dimus. De nocte surrexit, deditq. prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis, quia cũ peccatũ dereliquit, peccatoribus fuit exemplo, quam dũ imitantur domestici eius fiunt, & quia in nocte nõ extinguetur lucerna eius, illuminabit eos ad veram pœnitentiam, quibus iam cæperint peccata displicere, nec oculos voluerint claudere diuinæ huic luci, qui cum illius exẽplo in fletum venerint ad Deũ *Hiere. 31* in misericordia reducentur. Et adducam eos per torrentes aquarum in via recta, & non impingent in ea, tantum enim erit desideriũ veniendi in terram suam, vt non quærãt vias rectas, sed etiam per torrentes transibunt omni difficultate calcata, vt maiori compendio, & citius veniant, sicut & Magdalena fecit, cuius exemplum sequendum est. Præterea proponitur fœminæ huius admiranda pœnitentia, & conuersio, quæ nusquam lecta est. Quoniam licet peccatorum remissio eximium sit opus Dei, quod maxime in eius cedit *Psalm.* gloriam, de quo scriptum est, Deus noster, Deus saluos faciendi, a saluandi enim munere nomen accipere voluit, dum Deus dicitur *Exod. 25.* saluos faciendi. Vnde voluit, vt in ædificatione tabernaculi non casu, sed multo consilio, iuxta propitiatorium essent Cherubin gloriæ Domini obumbrantia propitiatorium, si- *Hebr. 9.* cut Paulus ait, quia in propitiatione peccatorum gloria Domini ostenditur. Dum enim 3 conuertuntur peccatores, de lateribus Aquilonis fiunt ciuitas Regis magni. lib. 3. cap. 17. num. 14. lib. 14. cap. 21. num. 28. lib. 4. capit. 23. per totum docetur, quod Dei potentia, & misericordia ostenditur in conuersione peccatoris. Sed licet hæc potentia in condonatione omnis peccati pateſcat, sed magis multo in conuersionibus miraculosis, quando homines omni conatu, & vt aiunt, a vela y remo, *Hierem.* cunctis posthabitis in peccata feruntur, illi, de quibus scriptum legimus, cursor leuis explicans vias suas onager assuetus in solitudine in desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui, nullus auertet eum. In quibus verbis duo animaduertit Propheta, & quo impetu ferantur in malum, & reuertendi difficultatem cum a malo rarus sit, qui illum *Hiere. 8.* auertat. Et alibi, Omnes cõuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens ad prælium. Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti, nullus est, qui agat pœniten- *Genes. 11.* tiam. Hoc enim peccatorum ingenium est, & semper fuit, ut a proposito peccandi non desistant, donec perfecerint, quod concupiscunt, vnde cum de ędificanda turri, quæ pertingeret vsque ad cælum cogitassent homines, descendit Dominus, vt ædificantes cerneret, & dixit. Cæperunt hoc facere, nec desistent a cogitationibus suis, donec eas opere compleant. Venite ergo, & descendamus, & confundamus linguam eorum, &c. & cessauerunt ędificare. Quasi dicat, ego noui hominum conditionem, quod nisi inhabiles ad ædificandum linguarum confusione reddantur, a perficiendi proposito nõ desistent, cessabunt coacti. Eadem ratione cum Paulus Damas- *Act. 9.* cum pergeret cum ciuitati iam appropinquaret, vt desiderata perficeret circumfusus luce, solo prostratus, cæcatus, & acriter increpatus a Domino, qui ad id e cęlo descendit a proposito cessauit mira eius potentia si non coactus, mutatus. Sic Saul, qui animo cõceperat occidendi Dauid impium desiderium eius impetu ductus, mille excogitabat modos, quibus illud expleret, nec mediis, quę lapideum mollirent cor abduci potuit, ut a malo cessaret, priusquam misere periret. Peccatores obstinati difficulter ad Deum redire possunt, lib. 3. cap quarto, nume. octauo, lib. 4. cap. 19. num. 13. lib. 14. capit. 6. nume. 18. cap. 7. num. 2. 8. 12. & 17. cap. 8. numer. 6. & 7. Peccator luctatur contra misericordiam Dei, 4 lib. quarto, cap. septimo, nume. sexto. Peccatores grandes Deus mutat in sanctos consuetа misericordia sua, lib. 4. cap. 23. nume. 1. 2. 4. vsque ad 13. lib. 14. capit. 8. num. 23. capit. 18. nume. 4. vsque ad 6. 18. 19. & 23. Peccatores aliqui tanquam famelici deuorant iniquitatem, lib. 6. cap. 1. num. 4. & 5. Peccatores dum nunquam peccatis satiantur, sed quotidie peccant, dicuntur in auaritia peccare, li. 14. cap. 7. num. 19. Peccatores a malis cogitationibus ad mala opera veniunt, vnde audiunt descende sede in puluere, &c. lib. 14. capit. 8. num. 35. & 36. Peccatum bibit, vt aquam, qui sine difficultate malum glutit, lib. 14. cap. 15. numer. 15. capit. 19. numer. 19. & 20. Curruntque aduersum Deum pingui ceruice, & erecto collo, ibidem nume. 23. Et licet omnia peccatorum genera in his, qui consuetudine feruntur peccandi diuina indigeãt potentia, vt ea deserant homines ad quæ effrenes feruntur impetu currentes ad malum, &c. inter omnia tamen illa libidinis peccatum, quo sancta hæc mulier detinebatur, maiori eget remedio, difficiliorem habet curationem. Et licet fœmina hæc nobilis non fuerit *Iansenius.* meretrix, sed quidam tradunt, quod primum tradita fuerit viro in Castello Magdalo cum eoque aliquandiu uixisse, postea verò voluptatibus seductam marito aut derelicto, aut mortuo captam fædo, & alieno amore illicitis dedita fuit amplexibus, sicut Ecclesia dicit. Post fluxæ carnis scandala fit ex lebete phyala in vas translata gloriæ de vase cõtumeliæ. Quæ certe nomina lebetis, & vasis in contumeliam non accepissent, nisi ob libidinis peccatum, a quo eximia cum difficultate se expedit homo, qui semel in luti huius se immerserit voluptabro. Omnibus quidem pec- *Prouer. 5.* catis illud commune est, quod funibus peccatorum suorum vnusquisque constringatur, *Psalm.* clamet qui in peccatis est, funibus peccatorum suorum se circumplexum, ut Deus bonitate sua illum soluat, ut extrahat a neruo pedem, quo detineretur, lib. 14. capit. 13. num. 3. & 5. At inter cætera omnia impudicitiæ 5 morbus vehementius mentem ligat, ut uix

se

se ab eo extricare valeat. Hi sunt, de quibus aiebat Paulus. Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ in operationem omnis immunditiæ in auaritia. Desperantes se posse vitium hoc cui semel traditi sunt deserere, se illi ex toto tradiderunt in operationē omnis immunditiæ, nullam prætereuntes immunditiam sibi possibilem, inhiantes vxoribus proximorum in equorum similitudinem. Idque in auaritia, id est, insatiabili cum desiderio peccata patrantes, ait Hieron. quia sicut auarus conquisita pecunia non satiatur, ita nec hic luxuriando satiatur. Indolentes, vel indolorij, legit Hieronym. seipsos luxuriæ tradiderunt dolere nescientes peccatum, quod Deus multa cum difficultate dicitur tolerare, cum dicitur stridere sicut plaustrum onustum fęno, lib. 14. cap. 13. numer. septimo. Vnde fornicationem vocauit Prophęta, malleum vniuersę terræ, totius orbis, quia frequētissimum est malum malleus, quia conterit, quæ in homine sunt vires, vt comminutus uix huic malo resistere possit. Vnde cum Dominus perditissimos Iudaici populi mores vellet increpare, quod misere omni posthabito pudore inuerecūdus idololatriis esset pollutus, quod nec terroribus, nec flagellis, nec blanditiis ad verum Dei cultum possent adduci, aiebat. In omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris mere trix, &c. In viis sedebas amatores expectās, nec ab illis mercedem postulans meretricia, sed eam potius porrigens ut ingrederentur ad te. Frōs mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere clamantem uirum, reuertere ad me, contempsisti, quia sicut inuerecūda fœmina omni te uitio tradidisti. In quibus verbis prophetæ ostendebāt populi perditionem, difficultatem remedij, quod nec minis, nec blanditiis fuissent reuersi ad Deum suum, quod Babylonicus fornax captiuitatis necessarius foret, & vstio adhibenda, vt tanto prouiderent malo, quod nomine fornicationis conuenientissime significabant. Vnde cū videntes filij Dei filias hominum ingressi fuissent ad illas fornicationibus dediti, omnis caro corrupit uiam suam, & iudicans Deus huius morbi remedium difficillimum, ne dicam impossibile, vniuersum orbem deleuit aquis diluuij, & rursum nouum condidit, ut deficientibus magistris vitiorum peccatum hoc funditus periret pereuntibus peccatoribus, ac si alias nullum posset adhiberi remedium, sicut & in Sodomis factum legimus, & Salomonem legimus vsque ad vltimam senectutem peccato huic ardenter inuigilasse. Cumq. pudor, qui fœminas solet comitari funditus publicitate perierit peccati, certe desperatum in ea dixeris impudicitiæ malum, cui assueuerit.

6 Fornicatio peccatū est, quod pro nullo alio tam manifestam vindictam exercuit usquam Deus, lib. 6. cap. 12. num. 11. Quod omnes animæ virtutes funditus necat estque aliorum multorum causa, ibidem num. 13. 14. 16. & 18.

Vnde rete ferreum adulteris superposuisse referunt poetæ Vulcanum, vt difficultatem significarent deserendi crimiuis, qui enim aliis peccatis muscipulam ponit Dæmon, rete ferreum expandit super eos, qui fædo coniunguntur amore, vt vix facultas adsit egrediendi. Luxuriæ passiones quam difficulter vincantur, lib. secundo, cap. quinto, nume. 14. cap. 17. num. 25. lib. 3. cap. 3. num. 21. & 24. lib. 6. cap. 12. num. 12. & 15. Luxuria filia Diaboli est, qua hominum genus inuoluit, lib. 1. cap. 24 num. 2. cap. 25. num. 11. lib. 3. cap. 3. nume. 39. & 40. Luxuria hominem bestiam reddit, immo illa peiorem, estque malum, quo etiam fortes uincuntur, lib. 6. cap. 12. num. 11. & 12. Subita ergo Magdalenæ conuersio admiranda valde, qua septem Dæmonia grandi celeritate sunt expulsa, sceleratam vitam protinus dereliquit, turpitudinisque vitium, quod tanta cum difficultate deseritur, quo illaqueatur anima, viscumque tenacissime pennis inhærens eam ad fugiendum vix liberam sinit, citissime deseruit, pristinamque uitam delitiosam abominata, & quæ maximam mentis cæcitatem, quam hoc vitium comitatur, patiebatur, eximia fuit luce perfusa, corque lapideum huic peccato proprium, liquescens, ut cera factum est. Vnde licet mirabile illud fuerit, quod percusso silice, largissimas in deserto dedisset aquas, mirabilius est, quod in fontes aquarum conuersa fuerit, quæ silice adamanteque durior erat. Percussus hic silex aquam dedit, & ignem, &c. Et cum transiens Iesus videret eam cōculcari in sanguine suo, dixit ei, viue, & vitam consecuta est, non qualemcunque, sed qualem Ezechiel dixerat, super quam expanderat Deus amictum suum & vnxerat eā oleo, & uestiuit discoloribus, & calceauit hyacintho, cinxit bysso, induit subtilibus, accepit armillas in manibus suis, & torquem circa collum eius, & coronam decoris in capite suo, ornata multis coloribus, quæ similam, & mel, & oleum comedit, & decora facta est vehementer nimis: & egressum est nomen eius in gentes propter speciem, quam accepit, quia decore perfecta fuit, in quibus omnibus multitudo donorum quæ acceperat significatur. Quibus ornata diademateque regio coronata, celebris in toto orbe effecta est, non sicut mulier illa, de qua Ezechiel hæc protulerat magnifica dona, quæ illi fuerant collocata, post quæ fornicationem suam exposuit omni transeūti, & ædificauit sibi lupanar in cunctis plateis & pristinis uitiis iterū inuoluta, sed quæ indies admiranda pœnitentia humilitate, & charitate auxerit, quæ receperat bona. Et ita non solum miraculosa hæc conuersio stupori est omnibus, quia breui, tanta, taliaque uitia deseruit mutatione omnipotentis Dei, sed etiam, quia monente ipso id in exordio cōuersionis accidit sanctissimæ huic fœminæ, quod in perfecto viro, post longam uirtutum exercitationem admiratione non carere, in qua in primo virtutis ingressu perfectissimæ pœnitentiæ eximium exēplar fuit, quod breuissimis verbis sacer Euangelista cōplexus est, dicens.

7 Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit, quod Iesus accubuisset in domo Pharisæi attulit alabastrum vnguenti, & stans retro secus pedes eius lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguēto vngebat. Augustinus, quod primum in conuersione Magdalenæ animaduertendum censuit, illud fuit pœnitentiam, nec per horam differendam esse, cum enim intrinsecam motionem Spiritus sancti experta fuit, non opportunum expectauit tempus, quod videretur esse, quando conuiuio peracto Iesus domum propriam reuerteretur, nec id solum, sed nec expectauit, ut e mensa ille surgeret, sed Spiritui sancto mouenti incunctanter respondit, statim & cum propria, illaque grauia considerauit peccata ad pedes Iesu pro remedio properare disposuit, aduertens ibi solum tutum esse refugium. Cum enim apostatæ Angeli e cælo in tartara demissi sunt, Adam e Paradiso proiectus, terra contra Datan peccantem coniurauit cum aperto hiatu illum viuum deglutiuit, ignis quinque ciuitates cōbussit, aqua rebellantem Pharaonem cū suis absorbuit, totumque deleuit orbem. Peccatoribus omnes creaturæ sunt hostes, lib. 4. ca. 29. num. primo, vsque ad quintū, & qui in die Iudicij armabit creaturam ad vltionem inimicorum, modo gratam illam inimicus habere non potest, & propitiam, & ideo ad pedes Dei confugere statuit, & ab ipso irato ad eundem placatum confugere, sicut quondā cum e mōte descenderet Moyses audiens idololatria pollutum populum ad radicem, & pedes montis tabulas fregit, ita & hæc variis contaminata criminibus ad pedes statuit venire Domini, vbi rigor legis contra peccantes statutus moderandus est. Dumque considerat ad obtinendam remissionem peccatorum duo fore necessaria, & diligentiam propriam, & auxilium, quorum vnum sine altero non sufficit, & diligens currit, & miserantem Deum expectat. Sicut quondam Iacob cum indigna to fratri ueniens e Mesopotamia pauidus occurreret ingenti sollicitudine cuncta dispo-suit, quæ ad placandum animum fratris conuenientia iudicauit, &c. Vt cuncti illi obuiam pergerent filii gregis, &c. Sed ille tota nocte luctabatur cum Angelo, vt hinc agnosceret intrepidum posse obuiam illi pergere, ita cum placare Deum satagimus, cum timore nostram operemur salutem audientes illum dicentem, conuertimini ad me in toto corde vestro, &c. vt sic zelet Dominus terram, & parcat populo suo, & clamemus rursum. Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur, innoua dies nostros, sicut a principio, lib. septimo, cap. nono, per totum disseritur, quo ordine gratia auxilium Dei, liberum arbitrium, & labor sint necessaria. Cognouit primum Maria & miserum peccatorum statum, remedij necessitatem, & lauanda ad fontem misericordiæ sine dilatione perrexit, perpendens, difficile esse remedium si morbus acutus, & grauis medicamenta non recipiat, extremumque malum fore, non tam peccasse, quam peccatum non purgasse. De 8 quare diximus multa feria quarta Dominicæ primæ in Quadragesima. Vide de non differenda pœnitentia, lib. secundo, ca. decimo, num. 11. cap. 11. num. 2. lib. 3. cap. 25. nume. 4. lib. 4. cap. 4. num. 10. vsque ad 16. cap. 8. nume. 4. 6. 21. cap. 11. num. 18. vsque ad 20. lib. 11. ca. 10. num. 1. lib. 14. cap. 7. num. 1. cap. 8. nume. 1. & 24. cap. 14. num. 12. usque ad 17. cap. 15. nu. 16. cap. 21. num. 38. 39. 44. vsque ad 46. 50. 51. 54. vsque ad 58. & 61. lib. 16. cap. 11. num. 20. In peccatum si cadant iusti non colliduntur, quia statim resurgunt, impij autem iacent in malo, lib. nono, cap. 18. num. 1. vsque ad 3. 10. & 11. Peccator, qui liberari non vult a peccato, seruus erit perpetuus, libr. 14. cap. 7. nu. 1. 3. 7. 10. vsque ad 12. 14. & 16. In peccatum cadere luctantem mirum non est, sed iacere deiectum, recipere vulnera excusabile, vtcūque ea non curare intolerabile malum, ibidem num. 6. 9. 11. & 18. cap. octauo, nume. 1. & 15. cap. 13. num. 3. & 5. Magdalena ergo cum primum magnitudinem scelerum agnouit, de remedio cogitauit, nec illud per horam distulit. Præterea, ut cognouit pœnitentiam post peccatum lethale vnicum esse medium consequendæ saluti necessarium. Non enim pœnitentia inter eas res annumeranda est, quas Theologi necessarias vocant necessitate præcepti, qualis est eleemosyna, oratio, ieiunium, &c. sanctificatio Sabbathi, si enim ista dimiseris salutem æternam non consequeris, quia diuinum transgrederis mandatum. At homini in peccato constituto, salus est impossibilis, si pœnitentia desit, quæ necessitate finis necessaria est, sicut cibus ad conseruandam uitam homini necessarius est, qui ex quatuor constans qualitatibus eo eget ad humidum radicale conseruandum, nec minus est pœnitentia necessaria ad uitam reparandam animæ, quam respiratio ad hanc corporalem conseruandam. Qua de causa Hieronym. ex Tertulliano eam uocauit secundam tabulam post naufragium, significare hac metaphora uolens, quod sicut homini, qui est naufragium perpessus, in quo nauis funditus periit, vnum est effugium, vt inhærens tabulæ illam non deserat, donec ad littus applicuerit, ita homo, dum diuinam conseruauit amicitiam enauigat sæculi huius mare, donec ad portum æternæ felicitatis securus perueniat, vbi dormiens, comedens, loquens, flante Spiritus sancti austro salutari, ubi ille gubernator est nauis, nunquā in via retardatur, at cum primum homo peccauerit mortaliter, cuncta vel pereunt, vel atteruntur, solaque supereſt pœnitentiæ tabula

bula cui inhæreat misera anima, & naufraga fortiter, ut aiebat Hieronym. Susannæ: grandi enim plagæ magna, & prolixa opus est medicina, vt vulgo dici solet, a buen vocado buē grito, nec solum in lege gratiæ, sed in omni statu adultis existentibus in peccato mortali, hoc solum patuit remedium. Vnde de pœnitentia interpretatus est Augustinus uerba illa, omnis anima, quæ non fuerit afflicta die hac, peribit de populo suo. Vnde Hieremiæ, aiebat Origenes, ostensus est lebes ardens, & virga vigilans, vt si quidem disciplinam accipias per virgam, & emenderis pœnitentiam agens, cacabo non indigeas accenso. Si verò permanes indisciplinatus, & virga pœnitētiæ non correptus a facie aquilonis, veniet olla
9 succensa. Pœnitentia, & lachrymæ necessaria sunt ad reparandam animæ ruinam, libr. 3. ca. 25. num. 13. & 20. lib. decimo. cap. 2. numer. 5. & 20. lib. 14. cap. 22. num. 32. Per pœnitentiam moritur Ozias, id est peccatum, & tunc appa ret Deus sedens in solio excelso, lib. 14. capit. 21. nume. 5. Per pœnitentiam redeunt homines in pristinum statum, ibidem nume. 34. 36. & 49. cap. 22. num. 47. & 48. cap. 23. nume. 13. Pœnitentia secunda tabula post naufragium, lib. 14. cap. 22. num. 21. Pœnitentiam in noua lege prædicauit Dominus, eam suadens promissionibus, & terroribus, lib. 14. cap. 23. nu. 1. & 11. Pœnitentia sceleratissimos homines reuocat ad Deum, quam qui nesciunt pereūt, ibidem numer. 9. 10. 12. 13. 16. & 29.

10 Vt ergo Magdalena a Deo mota necessitatē pœnitentiæ cognouit, qua remissionem acciperet peccatorum, citissime ad pedes Christi perrexit, & tacens docuit procidens veram pœnitentiam non in uerbis, sed in affectibus animorum consistere. Ea enim pœnitentia impiorum falsa est, de qua scriptum est. Dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei, cor autem eorum non erat rectum cū eo, hi enim verbis peccata detestantur correctionem promittunt propositum emendandæ vitæ explicant uerbis, sed cor uerbis non consonat, sicut impudens meretrix, de qua dixit Propheta. Et non est reuersa ad me in toto corde suo, sed in mendacio, vbi mendaciū uocat, in toto corde non conuerti. Vera pœnitentia illa est, qua homo in toto corde suo conuertitur. Vtriusque pœnitentiæ exemplū in Saule, & Dauid perspicuum est, alter enim cum primum protulit, peccaui, audiuit, Dominus transtulit peccatum tuum a te, alter idem proferens verbum, consolationem non recepit, immo & Samueli dictum est, vsquequo tu luges Saul, cum ego proiecerim eum. Vnde tanta hæc diuersitas cum identitas esset verborum? Vtique, quia Dauid verba cordi erant consona, non Saulis, &c. Quam multi sunt, qui falsa pœnitentiæ imagine delusi pereunt, quorū miserandū statum simul, & periculū Oseas optima similitudine explicat.

Cap. 7. Ephrain factus est sub cineritius panis, qui nō reuersatur, comederunt alieni robur eius & ipse nescivit, sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit. Panis subcineritius nisi sæpe vertatur de latere in latus, alterum quidem latus aduritur, alterum manet incoctum, ac subinde inutilis est ad edendum, tales sunt hi qui tota vita sua in sceleribus immoti manēt veram ex animo pœnitentiam ignorantes. Qui apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti. Quorum deinde perditionem, & obstinationem Oseas insinuat cum subdit comederūt alieni robur eius, & ipse nescivit. Dæmones quippe omnia bona eius diripuerunt. Et quia quo diutius homo perseuerat in peccato, eo magis malorum suorum sensū amittit, ideo ait, & ipse nesciuit. Sed & cani effusi sunt, &c. id est, nec in ea ætate in qua passiones carnis languescunt, & ratio viget magis, pristinam deseruit vitam. Vera autem pœnitentia (quæ virtus in voluntate existēs) sine qua peccatum remitti non potest mortale, importat detestationem peccati cum proposito abolendi illud, firmoque emendandi vitā, ex qua detestatione sequitur & tristitia, quæ illam commitatur, sequuntur & opera satisfactoria, quibus homo se castigat. Non docet hæc virtus nocumentum sentire proprium, sed iniuriam Deo factam, & propterea Esau non inuenit locum pœnitentiæ, quāuis cum lachrymis exquisisset illum, quia nō doluit de offensa Dei, sed de damno, quod fuerat consecutus ex eo, quod primogenituram vendidisset, in quo damnum incurrit temporale, & etiam spirituale, quia primogenituræ erat annexum Sacerdotium. Sicut & Antiochus, qui solum scaturientes sentiebat uermes, propter quæ illata Iudæis dolebat mala,
11 non quia illa offensæ erant Dei. Pœnitētiam Deo gratissimam explicuit Dauid in Psal. 37. lib. 3. cap. 25. num. 2. vsque ad 7. & 17. lib. 14. ca. 22. nume. 29. Pœnitentiæ dignus fructus est transacta flere peccata, & ea iterum non committere, lib. 3. cap. 25. num. 19. lib. 4. capit. 19. num. 13. lib. 14. cap. 21. nume. 47. & 52. cap. 22. nume. 12. 17. 41. 42. 45. 46. 51. 55. vsque ad 58. toto hoc capit. 22. lib. 14. docetur, qualis futura sit pœnitentia, vt prosit, Deoque sit grata, quæ in sanctis olim admiranda erat. Sed quod in fœminæ huius pœnitentia, magnipendendum est, maxime illud est, quod cum ut in plurimum virtutis huius timor seruilis sit exordium, quo deficiente timor saccedit castus, & diuina dilectio, qua impellitur animus ad sentiendam dilecto exhibitam offensam, sacra hæc mulier (ut Dominus dixit) remissionem accepit multorum criminum, non quia timuit, sed quia dilexit multum. Quod in hominibus fere semper contingit illud est, quod dum æternam aduertunt pœnam peccatis debitam, aliasq. minores, ad deserenda peccata mouentur, rarissimi autem sunt, qui diuino amore in initiis accensi ad detestanda crimina moueantur, sed timori paulatim succedit amor, sicut figuratum adnotauit Gregor.

Leuit. 23. Speculū peccatoris. Origen. in Psal. 38. Hiere. 1. Psal. 77. Ezec. 16. Ioel 2. Hiere. 8. S. Thom. S. Thom. ad Hebr.

3 Dixi c 34 Iosue 15. gor. memorans duplicem hæreditatem, quā Axa postulauit a patre suo Caleph irriguum superius, & irriguum inferius. Compunctio, quæ oritur ex pœna inferni irriguum inferius est, irriguum autem superius, quando lachrymæ a diuina dilectione procedunt a patre, tātoque Deo offenso. Illa quidem irriguum superius postulauit prius, quia anima sancta odium poscit culpæ orientem ex eo, quod diuinam offendit bonitatem, sed tamen prius illa accipit irriguum inferius, quæ metu gehennę ad dolendum mouetur, qui primus est ordi-
Matth. 3. Luc. 13. ne, licet inferior dignitate. Sic Ioannes, vt pœnitētiam suaderet dicebat. Iam securis ad radicem arboris posita est, &c. & Dominus. Nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter
12 peribitis. Vt pœnitentiam agant homines prædicit Deus futura supplicia, libr. secundo, capit. 11. numer. quarto, vsque ad 7. 25. & 26. lib. quarto, capit. nono, numer. 10. & 11. capit. 12. numer. 10. vsque ad 12. 14. & 25. cap. 18. numer. 11. & 12. lib. 14. capit. 21. numer. 21. 22. 35. & 37. Pœnitentia conterat cor ex dilectione Dei, lib. tertio, capit. 25. numer. nono, & 10. In pœnitentia lachrymæ duplices, aliæ procedentes a timore, aliæ ab amore, & licet illę regulariter præcedant tēpore, istæ dignitate præstant, lib. 3. cap. 25. nu. 23. & 25. lib. 14 cap. 23. num. 19. Pœnitentiam certam non facit, nisi odium peccati, & amor Dei, lib. 14. cap. 22. num. 42. Hanc ergo, & certitudinem, & perfectionem Magdalenæ pœnitentia habuit, quæ quam primum pristinam aduertit vitam, miserandumque statum illū amore Dei eximio acta detestatus est, & quia fortis est, vt mors dilectio in hac fœmina il-
Ioseph. lud admirādum est, quod cum reliqui omnes a Christo Domino sanitatem corporalem requirerent, hæc sola in omnibus Euangeliis mentis sanitatem, & peccatorum remissionē requisiuit, quam a nullo Propheta quēquam requisisse sacra Scriptura commemorat, quā dum talibus requisiuit lachrymis declarauit, qualem fidem, & extimationem de Domino haberet eum credēs, de quo scriptum est.
Esa. 34. Ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me. Obseruanda est pœnitentiæ perfectio, quæ in eo ostenditur, quod præ nimio remissionis peccatorum consequendæ desiderio nihil cunctata, & neminem verita est, quod præ summa verecundia, & humilitate retro stabat, quod præ doloris magnitudine, adeo largiter fleuit, vt lachrymis pedes rigaret Saluatoris, quod præ nimia erga Dominū charitate, & affectus pietate capillis capitis sui tersit eius pedes, eosque ex via puluerulentos osculata sit, atque vnguento precioso, quo capita vnguntur vnxit pedes, quæ omnia signa sunt dilectionis eximiæ, sicut & quod multas vicit difficultates. Aiebat Propheta. Spi-
Esa. 25. ritus robustorum, quasi turbo impellens parietem. Dæmon ante eos, qui volunt conuerti parietem opponit maximum, vitę anteactæ dulcedinem, longam consuetudinem mali, quæ vim habere videtur naturæ, pœnitentiæ labores, verecundiam, veniæ difficultatem, restitutionem faciendam, &c. Sed robusti, in quibus Spiritus sanctus radices misit, instar turbinis parietem impedimentorum impellunt, friuolas rationes, quibus alij ab agenda pœnitentia arcentur, contemnentes, lib. 14. cap. 23. num. 19. Accessit retro, ac si diceret.
13 Tota die verecundia mea coram me est, & confusio faciei meæ cooperuit me. Et capillis tergebat, qui meliores multo erant, quam quondam capilli Absalon, qui ad ornatum vē debantur fœminarum, hi autem ad ornatum animæ, & seruitium exhibendum pedibus Domini eos tergebant, &c. Lachrymis abundantissimis fluentibus rigabat illius pedes. Aiebat Gregor. cum vehemens pœnitentiæ spiritus mentem occupat, omne gaudium perturbat, vt nihil iam nisi flere libeat. Vnde licet in cunctis sacrificiis similæ thus, & oleum adhibenda forent, neutrum tamē adhibendum erat in sacrificio pro peccato, in quo nec oleum lætitiæ, nec thus suauitatis imponitur, sed qui peccata pristina detestatur, sicut regius vates poculum cum fletu miscet, & lectum lachrymis rigat, rugitque præ dolore a gemitu cordis sui. Detestatio pœnitentiæ est, nolle peccasse si esset possibile, & quia factum infectum nequit fieri, contristatur homo, & mæstus sit. Nec mirum, quod cū Hieremias assiduis fletibus ruinam templi fleret, quod homo prophanatum animæ suæ templum deploret. Vidit Iudas sanctificationem desertam, altare prophanatum, portas exustas, & quod templum luxuria, & comessationibus erat plenum, & scortantium cum meretricibus. Cumque hæc cerneret sanctus Mathathias aiebat. Vę mihi, vt quid natus sum, videre contritionem populi mei, & contritionē Ciuitatis sanctæ, sancta in manu extraneorum facta sunt, quæ erat libera facta est ancilla. Quo ergo nobis adhuc uiuere? Et Scidit vestimenta sua Mathathias cum filiis, & operuerunt se ciliciis, & planxerunt valde. Qui ergo cuncta ista considerat per peccatū, animæ suæ accidisse, illius ingentia plorat nocumenta, sicut & Susannæ consulebat Hieronymus lachrymis, inquit, madens dic, cor cōtritum, & humiliatum Deus non despicies. Clama, Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, vt defleam vulnera animæ meæ. Conuersi sunt dies fæsti mei in luctum, cantica mea in lamentationē, succesit iucundis canticis dentium stridor, & fletus oculorum, obmutui, & humiliata sum, & dolor meus per singulos dies renouabitur. Dic, exitus, vel vt alia habet lectio riui aquarum defluebant ab oculis meis. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Et subdit Ezechias. Ecce in pace amaritudo mea amarissima, id est cum amaritudine summa cruciarer, hæc mea amaritudo versa est in pacem, tu autem eripuisti animam meam, vt non periret, proiecisti post ter-

Greg in mora. Origen. Psalm. Chrysho. 22 ad pop. 1. Maca. 6 Psal. 50. Hierem. 9 Psal. 118. Esa. 38.

tergum tuum omnia peccata mea, vbi amaritudinem præposuit veniæ, & lachrymas docuit fore remedium, quibus totus ignis inferni extinguitur, ne peccatorem lædat, quas sancti mari compararunt rubro, vbi Pharao cum exercitu suo interiit, &c. vbi cuncta moriuntur peccata cum eorum Principe Dæmone, sicut Magdalenæ contigit. Cuius lachrymas magni pendens Basilius aiebat. O precia lachrymæ instar margaritarum e beatis illis oculis profluentes, o fortem, ac sapientem animum, o acrem, & spiritualem amorem, o desiderij stimulum animæ verbi Dei cupidæ. Lachrymas pro peccatis fundebant iusti ingentes, lib. decimo, cap. secundo, nume. 1. 2. 5. 14 15. & 16. Lachrymas tantum adinuentas ad lugenda peccata optime conuincit Chrysostom. ibidem nume. nono, & 21. Lachrymis placandum Deum etiam gentiles cognouerunt, num. decimo. Peccata quam acriter, & quam continue flebant sancti, lib. tertio, cap. 25. nume, octauo, 12. 14. & 16. lib. decimo, ca. secundo, nume. 1. & 2. lib. 14. cap. 21. nume. 24. & 25. cap. 22. nume. 7. 8. 11. vsque ad 13. 49. 56. vsque ad 58. Pœnitentis lachrymæ ignem extinguunt peccati, lib. 3. cap. 25. num. 11. & 14. lib. 14. cap. 21. num. 24. & 25. 45. & 49. cap. 22. num. 32. 33. 43. 47. & 48. cap. 23. num. 9. 10. & 24. In pœnitentia duplex sit fletus de malo patrato, & bono omisso, lib. 3. capit. 25. nu. 19. lib. 14. cap. 17. nume. 13. capit. 22. nume. 56. Pœnitentiæ lachrymas sequitur grandis consolatio de fiducia veniæ obtentæ, libr. tertio, capit. 25. num. 24. lib. 14. cap. 21. nume. 43. 47. & 48. cap. 22. num. 51. Pœnitentia pro peccatis grauibus, & leuibus, quam acris, & continua erat in sanctis, lib. 14. cap. 22. numer. 11. vsque ad 14. 29. 30. 35. 49. 56. usque ad 58. In pœnitentia vestes cinis, lachrymæ dignæ sint homine peccatore, lib. 14. capit. 22. num. 16. 20. 25. 27. 30. 32. vsque ad 34.

Hom. q. sine diuina virtute Sathanæ resistere non valemus.

15 Sed verba illa Lucæ perpendenda sunt multum cum dixit, Lachrymis cœpit rigare pedes eius, exordium narrans lachrymarũ, non finem ipsis impositum. Qui enim iniuriam Deo factam considerat temperare a lachrymis nescit, quantumcunque remissæ sint culpæ, sicut de beato Petro refert Clemens, quod irriguis fletibus combusserat genas, dum negationis peccatum ad memoriam reuocabat. Et Ambros. ait. Cognoui quosdam in pœnitentia sulcasse vultum lachrymis in quibus verbis aratri metaphora significauit fletuum assiduitatem exarasseque fletibus genas. Et regius vates cui incerta, & occulta sapientiæ suæ manifestauerat Deus, aperiens illi condonatas esse offensas, rigabat per singulas noctes lectum lachrymis, nec terminũ imponebat fletibus. Vnde grauis, & admiranda Niniuitarum pœnitentia, quæ meruit scelerum condonationem, quia diuturna, & perseuerans non fuit, eos tandem a diuina non liberauit vltione, sicut Prophetia testatur Nahum. Non ergo lachrymis diluenda

Lib. 2. de pœnitent.

August in psalm 50.

Nahum.

sunt crimina taliter, quod cessent illæ cõdonatis offensis maxime in hominibus, quibus merito dicitur, de propitiato peccato noli esse sine metu, quia qui arbitraris Deum placatum, peccatum dimissum, huius rei certus nõ es, vnde falsa securitas subrepat, quæ inconuenientia parit multa. Ad pedes Iesu prostrati rigemus pedes eius, lachrymę nostræ panes sint die, ac nocte, quibus pascatur anima nec illis imponatur finis, donec vita fuerit finita. Moderentur quidem illæ, & spe obtentæ veniæ consolentur peccatores, sed ex toto non deserantur, vtilissimæ enim sunt ad indulgẽtiam accipiendam culpæ, vel pœnæ. Pœnitentia duret tota uita, lib. tertio, capit. 25. num. 16. & 17. lib. 14. cap. 17. numer. nono, vsque ad vndecimum, capit. 21. nu. 51. capi. 22. numer. septimo, 11. vsque ad 13. 18. 35. 43. 47. 48. & 58. cap. 24. nume. 3. Pœnitens præ 16 confusione, recordatione viarum suarum displicere sibi debet, lib. 14. cap. 22. num. 15. 20. 21. & 32. Pœnitentiam sic agere debent homines, vt securi non sint, sed meticulosi de venia, lib. 14. cap. 22. nume. 25. 50. 56. & 58. cap. 23. num. 8. Pœnitentia peracta rursum delectari de culpa, facit, vt sanata vulnera serpãt, & iterum pullulent, lib. 14. cap. 22. numer. 45. & 46. Pœnitentia quotidie agenda, vt reparẽtur, quæ per peccatum in nobis veterascunt, lib. 14. cap. 23. nume. 6. & 13. Aliud etiam in pœnitentia Magdalenę in eius eximiam commendationem aduerte, quod non solum peccatorum suorum agnouit magnitudines, nec lachrymis ea diluenda curauit, fletus fletibus adiungens, &c. sed, dum vnguentum super pedes recumbentis effudit, capillisq. terfit, &c. quæ in ornamentum extiterant illius, illaqueandis animabus aptissimum, docere voluit illa ad pedes Saluatoris statuẽs, quod ea per quæ deceperat homines, per ea parauit remedia pœnitentiæ. Proinde & tu quibus rebus prouocasti Deum, per has rursum facito propitium. Prouocasti illum rapina placare eleemosynarum largitione, sicut Zacheus fecit dicens. Si quem defraudaui reddo quadruplum, & membra, quæ seruierant immunditiæ seruiant iam iustitię. Illa in sacrificium obtulit monente Deo, quibus seruierat peccatis capillos, odores, &c. Sicut scriptum est. Quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectis, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina, vt auertat hominem ab his, quæ fecit, &c. Increpat quoque per dolorem in lecto, & omnia ossa eius marcescere facit, abominabilis ei fit panis, & cibus, antea desiderabilis. In quibus uerbis conuersionis initium, progressum, & terminum explicuit. Quando dormiunt homines, peccatorum sopore correpti, & in delectationis lecto quiescunt mandatorum Dei obliti, vnus in lecto quiescens auaritiæ, alius luxuriæ, &c. Tunc Deus specia li motione, eorum aures aperit per interiorẽ inspirationem, & erudit, damna aperiẽs peccatorum

Chrys. orat. de S. philogonio.

Iob 33.

catorum, in quibus detinetur, & tunc abominatur homo anteactam vitam, & quæ ad uoluptatem antea ferebant detestatur, hoc est cibus antea desiderabilis fit exosus, fit vt ea in quibus antea delectabatur, ita detestetur, vt nihil ei fit abominabilius. Effudit liberaliter vnguentum, quod antea prodige turpitudini consecrarat. Sicut olim populus, vt Deum aureũ faceret separauit se ab inauribus aureis ad idolum fabricandum preciosa libenter tribuens, quod si ab vxore, aut filia monile auferret vir ad bonum aliquod vix tota die fletum domus compescere potuisset, nunc vero tam facile preciosis se expoliari permittunt ad idola. Vix Aaron verba finierat quando iã omnia iocalia, & preciosa sua ad eum adducunt. Sed in Exo. Ad verbum Moysi obtulerũt mente promptissima ad faciendum opus tabernaculi testimonij viri, & mulieres armillas, & inaures, annulos, & dextralia, &c. Quod dederant ad idolum fabricandum nunc dant ad opus Domini ea expendẽtes in ministerio Dei, quæ expenderant in obsequio vitiorum. Sic hæc mulier, quot inuenit vitiorum incentiua, tot exhibuit holocausta. Et sicut de Hester legimus, loca in quibus lætari consueuerat crinium laceratione compleuit; ornatu, & compositione multos deceperat, ista ex toto deponit, & offert Deo. Illa vult Deus sibi offerri, quæ officina esse solent impietatis, vnde in Exo. præcipitur. Tolles ab ariete adipẽ. Nihil reliquiarũ peccati debet remanere a- 17 pud peccatorem. Peccator a Sacerdote conuersus pectus, & brachium dextrum det illi, id est cor, & opera Deo consecret, li. 14. c. 22. num. 1. Pœnitentiæ modus optime figuratus fuit in sacrificio leprosi, ibid. num. 2. vsq. ad 4. Peccata relinquenda, & quicquid visibile in mũdo est docere voluit sponsus bis sponsam uocans, ibidem nu. 6. Pœnitentes sic flere debẽt peccata, & ab eis recedere, vt etiam fructus dignos pœnitentiæ faciant, numer. 9. 11. vsque ad 13. 16. 25. 26. 30. vsque ad 32. & 34. 52. 56. vsque ad 58. Per pœnitentiam relinquẽtes Aegyptum offensiones oculorum suorum abiciant, ne delectentur his quibus antea delectabantur, eaque relinquant, quibus antea seruierant vanitati, vestium superfluitatẽ, comam, &c. lib. 14. cap. 22. numer. 22. 23. 26. 30. & 31. Per pœnitentiam sic flenda sunt peccata, ut etiam emendatioribus factis operiãtur, ibidem num. 34. & 51. Ornamenta omnia a se proiecit Magdalena, quod & facere expediẽtissimum est mulieribus multis de causis fucum, quo facies liniunt, vt imprudentium faciant euolare corda in proprium ipsarum malum, lib. 9. ca. 2. num. 11. 12. 13. 15. 20. 23. 25. 28. 29. 31. & 32. Illæ enim sunt, quæ in superfluitate vestium excedunt viros, num. 2. vsque ad 4. 19. 20. & 28. Fœminæ vnguentis preciosis vnguntur, quæ nocent multum, & lasciuiæ opinionem ingerunt, nume. 11. Fœminæ, quæ ad Ecclesias pergunt nimio ornatu fulgentes taxantur, ibidem num. 14. 17. 18. & 27. Fœminæ libidini innatæ naturæ superaddunt occasiones explendæ libidinis in vestium ornatu, nu. 20. & 21. Fœminæ adulterantes faciem, meditantur adulterium castitatis, ibidem nu. 23. 29. & 31. Denique, quod in Magdalenæ pœni 18 tẽtia imitari expedit illud est, quod sicut hæc post interni animi dolorem, internum peccatorum odium lachrymis vtebatur, quæ tacitę erant preces, deturpabat faciem, opera exhibebat satisfactoria, ita & qui peccatum deseruit, satagat vt ieiuniis, precibus, eleemosynis, pœnarum temporalium fiat condonatio. Inter Sacramentum enim Baptismi, & Pœnitentiæ hoc interest, quod cum Baptismus regeneratio quædam sit interioris hominis, totus homo vetus destruitur, nec vlla remanet culpa, aut pœna, si fictio desit, nec etiam temporalis. Cæterum pœnitentia cum sit languẽtis animi curatio, cui per modum medicinæ passio applicatur Christi, secundum recipientis dispositionem sequitur effectus. Potestque accidere, vt tanta peccatorum detestatione, tãto animi dolore angatur anima, vt interoant peccata, & pœnæ etiam temporales illis debitæ, sicut fortasse Magdalenæ accidit, Paulo, &c. At quod vt in plurimum contingit illud est, quod pœna æterna mutatur in temporalem, quæ in hoc sęculo luenda est, vel in futuro. In hoc sæculo eleemosynis, ieiuniis, vigiliis, &c. Vnde Hieron. aiebat, Susannæ lapsæ lugubris tibi vestis accipienda est, & mens, & membra singula digna castigatione puniendæ. Amputentur crines, quæ incontinentiæ præbuerunt ansam, madeãt oculi lachrymis, qui turpiter procacem aspexerunt virum, pallcat facies, quæ quondam irrubuit impudice totum denique corpus iniuriis, & ieiuniis maceretur, cinere aspersum, & cilicio perhorrescat, talis actio satisfactionis, & pœnitentiæ si fuerit perseuerans, audebit hic sperare pœnæ euacuationem. Et idem in epistola ad Eustochium epitaphium Paulæ matris suæ refert, quod cum assiduos admirandæ fœminę cerneret fletus, illorumque periculum, illique suaderet, ut oculorum lumen non extingueret flendo, sed eos sacrarum litterarum lectioni seruaret, aiebat illa. Turpanda est facies, quæ contra Dei præceptum purpurisso sępe depinxi, affligendum corpus, quod multis vacauit deliciis, longus risus perpeti compensandus est planctu, mollia linteamina, & serica preciosissima asperitate cilicij commutãda, quæ viro, & sæculo placui, nunc Christo placere desidero. Placuisse viro, mollem lectum, vestem preciosam illustrissimæ fœminæ debitam, ornatam faciẽ, ciliciis, flagellis, lachrymis reparanda censebat Paula, vt aduertas manifesta hominum flagitia, quo rigore diluenda sunt, vt Deo satisfaciamus, licet ille bonitate sua æternam pœnam mutauerit in temporalẽ. Non satis esse credebant sancti e vulnere gladium educere, sed remedia vulneribus adhibere oportet per satisfactoria opera, ieiuniis, quibus domatur cõcupiscentia carnis, eleemosynis,

Epist. 27.

Cõc. Colon.

mosynis, quibus medetur concupiscētiæ oculorum, & pia oratione, qua dum diuinā reuereremur maiestatem, superbiam vitę moderamur. Ne aliquando audiat homo miser. Quantum se glorificauit, & in deliciis fuit, tantū da te illi tormentum, &c. voluntarie ille in se punit, quod satisfactione egere cognoscit, & dicit. Ecce contriti sunt inimici nostri, sed ascēdamus per opera satisfactoria, mundare sancta, & renouare. Satisfactiones istę olim admirandæ erāt in sanctis, quibus ipsi inuigilabant, rigidæ illę imponebantur a Cōfessariis, rigidæ erant in Ecclesia pœnitentiæ publicæ, quando crimina grauia, & publica hoc egebant remedio, qualem fecit Theodosius Imperator iubente Ambrosio, Fabiola illustrissima Romana, vt docet Hieron. in epitaphio illius. Pœnitentiam rigidam faciendam post peccatum, quibus rationibus suadebant sancti, lib. 1. ca. 4. nu. 8. vsque ad 11. Peccata quā acriter, & quā continue flebant sancti, li. 3. ca. 25. num. 8. 12. 14. & 16. lib. 10. cap. 2. nume. 1. & 2. lib. 14. cap. 21. num. 24. & 25. cap. 22. num. 7. 8. 11. vsque ad 13. 49. 56. vsque ad 58. Pœnitētia, & compunctio vigere in delitiis non potest, lib. 3. cap. 25. num. 2. 21. & 22. lib. 14. ca. 22. num. 54. Pœnitentia perfecta facit, ut careat homo libenter delectationibus anteactis, lib. 3. cap. 25. num. 14. lib. 14. cap. 21. num. 48. c. 22. num. 42. 44. & 51. Pœnitentia publica Fabiolæ miranda fuit propter peccatū, quod ignorans commisit, lib. 14. cap. 21. nume. 24. & 25. Pœnitentia publica Theodosij Imperatoris commendatur, lib. 14. cap. 22. nume. 35. & 43. lib. 16. cap. 6. num. 12. Pœnitens cogitans, qualis factus fuerit per peccatum pœnitentiam agat, sui factus iudex rigidus, & castigator, li. 14. ca. 22. num. 16. 19. 25. 29. 30. 32. 52. 56. vsq. ad 58. Pœnitentiæ arma ieiunium, & saccus, antea ieiunium, quam saccus, primum quod occultum est fiat, deinde quod palam, ibidē num. 26. 52. & 53. Magdalenæ pœnitentia hæc fuit, cui tunc finis fuit impositus cum in solitudine degens mirabiliter per 29. annos afflicta vitam exhalauit, tale enim pœnitentiæ exordium, tali fine clausum est, vt benediceret Deus coronę anni benignitatis suæ, quam texuit incredibili rigore, cuius initium tale fuit, quale retulit Lucas in Euangelio hodierno. Cumque talis esset huius fœminæ perfectio calumniatorem habuit inuitantem Pharisæum, qui dixit.

Hic si esset propheta sciret vtique, quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est. Sicut mulier hæc speculum est pœnitentiæ, sic Pharisæus docet eorum arrogātiā, quā sibi de iustitia placentes, fastidiebāt peccatores, & contemnebant. Cum enim hic religiosus auxilio illi esse debuisset ei, quæ miserabiliter cruciata, & eiulans ad pedes iacebat Saluatoris, mulier nobilis, & afflicta, quæ animū bestiæ ferocissimæ ad cōpassionē adducere debuisset, illū, qui seipsum amabat, sine affectione dimisit, immo illum ad indignationem mouit, & qui benignitatem Domini laudare, & admirari debuisset, qui fætentem peccatorē non exhorrebat, ad vtrinsq. calumniā pronocatur, & condemnans fœminam peccatricē ad pedes medici prouolutam, & Dominū ignorantiæ arguens, quod eam non pellebat, dum sceleratā eius vitā ignorabat. Putabant enim Pharisæi virum iustum contaminari contactu, & colloquio peccatorū. Non ergo, quia peccatrix erat, aut ipsa non accedere, aut a Domino repelli debuit, sed potius quia peccatrix erat, ideo medicus Iesus contactum eius admittendum iudicauit, & illa se ob id Iesum contingere debere putauit, vt vulneribus remediū adhiberetur. Mulier Sunnamitis ad Elisæi pedes defunctum filiū inconsolabilibus lachrymis deplorabat, Giezi vero eius discipulus, qui viscеribus misericordiæ erat destitutus eam amouere volens, audiuit, dimitte illam, quia anima illius in amaritudine est. Magdalena ad pedes Saluatoris demissa, ueluti defunctum filium plorabat animam peccato mortuam, Pharisæus vero indignum ratus, quod ad Christi contactum accederet, volebat excludere, &c. Fornicatus fuerat populus cū filiabus Moab, & adorauerūt Deos eorum, &c. Et ecce vnus de filiis Israel intrauit ad scortū Madianitidē vidēte Moyse, & omni turba filiorum Israel, qui flebant ante fores tabernaculi, sic cum Pharisæus compati debuisset fœminæ, quam peccatricem credebat vt signari iuberetur a Domino, sicut viri quos viderat Ezechiel aliorum peccata gementes, vt illi in die furoris parceret Dominus, falsa iustitia indutus indignatur. Proximorum mala lugebant sancti, lib. 1. cap. 14. num. 5. vsque ad 8. 13. 21. vsque ad 23. 27. vsque ad 29. lib. 9. cap. 16. num. 9. vsque ad 11. lib. 16. cap. 7. nu. 3. 4. 14. & 17. Peccatis alienis compatiendū est, non insultandum, lib. 9. ca. 19. num. 3. 9. vsque ad 11. sicut qui indignans aiebat. Hic si esset propheta, &c. In quibus verbis huius Pharisęi insania pensanda est, quæ in duobus consistit. Primum, dum arbitrabatur prohibitū esse hominibus sanctis peccatores alloqui, & nocumentū ab illorum contactu reportare. In exordio quidē virtutis, dū tenella est illa cōuenientissimum est impiorum cōsortia fugere, redeundi ad pristina vitia occasiones deserere. Cum enim virtutum habitus nondum sint diuturnitate confirmati facile exemplis, aut suasionibus aliorum pereunt, qui adamātini credebātur, sicut qui inter Babylonios captiui flebant, dum recordarentur Sion in salicibus suspendentes organa, verba cantionū detestantes, & dicentes, si oblitus fuero tui Ierusalem, obliuioni detur dextera mea, &c. & tamen mutua familiaritate Babyloniorum, ciuitatis sanctæ multi illorum obliti, cū libertatem remeandi ad propriam concessisset Cyrus Rex, multi illorum Babyloniam prætulerunt templo Sancto. Vnde Hieronym. Heliodoro suadens, vt mundanorum fugeret societatem aiebat, tutum non esse cum scorpionibus

Apoc. 18

1. *Mach.* 4

19

Psalm.

20

Hieron. ep. 1.

bus habitare, quia qui tangit picem inquinabitur ab ea. Imperfectorum enim inconstantiæ hoc tributū est, vt cum euntibus proficiscantur, & cum stantibus etiam stent, immo redeant ad vomitum, vt in statuam salis conuertantur. At perfecti viri lucent in medio nationis prauæ, sicut luminaria in mundo instar radiorum solarium e cęno nocumentum nullum reportātes. Iusti inter impios, si perfecti sunt, non corrumpuntur, sed illos potius conuertunt, lib. 9. capit. 19. per totum, lib. 11. cap. 5. numer. 13. & 15. Malorum societatem imperfecti vitare debent, libr. 9. cap. 19. nu. 8. 11. 12. & 14. cap. 21. num. 8. lib. 10. cap. 9. nu. 4. & 5. lib. 11. cap. 5. nume. 12. & 15. lib. 14. cap. 4. num. 4. Nec hæc sola Pharisæi huius erat stoliditas, sed alia hac non inferior, dum statum huius fœminę iudicabat ex anterioribus, peccatricem eam modo credens, quia talis extitisset antea, non aduertens hominis uariabilitatem, qui nunquam in eodem statu permanet, non aduertens solum Dominum hærentē schalæ vidisse Iacob, cum omnes ascendētes, aut descendentes fuisset contemplatus. Sicut enim qui ante horam lapides erant Sanctuarij, iacent dispersi in capite omnium plateārum, ita hi quorum facies denigrata erat super carbones Deo coniuncti pulchri sunt, ut Luna, electi vt Sol. Audis, qui nutriebantur in croceis amplexati sunt stercora, qui vescebantur voluptuose interierunt in viis, audi etiam potentem Dominum, & suscitantem e terra inopem, & de stercore erigentem pauperem. Peccatores surgentes, & iustos ruere sæpe videmus, vnde in peccato cadentē desperare, & stantem confidere perditio animarum est, lib. 14. cap. 18. num. 3. vsque ad 6. 8. vsque ad 15. 18. vsque ad 25. Vas electionis fit ante horam, qui dirum toto pectore virus efflabat, & Sanctorum sanguinem sitiebat, & quando discipulus gehennam intrauit, tunc meretrix lupanar exiuit. Stulte ais, si sciret, quæ, & qualis, immo quia scit, quæ, & qualis est hæc, Iesus tactu, & lotione eius delectatur. His breuissimis verbis quæ, & qualis, veluti longissima oratione significabat sceleratam fœminæ vitam, sed iisdem commendat Iesus virtutem illius, quæ instar Iacob ad pedes illius iacens luctabatur cum eo, a quo copiosissimā obtinuit benedictionē, non eam quam alter audiens consolationem, quod contra fratrem prȩualeret, sed benedicta in omni benedictione spirituali, in cælestibus, in Christo, spiritibus malignis prævaleret. Dicere posset, qui eam tergentem crine pedes cerneret, Hęccine est illa Iezabel stibio depicta? &c. Proiecit eam Deus, & præcipitauit speciosa illius, & pro crispante crine caluitium nudauit.

Hæccine est illa Magdalena, nobilis, diues, &c? Legimus Hester in secreto cubiculi depositis vestibus Regiis fletibus, & luctui apta indumenta suscepisse, in cubiculo id nullo vidēte, quia prohibitū erat sic adire

Ezech. 1

22

Bernard.

Thren.

Num. 25.

Oleaster.

Ezech.

21

Cyr. in cœna Domini.

Hester 14

præsētiā Assueri, & Magdalena inter cōuiuātes pœnitētiæ habitū nō erubuit, sciēs illo maxime delectari Principem Christum. Cumque hæc cunctis post habitis, & criminationibus, & iudiciis pedibus Christi hæreret, illum habet defensorem exemplo duorum debitorum, &c. Concludens remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Et licet e contrario videretur inferendam conclusionem secundum parabolæ exigentiam, quoniam remittuntur ei peccata multa, ideo dilexit multum, infert vero, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum, bene infert, quoniam illa duo conuertuntur, quia & dilectio multa est causa remissionis multorum peccatorum, & remissio multorum peccatorum est causa dilectionis; sed diuersimode, nam remissio est causa multæ dilectionis, tanquam disponens, & prouocans, quia prouocamur ad amandum eum, quem consideramus sua bonitate nobis peccata dimittere, dilectio vero est causa remissionis, tanquam perficiens ipsam remissionem, & ita vtrunque inferri potuit. Virtutem fœminæ commendat, omnesque eius circunstātias magnifacit dicens, hæc autem ex quo intrauit, &c. Solet Dominus non tantum bona opera laudare, sed etiam omnes circunstantias eorum dicere, sic in Genes. cum immolationem Isaac magnificaret, aiebat. Non prohibuisti filium tuum vnicum. Solent homines circunstantias bonorum suorū operum Deo ostendere, ac si ipse oculos ad hæc videnda non haberet, cum tamen ipse Deus nihil horum omittat, & per singula laudet. Non considerauit Magdalena sui operis circunstantias, nec substantiam, quæ tamen singula Christus Pharisæo enumerat. Sic & Abrahæ dicit. Quia fecisti rem hanc. Non solum opus commendat, sed & tanti facit, vt nomen quod operi imponat non inueniat. Non dicit, quia voluisti immolare filiū mei causa, sed quia fecisti rem hanc. Quam quæso Domine? Non inuenio nomen operi dignum, &c. Et sicut uirtutum magnificit circunstantias, etiam & peccatorum exaggerat, sicut cum adorationem vituli retulisset Dominus Moysi, aiebat. Fecerunt sibi uitulum, incuruauerunt se ei, ac immolauerunt, ubi omnia, quæ opus malum aggrauare possunt inculcat.

Caie.

Genes. 22.

Oleaster.

Exod. 32.

Oleaster.

24

Ex his, quæ retulimus in commendationem Sanctæ huius fœminæ ad morum ædificationem colligebat Bernardus, hoc in anima peccatrice necessarium primum, ut iaceat ad pedes seueriissimi Domini, nec oculos ad cælum leuare audeat, vbi sancta peccatrix peccata deposuit, vbi Aethiopissa mutauit pellem, & dicere potuit, Nigra sum, sed formosa. Flens pestilentissimos, amarosque vomuit humores. Prosternere tu, o misera, ut desinas esse misera, placa pedes osculis, riga lachrymis, quibus tamen non illum laues, sed te, & fias una de

Serm. 3. in Cant.

Cant.

grege tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, vt suffusum pudore, & mœrore vultum illum non leues, donec audias, dimittuntur tibi peccata. Consurge consurge captiua filia Sion, consurge, excutere de pulnere, hinc ad osculum manus assurge. Condonata offensa secundus passus sit fructus facere dignos pœnitentiæ, & non redire ad vomitum. Nolo repente fieri summus, paulatim proficere uolo, longus saltus & arduus de pede ad os, manum osculare prius, illa prius te tergat, & erigat, vireſque tribuat ne labaris. Osculare manũ, gratias age pro condonatis offensis. Accedat osculum oris adhærens Deo, & effectus vnum
25 cum illo. Virtus in exordio imperfecta paulatim perficitur, lib. nono, cap. sexto, num. decimo, cap. 22. nume. 1. 2. & 9. lib. 18. capit. nono, nume. octauo. cap. 12. nume. 2. vsque ad 4. & 24. cap. 13. num. 6. & 7. Aduerte etiam ex doctrina Augustin. quorundam exempla, quos peccasse legimus, non ideo esse scripta, ut securitatem præbeant peccandi, sed ut discere mus, vel pœnitendi humilitatem, vel etiam in talibus lapsibus non desperandam salutẽ. Pœnitentiã Dauid considera non peccata, vt ad lachrymas prouocemur, ad pœnitentiã enim agendam monere nos debent exempla peccatorũ, li. 14. ca. 23. nu. 2. vsque ad 4. & 16. Protraximus ultra morem annotationes has quæ inseruire possent concionibus de pœnitentia, quæ in quadragesima proponi populo solent frequenter Dominics diebus.

Lib. de nat. & gratia.

IN FESTO S. IACOBI Apostoli.

Euangelium.

Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi. Matth. 20.

In expositione huius Euangelij diximus multa feria 4. Dominicæ 2. in Quadragesima. Vide lib. 8. cap. 4. num. 4. & 5.

In festo S. Iacobi Apostoli. 1 VNDE modo adnotanda veniunt, quæ laudes Apostoli Iacobi cõcernunt. In quibus dicendis Ecclesia protulit hæc verba eximiis laudibus plena. O lux, & decus Hispaniæ sanctissime Iacobe, qui inter Apostolos primatum tenes, primus eorum martyrio laureatus, o singulare præsidium, &c. Admirationem excitans, vocat eum lucem orbis, potissime autem Hispaniæ, quoniam sicut lux instrumentũ est generationũ, instrumentum cõseruãdę vitæ necessariũ, sine qua, nec vitam accipere quis põt, nec cõseruare, cælũ. n. in hęc inferiora, mediãte luce operatur, dumq. per solares radios cuncta hæc inferiora contingit, cuncta viuificat, cũcta conseruat sine luce omnia interirent, ornat lux terram, ne ea deficiente res pulchrę incognitæ maneant, turum iter dirigere non possint homines, &c. & licet radiis solaribus e regione oculos dirigere nõ possimus, eorum tamen quali possumus intui tu multum consolamur. Hanc quam in mundo hoc visibili cernimus solis vtilitatem, necessitatem, & delectationem, hanc in mundo inuisibili, & Ecclesia contemplari est necesse sanctorum Apostolorum præsentia, sicut de Paulo aiebat Chrysostom. his verbis, sæpe fulgido cæli globo delectatus oculos ad spectaculum oppositi e regione luminis se se uiolenter intendit. Et licet sentiat aciem suam imparem radiorum esse certamini, desiderio tamen illius pulcherrimi luminis intuendi libenter inaccessibili radiantis orbis reluctatur corusco. Tale ego perpetior, qui cum videam propriæ mentis oculos ex radiis Apostolici splendoris hebetari, cupio tamen contra importabiles solis micatus contentiosa subire certamina. Sol enim quidam est hominibus Paulus, qui totum prorsus orbem fulgentibus linguæ suæ radiis illuminauit, quique vniuersas circumeundo gentes cursum omnino solis imitatus est. Vbi, & quæ orbi intulit commoda, & quod ineffabilia eius encomia sint facer doctor explicauit. Ita & Iacobum cum solem, & lucem uocamus Hispaniæ, eius edicimus necessitatem, & vtilitatẽ, quæ ab illo reportauimus Hispani commoda, sine quo Dei ordinatione supposita, non minora passi fuissent incommoda maiores nostri, quam pateretur sublunaris hic orbis deficiente sole. Ab æterno semel locutus Deus Pater sempiterna illa uoce Filium sibi coæternum generauit, secunda in tempore fuit, fiat lux, quæ totius boni exordium fuit, in noua regeneratione orbis duodecim conditi sunt soles. Quoniam sicut ille, qui primus conditus fuit per duodecim signa zodiaci pergens cunctas orbis partes peragrans generationum auctor, temporum variatione calore humiditate frigore nubibus fructus gignit, salutem conseruat, &c. Ita soles hi dum quiuis eorum signum suum peregit, alius Italiam, alius Asiam, alius Indiã, alius Hispaniam, &c. peragrantes Prouincias has fertiles reddiderunt, lib. primo, cap. 23. num. quarto, & quinto. Idololatriæ, & uitiorum tenebras expellentes cuncta illustrarunt, electi, vt irent, & fructus uita æterna dignos facerent, ita ut fructus in æternum manerent. Sed quod de Iacobo magnificiendum censeo illud est, quod Hispaniam primum per se, deinde per nouem discipulos perambulans, & prædicans, quam semel recepit lucem non deseruit. Illius meritis, dum adhuc Deipara inter homines conuersabatur ab Angelis Cæsarauguſtam delata, ipsumque allocuta est, a quo lacrum illi ędificatum est, vt dicemus infra. Alij quidem Apostoli, licet admiranda virtute, & prodi-

Heb. 8. de laudibus Pauli.

Ioann.

giis,

giis, vnusquisque quam fortitus fuerat prouinciam ad fidem conuertisset, tamen non multo post tempore ad cultum Dæmonum se conuertit, at Hispania, postquam semel recepit fidem ab ea non discessit, sed qui erant tenebræ facti lux in Domino, vt filij lucis ambulantes errorum, in quibus parentes eorũ vixerant tenebris iterum non se implicuerũt nec sapientiam vicit infidelitatis malitia, qua fuerant imbuti, nec luci successit nox, sed illa attigit a fine vsque ad finem fortiter, suauiter disponens omnia, licet Maurorum, & Arrianorum variis infestata cladibus Iacobi fidem non deseruit. Petrus fundamentum Ecclesiæ immobile, & inconcussum hãc a Domino accepit firmitudinem, ut flantibus ventis, irruentibus fluminibus, & pluuiis, & impegentibus in Ecclesiæ domum non cecidit, quia supra firmam petram fundata erat, muroque ferreo, & adamantino potita, hostibus patere non potuit. Priuilegiũ hoc vniuersali conueniebat Ecclesiæ, cuius curam acceperat Petrus, nec particularis Ecclesia Prouincia, aut Regnum Domini lege hanc adepta est firmitatem, sed certe, quã Iacobus gubernandam accepit Hispaniam, qui columna erat Ecclesiæ, hanc illi contulit firmitatem, quia in columna hac ductor noster fuit, sicut quondam in columna nubis fulgida populum ad terram promissionis ducebat, & sicut tunc in columna nubis loquebatur ad eos, ita in columna hac non nubis, sed adamantina, & firma Hispanis loquutus suam illis aperuit uoluntatem, & in columna nubis thronum suum Iesus inter Hispanos collocauit: Nec solum viuens hoc munere functus est. Qui vicerit faciam eum columnam in templo Dei mei, dixit Ioãnes, quo honore dignus fuit Apostolus, qui insignẽ de se victoriam reportauit. Apostoli a Christo, qui adamas erat adamantini effecti sunt, lib. primo, cap. 23. numer. 6. 7. & 21. Et sicut cum vir sapiens stellam uidet lucentem, aut Lunam, inde colligit solis claritatem, sciens omnia astra suam mendicare claritatem a sole, ita cum Hispaniam videris fidei radiis fulgentem, illos a sole Iacobo receptos aduerte, Apostolorum enim doctrina fulget Ecclesia, vt sole Luna. Cum Deo disponente ossa Apostoli Compostellam stupendo miraculo sunt delata, stella micans apparuit, unde dicta fuit Ciuitas illa Compostella, id est campus stellæ. Quid consequens sit? Certe, quod stella illa indicium sit solis, qui ad nos uenit, recte ergo lux ille dicitur, & decus Hispaniæ honor, & pulchritudo, vt pote qui eam ab ingruentibus tenebris liberauit, ita ut fidem nusquam deseruerit. Multa sunt ex quibus Hispania honoranda venit, quoniam, ut scriptum est, quædam Prouinciæ Romæ dedere argentum, alię aurum, aliæ æs, ferrum, &c. Sed Hispania Imperatores illi contulit sapientes, industrios, & fortes, viros fideles, egregios milites, quibus solis Iulius Cæsar illam in custodiam dedit, &c. Sed beneficium maius, tunc Reipublicæ confertur cum illa sanctis honoratur, sicut Agatha Luciæ apparens dixit, quod per eam Ciuitas Syracusana honoraretur a Domino Iesu Christo cum ossium eius reliquiis clara Ciuitas illa effecta est. Assisium ossa Francisci illustre reddiderunt, Bononiã Dominicus ibi iacens celeberrimam reddidit, Toletum Leocadia honorauit, &c. Sed quæso quanto maioris honoris titulo decoratur Hispania ossibus Iacobi, quæ quem Prædicatorem in vita accepit, patronum recepit post mortem, ita vt vnicus, & vita fructus, in præsidium sit datus, non solum doctrina tenebras fugans, sed & gladio fidei hostes exterminans, ex piscatore non solum effectus animarum magister, sed insignis eques, & miles ad perdendos hostes, nobis datus, sicut Ramirus Hispaniarum Rex, priuilegio, & litteris posteris memoriæ commendauit, anno 862. Quibus Cælestinus Pontifex robur cõfirmationis dedit, quarum hæc breuis summa est. Quod nomine proprio vxorisq. eius, quæ Vrraca vocabatur, Principis Ordoño, & fratris Garsiæ, de consensu Prelatorum omnium Hispaniæ, magnatum, nobilium, & promiscuæ plebis vota, & tributa redden da singulis annis statuit Ecclesiæ sancti Iacobi in Compostella, quibus hac occasione astrictus fuit sanctus Rex, quod post uastationem, miseramque cladem Hispaniæ, quæ tempore impij Roderici Regis contigit ab Agarenis, centum puellarum Virginum tributum soluebatur Mauris, quibus illi turpiter abutebantur. Quam nationis huius infamiam, diuinamque offensam ferre non valens Rex Ramirus egregium exercitum cõparauit, rogauitque viros Religiosos, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, vt ipsum comitarentur, ut eorum precibus militum vires crescerent, iuuante Deo, vireſque hostium profligarentur, qui innumeri erant. Hac maxima fiducia ad oppidum Alueldæ, (inquit) perueni non humanis fidens viribus, sed diuinæ protectioni, sed nihilominus potentissimus infidelium exercitus ducentorum millium hominum tam acriter pugnauit, ut eximiam nostrorum militum multitudinem peremerint. Qui autem Barbarorum manus euadere potuerunt, ad collem oppiduli de Clabijo confugerunt, qui omnes conglomerati hostium feritatem pertimescentes totam noctem vigiles, lachrymantes, & orantes traduxerunt, nescientes quid facto opus esset ne illucescente die ab hostibus perimerentur. Multa tristitia pressus, inquit Rex, sopor occupauit me, cumque dormiens quiescerem Iacobus Hispaniarum defensor astans excitauit me dicens (ignorabam enim, quis ille esset.) Ego sum Iacobus, qui sortem Prouinciam Hispaniæ inter Apostolos protegendam a Domino accepi,

Hierem. 1

Exod. 13.

Psalm. 98

Eccles. 24.

Apoc. 3.

cepi, cumque eius cura mihi sit demandata, huic muneri inuigilo, manumque meam sua contingens, & comprimens dixit. Animo æquiori esto, crastina enim die uobis adiutorio ero, quo hostium eximiam profligabitis multitudinem in cuius rei certum signum, & Mauri, & Christiani, equo albo insidentem cernetis me vexillum in manu ferentem. Vnde Sacra Eucharistia refectis, peccatisque confessis hostes aggredimini nomen Domini, & meum inuocantes, certa enim hoc medio erit victoria. Quam Apostoli reuelationem Rex Prælatis retulit lachrymis plenus, & confidens cœpit pugnare cernentes milites Iacobum ferientem Mauros, & tuentem Hispanos clamantes, Santiago, Santiago aiuda nos, quę fuit prima Apostoli inuocatio in bello facta, qua hostium sexaginta millia interierunt fugientibus cœteris. Qua occasione votum, quod retulimus factum est. Statutumque, ut omnes Hispaniæ milites, qui in bello contra Saracenos spolia tulissent inimicorum, partem darent Iacobi Ecclesiæ, cum ille pugnans eorum prælia, dignus esset, qui spolia reciperet, & cui portio bonorum adiudicaretur ueluti equiti pugnanti. Vnde sicut olim Iulius Cæsar significabatur librũ ferens iu siniſtra manu, & ensem in dextera, his verbis inscriptis, Ex utroque Cæsar, id est sapientia, & armis, Regnum comparauit: valentiori iure Apostolus noster librum, & gladium meretur, ex utroque Iacobus noster est, & quia nos fidem docuit, & quia ense nos tutatus est, vt vulgo dici-
2. Mac. 15 mus, a capa y espada. In libris Machabæorum cum Iudas Machabęus cum Nicanore congressurus milites exhortans, somnium retulisset, inter alia dixit apparuisse illi virum ęta te, & gloria mirabilem, & magni decoris.

Audiuitque Oniam dicentem. Hic est fratrum amator, & populi Israel, hic est, qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta Ciuitate, Ieremias Propheta Dei. Extendisse autem Ieremiam dextram, & dedisse Iudæ gladium aureum, dicentem, accipe Sanctum gladium munus a Deo, in quo deiicies aduersarios populi mei Israel. Iacobus fratrum amator est, gloria mirabilis, decore excellens, ensem habet in manu, quem & militibus espatæ dedit in nostram defensionem, rubeum que illum, hoc est hostium sanguine tinctum, quo ab Hispania innumeri hostes relegati sunt. Hacque de causa merito decus Hispaniæ sanctissimus Iacobus vocatur. Cuius uirtutem ex multis eisque grauibus circunstantiis coniectare debemus, nec inter omnes minor illa est, quod inter duodecim Apostolos unus is sit electus.
Hieron. Esa. 6. Quoniam, ut aiebat Hieronymus, Duodecim Apostoli, duodecim alis figurabantur, quibus Seraphini illi, quos Esaias viderat ornabantur, quibus facies, & pedes sedentes in throno velabantur, qui supremo Seraphino Christo, inter omnes proximiores extiterunt, lib. primo, cap. 23. num. 22. Apostolorum gesta, verba, & omnia alia si sciremus animos nostros maxime moueret, ibi. nu. 28. Apostoli Ecclesiæ fundamenta maiores lapides fuerunt, quam qui illos secuti sunt, lib. 18. ca. 10. nu. 1. lib. 18. cap. 2. num. 31. & 33. lib. 16. capit. 12. num. 12. 14. 15. & 44. Apostoli principes sunt, qui præuenerunt, vt populi sequerentur, lib. 14. cap. 25. §. secundo, num. 46. Montes quos prius sol iustitiæ illumi nauit, vnde lux ad nos venit, lib. 14. capit. 26. num. 29. Hi enim duodecim preciosis lapidi- §
bus comparati sunt, quibus duodecim portæ supernæ Ciuitatis compactæ sunt, lib. primo, cap. 23. nume. 11. & 12. Quos vocauit Augustinus, duodecim stellas in capite Ecclesię sul gentes, & quam sol iustitiæ vestiebat, stellæ ornabant, vt pulchra esset nimis, ibidem numer. 19. Aug. hom. 9. in Apoc. Apoc. 12.

Cum ergo Iacobus vna ala sit, vna stella, lapis preciosus vnus, porta cæli vna, mons a Sole Christo eximio fulgore coruscans, Princeps vnus, qui populum præuenit, vnus ex his quorum admirandam curam Iesus suscepit, dicens, Pater Sancte sanctifica eos in veritate, &c. De quibus (Hieronymus) scriptum legimus. Diligit Dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob, id est super omnes veteris testamenti illustrissimos sanctos. Hoc commune habuit Iacobus cum reliquis, multis autem priuilegiis ornatus est super reliquos. Qui maior dictus est non ætate, sed vocatione, primo. n. vocatus fuit a Domino, & primo ei adhæsit & sibi magis familiaris fuit, qui ad secreta Iesu opera semper adducebatur. Sicut enim membra capiti propinquiora statim post illud introeunt, ita & Iacobus fuit primus Apostolorum vocatus per martyrium Hierosolymis passus post Christum. Solent fructus terræ priores esse gratiores, sic in nouitate Ecclesiæ Christianæ primi fructus extitere sancti Apostoli, Iacobus autem adhuc istis prior neci oblatus, tanquam primus fructus nascentis Ecclesiæ. Qui propter prædicationis efficaciam altius tonantem Boanerges, id est filius tonitrui vocatus est. Qua ratione Act. 12. Herodes Iudæorum iracundis vocibus inflãmatus, vt illis fieret gratus interfecit Iacobũ gladio, & qui miserat manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia, & qui vt placeret Iudæis apprehendit & caput Ecclesiæ Petrum, ante omnes Iacobum interfecit suadẽte Diabolo, a quo maiora incommoda reportabat. Venerat autem primum Hispaniam, quo cũ pergeret Sanctissima Deipara ei mandauit, vt in ea Hispaniæ Ciuitate, in qua plures ad fidem traxisset sibi ædem sacram erigere curaret, cumque peragratis multis Hispanię ciuitatibus, & populis, ibique disseminans Euãgelium regni Dei, nullosque conuertens tandem peruenit Compostellam, & inde diuertens direxit viam suam versus Celtiberiã, ingressusque augustissimam Ciuitatem Cæsar-
Ioann. Hieron.
augu-

gustanam, Regni Aragonum caput, ibi prædicationi insistens nouem tantum discipulos lucratus est Christo. Vbi cum moram traheret, discipulos quos conuerterat plenissime in fide instruens, ac assidue orationi per dies illos vacans vna cum illis, audiuit per aera media nocte concentus Angelorum simul canentium, ac sæpius repetentium, Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, &c. Et erectis in cælum oculis suis, Reginam cæli aspexit Angelorum choris vallatam, ac sedẽtem super columnam marmoream diuinitus allatam Angelicis manibus, quem alloquens sacra Virgo, ait, Hoc in loco in memoriã mei super prædictam columnam Angelorum manibus confectam construes Ecclesiam in mei memoriam. Qua quidem visione vltra quã dici potest exhilaratus, cępit una cum discipulis suis ædificare templum, quod & perfecit. Indeque Hierosolymam rediens duobus discipulis ibi relictis, decollatus est, & in Hispaniam a suis discipulis asportatus, & quos viuus conuertere non valuit, mortuus diuino conuertit miraculo, in hoc Christo Domino assimilatus, qui per duodecim Apostolos totum orbem ad fidem adduxit, ita Iacobus per nouem discipulos totam Hispaniam illuminauit, & conuertit. Sed admiratione certe videtur dignum, quod cum Ecclesia eximias Iacobi virtutes ad memoriam reducere debuisset in fęlici eius transitu, eius in hodierno Euangelio imperfectiones narret.

6 Cum sacræ Magdalenæ admirandam mortẽ Ecclesia celebraret, vt illius eximia coniecta ret merita, ad quę post multos perpessos labores peruenerat, admirandam proposuit illius conuersionem, quæ cum a septem possideretur Dæmoniis, ad pedes Domini iacens, & eiulãs audiuit, dimissa illi fuisse peccata multa, quoniam dilexit multum, quæ postmodũ Christi familiaritate, Spiritus sancti aduẽtu, eximia austeritate deserti, in ingentem virtutum altitudinem creuit. Exordium eius laudibus dicendis conuenientissimum fuit, taleque conuenientissimum videretur si Ecclesia modo vocationem Iacobi retulisset, quando non relictis retibus, & naui tantum, sicut Andreas, & Petrus, sed insuper patre, qui & prẹsens erat, illo inconsulto, & derelicto eum secuti sunt continuo, cuius nullum adhuc miraculum viderant, rem aggressus Iacobus difficultatibus plenam, quam & incertam iudicare potuisset, qui enim in piscatorem eligebatur, vt mare huius sęculi prædaretur, spolia draconis auferens, libr. vndecimo, capit. 12. num. 20. lib. 18. cap. 2. nume. 24. & 25. variis, & laboribus, & periculis subiiciebatur. Si Ecclesia eos retulisset honores, ad quos Iacobus in transfiguratione uocatus est, &c. recte quidem: sed posthabitis his illius ambitionẽ ad memoriam reducit, quando sedes in regno Christi postulauit, qui heri piscator contemptibilis ad eximiam dignitatem Apostolatus assumptus fuerat, ea non contentus, in regno Dei precipuã sedem quærit, vanitatis, & cupiditatis spiritu actus. Audiunt sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel stãtibus angelis in iudicio, lib. 1. cap. 23. nu. 34. & quasi parũ istud homini piscatori videretur, sedere vult in regno Christi ad dexteram eius, vel ad siniſtram. ambitio crescentibus honoribus crescit, quæ finem nescit, lib. 1. cap. 20. num. 18. & 30. quæ multorum malorum exordium est, ibid. num. 11. vsque ad 14. 16. vsque ad 18. 27. & 31. Hanc Apostoli imperfectionem memorat Ecclesia, qui cum transfiguratum vidisset Dominum, qui cuncta contemnere debuisset, dicens. Bonum est, nos hic esse, regni Christi præcipuas sedes desiderat, non aduertens, quod in illius regno ille sedet, cuncti vero astant, vt Daniel retulit, vel Dan. 9. procidunt coram tanto rege, non soli piscatores, sed superni ciues, qui coronas depo- Apoc.
nentes, corruunt adorantes Deum in sæcula sæculorum. Coram rege cęlesti nulli debetur Ezec. 29.
sedes, vnde qui sedere voluit, in lateribus aquilonis in infernum continuo præcipitatus Esai. 14.
est. Si sedem in cęlo cordate desideraret, re- 7
cte quidem illud esset multaq. laude dignum, quoniam licet in cęlo cuncti procidant, agni pedes osculari cunctis regnis preciosius est, cui seruire regnare est, sceptrũ & regnum ille obtinet, illeq. qui corruit coronatur, dum non solum regnantem in cęlo, sed eiulantem in præsepio adorat. Sed in regno temporali sedes ambire, illorum est, qui spiritum Christi nesciunt, qui abscondit se cum turba illi regnum conferre satageret, qui & bona terrena contemnenda docuit, lib. 1. cap. 17. nu. 5. vsque ad 7. 9. 11. 14. 15. 17. vsque ad 19. 22. vsque ad 24. & 26. lib. 3. cap. 1. num. 40. & 41. nisi enim terrena contemnat homo, eius animus ad cælestia non attollitur, lib. 1. cap. 17. num. 14. vsque ad 17. & 21. cap. 18. numer. 5. lib. 2. cap. 15. num. 60. & 61. cap. 16. num. 10. & 16. nesciens bona temporalia diuitiæ honor, &c. in cęlo quærenda, vbi vera sunt, lib. 4. ca. 28. numer. 10. & 11. Quod si homini honores dederit Deus pro magnis bonis habendi illi non sunt. Vnde Ferdinandus primus Castellæ rex, & Legionis, cum in Legionensi ciuitate graui afficeretur lãguore, morti proximus habitu regio regalibusq. insignibus, corona, &c. circundatus ad eius iussum, iusit suis, vt eũ ad Ecclesiam sic indutum portarent, ibiq. coram multis Episcopis regniq. magnatibus genibus flexis cuncta illa exuit, dicens, Tua est potentia, tuum regnum Domine, tu es super omnes gentes, regnum, quod e manu tua accepi restituo tibi, coronaq. regia deposita regaliq. purpura cilicium induit, cineremq. capiti imposuit, & sic ad propriam domum delatus interijt, regiam dignitatẽ ante mortem contemnens. Piscator vero inter retia educatus sedes postulat, quas memorat Ecclesia in fęlici eius glorificatione. Primum vt aduertat Christianus, quod nemo repente

fit

fit summus, & quod mirari nullus debeat, si in viris religiosis sacerdotibus & prælatis cernantur imperfectiones. Has summa cura vitare conentur hi, sed si id ex toto consecuti non fuerint, alij nec scandalizari debent, nec mirari, quoniã licet imperfectum eorum viderint oculi Domini, in libro nihilominus eius scribentur. Religiosos solos summa cura virtuti vacare debere, cæterisq. negligenter viuere licere, mundũ vniuersum euertit, lib. 15. cap. 7. num. 8. sanctorum negligentiæ sectandæ non sunt, sed virtutes, libr. 16. cap. 6. num. 14 & 19. prælati vix liberi esse possunt a criminationibus, si vel rideant, &c.

8 lib. 16. cap. 3. num. 5. Secundo hoc vtimur Euangelio, vt intelligas; summo hoc potitum fuisse beneficio Iacobum, vt calice potaretur Domini. Licet simul cum Ioanne fratre audiret, sedere ad dexteram meam, &c. id est, quicumq; talem se præbuerit, vt regno cælorum dignus fiat, hic accipiet, quod non personæ, sed vitæ paratum est. Audiunt quidem sedes postulantes, nescitis quid petatis, docens Dominus amore proprio intellectum claudi ad ea agnoscenda, quæ ipsis expedientia forẽt, aperiri autẽ ad ea quæ sunt nociua.

Amor proprius multorum malorũ causa est, lib. 1. cap. 18. num. 12. ciuitates duas constituunt amores duo, lib. 3. cap. 17. numer. 5. Ista quidem ad imperfectionem pertinent Apostoli, sed illud in maximum eius honorẽ cedit, quod calicem biberit Domini, quo nomine supplicia pro nomine eius perpessa intelliguntur, lib. 6. cap. 10. num. 17. Cum ergo illa protulit verba calicem meũ bibetis, &c. dicere voluit, vobis datum est, non solum, vt in me credatis, sed etiam vt pro me patiamini hoc ingens dignitatis munus vobis tribui, illo quod vos postulatis præclarius. Hoc animaduertens Paulus se vinctum Christi vocabat arbitrans, ait Chrysost. vinciri pro Christo Apostoli excedere dignitatem. Sancti semper sunt admirandi maxime autem quando propter Christum vinciuntur, li. 11. cap. 7. num. 5. vsque ad 7. martyres Dei feliciter sunt infelices, lib. 7. cap. 3. num. 11. vide de martyribus, lib. 11. cap. 7. per totum. Sedere ad dexteram non est meum dare vobis, quod & meũ est, & vobis expedit confero, vt calice meo potamini. Vos calicem aureum Babylonicæ mulieris desideratis, quo inebriati, quia abominatione plenus est, abominabiles efficiamini, sicut ea quæ dilexistis, sed calice meo potati, ebrietatem sanctam consecuti electi eritis. Mundi potus sicut & meus calici comparatur, vterque breuis vix ori impositus finitur, sed alteri succedit mors, alteri vita, alterius extrema amariora sunt sicut absynthium, alterius dulciora super mel, & fauum. Ebrij sunt impij, qui passionibus suis inebriãtur, lib. 2. cap. 17. num. 2. & 3. lib. 9. cap. 11. num.

9 3. ebrietate sancta alienata mens oculos habet pulchriores vino, lib. 5. cap. 1. nu. 16. quæ sobrietatem parit vanarum delectationum,

ibid. num. 17. & 18. mundi vincula asperitatem habent veram & iucunditatem falsam, lib. 11. cap. 12. nu. 26. animam inebriant sanctæ concupiscentiæ, lib. 5. cap. 1. nu. 6. 12. 18. vsque ad 21. animæ passiones inebriãt ipsam, ibid. num. 2. vsque ad 5. 7. vsque ad 9. 11. & 13. fex calicis mundi nunquam exinanitur, quã bibent omnes peccatores terræ. Sed calix meus inebrians, quam præclarus est. Dixerat in passione Petrus Domino tecum paratus sum mori, & audiuit, non ita accidet Petre, sed antequam gallus cantet ter me negabis, at cum iste calicem passionis pro Christo bibiturum polliceretur audiuit sicut & frater, Calicem quidem meum bibetis. Cum Apostolatu calicem tribuit, fauores enim ad labores perferendos in Euangelij prædicatione concedit. Vnde in Genes. postquam Abrahæ semen promittit cõtinuo addit, peregrinum futurum est semen tuum. Hierem. audit, Prophetam in gentibus dedi te, &c. addit, & gentes bellabũt aduersum te. Moyses eximios in deserto fauores consecutus est. Ad quid hæc? vt Pharaonem adeat varijsq. subdatur periculis. Iacob vidit visiones Dei, & continuo magnis premitur afflictionibus. Hi Apostoli credebant, cum officio honorem consecutos non onus, & Dominus honorem ad onera ferenda datum dicit, cum bibendi calicis meminit, quem Iacobus gratanter Apostolorum primus potauit. Ex his quæ diximus collige quantus honor nobis Hispanis accidit, quantaq. gloria collata est, qui talem tamq. egregium habemus patronum. Magna erga nos Dei clemẽtia, quæ patrocinio Iacobi nobis collata est, quod cum multæ nationes cultum Dei deseruerint, inter nos fides intacta semper manebitq. Domino opitulante ad finem vsque mundi non nostris meritis, sed Iacobi precibus, sub cuius protectione sumus. Edicto quidem publico & lege in concilio Toletano tertio fides ante mille annos tempore sancti regis Recaredi in Hispania a cunctis recepta est, qui illi Concilio interfuit Arrianorum erroribus pulsis, quorum hæresis tunc abiurata fuit, sed tempore Iacobi, illius discipulorumq. eius prædicatione gentilitas a multis abolita fuit, quando illud impletum dixit Hieronymus, quod de Diabolo prophetauerat Iob. Concident eum amici, diuident illum negociatores, id est sancti per quos ad fidem Christi perditorum multitudo quam plurima seperatur. Nunquid implebis sagenas pelle eius. Pelles diaboli sunt omnes, qui imitatione adhærent illi, a quo separari vix possunt. De his sagenas Euangelicas impleuerunt Apostoli. Iacobo debetur fides. Illi quod inter nos primum templum habuerimus Deiparæ consecratum, vtq. ipla quindecim annis ante mortem angelico ministerio ad nos visitãdos venerit. De quo solo legimus inter Apostolos, quod post mortem equo insidens visibilis venerit

Psalm. *Ephes.* *Chrysost.* *Psal. 74.* *Psalm. 22.* *Genes. 15.* *Genes. 28.* *Hiere. 1.* *Hieronym.* *Iob. 40.*

nerit ad eos tutandos, qui illius curæ, dum viueret, fuerant commissi sicut tempore Ramiri regis accidit, & Aragoniç tempore Petri regis huius nominis primi, cum Osca regni illius ciuitas a Mauris premeretur, &c.

IN FESTO BEATISSIMI Patriarchæ nostri Dominici

Euangelium Rom.

Sint lumbi vestri præcincti & lucernæ ardentes. Luc. 12.

Vide in festo S. Martini, secundum morem fratrum Prædicatorum.

In eodem festo S. Dominici secundum vsum Dominicanum.

Euangelium. Vos estis sal terræ. Matth. 5.

De expositione Euangelij diximus multa in festo S. Thomæ Aquinatis, ubi late tres illius sententiæ expositæ sunt, Vos estis lux mũdi, & illa, Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, & vltima eius uerba, Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Verba autem hæc, Nec accendunt lucernam & ponunt eam sub modio, &c. enarrantur in festo S. Martini Episcopi.

In festo S. Dominici cõfessoris. 1

CVM sacratissimi patris nostri Dominici laudes, quibus enarrandis hæc dies dicata est, ad memoriam reuocarem eiusq. eximias virtutes aliqua ex parte litteris mandare cœpissem, illa se mihi obtulit Augustini præclara epistola ad Cyrillum Hierosolymitanum Episcopum de magnificis admirandisq. S. Hieronymi virtutibus, ac præconijs, cuius initium fuit. Hieronymi presbyteri laudes venerabilis pater Cyrille taceam, aut loquar? Cæli enarrant gloriã Dei, & omnia quæ fecit Dominus eum laudant in sanctis suis. Si taceã lapidibus iubetur clamare, qui Dei potentia ex his filij consurgent Abrahæ, qui mirabilem eius vitam sæculo nuncient. Vir pollutus labijs sum, sed loquar, & non tacebo, qui quamnis indignus, & insufficiens laudator existam, tamen ab eius laudibus minime cessabo. Quam magnus Hieronymus sit in suæ vitæ excellentissimę sanctitate, quomodo patefaceret mea lingua, cum præcipue cunctorum non sufficerent mortalium linguæ, vt eius excellentiam explicarent? Liceat ergo dici alter hic Helias, alter hic Samuel, alter hic Ioannes Baptista vitæ admirandæ sanctitate. Helias & Ioannes eremitæ magnis cibo rum, & vestium asperitatibus carnem macerauerunt, non minoris vitæ Hieronymus ere mita in eremo ferarum tantum socius perstitit. Quinquaginta annis vinum & siceră non

Epist. 205.

gustauit. Ab omni carnium & etiam piscium esu ita se abstinuit, quod vix ea nominare vo lebat. Coctum quid nonnisi in vltima ægritudine bis comedit. Cilicino sacco carnem ma cerans, desuper panno vilissimo se regebat. Stratũ aliud nisi terram numquã sciuit. Non nisi semel fructibus, aut herbarum folijs, siue radicibus pastus in die, post vesperas se orationibus prębens, deinceps vsque ad secundam noctis horam quotidie vigilabat, postmodum vero somno fessus in terra dormiens, vsque ad mediam noctẽ quiescebat, qua quidem continue surgens lectionibus, & Scriptu ris sacris intentus, vsque ad esus horam perdurabat. Ita leuissima flebat peccata, vt quis eum æstimasset grauissimorum reum. Ter in die carnem diris verberibus flagellabat, ita vt ex eius corpore riuuli sanguinis effluerẽt. Sibi ocium nullum erat, sed semper aut sacris lectionibus, aut scribendo, aut docendo cunctos exercitabatur. Verbũ ociosum aliquod vt pestem maximã fugiebat. Liberales scientias ita perfecte sciuit, quod relatione omnium nullus adhuc sibi' similis apparet. De Scripturis vero sacris, vti multarum suarum epistolarum, quas ad me direxit, experientia didici, æqualem sibi neminem vnquam noui. Nulli itaque dubium est intra patris mansiones ipsum vnam ex maioribus, & sublimioribus sedibus obtinere, ipsumq. vnum e maioribus cæli ciuibus esse. Et post multa. Quę minus debita dixi ad tãti viri laudes, & meę imputa imperitiæ, & eius laudum immensæ immensitati. Hactenus Augustinus. Tã multis docere nos voluit summum Ecclesiæ doctorem, laudibus doctoris dicendis non fore idoneum, nec in ore sancti ęqualem esse laudem Hieronymi, vt aduertas laudibus dicendis S. Dominici quam simus mortales omnes insufficientes, tanto & eruditione & vita Augustino inferiores, quanto terra cęlo inferior est. Ex vna parte vox faucibus hæret, 2
& lingua palato, dum eximiam viri contemplatur sanctitatem, quam adhuc pendens ab vbere inchoauit, quam in multis post maturam admiramur ætatem. Hieronymus enim iam grandęuus multis tentationibus fatigatus in deserto humi cubitabat, Dominicus *Epist. 22.*
non solum vir specialem locum ad iacendum non habebat, noctes integras in oratione in Ecclesia vigilans, paululum pauimento iacens super lapidem ad modũ patriarchæ Iacob, cum maxima somni premeretur necessitate, sed cum infans a nutrice lacte aleretur, cum nondum doli esset capax, nec vsus adhuc rationis illuxisset, lectulum deserens pauimento iacebat, actus potius a Spiritu sancto, vt ista vaticiniũ essent, ac prognostici futurorum. Et vt Samuel Domini seruitio in templo mancipatus fuit, dum Anna votum expleret factum, ita hic, immo hic antęquam a lacte ablactatus esset Domino inseruire cępit ducente Spiritu sancto, in quo vitæ genere vsque ad mortem perdurauit,

quod

quod ab vberibus cepit, in cœnobio S. Dominici de Silos, instar Samuelis religiosis patribus almi ordinis S. Benedicti traditus est imbuendus, qui precibus illius sancti matri eius ibi oranti promissus fuit, quæ & somniauit catulum vtero gestare accensam ore faculam bajulantem. Cumq. infans adhuc esset in fronte eius visa est stella micans, quo miraculo significabatur adhuc in ea ætate cœlestem gestare animam, cœliq. ciuibus asceribendum, cuius radijs bona orbis pars ad verum Dei cultum esset adducēda. Cilicium Hieronymi miratur August. cilicio catenaq. ferrea vtebatur Dominicus, non verberatus vt Ciceronianus sicut ille, pallebant ora ieiunijs vigilijsq. assiduis, non quibus repugnantem carnem spiritui seruire cogeret, qui choris interesse puellarum putabat, sed vt maioribus potiretur meritis, qui mundo corde semper fuit. Tres disciplinas Hieronymi miratur Augustinus, tres item in Dominico refert Antoninus, cum nobilis ille esset, & delicatus vsque ad multam sanguinis effusionem catena vtens ferrea, quam post acceptam disciplinam induebat ad carnes, qua in morte cinctus inuentus est. Hieronymus lectum multis annis nesciuit, S. Dominicus cum nudis pedibus pedester incederet in algenti hyeme niuibus ingruentibus, ardentisq. solis, qualem Italia patitur in æstate, qui lassus ad monasterium, vel oppidum accedebat labore itineris attritus, inedia confectus, a cuius pedibus sanguis fluebat, in oratione tota nocte durabat lectum ignorans, post assiduas conciones & cõfessiones. Hieronymus in cibo abstinentissimus erat, & Dominicus integras Quadragesimas post ingentes labores ieiunabat in pane & aqua, qui mendicans, & genibus flexis fruſtrum iumens panis, sicut nudis mendicis contingit ad fontem pergebat, ibiq. velut ad epulas inuitatus necessitati tam parce prouidebat. Vinum per decennium non bibit, sicut nec Hieronymus donec præcepto Didaci de Azebes Oxomensis Episcopi medico lymphatissimoq. vtebatur vino, vt deficientem naturalem calorem repararet, & vitã quæ vtilitati proximorum tam erat necessaria. Flebat Hieronymus leuissima peccata, licet maioribus aliquando fuisset implicatus, flebat Dominicus irriguis fletibus sua, licet minima essent, & populi peccata. Augustinus eximiam Hieronymi eruditionem, indefessos in studio labores, & in vertendis sanctis voluminibus admiratur, & licet his non æquentur, quæ S. Dominicus sciuit, sed non contemnenda illius studia sunt, qui tempore Honorij tertij, Romæ cum magister Sacri Palatij esset, cum totius curiæ Romanæ admiratione Euangelium Matthæi, & epistolas Pauli, quæ tot implexæ sunt difficultatibus, legit, qui & per septem annos integros multis doctissimisq. disputationibus hæreticos Albigenses conuincebat, quorum hæresibus tenacissimè adhærẽt multi viri docti. Hæc omnia ad edisserendas sanctissimi huius viri excellentias eruditissimum quemq. virum imperitum reddunt. Eius gloriam, quam supra multam Angelorum multitudinem recepit, hodie edicere valet nullus, cum non inueniatur, qui glorioſa ipsius merita valeat enarrare. Illius enim laudibus dicendis solus ille idoneus erit, qui ad plenum cognouerit, qui numerare cœli stellas potuerit, sacros dico innumerosq. filios eximia admiranda q. sanctitate pollentes ab hac radice propagatos, ab hacq. firmissima petra excisos, martyres, doctores, prædicatores, virgines inter quos innumeri qui catalogo sanctorũ non sunt addicti multis & virtutibus, & miraculis celebres in cœlo sunt. Cumq. gloria patris filius sapiens sit, licet ille vnus sit, in ingentem patris huius gloriam cedent innumeri filij talis patris imitatores effecti, non sapientes solum terrena sapientia, sed cœlesti, simulq. sanctitate præcipui. Sicut enim in exordio sæculi a prima illa luce quæ in prima die condita fuit, in quarta innumera condita sunt astra, sol, luna, stellæ, planetæ, ita ab hac prima luce, quæ ordinis Prædicatorum exordiũ fuit, veluti astra multa, vsque ad nostra hæc tempora, varij multiq. dati sunt sancti, equi fortes & varij mirabilem quadrigam Domini agentes, quorum virtutes, numerum, opera, & gloriam, qui perfecte nouerit agnoscet tanti patris dignitatem. Cum autem non sit possibile filiorum magnitudinem sanctitatem, & gloriã dicere, minus multo laudes patrjs, in quo fuerunt eminenter illorum perfectiones poteris enarrare. Sed nec eas omnino reficere conueniens est, quin potius illis vacare quamuis tanti viri laudes & meritis & votis sint inferiores multo, & nexibus quibus astrictus est talis patris filius, qui ad ordinem bono communi cõsecratum admissus est, locum, & habitum & societatem sanctorum adeptus, in qua qui ordinis statuta seruauerit ieiunia vigilias inediam, &c. dignus erit, vt dixit Ioan. XXII. qui S. Thom. in Catalogum redegit sanctorum, qui numero sanctorum ab Ecclesia adijciatur, patris eius encomia, qui talis ordinis patriarcha fuit tacere non est fas. Has vt Ecclesia in memoriã reducat, hoc vtitur Euangelio, in quo Dominus Apostolorum officia, & eorum qui Apostolici forẽt viri, enarrauit, quorum primum munus exprimens dixit.

Prou.

Vos estis sal terræ, &c. vsque ad illa verba ad nihilum valet vltra, &c. & conculcetur ab hominibus. Cum fœliciſsimis auspicijs Dominus Iesus Euangelicæ prædicationi post longam carnis macerationem in deserto sẽ consecrasset, in exordio illius ascendit in mõtem & Apostolis doctrinam sæculis vsque ad ea tempora protinus inauditam proposuit, quam nemo principum sæculi cognouit, quæ & hominibus suaderi difficillime posset, beatos, scilicet, ac fælices illos credendos, qui pauperes essent, pacifici, lugentes, &c. beati illi qui ab hominibus maledicerentur, iniurias gratanter ferre, iram moderari, cum eferatis hominum moribus, verbis incompositis, &c. lædituꝛ quis, dicere, cũ his qui oderunt pacem eram pacificus odium vincens dilectione, damnis & persecutionibus non succumbere, &c. nec id solum, sed credere hanc esse hominis felicitatem, quam in hac vita consequi potuisset, quis vsquam crederet? Nullus sane nisi homines elegisset Dominus tam eximia virtute & veritatis agnitione pollentes, vt sal effecti sapidam redderent doctrinam, quæ insipida multum videbatur, & lux qua homines cernerent, quæ in voluntaria paupertate lachrymis, & patientia, &c. clauderentur bona. Vnde ingenti Dei beneficio dati sunt orbi homines, qui verbis & exemplis condirent virtutem, moderarentur rerum temporalium fluida desideria, & noxiam earum rerum, quæ cũ sæculo transeunt, dilectionem. Ex quibus colligere possumus non solum Apostolorum, & virorum Apostolicorum laudes, sed quod summa misericordia Dei tales concedantur homines, qui ista suadeant populo virtutis conditores, ad eum modum, quo insipidi cibi sale condiuntur, quos absque sale vix etiã qui multa fame cruciaretur, posset ori admouere. Inter diuina beneficia istud eximiũ est, quod ipsius bonitate, cum in terris visus, & cum hominibus conuersatus est, homines darentur, qui vsque ad consummationem sæculi virtutem æssu facilẽ redderent, eamq. sapidam ostenderent, quæ amarissima sæculi hominibus videbatur. Quoniam cum tertius Angelus, quem Ioannes vidit tuba cecinit, cecidit stella magna ardens, & cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarũ, & nomen stellæ dicebatur absynthium. Et facta est tertia pars aquarum in absynthium, & multi hominum mortui sunt de aquis, quia amaræ factæ sunt. Virtus enim per se dulcis est, sed ista amaritudo aquarũ, & infectio earum extranea est, & adductitia, fitq. solũmodo in cordibus eorum, qui impietati consentiunt, & quibus placent sæculi mendacia. Hi autem ab hoc absynthio liberãtur, quibus sale condita virtus delectabilis est. Stella quę cecidit erat absynthium, quia cibum sapidũ reddit abominabilem, & amarum. Huic malo vt prouideret Dominus Apostolis eorumque successoribus dixit, vos estis sal terræ, dati ad hoc, vt ab hoc grauissimo nocumento mundum liberetis, virtutemq. reddatis dulcem, quam amaram ille arbitratur, qui videns, qua animi delectatione virtutis iter ambuletis, illud intolerabile non credant, ascensumq. purpureum throni media charitate constratum intrepidi ascendant homines, leonesq. & leunculos non viuos rugientes & feroces credant, sed ligneos, qui solis pueris & insipientibus metum incutiũt, cum re vera in virtute multa indita sit delectatio.

Apoc. 8.

Cant.

Term.

Quam significare volens Bern. aiebat, meliora dici vbera sponsæ vino. Vinum fluit ab vuis, quæ premuntur in laquearibus, sed tamen si iterum, & tertio premantur, nil inde extrahitur. At ab vbere fœminæ nutrientis filium illo euacuato semel, iterum impletur, vt alatur & delectetur infans quoties vbera sugit matris. Ita delectationes mundanorum, si quæ sunt in ijs rebus, quibus toti implicantur, multis difficultatibus pressæ breuiculam delectationem conferunt, &c. at in vsu virtutum continuæ sunt delectationes, semperq. nouæ quia in dextera Dei delectationes sunt vsque in finem, immo quæ nunquam finiuntur, sed instar vberum vacuata rursum implentur, nisi peccatis hominum prophetæ comminatio impleatur dicentis. Da eis Domine vbera arentia, quia cum impijori admouent orationem, sacrarum litterarum lectionem, ieiunium, meditationem, in his variarum virtutum vsibus, eam recipiunt consolationem, quam reciperet infans ad vbera positus matris, in quibus lactis nec gutta est, vberibus iam siccatis, aut si est copia lactis, ille os admouere non vult. Sed in his verbis mirari satis non possum, cur Dominus necessarium dixerit sal ad condiendam virtutem, cum illa, vt pote quæ naturæ humanæ conformis est, sapida sit multum, insipidumq. vitium & amarum, naturæq. hominum contrarium valde, sicut docuit S. Thom. in prima secundæ, vbi ostendit, homini rationali id proprium fore, vt secundum rationem viuat, ratio enim illum a cunctis distinguit animalibus, vnde studioſe viuere, virtutibus vacare, vitia odire, id est, secundũ rationem viuere, quoniam virtus importat dispositionem habentis se conuenienter secundum modum suæ naturæ, hinc est, quod virtus est multum conformis nostræ naturæ, ac subinde illa est per se appetibilis, nec videtur indigere extrinseco condimento. Et sicut inter cibos alij quidem natura sua insipidi sale egent, quo sapidi reddantur, sine quo comedi non possunt, sed alij ita gustui sunt delectabiles, quod nisi ille multum ægrotet, eiusq. organum humorum varietate inficiatur, vt sale non indigeant, ita virtus ad quã hominis natura propendit, in qua, vt aiebãt, sancti virtutum sunt semina, ita vt in natura integra homo conditus quicumque ille esset, etiam si Deus virtutum actus non iuberet, ad illos inclinaretur, actusq. peccatorum abhorreret, per quos ab hominis perfectione homo degenerat. Sicut Hieron. docuit dicẽs. Quid est quod ad omne peccatũ aut erubescimus, aut timemus? & culpam facti nunc rubore vultus, nunc pallore monstramus, ac trepidante animo, etiam in minimis delictis testẽ fugimus (istud enim est per se, licet in perditissimis hominibus ista non videamus) conscientia remordemur? E diuerso in omni bono læti constantes intrepidi sumus, idq. si oculrum est vellemus, vt cunctis innotesceret,

Pſalm.

Oſee. 9.

1. 2. q. 71. ar. 1. in corpore.

Epiſt. ad Demetriadem.

natura instigante, &c. vnde Philosophi tantillo rationis lumine ducti contemptis honoribus officijs, &c. solum appetebant videri boni, quia anima bonis actibus fauet, siniſtra opera condemnat. Hanc legē omnibus hominibus communem vocauit Paulus dicens, cum enim gentes, quæ legem non habent naturaliter, quæ legis sunt faciunt, non peierent, non furentur, &c. huiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostēdunt opus legis scriptum in cordibus suis, qua lege gubernati sunt iusti omnes ab Adam vsque ad Moysen. Hæc Hieron. Vnde philosophi virtutibus moralibus deditissimi vixerunt, vt hominis nomine & honore digne potirentur, quo indignus est, qui scelerate viuit, dicente propheta, respexi, & non erat homo. Et Sopho. Minatur Deus se visitaturum in die hostię Domini, id est, quando valida Domini indignatio in mundo fuerit, super principes, & super filios regis, & super omnes qui induti sunt veste peregrina. Vbi indutos veste peregrina vocat eos, qui recesserunt a protectione, & indumento Dei, quod hominis est proprium, quo induuntur sicut electi Dei sancti & dilecti viscera misericordiæ, &c. & suo errore, & vitijs cooperti sunt, qui pro misericordia induuntur crudelitate, pro iustitia iniquitate, &c. pro virtutibus vitijs, & pro Christo antichristo, qui induit maledictionem, sicut vestimentū, hic induitur veste peregrina, qui indignatione experietur Domini, cum ad homines trucidandos venerit ira plenus. Astabit autem a dextris regis, qui in vestitu deaurato virtutum circundatus earum varietate e vita discesserit. Hominis nomen non meretur, qui virtutem non sequitur, lib. 3. cap. 16. nu. 10. lib. 12. cap. 4. nu. 3. & 4. lib. 8. cap. 2. num. 1. vsque ad 4. 6. 8. vsque ad 11. 14. & 15. Peccatoris terribilis accusator, & carnifex propria conscientia est, lib. 3. cap. 24. num. 3. vsque ad 8. 12. 17. & 19. lib. 14. cap. 6. numer. 5. peccata sunt vestis peregrina animæ, libr. 4. cap. 28. num. 7. Christus autem & virtus vestis naturalis, lib. 18. cap. 14. num. 10. virtutes sunt vera hominis Christiani indumenta, lib. 4. cap. 28. numer. 1. & 6. ad virtutem naturæ propensio, & ad vitia fugienda, probatur, lib. 18. cap. 14. num. 8. & 19. virtutes & dona indumenta sunt hominis Christiani, lib. 4. ca. 28. num. 1. 6. & 7. lib. 9. cap. 2. num. 10. 11. 17. 18. & 20. Sed non solum virtus hominis naturæ conformis est, sed & illa secum dulcedinem adducit, sicut & peccata amaritudinem eximiam, quam illa fuerat experta quæ aiebat, Heu furijs incensa feror. Adulteria odia ira animam cruentant & amaritudinem implent, vt nisi primum peccator condiat falsa apprehensione honoris, delectationis, &c. culpā illam amplecti non possit, quæ absynthio amarior est. Esse sub sentibus delitias arbitrantur, sed radix amara iuniperorum impiorū cibum vocauit Iob. Peccatores in perdita sua vita innumera mala tolerant, licet lætentur ebrij, cum male faciunt, lib. 2. cap. 17. num. 2. 3. & 13. lib. 7. cap. 2. num. 18. lib. 14. cap. 6. nu. 42. lib. 2. cap. 17. nu. 15. vsque ad 18. peccatores cum delectatione operantes mala, &c. illi sunt de quibus dicitur, intranit maledictio sicut oleum, &c. lib. 14. cap. 8. nu. 26. peccato re vera nulla adest voluptas, sed fellis amaritudo, lib. 14. cap. 11. nu. 2. 3. 6. 7. & 9. ca. 17. nu. 26. peccatis falsam amaritudinem immiscet dæmon, vt fallat, sed extrema amariora sunt absynthio, lib. 14. ca. 11. num. 6. 7. 12. vsque ad 15. peccator venundatus dicitur sib peccato, quia accepta delectatione pro precio animam dæmoni vendit, lib. 14. ca. 17. nu. 26. peccatū speciem gaudij habet, &c. virtus contrarium, &c. lib. 18. cap. 11. nu. 13. At virtus delectat valde. Quod si non esset, spōsa, postquam oscula meruit sponsi & vberibus eius meruit perfrui, non dixisset, meliora esse vbera eius vino. Qui enim hæc vbera sugunt satiantur ab vberibus consolationis Dei, qui ad vbera portantur miris delectationibus recreati illius a quo audierant, stillabo tibi in vinum, & in ebrietatē, & erit super quem stillatur populus iste, cui dicitur bibite amici, & inebriamini charissimi. Si ergo actus virtutum lacti & vino comparātur, qua ratione necessarium erit salis condimētum? Quis enim si amens omnino non sit sale cōdiuit vinum? Virtutes cibi sunt mistorum, lib. 4. cap. 28. num. 17. virtus suauior multo, quam vitium, lib. 18. cap. 11. num. 12. virtutis vera tristitia, non vera est, sed videtur esse mœroris, &c. ibid. num. 13. virtutem facilem docuit Esaias, cum peccata vocauit colligatione fasciculos, &c. virtutem autem horū omnium dissolutionem, lib. 18. cap. 14. num. 6. virtute magna voluptate, vitium magno dolore constare optime probat Chrysost. ibid. num. 7. Vtrumque hoc quod diximus verum est, & quod virtus rationali naturæ sit conformis, illaq. dulcis si illius naturam aduertas. Sed nihilominus ratione subiecti in quo illa est, sale eget, quo sapida reddatur, vnde summa Dei misericordia homines dantur, quorum doctrina, & vita dulcis esuq. delectabilis ostendatur virtus ieiunij facile, abstinentia iocunda, &c. quod fit quando stillāt montes dulcedinem, & colles fluunt lac & mel, sancti enim doctores prælati, & prædicatores vita & doctrina stillare debent dulcedinem. Longa enim peccandi consuetudine, quæ vim quodammodo videtur habere naturæ, dum peccatis ab incunabulis assuescunt pueri, ad modū Aethiopis mutare pellem vix possunt & pardi varietates deserere. Et sicut palato non sano pœna est panis, qui sano est suauis, quia propter iniquitatē corripuit Deus hominem febricitanti iniucunda est virtus. Vnde liber ille qui datus est Ezechieli edendus, dulcis quidem erat in ore, sed in ventre amaricabat, ita virtutum actus de quibus gaudent spirituales tristantur carnales

Rom. 1.

Sopho. 1. Hieron.

Psal.

6

Dido. Mich. 2.

Iob.

Origen. hom. 1. expo. 2. in Cant.

Esai.

Mich. 2.

Hieron. Cant. 5.

7

8

S. Thom. in Matth.

Ezec. 3.

Aug. in psal. 43. Basi. hom. 24 ex variis.

nales illis non assueti. Vnde aiebat Hesiodus poeta (Basi.) Ad vitium facilis vicinaq. semita cunctis panditur, at virtutis iter posuere remotum cęlicolæ durumq. prius, sed vertice summo dum fuerit, planum se offert quærentibus illud, lib. 12. cap. 4. num. 22. lib. 18. ca. 11. num. 4. cap. 12. num. 3. virtus aspera est, si ad imbecillitatem nostram comparetur, lib. 11. cap. 4. nu. 5. virtus in pueritia inchoanda, vt vsu fiat facilis, & suauis, lib. 18. cap. 11. nu. 4. 16. 19. 23. 24. & 27. virtutes & vitia consuetudine aluntur, &c. virtus vsu fit facilis, vsu autem peccandi redditur difficilis, & hominum ignauia, lib. 18. cap. 14. nu. 1. vsque ad 3. 5. 8. 11. 13. 14. 16. & 22. virtus insuauis est, quia ægrotat anima peccatis, & malis habitibus, &c. ibid. nu. 13. vsque ad 18. virtus ex se facilis multa habet impedimenta, malitiā, infirmitatem, concupiscentiam, & ignorantiam, ibid. num. 20. peccatis lætantur homines, quia mente sunt ægroti, ibid. num. 5. & 6. homines mali naturalia virtutum semina inculta relinquunt, lib. 18. cap. 14. num. 4. peccatum vuæ acerbæ comparatur, quia ligat sensus ne bonum operentur homines, libr. 3. cap. 4. num. 6. lib. 14. cap. 6. nu. 39. cap. 13. nu. 4. peccandi longa consuetudo vim quodammodo videtur habere naturæ, lib. 14. ca. 6. nu. 18. cap. 7. num. 8. & 20. peccata inclinationes bonas, & rectam inclinationem naturæ, si non omnino tollunt, minuunt, lib. 14. cap. 7. num. 16. peccatum amarum cū sit propter ægritudinem peccantis dulce videtur ad tempus, lib. 14. cap. 11. num. 2. & 9. cap. 17. num. 24. vsque ad 26. peccatum morbus animæ est, quo sit appetitus deiectio, & ciborum fastidium, lib. 14. cap. 14. num. 4. Cum ergo his causis amara sit peccatoribus virtus, bonitate Dei dati sunt homines, quorum verbis, & exemplis huic prouideretur damno. Datus est beatissimus pater Franciscus, qui paupertatem, delitias, sæculi contemptum, vitæ incredibilis austeritate condiret, qui minorum ordinem Ecclesiæ relinquens sanctis exercitijs exuberantem ad illum confluerent innumeri homines, virtute præclari, humilitate celebres, &c. Dominicus sal effectus terræ animarum zelum, iniuriarum condonationem, proximorum dilectionem, virginitatem, &c. condiuit, &c. Sed verba illa Domini, quæ sequuntur admiratione non carent, dum dixit. Quod si sal euanuerit in quo salietur? id est, in quo populus bonis moribus informabitur. Væ enim populo si prælatus, & prædicator bene non vixerit in multo enim erit populus periculo, maximum inde damnum accipiet. Certe quantumuis impius sit prælatus, plebi non deerit in necessarijs, sed verbum Dei in ore scelerati hominis positū ad cōuertendas animas mirabilem habet virtutem, Ecclesiæ sacramenta si per manus sceleratissimi ministri transeant virtutem secum ferunt sanguinis Christi, quo homines mundētur. Et cum impius Balaā ad maledicendum Dei populū perrexerit, id efficere non valebit Deo linguā eius mutante, scelerataq. sacerdotis vita contingere fratrem non valebit audientem Dominū, qui ait. Super cathedrā Moysi ascēderūt scribæ, &c. Prælatis Ecclesiæ subdi debent homines etsi sancti illi non sint, li. 14. ca. 30. nu. 11. sacerdotes etsi male viuant audiēdi sunt, &c. li. 14. ca. 29. nu. 11. & 12. ita est Dei bonitate & misericordia datū, vt Christiani homines prælatis existentibus impijs & sacerdotibus sceleratis, donis illius non priuētur, sed quod sicut radij solares etiā si per immūda veniant loca, lucidissimi ad hominū oculos veniunt, ita sanguis merita satisfactiones & gratia Christi, alias desperati interirent Christiani homines, dum in re tam illis necessaria, qualis gratia est, quæ post peccatū expectatur, scirent eā per manus ministrorū, qui impij sint non posse consequi, quorū virtutem ignorantes absorberentur incredibili tristitia. Vnde cōueniens fuit, vt a malis etiā ministris eximia homines reportarent commoda. Sed licet hæc ita sint a malis ministris multa Ecclesia, & qui in ea sunt tolerant mala. Sacerdotes laicis peiores plus omnibus Ecclesiam persequuntur, a quibus maius præiudicium tolerat Deus, lib. 16. cap. 2. nu. 12. ca. 3. num. 10. vsque ad 12. sacerdotes & prælati sal & lux Ecclesiæ cæci, & infatuati magnum damnum illi inferunt, li. 16. ca. 3. nu. 8. 9. & 12. sacerdotes cor, & stomachus sunt Ecclesiæ, vnde si illi valeant Ecclesia floret, si ægrotēt illa marcida est, lib. 16. ca. 2. nu. 3. 11. & 12. sacerdotes ministrent nullum crimen habētes, sed testimonium bonum etiam ab his qui foris sunt, lib. 16. cap. 1. nu. 26. & 27. prædicatores dū frigido corde proferūt verba inflāmare non valent auditores, lib. 14. ca. 27. nu. 17. prædicatores iniqui portæ sunt vultus Leuiatham, quia per istos in potestatē diaboli traduntur multi, sicut sancti portæ sunt Sion, ibid. num. 22. prædicatores in exemplum sint alijs, operando quæ docent, li. 14. ca. 28. nu. 4. 6. vsque ad 10. cap. 29. num. 4. & 5. prædicatores sal terræ dicuntur, quia omnibus virtutibus ornati esse debent, & quia prius est vita, doctrina primo vocantur sal, deinde lux, lib. 14. cap. 28. nu. 7. prædicatores efficacius mouent exemplo, quam verbis, ibidem nume. 8. qui si non recte viuant multorū malorum sunt causa, ibi. Vnde falsos prædicatores misericorditer hoc munere priuat Deus ne populum decipiant, ibi. nu. 16. & 31. prælatis & prædicatoribus existētibus malis recte dicitur sermo Domini preciosus, id est, rarus, quia non eis reuelantur, quæ prædicent, lib. 14. cap. 28. num. 32. prælati & prædicatores iungant facta verbis, vt dent voci suæ vocem virtutis, ibid. num. 36. prædicatores, tam multi ob suam ignauiam & peccata, gentium reliquias non valent conuertere, lib. 14. cap. 29. nu. 8. prælati sancti nubes sunt pluuiā accipientes a Deo quam effundunt, falsi autem nubes sunt a diabolo excitatæ, illi imbrem

Matt. 23.

9

pluunt, isti laqueos, lib. 14. cap. 29. num. 10.
Iob. 6. lib. 18. cap. 2. num. 40. lib. 18. cap. 15. num. 18.
10 Quia ergo dixerat Iob. Nunquid potest comedi insulsum, quod non est sale conditum? insulsaq. videbantur illa, quæ nobis proponebantur comedenda, ideo homines dedit, qui essent Sal. Vos estis sal terræ, qui vestris studiosis moribus, & cælestis vitæ studio & conuersatione sic illa condienda sunt, vt saporosa reddantur. Taliter enim vos diuitias detestari oportet, vt dulcem paupertatem reddatis, ita iniurias propter Deum condonare, vt mansuetudo sapida fiat, vestroq. exemplo prius conditæ virtutes auidissime complectantur ab hominibus, quod & fecerunt, cum innumeri supra quam dici potest promiscui sexus diuitias contemnentes paupertatem amplexi sunt. Nec soli Apostoli ista fecerunt, sed Apostolici viri extremo hoc mundi tempore ista omnia dissuetudine insipida facta ita ea vt sal dulcorarunt suo exemplo, & conuersatione, vt innumeros successores post se habuerint. Tales fuere Benedictus, Basilius, Franciscus, Dominicus, &c. Sal terræ factus Dominicus prædicatione & admirabili vitæ austeritate ad condiendos hominum mores datus fuit illi velut e-
Iob 39. quo circundans fortitudinem & hinnitum, dum vitæ fortitudine, & hinnitu prædicationis mundum conuertit. Nec id solum, sed sicut Paulus iam morti proximus in carcere existens, qui conuersioni orbis inuigilauerat, moribundus scribebat Timotheo, tu uigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ, &c. ego enim iã delibor, & tempus meæ resolutionis instat, necesse ergo est, vt loco mei succedas, S. Dominicus, non vnum Timotheum, sed ordinem integrum hominum cõmodo destinauit. Morti propinquus duodecim vocans fratres, inquit, Per puritatem vitæ grati estote Deo, & per odorem bonæ famæ fructuosi in populo existite, &c. in feruore spiritus consistite, &c. Merito ergo sal terræ vocatus est. Vocantur etiam Apostoli, & Apostolici viri sal terræ propter discretionem, quam etiam sal significat, dicente Domino. Habete in uobis sal, id est, discretionem, qua modus in omnibus rebus statuendus est. Ad prælatos enim spectat sua discre-
Marc. 9. tione modum in rebus statuere, quem sæculares homines prætergredientes studiose viuere non possunt. Modus sit in cibo, vt nec in comedendo, nec in abstinendo modum excedas. Hac de causa præcipiebat Deus, vt in omni sacrificio adhiberetur sal, quia quic-
Leuit. 10. quid boni operis Deo offerre volumus oportet, vt ipsum discretionis sale condiamus.
1. Esdr. 7. Vnde in Esdra præcepit rex vt detur Esdræ vsque ad argenti talenta centũ, &c. sal vero absque mensura, quia in omnibus necessaria est, lib. nono, cap. 17. num. 17. vsque ad 20.
11 Horum verborum, quod si sal euanuerit, &c. alius sensus est, quod alij peccatores insipidi a sale curari possunt, tu vero qui sal es pessima plaga tua est & incurabilis fractura tua. Sic dicitur Esai. Ingredere ad præpositum templi, & dic ei. Quis tu hic & quasi quis hic? Quoniam excidisti tibi sepulchrũ, *Esai. 22.* ecce asportari te faciet Dominus sicut asportatur gallus gallinaceus q.d. tu qui præpositus es, putas te aliquid esse, cum nihil sis, quia qui sal esse debueras euanuisti, asportari te faciam sicut pullus, cum moritur, qui extra domum asportatur, & proiectus conculcatur. Similiter isti ab hominibus veluti per contemptum conculcantur. Sic dicit *Mala. 2.* Malachias: Labia sacerdotum custodiunt scientiam, &c. vos autem recessistis de via, scandalizastis plurimos in lege, irritum fecistis pactum Leui, propter quod ego dedi vos contemptibiles. Ac si diceret: sacerdos sal est, ideo labia eius custodiunt scientiam, qua homines condire debet, sed uos corrupti & deprauati moribus euanuistis, propterea dedi uos contemptibiles, vt pene conculcemini ab his, qui vos honorare debuerant. Sacerdotes & Ecclesiastici, si cadant difficilius multo, quam sæculares ad Deum redeunt, lib. 14. capit. 16. numer. 7. 8. 10. vsque ad 13. 17. 19. 20. & 24. lib. 16. capit. primo, numer. 18. 24. & 32. sacerdotes & prælati disponente Deo ob peccata sua contemptibiles sunt in populo, lib. decimo quarto, capit. 30. numer. decimo, sacerdotes sic viuant ne merito ab aliquo possint contemni sæculari, qui melior sit, lib. decimo sexto, cap. 2. num. 8.

Sic luceat lux vestra corã hominibus, &c. 12
& glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Cum nouam Ecclesiam Catholicam Deus homo factus condebat sponsam sibi parans eam non habentem maculam, aut rugam, quam sanguine suo lauare disponebat, legem illi porrigens vsque ad illud tempus non auditam, viros dedit miro virtutum decore fulgentes, quibus alij ad virtutem adducerentur, illos & sapientia simul, & virtute ornans, quasi dicens sponsæ dilectissimæ, Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Congruentius for- *Cant. 1.* sitan quis crederet dicere debuisse, murenulas argenteas faciemus tibi vermiculatas auro, vt quod pretiosius est oculis ceneretur, & quod minus pretiosum est intus lateret, sed cælestis sponsus aureas obtulit murenulas, quia basis, & fundamentum in Ecclesia vita est recta & mores sancti, & super hoc aurum amoris Dei pulchre superponitur scientia, quæ argento comparatur. Vnde recte Dauid aiebat, bonitatem, & disci- *Psal. 118.* plinã, & scientiam doce me. Sic in Exod. præ- *Exod. 28.* cepit Dominus Moysi, vt deorsum ad pedes tunicæ per circuitum faceret quasi mala punica, mixtis in medio tintinnabulis, & vestietur ea Aaron in officio ministerij, vt audiatur sonitus quando ingreditur, & egreditur sanctuarium & non moriatur, primũ virtutibus ornatus, deinde doctrina, &c. Et ita Paulus cũ Euan-

1. Cor. 4. Euangelici ministerij vsum sibi creditum vellet explicare aiebat. Ideo habentes hanc ad-
Tho. last. 2 ministrationem, iuxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus, sed abdicamus occulta dedecoris, non adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis commendantes nos ad omnem conscientiam hominum coram Deo, id est, nos habentes hanc dignitatem administrãdi spiritualia ex misericordia Dei, quam in hoc consecuti sumus a Deo, non deficimus per impatientiam, sed abdicamus occulta dedecoris, id est, amouemus a nobis, quæ hominem turpem, & dedecorosum faciunt, id est, immunda eaq. non solum manifesta, sed etiam occulta. In manifestatione veritatis, q.d. non deficimus, sed vitantes mala ambulamus & proficimus in manifestatione veritatis, id est, veritatem puram manifestamus, cõmendantes nos, &c.
Rom. 12. quia talia opera facimus, vt ex ipsis operibus reddamus nosmetipsos commendabiles ad omnem conscientiam hominum, nec solum ad omnem conscientiam hominum, sed etiam coram Deo, qui intuetur corda, prouidentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Vt ergo Ecclesiam ad debitam pulchritudinem reduceret, ministros quæsiuit sanctitate eximios, quibus dixit, sic luceat lux vestra, &c.
13 In quibus verbis docere voluit Dominus, illos desiderandos in Ecclesia ministros, qui luminaria facti lucentia in conspectu hominum, hos adducerent ad glorificandum Deũ pristinis reiectis vitijs, & imitatores earum virtutum facti, quas in viris cernerent Apostolicis, qui lux essent mundi. Mala hominum exempla in quocumque illa conspiciantur plebeio & Ecclesiastico, multũ inferunt reipublicæ nocumentum, quoniam cum maior hominum pars varijs abundet imperfectionibus, virtutis semitam trepidante animo inchoauerit, multis scateat tentationibus animum impellentibus, vt ad pristinam redeat vitam, qui talis est, facili negocio siniſtris hominum exemplis ad ea reuertitur, quæ euo-
Num. 26. in Quæst. muerat. Vnde cum Chrysost. duo retulisset commoda, quæ mundus consecutus est inundatione diluuij, vnum dixit fuisse, quod magistri interijssent vitiorum, quod si non effecisset Deus ad sanam mentem nusquam redi-
1. Cor. 8. rent homines. Et ita cum Paulus multis persuasisset Corinthijs, vt idolotita non manducarent, vnde adduci potuissent infirmi ad lapsum, post multa dixit, inoffensi estote Iudæis, & gentibus, & Ecclesiæ Dei, grauem credens Ecclesiæ offensam inferri, cum mala cernerentur exempla. Quoniam licet Orig. ea exponens Canticorum verba, capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas, dixerit paruulis vineis, hoc est animabus imperfectis nocumentum inferre vulpes, hoc est mala hominum exempla, sed cum stultorum infinitus sit numerus, damnum subinde graue erit. Exempla mala nociua sunt multum, lib. 11. capit. 5. numer. primo, & 10. Scandalum ingerens doctrinam dicitur docere Balaam, vnde iram Dei prouocat, lib. 16. cap. 8. nu. 2. & 3. Scandalum graue malum est, 14 cum illo lædatur infirmus, & frater, & homo pro quo Christus mortuus est, ibid. nume. 13. vsque ad 15. 24. & 26. scandala tollentes de regno Angeli pacis sunt, qui iuuant fratres, ibid. num. 26. malorum societatem tanquam Concilium ludentium vitabant sancti, lib. 2. cap. 19. num. 4. lib. 11. cap. 5. num. 7. malorum societatem imperfecti vitare debent, lib. 9. c. 19. nu. 8. 11. 12. & 14. cap. 21. nu. 8. lib. 10. cap. 9. num. 4. & 5. lib. 11. cap. 5. num. 12. & 15. lib. 14. cap. 4. num. 4. lib. 11. cap. 5. per totum docetur, quod malorum societatem, & consilia vitare debent omnes, maxime autem imperfecti. Sed licet cuiusvis, etiam si infimus de plebe ille sit, vita hoc inferat cæteris nocumentum, tamen quæ in viris Ecclesiasticis prælatis, concionatoribus cernuntur mala, maiora multo inferunt damna. Murmurauerant Aaron sacerdos, & Maria contra *Num. 12.* Moysen, & licet peccatum graue non esset, dixit Dominus. Egredimini vos tantum tres ad tabernaculum fœderis, & ibi descendit Dominus in columna nubis, & in illorum culpã animaduertit, nec eam populo manifestauit, ne occasio esset ruinæ. Quoniam vt aiebat Bern. Misera sacerdotum conuersatio plebis *In Conuers. Pauli.* tuæ miserabilis subuersio est, capta arce ab hostibus inuadere ciuitatem facillimum est. Vnde cum Esaias diceret, omne caput lãgui- *Esai. 1.* dum, &c. continuo intulit, a planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. Qua de causa controuersiam accidisse inter Angelum regni Persarum, & Angelum cui cura populi Iudæorum fuerat commissa retulit Daniel, quorum vnus nitebatur po- *Dan. 10.* pulum e captiuitate educere, alter eum in illa retinere, vterque bono sui populi intentus erat, vnus satagebat populum liberare Iudaicum ne perditis Babyloniorum exemplis pollueretur, alter eum detinere, vt bonis Iudæorum visis Babylonij pristinam desererent consuetudinem, &c. Scandala potentium a- 15 criter punienda a Deo, lib. 3. cap. 15. nu. 10. lib. 4. cap. cap. 18. num. 21. lib. 16. cap. 1. nu. 32. sacerdotes in gazophylacijs erant respicientibus viam meridianam, & Aquilonis, quia luce debent esse pleni, & saluti proximorum intenti, lib. 16. cap. 1. num. 22. sacerdotes ministrent, nullum crimen habentes, sed testimonium ab his qui foris sunt, ibid. nume. 27. sacerdotes intrãtes sancta tintinnabulis vtebantur olim, vt docerent bona exempla in eis fore necessaria, ibidem numer. 34. 37. & 38. sacerdotes mali aceto, & fumo comparantur, &c. lib. 16. capit. secundo, numer. septimo, prædicator qui contraria operatur, his quæ docet scandalizat alios, libr. quarto, capit. vigesimooctauo, numer. 2. 7. & 19. prædicator, qui doctrina, & exemplo salutem aliorum curat, sanctificat Euangelium

Dei, ibid. num. tertio, prædicatores male viuentes multorum malorum sunt causa, ibi. numer. 8. prælati & sacerdotes alios scandalizantes dicuntur nutrire pecora occisionis, ibid. num. 15. prædicatores aliquando vtilitati proximorum consulentes operantur bona palam, ibid. num. 23. prædicatoris progenies eradicatur, dum is qui per verbum nascitur, per exemplum necatur, num. 24. & 26. prælati forma sint fidelium, & exẽplar in omnibus, lib. 14. cap. 29. nume. 14. Vt ergo his malis prouideret Dominus, dixit, sic luceat lux vestra, &c. Et etiam quia bonorum operum lux alijs manifestata varia
16 excitat desideria in his, qui ea cernunt. Hi
Lib. 3. de cõsideratione ad Euge. similes sunt Christo Domino, ait Bern. de quo scriptum est, Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est fortitudinẽ, &c. Fortitudo tua fidutia fidelis conscientiæ est, decor tuus splendor bonæ opinionis. Omnes domestici Ecclesiæ vestiti esse debent duplicibus, hoc est interna pollere sanctitate, externoq. virtutum decore. Exempla sanctorum carbones sunt vastatores, lib. 2. cap. 7. nu. 37. lib. 5. ca. 13. nu. 14. 17. & 29. exempla virtutum alijs præbere fit virtutum studiosis multarum coronarũ materia, lib. 5. ca. 13. nu. 5. 7. & 11. exempla sanctorum panni sunt veteres, quibus a puteo extractus est Hieremias, virgæ sunt Iacob, &c. lilia in quibus pasci debent homines, ibidem numer. 20. vsque ad 22. 26. & 27. exempla sponsæ currere faciunt adolescentulas in odorem vnguentorum sponsi, ibid. num. 32. vide totum caput. Exempla quidem recta in quocumque cernantur, tam sunt proficua, sed hæc vtiliora multo si in viris Apostolicis contemplemur.
Hieron. epist. de tribus virtu. Vnde (Hieron.) cum dixisset regius vates, quod Deus has nubes educeret ab extremo terræ, subiungit, fulgura in pluuiam fecit,
Ezech. quibus subditorum animæ fœcundentur. Vnde cum euntibus animalibus pergunt rotæ, cum stantibus stant, cum eleuatis pariter eleuantur, quia sæculares vestigia in bono &
17 in malo sequuntur Ecclesiastici corum. Luceant opera, &c. vt glorificent patrem, &c. scelerati quidem, qui nomine hominum indigni sunt, etsi opera fratrum cernant admiranda illis, non emendantur sicut cernere licet in Cain, qui bonis operibus fratris motus est ad occidendum illum, & Saul virtutibus Dauid immanior reddebatur. Quod mirari nullus debet, cum hi diabolo sint similes, qui auditis virtutibus Iob nullum inde reportabat commodum, sed odio maiori concitatus illum perdere nitebatur. At qui hominis meretur nomen, fratrum maxime autem prælatorum, & sacerdotum exemplis ad bonum adducitur. Vnde sicut Deus in mundi exordio diuisit lucem a tenebris, volens, vt nullus homo audeat coniungere, quæ ipse separauit, ita præcepit, vt nullus terram diuerso semine seminaret, nec vestem texeret ex lana, & li-

no, quibus significare voluit, vt Christianus & multo minus prælatus luci tenebras non coniungat, ita vt doctrina existente lucida vita tenebrosa sit. Vide de hac re multa verbo prælati & prædicatores in to. 1. vbi pulchre docetur expedientissimum esse, quod vt proficui sint iungant facta verbis. Vnde summa hæc est sæculi felicitas, quod tales sint prædicatores, & prælati, quorũ potitus est orbis, cũ duos simul accepit Cherubinos Franciscum scilicet, & Dominicum, qui cum gladijs flammeis vitæ & doctrinæ homines a paradiso non arcerent, sed introducerent. Quadraginta quinque annos vixit beatissimus pater Franciscus, qui post iuuenilem ardorem ad Deum conuersus viginti annorum spatio suæ paupertatis, sæculiq. contemptus tantos imitatores effecit, vt in celebri illo capitulo, quod vulgo dicitur, *de las esteras*, fere quinquies mille religiosi inuenti sunt Assisii anno 1219. secundo anno post ordinis illius confirmationem, cui interfuit S. Dominicus septem comitatus socijs, vt ex his colligas quantus esset fratrum numerus, qui per totum orbem fuissent dispersi. Quæ socij illius Dominici verba, & exempla effecerunt, narrare nemo potest, dum enim in libro charitatis legeret, quæ docebat, & vitam, & doctrinam cernentes non Christiani homines solum, sed & hæretici Albigenses, centum millia ex illis ad Catholicam fidem, quam turpiter deseruerant, sunt reuersi. Nec sufficere credidit, quæ viuens operatus est, nisi ordinem institueret alieno bono consecratum. Si enim laude dignos Romæ fundatores arbitratus
De Ciuitate Dei. est August. qui multa prudentia Asylum in ea constituerunt in quo immunes viuerent etiam qui grauissima patrassent scelera, vt hac data sceleratis hominibus libertate amplificaretur Romana ciuitas, quantis quæso laudibus, & præmijs digni sunt religionum fundatores, tot constituentes non asylos, sed monasteria ad quæ accedentes mundani homines pristinam desererent conuersationem? Et quia Dominicus non lux mundi, sed aliorum, qui luces erant, præclarum iubar erat, super illos mirabiliter eleuatus est, sicut Moyses qui dux populi futurus eminebat vniuersis. Et sicut olim. Mathathias Iudæam cernens miserabili subiectã tyrannide clama
1. Mach. 2. uit. Qui zelum habet legis adiungatur mihi, & fugit ipse, & filij eius in montes, & dereliquerunt quæcumq. habebant in ciuitate, & tunc descenderunt multi quærẽtes iudicium & iustitiam & sederunt ibi. Cumq. morti appropinquaret, qui talis extiterat in vita dixit. Nunc ergo filij æmulatores estote legis, & date animas vestras pro testamento patrum vestrorum, & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum, &c. adducetis ad vos omnes factores legis, & vindicate vindictam populi vestri, & benedixit eos & appositus est ad patres suos. In quo sancti hu-

ius viri zelum in vita & in morte licet admirari. Quo non inferior iudicandus est Beatissimus pater noster Dominicus, cuius hæc indefessa sollicitudo fuit, vt ad se traheret viros legis zelatores, quibus bellũ dæmoni inferret, nullo nunquã fœdere dirimendũ. Qui & morti proximus suos ad exequenda munia, ad quæ fuerãt vocati, mirabiliter hortatus est, tractus ille post Dominum, in odorem vnguentorum Christi curauit, vt eius
Num. 11. filij velociter currerent. Cunctorumq. salutem summa curabat diligentia. Cum Moyses populum cerneret murmurantem flens aiebat ad Dominum. Cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me, nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas, porta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulum? non possum horum ferre mores, obsecro, vt interficias me. Non sic Dominicus, sed quasi cunctorum esset pater, & mater cunctorum necessitatibus prouidere satagebat, &c.

In trahsfiguratione Domini. Euangelium. Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum. Vide Dominica 2. in Quadragesima.

IN FESTO S. LAVRENTII Martyris.

Euangelium.

Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti. Ioan. 12.

Vide lib. 1. cap. 11. num. 10. lib. 3. cap. 10. nu. 61. lib. 11. cap. 7. nu. 1. cap. 13. num. 7. lib. 12 cap. 3. nu. 6. lib. 18. cap. 15. num. 41. & 42. Et multa in festo S. Petri martyris 29. Aprilis.

In festo S. Laurentij Martyris. Inscriptio. 1

NISI granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet, &c. Dixerat Dominus, venit hora, vt clarificetur filius hominis in Ascensione scilicet, quoniam autem ad gloriam hanc peruenire non potuit, nisi per mortem, mentionem mortis sue ingerit ostendens, quã sit illa toti mũdo futura fructifera, vt dũ Apostoli hanc cernerent vtilitatem scandalum crucis deponerẽt, qui magistri mortem vehementer dolebant, vt autem hanc æquanimiter tolerarent docet, quod per illam multum fructum allaturus sit mundo & patri. Mundo quidem promerendo reconciliationem cum Deo, & spiritus charismata tribuendo, & quia Iesu mortuo multiplicanda foret fidei seges, lib. tertio, capit. decimo, num. 61. 64. & 65. Patri vero ex vniuerso orbe quam plurimos adducẽdo. Quoniam nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus (Orige.) id est, nisi æternus pater dedisset nobis Christũ similes extitissemus impiæ Sodomorum ciuitati, quantum ad impietatis magnitudinem spectat, qua æternæ morti fuissemus adiudicati. Mortem autem Domini vocauit semen, quia sicut semen fructum multiplicem reddit seminatum in terra, sic & Iesus dum mortuus est solus, multiplicato fructu viuus surrexit, & qui cum baculo crucis solus transiuit Iordanem de torrente in via bibens, cum duabus turmis comitatus redijt ad patrem. Et qui dixerat, ait Augustinus patri, singulariter sum ego donec transeam, quia solus interijt, hoc significare voluit, quod cum transisset multiplicandus esset, quia multi essent illum imitaturi, qui dixerat. Ego si exaltatus fuero a terra omnia tra- *Ioan. 12.* ham ad me ipsum. Bene autem se granum frumenti vocat, quia ipse vt nos pasceret, & aleret in agro huius mundi velut seminatus est, dum incarnatus est, & natus, vt in terra mortuus & sepultus, ex ea gloriosus, & cum magno fructu resurgeret, dicente propheta. Erit germen Domini in ma- *Esai. 4.* gnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio his, qui saluati fuerint de Israel. Et cum Samaritanorum cõ- *Ioan. 4.* uersionem propinquam cerneret vocauit Iesus regiones albas ad messem. Et alibi. Flo- *Esai. 27.* rebit & germinabit Israel, & replebit faciem orbis semine. Fructus mortis Christi fuit, *Hebr. 10.* quod pateret ad regna cælorum aditus sicut dixit Paulus. Habemus fiduciam in introitu 2
sanctorum in sanguine Christi. Christus percussus, vt petra olim a Moyse percussa, vberes dedit fructus, lib. 3. cap. 10. num. 4. & 49. in quo capite per totum differitur, quod Christus passione sua miranda homini contulit bona, Christi sanguis mirabiles effectus producit in anima, ibid. num. 13. & 86. Christum circundederunt Iudæi in passione, vt apes fauum, quia nobis dulciorem reddiderunt eum, num. 52. Christus de torrente passionis bibit, & nos exaltauit, num. 32. & 33. Christi sanguine & rigatur, & aratur ager cordis, vt fructificet, ibid. numer. 56. Christus varijs cibis cõparatus est, secũdum varietatem hominum sumentium, lib. tertio, cap. quinto, num. primo. Christus patefecit cælum antea clausum, ibid. numer. 35. Christus homo factus statim habuit multos imitatores, lib. 3. cap. 5. num. 39. capit. 6. numer. 5. cap. 8. num. 4. cap. 9. num. 32. cap. 13. num. 16. Christus pusillus in terra mira operabatur in cælo & in terra, lib. 3. cap. 7. num. 25. vsque ad 27. 46. & 47. cap. 9. num. 13. cap. 11. num. 30. Christus instar grani datus, non sibi sed nobis, in nostram vtilitatem illo vti debemus, lib. 3. cap. 7. numer. 28. 32. 49. & 50. Christi umbram, id est, ipsum incarnatum desiderabat sponsa, quia ibi fructus sunt

vitæ, li. 3. cap. 8. nu. 17. ca. 9. num. 37. Christus varia habet nomina, secundum uarios effectus, quos in hominibus producit, lib. tertio, cap. nono, nume. 4. 5. 8. 23. 35. 37. 38. 40. & 44. Christus frumentum est electorum, lib. quinto, cap. primo, num. 12. Christus cælestis in terris visus est, vt cælestes quamplurimos faceret, lib. 12. cap. 3. numer. 36. & 37. Christus post mortem suæ obedientiæ mundum subiecit, quod Principes Romani in Deos relati facere non valuerunt, lib. 17. cap. 6. nume. 5. & 6. Comparatur etiam Dominus grano, quia vt in plurimum alij Principes paleæ recte comparantur, qui foris nitidi sunt, intus vero vacui, horum gloria hodie est, & cras in clibanum mittitur. Cum ventilabrum acceperit Dominus paleas igni inextinguibili cõburturus, apparebit quam sint ludicra, & vana, quæ nitere videbantur inter homines, cũ tritici cum congregauerit Deus in horreum suum. Vnde aiebat Propheta de Aduentu Domini loquens. Ecce Dominus noster expectauimus eũ, & saluabit nos, exultabimus, & lætabimur in salutari eius. Et statim. Quia requiescet Dominus in monte isto, triturabitur Moab sub eo, sicut teruntur paleę in plaustro, & humiliabit gloriam eius cum allisione manuum eius, dum eius, qui impius est cõtriuerit potentiam, comminuerit gloriam, quæ flos erat fœni. Christus vero grano, in quo stabilitas est, quia illius gloria, sicut & eorum, qui illum imitantur, ab intus est, & qui foris contemptibilis erat, excelsus erat sicut scriptum est. Quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius est, quia excelsus reputatus est ipse (Hieronym.) quia qui vitam habere videbatur in naribus a modicaque pendere respiratione, excellus re vera erat. Christus vilis apparebat foris, excelsus erat intus, lib. tertio, cap. quinto, num. 22. 25. & 30. capit. septimo, numer. 26. 27. 41. 46. vsque ad 48. cap. nono, nume. 13. capit. 10. num. 58. cap. 11. nume. 50. Gloriam malorum magnificare non debent homines, sed eorum pulchritudini statim maledicere, lib. 7. capit. 5. num. 9. usque ad 11. gloria mundana diuturna, & stabilis non est, lib. 7. capit. 6. num. 7. 14. & 15. Gloria temporalis auro comparata decipit homines, lib. 1. capit. 25. num. 10. & 11. Honores mundani citissime transeunt, lib. 1, cap. 20. nume. 20. usque ad 24. Honorantur impij in via, qui in peruentione damnabuntur, lib. septimo, capit. quinto, nume. nono, vsque ad 11. Grano ergo hoc semi-
4 nato tantum fructum dedit, vt cum orbis tunc nimis destitutus esset bonis, in odorem vnguentorum Christi cucurrerunt innumeri, quando illud impletum est, quod Angelus futurũ prædixerat Zachariæ, aiens. Absque muro habitabitur Hierusalem præ multitudine hominum, & iumentorum. Tanta enim erit credentium copia, vt muris circumcludi non possit, sed ego ero ei murus ignis in circuitu, nec a quoquam lædi possit, nec

Esa. 25.

Esa. 2.

Zacha. 2.

contingi, mea enim gaudebunt protectione, qui in ea habitauerint, vt ab hostibus sint lecturi. Cumq. similis tunc fuisset orbis vineæ, in qua finita vindemia labruscæ reperiuntur paucæ nec maturæ, & oliuæ excussæ, vbi in summitate ramorum vna aut altera inuenitur olea, post Domini passionem incolebantur eremi instar paradisi in Palæsthina, Syria, Nitria, Aegypto, non vt quondam quando dicebat Dominus, multiplicasti gentem, sed non magnificasti lætitiam, quia qui multi erant numero, panciss. mi erant meritis, cum scriptum legamus: Transiui & non erat homo, qui a hoc nomine indigni erant, qui terram inhabitabant, sed post Domini passionem & numerus iustorum creuit & meritũ. Ecclesia temporibus Apostolorum innumeris abundabat bonis, lib. 5. capit. 4. numer. 9. cap. 5. num. 1. vsque ad 4. 10. & 11. lib. 5. cap. 6. num. 4. 7. & 10. Ecclesia quæ prius in Iudæis conclusa erat, dilatata est valde, lib. 5. cap. 7. num. 13. 14. 19. 22. & 27. Christus cum baculo transiuit Iordanem moriens, sed ad patrem redijt, cum duabus turmis triumphator, li. 3. cap. 13. nume. 26. Christo resurgente flores apparuerunt in terra nostra propter multitudinem credentium, ibid. numer. 35. & 36. lib. 3. cap. 14. numer. 2. & 17. Christus enim fuit medium, quo pater egressus est in salutem populi sui, lib. 3. cap. 14. num. 13. Christus est germen Domini in magnificentia, & fructus terræ sublimis, ibid. num. 30. Christus dæmones traducens de eis triumphauit, vt sanctificatio ad nos transiret, lib. 7. cap. 9. numer. 1. Christus tanquam ignis ad vineam regionem mundi descendit, lib. 3. cap. 5. num. 42. 58. & 66. Christus factus homo est, quando mundus plenus erat peccatis, & ignorantijs, lib. 3. cap. 5. nume. 69. 71. vsque ad 74. & 92. & nu. 75. vsque ad 79. docetur, quod Christus incarnando prouidit multis necessitatibus, quæ maxime vigebant in orbe. Quia 5
ergo instante passione gentiles venerant cupientes Iesum videre, occasione huius dixit, venit hora, vt clarificetur filius hominis, passionem vocans clarificationem, quia per mortem clarus euaderet, quod in ingentem ederet hominum vtilitatem, dum ipso mortuo Ecclesia propaganda vehementer foret. In quibus etiam verbis docere etiam voluit martyrum mortem fore illis fructiferam. Hi enim ingentia consecuti sunt bona, dum mortem propter Christum contempserunt fructum afferentes patientiæ, charitatis, fortitudinis, reliquarumque virtutum, quibus condecorati sunt, vitam contemnentes terrenam. Vnde martyrium tanquam salutarem calicem optabant iusti, vt Deo essent grati & in bono perficerentur, lib. 18. capit. 15. nume. 16. martyrum fortitudo ingens in patiendo, lib. 6. capit. 13. numer. 3. 8. 11. & 13. martyres Dei feliciter sunt infœlices, libr. 7. cap. 3. num. 11. martyrum prœconia virtutes ac merita, &c. lib. 11. cap. 7. per totum. Martyres

tyres vt lignum præcisi sunt, dum visi sunt oculis insipientium mori, sed rami rursus pullularunt, lib. 12. cap. 3. num. 32. Multum etiam fructum afferunt sancti, quia laboribus, & afflictionibus crescunt, & fructificãt.

Genes. 49. Sic in benedictione, quam Iacob dedit filio suo Ioseph dixit, Filius accrescens Ioseph,

Oleast. Sanctes Pagninus vertit, fructificans super fontem, id est, tã erit fructificans filius meus

Exod. 1. sicut arbor iuxta fontem plantata. Laboribus attriti filij Israel, quãto vehementius affligebat eos Pharao, eo amplius multiplicabantur. Et sicut de Christo Domino dixerat Esaias, Generationem eius quis enarrabit, & addens huius multiplicationis causam dixit, quia abscissus est de terra viuentium: de ipso, & de vnoquoque iusto legimus pro eo, quod laborauit anima eius videbit & saturabitur. Et in Psalmo 71. vbi nostra habet lectio, erit firmamentum in terra, &c. superextolletur super Libanũ fructus eius, alia lectio habet, Erit pugillus frumenti in terra, superextolletur super Libanum fructus eius. laboriosam vitam agens Paulus in paradisum raptus est. lib. 10. cap. 1. numer. 5. 6. & 9. tribulatio iusti non angustat animi virtutem, sed dilatat, lib. 5. cap. 9. numer. 1. lib. 6. cap. 11. num. 26. lib. 17. cap. 4. numer. 4. & 14. tribulationibus clari efficiuntur sancti, lib. 6. cap. 9. num. 9. 10. 12. 14. vsque ad 18. lib. 9. cap. 15. num. 4. vsque ad 6. & 13. cap. 20. numer. 4. & 12. lib. 17. cap. 6. numer. 4. in tribulationibus tunduntur sancti, vt sicut lapides dolati in cælo collocentur, lib. 6. capit. 9. num. 41. tribulationibus carnalis delectatio atteritur, sed virtutum ossa patefiunt, lib. 17. cap. 2. num. 25. vsque ad 28. tribulationes iustorum torcularia sunt, &c. lib. 17. cap. 4. nu. 18. & 19. & 23.

6 Qui amat animam suam perdet eã, & qui odit animam suam in hoc mundo in vitam

Aug. epist. 8. æternam custodit eam. Aiebat August. hoc præceptum, quo perdere iubemur ãnimã nostram, ad hoc valet, vt quisque interimat in se carnalem animæ affectum, quo cum impedimento futuræ vitæ præsens vita delectat. His verbis adhortatur Dominus ad contemptum voluptatum vitæ præsentis, & ad mortificationem concupiscentiarum carnalium. Vt sit sensus. Qui in hoc mundo affectus est contra me animæ suæ desideria, eamq. per harum affectionem saluam facere voluerit, ac sic eam amauerit, vt eius concupiscentijs acquiescere voluerit, perdet eam in futuro sæculo. Contra vero, qui propter mea præcepta, & mei amorem, animæ suæ concupiscentias mortificauerit, animamq. suã afflixerit ieiuniis flagellis orationibus, &c. saluam eam in futuro sæculo faciet. Animam suam & vitam odit fur obseruans caliginem, adulter multis eisq. grauissimis subditus periculis vitæ, sed quia hanc non odit propter Deum, sed explendæ libidinis causa, ratione consequendarum opum, eam & in hoc sæculo, & in futuro perdit. Animam qui vere diligunt, & qui odiunt, lib. 1. cap. 11. numer. 10. animas in hoc mundo saluas facere docuit Hippocrates, Christus vero in futuro, & hic perdere, lib. 15. cap. 6. num. 12. animam perdit salutari perditione, qui desideria eius frenat, lib. 18. cap. 15. num. 4. 11. & 12. anima si male ametur perditur, si recte odiatur custoditur, ibidem num. 41. & 42. Vt ergo Iesus *Chrysost. hom. 66. in Ioan.* a rerum sæcularium vinculis homines liberaret, qui funibus peccatorum suorũ constringuntur, auari diuitijs, luxuriosi carnis voluptatibus, ambitiosi honoribus (libertas enim *Prou. 5.* vera in sapientibus est, & iustis, mali autem etiam si imperent serui dicendi sunt, libr. 10. cap. 4. num. 3. vsque ad 7. 9. vsque ad 11. 16. 19. & 20. Liberi enim effici non possunt homines, nisi omnia terrena contemnant, ibid. num. 9. 19. & 20) dixit, qui amat animam suam, &c. id est, qui absurdis animæ cupiditatibus obtemperat, eiq. plus iusto indulget, is animam perdet suam, & e contra, qui eam non audit contraria diuinæ voluntati suadentem, is seruabit eam. Cum ergo in hoc Euangelio suadere Iesus voluerit rerum temporalium con- 7
temptum diuitiarum honoris famæ, & vitæ ita vt solum bonum virtutis cæteris posthabitis magnipendatur, ista vt ludicra, inania, & momentanea reijciantur, illa amplectantur, quæ vera sunt, & sola bonorum nomine digna, &c. Sed dicere quis posset, si Deus voluit, vt cuncta contemnerentur terrena, cur illa insuauia non fecit, veneno & amaritudine cuncta aspergens, vt quam primum illa homines degustarent ab horum dilectione reuocarentur execrantes mortem, quam cernerent in olla, in qua radices essent felle amariores? Si enim vitæ amor, honoris dilectio vanitatum cunctarumq. rerum temporalium desiderium iucundum non esset, ferrentur forte ad ista & conquirenda & amanda, qui multitudine criminum, vsuq. peccandi corruptum haberent iudicium, deordinatos affectus, vt dicerent. Quæ prius nolebat tan- *Iob* gere anima mea operibus uirtutum composita, nunc præ angustia cibi mei sunt, dum ea delectant, quæ amaricabant prius, qui autem ad hanc malorum profunditatem non venissent amaritudine experta facili negocio fastidirent cuncta. At cum tam sit hominibus dulce temporalia cuncta diligere, honoribus & dignitatibus potiri, vitam desi- *Iob. 1.* derare, dum pellem pro pelle, & cuncta, quæ possidet homo, libenter postponit uitæ propriæ, uitæ odium, rerumq. aliarum contemptum persuadere difficillimum certe foret, sicut & a dulcissimo cibo illius desiderium, & palatum arcere, qui eximio eius desiderio teneretur, cuius dulcedinem fuisset frequenter expertus. Ratio autem quare Deus hoc ita fecit ut res temporales delectarent, & simul contemnerentur, fuit, ut hominum crescet meritum. Quæ enim esset homini debita gratitudo, si amara propter Deum ro-

spueret?

spueret? Quid mirum si ea contemneret homo, quæ insipida essent, & insuauia? Qua ratione suaderi posset, quod propter Dei dilectionem habita consideratione ad solam eius voluntatẽ, illa reiicerentur, in quibus nulla esset voluptas? Credi facilius potuisset, quod amore proprio actus homo illa non ederet, quæ inimica essent gustui, & appetitui contraria. Exod. Misit Deus Iudæis cælestem cibum habentem omnem dulcedinem, & saporis suauitatem, & præcepit Deus, vt solum illud colligeret homo, quo necessitati tantũ vnius diei prouideret. Domine si ita colligendus erat supernus hic cibus, vt solum sufficeret necessitati instanti, cur non illum solum prouidebas, quod illi sufficeret, & non tantam illius copiam? Si edulium pretiosum est, necessitas grauis, populus in deserto degẽs, vbi nullus alius quæri valet cibus, vbi timere populus potuisset, ne crastina interiret pane deficiente, cur non licet, ut collecto manna crastinæ necessitati prouideatur? Ita futurum statuo, egrediatur populus meus, & colligant quæ sufficiunt per singulos dies, vt tentem eũ vtrum ambulet in lege mea, an non. In hoc agnoscendam obedientiam ad diuinas leges significare volens, si sapidum dulcissimumq. cibum non colligeret propriam aduertens voluptatem, sed Dei iussionem, quam magnipẽdere certe videretur contemnens, quod tam esset gustui delectabile, quodque in tanta cõcederetur abundantia. Si enim illud solum daret, quod sufficeret cuique diei, quid mirum si illo contenti a Domino reliquum expectarent, sed in hoc eorum perpendebatur obedientia, quod cum abundantissime plueret manna necessarium tantum, prout Dominus præceperat colligebant. In hoc diuina aduertitur dilectio in homine Christiano, si bona temporalia, quæ delectant, contemnat, honores respuat, diuitias floccipendat, & amaric antem librum Ezechielis edat gustui contrarium, ab hisque abstineat, quæ faucibus videntur dulcia, ne peccatoribus sint similes, qui anima neglecta in implendis desideriis carnis toti uersantur, lib. secundo, capit. 17. numer. 23. lib. duodecimo, capit. 4. nume. 13. Hæc enim impiorum peruersio est velle vti fruendis, & frui vtendis, lib. sexto, cap. 14. nu. 3. 4. & 6. Bona omnia temporalia, vt præcipua diligunt reprobi, non iusti, lib. primo, cap. 17. num. 20. cap. 18. num. 14. lib. secundo, cap. 16. num. 12. 16. 24. vsque ad 26. cap. 19. nume. 22. 24. & 25. Bona temporalia contemnenda, lib. primo, cap. 17. num. 5. vsque ad 7. 9. 11. 12. 14. 15. 17. vsque ad 19. 22. vsque ad 24. & 26. libr. tertio, cap. primo, num. 40. & 41. Vide plura de bonorum temporalium contemptu. Vt ergo Dominus ab amore rerum temporaliũ homines arceret, dixit. Caiet. Qui amat animam suam perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mundo in vitam æternam custodit eã, id est, qui amat vitam suam in hoc trãsitorio statu mundi, ita quod vitam suam præponit aliis amabilibus, amat eam sine freno, & vt finis, isque perdet eam perditione æternę mortis, qui vero hanc non diligit vt finem, eam perpetuo conseruabit. Tunc amamus vitam in hoc mundo, quando illi permittimus, quęcũque desiderat delitias, cultiores cibos, ludos, indumenta preciosa, & delicata diuitias, &c. fugimus vero quæcunque sunt his contraria. Mundanus ergo bene consultum putat animæ suæ si concupiscentiis laxet frena, quantumcunque illas prohibuerit Deus, non aduertens quod scriptum est, Si animæ præstes concupiscentias suas, faciet te gaudium inimicis tuis. Eccles. 18 Hanc viuendi normã secutus fuerat Salomon mille implicitus vitiis quæ ipse confitetur in libro Ecclesiastes, in quę lapsus est fæde, dum dicit, omnia, quæ desiderauerunt oculi mei non negaui eis, nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his, quæ præparaueram, & hanc ratus sum partem meam. Ecclesiast. Sicut enim qui amicum intime diligit, eum libentissime audit, illi obtemperare delectat, ipsum contristare etiam in minimis recusat, &c. ita qui immoderato amore animam, & vitam diligit, illi reiecta diuina lege in cũctis obedit, alium audire non delectat, cuncta fastidit, quæ vitę, & mundanarum rerum amori non sunt conuenientia, quæ mundi sunt sapit, ea loquitur, in illis meditatur, ad ea sola fertur, sicut equus, & mulus, in quibus non est intellectus, nisi in fræno, & chamo illius maxillas confringens Dominus ad sanam eum reduxerit mentem. Et quia fortis est, vt mors dilectio, omnia postponit, dummodo eis rebus potiatur, quibus delectatur caro, sicut scriptum est. Aquam nostram pecunia bibimus, ligna nostra precio comparauimus, cer uicibus nostris minabamur, lassis nõ dabatur requies, Aegypto dedimus manũ, & Assyriis vt saturaremur pane, in animabus nostris asferebamus panem nobis a facie gladij in deserto. Thren. 5. In quibus verbis hanc lamentabatur Hieremias miserandam hominum calamitatem eorum, qui cum immoderato amore in ea quæ delectant ferantur, ut modicam accipiant consolationem, qualis ea est, quæ in potu aquę inuenitur, multis distractis spiritualium bonorum diuitiis, ista emunt, nullaque expectata vera retributione, & mercede, sed minis, & vt vulgo dicitur, *con el palo en la mano*, ad intolerabiles homines carnales feruntur labores, vtque pane solo abundarent fędus inierunt cum Aegyptiis, & Assyriis, qui hostes truculentissimi sunt. Hæc faciunt, qui inordinato amore animam diligunt. Iesus autem uocans animæ dilectionem, & vitæ eam, quæ in hominibus scelera-
tis, & mundanis est, terrenorum dilectionẽ, humano loquitur more, quia mũdanus hõ quod re vera odium est animæ, & uitæ, credit esse dilectionem. Et e contra ille vere animã diligit, qui ea eligit, quæ carni sunt inimica, vt pote qui eam in vitam æternam custodit.

Vnde

Vnde sancti egentes, nudi, humi cubantes, innumeris afflicti miseriis, hi sunt qui re uera animas diligunt, & vitam, quam stulti huius sæculi amatores arbitrantur a iustis stulte contemni, quorum vitam illi extimabant insaniam cum incredibili polleret sapientia, & qui carnifex putabatur proprię uitæ dire carnem verberans, re vera illius eximius amator semper fuit. Sapien. 5. Qui autem diligit iniquitatem placentia eligens, ille re vera odit & animã, & uitam. Ita enim Bernard. Epist. 236. Cum ad summam euectus esset sedem Eugenius Tertius, vbi tãtis diuitiis, honoribus, deliciis, potiri deberet, Sanctus aiebat, quod in manus incidisset latronum, qui seminecem eum reliquerant, & talem, quod nisi Dominus supponeret manum insolito onere obrueretur. In uita hac mali appetunt habere bona omnia futuram non curãtes, iusti e contra, lib. secundo, capit. 17. num. 20. vsque ad 23. Vita hæc omnia habet vanitati subiecta, vnde illa appetenda est, quæ caret hoc malo, lib. secundo, cap. 18. nu. 16. lib. 18. cap. 16. num. 6. 9. 10. 15. 21. & 22. ca. 17. num. 6. & 10. Vitę huius multæ sunt miseriæ, vnde ea appetenda non est, lib. quarto, cap. 1. num. 27. 28. 35. 43. 58. 73. 77. & 78. libr. 11. cap. 10. num. 14. lib. 18. cap. 16. nume. 3. 10. 11. 13. 26. 28. & 29. Vita præsens non est vita, &c. lib. 18. cap. 16. nume. 2. 3. 6. 13. vsque ad 15. 20. 23. & 30. Caro subiiciatur spiritui in proprium illius bonum, lib. secundo, capit. 5. num. 17. 18. 26. vsque ad 28. libr. tertio, cap. 1. numer. 1. 11. 12. 16. 21. 22. 28. vsque ad 33. 56. vsque ad 58. & 62. Caro delicate nutrita animam consumit, lib. secundo. cap. quinto, num. 27. lib. 3. cap. 1. num. 1. 7. & 17. lib. 18. capit. 11. num. quinto. Carnem pascit sterilem, & viduę bene non facit, qui derelicta anima in illius desideriis implendis versatur, lib. secundo, cap. 17. num. 23. Carnis voluptatibus non inseruiendum docuerunt Philosophi verbis, & exemplis, lib. 3. cap. 1. num. 17. & 18. In quo toto capite differitur eleganter de re hac, nu. autem 31. 34. 45. 58. & 62. ostenditur, quod caro diligitur cum eius vitiis resistitur, num. 61. & 62. docetur, quod caro sic diligenda est vt Deo potius obediatur, quam ipsi.

9 Si quis mihi ministrat me sequatur, & vbi sum ego, illic & minister meus erit, aiebat Au Psal. 100 gustinus edisserens illa verba, ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat, is ministrat Christo, qui non quærit, quæ sua sunt, sed quæ illius, qui autem quæ sua sunt, quærunt, sibi ministrant non Christo. Nec exprimit certum aliquod ministerium, quilibet. n. in suo statu, & officio Christo ministrat, dum officium suum diligenter exequitur. Saluator noster salutis viam præiuit, omnia abstulit impedimenta viæ, vt omnibus postea pateret. Deinde qui præcedentem sequuntur deuictis hostibus, aut latronibus, in quos ductorem prius incedere oportet securi proficisci possunt. Ita Christo præcedente, qui Diabolum, mundum, & carnem acerrimos humani generis hostes deuicit, securi incede re poterimus. Habent hoc bonum illi, qui ambulant vias mandatorum Domini, vt scilicet Deus ipse, qui eos in via dirigit, quærat illis requiem. Arca Domini proficiscebatur ante eos viã trium dierum ad explorandam illis requiem, nubesq. Domini tegebat eos, quos præcedebat mitigans labores in via. Num. 10. Oleaster. Et in Deuteronom. Præcedebat vos in via ad explorandum vobis locum pro Castris nestris. Deut. 1. Oleaster. Solent serui dominos suos præcedere in via, & explorare itinerum pericula, commoditatẽ hospitij, ita Christus, ac si minister hominum foret præcedebat itinera præparans, &c. Christum sequitur, qui imitatur, lib. tertio, cap. octauo, nume. octauo, decimo, vsque ad 12. Christus imitandus, vt virtutes nostræ Deo sint gratæ, ibidem num. 11. vsque ad 13. & 22. cap. nono, num. 49. In omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in plagis, &c. tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. 2. Cor. 6. Vbi docet futuros Corinthios ministros Christi in duobus; in tolerantia malorum, & in obseruantia bonorum, in reformatione hominis interioris, & exterioris, vt induatur homo decore per opera externa, & fortitudine per ea quæ in anima latent, quia domestici Dei amicti esse debent duplicibus, vt cum rectum fuerit conscientiæ iudicium, testimonium etiam habeant bonum ab his, qui foris sunt. Virtutis perfectio hæc est, vt anima plene subiiciatur Deo, & cætera subdantur animæ, lib. secundo, cap. 20. num. decimo, lib. 18. cap. 12. nume. 18. & 19. In virtute tunc est color, quando pura est conscientia, odor autem quando bona est opinio, lib. 12. capit. primo, numer. 12. libr. 18. cap. decimo, numer. 5. 6. 26. 33. & 34. Et sicut seruus, ministerque alterius illi soli seruire curat, totus illi intentus demptis corporeis necessitatibus, ita illius, qui ministri Christi nomine dignus hæc sit illius cura, ut dicat, sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, &c. Nec ab hoc imposito nobis recedemus munere, donec Deus in cælo misereatur nostri. Sequimur Christum, quia in nobis est idem velle, & idem nolle cum eo, sicut in Psalmo scriptum est. Sanctis, qui in terra sunt eius mirificauit omnes voluntates meas in illis. Pro quo alij vertunt. Erga sanctos, qui sunt in terra eius, & præclaros omnis voluntas mea in eis, hoc est ea uolũt, quę ego cupio voluntati meæ in omnibus obtemperantes. Me sequatur, vias ambulet meas non suas, quia sicut exaltantur cæli a terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ a uiis uestris. Aug. hic. Via hominis vanitas, voluptas, &c. Descendit ab Hierusalem in Hierico, & incidit in latrones. Nos sumus de quibus dixerat Propheta. Omnes in uias suas declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam suam, a summo, vsque ad nouissimum. Venite sumamus vinum, & impleamur ebrietate, & erit sicut hoied

10 Psalm. Psalm. 15 Esa. 56.

cap.57. die sic, & cras, & multo amplius. Et infra in multitudine uiæ tuæ laborasti, non dixisti quiescam. Vnde in cap. 58. præcepit Deus cap.58. Prophetæ, vt hanc populo suo exprobraret eximiam impietatem, graueque scelus. Quale illud? Me etenim de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt, quasi gens, quæ iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit. Accedunt, inquit, interrogaturi uiã in cælum ducentem, qua peruenerunt sancti cum tamen nihil minus curent, quam illam percurrere, licet audierint dicentem Deum, hęc via, ambulate in ea; Soli enim iusti sunt, qui deducuntur per vias rectas, donec ostendat illis Dominus regnum Dei. Viæ filiorum Sæpient. Adam in necessitate, & voluptate, &c. Periculis sunt plenæ, lib.18.cap.4.numer.10. & 11. Viam Dæmonum ingrediuntur impij, viæ autem, quibus incedunt iusti plenę, & planæ sunt, ibidem num.12. Viæ quæ ducunt ad mortem triplices sunt, &c, ibidem nume. 13. & cap.12.nu. 22.

11 Et vbi ego sum, illic & minister meus erit. Verba hæc duplicem possunt habere sensum, possunt enim referri ad consolationẽ in Cruce, quasi dicat, non diffidat minister meus dura patiens, quia sicut pater semper fuit mecum in Cruce, ita & ego adero cum eo, vt qui mihi ministrat in Cruce, non succumbat sed patientia, & fortitudine potiatur, donec mecum glorificetur. Possunt etiam hæc verba ad futurum præmium referri. Audit iustus. Grandis tibi restat via multis difficultatibus plena, sed vires tribuit Deus, quibus homo perueniat ad montem Dei. Sicut nos circundat bonitas Dei, ne a timore nocturno trepidi corruamus. Hodie audimus, ait Bernardus. Sanctificamini, & estote parati hodie, & die crastina videbitis maiestatem Dei Ser.5.in vig. Natiu. in uobis. Id etiam dixerat Iacob Laban socero suo. Respondebit mihi cras iustitia mea. Exod. Hodie enim iustitia colitur, cras respondebit, hodie exercetur, cras fructificabit. Non Genes.30. lucescet dies crastina, cui non illuxerit hodierna, qui contempserit sanctitatem, non videbit maiestatem. Habet hodie finẽ suum in sanctificationem, crastina die finem habiturus vitam æternam. Vitas duas Deus nobis constituit, hanc in certamen, futuram in certaminis præmium, lib.18.capit.17. numer. 5. Vita hæc labori deputata est, sequens præmio, ibidem nume.19. 23. & 24. Christus Dominus nobis dum pugnamus indesinenter assistit, lib.secundo, cap.nono, nume.3.4.7.8.11. & 19. lib.tertio, cap.nono, num. 49. In bello, quod habemus contra hostes Deus astat nobis, lib.secundo, cap.quinto, numer. 11.12. & 36.cap.6.num.10.& 17.cap.8.nume.11.12.40. vsque ad 42.cap.nono, num. 1.6.15.usque ad 17.20.23.24.32.& 33. Ideo qui Christo ministrat in ęrumnis laboribus, & Cruce eum habet adiuuantem ne cadat. Labores etiam 12 tolerabiles voluit Dominus reddere consideratione beatitudinis, lib.secundo, cap.3. nume.2. vsque ad 11.17.25.usque ad 27. libr.3. capit.13.num.nono, vsque ad 11.lib.sexto, ca. nono, num.17.usque ad 19.cap.11.nume. 23. 24.& 26.lib.nono, cap.15.nume.24.28.29.33. 34.36.38.& 41. Labores pro virtute toleras viuet in æternum, lib.nono, cap.15. numer.2. Laboriosam vitam agens Paulus in Paradisũ raptus est, a quo Adam excluſus est, dum illa caruit, lib.decimo, cap.primo, num.quinto. Ideo, vt ad labores ferendos redderentur homines alacres, dixit Dominus, ubi sũ ego, &c. Apoc. 3. Quibus bonis ego iam potior ineffabilibus minister potietur meus. Qui vicerit dabo ei sedere in throno meo, sicut ego vici, & sedi, Sap. 3.& quia bonorum laborum glorioſus erit fructus, dum honestauit Dominus iustos in labo 10. ribus, & tandem complebit labores illius, cur 1.Cor.9. rentes, donec comprehenderint brauium, ad quod uocati fuere. Vide verbo beatitudo, de illius magnitudine, &c. Vt ergo sancti Christũ granum verum frumenti imitarentur, vt vitam odientes seruarent in æternũ, vt Christo ministrantes, illum sequerentur, vt cum eo essent innumeros labores gratanter perpessi sunt. Hac ratione beatus Laurentius precabatur Sixtum Roman. Pont. ad martyrium properantem, ne eum martyrij gloria priuaret, dicens. Quo progrederis sine Surius filio pater, &c. Quid in me displicuit paternitati tuæ? &c. Cui Dominici sanguinis Sacramentum commissum est, huic sanguinis tui consortium negatur? Abraham filium Act.7. obtulit, Petrus Stephanum præmisit, & tu Pater ostende in filio virtutem tuam, & offer, quem erudisti. Cui Sixtus, non ego te desero, &c. Te quasi iuuenem manet glorioſior 4.Reg.2. de Tyranno triumphus. Elias Eliſæum reliquit, sed virtutem non abitulit, sed spiritum recepit duplicem. Cumque grauissimis afficeretur tormentis Laurẽtius, aiebat. Gratias ago Deo meo, qui me dignatus est adiungere seruis suis. Irato Decio, allatæ sunt laminæ ferreæ, & lecti, & plumbatæ, & cardui, & dixit ei Decius. Sacrifica diis, alioquin omni hoc genere tormentorum corpus tuum vexabitur. Beatus Laurentius dixit. Infœlix, has epulas ego semper optaui, hęc enim tibi tormenta sunt, nobis vero gloria. Tunc iussit Decius os eius lapidibus contundi. Adductus est lectulus ferreus, & in eo nudus tẽsus est ministrãtibus carnificibus carbones subter crates ferream furcis ferreis eum comprimentes. Dixitque Laurentius. Disce miser, quod tui carbones mihi refrigerium pręstant, tibi autem supplicium æternum. Omnes vero, qui illuc aderant mirabantur pręcepisse Deciũ, vt viuus assaretur. At ille vultu elegantissimo dicebat. Gratias tibi ago Domine Iesu Christe, quod me confortare dignatus es. Eleuansque oculos in Decium ait, Ecce miser assasti vnam partem, versa aliam, & manduca. Laurentij miranda describitur fortitudo, li- br.sexto, cap.13.num.8. Martyres timore Dei compediti pertulerunt magna pro Christo,

lib.

lib.nono, cap.13. num.13. Martyrum corpora, non animæ data sunt in Diaboli potestatem, lib.11.capit.7.num.2. Martyrum mortes holocausta sunt oblata Deo, quę nos etiam sine ferro offerre illi possumus, ibidem num.3. & 4. Martyres in vinculis gloriabantur, sed modo, quia vincula non ligant manus, ligent mentes, ibidem num.sexto. Martyres sæuiente mundo steterunt in bono, in quo non stetit Adam bona videns præsentia, numer.10. Martyres Deo iuuante triumphabant de tyrannis, quasi alius torqueretur, & alius loqueretur, ibidem nume.14. Martyres sancti ebrij currebant ad passionem, vnde suos non agnoscebant, lib.7.cap.1.nu.18.

IN FESTO ASSVMPTIONIS Beatæ Mariæ Virginis.

Euangelium.

Intrauit Iesus in quoddam Castellum. Luc. 10.

Vide lib.11.cap.6.num.7.usque ad 14.nume. 59. usque ad 71.113.114.119.& 120.libr.14.cap. 26. num.41.& 42.lib.15.cap.2.num. 22.lib.16. cap.7. num.23.lib.18.cap.18. per totum, ubi differitur de uita actiua, & contemplatiua.

1 In Assumpt. Mariæ.

DE tempore, quo ab Ecclesia sacra Assumptionis Deiparæ Virginis solemnitas cæpit celebrari, nulla extat certa memoria. Aliqui arbitrantur a beato Damaso huius nominis primo, ante annos mille ducentos institutam. Nicephorus illius originem tribuit Imperatori Chri- Lib.17. his Eccles.c.28. stianissimo Mauritio, sedem Petri moderante Pellagio Secundo ante mille annos. Sed crediderim certe eam ab Apostolis celebratam, qui funeri Virginis astiterunt, quoniam S. Andreas Cretensis, S. Ioannes Damascenus, Gregorius Turonensis, Adon Treuerensis, & alij antiquissimi Patres, quos refert Aloysius Lipomanus, festiuitatis huius agentes memoriam de eius initio, nec verbũ protulerunt, vnde censenda illa est prima inter omnes sanctæ Virginis festiuitates. Nec est simile vero, quod cum Fælix Papa huius nominis primus, qui ante Damasum, & Pellagium secundum sedem Pontificiam tenuit anno 285. instituerit memorias martyrum in Ecclesia celebrari, quod ante has omnes Mariæ non ageretur memoria, quæ martyres omnes incomparabiliter antecellit, & quod fideles viuente misericordię regina congregarentur, longa adirent itinera, sacras agerent peregrinationes illius imploraturi auxilium, postulaturi sanctas illius preces, & quod eam non iam peregrinantem in terris, sed regnantem in cælis, non inuocarent, nec ad celebrẽ illius triumphum peragendum conuenirẽt, & quod celebrante triumphali Ecclesia Assumptionem Virginis, non quotannis semel, sed semper, lib.vndecimo, cap. sexto, num.12. & 59. quod nostra hæc, quæ in terris adhuc Apoc. peregrinatur, quę ab illa dimanat, quam vidit Ioannes descendentem de cælo, nec semel saltem in anno conueniret gratulabunda, & laudans Cantico, vt ad memoriam reduceret, quæ in obitu, & itinere, & ingressu supernæ Hierusalem sanctæ Virgini contigerunt. Cum ergo Angeli deducẽtibus Apostolis corpus Virginis, vt illud in Gethsemani traderent sepulturæ, conuenissent ad concinendas eius laudes, lib.vndecimo, capit.sexto, nu.8.9. & 12. hinc saltim discerent illi, & præciperẽt vt illorum exemplo, quotannis conuenirent fideles omnes, & diem illum cælo, & terrę sanctum, & celeberrimum talem ad memoriam reuocarent, Virginis quærentes patrociniũ. Et ita Petrus, qui morti illius, & funeri astitit, qui & tertia die vidit corpus in sepulchro quæsitum non fuisse repertum, credens Dei matrem duplici iam stola decoratã institueret, vt sicut temporibus antiquis dies, in quo 3.Reg.8. testamenti arca a potentissimo Rege Salomone in templum summa totius populi acclamatione fuit introducta, & inter alas Cherubin collocata, per singulos annos ab omni Iudæorum populo colebatur, & quo tempore a Iuda Machabæo templum a Barbaris prophanatum fuit pristinæ sanctitati restitutum, institutum fuit in memoriam renouationis huius annua solemnitas, & quotannis Phase festum agebatur in memoriam egressus filiorũ Exod.12. Israel de Aegypto, valentiori iure noua sanctorum Ecclesia hanc instituere festiuitatẽ antiqua illustriorem multo, eo die, quo mysti ca hæc testamenti arca in superna illa Ciuitate, & templo, cuius Deus claritas est, magnificentissime non subtus alas Cherubim manu artificis fabricati, sed in Regio throno a sapientissimo nostro Salomone Christo eius fi- 3.Reg. lio Virgo alma collocata est, astans Regina a Psalm.44 dextris eius in vestitu deaurato circundata varietate. Festum grande, quando cęleste hoc templum (non quidem peccato aliquo prophanatum, & pollutum) renouatum est, dum corpus mortale, & passibile immortalitati donatum est glorioſis dotibus honorificatum. Digna solemnitas, quando sacra Virgo terrã deserens Aegypti, in qua miris doloribus a superna exulans patria cruciabatur, vbi innumera ipsius animum angebant, terram uiuentium ingressa promissionis patriam, terrã accepit possidendam lacte, & melle manantem, quam vehementer optabat, cuius ardentissimo tenebatur desiderio, Maria enim post Christi Ascensionem cruciabatur cupiens dissolui, lib.vndecimo, cap.6.num.11. & 112. Cumque in die hac (in qua sæculo derelicto

Deo

Deo astat,) tota cœperit intendere hominũ saluti, quos admirando iuuat patrocinio, iustum est, vt conueniant, conuenerintque semper exules filij Euæ illius vultum deprecaturi, cuius gloria non solum, vt quondam ab intus est in anima, sed ad extra in corpore circumamicta varietate. Quæ enim in vita degens vulnerauerat sponsum in vno oculorum suorum, & in vno crine colli sui, illum in cælo degens amplius vulneraret, vt ita eius actus amore, hominum, qui omni indigni sunt beneficio misereretur, & quæ in vita degens mortali aquæductus fuit, qui egressus e Paradiso supernum illum fontem tetigit, & ad nos traxit, in cælo beata potentior erit ad impetrandam nobis diuinam protectionem. Arca Noe quo tempore in fluctibus erat aquis inundantibus diluuij, dum huc illucque ferebatur cõseruabat iustos, ne mergerentur fluctibus, sed cum diluuio finis impositus fuisset requieuit arca in montibus Armenię, quam annorum innumera multitudine in memoriam illius beneficij conseruauit Deus, & conseruat hominibus prorsus inutilis effecta; Non sic Deipara virgo, sed dum fluctibus spumantibus sæculi illa quateretur, homines meritis patrocinio, & orationibus iuuabat, & multum per omnẽ modum, sed cũ hodie desiit agitari procellis requiescens in montibus sanctis diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob, ibique vtilior nobis est multo, quã do contemni non potest, aut pati repulsam. Vnde credendum est, quod istis aliisque multis ductus rationibus Apostolorum Princeps Petrus sacram Virginis Assumptionem iusserit celebrari, quam primum illa ad æthereum ducta est thalamum exaltata super choros Angelorum ad cælestia regna.

3 Sacra Virgo post filij sanctam Ascẽsionem admirandis finiendæ vitæ tenebatur desideriis, quę cupiebat vehemẽtius multo quã Paulus dissolui, vt esset cum Christo, permanere quidem in carne necessarium cernebat fidelibus, & aiebat, manebo, & permanebo ad profectum vestrum, sed dissolui multo melius erat. Cumque in sanctis ingens esset beatitudinis desiderium, ut finita hac peregrinatione diuinis potirentur amplexibus, lib. secũdo, cap. secundo, nume. 1. 10. 11. 13. vsque ad 18. 20. vsque ad 22. 24. 29. & 30. Beatitudinemq. dilatam flebant Sancti, ibidem nume. 30. cap. 3. nume. 22. hoc in Virgine maius erat multo, licet absens a filio consolaretur multitudine, & virtute credentium, lib. vndecimo, capit. 6. num. 102. Maria quidem libenter mansit in terra sponso ita disponente in bonum Ecclesiæ, ibidem num. 112. 114. vsque ad 116. Maria vt prouocet alios, ad id viuit, vt nuntiet dilecto, quia amore languet, ibidem nume. 116. Sed cum ipsa præcedentes cerneret iustorum animas diceret. Adiuro vos filiæ Hierusalem si inueneritis dilectum meum, id est, cũ *Cant. 5.* inueneritis eum, quem ardentissime diligit anima mea, vt nũcietis ei, quia amore lãgueo. Hac ardentissima dilectione cruciata vitam exalauit, nõ corporea aliqua infirmitate angente eam, quæ sicut sine dolore peperit, ita absque eo vitam finiuit, sed cernens admirãdam pulchritudinem dilecti, quod ille dilectus candidus esset, & rubicundus, electusque ex millibus, totusque desiderabilis, quando vulnerauerat charitas Christi cor eius desideriorum vehementia, quando sagittæ potẽ tis acutæ, carboneśque illi desolatorij circundederant animam eius dixit, si dedero somnũ oculis meis, & palpebris meis dormitationẽ, donec inueniam locum Domino. Cum ergo super omnes creaturas diuinam agnoscceret pulchritudinem, nec ab ea agnoscenda sãcta eius anima retardaretur, exardescceret sicut ceruus ad fontes aquarum, donec appareret ante faciem Dei. Voluntas quidem illius in omnibus diuinæ erat conformis, & quę ardenter precabatur, adueniat regnum tuum, eadẽ animi veritate subiungebat, fiat voluntas tua sicut in cęlo, & in terra, libentissimeq. in carne vsque ad iudicij diem permansisset, si diuinæ placitum illud esset volũtati. Sed nihilominus spes dilata affligit animum: licet. n. in vita hac admirandis potiretur Angelorũ consolationibus, nec dicere potuisset consolatores oneroſi omnes vos estis, sed iocundissimi illi cœlestis filij nuncij, sed nosset optime consolationes omnes quotquot iustis contingunt in hac vita, quantumcunque illę sint eximiæ, & quæ vix capi possunt, dum meliora sũt *Cant.* vbera sponsi vino fragrantia vnguentis optimis si ad eas referantur, quas experientur in cælo guttulæ comparantur modicæ delectationis, ad torrentem voluptatis, quo in cælesti patria potabuntur electi. Beatitudo hic stillæ, & gutæ, in futuro fluuio comparatur, lib. secundo, cap. quarto, nume. 6. & 25. Cumque ergo beatitudinis bona a sanctis cõsiderata grandem desiderij producerent stimulum, lib. secundo, cap. 2. num. 2. 3. 13. 16. 17. & 26. Animaduertentes statum sanctorum omnium bonorum aggregatione esse perfectum, lib. secundo, cap. 1. num. 21. 22. 24. vsque ad 28. 30. 34. & 37. cap. 4. num. 1. vsque ad 3. & 24. Ineffabiliaque bona, quibus superna illa abundat Ciuitas, quę a nullo intellectu creato perfecte in hac vita intelligi possunt, lib. 2. ca. primo, num. 17. vsque ad 20. 28. 30. 33. 34. 37. & 41. Quoniam licet variis similitudinibus illius bona explicent Sancti, non tamen perfecte, lib. secundo, cap. primo, numer. 7. 8. 10. 11. 15. 20. 21. 27. & 43. cap. 4. nume. 1. vsque ad 3. & 26. Cuius Regni fœliciſſimus status tãtum coniectatur ex his, quæ a Deo accepimus in hac vita, lib. secundo, cap. primo, num. 24. 31. 32. & 41. lib. quarto, cap. 15. num. duodecimo. Super omnes Sanctos Deipara Virgo partim diuinis, eximiisque reuelationibus, & quia adhuc viuens diuina fuerat essentiæ visione potita, fortassisque non semel, aut bis, quæ inter omnes mortales sola melius agnouit, quæ electis in patria seruata essent bona, su-

per

S. Io. Dam. scen.

Psalm.

per omnes illos mens illius desiderio ferretur. Cum Augustinus positus ad ostia Tiberina colloqueretur cum matre, edicerentque ambo supernæ Ciuitatis exuberantia bona, inhiabant ore cordis pariter in superna fluẽta fontis vitæ. Vilescebat (ait Augustinus) inter verba mundus iste cum delectationibus suis, fastidiebãt terrena cuncta, in sola cælestia animus ferebatur, licet peccatis impliciti essent veni alibus, quibus animus retardatur, ne totus ad diuina feratur. Cum autem in sacra Virgine omni labe peccati carente ferueutissimi essent diuinæ dilectionis actus, nihil posset reperire, quod eius mentem retardaret: incredibili beatitudinis augebatur desiderio, quod ab ineffabili procedebat amore quo ægrotans vltimũ exhalauit spiritũ, quia fortis, vt mors, dilectio Virginem interemit. *Cant. 8.* Non clamabat: Fuge dilecte mi, & assimilare capreę super montes aromatum, sed potius veni, dilecte mi, egrediamur in campum, com- *Cant.* moremur in villis, duc me in domum matris meæ, ad cælestem illam Hierusalem, ut habitẽ in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta: *Esa.* vt inebrier ab ubertate domus tuæ, quę hactenus in uita multitudinem dulcedinis tuæ sum experta, fac me transire in locum taber- *in Ps. 83.* naculi admirabilis, quia amabilia (Augustinus) tabernacula tua cum sint, concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini, quia non solum cor, verum etiam caro mea exultauit in Deũm uiuum, altaria tua desiderãs, *Eccles. 24.* in quibus instar passerculi tuta deliteścam. Non quiescam donec te audiam dicentem mihi, qui in omnibus rebus requiem hanc sẽper quæsiui, in Iacob inhabita, & in Israel hæreditare, & in electis meis mitte radices. Hoc ardentissimum erat Virginis desideriũ, quo societatem cupiebat filij. Nec in eo inferius licet desiderium contemplari, qui dum cerneret innumerabilium Sanctorũ animas in cęlo coronatas inferioris multo meriti, quarum amore minus diuina teneretur bonitas, iam ab exilio hoc liberas omnium miseriarum, quæ patiuntur in vita, prorsus expertes, a quarum facie omnes absterſæ fuisſent facies, vt iam non esset luctus, neque clamor, cum iam abiissent prima, aduertensque *Psalm. 41* in amantissima genitrice sua, quod lacrymæ eius fuissent illi panes die, ac nocte, quãdiu non audiret: Ecce Deus tuus: videns eam mortalitatis veste indutam, quæ digna *Apoc. 12.* erat, ut amiciretur Sole, & Stellis coronaretur, & quod in gaudiũ Domini sui intraret, quæ innumeras patiebatur molestias, eximijs cruciabatur tristitiis e mortalium scelęribus emanantibus, certe concupiscceret supernus Rex dilectissimam sibi sponsam secum in nuptiali thalamo collocare, ut cupitis frueretur amplexibus. Cumque perfectissime ingentia matris contemplaretur desideria, quibus languebat anima, illius præsentiam suspirans, cuius concupierat spe- *Cant. 4.* ciem, clamabat: Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni coronaberis; veni primo in hac vita per incrementa virtutum, *Hugo.* veni secundo de Libano soluto corpore ad requiem, veni tertio recepto corpore ad gloriæ plenitudinem. Secundum multo- 5 rum opinionem, post Christi Domini Ascensionem viginti quatuor annis sancta Virgo in corpore mortis huius detenta fuit, cumq. 72. annorum esset, in cælum assumpta est, licet alij arbitrentur duodecimo a Christi Ascensione anno sacrã hanc mortem contigisse. Tantoque tempore in hac peregrinatione Maria mansit, disponente Deo primũ, ut ad eam peruenirent sanctitatem, ad ea merita, ad quæ fuerat mater Dei prædestinata, ad tantam gratiam, ut audire mereretur: Tota pulchra es amica mea, &c. Veni ergo, vt coronetis. Antea dixerat: Nigra sum, sed formosa. Pulcherrima inter mulieres fuerat uocata, pulchri dicti sunt oculi, manus aureæ, labia uittæ coccineæ similia, dentes gregi tonsarum similes, eloquium dulce, liliũ inter spinas, virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, collum tuum, sicut turris Dauid, &c. & postquam singularum partium pulchritudinem enarrauit, subdit: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, quanta, quanta es, eximia, & ineffabili pulchritudine ornata es, quidquid in te est, mihi speciosum, & amabile apparet. Is quidem germanus huius loci sensus est. Non tamen a legitimo sensu alienum est, quod Spiritus sanctus in Deipara Virgine uoluit significare, scilicet, in vita eximia pulchritudine fuisse eam prędicam: vbera enim dininis consolationibus abundabant, quibus nutriebatur ipsa, Ecclesiamque nutriebat; sancti cogitatus eius in cælestibus pascebantur pascuis sicut grex tonsarum. Lilium quidem erat inter spinas, quoniam Sanctorum virtutes, si ad illius sanctitatem comparentur, spinis sunt similes, illius autem admiranda virtutum opera lilia sunt flagrantissima. Pulcherrima erat, sed inter mulieres, animas scilicet in hoc sęculo degentes, & infirmas; uittæ coccineæ assimilabantur labia charitatẽ mirãdam redolentia, eloquium illius dulce, quo aiebat. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore lãgueo. Dum adhuc viueret, introduxit eam potentissimus Rex in cellam vinariã, & ordinauit in ea charitatem. Pulchra illa, sed non vt Sol, donec Sole fuit amicta. Maria nascens Auroræ comparatur, concipiens Christum Lunæ, in Assumptione Soli, lib. vndecimo, cap. sexto, nu. 119. & 120. Oculi eius colũbarũ, quia omnia ipsius opera mirã sinceritatẽ redolebãt. Omnis quidẽ armatura fortiũ in ea erat, quia omniũ sãctorũ virtutes in ea perfectissimo micabãt modo. Virgula fumi supernis odoribus flagrans, scilicet, odorifera virtutum varietate. Hęc quidẽ omnia eximia fuere, & cum in utero matris illa a Deo accepit, & cum feruentissimis uirtutum actibus in tam longa uita perfectæ sunt, ad

eamque peruenere excellentiam, quam dicere nullus potest. Sed nondum virtutū habitus perfectissimis actibus per singulos dies ultimam adepti sunt perfectionem, quousque hodierna die astante filio, comitantibusque Angelis vltimum exhalauit spiritum. Licet enim diuinus eius artifex, & conditor Deus illi perficiendæ imagini per totam vitam indesinenter intentus fuisset, vt dignum esset tali artifice opus, quo diuinā homines agnoscerent potentiam, & bonitatem, qui in vita singulas animæ illius partes admirandas deliniarat virtutum coloribus, cum iam cuncta fuissent perfecta, hodie audit: Tota pulchra es amica mea, solum restat, vt veniens de Libano coroneris. Pulchritudo spiritalis animæ, ait sanctus Thomas, consistit in quadam proportione habituum, & actuum, & potentiarum in ordine ad se, & in ordine ad vltimum finem. Hęc fuit perfectissime post Deū in beata Virgine, quæ perfectissime ornatas habuit virtutibus, & donis omnes potentias. Maria nec primam similem habere visa est, nec sequentem vsquam est habitura, lib. vndecimo, cap. sexto, nume. 118. 119. Mariæ excellentia, quod suauis est tamquam Hierusalem, & terribilis, vt castrorum acies ordinata, nume. 117. Maria inuitat sponsum, vt comedat fructum pomorum suorum, id est, perficiat in eo omne bonum, ibi. nu. 111. & 112. Maria bis vocatur, vt Regina sit in cęlo Sanctorum, & in terra Regina sit Regnorum, ibi. numer. 109. In Maria laudat sponsus oculos, capillos, dentes, &c. propter varietatem virtutum, quæ in illa erant, nu. 105. vsq; ad 109. Maria habēs Christum, habere eum amplius desiderabat, num. 103. Maria lectulus est Salomonis, quem sexaginta fortes ambiunt, quia virtutes habuit omnium Sanctorum, nu. 89. Maria, quasi mundus specialissimus, condita fuit a Deo vt inhabitaret in ea, nu. 83. Quę vulnerauerat sponsum in vno oculorum morti proxima, iam tota pulchra effecta vulnerat ipsum, vt eius præsentiam vehementius desiderans dicat: Veni amica, vt quæ cælestibus bonis fueras in vita potata, iisdem inebrieris carissima iam effecta. Vocabat Hester pulchram Assuerus interiectis temporibus, vt eximiam erga eam ostēderet dilectionem, sed postquam admiranda eius pulchritudine captus est animus eius, in Regium palatium introducta eius effecta vxor centum vigintiseptem prouinciarū Regina est constituta, quæ incredibili pollebat pulchritudine. Deipara nostra Virgo in Incarnatione verbi clamauit: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, &c. Sed hodie Regina cæli effecta, Regina cęlorum vocari digna fuit stellis coronata (Bernard.) non quæ caput Virginis ornēt, sed quæ potius ornentur ab ea, cuius caput, dum contingunt, nouā consequuntur dignitatem. Cum ergo Deus speculum sit sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius, eā summopere diligebat, quæ cū esset tota pulchra, ei erat perquam similis in eo gradu, in quo pura creatura ei poterat assimilari, qui Deus erat. Quam pulchritudinem animaduertens sponsus, vocat eam, vt cubilia iam relinquat leonum, & cælestibus ciuibus cōsocietur. Conseruauit autem sacram Virginē filius cælum ascendens, vt gubernaret Ecclesiā in consolationem fidelium, vt nostra hęc Ecclesia visibili, & inuisibili solatio frueretur: inuisibile dedit cum Spiritum sanctum promisit: & misit visibile, cū matrē in terra dereliquit ad quam accederent fideles, vt illuminarentur, cōsolarentur. Sic Ignatius ad S. Euangelistam Ioann. litteras direxit, quibus licentiam petiit ad hoc, vt Virginem inuiseret, quam dicunt, ait, vniuersis admirandam, cunctisq. desiderabilē. Quem. n. non delectet eā videre, & alloqui? Vnde cū mortis instaret tēpus, mira facta est inter cælestes Principes, & sanctos vigros cōcertatio illi. n. exitū illius e carne precabātur, vt illius præsentia decoraretur cęlū, Sancti eius præsentiam flagitabant in terra. Maria post Ascensionem Christi cū Deo conuersabatur, & Apostolis, differens de Christi Incarnatione, li. 11. c. 6. nu. 7. & 112. Maria super omnes erudita fuit a Christo filio, quæ thronus dicitur, a quo procedebant fulgura, uoces, & tonitrua, quia sacra mysteria aperiebat aliis, ibidem nume. 83. Maria in hac vita absens a filio consolabatur multitudine, & virtute credentium, ibidem nume. 102. Maria sponso disponente mansit in terra in bonum Ecclesiæ, nume. 112. 114. vsq. ad 116. Maria, ut prouocet alios, manet in Ecclesia, vt dum eximiam eius sanctitatem cernerent fideles vitam in melius commutarent. Sed exilij termino iam peracto, nondum leuauit in cęlum currus igneus vnus, ut quondam Eliam rapuerat in Paradisum, sed totus Angelorum exercitus cum Rege Christo, libr. vndecimo, ca. sexto, num. 114. Sicut enim cum introducit cælestis pater primogenitum in orbem terrędicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei: accedant, & eius, qui Dei filius est, agnoscant dignitatem, serui, ita cum eiusdem filij matrem hodie in cælum intulit, eisdem Angelis præcepit, vt illam tamquam Domini sui matrem, & cælorum Reginam super nęque curiæ dominam agnoscerent, & obsequio humili honorarent. Vnde illi acclamantes dicerent: Tu stella illa orta ex Iacob, ex qua radius processit illuminans omnē hominem venientem in hunc mundum. Tu viuum, & animatum templum Dei, in quo salus mundi nouem mensibus requieuit. Tu arca mysticā testamenti, quæ cæleste hominum, & Angelorum manna continuisti. Tu aureum illud propitiatorium, per quod Deus irritatus peccatis placatur. Tu hortus conclusus, qui nulli, nisi Deo patuisti. Quæ olim a consanguineis benedictio data est, cum nuptura Isaac pergeret Rebecca, in te perfecte impleta est, soror nostra es, crescas in mille millia, vtinam, & possideat semen tuum portas inimicorum suorum. Vnde sancta Virgo ipsa & arca sanctificationis eius in cælum assumpta est: indecens enim videbatur, vt corruptionem experiretur corpus, de cuius sanguinibus Dei corpus fuerat compactum. Et quia sicut quondam cum Adam conditus fuit, dixit Deus: Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi, cui Eua coniuncta est, ita secundo Adamo, in cælū translato corpore glorioso, non est bonum illum esse solum, sed detur etiam in societatē mater dotibus gloriosis decorata. Maria in cælo quam gratanter a filio suscepta fuit, lib. vndecimo, cap. sexto, nume. 60. In Mariæ Assumptione supramodum superni ciues lætati sunt, nume. 59. & 60. Maria in valle Iosaphat sepulta non comparet, num. septimo. Mariæ funeri astiterunt laudantes Angeli, num. 8. 9. 12. 61. & 62.

Bernard.

Hebr. 1.

3. Reg. 8.

3. Reg.

Lanfrancus.

Genes. 24.

7 Sed mirari satis non possum cur Euangelista Ioannes Virginis filius, tamquam ipsi familiaris, qui astitit lectulo cum sancta Virgo spiritum deposuit in manibus filij, ea non retulit, quæ vel in obitu, vel in funere concinētibus Angelis, aut in itinere contigerunt. Certe cum gratissimum sit ea cunctis patefacere, quæ in honorem cedunt illius, quē amas, vt dilecti excellentiæ patescant cunctis, sicut Apostoli variis linguis loquebantur magnalia Dei, quem vehementer diligebant; ita & dilectissimus Apostolus in Mariæ laudibus recensendis mutus non extitisset, nisi Deus illa patefacere vetuisset. Et ita crediderim, quod cum locuta fuissent septem tonitrua voces suas, & Ioannes scribere vellet, quæ audisset, audiuit vocem de cælo dicentem: Signa quæ locuta sunt septem tonitrua, & noli ea scribere, inter quæ audisset forte admiranda, qūæ in via, & in cęlo contigerunt in sacra Assumptionis die, quæ reticere iussus est. Et sicut olim cum arca in magnificum Salomonis tēplum fuisset introducta, nebula impleuit domum Domini, cum primum illa subter alas Cherubin fuit collocata, & quia implenerat gloria Domini domum Domini Sacerdotes non poterant ministrare. Solumq. eminebant vectes, eorumq. summitates apparebant foras, quia sanctæ Virginis virtutibus consideratis, inde ipsius coniectatur felicitas, & gloria, quæ cælestem Hierusalem, in qua verus Salomon regnat, intrauit instar Reginæ Saba, ut splendidissimi Regis diuitias, & magnificentiam, non solum admiraretur, sed ut earum esset illa particeps, quę Regi nupserat. Quia autem in sacræ lectionis Euangelicę serie non legimus, quæ gloriam Virginis concernunt, utitur Ecclesia hoc Euangelio, quo felicitas Mariæ coniectatur ex merito. Huius enim historiæ narratio eo tendit potissimum, vt illa ostenderetur, quo modo Iesus magis sit delectatus eorum studio, qui auidi essent, vt audirent ab Deo verbum Dei, quam qui ipsum corporaliter pascere studerent. Ostenditque Euangelista duas sorores in diligendo Iesu concordes, in ostensione dilectionis diuersas, ac cum vna esset vtrique pietas erga Dominum, diuersa tamen fuerit pietatis functio. Maria sedēs audiebat: in quo mira notatur audiēdi auiditas, vt quæ rapta dulcedine verborum Christi, & amore veritatis discendæ, omnium oblita fixe assederit pedibus Iesu. Notatur etiam & duplex conditio necessaria auidis audiēdi hanc doctrinam, scilicet tranquillitas ab omni mētis, & corporis perturbatione, & distractione, & humilitas, & reuerentia doctoris. Et illud quidem notat verbum, sedebat, istud vero, quod ad pedes Iesu sedisse dicitur. Sciebat enim, quæ iacens ad pedes Domini remissionem acceperat grauium peccatorū, quæ a pedibus Saluatoris expectari possent bona. Martha satagebat, &c. Demonstrauit & hęc, licet diuersa ratione, multum se & amare, & reuereri Dominum, & cui digne excipiendo tota esset intenta, nihil satis esse putans. Mariam ergo amor Iesu non patiebatur auelli ab eius pedibus: Martham vero idē amor sursum, ac deorsum circumagebat, nec patiebatur eam adhærere Domino. Vnum est necessarium. Frustra circa multa, & varia nostri causa turbaris Martha, non enim multis egemus alimentis, sed vno solo nobis opus est, scilicet, vt comedamus qualitercumque. Omnium necessarium studium, & cognitio Dei, supernarumque rerum. Vnde Maria commendatur, quæ fixa erat in uno, scilicet Domino, propulsata omni distractione, quæ in cælesti vita non auferetur, sed perficietur. Hæc Euangelij summa est, quo vtitur Ecclesia in sacra Virginis Assumptione, vt coniecturis insinuet Virginis gloriam, ad quā quæ immensis abundabat meritis assumpta est Maria, in gloria supereminet cunctis creaturis, lib. vndecimo, cap. sexto, numer. 13. 14. 39. & 60. Marię gloriam in Assumptione nec silere possumus, nec dicere, num. 61. & 62.

Apoc. 10.

Theophil.

8 Coniectamus autem eam primum ex his verbis, quę in commendationem Magdalenæ protulit Dominus dicens: Maria optimam partem elegit, &c. Quæ uerba audiuit, dum ad pedes Iesu sedens audiendis verbis eius intenta, cunctis posthabitis, fuit, etiamsi desisteret a cura pascendi proximum, & eum non qualemcumque, sed Christum, qui fatigatus ex itinere domū eius fuerat ingressus, vt pasceretur. Cum hæc in sacris litteris celebris sit doctrina taliter otio contēplationis inuigilandum, vt aduertat homo illi mandatum de proximo suo, cuius causa intermitten da sunt sacri silentij officia, sicut animaduertit Hieronym. Salomonem interpretans, qui mulieris fortis commendans studiosa opera hæc inter multa commendauit, quod de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Vbi sicut temporum varietas noctem consecrauit quieti, & diem operationi, ita viris iustis tempus est noctis, in quo lectioni, orationi, lacrymis

Hiero. Præf. 31.

1 p. q. 5. art. 4.

vacent, & quia derelinquunt ea, quæ sibi sunt gratissima deuotionis munera, vt proximorum intendant saluti, ideo de nocte surgere dicuntur, vt cibaria conferant ancillis. Ingre diuntur illi, vt aiebat Iob in abundantia sepulchrum, dum veluti sęculo defuncti sepeliuntur, sed vt rursum euigilent ad proximorum ædificationem. In die enim mandauit Dominus misericordiam, quam proximis exhibere debemus, nocte autem Canticum eius vt sicut pullus hyrundinis clamet iustus inuigilans fratris vtilitati, & meditetur, vt columba sedens ad pedes Domini, vt audiat verbũ illius. Charitas enim Christi vrget hominem iustum, vt mente excedat Deo, vt aiebat Paulus diuinam experiens in oratione cõsolationem, & idem sobrius est proximis, dum ista deserit, vt illis vtilis sit. Charitas enim vtrũque habet munus, ad vtrunque officium instigat Sanctos. Ocium, & negocium in spirituali viro a diuina oritur dilectione. Vnde cum Salomon retulisset cuique rei tempus esse accõmodatum, dixit. Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus, tempus dilectionis, & tempus odij, tempus belli, & tẽpus pacis, in quibus orationi, & actioni diuersa voluit significare esse tempora constituta.

Iob 7. *Ecclesia. 3*

Dicat iustus; vt Deo placeat per alternata hæc officia, si dormiero, dicam, quando cõsurgam, & rursum expectabo vesperam.. Quiescens quippe in vespera contemplationis mane desideret, quo surgat ad actionem, rursumque negocijs fatigatus expectet vesperam libenter repetens ocia contemplationis. Vita actiua, & contemplatiua simul amplexandæ sunt, vt homo placeat Deo, cautus sit sibi, vtilis suis, lib. 14. cap. 26. num. 42. cap. 28. numer. 35. & 37. cap. 29. num. 26. Vita actiua, & contemplatiua, sicut dies, & nox alternatione debent variari, lib. 18. cap. 18. numer. secundo. Vitam actiuam, & contemplatiuam coniũgere docuit Paulus, ibidem num. quinto. Vide de re hac multa, nume. septimo, vsque ad 18. Cum ergo docente Domino, & vtilitati propriæ, & proximorum varia debeantur tempora, & nihilominus Magdalena solum intenta verbo Dei commendatur, quia vita contẽplatiua prę ferenda est actiuæ, lib. 18. cap. 18. numer. 1. & 4. Hinc perpende Deiparæ Virginis sanctitatem, quæ tota intenta erat educationi, & obsequio Iesu, vtilitati proximorũ, quos educabat consolabatur, sobria illis efficiebatur, quæ mente excellebat Deo. Marthæ quidem laudatum opus hoc fuit, Christum pascere, discipulorum lauare pedes, ministrare mẽsæ, cibum parare. Opus eximium cui si intendere potuisset Magdalena pedes magistri nõ deserens, ipsum audiens docentem vtrunque coniungens opus, maiori certe laude fuisset digna sine distractione mentis intendẽs vtrique. Hæc fuit solius Virginis admiranda perfectio, ut mittens Deus fulgura irent, & reuertentia dicerent, illi adsumus, vt instar fulguris ad benefaciendum proximis pergeret, & eadem velocitate nullam passa læsionem reuertebatur ad secreta cum Deo, nec leuiculam mentis distractionem sentiens. Non descẽdebat per mysticam Iacob schalam, vt proximis vtilis esset, sed in summitate illius commorata animo in cælestibus hærens fratribus omnibus omnia fiebat, ut omnes efficeret saluos. Et idem ipsum tempus in illa, quod belli esset in aliis, dum variarum cogitationum turbine proximorum agerentur negocia, in ea belli erat simul, & pacis, tempusque perseuerat amplexandi sponsum per internam dulcedinem, quãdo credere quis posset, quod longe esset ab amplexibus, quæ alienis commodis intenta erat. Sancti vt sol, &c. fulgent in hoc mundo, & lucent aliis, lib. 16. cap. sexto, num. 1. & 2. Prædicator alienæ salu ti intẽtus, etsi minus perfecte id faciat, audit, melior est iniquitas viri, &c. lib. 14. cap. 26. num. 39. Prædicator orationi, & lucro animarum inuigilans Deo multum placet, ibidem num. 42. cap. 27. num. 15. Prædicator, qui ut proximis prosit ocium contemplationis ad tempus relinquit, audit, meliora sunt vbera tua vino, lib. 14. capit. 28. numer. 33. 35. & 37. docetur, quod ocio, & actioni vicissim intendat, quod sancta Virgo perfectissime prę stitit, vnde recte laudatur, & ministrans Christo, & sedens ad pedes illius, &c. Præterea ex his verbis colligere nos vult Ecclesia, quod si tantopere commendatur Magdalenæ virtus sedentis, vt audiret Iesum loquentem, quando adhuc anima multis mutationibus subiecta est, ac periculis, qualis ea erit fœlicitas Virginis, quæ hodie astat a dextris filij circundata varietate? De re hac differitur latissime in libello nostro Rosarij, lib. secũdo, cãpit. 14. & 15. de sacratissimo Assumptionis mysterio, & quæ in ea in terra, & in cælo contigerunt.

In hoc etiã Euãgelio ad morũ ædificationẽ aduertẽdũ est exẽplo Magdalenæ verbũ Dei, eiusq. mysteria sũma reuerentia audienda, & nõ perfunctorie. Sic Moyses vadã, & videbo vi *Exod. 3.* sionẽ hanc magnã, nolo perfunctorie hoc videre. Sermones audiens negligẽter acriter a Deo punitur, li. 16. c. 10. n. 6. 16. 17. & 39. sermones attẽtissime audiẽdi, tanquam Regiæ litteræ ad nos missæ, ibidem numer. 10. Sermones audire sedendo nisi grauí infirmitate vrgẽte prohibebat *D.* Augustinus. num. 39.

August. in Ioan. 30. 2. Cor. 5.

Domine nõ est tibi curæ, quod soror mea re 10
liquit me solã ministrare? Qui principibus mi
nistrãt societatẽ abhorrẽt, sicut scriptura do *Hester.*
cet de Aman. Non sic serui Dei, vnde Moyses *Exod. 4.*
nõ prius acquieuit Deo, quã sociũ ei in lega- *Oleaster.*
tione daret. Reputant. n. se ministerio Dei im
pares, & ideo socios non solum ferunt, sed po
stulãt. Sic Martha, &c. Serui vero Principum,
quia nõ tã bonũ Principis ministerium, quã
propriam vtilitatẽ quærũt, nolũt consortiũ.
Serui vero Dei, quia nõ quod suũ est, sed quod
Dei cupiunt, socios ad ministeriũ desiderant. *Num. 11.*
Sic idẽ Moyses aiebat in Num. Non possũ so-

Iob 38. Gregor.

lus ferre populum hunc vniuersum, quia su- *Exod. 3.*
pra vires meas est. Sic Beseleel non indigne tulit, quod socius ei daretur Ooliab ad ædificationem tabernaculi. Hoc enim est peculiare ministris bonis, vt tanto faciant *Deut. 18.* Deum suum, vt totum mundum non sufficere ad eius ministerium putent. Vnde præcepit Dominus Sacerdotibus antiquis, si venerit Leuites ex vna vrbium tuarum, & voluerit venire desiderans locum, quem elegerit Dominus, ministrabit in nomine Dei, &c. Id est, eum in tuum recipies consortium. Docent etiam hęc verba Marthę multorum hominum conditionẽ, qui religionis prætextu ea sola, quæ ipsi faciunt cogitant Deo placere, reliqua vero paruipendunt, sicut quæ non sollicitam sororem velut ociosam taxabat, eo quod ad pedes Domini sedens cibos non pararet, quasi maius quid hoc foret. Hæc Pharisæorum virtus erat, qui gesta Apostolorum paruipendebant propria opera magnificantes. Cum scriptum sit, charitas non æmulatur, &c. Non cogitat malum, &c. Qui discipulos non lauantes manus increpabant, sola hæc magnipendentes contemptis magistri, & Apostolorũ mirãdis operibus. Virtutes minimas facere reiectis grauioribus, Pharisæorum est proprium, lib. 18. ca. 10. nu. 3. vsque ad 5.

21 Tandem colligе quantum in hac solemnitate gaudere debet humana infirmitas, quæ sacram hanc Virginem transmisit ad cælum, vt vbera ostendens filio illius in nos indignationem moderetur, vt quondam modera ta est Hester iram Assueri, cum in palatio eius moraretur. Maria, quæ meruit pro liberandis ferre precium, potest impertiri suffragium libertatis, lib. vndecimo, cap. 6. num. 15. Mariæ intercessionem continue debemus eflagitare, ibidem num. 39. 63. 67. 71. 74. 75. 87. & 89. In Mariæ Assumptione multa sunt propter quæ de absentia lætari debet homo, num. 59. & 60. Maxime quia summa cura negocia nostra agit cum Deo.

Hester.

IN FESTO S. HYACINTHI Confessoris.

Ordinis Prædicatorum.

Euangelium.

Vos estis sal terræ. Matt. 5.

De expositione huius Euangelij differuntur multa in festis Beati Patris nostri Dominici, & Sancti Thomæ Aquinatis.

In fest. S. Hyacinthi Confessoris.

CELEBERRIMVS Dominicanæ familiæ, immo toti orbi, cunctisque fidelibus illuxit dies dum Sanctissimus in Christo pater Clemens VIII. 17. die mensis Aprilis anni 1594. beatum Hyacinthum sanctissimi Patris Dominici filium, & socium sãctorum Confessorum catalogo addixit. Eodem enim anno, in quo Honorius tertius ordinem Prędicatorum confirmauit, Romæ a B. Patriarcha illius Hyacinthus habitum recepit. Vt, sicut olim cum primum Cisterciẽsi ordini initium dedit Stephanus, Sanctissimus Pater Bernardus ad illum vocatus est, vt tã egregium opus iuuaret, Clareuallẽsis primus Abbas multorum Cœnobiorum fundator sanctorumque filiorum pater, admirandæq. sanctitatis vir, cuius eximiam virtutem Innocẽtius Papa primus expertus est; ita cum Prædicatorum familia tam Reipublicæ Christianæ necessaria, non sine diuina reuelatione, & Innocentio, & Honorio cœpit, ne pater audiret, quod olim Moyses stulto labore consumeris, accepit a Deo, religionis suæ auctore inter multos vnum Hyacinthum adiutorium sane simile sibi a Deo datum. Quoniam sicut Beatissimus pater ex illustrissima Gusmanorum familia originem duxit, Hyacinthus in socium laborum uocatus, ex clarissima Comitum Odrouansium stirpe natus est. Dominicus, antequam ordinem inchoaret, in Ecclesia Oxomensi Canonicus regularis effectus est, in quo viuendi genere cunctis admirandus fuit: Hyacinthus canonicus Cracouiensis in iuuentute fuit, eximiæ virtutis incrementum adeptus. Pater a Deipara Virgine admirandis fauoribus magnificatus est, cui similis Hyacinthus effectus inter multa audiuit ipsam dicentem; Gaude, fili Hyacinthe, quia orationes tuæ gratæ sunt filio meo, & quicquid per me ab eo petieris, impetrabis; Dominicus zelo Dei feruidus lucrandis animabus Christo totus intentus fuit, conuersioni hęreticorum, & sceleratorum hominum assidue inuigilãs, Hyacinthus in Græcia populos multos ad obediẽtiam Rom. Ecclesiæ adduxit. Dominicus virgo a Deo electus, virgo permãsit: Hyacinthus virginitatẽ perpetuam Domino cõservauit. Patriarcha Dominicus tres singulis noctibus de quadã catena ferrea disciplinas accipiebat, ita, vt terrã sãguine rigaret; quod & de discipulo eius narrant historię. Domini co nullus erat ad iacendũ signatus locus, sed in Ecclesiis integras transigebat noctes; paululũ, si somnus irreperet, super pauimentũ iacens: quem viuẽdi modum S. Hyacinthus imitatus est: immo & in morte, sicut pater noster multos habuit in partibus Occidẽtalibus sanctitatis suę hæredes Confessores, & Martyres, quos recensere vix possumus, ita & Hyacinthum in Orientalibus eximij viri comitati sunt. Tribus siquidem post eius mortem elapsis annis, anno 1260. Septuaginta fratres ordinis discipuli ipsius a Tartaris variis suppliciis interempti sunt in conuentu Sendomirianensi Regni Polonię, ubi decimo Alexandri Papæ secunda die Iulij sub fe- *Martinus Cromerus li. 9. Histor. suæ*

sto martyrum coluntur. Et, sicut quondam non postulante Adamo, sed cognoscēte Deo, & disponente dictum est; Faciamus ei adiutorium simile sibi, ortumque habuit Eua, vt os ex ossibus illius, propter cuius amorem cuncta primus pater dereliquit, ita, ordinante diuina prouidentia, eo animo, quo beati patris ordo confirmatus est, habitum induit Hyacinthus, vt noua religio uniuersas repleret orbis partes; ut dicere posset sacer Patriarcha; Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit, quale vix effari possit homo. Per 337. annos latuit eximij huius viri sanctitas, tantoque elapso tempore super candelabrum Ecclesiæ olim positus, ciuitasque ædificata supra montem multis incognitus, Sanctorum catalogo modo addictus est. Temporibus quidem Leonis decimi negocium canonizationis ipsius a conuentu Cracouiensi, interueniente rege Polonorum Sigismundo primo, tractatum est factaque exactissima inquisitione vitę, & miraculorum eius anno 1518. summusq. Pontifex Breue Apostolicum transmisit Episcopis Cracouiensi, & Priuislensi: quibus de mandatum est, vt solerti cura inquirendæ veritati toti inuigilarent. Cumque hi grauissimis Ecclesiæ causis essent occupati, nouę literæ transmissæ sunt anno 1520. Episcopo Laodicensi, & Didaco canonico Cracouiensi, qui ad debitum finem examen, & processum Sancti huius viri perduxerunt ann. 1523. anno secundo Pontificatus Adriani sexti, tēpore vero Clementis septimi Romam processus delatus est, & commissus tribus Illustrissimis Cardinalibus, duobusque Auditoribus Rotæ examinandus, qui ab ipsis approbatus, Sanctorum numero sanctus pater non est annumeratus propter eximias clades, quas vrbs Roma perpessa est. Sed Clemens direxit litteras Polonię regi, cui data est facultas, ut ipsum officium Cracouiensis Ecclesia recitaret. Mortuo Clemente, Sigismundus Rex destinauit litteras suas Paulo III. successori Clementis, qui rem hanc per Breue Apostolicum de nouo commisit examinandam, nouusque processus tribus interuenientibus Cardinalibus effectus est anno 1543. Romamque transmissus. Temporibus etiam Gregorij XIII. anno 1584. Stephanus Battorius Polonorum Rex in postulanda Hyacinthi canonizatione instantissimus fuit, quæ ad optatum finem, interueniente morte Pontificis, perduci nō valuit: quod & tempore Sixti Quinti etiam accidit. Nec solum Poloniæ Rex, sed etiam illius regni Prælati congregati in prouinciali Synodo Petricouiæ litteras transmiserunt, sanctam Sedem obnixe obsecrantes, ut sanctum Hyacinthū catalogo Sanctorum ascriberet. Dominicanus etiam ordo idem sæpe efflagitauit, potissime autem in capitulis Romæ celebratis anno 1571. 1580. & 1589. Tandemque Sigismundus tertius Polonorū Rex, Annaque eius uxor nuncium transmiserunt ad Sixtum, eorumque indefessa solicitudine ad desideratum finem res hæc deducta est a Sanctissimo Patre nostro Clemente VIII. Quam inchoarat alius etiam Clemens eius prædecessor, numeroque Sanctorum adiudicatus Hyacinthus Dominici discipulus, a quo religiosam vitam didicit, filius, quia ab eo habitum recepit, & socius, quia ad ordinis propagationem illi datus est in adiutorium. Nec id quidem sicut alij sunt concessi, ut Sanctum patrem comitarentur, ut quæ ille plantauerat ad debitum incrementum perducerent; sed, sicut quondam Paulus Ecclesiæ datus est, non vt supra alienum fundamentum ædificaret, sed ut fundamentum iaceret, ubi nec nominatus fuerat Christus; huic similis Hyacinthus lapis effectus, fundamentum fuit, vbi nec agnitus fuerat Prædicatorius ordo in partibus Septentrionalibus, in regnis Poloniæ, Sueuiæ, & Mo- *Esa. 51.*
scouiæ: qui attendens ad petram, vnde excisus fuerat, & ad Saram, non iam uetulam, & uix fœcundam, sed adolescentulam, quæ pariebat gigantes admirandos quinque in religione viros, magnum sanctitatis incrementum, est adeptus. Dominico enim conuenit. Quia vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum. In eodem enim anno, in quo Sanctus pater ab hac uita migrauit 1521. Inquisitores, ac Prædicatores plusquam nonaginta martyrio rubricati ipsum secuti sint. Vt autem eximiam viri huius sanctitatem perpendamus, illud animaduertere est necesse, diuinam bonitatem in condendis Sanctis non semper eundem seruare ordinem. Aliquando enim in tenella ætate cum uix adhuc rationis vsus menti hominum insedit, talia Deus operabatur in ipsis, vt mentes intuentium adducerent ad credendum, eximium in maiori ætate virtutis incrementum: & quod radij lucis se se ostentantes crescerent, usque ad perfectam diem. Sanctus Nicolaus infantulus lac tantum semel sugebat certis diebus, & reliquum tempus ieiunabat, Sanctus Dominicus tertio ætatis suæ anno lectulum deserens humi cubitabat, signum certe pœnitentiæ vix credibilis, quam in maioribus annis sectari deberet. Petrus Martyr paruulus a scholis rediens Manichæorum magistros conuincebat, vt futurum zelum in viro considerares. Sic sanctus Thomas Angelicam salutationem deglutiuit cum adhuc eum lactaret nutrix, futuræ eruditionis, & deuotionis in Virginem non inane testimoniū. Catherina virgo in infantia multarum virtutum signa dedit non mediocria. Hæc futurorum argumenta in primis vitę annis multi sanctorum ostenderunt. Alij in maiori ætate virtutis asperum iter arripuerunt, sed non omnes eodem seruato ordine: quidam enim paulatim ima deserentes ad cęlestia ferebantur ab imperfecto

fecto ad perfectum sensim proficiscentes, audientes: Hæc via Domini, ambulate in ea. Alij autem, dilatante Deo ipsorum corda, viam mandatorum Dei consilijs non neglectis currebant. Facile est quidem in manu Dei subito honestare pauperem; sed non omnibus, hoc donum concessum est. Sed sicut *Basil. in hexameron.*
quondam Moyses deserta habitans Aethiopiæ, per quadraginta annos ibi commoratus quasi lux splendens processit, & creuit vsque ad perfectam diem, vt dignus esset populi Israelitici dux, & magister: ita sunt multi, de *Osee.*
quibus dixerat Dominus: Ego dolaui eos in prophetis. Quibus verbis voluit significare, quod sicut dolatorium in manu artificis paulatim ligna dolat, donec ea ad debitam perfectionem arti debitā adducat, ita prophetæ erant in prædicatione Iudaici populi instrumenta, quibus dolabat Deus, & perpoliebat illorum hominum imperfectionem, &c. Alijs autem subito Deus astat, & diuinus hic *Esai. 6.*
Seraphin volat cum ignito calculo, & hominem ad tantam perfectionem adducit, vt qui polluta habebat labia, omnibus posthabitis, *Act. 9.*
& laboribus & difficultatibus, clamet: Ecce ego, mitte me. Talis effectus fuit Paulus, qui Sanctorum sanguinem sine intermissione sitiebat, & qui dirum toto pectore efflabat virus: cum primum circumfusus est cęlesti luce, ingressus synagogas prædicabat Christū, admirantibus cunctis videntibus, & dicentibus: Nonne hic erat, &c. Nec erat solum, sed modo ad hoc venit, vt Christianos persequeretur, qui tanta gratia subito donatus est, vt, antequam Damascum fuisset egressus, raperetur in tertium cęlum. In virtute alij 3
sunt perfecti, alij imperfecti, lib. 5. cap. 8. nu. 1. vsque ad 3. 11. & 12. lib. 18. cap. 9. numer. 6. cap. 13. num. 4. In virtute varij gradus explicantur, sicut ætates hominis, lib. 9. capit. 22. num. 18. lib. 18. cap. 10. num. 28. capit. 12. numer. 2. vsque ad 4. 23. & 24. cap. 13. num. 4. lib. 18. cap. 9. late disseritur de varijs virtutum gradibus maxime, num. 7. vsque ad 10. sanctis aliquibus Deus mira contulit simul ante vsum rationis lib. 9. cap. 6. num. 10. sanctis aliquibus quandoq. ex priuilegio subito infundit Deus virtutum perfectionem lib. 18. capit. 13. numer. 6. & 7. Hanc accepit Hyacinthus, Dominico existente Romæ, cum primum enim ipsius habitum induit, eximium virtutis gradum accepit. Vix enim cærimonias, ordinisq. statuta discere potuit, quando illius perfectionem fuit consecutus, vt *Exod.*
multorum Cœnobiorum dignus esset pater, & magister. Sicut enim quondam cum solis quadraginta diebus Moyses cum Domino conuersaretur in monte, tantum virtutis incrementum est consecutus, vt cornuta facies solaribus radijs illustrata, quam absque velamine populus aspicere non valebat, internorum donorum, quæ fuerat propheta sanctus adeptus, esset testimonium; ad hunc modum Hyacinthus, qui breui tempore in ordine tunc fuerat versatus, miram & claritatem, & fortitudinem ad omnia virtutum opera exercenda fuit assecutus. Cum primum sæculum deseruit, habitumq. religionis induit, perfectionis attigit apicem. Et sicut Eliseus, cum pallium Eliæ accepit in hæreditatem, spiritum induit duplicem mirabilium operū patrator effectus, vt irremediabilibus Iudaici populi malis prouideret Deus, ita cū Patriarcha sanctus habitum religionis ei contulit, continuo & religiosus, & sanctus effectus est, antiquis simillimus, mirabiliumq. operum patrator. Quod donum consecutus est mira cum celeritate, in exordio effectus perfectissimus sectator illorum operum, quæ Dominicus post multos annos, post multa virtutum exercitamenta fuerat consecutus, iam morti proximus: ac si illi dictum fuisset: Omnia facito secundum exemplar, quod tibi ostensum in monte; qui pascebatur inter *Exod.* *Cant.*
lilia, donec aspiraret dies, & inclinarentur vmbræ, spiritus patris sui verus hæres, Iosue Moysi successor in ordinis propagationem. Qui licet dies esset, & delicatus, nec laboribus assuetus, omnia complenit, quæ in patre suo morti iam proximo animaduertit per quadraginta annos, quibus in ordine fuit intentus prædicationi doctrinæ, fundandisq. Cœnobiis regula effectus & religiosorum; & sæcularium tam perfecta, ut diceret: Non *Rom. 15.*
audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non effecit Christus. Legem Dei habens in corde ne supplantarentur gressus eius, & dicens: Fratres quæcumque pudica, quæcum- *Psal. 118.*
que iusta, &c. hæc cogitate, quæ & didicistis, & accepistis & audistis & vidistis in me. Colliges etiam eximiam viri huius sanctitatem si in memoriam reduxeris tēpus, in quo 4
ordini datus est, illud scilicet in quo apertis Dei reuelationibus, institutus fuit Prædicatorum ordo. Sicut enim, cum primum Euāgelij prædicatio cępit, ingressus Ioānes, Paulus, &c. vrbem breuissimo tempore, exemplis, miraculis, &c. Dionysios, Ignatios, Timotheos, Titos, &c. ad tantū virtutum incrementum adducebant, vt continuo digni essent Episcopi, & magistri Ecclesiæ, quæ descenderat de cœlo; indigebatq. horum patrocinio, vt incrementū susciperet; ita suo modo (proportionem enim explico, non æqualitatem) quando Prædicatorum ordo datus est, sæculo innumeris pœne sceleribus inuoluto, vt saluti proximorum inuigilarent fratres, tunc cum lauabantur pedes butyro, & petra deuotionis fundebat riuos olei, quando Deus erat in tabernaculis fratrum, tunc *Iob.*
datus est Hyacinthus cū magno consilio, diuinaq. prouidentia, dabantur religioni viri huic operi perficiundo accommodatissimi, hic electus ex millibus vnus fuit. Dominicus, prima lux fuit huic nouo orbi data, sed continuo audiuit: Numera stellas, si potes, sic erit semen tuum. Ab illo, tanquam a fonte, innumeri prodiere riui bonam orbis partem rigan-

Universidad de Sevilla

gigantes. Ecclesia temporibus Apostolorum innumeris bonis abundabat, lib. 5. cap. 4. nu. 9. cap. 5. num. 1. vsque ad 4. 10. & 11. 13. mira prædicatio Apostolorum, lib. 6. cap. 4. num. 5. vsque ad 7. religiosi olim inter homines Angeli erant mira virtute præditi, lib. 15. cap. 2. num. 3. 4. & 12. cap. 4. numer. 1. vsque ad 10. & 12. Dominico coniuncti sunt bellatores viri, qui bellum in varijs orbis partibus gerebant, varias de hostibus victorias reportantes: sicut Hyacintho in partibus Septentrionalibus accidit, qui, sonante tuba Euangelicæ prædicationis, fractisq. terrenis lagenis, mortificationem Domini in corporibus suis circunferentes profligabant hostes. In prima orbis creatione diuina bonitate, & potentia effectum est, vt insufflans ex vili luto hominem conderet ad sui imaginem & similitudinem in anima, & corpore tot donis ornatũ, in cuius compositione Deus eximius opifex ostensus est, lib. 3. cap. 23. num. 2. lib. 8. cap. 3. nu. 8. vsque ad 11. Ita in prima ordinis huius institutione, sicut & in alijs religionibus, lutei ingressi homines plerique, efficiebantur cœlestes, & ita riuus ordinis modicus intra breue tempus transuadari non potuit. Talem credas Hyacinthum effectum, quando singulari prouidentia Deus ordinem protegebat, & augebat: talem illum reperit Sum. Pont. quando ipsum post tanta examinata miracula, quorum aliqua de nullo alio sancto relata sunt, vt ex bulla canonizationis illius constat, sanctorum Confessorum numero est additus.

Iudicum.

Ezech.

Hicre. 22.

Hebr. 7.

5 Sanctissimi huius viri laudes, vtpote qui Euangelicus fuit prædicator, Apostolicus magister in eo continentur Euãgelio, in quo Iesus Apostolorum laudes, & officia voluit enarrare, cum sedens in monte dixit eis: vos estis sal terræ. Quorum verborum duplex expositio est. Prima, vt per terram intelligamus vniuersum genus humanum. Adã enim, in quo omnes eramus, audiuit: Terra es, & in terram ibis. Et propheta non alio fœlicioris nomine nos dignos arbitratur, cum dicit: Terra terra, audi verbum Domini, libr. 12. cap. 3. num. 28. & 29. Hæc terra post peccatũ Adæ maledicta est, quæ spinas profert & tribulos, reproba, & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem. Hanc terram sibi inimicam Deus sale seminauit, vt pote hostilem, sed longe aliter, quam soleãt victores, vrbes desolatas sale seminare. Hi enim spargunt sal, vt terra sterilis reddatur, at Deus sal Apostolorum in mundo seminauit, vt terram redderet ex male fœcunda fœcundam, ex senticosa fructuosam. Apostoli se in mundo seminarunt, docentes mũdum Deo esse inimicum, quæ illi imminerent supplicia; seminauerunt vero terram, & irrigauit eam imber cœlestis, & fecit fructũ nec spinas protulit. At nostra infelicitate & aliquorum, qui Apostolis succesterunt, fatuitate terra nostra spinas germinat, vt eius consummatio cibus sit ignis, prædicatores sancti pluunt imbrem, falsi autem laqueos, lib. 18. cap. 2. num. 40. Prædicatores cæli sunt, dum prædicant, & veritas in Ecclesia sanctorum cum terra germinat opera bona, ibi. nu. 44. prædicatores sal, lux, ciuitas, &c. lib. 18. cap. 15. num. 18. Præterea Apostoli sal sunt ad condiendos cibos. Terra nulli animali cibus est, nisi serpenti, qui maledictus audiuit: Terrã comedes. Homines ergo, qui post peccatum terra sunt, cibus sunt serpentis cũctis diebus & in æternũ miseri homines perpetuo deuorabũtur a dæmone. Diabolus laqueos ponit in terra, vnde capiũtur iniqui, li. 4. ca. 30. nu. 4. diabolus perambulat terrã. i. humana corda, &c. li. 4. ca. 31. nu. 30. ca. 34. nu. 1. Diabolus terrenos homines conculcat, posidet, & comedit, li. 4. ca. 34. nu. 1. vsque ad 4. 6. vsque ad 11. 13. 15. 16. 18. vsque ad 20. & 22. cap. 35. nu. 11. & 16. Sũma miseria hæc est, si homines deglutiantur a dæmone, in eiusq. corpus trajciantur. Quod remedium tanto malo? Hoc certe, vt terra, quæ insulsa erat, sapida fiat, & Apostolici salis saporẽ accipiat: tunc enim cibus reddetur Dei, qui enim Apostolorum vitam imitatur, illorum recepit sal. Salitus autem quid in gratissimus Domini cibus sit in quem conuertitur? Sancti sale condiũtur, vt sapidi sint, quo carent peccatores, lib. 18. cap. 15. nu. 33. sancti cælo comparantur. mali autem terræ, lib. 12. cap. 3. numer. 8. 22. 23. 28. 36. & 37. cap. quarto, num. 1. lib. 13. cap. 8. num. 20.

Genes. 3.

6 Quod si sal euanuerit, &c. viri simplices cum audiunt verbum Dei, aut exempla sanctorum, facile saliuntur; facile obediunt Euangelio; facile a sponso tracti currunt in odorem unguentorum suorum. At Prælati, & Doctores, cum mali sunt, cum tepidi, cum a cœlesti conuersatione alieni, licet verba, & exempla sacra audiant, vt habent excusationes, vt saliri se non sinant sacræ litteræ, quas assidue versant, iam non illos mouent, aut stimulant. Nimia enim consuetudo abstulit reuerentiam. Vnde, cum sal euanescit, non habet, quo saliatur. Ad nihilum valet vltra, quia quantum docendo, & sacra administrãdo prosunt, tantum ex sua vita vana, & superba gregibus ob sunt. Quod enim vna ædificãt manu, altera destruunt; immo tãto potentius destruunt, quam ædificant, quanto potentius est exemplũ vitæ, quam verba doctrinæ. Ad nihilũ valet vltra, non certe quia nullum his remedium relictũ sit, sed quia difficillimum est. Hi mittuntur foras ab omni bono, & consolatione cælesti. In his etiam verbis, Quod si sal, &c. significat bonum, siue malum totius populi magna ex parte a bona, seu mala Prælatorum, & Ecclesiasticorũ vita pendere. Vnde cum Hieremias multa, & ingentia populi mala retulisset, subdidit: Factus est cursus eorum malus, cuius ratio est, quoniam Propheta & sacerdos polluti sunt, & in domo meã inueni malum eorum. Et cũ

Cant.

Hier. 23.

Esa. 1.

Esaias miserandam populi miseriam enarrauit, dicens, quod a planta pedis, vsque ad verticem non esset in eo sanitas, vulnus, & liuor, &c. præmisit omne caput languidum, & omne cor mœrens. Ecclesiasticis enim, qui nomine cordis significã tur, languentibus, miserabilis populi subuersio sequuta est. Inter omnia enim reipublicæ damna hoc est eximium, quod Ecclesiæ oculi sceleribus excæcentur: quod magnipẽdens propheta, dixit: Obstupescite, & admiramini, fluctuate, & vacillate, inebriamini, & non a vino, mouemini, & non ab ebrietate.

Esa. 29.

Propheta cur tanto pauore populum concutis? Quoniam claudet scilicet Dominus oculos vestros. Et statim, qui sint hi oculi declarat, Prophetas, inquit, & principes vestros, qui vident visiones operiet. Infatuatũ itaque sal, & sibi, & reipublicæ nocentissimus est, sicut proficuus valde, si non euanuerit. Quod si Prælatus fatuus hoc promeretur, quid credis eum promereri, si nequam efficiatur libidinosus, qui aliis apertum sit in omnibus malis scandalum? Prædicatores diuina gratia pleni alios similiter docent, libr. septimo, cap. octauo, num. 32. Prædicatores loquentes, quæ delectant, non quæ ædificant benignitate sua Deus aufert a populo, lib. 14. cap. 27. nume. 3. & 8. Prædicatori nihil est tam periculosum apud Deum, tam turpe apud homines, quam quod sentiat non libere dicere, ibidem num. 16. Prædicatores iniqui portæ sunt vultus Leuiathan, quia per istos in potestatem Diaboli multi tradũtur, ibidem num. 22. Prædicatores non bene viuentes multorum malorum sunt causa, libr. 14. cap. 28. num. 8. & 15. Prædicatores falsos priuat Deus misericorditer hoc munere, ibidem nume. 16. & 22. Prædicatoris progenies eradicatur, dum is, qui per verbum nascitur, per exemplum necatur, ibidem numer. 24. Prælatus custos positus vinearum, & suam nõ custodiens, præiudicium super omnes Deo, & Ecclesiæ facit, lib. 14. cap. 28. num. 31. & 32. Prælati sunt monstra, quibus gradus est summus, & animus infimus, lib. 14. cap. 28. num. 37. cap. 31. num. 28. Prælati legem transgredientes criminandi sunt super omnes, lib. 14. cap. 30. num. 2. Pastores consopiuntur a Diabolo, vt sic oues lacerentur, ibidem nnm. 7. Prælati attendant sibi, & gregi, vt mundi sint a sanguine omnium, lib. 14. cap. 31. numer. 2. Prælati mali aquæ baptismi sunt similes, libr. 16. cap. 3. num. 12. Prædicatores falsi pluunt laqueos, lib. 18. capit. secundo, numer. 40. Sacerdotes laicis peiores plus omnibus Ecclesiam persequuntur, lib. 16. cap. 2. num. 12. cap. 3. nume. 10. usque ad 12. Sacerdotes, & Ecclesiastici si cadant, difficilius multo, quã sæculares pœnitent, quorum peccata maiori medicamine egent, vt curentur, lib. 14. cap. 16. nume. 7. 8. 10. vsque ad 13. 17. 19. 20. & 24. lib. 16. capit. primo, num. 18. 24. & 32. Sacerdotum, & Prælatorum peccata in grande no cumentum sunt Ecclesiæ, lib. 14. cap. 16. num. 25. lib. 16. cap. secundo, num. 3. 11. & 12. capi. 3. nume. nono, usque ad 12. Vide plura verbo Sacerdotes, Prælati, & Prædicatores.

Non potest Ciuitas abscondi supra montẽ posita. In quibus verbis aduertant Ecclesiastici, Prælati, & Prædicatores ne huic muneri se ingerant, illud ambiant, sed instar Ciuitatis ab opifice Deo super celsitudinem montis ædificandi sunt, vt nullus sibi assumat honorem, sed qui vocatur a Deo, tanquam Aaron. Caueant ne similes facti pseudoprophetæ Balaam montem conscendant, vt populo maledicant. Qui in Iudæa sunt fugiant ad montes, ne in medio nationis peruersæ periclitentur, in monte pergentem Loth sequantur, qui in statuam nolunt conuerti, montes excelsi sint ceruis, Dominumque ascendentem in mõtem sequantur, & ibi ipsum audiant loquentem, sed tamen si in ciuitatem ædificandi sunt cũ tremore a Domino ad hoc munus assumantur, & audiant ipsum dicentem. Ecce ego conuertam conuersionem tabernaculorũ Iacob, & tectis eius miserebor, & ædificabitur ciuitas in excelso suo, & templum iuxta ordinem suum fundabitur. Miseretur enim nobis Deus cum Ciuitatem ædificat supra montem, vt videamus sanctam Ciuitatem Hierusalem nouam descendentẽ de cœlo a Deo paratam, qualem viderat Ezechiel super verticem montis vergentis ad Austrum. Sacerdotij onus recte fugiunt homines cordati, lib. 16. capit. primo, num. 10. vsque ad 13. 20. & 38. cap. 3. nume. 5. Missi Prælati, vt fulgura dicant, adsumus, ne audiant, ipsi currebant, cum ego non mitterẽ eos, tracti currant in odorem vnguentorum, sponsi; sic enim, & adolescentulæ sæculares scilicet animæ sequentur illos, tracti currãt, ne laborando deficiant. Prælatis magna sanctitas necessaria est, vnde plerique viuunt subditi, qui moriuntur Prælati, libr. 14. capit. 31. num. 21. & 28. Prælati mille subsunt periculis, &c. lib. 16. capit. 3. num. 3. usque ad 5. Prælati etiam, qui compulsi hoc munus subeunt magno subduntur periculo, quale erit si ipsi illi se ingerãt, lib. quinto, ca. vndecimo, num. 4. 5. 8. 9. & 14. lib. octauo, cap. 4. numer. 4. vsque ad septimum.

7

ad Hebr.

Hier. 30.

Apoc. 21.

Ezech. 40

Iob. 38.

Hier. 13.

Cant. 1.

Ciuitati etiam ædificatæ supra montem comparantur Prælati, & Apostolici Prædicatores, quia in Christo, qui eleuatus mons est super uerticem montium fundati tuti sint, & inaccessi hostibus, ne vacillent, ne vincantur, videant quod sint, & vbi, & ad quid positi sint in protectionem, & defensionem aliorum in Ciuitatem munitam dati, vbi alij confugiant. Prælatus Ciuitas, quę hosti se opposuit intrepida. In oppidis exiguis exiguæ sunt opes, at in Ciuitatibus nihil esse debet, quod desideres. Substantia diuitis est vrbs fortitudinis eius, quanto potius substantia spiritualis viri Sancti erit Ciuitas firmissima. Prælatis Ciuitas, in qua sunt homines cõscripti per amorem, & curam egregiam. Iustum

8

Hugo.

Esa.

Hierem. 1

Prou. 18.

est mihi hoc sentire, &c. eo quod habeã vos
Phil. 1. in corde, &c. & cupiam omnes vos in viscе-
Esai. 32. ribus Iesu Christi. Dixerat Propheta. Ego ci
uitas firma, ciuitas quæ oppugnatur. Non
dixit quæ expugnatur, quia si montem non
deseruerit, expugnari non potest, cum salva-
Esai. 26. tor sit in ea murus & antemurale. Ciuitatem
Sanctorum Deus fundauit innumeris bonis
ornatam, lib. 3. cap. 17. nu. 2. & 20. prædicato-
res constantia magna, & assidue bono fratrũ
debent intendere, lib. 14. cap. 26. num. 6. 32. &
33. prædicatores frontem fronte concutiant
ibid. num. 18. vsque ad 20. & 43. prædicator,
neglecto proprio periculo, corrigat, lib. 14.
cap. 27. nu. 5. 6. 19. & 20. prædicatores de ma-
gnis dicturi in sublimibus commorentur, lib.
14. cap. 28. num. 12. Prælatis sanctis maxime
insidiantur dæmones, vt illis superatis, lectu-
lum sponsi maculent, ibid. nume. 38. Prælati
speculatores dicuntur, quia in mentis alti-
tudine debent sedere, lib. 14. cap. 29. num. 29.
& 30. & 32. de Prælatorũ solicitudine, lib. 14.
cap. 31. num. 3. vsque ad 7. & 10. lib. 16. ca. 2.
Rupertus. num. 1. & 2. cap. 3. num. 7. Rupertus sic ex-
plicat hæc verba. Non potest ciuitas absco-
di, &c. id est, nõ patitur ordo, vel ratio iudi-
cij seu consilij diuini, vt abscondatur, & in-
cognita sit, quæ ad hoc ædificata est. Illi qui-
dem latere desiderant, sed Dei prouidentia
patent, qui super verticem montium sunt æ-
dificati. Iusti hi sunt, qui ædificant sibi solitu-
Iob. dines, sed non vult Deus vt abscondantur.
Exod. 1. Cura matris Moysi hæc erat, vt in fiscella ab-
sconderetur infantulus elegans, sed hunc
Orige. Deus in domo Pharaonis cunctis manifesta-
Hiere. 9. uit, a filia Regis adoptatus in filiũ. Quis det
me in solitudinem? &c. clamat Propheta, &
dominus illum manifestum facit. Vilibus in-
duti Sancti, nudi incedentes & discalceati
gloriam filiæ Regis, quæ ab intus erat celare
nitebantur, sed prouidente Deo adorabantur
semicintia, & humilitates eorũ, ait Bern.
a Regibus, & principibus terræ, li. 8. capit. 4.
num. 10. Sancti virtutes suas occultare desi-
derant, sed in bonum aliorum produntur,
lib. 14. cap. 28. num. 23. prædicator se iactan-
do, bona non indicat, sed bene viuendo loqui
non cessat, lib. 14. cap. 31. numer. 22. libr. 16.
9 cap. 1. numer. 38. Præterea sicut Augustinus
16. contra Faustum ca. 17. vocat studiosam vitam, & eminentia virtu-
tum pollentem, ciuitatem supra montem po-
sitam, id est, super eminentem iustitiã, quan-
do scilicet homo perfectæ virtuti deditus ie-
iunia, vigiliæ, cilicia, lectus, cibus, huic virtu-
ti respondent, ita non incommode loquetur,
qui sacras religiones, ciuitates vocauerit su-
pra montẽ positas, quo nomine proprie gau-
debit Prædicatorum ordo propter eminentiã
Esai. 40. vitæ & doctrinæ. Mons excelsus est, quem
ascendimus, qui Euangelizare desideramus
Sion, vt vitam sordibus inquinatam deserat.
Excelsus quidem propter exercitia sancta, &
miranda quæ in ordine sunt ieiuniorum, le-
ctionum, concionum, &c. in quibus ordinem
suum sanctus pater Dominicus fundauit. Ci-
uitas super hunc montẽ ædificata S. Hyacin-
thus fuit. Mons iste eleuatus est valde, sed su-
per illum cõsurgit ciuitas. Sicut enim in pri-
mitiua Ecclesia primi Christiani seruandis
mandatis & consilijs erant intenti, lib. quin-
to, cap. quinto, numer. 2. vsque ad 4. Sic &
primi ordinum religiosi non tantum ordinũ
implebant mandata, licet illa multa essent,
&grauia, sed his expletis, ad maiora quæ a pa
tribus in manu consilij sui deseruerãt alacri-
ter festinabant, sicut de Hyacintho legimus.
Mandatum acceperat, vt septem continuis
mensibus ieiunaret, sed quod ieiunium esset
in pane & aqua, hoc quod in manu consilij sui
fuerat derelictum instanter implebat, tãquã
ciuitas supra montem constitutionum ordi-
nis ædificata. In monte ordinis viuens præ-
dicationum itinera non equitando, sed pede-
ster incedendo perficere tenebatur, qui au-
tem nudis pedibus & sanguinolentis profici-
scebatur, ciuitas erat supra montem ædifi-
cata. Ordo disponebat, vt vestibus laneis
vteretur ad carnes, sed qui cilicio & cate-
na ferrea super nudo cingebatur, ciuitas
erat, &c. Mons erat, vilis lectus sine lineis præ-
paratus, sed qui cubabat super nudam ter-
ram, ciuitas erat supra montem. Mandatum
acceperat, vt media nocte surgeret, vt con-
fiteretur Domino, sed integras noctes in ora-
tione transigere, montis altitudinem, vt ciui-
tas supra illum cõsurgens, excedit. Montem
inhabitabat qui temporibus ab ordine con-
stitutis se verberabat, quod autem ter singu-
lis noctibus vsque ad multam sanguinis effu-
sionem vapulabat, ciuitati similis efficieba-
tur, quæ supra montem erat ædificata; in quo
monte per quadraginta annos sancte conuer
satus est, etsi ad tempus præclara hæc ciui-
tas multis delituit, iã cunctis posita & osten-
sa est, dum Sanctorum numero, post innu-
mera patrata miracula, quæ Sum. Pont. in
bulla Canonizationis recenset, est addictus:
cuius laudes Ecclesia explicat, dum vocat sal
terræ, & ciuitatem supra mõtem ædificatam.
Hic fuit qui Romæ clamantem audiuit Do- 1. Mach. 2.
minicum. Qui zelum habet legis exeat post
me: & continuo reliquit quæcumq. habebat,
& descendit cum multis quærentibus iudi-
cium & iustitiam, vt daret animam pro te-
stamento patrum, & ita accepit gloriam ma-
gnam & nomen æternum perpetuis tempo-
ribus duraturum.

Sic luceat lux vestra, &c. pristinis tempo- 10
ribus Euangelica fides atque doctrina signis,
prodigijs & varijs Spiritus sancti distributio-
nibus confirmabatur, nunc autem illam bo- Hebr. 2.
nis operibus a vobis comprobari oportet. Vt
sicut olim Deum glorificabant in patratione
miraculorum fideles, sic & laudent modo,
dum vos sanctos conspexerint ministros. Sic
luceat, &c. q.d. non mihi lux vestra placet,
nisi operibus comitata bonis, nec homini-
bus lux prædicationis, aut placebit, aut pro-
derit

derit nisi viderint cum luce doctrinæ, opera
vestra bona, li. 18. ca. 15. nu. 28. Quis enim est,
Marc. 11. qui arborẽ sola facientẽ folia ferat? Sane ma
ledicta ficus fuit. Deus nõ producit verbum
æternũ sine Spiritu sancto, ita nec tu proferas
Matt. 6. verbũ sine opere bono. Priuatis hominibus
dicit Deus te dante eleemosynã, &c. publi-
cis autem sic luceat, &c. illi vereãtur glorio-
læ vanitatem. Hi iam non sunt paruuli, vt ti-
meant circumferri vento gloriæ uanæ. Illi
sat habent si se ædificent, hi alios suo exem-
plo ædificare iubẽtur. Vide multa verbo Præ-
lati & prædicatores, vbi elegantissime doce-
tur, quod verbis iungenda sunt opera, vt mu
nere suo recte fungantur.

11 Amen quippe dico vobis, &c. donec om-
nia fiant. Vbi considera quanta reuerentia
legis præcepta æstimet Christus, vt potius
velit mundum aboleri, quam vel minimum
Psal. 93. legis præteriri, vere enim de eo cantatũ est:
Psal. 44. In capite libri scriptum est de me, &c. Et le-
gem tuam in medio cordis mei. Illi naturale
fuit diligere iustitiam, & odire iniquitatem,
vnctus oleo exultationis præ participibus
suis, li. 3. ca. 9. nu. 7. li. 18. cap. 14. nu. 21. Ma-
luit Christus, vt dissolueretur tẽplũ corporis
sui, quã quod vel punctus mandatorum Dei
Ioan. 15. violaretur. Qua ergo ratione audet miser
homuntio diuina violare præcepta, quæ
Christus violare sic abhorruit, vt instante
passione diceret lætus pergens in hortum, Si-
cut mandatũ dedit mihi pater, sic facio. Sur-
Psal. 148. gite eamus hinc, vt occasio implendis diui-
nis mandatis detur. Dictum est de Sole, Lu-
na, &c. statuit ea in æternum, præceptum po-
suit, & non præteribunt. Si cunctæ res a Deo
factæ, & ipse Dei filius diuinum præceptum
exhorrent uiolare, qua impudentia humana
miseria transgredi non expauescit? Manda-
ta Dei, cunctis posthabitis, implenda sunt,
lib. 1. cap. 8. num. 1. & 9. lib. 11. cap. 4. num. 1.
& 2. mandata Dei festinanter implenda sunt,
& feruenter, lib. 11. cap. 2. nume. 12. 16. 17. &
19. cap. 4. num. 7. & 9. lib. 17. cap. 4. nume. 1. &
2. lib. 18. capit. 11. num. 22. 25. 26. & 28. man-
datis Dei obediunt cuncta creata in cõfusio-
nem hominum, lib. 11. cap. 3. nu. 8. 23. vsque ad
25. mandata Dei in se faciliora sunt, quã quæ
dæmon mandat, & ille nihilominus contem-
nitur, iste magnipenditur, lib. 18. cap. 11. nu.
12. Iota & apicem vocat minutiora mandata,
quibus venialia cauentur, in quorum adimple
tione vigilare debet quilibet Christianus, po-
tissime autem vir Apostolicus. Peccata mini-
ma si negligant homines, incident in maiora,
lib. 14. cap. 9. num. 2. & 3. capit. 22. numer. 39.
peccata minora cauere debet homo ne ob-
ruatur arena, qui molem proiecit magnorũ
12 delictorum, lib. 14. cap. 9. nume. 7. & 8. Hya-
cinthus non solum implendis Diuinis præce-
ptis etiam minimis intentus fuit, sed arden-
tissime, quamdiu vixit, huic officio astitit, vt
nullus si fieri posset reperiretur, qui perficiẽ-
dæ legi non inuigilaret. Semper enim concio-
nibus, confessionum audientiæ, aut dandis
consiliis intendebat, cuius verba, sicut de E- Eccles. 38.
lia dicitur, vt faculæ ardebant. Huius rei
causa in visitãdis Ecclesijs infatigabilis erat.
Cum primum habitum recepit, Germaniam
adijt, Poloniam; ex Cracouia ad Orientem
perrexit, penetrauitq. Masouiæ ducatum, ad
quam prouinciam cum deuenisset, Visogra-
dum ciuitatem nobilissimam super fluuium
Vandalum sitam visitauit, & desiderio præ-
dicandi cõcitatus fluuium transuadauit non
madefactus. Hinc non sine multis lacrymis
habitantium discedẽs, in prouinciam Chiam
venit Russiæ Meridionalis prouinciam, in-
gressusq. Chiobiam, quæ totius prouinciæ
metropolis erat. Et licet Valdomirus Rex
ægre tulisset sancti viri præsentiam, ne illius
exhortationibus Chiouenses schismatici ad
Ecclesiam Catholicam Romanam, a qua apo
stataverant, reducerentur, ille tamen cun-
ctis posthabitis, huic muneri perficiendo ar-
denter inuigilans, multos illorum ad obe-
dientiam Summi Põtificis traduxit, innume-
ris difficultatibus superatis ab eo, qui mori
pro Christo paratus erat, minas Regis con-
temnens per quinque annos, in quibus ibi
mansit. Relicta Chiouia redijt in Cracou-
iam, quo deuenit ita fatigatus, laboribusq.
attritus, vt omnes pæne amiserit vires, qui
tam longam peragrarat viam pedester ince-
dens, & vix comedens humiq. cubans, &c.
cumque aliqualis recreationis gratia a Cle-
mentia illustri femina inuitatus Coseletum
veniens cerneret, quod segetes cunctas va-
stasset grando, ad eius instantiam reparatæ
sunt. Obijt anno 1257. cum 74. esset annо-
rum, fuitq. in ordine per 41. annos, obijtq.
teste Leandro Alberto, Serafino Razio, Ioan-
ne Molano, Martino Chromero, F. Antonio
de Sena non in vigilia, sed in die Assumptio-
nis Mariæ.

IN FESTO S. BERNARDI Abbatis.

Euangelium.

*Dixit Simon Petrus ad Iesum, Ecce nos re-
liquimus omnia. Matth. 19.*

*Vide lib. 1. cap. 17. num. 18. & 19. lib. 3. ca. 6. nu.
18. lib. 7. cap. 3. num. 23. lib. 9. cap. 9 nume. 68. capit.
13. num. 14. cap. 15. nume. 40. & 41. lib. 11. cap. 4.
num. 3. usque ad 5. 11. 12. & 16. lib. 14. cap. 3. num.
24. cap. 28. num. 3. lib. 9. ca. 9. num. 56.*

SANCTISSIMI Patris Ber 1
nardi egregias laudes, exi- In festo S.
miasque virtutes coniectare Bernardi.
licet multum, si ad memo-
riam

riam renocemus, quæ in concione sancti Benedicti ille protulit admirandæ humilitatis verba, dicens, Benedicti nomen cum iucunditate amplectendum est, & venerãdum, quoniam ipse dux videtur, ipse magister, & legifer vester. Delector quidem & ego in ipsius memoria, licet eximio perfundar rubore, communem participo sæculi renunciationem uobiscum, quam ab illo didicimus, & ulterius cum eo participo nomen Abbatis. Abbas fuit, & ego. Abbas, & Abbas nomen vnum, sed in altero sola magni nominis vmbra. Ministerium vnum, sed heu me, quam dissimiles ministri. Væ mihi, Pater sancte, misero, qui tam longe absum a tua conuersatione. Hæc beatissimi Patris erant verba admirandã sui agnitionem redolentia, quæ admirari satis nullus potest in homine, qui dum adhuc in vtero gestaretur, somnium uidit mater, præsagium futurorum: catellum scilicet candidum totum, in dorso rufum, & latrantem in utero baiulare: super quo territa uehementer, cum Religiosum quendam uirum consuluisset, trepidæ, & anxiæ matri respondit. Ne timeas, optimi catuli mater eris, & qui domus Dei custos futurus, magnos pro ea contra inimicos fidei editurus est latratus, &c. Quo responso mulier pia lætа efficitur, & iam tunc in amorem nondum nati tota transfunditur, cogitans eum sacris litteris erudiendum tradere. Quod & factum est: mox enim, ut natus est, non modo obtulit Deo, sed sicut legitur de sancta Anna Samuelis matre, quæ petitum a Domino, & acceptum filium in tabernaculo eius destinauit perpetuo seruiturum, sic & ipsa eum in Ecclesia Dei acceptabile obtulit munus. Cum primum mundi fallacias aduertere cœpit, & vanitates vanitatum, fugam meditari cœpit, & occurrit ei Cisterij innouatę monasticæ Religionis noua plantatio operariis indigens, cum uix adhuc aliquis conuersionis gratia declinaret illuc, ob nimiam vitæ ipsius, & paupertatis austeritatem. Hanc ingressus cum sociis ferme triginta. Ingressus est autem intentione ibi moriendi a cordibus, & memoria hominum & spe latendi, sed Domino aliter disponente, & eum sibi in vas electionis præparante ad portandum nomen suum coram gentibus, & Regibus, & vsque ad extremum terræ. Ipse vero de se nil tale æstimãs, aut cogitãs, potius ad custodiam cordis, & oris sui, & propositi constantiã, hoc semper in anima, frequenter etiam in ore habebat: Bernarde, Bernarde ad quid venisti? Vnde a prima die ingressus sui in cellam nouitiorũ, cœpit ipse agere in semetipso, quod erat alios docturus. Ad tãque eximiã vitæ perfectionẽ deuenit, vt Clareuallẽsis Abbas ordinatus aduẽtãtibus nouitiis, & festinãtibus ingredi, audire eũ soliti fuissent nouitii dicẽte: Ad ea quę intus sunt, festinatis hic, foris dimittite corpora, & quæ d̃ sæculo attulistis, soli spiritus ingrediãtur, caro nõ prodest quidquã. Quod tamen, nouitijs ad nouitatem verbi perterritis, parcens teneritudini eorũ clementius exponendo dicebat, carnalem concupiscentiam foris dimittendam. Memoria in Deum occupata, non sentiebat, totus enim absorptus in spiritu, sæpe tota in Deum directa intentione, & memoria, vidẽs non videbat, audiens non audiebat, nihil sapiebat gustanti. Quid dicam de somno, qui in cæteris hominibus solet esse refectio laborum, & sensuum recreatio? Vigilabat vltra possibilitatem humanam, aliquando dormiens, sed somno tenuissimo. Porrò ad comedendum vix aliquando trahebatur appetitus voluptate, sed solo timore defectus, sic accedebat ad sumendum cibum, quasi ad tormentum. A primo siquidem conuersionis suæ anno, natura eius, cum teneræ nimis semper, & delicatæ complexionis fuisset, ieiuniis multis, & vigiliis, frigore, & labore, durioribus, & continuis exercitiis attrita, corrupto stomacho, cibum conseruare non poterat, nisi tenuissimum, non tam ad vitam conseruandam, quam ad mortem differendam. Semper autem post cibum quasi pensare solitus est quantum comederit, si aliquando ad modicum mensuram solitam excessisse inuenisset, impunè abire non patiebatur. Sic autem fuit ab initio inter nouitios nouitius, monachus inter monachos, spirituualidus, corpore infirmus, nil indulgentiæ circa corporis quietem, seu refectionem, nil remissionis de communi labore, uel opere sibi fieri aliquando acquiescens. Cæteros namque sanctos esse arbitrabatur, & perfectos, se vero sicut nouitium, & incipientem, nequaquam emeritorum, perfectorumque indulgentiis indigere, sed feruore nouitij, & rigore disciplinæ. Laboris tempore semper intus orabat, & meditabatur, exterius laborabat absque iactura interioris suauitatis. Vnde confitebatur eorum, quæ scripsit, nullos alios magistros habuisse, nisi quercus, & fagos. Præfectus in Abbatem Clareuallis in loco horroris, & vastæ solitudinis Deo seruiebat cum suis in paupertate spiritus, in fame, & siti, in frigore, & nuditate, in vigiliis, & angustiis multis. Pulmenta sæpius ex foliis fagi conficiebant, panem vero ex milio, & hordeo. Mirumque erat videre viros olim diuites in sæculo, & honoratos, tunc in paupertate Christi gloriantes, Ecclesiam Dei plantare in sanguine suo. Corpus suum variis infirmitatibus per se attenuatum, ieiuniis insuper, & vigiliis sine intermissione atterendo orabat stans die, noctuque, donec deficeret, donec genua eius infirmata a ieiunio, & pedes eius a labore inflati corpus sustinere non possent. Multo tempore, & quamdiu occultum esse potuit, cilicio vsus est. Talis cum esset Bernardus, tantaque virtute polleret, indignum se nomine Abbatis

Surius.

batis confitebatur. Vnde cum multa in hunc virum probabilia, & laude digna concurrant, & alij quidem doctrinam, alij zelum, & sitim erga animarum salutem, alij miracula mirentur, ego quidem congruum omnibus honorem defero, hoc sublimius dico, quod cum esset vas electionis, & nomẽ Christi coram gentibus, & Regibus ferret intrepidus, cum obedirent ei Principes mundi, & ad nutum eius in omni natione starent Episcopi, cum ipsa Romana Ecclesia singulari priuilegio ueneraretur eius consilia, numquam supra se in mirabilibus ambulauit, sed semper de se humiliter sentiens, cum esset omnium iudicio summus, suo sibi iudicio constitit infimus. Qua in re admirandæ eius laudes continentur. Humilitas enim erigendæ excelsæ fabricę aptissimum est fundamentum, ædificaturque contemptu proprio superna illa Ciuitas tanto celsior, quãto profundior hæc extiterit cognitio. Cognitio propria & propriæ miseriæ mirabilis est in viris sanctis, & utilis, qua qui carent, in multa ueniunt mala, lib. 3. c. 19. per totum, ca. 23. nume. 19. Cognitio propria aptissima est ad impetrandam diuinam misericordiam, lib. 3. cap. 19. num. 11. 12. 15. 19. vsque ad 23. Cognoscens se, quanto uilior est in oculis suis, pretiosior est in oculis Dei, ibidem nume. 29. cap. 20. num. 2. Cognitio propriæ miseriæ maxime præparat hominem ad gratiam, libr. 17. cap. 3. num. 31. Humilibus dans gratiam Deus dicitur lilium conuallium, lib. octauo, cap. 8. num. 32. Humilitas uirtus est maxime relucens in Sanctis, lib. tertio, cap. 5. num. 89. lib. 8. ca. 5. nu. 6. 10. 18. 19. 30. & 31. cap. 7. num. 15. cap. 8. num. 2. & 15. Humilitas radix est, a qua vberes procedunt fructus, lib. 8. cap. 5. num. 6. cap. 8. nume. 8. Humilitas fundamentum est magnæ construendæ fabricæ aptissimum, lib. octauo, cap. quinto, numer. 8. 20. & 21. capit. 8. num. 8. Cumque duplex sit humilitas, altera cognitionis, qua cognoscimus, quod nihil sumus, altera affectionis, qua calcamus gloriã mundi, lib. octauo, cap. quinto, num. 33. vtraque in Bernardo admirabilis fuit, dum & eximios sibi oblatos contempsit honores, & vilis in oculis suis semper fuit, qui in oculis omnium hominum, immo in oculis Dei excelsus erat. Cuius excellentiam vt manifestet Ecclesia, eo vtitur Euangelio, in quo Petrus cum audisset tantum malum esse habere diuitias, siquidem adolescens, qui omnia seruauerat mandata a iuuentute sua, cum audisset a Domino, ut diuitias desereret, recessit tristis, qua occasione docuit Iesus, facilius esse camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in Regnum cælorum. Cogitans Petrus, qui hæc audiebat, eximium esse bonum abiecisse eas, dicit. Ecce nos reliquimus omnia, &c. Quid ergo erit nobis? nobis, qui quantumcũque parua cuncta lubenti animo dimisimus terrena, relicturi ingentia, si eorum essemus domini. Audiunt Apostoli, quod in iudicio sedebunt super sedes duodecim iudicaturi orbem, nec solum illi, sed eximijs potientur bonis in hoc sæculo, & in futuro, qui vxorem, agros, &c. dimiserint, vt adhæreant Domino.

Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Petrus tunc ista protulit verba, cum quiuis cordatus homo omnia desereret bona, quæ sunt in orbe, si illorum esset dominus, illa funditus proijciẽs, mergens, ne a malis cupiditatibus mergeretur ipse in innumera mala: docentem enim audiuit Dominum hominum perfectionem in eo sitam, quod bona a se abdicarent terrena, quod qui non facerent, eximijs multisq. inuoluerẽtur periculis eisq. grauissimis qualia illa essent, quæ homines æterna priuarent felicitate. Quod homines diuites sint, aut pauperes extrinsecũ sane videtur perfectioni parumq. conducens, cum multi magnitudine abundantiaq. diuitiarum & honorum pollentes, grandem consecuti sint perfectionem, non inferiorem his, qui cunctis exuti sunt facultatibus. Sicut enim quondam tabernaculum fœderis pellibus cilicinis cooperiebatur, indumentisq. pretiosis, Salomonisq. currus & pellibus, & varietate pretiosorum ornamentorum componebantur; ita & in Ecclesia, quæ tabernaculo Salomonis, & fœderis recte comparatur, circuierunt quidam in mellotis, & in pellibus caprinis egentes, angustiati, afflicti, talesq. vt illis dignus non esset mundus. Pauluſq. in eremo veste palmarum indutus, cunctis posthabitis, vitam agebat vix humanã. Cæciliaq. deauratis induta vestibus eximia pollebat sanctitate. Sicut & Paula, dum Romæ auro tecta haberet fulgentia, virtute erat insignis. Sicut & cum in Bethleem ista informis luti vilitatem mutauit. Diuitiarum periculum confessus est Crates Thebanus, cum diuitias, & cuncta, quæ possidebat, proijciens in mare dixit: Ite malę cupiditates, ego vos mergã, ne ipse mergar a uobis. Sed negare nullus potest paupertatem ad multa adducere homines incõmoda. Angelis admirandus Iob in sterquilinio iacens cunctis priuatus opibus dicet: Dominus dedit, &c. sit nomen Domini benedictum. Mendicusq. Lazarus ad ianuam diuitis vlceribus plenus cupiẽs saturari de micis patientissime tulit inopiæ damna, quæ non ferret si sanctus nõ esset. Itaque inter diuitias multi reperti sunt sancti, sicut & in paupertate, in opibus pericula reperiuntur, & in paupertate, quia in medio laqueorum ambulat homo quamdiu viuit. Diuitiæ bona sunt illis, qui eis bene vtuntur, alijs autem mala lib. 1. cap. 24. nu. 29. lib. 4. cap. 38. nume. 16. 17. 19. & 20. cap. 39. nu. 2. cap. 41. num. 9. & 10. Diuitijs qui recte vti sciũt, laudandi sũt, li. 2. c. 15. num. 11. 30. 34. & 44. cap. 18. num. 11. lib. 4. ca. 38. num. 12. & 20. cap. 41. num. 5. 9. & 10. Diuitiis & paupertate tẽrati homines in vtroque debent esse cauti, lib. 4. cap. 40. num. 12. & 14.

Iansenius.

Cant.

Hebr. 11.

Hieron.

Iob. 1.

Universidad de Navarra Biblioteca

divites contemnere non debemus, lib.4. cap. 38.num.15. vsque ad 17. 19.& 20. Bona temporalia, & his contraria, nec bona, nec mala vocabant Stoici, sed indifferentia, lib.2.ca. 18.nu.9. usque ad 11. 13.14.& 16.cap.19. nu. 3. & 5. lib.4.cap.40.num.17. Bonis omnia cooperantur in bonum, sicut malis omnia in malum, lib.4. cap.17. num.14.& 15. cap.24. num.3. vsque ad 5. cap.29.num.1.5. & 6. cap. 34. numer.23. vsque ad 25. Certum ergo est, quod in omni statu boni sunt & mali, dum diuitiæ & paupertas indifferentibus bonis annumeranda sunt. Sed his non obstantibus, qui pauper, diuitiis contemptis, efficitur propter Deum, manifestum ingensq. euasit periculum. Et ita quicumque ad vitam tendere perfectiorem nisi sunt, sæculari contempta, in religione omnia dimiserunt ea animi propensione, vt cunctarum rerum dominium a se abdicarent. Et licet in religionibus propter diuersos fundatorum fines, uariæ constituerentur leges, & illę quæ cuiq. fini essent accommodatæ, ut ducerentur homines super semitas iustitiæ varias, licet finis vltimus vnus esset iustitiæ cultus, & animæ salus, vnã tamen paupertatem amplexatæ sunt cunctæ, vt pote quæ medium esset acquirendæ virtuti conuenientissimum, aduertentes sancti Patres, quod vox diuini tonitrui esset in rota, in ea, scilicet, anima, quæ temporalibus neglectis, instar rotæ vix terram tangeret. Vnde aiebat Bern. quia exultauit Christus ad currendam viam, nec currentem sequi poteras oneratus, bona temporalia dimisisti, & quia certandum est in agone, quia regnum cęlorum vim patitur, ab omnibus abstinere debemus, & nudi pugnare & currere, vt religiosi (Bern.) qui dentes sunt Ecclesiæ candidi, nimia munditia pollętes, similes sint gregi tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, tonsis ouibus similati, quia nihil mundanum est eis in proprietate relictum: & ea de causa ascendunt de lauacro, id est, de Baptismo ad perfectionem uitæ celsioris. Sæculares, quia perfectiorem vitam non sunt professi, in lauacro sedent diuites, at religiosi ascendentes de lauacro deponunt vellera, vt gemellis fœtibus ascendant ditati, & locupletes in Christo. Bona temporalia magna causant mala, quæ impij ebrij non sentiunt, lib.1. ca.17. num.22.& 23. Bona temporalia relinquenda, ne ad interitum nos trahant, lib.2.ca.15.nu. 8. cap.16.num.38. Bona temporalia contemnens recipiendis spiritualibus redditur idoneus, lib.2.cap.15.num.14.15.36.& 37. capit. 16. num.1. vsque ad 5.& 16. Bona temporalia barathra sunt periculis plena lib.2. capit.15. num.21.22.& 45. cap.17.num.1. Bona temporalia renuntianda, vt cum Deo conuersemur, lib.2. cap.16. num.1. vsque ad 5.10.11.16.33. & 34. lib.3. cap.1.num.40.& 41. Diuitias relinquat, qui voluerit esse perfectus, expeditusq. ad cælum properare, lib.2. cap.15. nu. 36.27.39.& 40. cap.16. nu.1. vsque ad 5. lib.4.

Psalm.

Speculũ Monachorum.

Serm. 63. ex paruis Cant.

5

cap.38.num.18. cap.41.num.9.& 10. cap.42. num.5. Continget quidem Hester sanctissimam feminam 127. prouinciarum Reginam, regio diademate, quæ ancilla erat, coronatam, innumeris pretiosissimisq. monilibus ornatam, quod abominetur hæc, quæ superbiæ sunt signa, tamquam pannum menstruatæ. Altera Iudith, quæ ornetur, vt hostẽ Israelitici populi interimat. Dauidq. in regno cinerem, vt panem manducet, & potum lacrymis misceat. Iob multis ornatus diuitiis clamat: Si putaui aurum robur meum, & obrizo dixi: Fiducia mea. Bona tẽporalia, quasi nihil despiciebant Sancti, li.2. cap.16.num. 7. vsque ad 15.22. vsque ad 25.27.28.32. vsque ad 34.37. vsque ad 39. lib.4. cap.40.nu.1. vsque ad 3.& 17. Ista quidem aliquando contingunt, sed certe, vt in plurimum diuitiæ mentes hominum extollunt, & faciunt vt periclitetur castitas in delicijs, humilitas in diuitijs, pietas in negotijs: diuitiæ enim in similitudinem visci mẽtes hominũ ad superna attoli nõ sinunt, sed hic in terrenis commorantur. Cum ergo bonorum temporalium contemptus, & proiectio hæc pariat commoda, cur Petrus qui parua deseruerat cum socijs interrogat. Quid ergo erit nobis? Primũ quia quod Apostoli reliquissent omnia, & secuti fuissent Christum, eximiam præseferebant difficultatem, quod diuitias, mundanos honores, parentes, vxores contempsissent. Non omnibus concessum est, cum recessisset tristis, qui omnia a iuuentute sua seruarat mandata, cum audisset, vt daret pauperibus, quæ possidebat. Vnde cum Hieron. Bonosi retulisset egregias laudes, quod iuuenis mysticam schalam Iacob ascenderet, tollens crucem lacrymis vitam consecrauit, hæc inter alia refert, quod diues cuncta reliquisset tẽporalia, consanguineos omnes, & inter eos dilectissimam sororem insulam habitans inaccessibilem. Apostoli contendebant intrare per foramen acus, per angustam portam, exordientes vitam vsque ad illorum tempora vixin orbe visam, qua abdicarent a se affectus terrenos, propriam voluntatem, sequentes Christum: & hac de causa Petrus non tam vt sibi & socijs prouideret, quam vt futuros homines ad hanc vitam sequendam promptiores redderet, dixit. Ecce nos reliquimus omnia, &c. Expeditos nos ad sui sequelam vult Dominus. Sic aiebãt illi in Num. filij Ruben, & Gad: Nos expediti festinauimus ante filios Israel. Admonent etiam hæc verba, vt qui se Deo offerunt, totos integros se illi offerãt. In Exod. sic dixit Moyses Pharaoni: Cuncti pergemus, vt sacrificemus Domino, non remanebit vngula. Non vult Dominus suos partem & sortem habere cum mundo, separatos eos vult esse, vt Deo liberius seruiant. De terra eorum non hæreditatem accipies, & pars non erit tibi in medio eorũ. Ego pars tua, & hæreditas tua, aiebat Dominus Sacerdotibus antiquis, vt liberius ministrarẽt illi

Hester. 14

Psal.

Iob.

Bern. lib. de conuers. ad clericos. 131.

Bern. ad Euge.

Num. 32. Oleast.

Leuit. 18. Oleast.

illi, hoc & modo postulat ab his, qui perfectionem cupiunt. Et valde mirum est, aiebat Cyprianus, quod te solo sit Deus tuus contentus, neque velit aliam præter te hæreditatem habere, tu vero eo non contentus ad terrenas inhias diuitias & hæreditates. Sufficiat tibi quæso Deus tuus, sicut tu sufficis Deo tuo. Bona temporalia sic Deo danda sunt, vt se ipsum offerat homo illi, lib.2.cap. 20.num.1. vsque ad 8.11. vsque ad 13. Iustum est pro illo relinquere omnia, qui est super omnia, qui diues cum esset, egenus pro nobis factus est, vt nos eius inopia ditaremur. Vtile est relinquere omnia, antequam ipsa relinquant te. Omnia, quia vt auarus cupiditate omnia habet, ita iustus omnia dimittit, quando desiderium diuitiarum, auarorumq. cupiditatem dimittit. Bona temporalia vanitati subiecta numquam tuto possidentur, lib.2. cap.19.num.8. vsque ad 12.& 32. Bona temporalia, quasi in somnis possident homines, euigilabunt, & cuncta euanescent, lib.2. cap.15.num.50.& 51. cap.16.numer.22.& 23. cap.19.num.3.30.& 31. Diuites, quo plura habuerint bona, plura desiderant, libr. 2. cap. 15.nu.10.& 23. cap.17. num.24. cap.18.num. 5.6.& 23. lib.4. cap.38. num.1.2.& 10. cap.39. num.29.& 30. Ecce nos reliquimus omnia. Primum narrat seruitium exhibitum Christo, & postea de futuro interrogat præmio. Hoc enim expectare nonpotest, qui Deo non seruierit. Perperam clamant homines, adueniat regnum tuum, nisi sãctificauerint prius nomen Domini bene operando, non aduertentes eum solũ coronari, qui legitime certauerit, nullumq. posse terram promissionis intrare, nisi post eximios vastæ solitudinis perpessos labores. Stulti qui finem consequi arbitrantur, medijs derelictis, quæ ad illum consequendum necessaria sunt. Beatitudinẽ concupiscere, & bene non operari proprium est peccatorum, lib.2. cap.2. num. 3.6. 23.& 28. Beatitudinis desiderium efficax in eis solis est, qui bene operantur, ibid. num.6.7.23. & 28. Sed aduerte, quod bona pars hominũ sceleratorum, qui versantur in mundo, dicere possunt: Ecce nos reliquimus omnia, dum bona omnia ludis, meretricibus alendis, ciborum nimietate consumpserunt, non quidem, vt Christum sequerẽtur, sed dęmonem, a quo quærãt oportet: Quid ergo erit nobis? Aduituri quod ab hac paupertate ad aliam maiorẽ properabunt, guttã aquæ nõ accepturi æternis ignibus cruciati, sedes accepturi igneas. Sic enim filius prodigus ad summam deueniens paupertatem, nisi ad sanam mentem fuisset reuersus, perpetuam in alio sæculo consecutus fuisset miseriam, sicut & anima illa, quæ instar feminæ corruptæ nuda fuerat inuenta & miserijs plena. Sicut enim iusti diuites facti in Christo sempiternas hæreditabunt diuitias, ita & impij sempiternam paupertatem consequentur pauperes effecti, miseri & nudi, vt in vita hac experiantur, quæ

Cyprian.

2. Cor. 8. Phil. 2.

Luc. 15. Ezec. 16.

euentura sunt mala. Peccatorum flagella quandoq. incipiunt in hac vita, lib.4. cap.12. num.24. lib.14. cap.6. num.17. peccatores humiles terræ aliquando vocantur, quia humiliantur peccatis, lib.18. cap.15. num.34.

Interrogationi Petri respondit Dominus: 7
Vos, qui secuti estis me in regeneratione, cũ sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. In regeneratione sedere dicitur Iesus quamuis modo sedet in sede magnitudinis, quia omnibus tunc sedere apparebit, cuius nunc gloria hominibus non patet. Sessione autẽ, veluti tropo, significatur iudiciaria eius auctoritas, id est, cum se omnium iudicem gloriose exhibebit. Ad eum etiam modum sessuri dicuntur Apostoli, nimirum quia proximi Christo iudici etiam in gloria cum ipso apparebunt. Singulos dicit sessuros in sua sede, vt sic eorum maiestatem exaggeret. Nec otiosi sedebitis, sed iudicantes. De his sedibus vaticinatus est Daniel, Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit, & iudicium sedit, & libri aperti sunt. Secundũ morem scripturæ omnes iusti dicuntur in nouissimo die iudicaturi impios. Sap. Iudicabunt Sancti nationes. Et ad Corinth. Nescitis quoniam Angelos iudicabimus. Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis iudicetis. Sancti, ait S. Thom. Iudicabunt mundum approbando sententiam iudicis, & per sententiæ prolationem, quod erit proprium Apostolorum & similium, qui contemptis rebus mundi, solis spiritualibus inhæserunt, spiritualis enim iudicat omnia. Superbi principes ab eis iudicabuntur, quos aliquando habuerunt in derisum, & in similitudinem improperij. Sedebitis in regeneratione, nunc enim laboris tempus est, non quietis, in stadio currimus, grandis nobis restat via. Imitare eũ, qui exultauit ad currendam viam. Felix regeneratio, quando renascemur ad quietem & sessionem, qui nati sumus ad laborem: tunc sedebitis quãdo spiritus dixerit: Vt requiescatis a laboribus vestris. Sedebit corpus iam impassibile, sedebit & anima cũ cuncta meticulosa recesserint & tristia. Vita præsens certamen est, libr. 2. cap.7. num.24. vsque ad 27. cap.9. nume.6. lib. 14. cap.20. num.5. vsque ad 7. Vita hæc labori deputata est, sequens otio, lib.10. ca.1. nu.9. vsque ad 12. lib.13. cap.12. num.8.9.& 15. lib. 17. cap.1. num.2.& 5. lib.18. cap.11. num.17. & 20. cap.17. num.23.& 24. In iudicio finali fluuius ignis lapidem caliginis, id est, malos diuidet a populo peregrinante, id est, bonis, lib 9. cap.9. num.72. Iusti sedes, vbi Deus sedet & iudicat, lib.1. cap.22. num.8. lib.3. cap. 20. numer.11. lib.4. cap.19. numer.3. Sicut enim Moyses præceperat olim, vt Iordane transmisso, starent duodecim tribus ad maledicendum, vel benedicendum his, qui legem, fuissent transgressi, & his, qui eam obseruas-

Ianjenius.

Dan. 7.

Sap. 3.

1. Cor. 6.

S. Tho. lect. 1

1. Cor. 2.

Sapien. 5.

Apoc. 14.

Deut. 27.

sent, ita in iudicio duodecim Apostoli, &c. Mira res, quod in die tantæ calamitatis pauper incognitus veniat in sede magnitudinis ad iudicandum non solum, quia eius abstinentia impiorum condemnabit ingluuiem, diuitiarum contemptor hominum auaritiã, honorum neglector sceleratorum ambitionem, eius pœnitentia aliorum delitias, huius religiosa conuersatio impiorum maledicas linguas, sed quia vt auditores, & cõsiliarij regij astabunt iudici. Illic sedebunt sedes in iudicio, quia Apostoli, & Apostolici viri sedes erunt, in quibus sedebit Deus, & de ipsis iudicabit. Quando venerit Deus armatus ad vltionem inimicorum, &c. pugnabitq. orbis terrarum contra insensatos. Quando dies Domini veniet magnus & terribilis, &c. Quando descenderit Moyses noster de monte lucidus & cornutus, vbi eius potentia, & delictorum cognitio significatur. Vide de re hac multa in tabula, verbo, Iudicium finale. Tunc rapietur in nubibus obuiam Christo in aera religiosus, qui cuncta terrena reiecit, vt veniat non solum triumphator, sed etiam iudex. Non iudicaberis grande bonum, iudex eris maius bonum. Tunc quando millia millium ministrabunt, corruent seniores coronas capitum deponentes, & adorantes sedentem in throno, vos sedebitis in sede maiestatis. Dignum sane præmium his, qui cum reliquissent omnia, tamquã purgamenta mundi facti, omniumq. peripsema a mundanis cõtemnebantur. Cum luto & palleis insequebãtur Dominicum, & Franciscum mundi contemptores ab omnibus vilipensi, quod in regeneratione eximio potiantur honore, cum plangent se omnes tribus terræ, qui temporali potiti sunt modicoq. honore: mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, insperatæ a malis, quoniam spes electorum immortalitate plena erat, eum expectantes honorem, qui futurus esset, quãdo nobilis in portis vir Christus sederet cum senatoribus terræ. Pauentibus cunctis, stabunt in magna constantia, &c. Impij vellent quidem iudici assidere, & pro arbitrio suo delatis ab eo legibus alias vellẽt a sciscere, quod stultum est, lib. 18. cap. 15. num. 17. Hæc dignitas religiosorum est, qui sęculum contempserunt, sed miseranda eorum esset insania, si religiosi indignam vitam gerens, inter impios veniens ad iudicium, sella illi debita in aere veniat vacua, in qua scriptum sit. Hic cępit ædificare, & non potuit consummare. Hic assimilabitur viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam, qui in veste religiosa mentem habuit sęcularem, dignus qui promisso honore priuetur, sicut Regina Basthi, quæ cum astare debuisset sponso in vestitu deaurato, deposuit coronam capitis sui peccãdo. Graue damnum pudendumq. vt sedem meam occupet sæcularis, qui me iudicet & condemnet. Religiosi priuantur magnis bonis ob res nullius momenti, lib. 15. cap. 6. nume. 1. Religiosi in portu sedent, sed ibi aliquando naues colliduntur & pereunt, ibid. numer. 3. 4. & 9. Sed obsecro Domine, quid tibi opus est alios tecum ad iudicium ducere, vt homunculum, folium, quod uento rapitur, iudices & condemnes? Quia solent transgressores legis diuinæ excusationes ad iudicium afferre, ideo multos adducet, quibus confutabit quidquid ad excusationem prætenderis. Cum Moyses moriturus benedicere statuisset populo, præmisit, Dominus de Sina venit, &c. cum eo sanctorum millia. Psal. 49. legis, congregate mihi sanctos meos, qui pepigerunt pactum meum super sacrificium. Sanctos suos Dominus ad promulgandas leges, & ad iudicandum secum adfert, vt si te non posse ieiunare causeris ob imbecillitatem carnis, obiectabit tibi Baptistam, qui delicatus mira abstinentia cruciatus est, &c. tot iudicibus inops astabo, quot me in opere bono præcesserunt. In iudicio finali quidam iudicabunt cum Christo, &c. lib. 9. cap. 9. numer. 56. 62. 66. & 76.

Psal. 121. Auguſt.

Sap. 5.

Deut. 33. Oleaſter.

Pſal. 49.

Auguſt.

Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, &c. centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Expẽde quantum valeat pro Deo aliquid perdere, vt illud cumulatius recipiatur, sicut Iob contigit, & Tobiæ, & Abrahæ, qui iussus deserere terram suam, contulit illi meliorem, consanguineos relinquere suadet, sed se eum in gentem magnam facturum pollicetur, vt pro consanguineis rusticis magnos habeat. Exire de domo patris suadet, sed eum patrem constituit multarum gentium. Omnis qui reliquerit patrem, id est, cor habuerit non affixum terrenis, centuplum accipiet. Primum sic declarari potest, quod pro temporalibus accipiunt spiritualia charismata, quæ longe superant quæuis terrena, accipiunt & internas consolationes & animum pacatissimum, quo ex omnibus huius mundi bonis voluptatem capiũt. Beatitudo Sanctorum incipit in hac vita libr. 2. cap. 1. nu. 4. ca. 4. nu. 6. 23. vsque ad 25. Alius sensus est, quod Apostoli vnam deferentes domum, illis omnium fidelium domus erant paratæ. Agri ferebant illis fructus, quibus contemptis, tamquam nihil habentes, & omnia possidentes vixerunt in mundo. Sic & illis multi fuerunt fratres & sorores, matres, filij, &c. ait Augustinus, quia eis omnes fideles fuerunt loco fratrum & sororum, qui affectu fraterno eos prosequebantur, eorum necessitatibus prouidentes. Bona temporalia calcans, a Deo accipit Spiritum sanctum, lib. 2. cap. 15. nu. 2. & 14. cap. 16. num. 16. Bona temporalia contemnens Abraham statim promissiones accepit a Deo, lib. 2. cap. 15. num. 14. & 15. Bona spiritualia sunt, quæ loco benedictionis Deus dat suis lib. 2. cap. 16. num. 17. 24. & 25. lib. 4. cap. 41. num. 12. & 13. bona temporalia relinquens propter Deum centuplum accipit adhuc in hac vita, libr. 7. cap. 3. numer. 20. vsque ad 23. Chrysostomus.

Sap. 30. Greg.

Prou. 31. 8

9

Geneſ. 12. Oleaſter.

Chryſoſtom. 20. ex variis

Qui

Qui reliquerit patrem, centuplum, &c. id est, Deus erit illi loco patris merito centum patribus prælatus expectans hæreditatem eius promissam illi, qui eius seruauerit voluntatem, &c. Qui reliquerit fratrem, habebit Christum fratrem centum fratribus vtiliorem, qui non inuidet fratribus pro acquirenda hæreditate, propter lucrum non violat fraternitatis vinculum. Contempserat Bernardus Burgundiæ non modicas possessiones, nec honores, abditissimamq. solitudinem elegit, sed ibi adorabatur a cunctis: ibi quæsitus est ab Innocentio secundo, vt ingentibus Ecclesiæ calamitatibus accurreret, desertoq. relicto, schisma composuit Ecclesiæ in Italia. Cumq. inde profectus fuisset, vt Imperatorem Conrradum alloqueretur, tantus in Spira factus est concursus populorum eum aspicere cupientium, vt interitum timens Imperator eum arripuit, ne ab incursantibus populis pressus necaretur. Quinque Archiepiscopatus, & Episcopatus sibi oblatos recusauit, hordei & milij, foliorumq. fagi cibos delicatis cibis anteponens. Et tamen, aiebat, adorantur semicincia nostra, adoratur humilitas nostra, non a quibuscumque, sed a Regibus & Principibus terræ. Centum sexaginta monasteriorum fundator tantusq. inerat ei zelus animarum, tantus in concionando feruor, vt matres, cum primum ille ciuitatem ingrediebatur, filios abscondebant, & viros, ne ipsum audientes, cunctis reiectis, sequerentur illum. Filij eius, qui hæredes sunt honorum, sint etiam & laborum pœnitentiæ, laborum ciliciorum, orationis, &c. sicut qui hæres est patris hæreditatem accipit oneribus coniunctam.

Serm. de expoſitione Sep. 10.

IN FESTO S. BARTHOLOMAEI Apostoli.

Euangelium.

Exĩt Iesus in montem orare.
Luc. 6.

Vide lib. 1. cap. 23. de laudibus Apostolorum, & lib. 13. cap. 3. vsque ad 11. latissime & eleganter disseritur de oratione.

In feſto S. Bartholomæi

ANTEQVAM ad expositionem Euangelij accedamus, diligenter considerandũ est, quod cum Dominus plures ad sui sequelam vocasset discipulos, vt Euangelicæ inuigilarent prædicationi, aliorumq. intenderent saluti, qui propriam iam quærebant, inter hos omnes, duodecim ad Apostolorum dignitatem eligere contendens, vt tanto muneri idonei eligerentur ministri, in montem ascẽdens tota nocte pernoctauit in oratione Dei, vt summo consilio, ingentiq. prouidentia, non casu, egregios hos viros ad tantum munus eligeret. Cum enim hi supremi futuri essent Ecclesiæ principes, orbis patres, sanctæ militiæ duces strenui, non vulgari erant eligendi cura, qui ad vulgaria non eligebantur munia. Cum assumpto in cœlum Domino substituendus esset loco Iudæ ex discipulis omnibus vnus ad officium Apostolatus, vocauit discipulos omnes Petrus, & eos graui oratione exhortatus, dixit, orantibus cunctis. Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris accipere locum ministerij huius, de quo præuaricatus est Iudas, maturoq. hoc consilio præmissa oratione feruenti, sacer Apostolorum chorus vna cum Deipara Virgine, quæ sacro illi senatui præsidebat, Mathiam annumerauit vndecim Apostolis, exemplum certe aduertentes magistri, qui pernoctauit in oratione Dei, vt inter discipulos, duodecim Apostolos nominaret. Sicut enim terreni principes multa præmissa examinatione, grauiq. consilio, legatos ad talia munera exercenda idoneos requirunt, duces ad bella, in quibus cunctorum, qui sunt in regno, vita, salus, & honor periclitatur fortissimi & strenui inter omnes deliguntur, quibus ingens committitur auctoritas, qui uices principis exequuntur, quibus, si possent, cuncta conferrent cumulatissime, quæ huic muneri exercendo necessaria forent; ita Dominus Iesus Ecclesiæ princeps, qui eos eligebat viros, qui in orbem missi dicerent: Pro Christo legatione fungimur tamquam Deo exhortante, per nos obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo, qui in bello quod cum potentissimis hostibus gerunt homines, dux nobis datus fuit super omnes, libr. 2. capit. 9. num. 7. 8. 15. 19. 20. 22. 24. & 28. Duces elegit duodecim Apostolos, qui illius vice fungentes mirabiliter de hoste humani generis triumpharent, qui non armis & telis pugnãtes, sed verbis mirandisq. virtutibus orbem diuino subiugarent imperio, idololatria reiecta. Apostolorum prędicatio admiranda describitur in conuersione mundi, libr. 1. cap. 23. num. 12. vsque ad 17. 20. 21. 23. vsque ad 27. 31. & 32. lib. 6. cap. 4. num. 5. vsque ad 16. Apostolos elegit Christus supremus princeps, vt præliarentur contra Amalech, lib. primo, cap. 23. nume. 29. 31. & 32. Hi enim sunt, qui tuba prædicationis muros Hiericho subuerterunt, ibidem num. 31. Apostoli tutati sunt Ecclesiam a diaboli insidijs, & malis, lib. 5. cap. quarto, nume. 5. Tantaq. animi fortitudine donati sunt, vt immaniter persecuti, eorum animos tyranni labefactare non potuerint, lib. 9. capit. vigesimo, numer. quarto. Apostoli a mundo relicto tamquam indigni in duces assumpti

1 Cor. 6.

2

sumpti sunt a Dauid contra Amalech, libr. 11. capit. 12. numer. 40. Apostoli principes sunt, qui præuenerunt, vt populi sequerentur, libr. 14. capit. 15. §. 2. num. 46. Apostoli largitatem gratiæ acceperunt, quia sine excusatione magna aggredi debebant, lib. 16. capit. 12. numer. 14. & 15. Hos ergo electurus Dominus exijt in montem orare integram in oratione transigens noctem, patris interpellans bonitatem, vt idoneos tanto muneri eligeret ministros, tum etiam, vt minus digni, multisque imperfectionibus adhuc subiecti, dignissimos redderet noui testamenti ministros, vt habentes hanc Apostolatus administrationem, iuxta quam misericordiam consecuturi essent, non deficerent, sed abdicarent occulta dedecoris, internas, scilicet, imperfectiones, quibus carere iustum erat, qui tantam consecuti fuissent misericordiam, per quam a cunctis erigentur miserijs. Sicut enim quondam electi sunt a Moyse viri sapientes, & timentes Deum, viriq. strenui de cuncto Israel, quos constituit principes populi, ita verus Moyses Christus Dominus, qui prænuntiatus fuerat a Michæa dux, vt regeret populum Israel, quia ad id muneris in socios statuerat eligere duodecim Apostolos, pernoctauit prius in oratione Dei, vt infirmi, imbecilles, & imperfecti tanto munere digni redderentur & fortes. Et licet in die Penthecostes eam consecuti fuerint perfectionem, quæ eximio congruebat officio, in quo orbis saluti consulebatur, quando vnusquisque spiritus fontem accepit, ignei homines effecti, vt operarentur mira, quos fluminis impetus lætificauit, dum mare contra eos turbaretur, lib. 16. cap. 12. numer. 14. 15. & 44. facti duodecim fluuij, quibus vniuersus orbis rigaretur, lib. decimo octauo, capit. secundo, nume. 27. & 28. tunc enim motione Spiritus sancti nubes effecti dederunt vehementissimo imbri cursum, ibidem numer. 31. tamen cum primum ad id muneris electi sunt, pernoctante Iesu Domino nostro in oratione Dei, cæteris euaserunt meliores: electi enim in ipso ante mundi constitutionem, vt essent sancti, electionis æternæ effectum consecuti sunt. Sic cum Moyses Aegyptum fugiens in montibus Aethyopiæ oues pasceret, totus Deo vacabat, qui illo ignorante parabatur, vt dux esset destinatus ad libertatem populi. Postea cum gregem minaretur ad interiora deserti, Dominum vidit in rubo, qui illi præcepit, vt pergeret in Aegyptum, vt eo duce populus captiuitatem euaderet. Cumque ille linguæ tarditatem causaretur, tanto muneri confitens se ineptum, audiuit: Quis fecit os hominis, aut quis fabricatus est mutum, & surdum? Nonne ego? Perge ergo, & ego ero in ore tuo, doceboq. te quid loquaris. Virgamq. dedit in qua ea faceret signa, quæ tanto operi forent necessaria. Ingressus Aegyptum audiuit Dominum dicentem. Ego constitui te Deum Pharaonis, qui scelerati Regis induratum animum prodigiorum multitudine coegit, vt populum inuitus desereret, qui in tam longa peregrinatione innumeris fauoribus potitus fuit, qui eximiam ducis populi Domini dignitatem fuerat sortitus. Ista in Apostolis considerare licet. Primo omniū inter omnes homines selecti societati Domini sunt addicti, qui forent duces populi sæculum deserentes, cum Domino conuersabantur, postea inter multos discipulos, pernoctante Domino in monte, & orante quasi de rubo vocati in Apostolos electi sunt, hoc nomen sortiti, quia mittendi erant, vt homines a tenebris sæculi eriperent: tandem adueniente Spiritu sancto, induti virtute ex alto ad exequendū Apostolatus munus singuli singulas orbis prouincias sortiti, in virga miraculorum eminenti vita ornati, non tam miraculis operantibus, quam sæculi & diuitiarum, & honorum contemptu, libr. 14. cap. 29. numer. octauo, a tenebris Aegyptijs non populum Domini tantum, sed eos, qui infidelitatis obscuritate detinebantur, eripuerunt. Apostoli sunt cerui ad diuersas missi prouincias, lib. 1. cap. 23. numer. 4. quorum munus fuit filios generare Christi, ibidem numer. 13. per quos a capite Christo descendit ad reliquos homines vnctio, numer. 18. qua ratione iustis de causis viri misericordiæ vocati sunt, ibidem numer. 33. tantaq. gratia sunt potiti, quod si eorū gesta, verba, &c. sciremus, animos nostros maxime mouerent, ibid. numer. 28. Orauit ergo Iesus pro deligendis Apostolis in salutem turbarum, quos & duodecim esse voluit veluti principes duodecim tribuum Israel. Sunt qui dicant morem Iudæis fuisse, in rebus grauioribus contestandis duodecim testes adducere, sicq. Dominum ad contestandum Euangelium suum hos duodecim testes deputasse. Et sicut quondam a duodecim filijs Iacob vniuersus Iudęorum populus propagatus est in duodecim tribubus, ita ab his duodecim, quos verus Iacob, Dominus noster, vocauit & dedit potestatem filios Dei fieri, qui non ex sanguinibus, &c. sed ex Deo nati sunt, cum verbum caro factum est, vniuersus Christianus populus egressus est. In duodecim adolescentibus figurati offerentes hostias pacificas, & holocausta, post lectam legem Domini. Scripsit enim Moyses vniuersos sermones Domini, & mane consurgens ædificauit altare Domino, & duodecim titulos per duodecim tribus filiorum Israel. Misitq. iuuenes de filijs Israel, & obtulerūt holocausta & victimas pacificas Domino. Hi enim post latam legem in die Penthecostes profecti sunt, vt hostias offerrent pacificas se ipsos immolantes, sicut vnus eorū dixerat: Sed etsi immolor super sacrificium & obsequiū fidei vestræ, in hoc gaudeo; sacrificium enim Deo spiritus contribulatus. Figurati in duodecim lapidi-

2. Cor. 3
S. Thom.
Exod. 18.
Michæ.
Exod. 3. & 4.
Exod. 7.
Iansenius.
4
Exod. 24.
Philip. 2.

Num. 13. lapidibus, qui erant in rationali veste Aaron, in duodecim panibus propositionis, in duodecim principibus, quos misit Moyses ad explorandam terram promissionis. Duodecim lapidibus, quibus Elias extruxit altare Domino, in quo illius gloria populo innotuit, Prophetis falsis Baal interfectis. Hi significati sunt per duodecim boues, qui sustinebant mare aeneum, qui ad vniuersas orbis partes respiciebant, quia boum mansuetudinem præferentes cunctas mundi partes lustrarunt, vt aquis Baptismi lauarentur homines. Significati per duodecim Iudices, quorum meminit liber Iudicum, qui præfuerunt populo Israelitico post Iesum, Naue, id est, uniuersali Ecclesiæ Christo in cælum assumpto. Sunt etiam sicut gemmæ, quas in pectore suo uerus Aaron noster summus Sacerdos gestauit, in ipsis, & per ipsos declarans vere se in pectore gestare omnem populum Israel charita te ineffabili, qua & pro eodem voluit mori.

3. Reg. 18.
3. Reg. 7.
Exod.

In noua etiam lege designati hi sunt, per duodecim Stellas in corona sponsæ, lib. 1. cap. 23. num. 19. per duodecim fundamenta, & duodecim portas nouæ Ciuitatis Hierusalem, quā in spiritu Ioannes vidit, ibidem nu. 11. & 12. Elegitque duodecim ex ipsis, ex suis, ex his, qui in schola sua fuerant educati. Sic quondam ad dignitatem Sacerdotis, vt hoc officio fungantur præcipit Deus Moysi, vt eligat filios Israel cum ipso nutritos, & doctrina eius imbutos. Christus missus suos eodem nomine donat, vt in Genes. Pharao Ioseph vehementer exaltat, sed addit: Vno tantum solio te præcedam. Sed Dominus suis & proprium nomen communicat, ipse enim Apostolus dictus est, vt meminit Paulus, suosque etiam Apostolos nominauit. Sicut in Exodo, dum loqueretur Deus de Angelo populi Duce, dixerat: Et erat nomen meū in illo, vnde audi vocem eius, nec contemnendum putes eum, qui nomine meo gaudet: ita eximius honor Apostolis deferendus est, qui duces nostri effecti, vt ad terram promissionis perducant, Apostoli, hoc est, missi, quod nomē erat Christi, acceperunt. Tamque fuit potens hæc Christi Domini oratio, vt nullis laboribus, aut difficultatibus ab hoc ministerio, viri illa præmissa electi deterrerentur, sed vniuerso orbe peragrato, non illos a prædicandi officio locorū distantia, non itineris labor, non Imperatorū minę, non cruciatuum immanitas, non Dęmonum, quorum altaria, & templa subuertebant, furor, & rabies deterrere potuerunt: quin potius duodecim piscatores omnem mū di, & inferorum potentiam debellarunt, nouum cultum, nouamque religionem mundo inferentes, quod, vt ait Chrysostomus, ita omnibus infestissimum est, vt, quia Plato nouā nisus Rempublicā erigere, & nouas leges ciuiles, Deorum cultu intacto, vitę periculum subijt in Sicilia, diuinusque vir tanto nomine dignus, seruus perpetuus effectus est. Protagoras interemptus est, dum in vna tantum vrbe hoc protulisset verbum, Ignoro Deos: Socratesque hoc persuadere nusquam valens ipse se veneno interfecit. Eademque de causa Diagoras Milesius, & Theodorus Atheus iugulati sunt. Et tamen, quia orante Domino electi sunt Apostoli, missi tamquam ancillę, vt vocarent ad arcem, & ad mænia ciuitatis, id potuerunt, quia infirmi, & abiecti a vera sapientia Christo nominati, fideles populos ad ædificia supernæ patrię collegerunt. Quia futuri erant Apostoli, dicit Chrysost. uinitores, turres, columnæ, medici, duces, gubernatores, pastores, Angeli. Apostolorum dignitatē, & officia variis nominibus explicabant Sancti, lib. primo, capit. 23. numer. 22. Vt rem cō- 5
formarent noui viri hi Euangelici, instantissime orauit Christus pernoctans in oratione. Agnoscens enim patris donum esse mittere in messem suam idoneos operarios, præter generalem illam rationem, ob quam frequenter solitus fuit orare, nimirum propter electorum salutem, & Euangelij profectum, modo specialiter in oratione pernoctauit, vt instantem Apostolorum electionem dirigat, & prosperā reddere dignetur. Qua sua oratione dispensatorie propter nos suscepta declarauit, quam fuerit sibi cordi nostra salus, qui tam anxie, & instanter patrem orauit, vt nascenti nouæ Ecclesiæ idoneos ministros, & Duces sibi designaret, vtque eos suo spiritu donaret, vt quamplurimi per prædicationē ipsorum Regno Dei adducerentur. Docuit etiam, quāta cura, & circumspectione Ecclesiarum ministri sunt deligendi, quantaque religione Deo sit supplicandum, vt ostendat, quos elegerit. Prędicatores iuuabantur olim orationibus communibus in Missa, lib. 14. ca. 27. numer. 8. Prædicatoribus, quos Deus ad hoc munus assumit, dat virtutes multas, ibidem num. 15. Prædicatores, & ministri Dei Angeli sunt, quos ille facit ignem ad comburenda peccata proximorum, libr. 14. cap. 29. num. 23. Hi thesauri sunt grandinis, quos Deus præparauit in diem belli, ibid. nu. 27. Prælati, & Sacerdotes illi creentur, quos Dominus elegerit, lib. 16. cap. 3. nume. 3. Principes, & Sacerdotes mali dantur ob peccata plebis, lib. secundo, cap. 14. nume. 2. & 3. lib. 9. cap. octauo, num. 4. & 14. lib. 14. cap. 28. nume. 1. & 13. Sacerdotes ordinandi non sunt precibus mulierum, &c. lib. 16. capit. 3. nume. 6. Electionem autem Apostolorum præcessit tā feruens, & diuturna oratio, vt electi intellige rent id munus egregie exequi non posse, nisi Deum instanter deprecentur, ut ostium sermonis aperiat, quo ipsi deuotione pleni aliis sint utiles. In oratione odium peccati, virtutis amorem, Dei bonitatem discant, quæ populo suadeant. Prædicatores enim accipiūt scientiam sermonis per sacras scripturas, quas excoquunt in se in oratione, & populo subministrant stomacho similes, libr. 18. cap. 3. num. 3. Prædicator mente excellat Deo in oratione, & sobrius sit proximis, lib. 18. c. 18.

Prou. 9.
Greg. 33. mo ra. c. 15.
Gen. 41.
Hebr. 3.
Exod. 23.
Ho. 4. in 1. ad Cor.

num.

num.5.& 7.Prædicator ingreditur in abundãtiam sepulcrum, dum vitam actiuam, & contemplatiuam diligit, ibidem numer. 8. vsque ad 10.Prædicatores fulgura sunt euntia, & reuertentia, quia ab oratione veniunt ad prædicationem, ibidem num.12. & 13. Prædicatores enim, & Prælati speculatores dicuntur, quia in altitudine mentis debent sedere, libr. 14.cap.29. numer.29. & 30. Prædicatores a Deo instanter postulent audientium profectum, lib.14.cap.26. num.6. Prædicator orationi, & lucro animarum inuigilans Deo multum placet, lib.14.cap.26.nume.42. capit.27. num.15.Prædicatores, dum frigido corde proferunt verba, inflammare audientes non possunt, lib.14.cap.27.num.17.Prædicatores sancti nubes sunt pluuiam accipientes a Deo, quam effundunt, lib.14.cap.29.num.10.lib.18. cap.2.num.13. Prædicator primum inclinet in parabolam aurem suam audiens Deum, & post aperiat in psalterio propositionem docendo, lib.14.cap.29.num.22. & 30. Est enim oratio cella vinaria, vbi mens inebriatur bonis, lib.5.ca.1.num.21. His rationibus motus Dominus, antequam duodecim eligeret Apostolos, pernoctauit in oratione Dei, instãter postulans a patre sanctitatem eis, qui ad hoc munus essent assumendi. Cumque tam maturo consilio, tam feruida fuissent præmissa oratione electi; non quidem a massa hominum corrupta, sed inter paucos discipulos, qui Domino adhæserant, vnus eorum fede lapsus interiit, dicente Domino: Nonne ego duodecim elegi? & vnus ex vobis Diabolus est. Non electus ab hominibus, sed a me, qui cordis intima non ignoro. Diabolus effectus est malitia, immo Diabolo peior. Elegit eum Iesus, vel, quia tunc bonus erat, vt Theophylactus arbitratur, vel, vt ostenderet fieri nõ posse, quin in Ecclesia bonis mali sint permisti. Si electus est Iudas, quia cæteris Discipulis præferebatur, qui stat, videat ne cadat. Lauda post mortem, lauda post consummationem, lauda nauigantis felicitatem: sed cum peruenerit ad portum, lauda pugnantis fortitudinem: sed cum in morte de truculentissimo hoste victoriam reportauerit. Timor semper sit in Sanctis, quia securi non sunt quamdiu viuunt, lib.2.cap.6.num,11.14.16.vsque ad 18. 30.vsque ad 32.cap. 10.num.8.lib.3.capit.19. num.8.& 10.lib.4.cap.17.nume.5.6.10. vsque ad 12,14.15.18.21.& 22.cap. 18.nume. 23.& 24.cap.31.num.43.lib.7.cap.3.num. 17. lib. 8. cap.5.num.20.29.& 30.cap.6.num.5.libr. 17. cap.3.nume.6.9.12.28.vsque ad 30. In vita hac nemo securus est a lapsu, lib.9.cap.22.nume.16.lib.14.cap.21.num.41.lib. 15.capit. 6. num. 3.& 4.lib.18.cap.13.nume. 5.& 10. Si impius tunc erat, electus est, vt Ambros. ait, in commendationem charitatis Christi erga nos, dum istũ sibi tã familiarẽ fecit, a quo sciebat se morti tradẽdũ pro salute nostra. Et, vt ora obstrueret hominum mundanorum, qui si Sacerdotem, aut Religiosum virum viderint peccatis implicatum, cæteros taxãt, non aduertentes Iudam Apostolorum sacro Senatui non præiudicasse, licet innumeris, eisque grauissimis inuolutus esset malis. De qua re elegans extat Epistola Augustini ad clerum, & plebem Hipponensem, ubi ostendit, quod iustis semper fuerint permisti mali. De qua re vide libr.5. capit. 8. Sacerdotes, Episcopi, &c. aliqui abominabiles sunt, sed Sanctis alijs hi non nocent, lib. 14.cap.16. numer. 16. & quod in Ecclesia boni, & mali permisti sũt, lib.3.cap.17.num.15.vsque ad 17.lib 5.capit. 3.num.1,6.10.& 13 lib.9.cap.20.num.22.cap. 21.num.5.6.8.9.11.12.15.& 17.lib.18.cap.15. nume.22.26.& 27. Dei bonitas, & patientia ostenditur, cum tot dissimulat peccata, lib.2. cap.vndecimo, num.8.9.22. & 23. lib. quarto, cap.quarto, num.13.cap.8.num. 1. & 16. *Aug. ep. 137*

Licet ergo his, alijsque causis motus Iesus Iudam in consortium elegerit Apostolorum, vel sceleratum iam existentem, nec talem perpẽdens futurum, cum is cæteris non noceat, reliqui vndecim tanto consilio, tali oratione electi viri extitere mirabiles primitias spiritus habentes, quos veluti fluuios e Paradiso egressos dedit Dominus Paradisi, vt terram rigantes fertilem redderent, lib.1.ca. 23. nu. 8.& 15. Cælique effecti sunt, quos Spiritus sanctus ornauit, cum terreni antea essent, nu. 10. Spiritu enim sancto adueniente, effecti sunt nubes, sagittæ, flumina, &c. nume.10. 12.14. vsque ad 16. Inter hos vnus fuit Bartholomæus dignus habitus, qui cum Deo versaretur, & omnipotente Domino cibum sumeret, sacraque eius doctrina domesticus illius effectus assidue instrueretur. Spiritus sancti donis post Domini Ascensionem locupletatus, tamquam generosus aliquis miles validissimis armis vndique munitus hostile bellum ingressus, hostes immanes validissime percussit; euertit idolorum templa, & Dei Ecclesias erexit; humana corda in sterilitatem conuersa cælesti doctrina renouauit; affectuum humanorum caliginem profligauit. Cum Euangelium prædicaturus in vrbem Hierapolim, simul cũ Philippo venisset, multas ærumnas, & cruciatus non mediocres sustinuit, cum eius ciuitatis homines valde inhumani essent: quippe, qui viperam pro Diuo colere consueuerant, veneno pestifero erant pleni. O linguam illam diuinam, ex qua salutaris potus effluxit, qui ab impietatis æstu multos liberauit. O manus, quæ violentos hostes expugnarunt, & animas ipsas e Diaboli manibus eripuerunt. O diuinos oculos, per quos multorum oculi patefacti sunt, qui erãt perfidiæ tenebris obscurati. Cum igitur regiones illas ita peragraret, venit ad vrbem idolorum cultui deditissimam, in qua Crucis supplicio condemnatus est. Ad quam dum beatus ille accederet, totus gaudio perfusus, Salue, inquit, Crux, per quam humanum genus gaudio affectum est; per quam Deus mortales ipsos immortalitate donauit. Salue Crux, in *Surius.*

in quã cũ Iesus ascendit terrenos hoĩes cælestes effecit. Salue Crux, quæ mihi hinc migrãti vehiculum effecta es, quo ad cælos perduci possim. Quæ mei præceptoris imitatorẽ me fecisti, ad te ascendo, neque moram duco, qui bonum certamen certaui, opus, quod mihi cælestis magister tradidit, perfeci. Quod cum dixisset, carnifices rogauit, vt verso in terram capite Cruci affigeretur, indignum se iudicans, vt erecto capite, sicut Dominus, crucifigeretur. Ibi positus cum fratribus loqui nõ destitit, donec animam Deo tradidit. Ante autem quam in Crucem ageretur, horrenda crudelitate cunctam extraxerunt pellem, dedit enim pellem pro virtute. Pelli meę, cõsumptis carnibus, adhæserunt ossa, aiebat Iob, sed Apostolo huic, consumpta pelle, caro, & ossa patefacta sunt. Qui autem pellem dedit, omnia corporis membra dedit, atque tot mortes acerbissimas pertulit, quot membra carnifici excorianda tradidit. Tormentum nusquam visum, excogitatumque ab illo sanguinario hoste, qui homicida erat ab initio, terribile acerbitate, & diuturnitate. Inter cutem, & carnem viam nouaculis aperiunt, rimantur secreta viscerum, sicque omnia membra discerpunt. Apostolus sanguinolentum corpus, vt regalem purpuram intuebatur, quam induit, dum pellem exuit. Sicut enim magister eius, antequam Cruci affigeretur, purpureo indutus est vestimẽto, ira imitator illius effectus Bartholomæus, antequã in Crucem ageretur, acerbiori induitur purpura, dum pellis extrahitur propria. Quõdam præceperat Deus, vt ad operiendum tabernaculum operimentum fieret de pellibus arietum rubricatis rubeo colore tinctis; humana nũc Bartholomæi pelle nouum Ecclesiæ tabernaculum ornatur. Hanc enim obtulit hic mente promptissima, atque deuota, in quo laudandus tanto magis est, quam Israeliticus populus, qui pelles arietum rubricatas libenti obtulit animo, quanto propria pellis maiori cũ difficultate donatur, pro qua cuncta donabit homo. Ad placandum Deum hostiam offerre iubebat Deus in lege, detracta prius pelle: hunc morem secutus Bartholomæus, depositа pelle, seipsum obtulit hostiam sanctã Deo viuentem. Gratias agebat Iob Deo dicens: Pelle, & carnibus vestisti me; Apostolus autẽ maiores reddidit illi, quod amore ipsius, propagandæque fidei gratia pelle exutus esset, certo credẽs, quod in iudicio rursus circumdaretur eadem pelle, vt in carne sua videret Deum. Dum hæc gloriosis dotibus potiretur, sicut, & hodie sanctissima eius anima ad æthereas deducta sedes in spiritu videt Deum, fortissimus dux ad maiora assumptus præmia super omnes Ecclesiæ milites, quantumuis strenue isti dimicassent: Apostoli enim, vt duces ad maiora præmia assumpti sunt super alios milites, lib.1.cap.23.num.30. *Iob.* *Exod. 26. Cermeilon.* *Exod. 35.* *Iob 1.* *Leuit.1.* *Iob 1. & 19.*

9 Exijt in montem Iesus orare, & erat pernoctans in oratione Dei, & cum dies factus esset, vocauit Discipulos suos, &c. In secessu hoc, quo oraturus nocte in montem solus secessit Dominus, vt in oratione pernoctaret, docere homines voluit orandi necessitatem, vt beatus effectus ille, cuius esset auxilium a Domino in oratione obtentum, ascensiones in corde suo disponeret in valle lacrymarũ, in qua positus est, libr.13.capit.3. per totum disseritur, quibus rationibus orationem suadeant Sancti: vbi late disseritur de orationis necessitate, & vtilitate, eiusque fructibus. *Psalm.*

Docereque voluit Dominus, res egregias auspicandas non esse, nisi Deus interrogetur, & oretur prius, vt eas dirigat in salutem populi sui. Multos paganos legimus nequaquam opus aliquod egregium audere solitos, nisi prius commentitios suos illos Deos solemnibus sacrificijs, & orationibus placassent. Clarissimum Scipionem Africanum legimus, nũquam arduum aliquod opus moliri uoluisse, quin prius a Ioue auxilium, & consilium postularet, quo res illi bene verteret. Qua ergo fronte nos, qui toties in consiliis, & electionibus nostris hallucinamur, sine orationis suffragio aliquid graue moliri audemus? Præsertim, cum verissimum illud sit; Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ omnes prouidentiæ nostræ. Sic Iosue, & omnes principes in causa Gabaoniatarum lapsi sunt, quia os Domini non interrogauerunt. Sic etiam in Esaia filios Israel Dominus accusat, quod, se inconsulto, suis consilijs, & præsidijs niterentur. Væ, inquit, filij desertores, vt facereris cõsilium, & non ex me ordiremini telam, nõ per spiritum meum, vt adderetis peccatum super peccatum, qui ambulatis, vt descendatis in Aegyptum, & os meum non interrogatis, &c. & erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem. Obseruandum etiam Dominũ noctem transegisse orando, vt doceret, nocturnum silentium orationi esse aptissimum. Nocturno enim tempore, ipsa quies corporis a suis officijs mentem distrahens, ipsæque tenebræ, ac denique silentium ipsum aptiorẽ reddunt animam ad orationem, & spiritus in Deum eleuationem. Vnde aiebat Dauid. Anticipauerunt vigilias oculi mei. Et alibi: Anima mea quæsiuit te in nocte. Sic Dominicus diem saluti animarum, noctem Deo consecrabat. Paterque Franciscus, qui vigiles cũ Deo noctes transigebat, appositissimo nomine verum monachum, cicadam noctis appellabat. Quod cicada sine vlla intermissione, Sole vigente, canat. Primique Christiani antelucanos hymnos Domino cõcinebant. Orationes nocte faciendas consulebant Sancti, libr. 13. cap.3.num.14.& 26.cap.4.num. 11. Orabat tota nocte Paulus Eremita centum iam annorum, lib.13.cap.4.num.7. In oratione pernoctabat Christus, vt exemplum præberet orandi, lib.13.cap.7.num.8.& 11. Orationi deputetur una pars noctis, & altera somno, lib. 13.cap.10.num.1.9.19.& 20. Orationem media nocte faciendam docuere Dauid, & Paulus *Psalm. 67* *Esa. 26.* *Esa. 30.* *Sap.9.* *Iosue 9.* 10

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

lus, ibidem numer. 5. usque ad 7. 9. & 20. Orandum nocte, & die, sed noctis maior trã quillitas est ad orandum, ibidem numer. 6. 7. 9. 10. 13. & 22. Hanc orationem consulebant Sancti coniugatis, & paruulis, numer. 17. Orandum nocte, quando tot sunt ad peccandum incentiua, ibidem numer. 19. Orabat Christus in monte, & solus nocte, vt a loco, & tempore doceret tranquillitatem in oratione quærendam, lib. 13. cap. 11. num. tertio. Hac ratione oraturus Dominus turbas deseruit, & montem ascendit, sic enim docuit orantem debere quærere secretum, tumultum fugere, mentem a terrenis ad cælestia subleuare. Oratio non desidiosa, sed quæ intenta est, scandit cælum, lib. 13. cap. tertio, nume. 18. 19. & 35. cap. quinto, num. 13. cap. 6. nume. 12. Orationes in aula sancta Dei offerre debemus, id est, sine mentis alienatione, lib. 13. capit. quinto, num. quarto, vsque ad 6. 8. 9. 13. & 15. Ad orandum non tam locus, quam propositum requiritur, lib. 13. cap. decimo, nume. 2. 7. 8. 13. 14. 18. & 21. Pernoctabat autem Dominus in monte, vt orationis perseuerantia doceretur. Vide de re hac, lib. quarto, cap. 16. nume. octauo, libr. 6. capit. secundo, numer. quarto, & quinto. Orationis perseuerantiam docuit Iesus, lib. 13. capit. 3. nume. 11. 23. & 30. capit. quinto, num. 8. cap. septimo, num. quarto, vsque ad 7. Orationes iaculatoriæ, & breues crebræ erant Eremitis, sed non ideo oratio longa taxatur, lib. 13. cap. septimo, num. 11. Vnde Bartholomæus centies in die, & centies in nocte
11 genua flectebat Domino.

Descendens cum illis de monte stetit in loco campestri, &c. Sicut Moyses acceptam in monte veterem legem descendens de monte attulit promiscuę multitudini in pe-
Exod. 17. de montis constitutæ, quæ in montem cum Moyse ascendere non potuit, ita & nunc Dominus nouam legem e monte expectanti plebi adfert. Electurus Apostolos ascendit, docturus turbas descendit, quia perfectioribus altiora dicenda sunt, & minoribus leuiora. Sapientiam loquimur inter
1. Cor. 2. & 3. perfectos. Omnis, qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ, paruulus enim est, & perfectorum est solidus cibus. Prædicatores aliter perfectis, aliter imperfectis prædicare debent, vtentes alia stola in sanctuario, altera cum procedunt ad populum, libr. 14. cap. 26. numer. primo, vsque ad quartum. Prædicatores Sancti sunt, de quibus legimus. Mala aurea in lectis argenteis, qui profert verbum in tempore suo, libr. 18. capit. secundo, nume. 29. Prædicatores aquas ligant in nubibus, dum secundum capacitatem audientium uerba proferunt, libr. decimoquarto, capit. 26. nu. 21. 34. & 35.

IN FESTO S. AVGVSTINI.

In festo S. Augustini.

Vide in festo B. Patris Dominici, & S. Thomæ de Aquino. Et lib. 5. cap. 13. num. 11. usque ad 14. lib. 18. cap. 14. num. 13. & 14.

IN DECOLLATIONE S. IOANNIS Baptistæ.

Vide in Concionibus Aduentus, in Natiuitate illius, & de eius Laudibus, lib. nono, cap. sexto, §. primo, per totum.

1 IN nece Ioannis inter alia docent Sancti luxuriæ damna, propter quam & Herodes, & Herodias in tantum facinus lapsi sunt, de qua re disseritur, lib. primo, capit. 24. num. 2. ca. 25. num. 11. lib. 3. cap. 3. num. 39. & 40. vbi docetur, quod hæc hominũ genus inuoluit, quod hæ passiones difficulter vincantur, lib. 2. cap. 5. num. 14. capit. 17. num. 25. libr. 3. cap. tertio, nn. 21. & 24. lib. 6. ca. 12. nu. 12. & 15. Luxuriæ arma potentissima ad vincendos, & perdendos homines, lib. sexto, cap. 12. nume. 1. 2. 8. & 11. & 13. lib. 14. capit. 22. num. 11. Fornicatio ebriam reddit animam, lib. quinto, ca. primo, nume. nono. Fornicatio malum grande est, ac frequentissimum, libr. 6. cap. 12. per totũ. Feminarum etiam inuerecundia in Herodiade ingens fuit. Feminæ inuerecundæ viros sollicitant ad malum, lib. tertio. c. tertio, num. 24. Feminæ malæ nulla bestia in hoc mundo valet comparari, libr. 11. capit. 11. nu. 6. vsque ad 8. Docet etiam Euangelium 2 hodiernum, quam sint execranda conuiuia, gula, ebrietas, &c. Conuiuia periculis sunt plena, lib. 1. cap. 1. nume. 50. Ebrietas grandiũ malorum est causa, ibidem numer. 22. 23. 34. 37. 60. 63. 64. 66. & 68. Gula multorum malorum est causa, ibidem num. 11. 12. 19. 20. 27. 28. 34. vsque ad 36. 39. 40. 45. 52. 53. 55. 62. & 64. Gula, & crapula inhabilem reddunt hominem ad bene operandum, ibidem num. 24. 27. 30. 35. & 42. Docet etiam Herodis facinus, qua diligentia cauenda sunt iuramenta, quantaque consideratione iurandum sit, siue iuramenta sint assertoria, siue promissoria, quale iuramentum execrãdum Herodis fuit. Lib. nono, ca. vndecimo, per totum docetur, quod iurandi consuetudo periculosum malũ est, & quæ mouere nos debẽt ad iuramenta cauenda. Iuramenta in angustias grandes coniecerunt multos in sacris litteris, quibus caret, qui non iurat, ibi. nu. duodecimo, 19. vsque ad 22. & 41. Iuramenta, vt odiat homo, caput Baptistæ aspiciat propter illud amputatum, nume. 19. & 41. Iuramenta de re mala cauenda sunt, quod si fiant, implenda non sunt, ibidem num. 41.

In festo Decollationis Ioannis.

IN

IN FESTO NATIVITATIS S. Mariæ Virginis.

Euangelium.

Liber generationis Iesu Christi filij Dauid. Matth. 1.

De expositione Euangelij, & laudibus Virginis diximus multa in Conceptione illius. Mariæq. ortus describitur lib. 11. cap. 6. num. 16. vsque ad 18. 126. & 127. num. autem 84. docetur, quod Mariam tota Trinitas ditauit. Vide lib. 11. cap. 5. lib. 11. cap. 6. num. 19. 72. vsque ad 77. & 119.

Natiuitas S. Mariæ. 1 CVM primũ Maria virgo, quæ Dei filio prouidebatur in matre, in domo ouilis Ioachin orta est, vilibusq. inducta pannis, quia de mũdo non erat, mundus eam non cognouit, quã pretiosis vestibus, diuitiarum magnitudine ornatam non cernebat, quæ instar Hester ancillæ inter extraneos fuerat orta, similisq. Moysi, latens non in fiscella, sed intra viles pannos, a cunctis ignorabatur, solis parentibus agnoscentibus infantulæ pulchritudinem, & quod Angelo nuntiante fuisset concepta: eapropter crediderim certe quod, sicut nato Domino in diuersorio, & in præsepio reclinato, cęlestes ciues antrum Bethlehemiticum intrantes ipsum adorauerunt,
Hebr. 1. dicente Paulo: Et cum introducit (pater æternus) primogenitũ suum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei, ne debito priuetur honore, qui quam primum est ortus, a cunctis ignoratus non quæritur: ita cum Maria flens cęteris paruulis similis ad vbera penderet matris, quando nihil conspiciebatur, in quo eius pateſceret sanctitas, hanc, quam Cælicolæ agnoscebãt, adoraturi veniunt, vt congratularentur rudi orbi, qui bonum eximium, quod habebat, non intelligebat; qui lętũ ingressum facerent eius, quæ ad eximios honores fuerat creata; vt eam reuererentur quæ mater futura erat illius, cuius ipsi, non sine ingenti felicitate, serui forent, agnoscentes non tanta illos gratia donatos cum conditi sunt, quali illa
Ruper. 3. de diuin. offi. potiretur in ortu, quæ dabatur, vt paradisus esset antiquo excellentior, in quo secundus moraretur Adam, lib. 11. ca. 6. num. 111. & 112. Maria nascens Auroræ comparatur, concipiens Christum Lunæ, in Assumptione Soli, ibid. num. 119. & 120. Aurora ergo oriente, astant Angeli, vt orbi benedicant, &c. & dicant: Natiuitas tua Dei genitrix virgo gaudium annuntiauit vniuerso mundo; fu-
Iob 3. turisq. sęculis indicent virginis Natiuitatem eximia celebrandam exultatione. Cum ante illa sæcula sancti viri propriam natiuitatem multis lamentationibus crederent ad memoriam reuocandã. Sic enim aiebat Iob, *Iob 3.* dum ortus sui recordaretur: Pereat dies, in qua natus sum, & nox, in qua dictum est, Cõceptus est homo: dies ille vertatur in tenebras, non requirat eum Deus desuper, obscurent eum tenebræ, & vmbra mortis. Noctem illam tenebrosus turbo possideat, non computetur in mensibus anni, sit nox illa solitaria, nec laude digna, &c. Quare non cõclusit ostia ventris mei, egressus ex vtero non statim perij, cur exceptus genibus, quare lactatus vberibus? Flebat iam vir in sterquilinio iacens, considerat ea, ad quæ ortus fuerat mala, priuatus facultatibus, honoribus, amicis, filijs, regno, & salute: & dum aduerteret, quod his omnibus caruisset, si natus non fuisset, execrandam credit natiuitatem, quæ tantorum malorum exordium fuit. Quod si peccatum flebat originale, in quo fuerat ille natus, vt pleriq. Sanctorum arbitrantur, quid in Hieremia dicemus, qui *Hiere. 20.* in vtero matris sanctificatus, sanctus ex vtero materno egressus est, illamq. sanctitatem semper conseruauit? Qui hanc non considerans felicitatem, sed incommoda multa, quibus vita hæc abundat, dicebat: Maledicta dies, in qua natus sum, dies in qua peperit me mater mea non sit benedicta. Maledictus vir, qui annuntiauit patri meo, dicens: Natus est tibi puer paruulus, & quasi gaudio lætificauit eum. Sit homo ille, vt sunt ciuitates, quas subuertit Dominus, & non pœnituit eum. Audiat clamorem mane, & vlulatum in tempore meridiano, quia non me interfecit a vulua, vt fieret mihi mater mea sepulcrum. Quare de vulua egressus sum, vt viderem laborem & dolorem, & consumerentur in confusione dies mei? Sanctus egressus is fuerat ex vtero, & nihilominus multa cernebat in vita mala, peccata venialia, luctas, bella, legem in membris mentis legi repugnantem, hostium immanitatem, fratrum cernebat captiuitatem instantem, eximia illorum peccata, quæ ab ipsis ferebat mala, in lacum cœni demersus immaniter persecutus aiebat: Vt quid me genuisti, mater mea, virum rixæ & discordiæ? Omnes contradicunt mihi. Nec Sancti solum, sed gentilium multi filiorum ortum lacrymis, interitum vero gaudijs celebrabant. Sicut de Thracibus referunt historiæ. Vitam hanc laboriosam & grauem Deus condidit, lib. 5. cap. 9. num. 11. & 14. & 15. lib. 11. cap. 10. num. 14. lib. 18. cap. 11. num. 20. Vitæ Cain prouidit Deus in malum eius, non autem vitæ Abel, lib. 14. cap. 20. num. 8. & 9. Vitæ huius miseriæ tam grandes sunt, vt feliciores dicantur, qui nati non sunt, lib. 18. cap. 16. num. 11. & 13. vitæ huius dies malos faciunt miseriæ, & malitia hominum, ibid. num. 25. mali diem celebrant natiuitatis, diem vero mortis nec audire patiuntur, iusti e contra lib. 4. cap. 1. num. 2. vsque ad 4. vnde si aliquando homines, lumine

oculo-

oculorum deficiente, diem celebrarunt natiuitatis, insani huic malo addiderunt alia.

Genes. 40. Et ita cum Pharao conuiuium grande præparasset pueris suis diem celebrans natiuitatis suæ, inter epulas seruum suspendit patibulo. Et quod grauius est, Herodes Ioannem decollauit in conuiuio, quod parauerat, vt ortus sui celebrem diem faceret, ac memorabilem, quem lacrymis celebrabant Sancti. Lacrymis etiam aliorum hominum natalitia memorari expediens iudicabit, qui aduerterit, frequenter in alterius ortu non extranei solum aut inimici, sed vicini, consanguinei, fratris, immo & filij propriam infelicitatem consistere, infamiam, diuitiarum deprædationem & mortem; cum plerumq. homo homini dæmon sit, & inimici hominis domestici eius sint; homo enim malus bestijs, & dæmone nocentior est, li. 4. ca. 36. num. 8. frequenter enim homo leonis induit

Genes. naturam, lib. 12. cap. 4. num. 4. Erant in vtero Rebeccæ duo fratres, simul in vtero colliebantur paruuli, & bellum ita gerebant immane, vt mater vtriusque timens mortem diceret: Si sic mihi futurum erat, vt quid necesse fuit concipere? Cumq. partus tempus aduenisset, iunior frater Iacob a Deo dilectus, futurorum præsagio plantam nascentis Esau manu tenebat, quasi nolens, vt egrederetur. Sed quod maternus vterus esset ei sepulcrum æternum, a quo varia timeret incommoda facto inimico crudeli ex fratre.

Gen. 4. Natus est Cain in mundo, dignum erat, vt exultaret Abel eius ortum considerans, a quo peremptus est? In ortu Ismaelis, quid ni

Genes. doleret, qui aiebat Isaac. Quod e regione omnium fratrum suorum figeret tabernacula sua, vt manus essent eius contra omnes? Quam pauci nascuntur in mundo, de quorũ ortu gaudere alios oporteat? Nouo enim orto homine, nouus nascitur inimicus frequẽter, qui alterius inuideat diuitijs, honori, saluti, & vitæ. Vidit Dauid natum filium Absalonem elegantem quidem, gauisusq. est, ignorans quæ futuræ erant persecutiones, stupra filiæ, homicidia. Lugeret certe si sciret, non filij, sed hostis crudelis esse natalem. Bellum gerunt peccatores contra iustos, lib. 2. cap. 5. num. 6. 7. cap. 6. nu. 3. 4. 13. 20. & 21. & 23. His titulis & propriam natiuitatem, & alienam timere debent, & lugere cordati homines, & vtramq. lacrymis celebrare. Sed si vtrumque hoc in Deiparæ Virginis ortu ad memoriam reducamus, videbimus sanctum hunc diem eximijs celebrandum præconijs, & gaudijs. Si enim, quam primum Maria vterum maternum egressa est, usum rationis haberet, & cognosceret, quibus in vtero dotata est priuilegijs, quibus ornata virtutibus & donis, quam sortita fuerat gratiam cunctis creaturis maiorẽ, quod in dies maioribus ineffabilibusq. perficienda esset bonis, interniq. locupletanda diuitijs, quæ impeccabilis erat, nec bellum experienda intestinum, quod reliqui mortales, non sine multo animi dolore, experti sunt, fomite ipsos vrgente & inclinante ad malum, & retrahente a bono, quod damnum illa non pertulit, in qua omnia erant pacata diuinæq. subdita voluntati. Si, quam primum mundum ingressa est, aduerteret nascente Aurora ortum Solis iã propinquum, quid ni gauderet, quæ tantorum bonorum origo esset? Flebant Hieremias, & Iob temporalia, & interna mala: exhilaretur Maria natiuitatem reducens ad memoriam, quæ tantorum bonorum exordium fuit. Lugeat Hieremias confusionem suam; celebret Virgo eximios honores sibi collatos. Lugeat ille Israelitici

Paul. populi captiuitatem: sed Maria illius libertati congratuletur, qui de potestate tenebrarum eripiendus est, transferenduſq. in regnũ filij dilectionis suæ. Lamentetur Iob summã expertus paupertatem: lætetur Virgo diuitias contemplans, quas effudit Deus in eam

Cant. 8. abunde. Felix faustusq. dies, in quo quando soror nostra paruula est, & vbera non habet, immo quando ab vbere pendet, immensis ditatur bonis, quas illa exultans considerat. Et non solum illa, sed & nos omnes perpetuis, festiuisq. gaudijs diem hunc condecet celebrare. Tristentur alij, dum ad memoriam reuocant natalitios dies eorum, a quibus multa perpessi sunt damna. Lugeat Dauid Absalonem, Abel Cain homicidam, Iacob Esau, Isaac Ismaelem: lugeamus & nos ortum aliorum hominum, qui insidiantur sanguini nostro, inimici facti ex fratribus. Teneat plantam fratris Iacob, ne ille oriatur, qui illi insidietur: sed nos procidentes ad genua Matris breuem, faustumq. ortum Virginis deprecemur, vt orta stella ex Iacob, Sol iustitiæ oriatur nobis. Sororis nostræ egressum ab vtero optemus, ne tantum nobis accidat malum, vt vterus Annæ sit illi sepulcrum æternum, cuius vultum desiderat vni-

Genes. 24. uersa terra; vt soror nostra crescat in mille millium, & possideat semen eius portas inimicorum suorum, sicut Rebeccæ imprecati fuerant fratres eius. Non reijciatur dies hęc a mensibus anni, sed inter omnes sæculi annos cunctis sit celebrior; nec maledicant ei, qui maledicunt diei, sed sit dies celeberrimus, & sãctus, i quo diuinæ indignationis gladius in vagina reconditus est. Si apparente Moyse in ripa fluminis infante vilibus induto pannis, sciret Iudaicus populus, quæ a tantillo infantulo expectare posset bona, quanta animi iucunditate infantem deoscularentur? Magnipenderent illi imprecantes prosperа: illius percuperent salutem, felicissimum ortum miris acclamationibus recolerent, fiscellam scirpeam, quæ infantem seruauerat, osculantes. Etsi hi, qui captiui in regno Assueri morti iam adiudicati detinebantur Iudæi, Hester fuissent contemplati regium ingredientem palatium mira pulchritudine fulgentem, vt Regis animum flecteret ad mi-

ad misericordiam, vt latam sententiam reuocaret, scirentque indubie reuocandum regium mandatum, lignoque suspendendum inimicum Israeli tici populi Aman, eum an cillæ deferrent honorem, quem detulissent illi, cum iam diademate regio fuisset coronata. Hæc, quæ diximus, nullius sunt momenti, si ad ea referantur, quæ in ortu Mariæ accepit mundus, cum in ortu infantulæ Aegyptiorum ruina, condemnatorum libertas, Dæmonis truculentissimi suspendium iam iam proximum considerauit. Res sane digna, quæ animos hominum impelleret, vt pannos, & lacrymas infantulæ nouis tripudiis deoscularentur, milleque benedictionibus digna crederent vbera, quæ sugebat. Siquidem Regina pretiosissimis induta vestibus, regio coronata diademate, famulantium strepitu comitata, oppidulum ingrederetur solis rusticis peruium, nullus eorum illam, aut alloqui auderet, aut appropinquare. Sed cum mutato accedit habitu, ei similis, quo illi induuntur, accedunt cuncti, ut sibi similem alloquantur. Ita si, qui vili sacco induti terram incolimus, Virgi-

Apoc. 12. nem cerneremus qualem in cælo vidit Ioannes amictam Sole, Luna calceatam, & Stellis coronatam, exanimati eam intueri, qui ualerent? Ista superni ciues non admirantur, & ideo in cælo sic apparuit; sed quando in terra oritur, vilibus pannis inuoluitur. Intus quidem Sole induta nascitur amictu candidissimo, & calidissimo, corona meritorum refulget cælestibus ciuibus absque calceamentis, sed intus calceata Luna, & hyacinthis, doniſque tamquam cælestibus Stellis coronata, cernitur ab illis supernis spiritibus, qui admirantes clamarent: Signum magnũ apparuit in terra, mulier amicta Sole, &c. Amictus in cælo quidem frequentissimus; quapropter in regia curia illum intuentes non admiramur: Sed quia rarus est amictus in terra, admiramur vniuersi puellam contuentes vagientem, & Sole circumamictam, de qua dicerent: Procul, & de vltimis finibus pretium eius, quia desertum hoc tribulos, & spinas producit. Præterea sicut, assumpta Virgine in cælum, exhilarantur homines, quia aduocatam præmisit peregrinatio nostra, quæ pro ipsis intercedat, ita

3. Reg. 8. & cum plena virtutibus terram ingreditur. Sicut arca testamenti cum templum Salomonis magnificum intrauit, mire vtilis erat Iudæorum populo, eademque prius peregrinationis comes eos ab hostibus tuebatur, in qua erat Propitiatorium, & Sancta sanctorum, ita & Deipara Virgo, quæ arcæ testamenti comparatur, &c.

Gen. 2. 3 Et sicut quondam in initio orbis fons ascendebat e terra irrigans vniuersam superficiẽ terræ, & fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita, sic & lætari oportet, quia nata Virgine, egredietur fons, quo rigabitur terra. Nec solum vulnerauit *Cant.* sponsum in vno oculorum, quando grãdæua Dominum contemplabatur, sed in vno crine colli infantula virtutibus plena, vt eam vehemẽter diligeret, impulit. Sicut ergo supremę curiæ ciues obuiam egressi sunt Virgini miris canticis eam laudantes, quæ cælestem ingrediebatur patriam, ita qui in hoc exilio degimus, rustici homines obuiam egrediamur Virgini viculum nostrum ingredienti. Dixe- *Hiere.* 31. rat Dominus olim verbi incarnationem Prophetæ nuntians: Nouum faciet Dominus super terram, mulier circũdabit virum, immo Gigantem geminę substantiæ. Sed antequã hoc nouum accidat, ipse hodie feminam circumdedit, dum infantulam super omnes feminas eximiis decorauit donis. In Verbi incarnatione producendus erat viuens a viuente in similitudinem substantiæ; nec mirum, qui filius Dei cum esset, feminæ filius factus est, sed oriente Virgine, viuens producitur a uiuente huic perquam simile. Ille plenus gratiæ, & veritatis ortus est, hæc gratia plena nascitur. De eo dicitur, quod peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, ista mel, & lac habet sub lingua. Macula non est in te. Ille speciosus forma præ filiis hominum, hæc tota pulchra vocitatur. Ille iacens in præsepio, in nubibus tonat, Virgo sub vilibus pannis Regina Angelorum est. Et sicut sub pannis aduertis Christum admirabilem consiliarium, patrem futuri sæculi, & principem pacis, sic Mariam suo modo admirantur cuncti diuini operis consiliariam, quæ mater est sæculi futuri, quia in ortu eius Regnum cælorum appropinquauit, pacisque princeps, quia in diebus eius orta est abundantia pacis, vbi cuncta cædibus abundabant. Descendit Dominus super eam, sicut abundans pluuia in vellus, super reliquos vero homines, sicut stillicidia stillan- *Psalm.* tia super terram. Lætemur ergo homines hodie cælestem hunc Paradisum cernentes creatum, vt in eum verus Adam ingrediens operetur, & custodiat illum: a quo, ut a thalamo procedat ad currendam nostræ salutis viam, temploque præparato, magnifice a Deo ingredietur arca Sanctificationis nostrę. His titulis Mariæ ortus festiuis est gaudiis celebrandus, quæ supereminet cunctis creaturis ab humero, & supra, cum primum nata est. *Eccleſiaſt.* Quę tamquam vltimus aquæductus fontem *Prouerb.* attigit, vt deriuẽtur eius aquæ foras, vt bibamus, & mundemur, qui siti arueramus, & sordidi in volutabro iacebamus luti. Maria lignum vitæ portans fructum salutis, libr. vndecimo, cap. sexto, num. 40. Maria aquæductus, quæ fontem Christum de corde patris excipiens ad nos traxit, ibidem nume. 72. 73. & 75. Maria duplici vbere sponsi vberrime lactata est, numer. 98. Maria Stella ex Iacob orta, cuius radius totum orbem illuminat, numer. 44. Maria quasi mundus

specialissimus condita fuit a Deo, vt in ea habitaret, nu. 83.

4 Sed quia in huius puellæ ortu eximias virtutes eius cuncti tacuerunt. Constare enim illæ non possunt illius, quæ nascitur testimonio, quæ elinguis adhuc est, nec Spiritus sanctus, qui supremum hoc cælum ornauit, eius sanctitatem patefecit, quia potius nebula illud texuit cum eam imbecillem, & flentem orbi dedit. Eam quidem tota Trinitas ditauit, lib. 11. cap. 6. num. 84. Sed sicut quondam licet in arca testamenti tabulæ essent legis, cæleste manna, virgaque Aaron, cuncta ista sago cilicino cooperiebantur rudi, & impolito, ita potentia Patris, sapientia Filij, & Spiritus sancti bonitas sacram infantulam innumeris ornauit bonis: sed ea omnia sub infantili infirmitate, & silentio clausa, cernere mortalium nullus valuit. Angeli etiam adoraturi quidem eam venerant, sed muti tacent; vnde coniecturis eius est sanctitas aperienda, quibus vtitur Ecclesia in Euangelio hodierno, cuius initium est: Liber generationis Iesu Christi. Licet enim secundum Hebræorum morem totum Euangelium vocetur, Liber generationis Iesu Christi, quia illius generationem narrat, in primo capite, sed Ecclesia in mystico sensu Deiparam Virginem docere voluit conditam a Deo, velut perfectissimum librum, in quo diuina bonitas, sapientia, & misericordia apprime leguntur. Secundum Sanctorum doctrinam duos nobis Deus reliquit libros, in quibus diuinas legimus perfectiones, eius potentiam, sapientiam, &c. Creaturarum vnus, in quibus artificis, qui eas condidit, legimus artem. *Bernard. Chrysost.* Vt enim aiebat Chrysostomus: Mundus est nobis concessus non solum in vsum, sed etiam in doctrinam, & magisterium, quo libro antiqui Philosophi Deum cognouerunt, *Rom. 1.* licet stulti eum, vt talem, non glorificauerint. In creaturis etiam discere debent homines diuinam obedientiam, cum irrationales illæ, & insensibiles conditori incunctanter obedierint semper. Dixit Deus mari: *Iob.* Hic figes, &c. & confringes tumentes fluctus tuos; & modica arena ualidissimus illi murus est. Qua de causa ad insensibiles creaturas tamquam ad libros mittebant *Esa. 1. & Hiere. 18* Prophetæ sceleratos homines, vt magnitudinem scelerum suorum legerent, vnde in vl- *Sap. 5.* timo die armabit Deus creaturam ad vltionem inimicorum, & pugnauit cum eo orbis terrarum contra insensatos. Vlciscentur creaturæ iniuriam Domini contempti a reprobis, a cuius voluntate illæ nusquam recesserunt. Libri in sacra scriptura dicuntur creaturæ, in quibus Deum legimus, lib. decimo, capit. quinto, per totum. num. tertio, vsque ad quintũ docetur, quod misericordia Dei datus est mundus hic tamquam liber, in quo omnes legerent creatorem, numer. octauo, vsque ad decimum. Quod cælum est liber, qui modo extenditur sicut pellis, vt legatur, in futuro autem plicabitur. Mandatis Dei obediunt cuncta creata in confusionẽ hominum, lib. vndecimo, cap. tertio, nume. 8. 23. vsque ad 25. Creaturas insensibiles uocauit Deus in testes, quando dedit legem, & easdem vocauit, vt preuaricationem legis ostenderet, lib. secundo, cap. 10. numer. 14.

5 In Sanctis etiam tamquam in libris specialius, & perfectius manifestat Deus voluntatem suam. Hi enim sunt libri, & lex uiua, in quibus diuinæ perfectiones eminentius multo, quam in toto orbe conspiciuntur. *Apoc. 20.* Viua enim lectio est vita eorum, in qua legere nos oportet ipsorum virtutes, ut eas imitemur. Hi libri aperiendi sunt, vt iudicemur, & condemnentur hi, qui illorum vitam non sunt imitati. Quia dum oculos suos statuerunt declinare in terram, non legebant admiranda gesta Sanctorum, quos *Paul.* consedere adhuc mortales fecerat Deus in cælestibus in Christo, in cuius gratia ad tan- *Apoc. 10.* tam deuenerant altitudinem. Edere volumen hoc contempserunt impij, quia amaricabat uenter eorum, quod in ore quidem dulce erat: audire enim Sanctorum vitam quandoque delectabat, imitari autem numquam. Hæc autem maxima est hominum miseria, ut legendis his libris intenti num- *Esa. 29.* quam sint, quam magnificiens Esaias aiebat: Et erit vobis visio omnium, sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti litteras dicent: Lege istum, respondebit: Non possum. Signatus est enim, & dabitur liber nescienti litteras, diceturque ei: Lege, & respondebit: Nescio litteras. Vnde hoc? Præmiserat: Miscuit Dominus *Pardus.* spiritum soporis, seu vertiginis, ut uertit Hieronymus, & claudet oculos vestros. Peccata enim hominum oculos claudunt, velut libros, vt vitis Sanctorum non corrigantur, sed non emendati pereant. Sanctorum gesta dum commemoramus, ad eas virtutes accendimur, in quibus claruerunt, libr. quinto, capit. 13. numer. primo, tertio, sexto, vndecimo, vsque ad 14. Sanctorum, cum quibus viuimus, vitã imitari debemus, ibidem numer. secundo. Sanctorum vita viua lectio est homini Christiano, ibid. num. 21. Vbi etiam docetur, quod libri hi sint, ex quibus iudicandi sumus. Sed perfectissimus liber generationis Christi Maria est. Vita enim illius breuiatum Euangelium est. In ea enim relucent perfectiones Christi perfectiori modo, quam in reliquis Sanctorum. Maria. n. similis est Christo, in quo etsi virtutes infinitæ, immo sua ipsa essentia sint, ad duas etiam nostro modo reducimus: est enim Deus summa puritas, & summa bonitas. Primum consistit in eo, quod malum operari non potest: secundũ, quia ad benefaciendũ paratissimus est semper. Hæc autem duo in Maria ita splendent, vt nihil amplius in pura creatura possit excogitari: in solo enim Christo hæc perfectiori sunt modo. Hominum peccata a tripli-

ci

ci veniunt radice, ignorantia, malitia, & imbecillitate. A Maria abstulit Pater infirmitatem, Filius ignorantiam, Spiritus sanctus ma- *Prou. 31.* litiam. Pater effecit, vt de illa diceremus: Mulierem fortem, quis inueniet? &c. Filius sapientem, Spiritus sanctus omni repleuit bonitate. Cum primum Annæ fuit filia, filia fuit *Abac. 1.* & Dei; cum primum oculos habuit, dicere possumus: Oculi tui mundi sunt, ne videant malum. Similis etiam Deo fuit in bonitate, quoniam omnes virtutes Sanctorum eminen- *Sap. 7.* ter erant in ea: venerunt enim illi omnia bona, & innumerabilis honestas per manus filij sui, qui diuina sapientia erat, qui in medio eius erat, ne commoueretur. Maria Iordani comparatur Spiritus sancti gratiis redundãs, lib. 11. cap. 6. num. 6. Maria gratia plena, quia cæteris per partes, illi tota se infudit plenitudo gratiæ, num. 8. 45. 49. 50. & 58. Mariæ laudes in filium redundant, &c. numer. 49. & 62. num. 76. & 77. Quod Angelos, & homines incomparabiliter excedit. Maria oculos habuit columbarum, propter septem dona Spiritus sancti illi perfectissime data, num. 101. Maria nec primam, nec sequentem habuit, aut habi- 6 tura est, numer. 118. & 119. Secundo vtitur Ecclesia hoc Euangelio, in quo dum ad memoriam reducit Abraham, cui primum incarnationis Christi promissio facta est, & Dauid, in quo renouata est ob egregiam vtriusque sanctitatem; nihilominus ab Abraham, vsque ad Dauid in generationibus quatuordecim, quarum meminit Euangelium 941. anni transacti sunt, a Dauid in quatuordecim etiam generationibus vsque ad transmigra- *Eusebius.* tionẽ Babylonis 485. anni, nec diuina implebatur promissio, immo a captiuitate vsque ad ortum Mariæ quingenti, & amplius fluxerunt anni: cumque in tempore tanto innumeri præcessissent viri virtute insignes, Patriarchæ, Prophetæ, Sacerdotes, & alij promiscuæ multitudinis viri, & feminæ, qui diuinam interpellabant bonitatem, vt nubes pluerẽt Saluatorem, lib. 3. cap. 5. num. 7. 10. 32. 33. 60. 80. vsque ad 82. 91. & 92. *Hebr. 12.* Tanti illi, quod eos ad memoriam reducens Paulus dixerit: Deficiet me tempus enarrantem, &c. Deus, qui in implendis, accelerandisque promissionibus, exaudiendisq. clamoribus velocissimus est, adhuc modicum & qui venturus est, veniet, vsq. ad ortum Virginis aduentum distulit, venturus continuo saliens in montibus, & trãsiliẽs colles. *Cant.* Cumque vnguentum descendit in barbam, quæ Maria erat, continuo in oram vesti *Bernard.* menti deriuatum est, vnguentumq. effusum, quod rogatum in accubitu suo tot manserat annis. Vnde cum Matthæus ad Mariam deduxit generationum seriem, subdidit: De qua natus est Iesus: ipsa enim diuinum hunc fontẽ a regalibus sedibus traxit. Maria fenestra cæli, quia per ipsam Deus effudit sæculis lucem, lib. 11. c. 6. nu. 54. Mariæ flos, & odor aduenire fecit verbũ in Israel, nu. 40. & 100. nu. 54. quod exaudita est pro reuerentia sua, nu. 58. quod vbi thesaurus hic datus est orbi, adfuit continuo cor Dei, quę inuenit gratiam apud Deũ, illam vtiq. quam nobis quærebat, nu. 73. & 74. Tertio, dum ad memoriam reducimus rerũ humanarum inconstantiam, hominum perditionẽ, quę in hoc Euangelio ostenditur, vbi inter tantam Regum multitudinem septẽ Deo placuerunt, illiq. imperfectionibus non carẽtes, e quibus cum sancta Virgo originem traxit, hæres fuit sanguinis, sed non imperfectionis. Diuinam omnipotẽtiam, & bonitatẽ expedit admirari, qui tantam Virginẽ condidit e massa corrupta hominum, qui vanitati, & culpis fuissent subiecti. Olim ex costa Adę fortissima Euam formauit Deus imbecillem, sed hodie ex imbecillitate Manasses, Sedechię, &c. produxit secundã hanc mira fortitudine pollentem, nullis mutationibus subiectã; sed quę vt lux splendens procederet, & crescere vsq. ad perfectam diẽ. Si illam ex cæli materia incorruptibili condidisset Deus, eius immutabilitatẽ, & perfectionem miraretur nemo. Miramur autẽ omnes, quod in vase fictili indeprædabilem thesaurum collocauerit, vt sapiens permaneret sicut Sol. Hominẽ condens Deus e terra maiorem ostendit sapientiam, quam si eum e cæli materia condidisset, lib. 8. cap. 3. nu. 8. vsque ad 11. Si ergo opificium primi artificis in hoc apparet magnum, quod e terra hominem creauit, in quem spirauit spiraculum vitę, tantaque potentiarum ornauit varietate, maius multo erit, si eximium opus consideres, quo Deus Virginem cõdidit, admirandisq. virtutibus perfecit, eam ex terra talibusq. parentibus produxit. Homo, dum portat imaginem terreni, fænum est præteriens, qui autem portat imaginem cælestis, caro est, quæ videt salutare Dei, manens in æternum, lib. 18. cap. 16. nu. 7. Nata pulchra vt Luna, & electa vt Sol, stabilisq. vt castrorum *Cant.* acies ordinata. Hanc habeamus aduocatam, quia si infans in terra Deum, vt opus redemptionis perficeret, impulit, in quo tantus erat labor, maiora expectare poterimus ab ipsa iã regnante in cælis, vt opus redemptionis nobis sit ad salutem. Per Mariæ manus trãsiuit, quidquid nos Deus habere voluit, lib. 11. cap. 6. nume. 54. 58. 63. 65. 66. 74. 77. 87. & 111. Maria, quæ meruit pro liberandis ferre pretium, potest impertiri sustragium libertatis, ibidem num. 15. Creuit enim iam in mille mil- *Genes. 24.* lia, ut possidere nos possimus portas inimicorum nostrorum. Et quæ veniens haurire aquã potum dare poterat nobis, & camelis, cũ fons paruus creuerit in flumen maximũ, inebriare *Hester.* nos poterit ab vbertate cælestis domus: quod fiet, cum fluminis impetus lætificauerit ciuitatem Dei. Obsecremus, vt impetret *Psalm.* nobis degentibus in hac lacrymarum valle fontem vitæ, &c.

IN EXALTATIONE S. CRVCIS.

Vide quæ adnotauimus in Inuctione ipsius, lib. 3. cap. 9. num. 41. lib. 4. cap. 34. num. 11. lib. 5. capit. 7. num. 7. 18. & 32. lib. 11. cap. 12 num. 28. lib. 16. ca. 9. num. 16.

Exaltatio S. Crucis.

CRVX Christi lignũ fuit morientis, & cathedra docentis, lib. 3. cap. 10. numer. 53. Crux Christi statera, in qua calamitas Domini præponderauit peccatis nostris, ibidem numer. 76. Cruci Christi inuisibiliter affixus fuit *Dæmõ*, libr. 3. capit. 11. nume. 5. 6. & 11. Cruci Christi affixus *Dæmon* non nocet his, qui pendent in illa, ibidem num. sexto. Ibi enim victus est Dæmon, num. 11. & 14. Crux super omnia diuinam prædicat bonitatem, ibidem num. 20. Crux nauis, vt pelagus sæculi securi enauigent homines, ibidem nume. 31. 32. 52. & 53. Crux Christi diademate omni glorioſior est, & lamina Sacerdotis summi pretioſior, lib. tertio, capit. 11. nume. 22. lib. 6. capit. quarto, num. nono, vsque ad 12. lib. 3. cap. 11. *Differitur* late de Cruce Christi.

IN FESTO S. MATTHAEI Apostoli.

Euangelium.

Vidit Iesus hominem sedentem in Telonio. Matth. 9.

De re hac diximus multa Dominica 2. post Pẽthecosten. Erant appropinquantes ad Iesum Publicani, & peccatores. Vide lib. 4. cap. 26. num. 1. & 2. libr. 14. cap. 23. num. 16. lib. 18. cap. 11. num. 8. Vide etiã lib. 1. cap. 23. de laudibus Apostolorum.

In festo S. Matth.

1 CONGREGANTVR fideles hodie celebraturi Apostoli, & Euangelistæ Matthæi martyriũ, qui dum sacra perageret, lancea confossus spiritum Deo reddidit. Dumque laudibus Apostoli occupãtur, cũ multa dicere potuissent, admirandam eius conuersionem cunctis eius laudibus anteponunt. Aiebat Petrus Damianus: Inter omnes plane Sanctos, qui cælesti gloria de triumphato mundo victorię titulos intulerunt, Beatus Matthæus mihi videtur insignis, & quendam inter eos obtinere dignitatis primatum. Atque, vt clarius dicam, nemo post Christum est, cui magis debeat sancta vniuersalis Ecclesia. Nam quod mundus viuit, hæc est causa, quia lux nobis Euangelica coruscauit: constat autem, quia primus omnium Matthæus Euangelium Hebraico stylo scripsit, sicque his, qui erant ex circũcisione, fidelibus neotericę fidei quoddam quasi speculum procurauit. Quia igitur ad sanctum Euangelium scribendũ primus iste properauit, scribendi ceteris Euangelistis viam præcessor aperuit, & tamquam dux vexillum sequentibus prætulit, suoque eos exẽplo, ut describerent, inuitauit. Illi ergo debemus Euangelium, quem Euangelicæ narrationis constat intulisse principium; & quem aliorum nouimus primum, non ambigimus inter eos cuiusdam priuilegij tenere primatum. Vnusquisque nimirum trium Euangelistarum beati Matthæi librum, antequam suum inciperet, nouit, & legit. Porro sicut Moyses Prophetis non absurde præponitur, & omnibus, qui aliquid scripserunt in veteri testamento, ita beatus Euangelista Matthæus omnes præcellit, qui scripsisse reperiuntur in nouo. Quoniam sicut ille nascentis mundi texuit originem, sic iste tamquam spiritualis cuiusdam mundi orientem describit Ecclesiæ nouitatem. Vnde, Spiritu sancto mouente, prouisum est, vt vterque non diuersum, sed vnum suis libris præmitterent initium. Dixit Moyses: Liber generationis, &c. Sed illa generatio filios protulit iræ, ista filios parturit gratiæ; illa generatio sortita est Paradisum terrę herbarum decore vernantem, sed ista cælestem meruit Paradisum incomparabilium delitiarum copiis affluentem. Ex illo Paradiso primus homo per lignum posteritatem sui generis expulit, secundus homo per Crucem cęlestibus nos pascuis introduxit. Ille dum narrat Deum dixisse, fiat lux, ostendit conditam lucem, iste Christum de Virgine natum perhibens exortum, lucis insinuat conditorem. Moyses itaque veterem Adam, atque terrenum, veterem mundum vetus dixerat testamentum, Matthæus autem pro veteribus noua, pro carnalibus spiritualia, pro temporalibus introducit æterna: pro Adam Christum, pro lege veteri Euangelium, pro terra herbis cõsita sanctam describit Ecclesiam spirituales fructus germinantem. Recte ergo Moysi anteponẽdus est. Socios autem antecellit, Marcum quidẽ, & Lucam, quia Apostolorum dignitatem non sunt sortiti, Ioannem vero, quia martyrij palmam non accepit; is autem Apostolus, Euangelista, & Martyr fuit. Euangelistæ sancti equi sunt Deum, eiusque doctrinam portantes, vt fluminibus istis scinderetur terra, libr. 18. cap. secundo, num. 37. qui gladios ancipites habuerunt in manibus, sacram doctrinam prædicantes, & scribentes, ibidem nume. 46. Vt Apostolus, nubes fuit, & sagitta, vna de fulgura prodierunt, lib. 1. cap. 23. nume. 3. 14. 16. & 17. Vnus fuit ex duodecim signis, per quæ Sol, Christus, motus est ad illuminandum orbem, num. quinto. Vnus ex calis, quos spiritus Domini ornauit, nu. 10. Et quia Apostolus fuit, instar ducis, qui Christiano exercitui præsidebat, ad maiora præmia assumptus est, num. trigesimo. Vt Apostolus mons fuit, quem Christus prius illuminauit, vt lux ad reliquos descenderet, libr. decimoquarto, cap. 26. nume. 29. libr. 18. capit. secundo, nume. 31. & 33. In ipsis dedit Deus uehementissimo imbri cursum, &c. Tamquam Martyr, qui thesaurum habebat in vase fictili, vasculo fracto, per mortem gloriæ eius fulgor emicuit, lib. vndecimo, capit. septimo, nume. septimo. Erutus a timore inimici, subditus est timori Christi, ibidem num. 12. & 13. Vide plura in hoc capite.

Surius.

2 Qui talibus titulis poterat honorari ab Ecclesia, cunctis veluti posthabitis, eius narrat conuersionem repentinam, celerem, admirabilem, & plane diuinam. Cum enim præteriret Iesus, & intimas cordis partes aspiceret hominis in Telonio sedentis, cumque virtutis studium, atque ardorem in eius animo latentem cordis perscrutator bene cognosceret, & qualisnam ex eo, qui nũc erat, postea futurus esset prospiceret, eum uocauit. Non longa oratione Domino opus fuit, non miraculorum spectatione, nõ diuturniore consuetudine, sed cum primum audiuit: Sequere me; Telonium dereliquit, omnemq. cupiditatem abiecit. Celebramus, admiramurque conuersionem Pauli, qui dum ignorans Damascum pergeret, vt vinctos perduceret Christianos, obsequium se credens præstare Deo, circumfusa luce de cælo, prostratus est in terram, audiuit vocem e cælo dicentem: Saule, Saule, quid me persequeris? Ad cuius conuersionem Christus e cælo descendit, voceque simul, & luce prostratus dixit: Domine, quid me vis facere? opus sane misericordia, & omnipotentia Dei dignum, quo uocauit Deus ab Oriente auem, & de terra longinqua virum uoluntatis suæ. Miramur quod prostratus est sæuissimus persecutor, erectusque fidelissimus prædicator, vas electionis factus fuerit, vt nomen Dei portaret coram Iudæis, & gentibus, lib. 14. cap. 25. 6. secundo, numer. 48. Sed quis non credat maioribus implicatum peccatis Matthæum Publicanorum, & peccatorum principem, qui in Telonio sedebat fraudandis proximis totus intentus, cupiditate eum vrgente, quæ radix omnium malorum est, diuitiarum amore pressus, dies ille, de quo scriptum est: Beatus vir, qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecuniæ thesauris: quis est hic, & laudabimus eum, fecit enim mirabilia in vita sua? Prodigium credidit Sapiens tam nouum, vt illius patratorem inquirat, ut prædicet, & laudet. Adestque Matthæus, qui ad unam Domini uocem, non solum in facultatibus non sperauit, sed illas incunctanter dereliquit: cum diuitias, & mundi fastum paucissimi sint, qui contemnant, libr. secundo, cap. 20. nume. nono, 11. & 12. Cumque diuites auari, serui sint diuitiarum, libr. primo, cap. 24. num. 37. lib. 4. cap. 28. numer. quinto, cap. 41. nume. quinto, qui difficulter audiunt Deum, lib. secundo, capit. 15. numer. 41. Diuites timentes carere diuitiis adorauerunt auream statuam Nabuchodonosor, lib. 4. ca. 39. num. nono. Diuitisque anima saturata calcat sauum cælestis dulcedinis, lib. 4. capit. 40. nume. 14. Diuitiæ enim ad similitudinem visci tam fortiter inherent animæ, vt eam uix ad superna volare sinant. Et tamen Matthæus non luce externa circumfusus, non prostratus, non reprehensus, non cæcatus, non descẽdente Domino e cælo, sed prætereunte, & dicente; *Sequere me*, surgens secutus est eum; nec recessit tristis, ut alter, qui audiuit dicentem Dominum: *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quæ habes, & sequere me*, & habebis thesaurum in cælo. Cui licet thesaurum, illumque in cęlo promisisset, idque homini, qui a iuuentute sua diuina seruarat præcepta, nihilominus, quia dies erat, cum de relinquendis diuitiis Iesum audisset loquentem, illum non est secutus. Matthæus autem, qui nec verbum de premio audiuit, actuque negotiis, & fraudibus erat implicatus, continuo omnia detrimentum fecit, & arbitratus est, vt stercora, dummodo Christum lucrifaceret, ac si audisset iam: *Nemo potest duobus Dominis seruire*, ut diuini Testamenti minister fieret, cuncta deseruit. Perpende etiam in 3 eius conuersione ineffabilem Domini bonitatem, qui hominem actu fraudibus implicatum, surdum, in quo nullus erat intellectus, nisi ad ea tantum inquirenda, quæ terrena erant, per fas & nefas congregans domui suæ mala, de amplificandis terminis solum sollicitus, dignus qui execrantem audiret Dominum: *Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis* usque ad terminum loci. Numquid habitabitis uos soli super terram? id est, ita amplificandis diuitiis intenti estis, ac si vobis solis concessa esset terra, nec commune esset habitaculum cunctorum mortalium, lib. secundo, capit. 17. numer. duodecimo, capit. 18. nume. 18. lib. quarto, capit. 39. nume. septimo, 8. 10. vsque ad 12. 14. 15. 18. 20. vsque ad 22. 29. & 30. Qui Heritius erat habitans desertam Babylonem, ibidem nume. sexto. Talis cum esset Matthæus in benedictionibus Domini præuentus, uocatus est, ut Apostoli consequeretur dignitatem. Si mutasset illum Deus conuersum ad parietem, flentem, recogitantemque annos, quibus uitiis inseruierat in amaritudine animæ suæ; si eleemosynæ illius ascendissent coram Deo, non mirarer, quod magni consilij Angelus illum quæreret, & diceret: Orationes tuæ, &c. ascenderunt corã Deo, dignus ut interpellatum Deum præsentem cernas. Si diceret, ut Manasses: Peccaui super numerum arenæ maris, &c. aut instar Magdalenæ ad pedes Domini corruisset lachrymis eos rigans; aut uelut al-

Esa. *Matth. 19* *Philip.* *Matth. 6.* *Esa. 5.* *Esa. 38.* *Act. 10.*

ter filius prodigus diuinam inuocans misericordiam cęlestis patris diceret: Pater peccaui in cęlum, &c. Quid mirum si audiret: Cito proferte stolam primam, & induite illum, qui promiserat: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos? Si sponsum adiens, clamaret: Trahe me post te, quid mirum, quod in odorem vnguentorum eius curreret? Sed cum in Telonio esset, & sedens, non transiēs, sed infixus in limo profundi, transeunteq. Domino, cum hominem cerneret conculcatum in sanguine proprio, cuius peccata rubra erant, quasi vermiculus audiuit: Viue; & eximiis decoratus est bonis, hyacintho calceatus, mel, & similam comedit, diademate coronatus: peccata, quæ fuerant, vt coccina, quasi lana munda effecta sunt. Detinebant Augustinum nugæ nugarum, & vanitates vanitatum, anti qnę amicæ illius; & cum istis esset inuolutus Matthæus, non assiduis, diuturnisque excitatus est clamoribus, qui dicebat: Cras, cras, &c. Sed cum primam vocem audiuit, Sanson fortior, funes, quibus implicabatur, ita rupit, ac si fila essent aranearum.

Luc. 15.

Ezech. 16
Esa. 1.

4 Deus velociter adest his, qui in veritate quærunt illum, & vocant, lib. 4. cap. 16. per totum. Deus appropinquantibus appropinquat, & recedit ab eis, qui recedunt ab eo, libr. quarto, cap. 19. num. 5. & 15. cap. 20. num. 8. Hoc accidit, vt in plurimum, sed aliquando bonitate solita peccatores grandes mutat in Sanctos, lib. 4. cap. 23. nume. 1. 2. 5. vsque ad 13. Quandoque exurgit in ira, & exaltatur in finibus inimicorum suorum a Diaboli potestate extrahens homines, quasi nolentes. Et cum audire Deum loquentem non sinat mūdi strepitus, lib. quarto, cap. 27. nume. 6. 8. 10. & 11. Iste vna vocula Domini, tamquam ualidissimo clamore, stertens excitatus est. Peccatorem rogat Deus læsus, vt misericordiam suā ostendat, lib. quarto, cap. 10. numer. 4. 5. 11. & 12. lib. 14. cap. 17. num. 6. vsque ad 8. Peccatores respicit Deus, intus mouens, unde fletibus compunguntur, lib. quarto, cap. 26. num. 6. 12. & 16. Peccatores mutans Deus in Sanctos, bruta animalia, ipso pugnante, dicuntur superari, lib. 12. cap. quarto, num. 11. & 12.

Hęc ergo diuina fuit bonitas, quod cum Matthæus in omni colle sublimi, & sub omni ligno fraudoso prostratus iaceret, qui audire poterat: Descende, sede in puluere, &c. in quo miser eius status patet, lib. 12. ca. 4. num. 20. & 21. Animæ salutem negligens reuocatus est a malo. Cumque diuitum mensæ multorū pauperum constent sanguine, lib. quarto, ca. 39. num. 32. & 33. Continuo factum est conuiuium magnum Domino in domo Leui. Et qui male sanus erat, vulneratus est in vno oculorum Dei. Vnde inter omnes Apostolorū vocationes, quę a Christo Domino degente in terris factæ sunt, hæc videtur cæteris excellentior, cum illi pauperes essent, iste diues; illique multis promissionibus uocati, &c.

Hiere. 3.

Galat. 1. Paulus dum beneficia Dei retulisset, & promptum ad sequendum animum, ait: Cum autē complacuit ei, qui me segregauit, & vtero matris meæ euocauit per gratiam suam, continuo non acquieui carni, & sanguini. Hoc fecit Paulus prostratus erectus, &c. Matthæus autē ad vnius iussionem promptum obtulit animum, carni, & sanguini non acquiescens, sed carnem, & sanguinem execrans. Vnde sicut Abrahæ promptum admiramur propositum, qui iussus sacrificare dilectum sibi filiū, rem cum vxore non tractauit, sed de nocte consurgens perrexit alacer, vt diuinam expleret voluntatem; maiori forsan admiratione dignum est, surgētem a Telonio cernere Matthæum, vt proprias interimat affectiones, propriā voluntatem, tamquā dilectum filiū, sacrificaturus. Voluntatem enim propriam ex integro diuinæ subiicere, perfectę conuersionis est forma, lib. 18. cap. 19. num. 5. & 14. Obedientiæ perfecta forma ostensa est in Abraham, lib. 13. cap. primo, num. 14. 23. & 24. Obediens loquitur victorias, quia se superat, & vincit, ibidem numer. 15. Reducit ergo optime Ecclesia ad memoriam sacram Apostoli conuersionem in die mortis eius, ut ex illa colligas tam egregium exordium, quali clauderetur fine, cum in Apostolo Dominus benediceret coronę, anni benignitatis suæ coronam imponens illi, qui a die conuersionis suæ vsque ad felicissimum transitum admiran dis operibus intentus fuit. Qui enim ad primam Domini vocem mirabiliter conuersus, cunctis dimissis, nullis detentus impedimentis, tanta animi firmitudine Deo adhæsit, qui eius merito admiramur conuersationem, iustum est, vt potius admiremur conuersationē eius, qui tam assidue Dominum audiebat verba vitæ proferentem, miracula operantem. Si enim olim Iudæi futurum aduentum Messiæ considerantes mutuo se exhortabantur dicētes: Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius; cum domum Dei Iacob fuisset ingressus Euangelista Sacer non ambularet (parum enim id erat) sed curreret in odorem vnguentorum eius, admirandisque virtutum exemplis pascerētur inter lilia Domini exemplis recreatus, donec aspiraret dies, & inclinarētur vmbræ, id est, vsque ad finem vitæ illa ad memoriam reducens, tamquam sagittis acutis pristinæ vitæ funditus periret, & carbonibus desolato riis ignesceret totus. Conuersus ad Dominum Augustinus, non satiabatur dulcedine mirabili considerare altitudinem consilij diuini super salute generis humani, Matthæū, quæ audierat, viderat, & contrectauerat de verbo vitæ totum ad cælestia raperent, vt totus versaretur in cælo. Cumque feruentissimis Domini orationibus adiuuaretur, quarum meminit Ioannes dicens: Pater serua eos in nomine tuo, &c. Sanctifica eos in veritate, qui audierant, vt Dei aduerterent prouidentiam; Capilli capitis vestri omnes numerati

Esa. 2.

Cant.

Psalm.

Psalm.

1. Ioann.

rati sunt, certe innumeris eximijsq. potirentur profectibus. Spiritu sancto baptizatus, qui feruentissimo zelo animarum saluti intrepidus inuigilauit, grauibus, assiduisq. periculis subiectus, fame & siti cruciatus, Dei & proximi ardenti flagrans amore, hæc omnia in sola eius conuersione tamquam in radice cernere licet: admiranda enim hæc conuersio quid ni maiores doceret progressus futuros in vita? Recte ergo hanc ad memoriam reducit Ecclesia in coronatione Apostoli, vt finem exordio similem credas, quod ipsemet magnificit dicens.

6 Prætereins Iesus vidit hominē sedentem in Telonio, &c. vsque, Sequere me. In hac vocatione primū relucet Domini bonitas, quoniam sicut prius non dedignatus est piscatores viles in discipulorum numerum aduocare, ita nec iam dedignatur publicum peccatorem vocare, ostendens se nullum aspernare hominum genus, quantumuis in mundo contemptum. Excelsus quidem Dominus humiles peccatores respexit, nec id solum, sed ea, quæ a lōge cognoscere fuerat solitus, qualis diues hic erat, intuitus etiam est, vt sibi subijceret. Deinde eiusdem patescit diuina virtus ad commouenda hominum corda solo verbo: effundere enim Deus nititur suam misericordiam sicut, quæ parturit fętum, lib. 4. cap. 7. nu. 9. & 19. Omnes enim homines vult saluos facere, si illi velint, ibid. num. 17. Est enim pronior ad indulgenda peccata, quā peccator ad accipiendam remissionem, lib. 4. cap. 8. numer. 11. vtpote cuius misericordia hominum peccatis non vincitur, libr. 4. cap. 7. nume. 20. Dei autem misericordiam ostendi expedit in hominum miseria, non potentiam, ibid. numer. 25. & 26. lib. 4. cap. 23. per totum ostenditur, quod Dei tum potentia, tum misericordia ostenditur in conuersione peccatoris. Respexit Dominus Matthæum, vt misereretur: Deo respiciente, qui claritas est, fugit statim peccatorum obscuritas, lib. 4. cap. 26. num. 1. 6. 12. & 16. Iratus enim valde faciem auertere dicitur a peccatoribus, ibid. num. 2. & 7. Auertere autem faciem dicitur, dum non dat animæ notitiā sui, num. 7. Teloniarius Matthæus erat, cuius munus eo tendebat, vt vastaret cuncta. Eo enim tendit hoc hominum genus, quorū pestilentem animam postulabat Regius Vates, vt moderaretur Deus dicens: Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum, id est, horum hominum insolentiam moderare Domine, qui feræ sunt arundineti, cæteros mundanos homines vastare conantes, & congregatio taurorum, qui cornibus impetunt pauperes, vt perimāt. Diuites auari crudeles in fratres, lib. 1. capit. 24. num. 1. 10. & 27. lib. 2. cap. 18. nume. 1. vsque ad 8. lib. 4. cap. 39. num. 24. vsque ad 26. Diuites superbi collidunt pauperes, sicut pecus pingue infirmum, lib. 4. cap. 39. nu. 8. 10. vsque ad 12. Per potentiam enim opprimunt pauperes, dum habent stateram dolosam in manu, ibidem num. 14. 15. 17. 23. 27. vsque ad 29. Diuites immisericordes damnantur, & a fortiori raptores, ibid. num. 22. 24. vsque ad 26. 32. & 33. cap. 41. num. 6. & 14. lib. 5. capit. 10. nu. 5. vsque ad 7. & 10. Diuites vsuras exigentes a pauperibus taxantur, libr. 4. capit. 39. num. 23. 29. 33. 35. vsque ad 37. Hunc vocauit Christus ad eximios Ecclesiæ honores iuxta quod scriptum est. Ferrum de terra tollitur, & lapis solutus calore in æs vertitur. Ad salicem extendit manum suam, subuertit a radicibus montes, in petris riuos excidit, omne pretiosum vidit oculus eius. Apostoli, quia Ecclesiam tutati sunt, ab incursantibus inimicis ferrum dici possunt. Ferrum de terra tollitur, cum propugnator aliquis Ecclesiæ a terrenis actionibus separatur, vt Matthæus. Lapis est cor durum, & tunc calore soluitur, cum diuini amoris igne taliter liquescit, vt charitatis opera proximis libenter impendat. Silex Paulus erat, qui iracundiæ, & minarum ignem efflabat, sed Dominus ad silicem manum extendit, & a radicibus montem superbum subuertit, cū illum prostrauit. In petris etiam riuos excidit, quia in cordibus consuetudine peccandi duratis, riuos lacrymarum ad flenda peccata manare facit. Ista omnia operatus est Christus, quia omne pretiosum vidit oculus eius, id est, considerauit quæ in his peccatoribus latebant virtutum semina. Et quia dabat voci suæ vocem virtutis, sequebantur eum, quia intonuit de cęlo Dominus, & altissimus dedit vocem suam. Vocauit eum aliquando: si verba non profint, minis & flagellis trahit ad se homines, sic enim cum dixisset Regius Vates: Intonuit de cælo Dominus, &c. subdidit, Misit sagittas suas, & dissipauit eos, fulgura multiplicauit, & conturbauit eos, id est, cui verba non sufficiunt, adhibentur verba, vt respiscat, lib. 4. cap. 27. per totum docetur, quod inspirationibus & modis mirandis alloquitur Deus homines, si illi attendant.

Iansenius.

Psal.

Psalm.

Psalm.

Iob 28.

Psal.

Psalm.

Et surgens secutus est eum. Surgere est malum deserere, & bonum operari, & sequi. Surgit, qui declinat a malo, & qui facit bonum, is sequitur. Cum enim duas partes cōplectatur iustitia, declina a malo, & fac bonum, primam amplexus est Matthæus, cum surrexit, secundam, cum Dominum secutus est. Vocauit enim nos Deus in sanctificationem. Virtus, relictis prius vitijs, inuestigāda est, li. 9. ca. 22. nu. 9. 16. 23. 27. & 28. Virtus Deo non placet, dū mala opera non deseruntur, lib. 18. ca. 10. nu. 6. vsque ad 10. 16. vsque ad 18. 20. vsque 22. 24. & 26. ca. 12. nu. 11. Secutus est eum, quia vocatus fuit Matthæus, vt dux esset populi, Ecclesiæ princeps, ad primam Domini vocem secutus est eum. Sic in Num. præcepit Dominus Moysi, quando conflare iussit duas tubas argenteas, Si semel, inquit, clangueris, venient ad te principes & ca-

7

Rom. 6.

Num 10.

& capita multitudinis Israel, sin autem prolixior atque concisus clangor increpuerit, mouebunt castra, qui sunt ad Orientalem plagam. Aduerte quomodo ad primum clangorem tubæ vult Dominus, vt omnes principes & duces adueniant, & postea multiplicatis clangoribus omnis multitudo populi exeat. Sic licet cunctis demandata sit cura sequendi Dominum statim, sed Prælatis, qui duces sunt cæterorum, conuenit ad primam vocem surgere & sequi, sicut Matthæus fecit, qui nihil verbis dixit, sed factis Domino obediuit. Parum refert si Iudæis similis dicas: Omnia, quæ iusserit nobis Dominus faciemus, & tamen conuertuntur retrorsum in die belli. Virtus non verbis, sed recto animo operanda est, quod multi non faciunt, lib. 14. capit. 19. numer. 1. vsque ad 3. 6. & 16. lib. 18. cap. 10. num. 10. & ideo Matthæus surgens obedit, vt vir obediens loquatur victorias. Obediendum est statim, & incunctanter Deo, lib. 4. cap. 4. nume. 1. vsque ad 3. 14. vsque ad 17. lib. 13. cap. 1. num. 2. 3. & 9. lib. 14. cap. 17. num. 22. Obedientia, per quam propria voluntas necatur, iure victimis præfertur, lib. 13. cap. 1. num. 15. 21. & 22. Mandata Dei, cunctis posthabitis, implenda sunt, lib. 1. cap. 8. num. 1. & 9. lib. 11. cap. 4. num. 1. & 2. Vide multa in indice verbo, Mandata Dei. Quod si Christum vocantem sequi contempserit homo, ipse nos protinus deserit. Vnde aiebat Esaias: Quis est hic liber repudij matris vestræ, quo dimisi eam? q.d. vultis scire, quam ob causam id fecerim? Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, &c. vocaui, & non erat qui audiret, & propterea libellum repudij vobis contuli: Quia vocaui, & renuistis, &c. inuocabitis & non exaudiam, &c. lib. 4. cap. 4. per totum docetur, quod Dei vocatio est ingens ipsius beneficium, cui continuo obediendum est.

Num.

Esai. 50.

Prou. 1.

8 Et factum est discumbente eo in domo, ecce publicani multi, & peccatores venientes discumbebant cum Iesu, &c. vsque: Quare cũ publicanis, &c. manducat Magister vester? Non in inhonorationem cedit Domini, aiebat Chrysostomus, quod latrones introducantur in cælum, quin potius eximia laus est eius, quod cæli Dominus homines perditissimos, contemptibiles, & viles dignos efficere valeat superna felicitate, campsoresq. reddere Euangelistas; sicut in multum cedit medici honorem, quod desperatissimis ægris prouideat de remedio, ad pristinamq. reuocet sanitatem. Desperatus morbus Auaritia est, ægrotabat Matthæus, & sanatus est. Ira, Luxuria desperati morbi, vno autem verbo Saulum, & Magdalenam his ægrotantes curauit. Fecit ei conuiuium Heliæus ab Helia vocatus, præ lætitia mactauit boues, grandeq. conuiuium præparauit, vt gratum animum ostenderet erga eum, qui arantem vocauit, vt Propheta esset; ita maiori titulo vocatus a Iesu Matthæus ad maiorem dignitatem, nõ boues sequens, sed inclemẽter vectigalia exigens qui locator illarum erat, conuiuium ei præparauit in domo, vocauitq. multos peccatores eo certe animo, vt illi conuerterentur, sicut scriptum est: Qui audit, dicat veni, id est, quicumque audit a Christo veni, cum ab ipso vocatur, vocet ipse alios, & dicat, Venite. Cortinæ tabernaculi ita colligatæ erant, vt vna mota aliam traheret, ita quicũque a Christo trahitur, alios & ipse post se trahat. Ita conuersus Saulus ingressus continuo Synagogas Damasci conualescebat, & confundebat Iudæos, &c. ita Matthæus vocauit ad conuiuium, &c. & murmurabant Pharisæi. Hæc est natura humanæ iustitiæ quæ charitate, & humilitate destituta est, omnia, quæ a suo instituto sunt aliena, quantumuis perfecta, & bona, contemnere & condemnare: propria autem, etsi exigua sint, bona, magnificare. Vide in indice verbo Murmuratio lib. 11. ca. 15. per totum, & quæ diximus Dominica 2. post Penthecosten.

Chrysost. hom. de cruce, & latrone.

3. Reg. 19

Apoc. 22.

Non est opus valentibus medicus, &c. Sed peccatores ad pœnitentiam, id est, non ob id cum eis consuetudinem habeo, vt illorum malitia abutar, aut in malo eos foueam, sed tantum vt ad pœnitentiam adducam. Non est opus valentibus medicus, &c. Oseas: Propterea dolaui in Prophetis, & occidi eos in verbis oris mei, quia misericordiam volui, & non sacrificium, id est, ob id grauia comminatus sum, vt misererer pœnitentium, ac lapsis & surgentibus porrigerem manũ. Neque enim in sacrificijs delector & victimis, victimæ meæ sunt salus credentium, & conuersio peccatorum. Cum ergo ex scriptura hanc esse Dei voluntatem agnoscitis, quid mihi indignamini, quod ad salutem peccatores inuito? non veni vocare iustos, ironice accipiendum est, id est, vos qui iustos vos arbitramini, qui ignorantes Dei iustitiam vestram vultis statuere, sed sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. Misericordiam volo, &c. vtrumque mihi placet, sed necessitati fratris prouidere, mihi gratius. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? quærite iudicium, subuenite oppresso, &c. & Mircheas: Quid dignum offerã Domino? Numquid victimas? Respondet Propheta: Ostendam tibi homo, quid acceptum sit corã Domino, facere misericordiam, beneficentiæ nolite obliuiſci, talibus enim hostijs promeretur Deus. Misericordia homines reddit similes Deo, lib. 5. cap. 10. num. 61. lib. 8. cap. 8. num. 13. Proximorum amor si desit, nihil in homine est magnum, lib. 1. cap. 15. num. 6. vsque ad 9. & 15. verbo Proximus. Veni vocare ad pœnitentiam, ad fletum, & ad planctũ, & ad cingulum sacci peccatores. Pœnientia enim, & lacrymæ necessariæ sunt ad reparandam animæ ruinam, lib. 3. cap. 25. num. 13. & 20. lib. 10. cap. 2. num. 5. & 20. lib. 14. ca. [illegible] nu. 22. Pœnitentiã agens homo ea relinquat, quibus

9 *Iansenius.*

Osee. 6.

Apoc. 21.

Esai. 2.

Mich. 6.

Hebr. 13.

Esai. 22.

quibus antea seruierat vanitati, lib. 14. cap. 22. num. 23. 26. 30. & 31. Ad pœnitentiam agẽdam misericordia Dei mouere nos debet, lib. 14. cap. 23. num. 6. 7. 11. 13. 15. 16. 25. 26. & 29. In toto hoc Euangelio illud cauendum est multum, ne misericordia Dei ingenti abutamur, sicut plerique faciunt peccatorum, lib. 4. cap. 11. nu. 3. vsque ad 5. 21. 24. 28. 29. & 31. Misericordiam Dei prætendunt mali stulte & impie, vt vacent malis, lib. 4. cap. 8. nu. 2. 3. 5. vsque ad 10. & 20. lib. 14. cap. 7. nu. 5.

IN FESTO S. MICHAELIS Archangeli.

Euangelium.

Accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Quis putas maior est in regno cælorum? Mat. 18.

Vide lib. 1. cap. 21. de Angelis multa, lib. 1. cap. 2. num. 10. lib. 13. cap. 2. num. 6. lib. 15. cap. 3. nu. 14. lib. 16. cap. 8. de scandalo late.

In festo S. Michaelis. 1 ETIAMSI solemnitas hæc dedicationi templi S. Michaelis, quæ in Gargano Apuliæ monte hodierna die facta est, consecrata sit, sed Ecclesia omnium Angelorum laudes alternat, qui, vt ex Dionysio docet S. Thomas, ad nouem ordines reducuntur, sub tribus Hierarchijs. Tres ordines primæ Hierarchiæ assimilantur ministris Regis, qui in inseruiẽdo Regiæ personæ sunt occupati, quales sunt Equites, Duces, Comites, qui Cubicularij sunt Principis, Oeconomi, qui illius personæ seruandæ inuigilant, illi in mensa seruiũt. Tres ordines secundæ Hierarchiæ officialibus regni comparantur, Præsidi, Auditoribus cancellariarum regij senatus, Generalibus ducibus, qui præsident bellis, Consiliarijs bellorum, quibus regnorum regimen, & tuitio demandata est. Consiliarij, & Auditores Indiarum, Italiæ, &c. Tres vltimi ordines ad certas regni partes deputati illud sortiuntur munus, quod in republica Prætoribus, Iudicibus inferioribus, Senatoribus, & Decurionibus commissum est. Itaque non solum custos Angelus considerandus est, cuius custodia est quædam executio diuinæ prouidentiæ circa homines. Quibus potissimum conuenit, quod dixerat Salomon: Aqua frigida animæ sitienti, nuntius bonus de terra longinqua, id est, quod aqua frigida præstat refrigerium homini, qui ardentissima febre cruciatus siti arescit, & iacet quasi exanimis; hoc præstant Angeli e cælo venientes, vt homines consolentur in laboribus, auxilientur in tentationibus, manum in periculis porrigant, ad bona exequenda promptiores reddant eos, qui exanimati iacebant. Quoniam quanto tempore hæres paruulus est, &c. sub tutoribus & actoribus est, hoc est, dum in hac vita degunt homines, paruuli quidem sub elementis mundi fluctuantes Angelos habent procuratores, ne, quæ a Deo acceperunt, prodigant bona, sed ea conseruent Angeli, qui hominibus assistunt, vt tueantur: qui licet eorum voluntates immutare non possint, sed suadendo efficacissimis rationibus immittendo, inspirandoq. sanctas cogitationes nos ad bonum pertrahunt. Cogitationes quidem cordium, quæ aliquo signo non aperiuntur, non cognoscũt. Qui etiam ex Dei reuelatione cogitationes multas cognoscunt illius hominis, cuius cura illis demandata est, vt prouidere valeant vrgentibus prauis cogitationibus, adiuuare interne pugnantem contra cogitationes noxias, periclitanti succurrere. Quia super muros tuos Hierusalem constitui custodes tota die, & tota nocte, in perpetuum non tacebũt, id est, dum vita comes fuerit, cum aduersa venerint, cum arriserint prospera, qui omnia ista in loco eminenti constituti cernunt Angeli, super muros constituti pericula considerant ciuitatis, clamare non cessant, vt homo vigilet, paratus sit ad prælium, non dormitet quousque inueniat locum Domino, donec perfecto bello coronetur, qui legitime certauerit. Angeli in tutores, & procuratores nobis dati sunt, quamdiu paruuli sumus, lib. 1. cap. 21. num. 12. 14. 23. & 25. lib. 2. cap. 6. numer. 10. Sed licet Angelus vnus custos sit, cui specialiter cuiusuis hominis est cura cõmissa, vnus qui illi indesinenter assistit, sed tamen omnes Angelorum ordines saluti hominum inuigilant, dum Deo assistunt, licet ad nos non veniant: sicut Regius Cubicularius, qui absentis amici negotio præsens coram Rege intentus est, illiq. patrocinatur, vt ad eximios promoueatur honores, vt peccãti ignoscat Rex, illius seruitia ad memoriã reducit Principis, vt gratus ille sit; ita supremi Angeli in suprema degentes curia Regẽ precantur, vt delinquentibus ignoscat, vt beneficiat, &c. Et ita Seraphin ad purgãda Esaiæ labia venire cum ignito carbone dictus est, non quidem quia Seraphin venerit, quia supremi principes a diuina præsentia non recedunt, sed quia a Deo impetrauit, vt Angelus mitteretur, qui Prophetę imperfectiones procul pelleret: illi tribuitur, quod ipsius orationibus effectum est. Vel certe purgare dicitur labia, qui Angelum misit, vt purgaret, qui mundauit per lumen receptum a Deo, mediante Seraphin. Et ita credo quod cum orationibus Elisæi ostensus est mons puero eius plenus equorum & curruum igneorum in circuitu Elisæi. Et Iacob cũ ad propria remearet, iramq. fratris vehemẽter pertimesceret, vene-

1. p. q. 108. art. 6.

S. Thom.

Prou. 25. Hieron.

Hom. 8. in Genes. Orige.

S. Tho. 1. p. q. 106. ar. 2.

Esai. 62.

Bern ser. 77 in Cant.

S. Tho. 1. p. q. 112. art. 2. ad 2.

4. Reg. 6.

Genes. 32.

Genes.32. venerunt ei obuiam Angeli Dei. Quos cum vidisset ait: Castra Dei sunt hæc. Licet post paululum cum vno Angelo luctaretur, cum eo forsan, cui cura eius fuit specialiter commissa: quia licet vnus sit Angelus custos, sed tamen in vtroque hoc facto aperte aduertere licet, quod innumeri Angeli, in castris Dei & innumeris curribus igneis significati, hominum inuigilant saluti. Angeli Deũ precantur pro hominum salute, lib. 1. capit. 21. num. 19. Angeli astant Deo, vt eum laudent pro virtutibus Sanctorum, quos nimis diligunt, ibid. num. 15. lib. 2. cap. 6. num. 9. Vt autem Archangeli Michaelis excellentiam doceat Ecclesia, quæ ab eo expectare debeamus beneficia, quæ illius sit dignitas, cui totius Ecclesiæ cura demandata est, his vtitur verbis: Angeli eorum in cælis semper vident faciem, &c. in quibus cuiusuis Angeli etiam minimi ostenditur maiestas, quæ in eius consistit natura, & in hoc quod semper videat faciem patris cælestis, quæ ab vnoquoque illorum reportamus commoda, qui nostri dicuntur nostræ vtilitati consecrati. Considerare ergo oportet sigillatim hæc tria. Angelorum natura, illorum perfectiones reticendæ sunt, quia humanum excedunt captũ, cum hominis intellectus sensibus alligatus spiritualem Angeli naturam intelligere non valeat, lib. 17. c. 5. nu. 8. & 9. Angelorum ergo dignitatem, & gloriam capere non valentes, cõtemplemur eorum in nos misericordiam, lib. 1. cap. 21. nu. 18. Cumq. Angelus nomen sortitus sit non naturæ, sed officij quo in beneficium hominum vtitur, id in primis aduertendum est, summo Dei beneficio Angelos hominum custodiæ esse deputatos, lib. 1. cap. 21. numer. 8. 21. & 23. Amor Dei ad nos ostensus est, dans Angelos ad nostram custodiam, ibid. num. 21. & 22. Vigilat super nos Deus, nec lassatur, nunc per se ipsum implet splendoribus animas nostras, nunc per Angelos visitat, nunc per homines instruit, ac consolatur. Soli nos ipsos negligimus, soliq. nobis non adsumus. Tanti custodes nobis donati sunt ab eo, qui multiplices, easq. eximias agnoscit necessitates nostras, imminentia pericula, æternæ salutis grauissimum negotium; & ipsi stertimus cuncta ista prorsus negligentes. Angelis mandauit de te. Sed quidnam? Numquid vt scribant contra te amaritudines? Vt contra solium, quod vento rapitur, ostendat potentiam suam? Numquid vt tollant te, ne videas gloriam Dei? Non, sed vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Zizania sinunt cum tritico vsque ad messem. Angelus Loth e Sodomorum incendio liberat;
Genes.9. *Exod.14.* castra Israel per desertũ præcedit & tuetur.
Apoc.12. Angelus restitit Balaam, ne malediceret Israeli. Angeli vtiles cogitationes hominibus immittunt, noxias impediunt, vel remouẽt, a multis eos periculis liberant. Intestinum illud bellum & immane, quod in cælo cœpit,
3 ruentibus Angelis, in terra perficitur. Et si-
cut dæmon, quod semel intendit, nititur perficere, singuliq. dæmones singula peccatorũ genera student hominibus suadere, lib. 2. ca. 5. num. 3. lib. 4. cap. 35. nume. 13. Estq. diabolus vnus princeps, vt vnum persuadeat vitium, cui innumeri obsequuntur, lib. 2. cap. 5. num. 3. & 4. Estq. diabolus vnus princeps omnium scelerum, quæ in terra patrantur ibid. inimicus infatigabilis, & terribilis, lib. 2. cap. 5. num. 20. vsque ad 22. 43. & 44. cap. 6. nume. 30. vsque ad 32. cap. 8. num. 28. & 29. libr. 3. cap. 10. num. 9. lib. 4. cap. 33. nume. 3. vsque ad 5. cap. 35. num. 7. vsque ad 9. Ita custodes Angeli sub vno principe Michaele, qui in cælo præliabatur cum dracone, quem deiecit, militant, vt diuinum tueantur honorem, nosq. a faucibus liberẽt draconis. Vtriusque autem prælij hoc discrimen est, quod in hoc non est tam certa victoria, quia milites homines sunt bellantes contra potentissimos, exercitatissimosq. hostes. Bellum gerunt iusti cum hostibus potentissimis, lib. 2. cap. 5. nume. 1. 2. 10. vsque ad 14. 20. vsque ad 24. 32. 42. vsque ad 44. Vnde in Deo, non in proprijs viribus confidendum est, lib. 2. cap. 7. num. 32. vsque ad 34. cap. 8. numer. 11. vsque ad 13, 40. vsque ad 42. cap. 9. num. 8. 15. 16. 21. 23. 24. 28. 32. & 33. Securi autem sumus si in protectione Dei cæli commoremur, lib. 2. cap. 9. num. 28. vsque ad 30. Sed licet in bello nostro Deus præcipue pugnet, nos vult cooperatores, vt coronet, ibidem nume. 16. 17. 19. 20. 22. vsque ad 24. Angeli pugnant pro nobis dum tyrones sumus milites, sed postea arma capere debemus, lib. 2. cap. 9. numer. 9. Angeli adiuuant nos fugantes dæmones, qui nos tentationibus insequuntur, lib. 2. cap. 8. num. 6. Vnde Angelus custos inuocandus est in tentationibus, lib. 1. cap. 21. num. 23. Summopere enim Angelorum custodia hominibus necessaria est. Quoniam si primis parentibus Paradisum terrestrem incolẽtibus, qui in iustitia originali fuerant conditi, vbi omnes animæ potentiæ pacatæ erant, nulla pugna erat, nullus motus internus repugnans, aut deuius a regulis rationis, nulla inclinatio, quæ ad malum traheret, nulla difficultas in operando bono, datus fuit Angelus custos, qui eos ab extrinsecis tutaretur tentationibus, cuius adiutorio, si illud non repulissent, tuti essent a ferientis cauda draconis, quo reiecto, qui admirandis virtutibus tamquam potentissimis armis erant ornati, ipsiq. in natura integra viuentes fede lapsi sunt, potentissimi hostis experientes audaciam & vires. Post illorum miserandam ruinam, qui in natura sumus fracta, qui in operando bono eximias patimur difficultates, ad ipsum propensiores, quibus dictum est: Facilis descensus Auerni, sed reuocare gradum, superasq. euadere ad auras, hoc opus, hic labor est. Homo qui per se ipsum cadere potest, non tamen resurgere, libr. 4. cap. 14. num. 8. 10. 12. & 13. cap. 21. nume. 5. Homo

tantis

Rom. tantis miserijs plenus Dei auxilio eget maxime, lib. 4. cap. 16. nume. 2. & 3. qui clamat: Inuenio aliam legem in membris meis, &c. infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Non ego, sed gratia Dei per Iesum. Cum ergo in hanc deuenerint homines infirmitatem, quibus ex altera parte dicitur:
Apoc.12. Væ terræ, & mari, quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam, sciens, quia modicum tempus habet. Proiectus est a cælo draco accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos die, ac nocte ante conspectum Dei. Sed qui ibi nocere non poterat, descendit in terram, vt nulli parceret. Ille enim est, de quo dixerat Esaias, quod conturbauit terram, concusit regna, & posuit orbem desertum, lib. 4. cap. 33. num. 1. 3. & 4. cap. 34. numer. 1. cap. 35. numer. 11. Hac ira percitus venit draco, statimq. ascendit de
Apoc.14. mari alia bestia habẽs capita septem & cornua decem. Et narrat Ioannes aduentasse non vnum, aut alterum Angelum, sed multos, qui huic damno prouiderent; alij Dei
cap. 16. acrem iram prædicantes; alij Babyloniæ miseram subuersionem; alij gehennæ cruciatus impijs seruatos, dicentes, septem phialas indignationis diuinæ in terram effundendas, si
cap. 20. mundus non resipisceret. Et quia hæc omnia mundi insaniam non compescuerunt, descẽdit Angelus habens clauem abyssi, & catenã magnam in manu sua, & apprehendit draconem, & ligauit illum. Hoc Angelorum officium est. Itaque sicut ante ianuam Paradisi Angelum statuit Deus, qui homines arceret ab ingressu illius, ne lignum, quod tantorum malorum extiterat exordium, contingerent; sic hominum quislibet Angelum habet custodem, lib. 1. cap. 21. num. 1. 5. vsque ad 8. 10. 12. vsque ad 14. 16. vsque ad 19. 21. vsque ad 25. qui cum primum natus est, illum accepit, qui coerceat eum a contactu ligni vetiti. Semper quidem vident hi faciem patris, licet hi usque ad mortem illius, quem
S. Thom. custodiunt, non habitent in cælo empyreo. Sed nobis indesinenter assistunt, sed a visione diuinæ essentiæ non remorantur, quin ardenter nostram postulant salutem a Deo. Qui maxime postquam Deum viderunt incarnatum propter nos, alacriter cucurrerunt ad nos tuendos, lib. 1. cap. 21. num. 16. & 19. Illiq. sunt, qui astant coram Deo, de quibus
Iob. 1. loquitur Iob: Vt Sanctorum referrent laudes. Sed licet in eximium hominum honorem cedat, quod creaturæ tales nostro sint ministerio deputatæ, quas cernentes quondam illu-
Iosue. *Dan.10.* strissimi Patres proni in terram, & exanimes corruebant, Sed vtilitas commẽdabilior est, toto enim tempore vitæ nostræ luctãtur cum Deo obsecrantes ipsum, vt benedictionem nobis porrigat. Illi sunt, qui virtutem nobis suadent, lib. 1. cap. 21. num. 1. 6. 16. & 24. Cum enim homines, & Angeli olim inimici essemus, per Christum reconciliati sumus, ibidem num. 9. & 16. Diliguntq. nos propter Deum, propter nos, & propter seipsos, num. 19. & 20. quod Deum precantur pro hominum salute. Auxiliandis hominibus paratissimi sunt, quod enim olim visibiliter cernebatur, modo inuisibiliter contingit. Species quarti in fornace Babylonica astabat pueris, ne contingerentur ab incendio. Egenti Danieli in laculeonũ Angelus asportauit 300. *leguas* in cincinno capitis Habacuc, qui eum pasceret. Iacebat Elias in vmbra iuniperi animo cõsternatus, Angelus adfuit, qui eum pauit, & confortauit. Idemq. duxit, & reduxit Thobiam, &c. Ita & modo periclitãtibus astãt Angeli, qui portare dicuntur in humeris omnes iustos, li. 9. c. 21. nu. 2. Sed si homines iusti essent, non mirarer sane, quoniam iustus cum iusto iucundissime conuersatur. Comitatur Thobiam sanctum Angelus: manuducit Euangelistam Ioannem: extrahit ab incendio Loth: pascit Eliam, &c. Recte quidem; sed illud mirandum potius, quod perditissimis Christianis, infidelibus, Antichristo ipsi custos Angelus destinatus est. Quod cum innumeris beneficijs donatus *S. Thom.* Christianus ista pro pugillo contempserit hordei, cuius abominationes pertingunt vsque ad cælum, & tamen in medio eius, qui spiritualiter est Sodoma, & Aegyptus, habitat Angelus, illum concomitans, cuius abominabilis fœtor intolerabilis est; Quæ conuentio Christi ad Belial? Quæ societas luci ad tenebras? Tantæ bonitati ad tantam malitiam? Videns præuaricantes tabescit homo imperfectionibus plenus, corruit in vmbra iuniperi exanimatus, qui considerat Israelitici populi perditionem; & tamen Angelus beatus talibus indefinenter assistit. Dicunt quidem ad tempus aduertentes miseræ animæ insanabilẽ ægritudinem: Curauimus *Hiere.51.* Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam: sed statim redeunt, ac si præ amoris magnitudine absentię impatientes essent. In tantam venerat miseriam impius Saul, quod indigne tulerit Dominus Samuelem ro- *1.Reg.15.* gantem pro illo: & cum ab omnibus derelinquitur, Angelus illum comitatur, quia multum desiderant homines, per quos reparandi sunt suæ ciuitatis muri, lib. 1. cap. 21. num. 17. 19. & 23. Per animas quidem peccatorum 6 transeunt Angeli velut plangentes, libr. 14. cap. 6. nume. 33. Videntes quidem hominum peccata multa; in eorum custodia tepescũt, lib. 1. cap. 21. nume. 2. & 13. qui enim amatores sunt hominum recte viuentium, dum hi sceleribus implicantur, eos suo gaudio priuant, ibidem numer. 8. 12. 17. 19. & 24. libr. 4. cap. 19. num. 8. per mala enim opera eos fugant, lib. 1. cap. 21. nume. 10. 11. 13. & 20. Sed
Psal.90. statim reuertuntur; Quoniam Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiãt te in omnibus vijs tuis; in manibus portabunt te, velut duplici enim manu homines portãt, dum tribulationis breuitatem, & æternitatem præmij ostendunt, num. 23. Angeli curantes

animas

animas, nec proficientes relinquunt eas, lib. 2. cap. 10. num. 2. vsque ad 4. lib. 4. cap. 19. nu. 2. & 8. Accusabunt autem peccatores in iudicio, a quibus contempti sunt, libr. 1. capit. 21 num. 13. & 17. Qui enim admirandis persuasionibus per viginti annos, per triginta, &c. astant homini, nec audiuntur, vt deserat lacum miseriæ, & lutum fæcis. Sed quia in via hac, qua ambulamus, abscondunt superbi laqueum nobis, ideo qui viam ambulant non tutam, Angelis egent, itinerum duces vt sint, simulq. milites, qui nos ab incur-
S. Thom. santibus latronibus tueantur. Hæc in via, in termino autem minime, sed in cælo habebimus Angelum corregnantem; in inferno au-
Bern. serm. de Angelis. tem dæmonem punientem. Væ nobis, si quãdo prouocati peccatis, & negligẽtijs nostris, indignos nos iudicauerint Angeli præsentia, & visitatione sua, vt iam plangere nobis ne-
Psal. cesse sit, & dicere: Amici mei, & proximi mei aduersum me appropinquauerunt, & steterunt, &c. & vim faciebant, qui inquirebant animam meam: Dæmones scilicet, dum nullus esset, qui eorum resisteret voluntati. Caue ne Angelus appareat in iudicio, quasi testis, ad conuincendam hominum ignauiam,
S. Thom. & malitiam. Vnde impijs in maximum nocumentum cedet Angelorum custodia, vt illis contingat, quod senibus sceleratis, de quibus legimus in Daniele, quod adsit Angelus
Dan. 13. vt secet eos medios. Inter multa enim, quæ in morte inexcusabilem reddent hominum perditionem, vnum erit, nec modicum, Angelorum custodia, qua abusi sunt, illorũ consilia, minas, promissiones vilipendentes.

Quod si ista non aduertimus modo, illud est, vel quia in profundum venimus malorum; vel quia desperantes illi nostram salutem vel recedunt, vel leuiter huic muneri incumbũt. Infelix anima, quam Angeli sancti, sapientissimi, interni illius prædicatores ad bonum non reducunt. Sed tamen his non carent, sine quibus in plura, & grauiora inciderent peccata, & grauius in illos sæuirent iniqui dæmones. Sed quoniam peculiaris quædam est Dei prouidentia in electos, hinc scripturæ peculiariter dicunt Angelos mitti in custodiam, & protectionem iustorum, quibus non vnus, aut alter, sed multi astant, lib. 4. ca. 20. numer. 3. Inter alia autem Angelorum munera hoc vnum docet hodiernum Euangelium suadens, ne ruinæ paruulorum sint scelerati homines causa, cum Angelis defensionis illorum cura sit demandata. Hoc enim asserit inter alia esse Angelorum munus paruulos spiritu, eos scilicet, quos mundus facile contemnit, & ob id nihil ducit eos scandalizare, ab iniuria vindicare. vbi in his verbis: Videte ne contemnatis, &c. duo significat, primum pusillorum, quos mundus contemnit, dignitatem, qui ministros habẽt Angelos: secundo quia etsi per se impotentes sint ad vindicandam iniuriam, tamen habent Angelos, qui eorum causam agunt apud Deũ, accusantes eos, qui illis iniurij sunt. Docuerat Christus, & præceperat pusillos non scandalizandos, nec contemnendos, quod malũ præuidebat frequens & esse, & futurum esse in orbe: & cum ex altera parte mundani homines cernerent exiguas paruulorum vires, ad se vendicandum impotentiam, miramq. tolerantiam, vt illorum moderaretur audaciam, aduertit Angelos ex vna parte potentissimos, & ex altera incredibili pollentes zelo erga contemptos paruulos, ad illorum defensionem datos. Cum enim paruulum scandalizas, illiq. iniurius es, cælum ipsum habes inimicum, easq. creaturas, quæ ipsum incolunt, qui iniuriam, eiusq. qualitatem perfecte norunt, qui ad vindicandum parati sunt, vt sanguinem innocentium de manu tua requirant. Conculcanteq. impio iustiorem se, & isto tacente & sustinente, dum est qui de manu potentis liberet eũ. Quia prin- *Esai. 7.*
cipes tui infideles socij furum pupillo non iudicabant, & causa viduæ non ingreditur ad eos. Mali ad peccata impellunt iustos aliquãdo malis exemplis, quandoq. per vim lib. 17. cap. 2. num. 27. Cum diuites impij, sicut pisces maiores deuorant minores, lib. 4. ca. 39. num. 17. 23. 27. & 28. Cum ergo hoc sit homi- 7
num potentium ingenium, Angeli dati sunt in patrocinium pauperum, quod munus libenter exequuntur, cernentes grauem Dei offensam, & suorum. Finees, Eleazarus, Mattatias, Elias, & Prophetæ æmulatores facti legis, posthabita salute, honoribus, vita, cõtemptisque cunctis, legem æmulabantur, pauperum causam agebant apud Reges, omni propulsato timore. Sancti hi scintilla ignis diuini succensi corã Regibus astabant pauperibus patrocinaturi. Quid de An- *Dan. 7.*
gelis dicẽdum est, qui astabant throno, a quo fluuius igneus, rapidusq. egrediebatur, quo igniti millia millium ministrabant ei, simulq. in ministerium mittuntur propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis? vtique causæ Dei, & pauperum ardenter inuigilabunt. Sed dicet aliquis, vbi videmus quod Angeli scandala, & iniurias curent proximorum? Cur non respicis contemptores, & taces, cõ- *Habac. 1.*
culcante impio iustiorem se? Aiebat Propheta, veluti diuinam admirans bonitatem. Quis causam Naboth, qui lapidibus obrutus interijt, tutatus est? Quis iniustam morte Hieremiæ, quis Esaiam serra interemptum ab iniuria vindicauit? Si præsentia consideremus, pusillos contemptos cernimus, nec tamen illorum causæ patronos habere videntur, nec homines, nec Angelos. Sed re vera Angeli recte paruulorum dicuntur, qui illorum causis intenti sunt, licet ad tempus dissimulent, quia ita eorum expedit saluti: Non vindicant iniurias illatas, sed ad salutem ordinant innocentium, vt Moab olla sit spei iu-
storum, illum non interimunt. Iudæi in Babylonica captiuitate detinentur, vt laborimini

mini non occiditur, sed seruatur, vt filium corrigat, Deus illum sempiterno cruciet igne, lib. 9. cap. 9. num. 60. Malorum persecutiones exercitationes sunt iustorum, lib. 11. cap. 15. num. 17. vsque ad 19. & 21. Adest ergo Angelus, vt liberet, vel vt vires tribuat patienti. Aduertendum etiam est, quod in 7
die hac, quæ laudibus Archangeli Michaelis consecrata est, Ecclesia hoc vtitur Euange-
in 4. dist. 43. ar. 3. q. 3. ad 3. lio, quoniam quamuis is Angelus custos non sit, sed in ordine principatuum, vt S. Thom. docet, princeps Ecclesiæ, vt olim Synagogæ. Principatibus enim incumbit bonum cõmune ciuitatis, vel gentis, dispositio regnorum, dominationis mutatio de gente in gentem, instructio principum in administratione regiminis. In hoc ordine Michael potiori fungitur officio, quia illi commissa est totius Ecclesiæ gubernatio; vbi enim propitiatio po-
Apoc. 12. pulo necessaria est, Michael mittitur, lib. 1. ca. 21. num. 3. Qui Angelos mittit, dux ille ad ea, quæ fuerint necessaria. Qui in truculento bello, quod gessit in cælo, victoria potitus est, emeritus iam milites mittit, vt pugnent. Quando Angelus Persarum alteri Iudæorum Angelo resistebat, Michael missus venit, vel misit, ad componendã litem, li. 1. ca. 21. nu. 4.
8 Si ergo cuilibet Angelo debetur egregius honor, quia noster est, in cælis videt faciem patris, qualis dandus est honor illustrissimo Principi? Angelus custos tuus vt miles, hic tuus vt dux. Vnde sicut duci a Rege destinato ad tuendam prouinciam maior exhibendus est honor, quam priuato multi, &c. Princeps Michael est, qui custodem Angelum iu-
Psal. uat, sicut olim præsidebat in cælo illis spiritibus, qui contra apostatas Angelos dimicarunt. Lucifer aiebat: Similis ero altissimo. Michael, Quis similis tui in fortibus Domine? magnificus in sanctitate, &c. Vnde sicut Scipio a victa Africa dictus est Africanus, ita Michael ob insignem hanc vocem, qua gloriam Dei extulit, & superbientem dracoconem corripuit, vocatus est Michael. Si ergo in terra principes infimæ plebis maxime pollent dignitate, multoq. gaudent honore,
S. Pantaleõ. coniectare ex his, quis sit debitus honor Angelorum principi. Hæc narrat S. Pantaleon inter præclara Michaelis gesta, quod Abraham comitatus est, cum e terra sua egrederetur: qui manu tenuit gladium, ne Isaac interficeret: qui tota nocte luctatus est cum Iacob, vt eum animatum redderet in causa fratris, quẽ timebat. Ille fuit, qui vt bono prouideret Synagogæ coram asina Balaan euaginato stetit gladio, vt mentem Prophetæ mutaret in melius. Ille fuit, qui in vasta solicitudine populum Iudæorum tutatus est, quem ex Aegypto eduxit. Is est, qui corpus Moysi abscondit, ne populus idololatria pol lueretur. Hic, qui euaginatum ferens gladium, in deuastatione Hierico astitit Iosue, & audiuit: Noster es, an aduersariorum? cuius consilio Hierico capta est. Hic, qui potentissimum exercitum Senacherib interemit Assyriorum Regis. Species quarti, qui in fornace Babylonica comitatus est pueros, ne læderentur. Michael conclusit ora leonum, ne Danielem contingerent, traxitq. Habacuc a Iudæa, vt eum pasceret. Hic, qui Ezechielem leuauit inter cælum, & terram, & duxit in Hierusalem. Hæc Pantaleon Ecclesiæ Constantino. diaconus. Quæ omnia, multaq. alia in Synagoga operatus est, plura & maiora perficiens in Ecclesia, cuius princeps est. Vnde merito dies hic eius est dicatus laudibus, de quo etiam dicere possumus: Angelus noster, qui semper videt faciem, &c. Tandem cum multis titulis arcere uoluisset Dominus homines, ne proximos scandalizarent, in hoc Euangelio de oculo eruendo, manu, & pede abscindendis, in quo significare voluit, vt nihil tam vtile, aut charum tibi sit, quod non abijcias, si scandalo tibi sit. Affectus amputandi sunt, non membra. Amicus, quo vix carere possis, est vt manus, pater, cui inniteris, pes est, vxor aut filij, quos tenere amas, oculi. Quod ergo faceres in periculo corporis, hoc fac in periculo animæ. Si enim ista proijcis, vt vitam conserues, ita contemnendi, & deserendi sunt amici, filij, &c. si nobis scandalo fuerint. Docet Euangelium etiam qualiter Dominus peccata vindicet scandali. De qua re locus est elegans in Num. vbi cum populus Iudæorum *Num. 31.*
luxuria, & idololatria pollutus esset, pœnas dedit, sed maiores multo Madianitæ, qui ruinæ huius causa fuere, quorum vrbes combustæ sunt, omnes mares occisi sunt, &c. vt peccatum scandali vindicaret Deus, licet illi dicere potuissent, illud suasisse crimen suasu Balaan; mandato Regis, & in propriam defensionẽ, absque misericordia perierũt, &c. licet barbari malum ignorassent scandali, rompheamq. habebat acutam Dominus cõtra eos, qui docebant doctrinam Balaan, id est, eos, qui fratres scandalizabant. Vide lib. 16. cap. 8. de scandalo. Sed inter has ratio- *Apoc. 2.*
nes, quæ ad vitandum scandalum mouere homines debent, hæc est, quod Angeli eorum in cælis. &c.

Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut 9
paruuli, &c. id est, qui vult in Christo adolescere fiat paruulus: qui vult sapiens esse, stultus fiat: vt sit sapiens, imitanda est in paruulis simplicitas, & innocentia. Non habent aliud *1. Cor. 3.*
in corde, aliud in ore; nullus fucus, nullus dolus; non cogitat malum; non appetit honores; viuit sine sollicitudine, cura in parentes reiecta; paucis contentus non thesaurizat in futurum, ita &c. Pueri sensibus Deo non placent, lib. 1. cap. 2. num. 9. Pueri in bonam partem dicuntur, qui moderantur passiones, ibid. num. 10. vsque ad 12. & 15. Pueri dicuntur humiles num. 13.

In festo S. Hieronymi.

IN FESTO S. HIERONYMI.

Euangelium.

Vos estis sal terræ. Matth. 5.

Sicut in festo S. Dominici, & S. Thomæ Aquinatis. Hieronymi vita admiranda, lib. 2. cap. 1. num. 17. & 18. cap. 5. num. 13. & 14. lib. 4. cap. 1. num. 38. & 39. libr. 16. capit. 6. numer. 4. vsque ad 8. capit. 13. num. 12. libr. 18. cap. 16. num. 6. In epistola 205. eum comparat Augustinus Samueli, Eliæ, & Ioanni Baptistæ.

IN FESTO SANCTISSIMI Rosarij.

Quod Dominica I. Octobris iussu Greg. XIII. celebratur.

Euangelium.

Liber generationis Iesu Christi filij Dauid: Matth. 1.

In festo Sanctissimi Rosarij. 1

QVAE in solemnitate sactissimi Rosarij pertinent ad expositionẽ Euãgelij bona ex parte mutuanda sunt ex festis Conceptionis, & Natiuitatis Deiparæ Virginis: quæ autẽ sacrum hoc institutum Rosarij concernunt, illius vtilitatem, antiquitatem, multaq. alia disseruimus latissime in prima parte libri Rosarij, vbi potissime consulendus est elenchus huius Dominicæ primæ Octobris typis mandatus Metimnæ anno 1595.

2 Celebrem hanc diem summus Pont. Greg. laudibus Virginis, sanctissimiq. Rosarij iustissimis de causis consecrauit, dum pie credidit Dominica prima Octobris anni 1571. classem Maurorum multis elatam victorijs, numero, & potentia Christianorũ vires excedentem, Deiparæ Virginis adiutorio confratrum Rosarij precibus implorato, mirabiliter deiectam, in cuius rei memoriam Motu proprio statuit, vt singulis annis sacrum Rosarij festum celebraretur, in quo fideles omnes conuenirent gratias reddituri Deo ob singulare hoc, ingensque beneficium. Is enim Ecclesiæ mos semper fuit, quæ a sponso recepit beneficia, in memoriam reuocare, expectans hoc medio maiora in dies recipere, vnde dixerat in Canticis: Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Læuam senserat sub capite positã, & antequam dexteram experiretur amplexãtem, ipsam, gratiam commemorat, vt minoris beneficij gratitudine maius expectet, certa quod sponsi dextera amplexabitur ipsam. Gratiarum actio iter est salutis nostræ lib. 2. cap. 13. num. 8. & 10. Gratiæ agendæ Deo sine intermissione in omni occasione, ibid. num. 13. vsque ad 16. cap. 14. numer. 14. lib. 7. cap. 7. num. 1. 6. & 7. Gratiæ agendæ Deo in maximis, & minimis, & semper, lib. 7. cap. 7. num. 1. & 4. Gratitudo beneficiorum ad noua suscipienda disponit homines, libr. 2. capit. 14. num. 14. Beneficijs Dei gratissimi erant Sancti, lib. 2. cap. 13. num. 4. vsque ad 7. 9. vsque ad 11. 14. 15. 22. vsque ad 30. cap. 14. nu. 5. Vide de beneficiorum memoria, & gratitudine, libr. 2. capit. 10. 12. & 13. Cum ergo in hac die insigni potiti sint Christiani Dei beneficio, non quidem temporali solum, sed potissimum spirituali, dum contrita est Barbarorũ potentia religioni inimica, quam conantur inimici funditus euertere, dum huic malo prouidet Dominus, fidem tuetur in nobis Catholicam. Deduxit fideles in spe, vt non timerent & inimicos eorum operuit mare, & eiecit a facie eorum gentes, & percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis, cuius opprobrij memoriam recolere iussit Ecclesia. Et vt quondam, cum Iudaicus populus victoriam reportauit contra Amalech, pugnãte quidem in campestribus populo, sed potissimum orante Moyse in monte, præcepit Dominus, vt ad perpetuam rei memoriam victoria hæc litteris mandaretur; ita etiam quia pugnantibus in mari fidelibus, sed in throno regio sedente Virgine, & iuuante, immo vincente, brachia eius sustentantibus Rosarij confratribus (vt quondam fecerant Aaron & Hus) ne hominum peccatis ab orãdo cohiberetur, leuantes oculos in montes, inde adfuit speratum auxilium, quo fugati sunt hostes, erepti fideles: cuius rei memoriam agimus. Mos enim inter Catholicos inoleuit, vt comparatis victorijs precibus potius, quam armis, a potentia inimicorum Dei misericordia liberatis, in eius rei memoriam dies festi celebrarentur. Sic cũ Hester solicitudine, & precibus impiam, quam tulerat Assuerus in Iudæos mortis sententiã, reuocauit, dies hic quartadecima die mensis Adar solemnis fuit in lege veteri semper habitus. Sicut & ille, in quo admirãda Iudith virtute trucidatus est Holofernes, & fugati hostes ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur, & colitur ex illo tempore vsque in præsentem diem, temporibusq. Machabæorum victoriæ festis celebrabantur. Merito ergo nostris his temporibus, cum 3 sancta in manu extraneorum data sunt, cum iratum tam vehementer cernimus Dominũ, vt repulisse videatur altare suum, maledixisse sanctificationi suæ, quando fidelium templa Barbarorum sunt fana, immo equorum, & iumentorum habitacula; quando placatum cernimus Dominum, & inclinatum, vt audiat & videat nostras tribulationes, easque aut moderetur, aut tollat: cum talem videmus, festis laudamus, recolentes, sicut & antiqui fecerunt, Deum victoriarum, quas reportant, Christiani, auctorem. Vnde sicut in bellis, pugnantibus militibus, victoria potissimum ascribitur duci, vnde mos inoleuit Romanis, vt coronati duces soli illi insigni potirentur triumpho, acclamaretq. populus victori, qui triumphali vehebatur curru, cum prouinciam aliquam imperio subiugasset Romano; ita, licet milites Christiani viriliter in mari contra hostes dimicassent vitam contemnentes, quia victoriam hanc non tam armis, quam Virginis precibus partam credidit Pontifex, illi gratias referendas censuit. Et vt olim victor currui insidens regio laudabatur, & vrbem ingrediebatur a cunctis acclamatus; ita & hac die sacra Virgo humeris delata per claustra circumducitur, cui fideles grati hymnos concinimus, clamantes: Aue maris stella, &c. Tu gloria Hierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri, quia fecisti viriliter, ideo eris benedicta in æternum. Et sicut olim ea arma, quibus Iudæi victoriam ab hostibus fuerant consecuti, & modo vexilla in templis collocantur, in Dei gloriam, & victoris laudem, armorumq. venerationem, sicut gladius Goliæ, quo interemptus potentissimus hostis fuerat a Dauid, in tabernaculo collocatus fuit, & Iudith vniuersa vasa bellica Holofernis obtulit in anathema obliuionis, id est, in templo posuit, & sicut quondam, quia medijs tubis hostes vincendi forent a Iudæis, voluit Deus, vt singulis annis festum ageretur tubarum; sic & modo, quia sancti Rosarij deuotione hæc, quam celebramus, habita est victoria, Virginem his calculis ornatam, solemniter processione congregata, ducimus, cuius festum perpe- 4 tuo celebrandum statuit Gregorius 13. In duabus autem rebus animaduertere licet sancti huius Pontificis piam, & sapientem mentem: & quod credidit victoriam hanc non tam armis, quam orationibus partam: & quia voluit quod eius rei memoria a fidelium mentibus numquam excideret. Recte quidem censuit victoriam hanc non hominibus bellantibus, sed Deo disponenti ascribendam. Quoniam licet illi hostes in multis, aut in paucis pugnantibus, aut quiescentibus subiugare æque sit facile, vtpote, qui vasis fictilibus complosis, & lampadibus innumeros prostrauit hostes, qui muscis, ranis, & cinifibus Pharaonis superbiam deiecit, immo per hoc solum quod Deus sonitum audiri fecerat in castris Syriæ, surrexerunt illi, & in fugam conuersi dereliquerunt tentoria sua, animas tantum saluare cupientes, &c. & omnis via plena erat vestibus & vasis, quæ proiecerant Syri, cum turbarentur. Dominus enim mortificat, idemq. viuificat; hunc humiliat, & hunc exaltat; cornua peccatorum confringit, & exaltantur cornua iusti. Hæc, scriptura teste, didicimus. Bella hominum Deus pugnat de cælo, & vincit, &c. lib. decimoquarto, capit. 12. numer. 13. & 14. Sed indubie etiam credendum est, quod peccatis hominum bellantium, aut eorum, quorum res agitur, prouocatus Dominus conterit bella, conglomeratãq. exercitus multitudinem ad nihilum deducit, sicut contigit, cum quidam tulit de anathemate Hiericho, cuius causa qui ad delendam vrbem Hai ascenderant, statim terga vertentes fugerunt, licet paucissimi essent hostes, quia cor populi ad instar aquæ liquefactum est, &c. Audiuitq. Iosue a Domino: Non poterit Israel stare ante hostes suos, eosque fugiet, quia pollutus est de anathemate. Et cum Iudaicus populus diceret, pollicente Deo, quod in silentio, & in spe inuenienda esset eorum fortitudo: Nequaquam, sed ad equos fugiemus, &c. audiuit: Mille homines a facie terroris vnius, donec relinquamini quasi malus nauis in vertice montis, & quasi signum super collem, quod aspicientes iter facientes, iudicent quassatam nauim, spumantes undas, &c. Vnde cum cerneret Dauid Israeliticum populum manibus inimicorum traditum, ipsius sceleribus exigentibus, clamabat: Vsquequo Deus improperabit inimicus, irritat aduersarius nomen tuum in finẽ? Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam de medio sinu tuo in finẽ? Quasi silua lignorum securibus exciderunt ianuas, &c. Nec id solum, sed incenderunt igni Sanctuarium tuum in terra, polluerunt tabernaculum nominis tui. Quoniam sicut in lege promiserat Deus: Si in præceptis meis ambulaueritis, absque pauore habitabitis in terra vestra: dabo pacem in finibus vestris, dormietis, & non erit, qui exterreat: persequemini inimicos vestros, & corruent coram vobis: persequentur quinque de nostris centum alienos, & centum de vobis decem millia; ita qui mandata eius contemnit, inimicis, licet imbecilles sint illi, resistere non valet. Vnde (vt docet Origen.) Balaan consilium dedit Regi Balaac, vt Israeliticum populum ad fornicandum traheret, vt sic eum vincere potuisset, qui inuincibilis erat. Quod & Achior Holofernem alloquens longa oratione ostendit, Iudæos tunc posse facile debellare, cum Deum suum illi ostendissent, &c. Et post multa intulit: Ergo, mi Domine, require, si est aliqua iniquitas eorum, &c. & ascendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi, licet nullus nostrum pugnet, indignatus illorum Deus tibi subijciet. Sin minus, non poterimus resistere illis, quoniam Deus eorum defendet illos, & erimus in opprobrium vniuersæ terræ. Quæ res ita animis insederat hominum, etiam gentilium, vt, teste Hieronymo, Philistæi inter idola vnum colebant, cui solas lacrymas sacrificabant, quod cum ad bella proficiscerentur coram militibus ducebant, flentesque coram illo gradiebantur, vt placatus dæmon illis pu-

Cant.

Exod. 17.

Psalm.

Hester. 9.

Martius.

Iudith. 16.

Tren.

Iudith. 16.

Leuit. 23.

Iosue. 7.

Esai. 30.

Iudith. 15.

Psal. 77.

1. Reg. 21

Iudith. 16.

Psal. 73.

Leuit. 26.

Hom. 20. in Num. 25.

Iudith. 5.

Iudicum. Exod.

4. Reg. 7.

lib. 4. in Paralip.

gnantibus patrocinaretur. Hac de causa aiebat idem: Nostris peccatis barbari fortes sunt, infelices nos, qui tantum displicemus Deo, vt per rabiem barbarorum illius in nos ira desæuiat. Vnde cum hominum peccata Domini indignationem excitant, ille per manus hostium templa, sacras imagines, sanctam Eucharistiam igni tradit. *1pist. 3.*

Thren. 2. Quod aduertens Hiere. cum retulisset damna, quæ templo sancto Babylonij fecissent, ea Domino ascribit, dicens: Repulit Dominus altare suum, &c. tetendit arcum suum quasi inimicus, deleuit omne quod pulchrũ erat visu in tabernaculo, &c. Deus enim vires hostibus tribuit, vt vniuersa perderent, quæ erant in templo sancto, quo priuabantur Iudæi, quia indigni tanto bono fuissent. Sicut & Christiani Ecclesia, de qua dixerat *Sopho. 2. Hieronym.* Propheta, quod poneret Deus speciosam in solitudinem, &c. & accubabunt in medio eius greges, & onocrotalus, & heritius in liminibus eius morabuntur, quoniam attenuabo robur eius. Sicut & cum dixisset Propheta, peccata populi ad memoriam reducens: *Esai. 1.* A planta pedis vsque ad uerticem non est in eo sanitas: continuo intulit: Regionem vestram corã vobis alieni deuorant, &c. Si me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos, quia os Domini locutum est. Peccata hominum vires hostibus præbent, lib. 2. capit. 11. numer. 1. & 2. libr. 14. capit. 12. numer. 2. 3. 6. 10. & 13. lib. 4. cap. 12. numer. 6. Peccati conscientia facit, vt homines hostibus resistere non valeant, libr. 18. capit. 14. numer. 9. Hac ratione motus scilicet pater Dominicus, cum hæreticos cerneret Albigenses dolis, & armis deuastantes Francorum Christianissimum regnum, simul & ordinem instituit militiæ, quem ingressi homines armis dimicarent contra hostes, & sanctissimi Rosarij societatem, reuelante Virgine, erexit, vt Dominum redderent placatum & milites, & alij, & hoc modo victoriam consequeretur contra potentissimos hostes. Cũ ergo nostris miserandis temporibus adsint iam tempora calamitosa, quæ futura prædixerat Paulus, in quibus a planta pedis vsque ad verticem non inuenitur sanitas, sed nobiles & plebei, Ecclesiastici & sæculares multis detinentur peccatis, certe victoriæ non dantur pro meritis, sed hæc, quam celebramus, non machinis bellicis, sed Virginis intercessione parta est, quando arma Christianæ militiæ non tam carnalia extiterunt, quam spiritualia, & potentia Deo ad destructionem inimicorum. Et sicut olim tempore Patriarchę Dominici visa est Deipara Virgo adiuuans Comitem Montisfortis contra Albigenses, quorum exercitum centum quinquaginta lapidibus iactis fugauit, ita & modo credidit Pontifex ipsius adiutorio barbarorum classem fugatam, & perditam. Et sicut tempore Iosiæ cum Assyriorum potentissimus Rex Hierosolymã circumdedisset, nec *Esai. 37.* tantæ potentiæ resistere valuissent Iudæi, misit Rex ad Esaiam Sacerdotes saccis coopertos, qui dicerent: Dies tribulationis, & blasphemiæ hæc. Et Propheta respondit nomine Domini: Non tradetur hostibus ciuitas, sed saluabo eam propter me, & propter Dauid, licet vos tanto beneficio indigni sitis; ita & hisce temporibus propter semetipsum, & propter matrem suam nos perditos homines ab hostibus tutatus est, cum Rosarij confratres vbique locorum eius opem interpellarent Dominica prima Octobris, in qua, sicut & in reliquis ad concinendas eius laudes, & patrocinium quærendum, conueniũt, qui huic sodalitio sunt adiuncti. Recte ergo summus Pont. censuit eximiæ huius victoriæ opus Deiparæ ascribendum Virgini: iusteq. voluit, vt eius rei memoria quotannis celebraretur, his, quas in exordio retuli, rationibus ductus.

Sed illud etiam considerandum est, quod licet tantæ solemnitatis occasio ea fuerit, quam reportauerunt fideles de infidelibus, victoria, sed tamen potissimũ Summus Pont. voluit, vt vna esset signata dies in Ecclesia celebritati sanctissimi Rosarij dicata, in qua cuncti conuenirent Christiani, vt huius instituti agerent memoriã, in quo vniuersæ laudes Virginis, cuncta Christianæ redẽptionis mysteria continentur. Sicut enim in lege veteri singulis diebus, in quibus insigni aliquo beneficio fuerat Iudaicus populus potitus, festa celebrabantur, festũ Phasæ in memoriã acceptæ libertatis, Penthecostes in recordationem datæ legis, festum Tabernaculorum ob beneficia, quæ receperat populus in deserto, sed cunctorum memoriam fecerunt, cum terram promissionis sunt ingressi; ita Ecclesia, quæ per totum anni circulum singulis sacri mysterijs Rosarij dies consecrat, hunc cunctis simul dedicandum recte cẽsuit, vt qui elucidant Virginem, id est, qui in lucẽ *Ecclesia.* proferunt, quæ illa sit, quæ illius virtutes, vitam æternam consequantur. Sitq. dies hic signatus in recordationem illius, in quo sacra Virgo e cælo descendens sacram hanc precandi normam sibi, filioq. gratissimam mundo dedit. Inter egregia enim, & præcipua, quæ ab ea reportauimus beneficia, illud accipiendum est, quo docuit, qua orandi forma eius animum ad misericordiam inclinare possemus. Ab eo enim tempore, quo sacra Virgo inter homines mortalis degebat, semper in cordibus fidelium hoc fuit inditum desiderium, vt vultum eius deprecarentur omnes diuites plebis, quotquot eius agnoscebant bonitatem. Iusti, vt confirmarentur in bono, peccatores, vt a malo eriperentur, sacram illius effigitabant intercessionem. Cum ingentia hominum fa- *Psal. 136.* cinora illos tradiderint sathanæ, qui exinaniens omnia, quæ in eis sunt bona, cũ exinanierit vsque ad fundamentum fidei in eis, eos fide, quæ radix omnium bonorum est, pri-

mans, ad hoc perducit malum aliquando, vt sacras imagines igni tradant, Sanctorum intercessionem deludant intemeratæ Virginis inuocationem irrideant, mortis reum adiudicent illum, qui sanctum portauerit Rosarium, sanctæ huius militiæ signum, sicut impia hæc Iezabel, quæ in extremum illius malum Anglicum occupat imperium, fecit. Quoniam, cum diaboli sollicitudo omnis huc tendat, vt viam obstruat animarum saluti, & hanc precibus Virginis bona hominum pars consequatur, quia eius intercessionem expedit multum effligitare, lib. vndecimo, capit. sexto, num. 39. 63. 67. 71. 74. 75. 87. & 89. Per Mariæ enim manus transiuit quidquid nos Deus habere voluit, ibidem numer. 54. 58. 63. 65. 66. 77. & 111. Cuius vultum deprecari debent omnes diuites plebis, & multo magis pauperes, ibid. numer. 89. Est enim illa mons præparatus in vertice montium, vt fluant ad eam omnes gentes. Quod licet de Christo Domino prophetauerit Esaias, sanctæ eius matri non incongrue conuenit. In hoc monte salutem consequentur, quotquot Sodomorum incendium voluerint effugere. Qui hanc ingressi fuerint mysticam arcam, ab inundantibus aquis diluuij salui erunt. Cumq. illa lignum sit vitæ, portans fructum salutis, libr. vndecimo, cap. sexto, numer. 40. illa enim, orbis thesaurus, mira nobis dedit bona, numer. 125. Cum ergo ista a Maria reportet mundus commoda, cum dæmon recta in Deum fide hunc priuare nititur, satagit, vt suadeat intercessionem Virginis inutilem, & nociuam: quod raro adhuc in homine hæretico persuadere valuit; at in viro fideli, cum eius animo eximiæ Virginis virtutes, ingentiaq. merita insederint, eius semper implorat auxilium, varijs adhibitis medijs, quæ censuerit huic fini accommodata. Et cum ad salutem consequendam Virginis intercessio appositissimum sit medium, vehementissime cruciaretur cordatus homo, si nesciret, quod illi foret gratissimum seruitium, quo vehementius inclinaretur, vt precantes audiret, & iuuaret. Sicut, si quis negotium habens cum Rege omnium grauissimum, ignoraret quod esset accommodatum medium illi tractando, quod dum erraret, extremam pateretur miseriam, essetq. ingens beneficium in illum collatum ab eo, qui diceret certum, & gratum medium Regi placando, &c. Ita cum Deipara Virgo sancto Dominico hanc precandi formulam breuem, & facilem, cunctisq. peruiam reuelauit, docuit hanc illi esse gratissimam: & huic, quod per manus Dominici mundus accepit beneficium, dies hæc consecrata est; conueniuntque sanctæ huius societatis confratres sanctum Virginis adiutorium precaturi. Dixerat quondam Dominus Prophetæ: Venies tu in die illa, & intrabis domum Iosiæ, & sumes argentum & aurum: & facies coronas & pones in capite Iesu filij Iosedech sacer- *Zach. 6.* dotis magni. Nobis proficientibus in bono, *Hieron.* per singulas virtutes nostras Dominus coronatur: Sanctorum enim operibus corona plectitur aurea, vel argentea iuxta operis perfectionem, orationibus feruidis, & sanctis sacri huius instituti, de quo loquimur. Dum multæ coniunguntur Dominicæ precationes, & salutationes Angelicæ, corona texitur, quam sacra Virgo imponit capiti, qua pulchra, & coronata procedit Regina mundi. Vnde orantibus fidelibus sanctum Rosarium, sæpe visa est astans Virgo colligens albas, & rubras rosas ab ore precantium egredientes, quibus corona perfecta, capitiq. sacro imposita, visa est cælum conscendere, vt eam præsentaret filio, & seruaret, vt ea in morte coronarentur, qui feruenter huic vacarent operi. Coronari cupiunt stulti delicijs vacantes noxijs, antequam rosæ marcescant; sed sapientes his, quas diximus, flagrantissimis rosis & coronant Virginem, & *Sapien. 2.* vicissim coronantur ab ea. Cum venerat *Cant.* de Libano, & cælum per mortem fuerat ingressa, coronata fuit, quam & Ioannes vi- *Apoc. 12.* dit ferentem in capite coronam stellarum duodecim, sed ad terram rursum venire visa est, vt his orationibus, quibus maxime delectatur, coronetur, & doceat, quantum eas magnifaciat, quas instar coronæ capiti impo nit, *como prouisiones Reales y letras Apostolicas* in quibus eximiæ continentur gratiæ hominibus collatæ, & conferendæ. Honorantur corrigia funiculi, panniq. Sanctorum festiuitatibus, indulgentijs, &c. sed in mysterijs Rosarij virtutes Virginis, & fidei mysteria venerantur, vt Mariæ intercessionem expectemus. Vnde recte eam Ecclesia viti com- *Eccles. 24.* parat, a qua palmitũ virtus, & fructus procedit; sine qua igni deputantur, qui vitis humorem non participant, illiq. non cohærent: ita & anima illa, quam patrocinium deserit Virginis, incendio videtur seruata. Quondam (Chrysost.) statuerat Deus, vt be- *Hom. 1. de Heliæ.* neficia, quæ populo Iudæorum essent exhibenda, per manus transirent Heliæ, qui suapte natura rigidus erat, nec facile ad compassionem flectebatur. Cumque terra diuturna ariditate fructus non ferret, desiderante Deo, vt plueret super terram, nec volente id efficere, nisi orationibus Prophetæ, media quærebat, quibus animum illius ad orandum moueret: ad id pascebatur a coruis, a muliere Sareptana tortula subcinericij panis; cumque homines cerneret fame arentes, eorum non miserebatur, nec pluit annis tribus, & mensibus sex, quia ille non orauit. Transtulit illum Deus in curru igneo in Paradisum subito q. d. Mũdus tui adiutoriũ necessariũ habet, nec tamen miserijs hominũ vrgentibus placaris vindictæ amicus, transferre te hinc volo, ne mihi ad benefaciendum impedimento sis. Miranda res;

Dominus ad miserendum pronus, & Propheta non clamat: Benigne fac in bona voluntate tua Sion. Sed oratione orauit, hoc est, instanter, vt non plueret super terram. Hæc tempore legis antiquæ gerebantur, sed tempore gratiæ aduocatam condidit misericordiæ matrem, & fecit adiutorium simile sibi. Ille enim pater est misericordiarum, & Deus totius cõsolationis: illa Regina, & mater misericordiæ, vita, dulcedo, & spes nostra. Si ille aduocatus dicitur noster, dicitur apud patrem, illam aduocatam nostram vocat Ecclesia. Si de illo dicimus: Oculi Domini super iustos: illa dicitur habere oculos misericordiæ, quos ad homines conuertit, lib. 11. cap. 6. num. 85. vsque ad 89. Denique sicut Bonifacij IV. & Greg. IV. iussu sancitum est, vt in die calendarum Nouembrium omnium Sanctorum agerentur memoriæ, tum quia, cum illi innumeri sunt, quos viderat Ioannes in exordio nascentis Ecclesiæ, & illos dinumerare nemo poterat, nec singulis singulæ potuissent memoriæ consecrari, vna omnibus dies dicata est, in qua omnium flagitamus patrocinia, in qua totius anni negligentijs prouideamus; ita vna modo dies est, in qua cunctas Virginis virtutes ad memoriam reuocamus. Conceptioni, Ortui, Visitationi, dies dicantur. In Incarnatione eius humilitatem magnificamus, in Visitatione charitatem, in Purificatione obediendiam, &c. modo heroicas eius virtutes cunctas ad memoriam reducimus, & pietatem, qua sanctum eius accepimus Rosarium, sanctamque hanc confraternitatem, quam præ cæteris magni facimus. Quoniam sicut August. fatebatur, quod quatuor res eum detinebant in Ecclesia, consensio populorum, auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, & charitate aucta, & vetustate firmata, tertio successio Pontificum a Petro vsque ad Sixtum, quarto nomen Catholicæ, quod nomen nulla secta fuerat sortita: ad hanc similitudinem, in Rosarij confraternitate, & deuotione consensus est populorum, qui hanc amplectuntur deuotionem, &c. In ea auctoritas miraculis confirmata, & inchoata, spe nutrita, & charitate aucta, non diuitijs, non honoribus, non redditibus, sicut militiarum ordinum incrementa, sed amore erga Deiparam Virginem spe obtinendi eius patrocinium roborata, vetustate firmata, antiquitate stabilita ante 400. annos. Successio Pontificum, qui eam confirmantes innumeris ornarunt gratijs. Vrbanus 4. Ioannes 22. Sixtus 4. Inno. 8. Alexand. 6. Iulius 2. Leo 10. Adrianus 6. Clemens 7. Paulus 3. Iulius 3. Paulus 4. Pius 4. Pius 5. Gregor. 13. & Sixtus 5. Et tandem nomen Catholicæ, & vniuersalis, quia omnes in se recipit diuites, egenos, sapientes, ignorantes, &c. Singula hæc late docentur in libro primo Rosarij. Ecce quibus titulis solemnis hic dies institutus est perpetuis temporibus celebrandus. In quo Ecclesia eo vtitur Euangelio, quo in solemnitatibus Conceptionis, & Nativitatis est vsa: Liber generationis Iesu Christi, &c. Libros dedit semper nobis Deus ab orbe condito, in quibus homines ea legerent, quæ diuinæ placita essent voluntati, meritorum præmia, peccatorũ supplicia, &c. in corde hominum scripta docuit Paulus dicens: Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt, &c. qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Vide lib. 10. cap. 3. potissime num. 2. 4. & 12. cap. 5. num. 2. & 3. lib. 18. cap. 114. num. 8. & 19. Sed quia dæmonis suasu homines vagari cœperunt, propriumq. deserere cor, ne ibi legerent quæ propriæ expedirẽt saluti, cor intrant iusti, vt considerent bona, a quo fugiunt mali, lib. 3. cap. 23. num. 9. vsque ad 15. cap. 24. num. 1. 9. & 10. Hoc aduertens Dominus clamabat: Redite præuaricatores ad cor; & quia delectationibus, & vanitatibus mundi implicati non sunt reuersi, & quia peccatis obscuratum est insipiens cor eorum, libros dedit Deus extra se, in quibus ista legerent, &c. Sed quia hominum perditio & insania oculos auerterat, ne legerẽt, quæ illis forent expedientia; sacra Virgo sancta mysteria Rosarij reuelauit, & dedit Dominico, vbi velut in libro sapiens & insipiens legeret ingentia, quæ a Deo accepit beneficia, quibus ad diligendum ipsum eius animus excitaretur. Et ne dicere posset sapiens, librum esse signatum, & clausum, nec ignorans, quod litteras nesciret, librum dedit cunctis apertum, & manifestum, intus & foris scriptum, in quo omnia continentur saluti hominum expedientia; liber non solius generationis, sed vitæ, mortis, resurrectionis Christi, &c. Præterea Ecclesia hoc vtitur Euangelio, vt aduertat homo, quod sicut Euangelista in hac generationis serie, in qua Iudaicum populum gubernarunt Iudices Reges, & Sacerdotes, constat tot medijs voluisse Dominum illum a malo arcere, in quo a planta pedis vsque ad uerticem non inueniebatur sanitas. Et, cum tot adhibitis medijs, ad sanam mentem ille non redijsset, cum multa hominum malitia esset in terra, in qua tanta inundauerant peccata, inter tot mala, quæ, instante Verbi incarnatione, grassabantur in terra, eã Deus solo non equauit, sed sacræ Virginis admiranda virtus, qua in vtero matris fulgebat, iustam Dei indignationem moderata est, vulneratusq. sponsus in vno oculorum suorum carnem suscepit; ita Ecclesia in institutione festi Rosarij hoc vtitur Euangelio, in quo animati homines sperent sacræ Virginis intercessione, sanctis precibus eius, quæ regali sedet solio, quod illi non merentur; contemplenturque eam, quam olim viderat Dominicus Dei iram moderantem, cum tribus lanceis Iesus orbem peccatis plenum delere voluisset. Ita modo Sanctæ Virginis interuentu

Iacobus. *Origen.* *Rom. 2.* *Esai. 29.* *Chrysost.* *Apoc. 7.* *lib. 9. epist. 95. to. 6.*

Turcarum furorem coerceat Deus, quem nostra excitant crimina. Olim quidem propter vnum Dauid numerantem populum ingens hominum multitudo misere interiit; vno Pharaone obdurato tantis plagis vniuersa Aegyptus affecta est; ob violatum iuramentum Sedechiæ Iudaicus populus captiuus ductus est, dirutum templum, vasa prophanata; at modo, qui dicere poteramus; Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus deleti, scilicet, & in fauillas redacti, misericordiarum Deus Virginem dedit, quæ nos ab imminentibus liberaret malis. Et sicut quondam dixit Deus Ezechiæ in extremo hostium periculo degenti: Protegam ciuitatem istam propter me, & propter Dauid seruum meum, licet is in limbo detineretur, ita valentiori iure ab ea, quæ astat a dextris Regis circũdata virtutum varietate expectare maiora poterimus, licet tanto simus patrocinio indigni. Et sicut primum mobile cunctos orbes, qui motu contrario feruntur, rapido cursu ducit proprio ipsius motu; ita sacra Virgo, tamquam primum mobile, homines ad se trahit, vt eius imitentur cursum, currentem in odorem vnguentorum eius, viam deserentes, quæ ducat ad mortem. Vtitur ergo Ecclesia hoc Euangelio, vt nemo diffidat patrocinium Virginis expectans, quo gaudentes fideles insignẽ de hostibus victoriam reportarunt. Tandem Ecclesia hoc vtitur Euangelio, in quo sacra Virgo Dei vocatur mater, de qua natus est Iesus, &c. Consecutaque est eum gradum puritatis, & gratiæ, quo congrue esset mater Dei. Hæc Angelorum dignitas, quod serui sint; hęc Virginum excellentia, quod sequuntur Agnum: hæc super omnes Mariæ dignitas, quod mater est, & pręit cui Deus subditus est. Cunctis comparata audit: Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias, cunctis anteponitur, non extraneis, aut hostibus comparata, sed filiabus. Mariæ excellentia ostenditur, quia digna fuit mater Dei, lib. vndecimo, capit. 6. nume. 2. 42. 43. 76. & 89. Maria locus voluptatis, a quo Christus, fluuius egreditur, li. 3. c. 5. nu. 83. li. 11. c. 6. nu. 5. 10. 11. & 111. Maria sola digna fuit tali filio, & solus filius dignus fuit tali matre, numer. 62. 101. & 102. Maria nec primam, nec sequentem habuit, aut habitura est, nume. 118. & 119. Hæc Virginis dignitas, a qua sacris Rosarij precibus multa possumus expectare bona, si sanctæ huic deuotioni rectam coniungamus vitam, si illius fuerimus imitatores, cuius sumus laudatores, & serui, & confratres &c.

Reg. 2. *Hiero. in ca. 17. Ezech.* *Esa. 1.* *Esa. 37.* *S. Tho. 3. p. q. 2. ar. 11.* *Bern. ser. 1. sup. Missus est.*

IN FESTO S. PATRIARCHAE Francisci.

Euangelium.

Confiteor tibi Pater Domine cæli, & terræ. Matth. 11.

INTER eximias Abrahæ laudes illã primam retulit Paulus tamquã cæterarum originem, quod vocatus a Domino, iussusque exire de terra sua Chaldæos idolatras dereliquit, & nesciens quo iret, viam arripuit, spem habens tamquam anchoram animæ tutam, ac firmã: diuinisque promissionibus ibat innixus futurum credens semen, sicut Stellas cæli, qui futurus erat multarum gentium pater. Datus mundo Elias fuit zelo Dei feruentissimus, qui venerat, vt conuerteret corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorũ, id est, tanto præditus fidei zelo, tanta donatus in dicendo virtute, vt peccatis pleni Iudæi illius & exemplo, & doctrina mutati in viros alteros antiquorum Patrum egregias virtutes imitarentur, docente illo, qui surrexit quasi ignis: cilicio enim indutus, & zona pellicea accinctus renibus incedebat. Vnum Helisæum spiritus sui hæredem dereliquit. Esaias nudus, & discalceatus ambulauit, cum ingentia mala populo Israel imminerent; vt exemplo Prophetæ, illius imitarentur vitã, Dominique moderarentur iram: aut certe inexcusabilis esset illorum damnatio, qui nec verbis, nec egregiis Prophetæ gestis ad emendandam vitã mouebantur. Hieremias catenis oneratus ad prædicandum missus est, Babylonica captiuitate vrgente. Et denique Ioannes Baptista, qui datus Iudęorum populo fuerat in testimonium, vt omnes crederent per illum, qui venerat in spiritu, & virtute Helię, pilis camelorum iudutus, locustis, & melle siluestri pastus, humi cubans eremũ primum incoluit, & deinde Hierosolymam ingressus pænitentiam magis exemplis, quã verbis prædicans. Exibat ad eum omnis Iudeæ regio, milites, Publicani ipsum adibant, vt consulerent, &c. Hæc Domini cura, hæc indefessa eius sollicitudo semper fuit, vt hominum prouideret saluti, admirandos condere viros, tantoque sanctiores, quanto maioribus orbis detineretur malis: quia nouum populum, in quo esset fides, condere disponebat, de cuius semine Deus homo fieret, quem vt pupillam oculi diligeret: quem, sicut aquila pullos, in humeris portaret, expandẽs alas suas, & protegens ne periret. Abraham de incendio extraxit Chaldæorum tantę virtutis virũ, qui loquentem Dominũ libenter auscultauit, cui in omnibus obediuit, incunctanter

In festo S. Francisci. Hebr. 11. *Malac. 4.* *Eccles. 48.* *Esa. 20.* *Hiere. 27* *Luc. 3.*

expe-

expectans futurum semen, sicut Stellas cæli. Quia post multa tempora populus hic innumeris inuolutus est criminibus, ne periret, Heliam, & Helisæum accepit, mirandos viros, qui saccis induti Iudæos ab imminentibus malis eripere nitebantur. Nec tanta illorum virtus, cælestis vita, ignitum eloquium, proteruos peccatorum animos valuit in melius commutare. Discalceatus, & nudus Esaias missus est, oneratus catenis Hieremias, vt ab instante captiuitate sanctam ciuitatem peccatis pollutam eriperent: quod tanti viri non fecerunt, cum populus aures obturaret, ne loquentes audiret; clauderetque oculos, ne austeria loquentium vita moueretur. Et, instante tempore gratiæ, venit Ioannes, qui prænuntius esset felicissimi status mox futuri, in quo videndus erat, & audiendus vnigenitus filius Dei, qui veniebat homines redempturus, plenus gratiæ, & veritatis; & qui venerat, vt testimonium perhiberet de lumine, vt facula ardebat: plusquam Propheta vocatus est, & nomen Angeli conuenientissime accepit, quo inter natos mulierum nullus maior surrexit. Quo mortuo, Apostoli dati sunt, qui vniuersam sæculi massam idolatriis contaminatam fermentarent, stupendi viri, tamquam veredarij missi, vt viam pararent cælesti Regi. Iugulatis ijs, Ecclesia Græca, & Latina antiquos Patres accepit, vt acceptam cõ seruarent fidem, & inter eos religionum fundatores, ad quos confugerent, qui communi viuendi forma non contenti, maioris perfectionis desiderio tenerentur; qui non solum Deo iubenti, sed & consulenti obtemperarẽt, & dicenti: Qui potest capere, capiat, libr. 2. cap. 20. num. 2. & 3. lib. 11. capit. 1. numer. 1. 5. & 7. Post multum decursum tempus Ecclesiæ periclitanti admirandum virum Franciscum dedit Deus, qui anno 1182. Assisijs ortus est, cum Alexander tertius Pontificiam obtineret Sedem, execrandumque schisma Ecclesiam turbaret. Quo tempore imperium Romanum in eligendo Imperatore multum dissideret, Constantinopolitanum autem impij Emmanuelis tẽpore, rotaq. Græcia Ecclesiæ, Pontificisque obediendam deseruerat. Sancta autem ciuitas Hierosolymitana deprædata est, prophanata altaria, sacræ reliquiæ combustæ sunt, regna vero Hispaniæ cruenta patiebantur bella, quibus execranda facinora adiuncta sunt. Hoc tempore Vualdensium hæresis Francorum terras occupauit, bonamque eius partem vastauit. Iudæi in Hispania in Synagogis suis publice Ecclesias nostras, Christumque Dominum execrabantur, qui Christianos omnes hæreticos vocabant. Cũ his, innumerisq. aliis malis inuolutus esset orbis, datus est S. pater Frãciscus, qui verbis, & exemplis suis, & suorum illius reformationi intenderet; qui iratum Dominum placaret; qui instar Abrahæ terram deserens, immo & terrena cuncta, vsque ad femoralia reiiciens patri dixit: Vsque ad hanc horam te vocaui patrem super terram, sed iam confidenter dicam: Pater noster, qui es in cælis. Chaldæos derelinquens, & bona, quibus abũdabat, temporalia, innumeris ornatus spiritualibus bonis pater multarum gentium effectus est, semenque multiplicatum est, adhuc ipso viuente, tam potenter, vt stellis similes, illisque clariores cælestes occuparent sedes, cunctumque illuminarent orbem. Huius memoria in benedictione est. *Surius.* pro eo quod illum Deus in benedictionibus dulcedinis præueniens, de præsentis vitę periculis velut alterum Abraham clementer eripuit, & cęlestis gratiæ donis affluenter impleuit, nouæ Reipublicæ spiritualis effectus pater. Eliæ similis, sacco ĩdutus, cinctuq. corda, corda patrũ conuertit in filios, incredulosque traxit ad prudentiam iustorum: non solum, quia innumeros pęne viros, & feminas sæculo, & vanitati deditissimos ad religionem mira paupertate, & austeritate pollentes adduxit; sed etiam quia sęcularibus omnibus diuitiarum, & peccatorum contemptum suasit, Euangelicam prędicationem aggressus. Cum enim audisset Euangelicam lectionem, in qua Dominus normam prædicandi suis dedit, ne scilicet, possiderent aurum, vel argentum; nec peram in via portarent; nec duas tunicas haberent; neque calceamenta deferrent, neque virgam; Apostolicæ paupertatis amator factus est. Soluit lætanter calceamenta; deposuit baculum; pecuniam execratur; vnaque contentus tunicula, reiecta corrigia, pro cingulo funem sumit; omnem sollicitudinem cordis apponens, qualiter Apostolicæ regulæ per omnia se coaptet. Cœpit ex hoc vir Dei diuino instinctu Euangelicæ perfectionis æmulator existere, & ad pœnitentiam cæteros incitare. Erant enim eius eloquia Spiritus sancti plena, intima cordis penetrantia, vt vehementer in stuporem audientes cõuerterent. Instar Esaiæ nudus, & discalceatus, catenisque oneratus sicut Hieremias, prædicationi se dedit; vt orbem ab imminentibus liberaret cladibus. Diuitiis, & nobilitate pollens, regiaque stirpe descendens Esaias nuditatem non erubuit, sed vt diuinam exqueretur legationem, in medium libenter prodiit: & licet Franciscus tanta dignitate non polleret, ditissimus cum esset, cuncta desorens nemo tam auri, quam ipse cupidus paupertatis, erat. Hanc virtutem asserebat esse Reginam, quia in Rege regum, & Regina matre ipsius tam præstanter effulsit: hãc aiebat fratribus suis spiritualem viam esse salutis, tamquam humilitatis fomentum, perfectionisque radicem, cuius est fructus multiplex, sed occultus, per quam propriis expoliatus homo intrat in potentias Domini. Ab æterna captiuitate eruere conatur orbem, multosq. a faucibus eripit teterrimi draconis; sicut Sacerdoti cuidam in Assisio reuelatum est. Is enim dum Franciscí vitam, & suorum abhorreret, vidit in somnis totam illam ciui-

tatem

tatem a draconę magno circumdari, præ cuius magnitudine nimia tota regio videbatur exterminio subiacere; contuebatur post hoc Crucem quandam auream ex ore procedentem Francisci, cuius summitas cælos tangebat, cuiusque brachia protensa in latum, vsq. in mundi fines videbantur extendi, ad cuius etiam aspectum præfulgidum draco ille tęter, & terribilis penitus fugabatur. Et sicut in exordio Dominicæ Incarnationis datus est Ioannes, qui viam Domino prępararet, post mille annos venit Franciscus, qui non tãtum Angeli, sed Seraphin nomen accepit; qui venit, vt ille non manducans, nec viuens prædicans contemptum sæculi, cuius verba, instar Baptistæ, vt facula ardebant; quod nisi esset, tantos, tamque illustres, eximiosque viros ad religionis amorem adducere non potuisset. Cum quondam Antonius eximię sanctitatis vir Paulum Eremitam visitasset, illiusque incredibilem rigorem, orationem, ieiunia, tunicam ex palmarum folijs confectam, abstinentiam, sæculique contemptum cõspexisset, tanti viri sanctitatem ad memoriam reducens clamabat percutiens pectus: Væ mihi, qui falso monachi nomen fero. Quid ni admirentur religiosi omnes, & confundantur perpendentes in Francisco vitæ austeritatem, parsimoniam, pauperem tunicam, considerantes ipsum nudis pedibus orbem circumeuntem, per domos panum fragmenta postulantem, &c. Fabiolæ pœnitentiam publicam *Epi. ad Oceã.* maxime commendauit Hieronymus, quæ Lateranensem Ecclesiam nobilis femina intrauit, crine raso, nudis pedibus, saccoque induta, vt peccatum publicum publice execraretur: qua lacrymante, lacrymabantur cuncti, qui talem cernebant in illustri femina nouitatem. Franciscus, instigante Spiritu sancto, in foribus nudus, lachrymis madens, multis clamoribus leues negligentias, ac si grauissima essent crimina, fatebatur; socijsque præcipiebat, vt contumeliosa in eum proferrent verba, quibus multum delectabatur. Cumq. *1. Reg.* paruulus esset in oculis suis, non caput in tribubus Israel factus est, sicut Saul (in propriũ malum, dum in superbiam elatus, in laqueum incidit diaboli) sed caput sanctissimi ordinis, qui toto pæne orbe diffusus, viris gloriosissimis ornatus, admiranda sanctitate decoratus est. Humilis ille propriam excellentiã contemnebat, sed magnanimis manum suam extendit ad fortia, dum tanto ordini initium dedit. In sacra Virgine commendatur, quod magnanimitas humilitati coniuncta fuit, lib. vndecimo, cap. sexto, nume. 70. & 71. Quod & in Francisco contemplari licet magnanimo, & humili, quam in eo vt commendet Ecclesia admirandam virtutem, hoc utitur Euangelio.

Confiteor tibi pater, &c. Et reuelasti ea paruulis, &c. Vide lib. nono, cap. 15. nume. 40. & 41. lib. 10, cap. primo, per totum caput, lib. 18. capit. quarto, nu. primo, vsque ad quartũ, cap. 14. numer. 5. & 22. capit. 15, numer. 34. Gratias agit patri secundum Chrysostomũ, *Iansenius.* non quia mysterium abscondit sapientibus, sed quia reuelauit paruulis. Quale est illud, *Rom. 6.* quod dixit Paulus: Gratia autem Deo, quoniam fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam, doctrinæ in quam traditi estis: id est, Gratias ago, quod cum fueritis serui peccati, iam eo deposito, Euangelio obedistis. Vel etiam de vtroque gratias agit Christo patri: quoniam licet, qui hominum saluti vehementer affectus erat, tristaretur eorum considerans perditionem, sicut & tristabatur Sancti. Amor Christi ostenditur, quando in hominum aduersitatibus dolere se dicit, lib. primo, cap. 6. num. 6. 18. & 25, lib. quarto, cap. 7. num. 12. & 19. lib. quarto, cap. 23. num. 9. & 10. At cum Dei iustitiam contemplabatur peccatorum scelera puniẽtem, gaudebat. Lætabitur iustus cum viderit vin- *Psalm.* dictam non quidem de damno illato proximi, sed quia ostenditur Dei gloria in perditione malorum. Sicut Regis dignitas patescit, innocentes absoluens, & reos suspendens. Deus bonus non esset, nisi esset iustus, & hominum moderaretur audaciam, lib. 4. cap. 11. num. 4. 5. 16. & 24. lib. sexto, cap. 10. nume. 1. & 2. cap. 11. num. 4. & 5. Deus reprehendendus non est, quia quosdam vult conuertere, alios pro auersione punire, lib. 4. cap. 17. num. 9. 19. & 20. Dicitur autem abscondere sapientibus, non apponendo velamen, sed subtrahendo lumen: abscondit, quia non reuelat. Sicut cor Pharaonis dicebatur indurare, quia illud non liquefaciebat, lib. sexto, cap. 9. num. 34. Coniungit autem vtrumque, abscondisti, & reuelasti, vt eius misericordiam semper iustitiæ coniunctam aduertas. Misericordia, & iustitia comitantur omnia opera Dei præsentia, & futura, lib. 4. capit. 11. nu. 19. vsque ad 22. 25. vsque ad 32. ca. 12. nu. 2. & 26. In Deo misericordia, & iudicium simul consideranda sunt, lib. 2. cap. 11. num. 11. 12. 18. 32. vsque ad 34. lib. 4. cap. 8. nume. 2. 3. 5. vsque ad 10. & 12. cap. nono, num. 13. 14. & 18. lib. 4. ca. 6. per totum docetur, quod semper in punitione miscet Deus misericordiam. Vnde Deũ oblitum suæ misericordiæ falso credunt homines, lib. 4. cap. septimo, numer. 23. capit. 12. num. 13. Dei iustitiam solam considerare nõ expedit, lib. 4. cap. 11. numer. 1. & 32. 34. & 35. Vnde cum Deus istum in profundum mergit, alterum a terra erigit, vt collocet cum principibus, Iudas suspenditur, Matthias collegio sociatur Apostolico: Angeli apostatæ cælo pelluntur, & homines illorum occupant sedes: Spiritus Domini malus exagitat Saul, & a die illa, cum primum spiritus Dei ab eo recedit, dirigitur in Dauid. Væ illi, qui cadit, & misere perit, qui diuinam experitur iustitiam; sed felix, qui illius occupat locum, vt diuinam experiatur misericordiam. Confidera in eos, qui ceciderunt, seueritatem, in te autem bonitatem. Gratiam suam quibus- *Rom. 9.*

dam

dam dat Deus, quibusdam non, vt ipsi cantemus misericordiam, & iudicium, libr. quarto, cap. 17. num. 10. & 11. Ideo subdit: Ita pater, quia sic placitum fuit ante te.

Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Laborare, hic accipitur pro affligi, & defatigari, aut molestias perpeti. Est autem triplex potissimum onus, a quo Dominus alleuat venientes ad se, & de quo in verbis his loquitur. Primo, est onus afflictionum, miseriarum, & curarum huius vitæ. Onus item carnis aggrauantis animã, de quo loquitur Sapiens: Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam a die exitus de
Eccles. 40 ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ in matrem omnium. Ab hoc onere alleuat Deus suos doctrina sua, ac spiritu suo, quia miserias vitæ patienter perferre donat, & curat, vel tollit, vel minuit, & temperat; ita, vt oneri non sint. In laboribus consolari nos debent, quæ perpessi sunt Sancti, lib. nono, capit. 15. num. 4. 5. 9. 11. 13. 14. 44. Laboribus abundat hæc vita, vt a mundi seruitute liberẽtur homines, ibidem num. nono, lib. decimo, cap. 1. num. 4, & 15. Labores eligebant Sancti potius, quam delicias, lib. nono, cap. 15. num. 11. 15. & 19. A laboribus ad requiem quomodo nos vocet Deus, cum potius ab otio ad labores veniant Christiani, lib. nono, cap. 15. num. 40. & 41. lib. vndecimo, cap. 1. num. 14. Patientiam miram laborum ostendit Iob vestimenta exuens, lib. 14. cap. primo, nume. primo. Patientia donum Dei est, ad quam testimonijs scripturarum adducendi sumus, ibidem num. 26. vsque ad 29. & 32. Patientiam in laboribus docuit Moyses in Aegypto Iudæis, &c. lib. 16. cap. 6. num. 2. & 3. Vita hæc laboriosa, & vacua est malis, bonis autem laboriosa, sed non vacua, lib. secundo, capit. 17. numer. 19. Vitam hanc laboribus cõsecratam docet introitus in illam, & exitus, libr. 5. cap. nono, nu. 14. & 15. lib. 11. cap. 10. num. 14. lib. 18. cap. 11. nume. 20. Vitam deliciosam dedit Deus homini in exordio mundi, qua quia abusus est, accepit hanc laboriosam, lib. 18. capit. 17. numer. sexto. Secundo, est onus peccatorum, & conscientię male sibi conscię, de quo dixit
Psalm. 37 Regius Vates: Iniquitates meæ supergressæ sunt, & sicut onus graue grauatæ sunt super
Zacha. 5. me. Et Zachar. Iniquitas sedebat super talentum plumbi. Peccata non sunt patranda propter internum conscientiæ testimonium, lib. primo, cap. nono, num. 13. lib. 3. cap. 24. nume. 19. Peccati pondus describitur, lib. secundo, cap. 10. num. 16. lib. 14. cap. 6. num. 6. 32. 36. & 41. cap. 13. num. 2. & 3. cap. 17. num. 21. lib. 18. capit. 14. nume. 5. Peccato re vera nulla adest voluptas, sed amaritudo eximia, lib. 14. cap. 11. nume. 2. 3. 6. 7. & 9. capit. 17. num. 24. vsque ad 26. Peccatum spina dicitur, quia dum delectat, quasi pungendo mentem lacerat, libr. 14. ca. 13. nu. 8. Peccati grauissimum onus deponendum est statim per pœnitentiam, li. 14. capit. 21. nume. 54. & 61. Peccati conscientia compungit, lib. 14. cap. 22. nume. 28. Ab hoc onere alleuat Deus suos, cum dimissis peccatis conscientiam eorum quietam in se facit, *Psalm.* ita vt dicat: Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. Conscientia viri iusti secura est, & pacata, peccatoris autem accusans, & turbata, lib. 3. capit. 24. per totum. Conscientia bona lætificat valde iustos, mala autem cruciat impios, lib. 18. cap. 14. num. 7. Tertio, est onus legis *Act. 15.* Moysi, a qua liberauit Iesus fideles, legem facilem, & suauem porrigens, lib. decimo, cap. 3. num. 2. 5. & 11. lib. 11. cap. 4. num. 6. lib. 10. cap. 3. num. 6. vsque ad 8. lib. decimo, cap. 3. nu. 13. Dicit ergo: Venite ad me omnes, qui vel afflictionibus, vel curis, aut vitiorum conscientia, aut Mosaice legis onere grauamini. Oẽs sine discrimine venite ad me, quia solus sum, qui exonerare possum, & remedium lassitudini præbere. Circumdantur mundani labore, *Hiere. 5.* vt concupitis fruantur. Docuerunt linguam suam loqui mendacium, & ut inique agerent, laborauerunt. Mundani enim delicijs dediti, sibi ipsis blandiuntur mentientes, quietem sibi in peccatis promittentes, sed duro labore absumuntur, vt inique viuant. Ego dixi in *Esa 49.* vacuum laboraui, & nane fortitudinem meã consumpsi. Ergo iudicium meum cum Domino, & opus meum cum Deo meo, quasi dicat: Post tot labores in cassum susceptos ad me reuersus dixi: Sine fructu tot annis laboraui, & iuuentutis fortitudinem consumpsi, melius est ergo labores meos ad Deum conuer- *1. Reg.* tere. Venite onerati ad me, quia instar David factus sum dux eorum, qui amaro sunt animo. Labores malorum intolerabiles, quos vt ebrij non sentiunt, lib. decimo, cap. primo, num. 8. 12. 14. & 15. Peccatores diabolum habent regem, a quo lacerantur, non Deum cõsolatorem, lib. quarto, cap. 33. num. 6. & 11. Peccatores esse sub sentibus delicias reputant, lib. 7. cap. 2. num. 18. Vocat autem Deus læsus, & rogat, quod inter eximia eius beneficia annumerandum est, lib. quarto, ca. 27. per totum docentur modi, quibus Deus alloquitur homines, & lib. 4. capi. 4. quod vocatio est ingens beneficium Dei.

Tollite iugum meum super vos, &c. & inuenietes requiem animabus vestris. Legem Euangelicam iugum vocat vinciens eos, quibus supponitur, vt non quocũque vult, vagetur caro. Qui carnis voluptates sequuntur suis desiderijs seruientes, viri Belial in sacra scriptura dicuntur, id est, absque iugo. Mun- *Eccles. 21* danorum enim iugum intolerabile. Via peccantium complantata est lapidibus, & post *Deut. 28.* hæc inferi, & tenebræ. Et in lege aiebat Deus: Quia noluisti seruire domino Deo tuo in gaudio, &c. Seruies inimico tuo, qui ponet iugũ ferreum super ceruicem tuam. At iustis est Deus in labore requies, in æstu temperies, in fletu solatium, in paupertate diuitiæ, in fame cibus, in siti potus, in nuditate indumentum.

Iustus

Prou. 4 Iustus enim audit dicentem Dominum: Ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris, non habebis offendiculum, nõ arctabuntur gressus tui. Aiebat Augustinus; *De Catechi. rudi.* Tu qui veram requiem post hanc vitam quæris, etiam hic eam inter amarissimas huius vitę molestias suauem, iucundamque gustabis, si Dei præcepta dilexeris: cito enim senties dulciores esse iustitię fructus, quam iniquitatis, & verius, atque iucũdius gaudere hominẽ de bona conscientia inter molestias, quam de
Hiere. 16 mala inter delicias. Seruiunt enim impij Dijs alienis, qui non dant eis requiem die, ac nocte, id est, nec ante impletum desiderium, nec eo repleto, requiem consequitur impius. At si iugum Domini tuleris, iuuat ille, vt in odorem vnguentorum eius curras. Tollere tantum iugum tibi præcipit Deus, cætera illius prouidentiæ committenda sunt, nec oneris, nec virium tibi cura demandata: ille vires dabit, qui iubet, ille onus, quod imponet, mode- *Bern. lib. sen tent.* rabitur, & ad portandum iuuabit. Mel & lac sub lingua tua: nam quod in lingua est, durũ sonat, sed habet virtus promissionem vitæ, quæ nunc est, & futurę. Labor in lingua, mel sub lingua, & supra linguam ineffabilia, quæ non licet homini loqui. Tollite iugum voluntarie, & gratanter, & dicite: Voluntarie sa- *Psalm.* crificabo tibi, &c. Diuinæ voluntatis operatio iugum quidem est, ceruicibus vulnera infligit, quo coercemur, ne liberi feramur, quo passionum impetus ducere nos voluerit.
Hiere. 31 Castigasti me Domine, & eruditus sum quasi iuuenculus indomitus. Dum mihi impositum est iugum legis, ne iam vager post greges sodalium mearum; nec timeam dicentem Pro- *Hiere. 2.* phetam: Cursor leuis explicans vias suas, onager assuetus in solitudine in desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui, nullus auertet eam, id est, qui legis iugum proiecit sãcti nostri Beniamin, vinculis diruptis, liber tota velocitate eo fertur, quo passionum impe- *Hieron. Ep. ad Fab.* tus impulerit eum. Aiebat Hieronymus: Duplicia legimus in Sacra scriptura vincula quędam, quibus ligat nos Deus, quæ voluntaria sunt, & vertuntur in amplexus, de quibus aiebat Esa. Et Sabain viri sublimes ad te transibunt, tui erunt, post te ambulabunt vincti *Esa.* manicis. De quibus dicunt mali: Dirumpamus vincula eorum. Alia vincula sunt malo- *Psalm.* rum, de quibus dicitur: Solue vincula colli tui captiua filia Sion. Et alibi: Solue colligationes impietatis. Liberi, & serui sunt iusti, *Esa. 58.* lib. decimo, cap. quarto, num. 14. 15. & 17. lib. 11. capit. 3. numer. 26. Seruitus vera in solis peccatoribus reperitur, lib. decimo, cap. quarto, num. 6. 7. 9. 11. 16. vsque ad 20. Non autem dicit tollite iugum super collum, licet collo animalium imponantur iuga, sed super vos. Nulla enim pars in Christiano debet esse sine iugo. Iugum imponendum est linguæ, quo frenetur, quod coerceat linguam a malo, ne hominum labia loquantur dolum; Iugum adhibendum cogitationibus, ne libere feran- tur ad malum; Iugum pedibus, ne veloces sint ad effundendum sanguinem; Iugum oculis, ne deprædentur animas in cunctis filiabus vrbis; Iugum cunctis sensibus, ne ascẽdat mors per fenestras nostras. Sensus equi sunt sine ratione currentes, anima autem moderari eos debet, lib. 16. cap. nono, num. nono. Sensus diligentissime custodiendi, lib. 18. cap. quinto, nume. 1. & 2. Tam ingens hominum perditio aperte docet, quod maxima illorum pars iugum super se non tulit, in quibus cuncti sensus feruntur, quo impetus tempestatis eos im- *Hiere. 2.* pulerit. Inclamat Deus: Tollite iugum; sed illi a sæculo confregerunt iugum, ruperunt vincula, dixerunt: Non seruiam viro, &c. Primum dixit tollite, & post impositum iugũ requies promittitur. In exordio enim dum virtutis, mandatorumque Dei iter ingrediun- *Psal.* tur homines, dicunt: Propter verba labiorũ tuorum ego custodiui vias duras, sed cum iugo fuerint assuefacti, viam mandatorũ Dei currunt. Vnde Esa. (Bernardus) Emere præ- *Lib. de con scientia.* cipiebat primum vinum, quod mordet, vt coluber, deinde lac quod dulcedinem præbet. Mandata Dei leuia fiunt expertis, lib. vndecimo, cap. quarto, num. 4. 9. vsque ad 16. Virtus vsu fit facilis, lib. 18. cap. 14. nume. 1. vsque ad 3. 11. & 22. Virtus, quæ onus, & iugum Christi est, ignauia nostra fit grauis, ibidem nu. 5. vide totum hoc caput. Dominus autem animabus requiem promittit, non corporibus, lib. vndecimo, cap. quarto, num. 4. Cum vocati sint homines ad fletum, & ad cingulum sacci, &c. Supra modum grauabatur Paulus in- numeris circumdatus periculis: hæc Sanctorum vita semper fuit. Iugum Christi gratanter accepit Franciscus: sed, obsecro, requiem inuenit corpori, qui in media hyeme nudus, & discalceatus incedebat? qui ardoribus Solis adustus, hominis effigiem vix ferebat? qui pane solo pascebatur? minime. Sed requiem inuenit animæ, quam Deus promisit, non cor- pori, quod vulneribus Christi lateri, manibus, ac pedibus impressis, ingentes sustinebat cruciatus. Lib. tertio, ca. primo, disseritur de carnis mortificatione, cui requiem non con- *Hiere. 6.* cedit Deus, sed animæ, cum dicit: Ambulate in via bona, & inuenietis refrigerium animabus vestris. Mandata Dei dulcia spiritualibus, lib. quinto, cap. octauo, num. decimo. In mandatis Dei implendis fictus labor est, non verus, lib. 7. cap. 3. nume. 20. & 21. lib. 11. cap. 4. nume. 16.

Discite a me, quia mitis sum, & humilis *7* corde. Has virtutes a se discere docet, quia omnibus sunt communes, & requiem animabus vnice prestant, & quæ maxime necessariæ sunt his, qui iugum Christi sunt portaturi. Ex superbia enim, & animi ferocia totus fere mortalium tumultus nascitur. Hinc enim scatet ambitio, pecuniæ libido, vindictæ cupido, liuor, bella, seditiones. Qui humilis est, non inquietatur honorum mundanorum cupiditate, non effertur in prosperis,

non

non deijcitur in aduersis. Qui mitis est, non perturbatur iniurijs, non cogitat de vindictæ illatione, nec contentionibus disceptat, sed pacem mentis, quæ omnem sensum exuperat, in omnibus retinet. Sicut ergo ex duobus illis vitijs maxime omnis inquietudo mentis oritur, ita ex duabus his virtutibus animarum quies potissimum paratur. Mansuetudinem docet primum, quæ iram moderetur: humilitas autem præcipue respicit subiectionem hominis ad Deum, propter quem etiam alijs humiliando se subijcit. Et licet maior sit humilitatis virtus, quæ Deo nos subijcit, quam mansuetudinis, quæ indignationi in proximum frenum imponit, Deus tam vehemẽs amator hominum, prius iram coercet, quam superbiam. Mansueti enim deliciabuntur, vt Græca habet lectio, in multitudine pacis, quia mã suetudo custos est fidelissimus pacis. De Mansuetudinis laudibus vide lib. 14. cap. 1. potissime, nu. 1. vsq; ad 3. 5. 16. 17. 19. 20. 21. & 31. De malis iræ, quã moderatur, li. 9, c. 7. li. 14. c. 1. nu. 11. 18. 20. & 33. De laudib. humilitatis, li. 8. c. 5. vsq; ad 8. & li. 16. c. 13. vbi superbiæ narrãtur damna. Alius horum verborum, discite a me, sensus est. Ne vereamini ad me venire, qualescumque sitis, iugum meum tollere. Nõ cur ad me mitem, & humilem accedere metuatis, cogitantes quod venientes repellã, sed inuenietis requiem animabus vestris; eã scilicet, quæ oritur ex fiducia remissionis peccatorum, & benignitatis diuinæ.

8 Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Mandata Dei quidam credunt vocari suauia, eo quod palato mentis sint delectabilia, his, qui febricitanti palato infecti nõ sunt, *Psalm. 18* dulciora super mel, & fauum. Vel dicit iugũ suaue, & onus leue, ad distinctionem illorum onerum, & iugorum, quæ dæmon suis imponit, quod quamuis prima specie blandum sit, & carni suaue, tamen re vera molestum est, & asperum, vt quod grauissimos sæpe labores, & pericula hominem subire cogat. Leuitas autem Euangelij consistit in præceptorũ paucitate, & vtilitate, & quia ad legem implendã valde iuuat Deus. De pondere autem rei iudicandum est, non secundum vires ægroti, sed hominis sani; & de suauitate, non secundum gustum febricitantis, sed valentis. Mandata leuia dedit Deus in Euangelio, pascens melle ex petra, lib. tertio, cap. nono, nume. 45. Mandata Dei leuia dicuntur, cum Iudaicis comparata, lib. vndecimo, cap. 3. numer. 13. capit. 4. nume. 4. Qui allegant mandatorum grauitatem, & propriam imbecillitatem, duplici ignorantia Deum accusant, lib. 11. cap. 3. num. 16. & 17. Mandata Dei dulcia sunt, & si febricitantibus talia non videantur, ibidem num. 29. & cap. quarto, nume. primo, & 16. Grauia illi, in quo est desidia, non autem solicito, & vigilanti, lib. vndecimo, cap. 4. numer. 1. vsque ad 3. 11. 12. 14. vsque ad 16. Mandata Dei faciliora sunt his, quæ dæmon præcipit, & tamen ille contemnitur, iste magni penditur, libr. 18 cap. 11. numer. 12. Ex his, quæ diximus, vult Ecclesia, vt admirandi viri Francisci eximiã coniugamus sanctitatem. Iugum mandatorũ Dei, consiliorumque eius ardenter amplexus est, carnis mortificationi deditissimus a Deo inter plerosque Sanctorum mansuetudinis, & humilitatis admirandus sectator effectus est. Omnium virtutum custos humilitas copiosa virum Dei vbertate repleuit. In propria re- *Surius. Bonauent.* putatione nihil erat, nisi peccator, cum re vera totius sanctitatis esset speculum, & splendor. Studebat tamquam Christi discipulus in oculis suis, & aliorum vilescere. Christi dictũ memorans: Quod altum est apud homines, *Luc. 16.* abominatio est apud Deum. Gaudebat de opprobrijs, & de laudibus tristabatur. Et ideo sæpe cum populi merita in eo sanctitatis extolleret, præcipiebat alicui fratri, vt in contrarium verba ipsum vilificantia proferret. Cumq. frater ille, licet inuitus, eum rusticũ, mercenarium, imperitum, & inutilem diceret, exhilaratus tam mente, quam facie respõdebat: Benedicat tibi Dominus, fili charissime, quia tu verissima loqueris, & talia filium Petri Bernardonis decet audire. Accidit semel, vt infirmitate grauatus rigorem abstinentiæ pro recuperanda sanitate modicum relaxaret: viribus autem corporis vtcumque resumptis, verus sui contemptor ad propriæ carnis animatus opprobrium surrexit. Sanctæ humilitatis spiritu inflammatus, & in platea ciuitatis Assisij populo conuocato solemniter cum fratribus multis, quos secum adduxerat, maiorem intrauit Ecclesiam, funeque ad collum ligato, nudum cum femoralibus solis in oculis omnium se trahi præcepit vsque ad lapidem, in quo malefactores puniebantur. Super quem conscendens, licet quartanarius esset, & debilis, acerbi frigoris tempore, audientibus cunctis, asseruit; Se non tamquam spiritualem honorandum fore, sed tamquam carnalem, & glotonem ab omnibus contemnendum. Igitur, qui conuenerant, tam ingenti viso spectaculo, admirati sunt, & quia ipsius iam austeritatem nouerant, deuotione compuncti, humilitatem huiusmodi admirabilem magis, quam imitabilem proclamabant. Multa quidem in hunc modum sæpius faciebat, vt exterius tamquã vas perditum fieret, & sanctificationis spiritũ interius possideret. Repetebat frequenter: Latroni si tanta contulisset altissimus, gratior te foret Francisce. In contemnendis diuitijs, honoribus, dignitatibus, admirãdus fuit. Cũ in niuis congeriem nudus proiectus audiret dicentem: Iace rustice præco Dei, nec verbum respondit; insultantique fratri, (qui ipsum extremo frigore periclitantem alloquebatur, vt modicum sudoris illi venderet) non indignatus respondit, illum se Christo vendidisse, & quidem magno pretio. Cum a pueris luto, & paleis impeteretur, in nullo motus est. Qui ergo mansuetudinis, & humilitatis Christi tam egregius sectator fuit, illius

lius plagis magnificatus est, ex quibus coniectarent homines illum Iesu Domino similimum: discipulus magistri effectus in vilibus dignitate magnificatus est. Plagarum vulnera gestabat in corde, vt illud Deo consecratum ostenderet: in manibus eximia virtutum opera: in pedibus affectus, quæ omnia Christum crucifixum redolebant. Tamque ingens in verbis incendium erat, vt cum semel in æde portiunculæ fratres alloqueretur, Assisij ignis visus est Ecclesiam comburere, cui cum ciues properarent extinguendo, Sancti patris, discipulorumque verba flammantia tale quid apparere fecerunt quia Sanctorum minimo in oculis suis data est gratia hæc euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare, &c.

In festo S. Lucæ.

IN FESTO SANCTI LVCAE Euangelistæ.

Euangelium.

Designauit Dominus Iesus. Luc. 10.

Vide in festo S. Marci.

In festo Ss. Simonis & Iudæ.

IN FESTO APOSTOLORVM Simonis, & Iudæ.

Euangelium.

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Ioann. 15.

De dilectione proximi in enarratione illorum verborum: Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, diximus multa in festo S. Barnabæ Apostoli.

In ea uerba: Si de mundo fuissetis, mundus, quod suum erat, diligeret, docentur multa feria 3. Dominicæ in Passione, ubi eadem repetuntur uerba Lib. 1. cap. 23. de laudibus Apostolorum.

1 QVM ad memoriam reducit Ecclesia sacros Apostolorum triũphos, egregias coronas, quæ pro Magistro pertulerunt tormenta, cælestem illorum prædicationẽ, innumeros, quos in ea exequenda perpessi sunt labores, dum alicuius ex illis notanda in Euangelio mentio non fit, illis vtitur Euangelijs, in quibus Dominus Iesus transiturus ex hoc mundo ad patrem dilectionem proximorum ipsis instantissime commendauit, charitatis præceptum memorans, quo omnia difficilia facilia redderet, & amara dulcia, lib. tertio, cap. secundo, num. sexto, vsque ad 8. 17. vsque ad 20. 27. 29. 30. & 48. Charitas probat quod discipuli Christi sumus, lib. primo, capit. 12. numer. sexto, capit. 15. numer. 12. 13. & 19. In cuius executione eximia eorum laus continetur, vtpote quos tanto fecit Deus cæteris hominibus præstantiores, quanto maiori proximorum dilectione eos donauit, quæ totius boni, quod illorum medio mundus cõsecutus est, exordium fuit, in ea miranda ipsorum inuenitur sanctitas, eximiaque vtilitas orbis, qui ad Christum adductus est. Dum enim charitas patiens est, benigna, &c. non quærit, quæ sua sunt, &c. lib. tertio, capit. secundo, nume. 10. vsque ad 18. 42. vsque ad 44. tolerat aduersa patienter, uincereque satagit in bono malum, ei benefaciens a quo iniuriam reportauit, eum, a quo uerbera, & vulnera accepit, dum instanter diligit, ad bonum trahere nititur, lib. 14. cap. primo, nume. 31. Hac charitate firmati A- 2 postoli adamantini effecti sunt, lib. primo, capit. 23. nume. sexto, septimo, & 10. 12. 14. vsq. ad 16. Apostoli ignei homines mira operati sunt, libr. 16. capit. 12. nume. 15. Cum Abraham audisset a Regibus barbaris captiuatũ *Genes. 14.* Loth filium fratris sui, & cuncta, quæ illius *& 15.* erant, numerauit expeditos vernaculos suos, & percussit hostes, reduxitque Loth fratrem suum cum substantia illius, mulieres quoque, & populum Sodomorũ, &c. qui captiui fuerant ducti, cui obuiam veniens Melchisedech Rex Salem Sacerdos Dei altissimi benedixit ei, et ait: Benedictus Abraham Deo excelso, & benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes in manibus tuis sunt. Quibus transactis, audiuit Abraham Deum dicentem: Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis, &c. suspice cælum, & numera Stellas, si potes, sic erit semen tuum. Dum reducendo fratri, & liberandis proximis de manibus hostium intrepidus venit Patriarcha, proprioque periculo posthabito, aliorum vtilitati cum suis intentus fuit, insignem de hostibus victoriam reportauit, benedictionem a Rege Salem Melchisedech consecutus est; Dominũ meruit protectorem; ipse merces eius, nõ quæ liscumq. sed magna nimis; semen eius simile Stellis cæli futurum promisit. Licet. n. cum audisset iubẽtem Dominum, vt egrederetur de *Gen. 12.* terra sua, accepisseteq. eius rei mandatũ, promissionem accepisset: Faciã te in gentem magnã, & benedicam tibi; tamẽ hostibus expolia tis, maiora promissa sunt, potioraq. dona consecutus est; illius semen Stellis simile futurũ *Gen. 13.* dixit, de quo antea promiserat: Faciam semen tuum, sicut puluerem terræ. Sic cum primum Apostoli vocati sunt, egregias certe assecuti sunt promissiones, quod forẽt hoĩum piscatores, at cũ vt Christi legatione fungentes lucro proximorũ intenti, homines a fauci bus tæterrimi draconis eripere gestiẽtes, nulli parcentes labori, nulli incommodo, mortem contemnentes facti velut oues occisio-

S. Tho. 22. q. 161. artic. 1. & 2.

Orig. ho 2. in psalm. 36.

Iansenius.

Pron. 4 nis, mundum circumeuntes sine pera, & calceamentis, nudi hostium armatam multitudinem, vt tenerrimi ligni vermiculi, lib. primo, cap. 23. num. 5. Dum in gentium conuersione valde lætificati sunt, lib. primo, cap. 14. nume. 4. Quorum munus fuit filios generare Christo, lib. primo, cap. 23. num. 13. Duces effecti, vt contra Amalech præliarentur, ibidē nume. 29. 31. & 32. Viri misericordiæ effecti, num. 33. Dum dilectioni proximorum inuigilabant ardenter, qui hoc acceperant mandatum, vt mutuo se diligerent, dum hostium turmas, non trecentis decem & octo vernaculis, aliisque multis, sicut Abraham comitati, sed nudi ingressi sunt, charitate proximorum duce, qua insuperabiles sunt effecti, non vnū fratrem, sed infinitos pæne homines idolatriis, innumerisque vitiis deditissimos ab hostium cladel iberantes, digni, vt audirent eorum semen stellis cæli simile futurum, dum cunctis rebus contemptis, in cælo iam consisterent terreni homines. Dum hi mortui quidem, sed victores ad propria redeunt, præmittentes varia hostium spolia, obuiū habuerunt verum Sacerdotem Christum Dominū, a quo in omni benedictione spirituali in cælestibus sunt benedicti: Deusque, qui protector eorum fuerat effectus, dum prœliarentur, libr. tertio, cap. nono, num. 3. 7. 8. 19. & 49. iam eorum merces effectus est, magnaq. nimis, dum ad maiora assumpti sunt præmia, libr. primo, cap. 23. num. 30. Nec illi soli Stellis comparantur, quas excedunt in multis, ibidem num. 19. & 22. lib. 16. cap. 12. nume. 12. sed, & eorum semen, fulgere docentes alios, quasi Stellæ in perpetuas æternitates, his in claritate, & in *Dan.* multitudine recte comparati, qui Christo Domino post aduentum Spiritus sancti immobiliter adhæserunt. Cumque aliquando homines multa illis offerrent, mundo dicebant: Da mihi animas, cætera tolle tibi. Clamantes: Non quærimus vestra, sed vos, quos ardenti diligimus amore; vtpote, qui proficiscētem Dominum audiuimus mandantem, vt diligamus vos. Et sicut, cum ad bellum descenderēt serui Dauid, audiebant ipsum clamantem, & mandantem cunctis: Seruate mihi puerum Absalon, ita cum verus Dauid, Dominus Iesus in cælum pergeret, hominum amorem nobis suasit, & vt indigni homines ab extremo seruarentur supplicio lib. primo, capit. 15. nu-
Epi. ad Damas. mer. 23. Hac de causa Hieronymus vocat charitatem forcipem illum, quo Angelus labia mundauit Esaiæ, quo idoneus fieret Prædicator, vt flammantibus lingua, & corde, diuinā legationem cum multo animarum lucro exequeretur. Ita & Apostoli a Christo Domino, magni consilij Angelo, inflammati, qui quod præcipiebat, dabat, legati in orbe missi sunt, ingens animarum lucrum reportantes. In hac etiam proximorum admiranda dilectione Deo similes effecti sunt Apostoli, qui sic homines dilexit, vt filium suum vnigenitum daret. Christi enim amor ineffabilis est, lib. primo. capit. sexto, nume. 23. 25. 26. & 28. lib. quarto, capit. tertio, num. nono. 17. 20. lib. 1. capit. sexto, numer. quinto, 20. & 25. In hocq. amor Dei apparet eximius, quod quasi inuitos nos retrahere conatur a malo, lib. primo, cap. sexto, nume. 10. 12. & 17. Amore maximo dicitur tribulari Deus, quando homo tribulatur, ibidem nume. 25. Diesque luctus sui dicit, quando nos peccamus, lib. quarto, cap. septimo, num. 1. 2. & 19. Amor Dei ingens, dum Prophetis, & Prædicatoribus non parcit, vt peccatoribus parcat, ibidem numer. sexto. Quod Iesus nos rogat, lib. quarto, ca. decimo, nume. 4. 5. 7. 10. & 12. Ardenter siciebat hominum salutem, quando ipsi pretium eius cogitabant repellere, lib. quarto, cap. 23. num. 9. In hoc Apostoli sancti similes facti sunt Christo, dum eximio proximorum amore tenerentur: Primum, quod homines, quasi nolentes, a malis diuellere conabātur, indefesse laborantes, minis, pollicitationibus, argumentis multis eos a peccatis reuocare satagentes, quod charitatis Dei proprium erat. Et sicut læsus Dominus lædentes rogabat, vt reconciliarentur illi, Deo exhortante, per ora Apostolorum, qui obsecrabantur pro Christo, vt reconciliarentur Deo, ita eximius Apostolorum in proximos amor is erat, vt verberati ipsi, lapidati, alapis cæsi, &c. maledicti benedicebant, blasphemati blasphemantium postulabant salutem: omnes hos cupientes in visceribus Iesu Christi: Optabā omnes vos esse, sicut ego sum exceptis vinculis his, aiebat Paulus. Cum Barbari pretiū illorum cogitarent repellere, illi currebant in siti, vt animas illorum lucrifacerent. Tribulabantur hi, cum tribularentur proximi dicentes: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Indefessa in eis erat sollicitudo omnium Ecclesiarum. Sibi ipsis non parcentes, salutem, vitam, honorem contemnentes, proximorum saluti inuigilabant. Ignei effecti, qui audierant: Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem, aiebant fratribus, immo inimicis, qui eorum sanguinem sine intermissione sitiebant: In cordibus nostris estis ad com- *2. Cor. 7.* moriendum, & conuiuendum, id est, viuo si vos viuitis, si autem vita caretis, & ego morior. Quoniam ego libentissime impendā, immo & superimpendar ego ipse pro animabus vestris. Tantoque proximorum amore tenebantur, vt cum ardentissime cuperēt dissolui, vt Christo fruerentur, cū manere in carne necessarium crederent propter homines, alacri ter dicebant: Manebo, & permanebo in carne ad profectum vestrum. Hoc enim eximiū a *1. Cor. 9.* Deo consecuti sunt homines beneficiū, quod *S. Th. lect. 4.* sicut olim in veste summi Sacerdotis Aa- *Sapien. 18* ron totus erat orbis terrarum descriptus, vt de cum incendium populum vastaret in vestitu poderis veniens amputauit impetum diuinæ indignationis, sic in visceribus Apostolorū cuncti homines latebāt, quorū amore obuiā proce-

dedebant flammis iram Dei moderantes.
4 Proximos sic diligebant Sancti, vt hāc vitam propter eos libenter optarent, lib. primo, capit. 14. num. 14. 24. vsque ad 26. capit. 18. num. 24. lib. 16. cap. septimo, num. 17. Proximorum mala propria vocabant Sancti, lib. primo, capit. 14. num. nono, 12. 13. 19. vsque ad 23. libr. nono, cap. 16. nume. 6. Proximorum bono nimis intenti erant Sancti, lib. primo, cap. 8. nu. secundo, capit. 13. num. secundo, cap. 14. num. primo. 10. 11. & 22. 23. 25. & 30. capit. 15. num. sexto, vsque ad octauū. Proximorum dilectio reddebat Sanctos Deo gratissimos, li. primo, cap. 14. num. 27. cap. 15. num. sexto, vsque ad 9. Proximum diligentes Deo similes efficiūtur, lib. primo, cap. 15. num. 24. capit. 16. nume. 12. Denique mandati huius adimpletio in ingentem cessit laudem Apostolorum, quia charitas est radix, & finis omnium virtutum, totiusque Christianæ vitæ fructus, sicut egregie *Tract. 87. in Ioan. 15.* adnotauit Augustinus in illis verbis, quæ Apostolis dixerat Iesus: Ego elegi vos, vt eatis, & fructum afferatis, &c. & statim: Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem, &c. Elegi, inquit, vos vt fructum afferatis mutuæ dilectionis de corde puro, conscientia *Galat. 5.* bona, & fide non ficta. Vnde Paulus inter fructus spiritus primum posuit charitatem cæterorum radicem, a quo cęteri prodeunt. Et quia tota lex in hoc verbo instauratur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Charitas fons est omnium donorum, & via ad ea consequenda, lib. tertio, cap. secundo, nume. primo, 21. 22. 31. 42. vsque ad 44. Charitas generat virtutes omnes, & necat vitia, ibidem nume. decimo, vsque ad 18. & 49. De laudibus charitatis, ibidem nume. primo, vsque ad 5. Charitas inchoata, inchoata iustitia est, & perfecta, perfecta nume. 27. Quę lex multiplex dicitur, quia licet vna sit, si perfecta fuerit, ad innumera opera accendit, ibidem numer. 42. vsque ad 44. Cum ergo in diligendis proximis cunctos excelluerint Apostoli, in cæteris etiam virtutibus extitere eminentio res. Præterea, cum ingens mundi odium contra illos, inuisas persecutiones, & Iudæorū, & gentium referre voluisset Dominus, proximorum dilectione muniuit eorum animos, ne vincerentur a malo, sed potius vincerent in bono malum, & pro odio rependerent charitatem. Diligentes enim diligere mirum non est, cum Ethnici hoc faciant. Vnde in prima Euangelij prædicatione, cum proximorum delectionem suaderet, dixit: Ego *Matth. 5.* autem dico vobis, diligite inimicos vestros: orate pro persequentibus, & calumniātibus vos, vt sitis filij patris vestri. Ecce Euangelicæ legis exordium, consummatio etiam: Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Similes magistro effecti, qui cum maledicerētur, nō maledicebat, &c. sed cum clamore valido, & lacrymis pro crucifixoribus precabatur inimicis. Malum pro malo reddendū non est, lib. primo, cap. 12. numer. 1. 8. 12. vsque ad 36. 37. 43. 48. & 60. lib. tertio, cap. secundo, nu. 35. lib. nono, cap. 7. num. 18. Inimicos beneficijs expedit mansuescere, lib. primo, c. 12. nume. 16. vsque ad 18. 52. & 57. lib. nono, cap. quarto, nume. 3. & 4. Inimicis benefacere grandis est perfectionis, lib. primo, cap. 12. numer. 48. vsque ad 52. lib. 13. cap. octauo, num. 14.

Sed aduerte, quod cum supra dixisset: Hoc est 5
præceptum meum, vt diligatis, &c. addidit: Ego elegi vos; similiter, & in hodierno Euangelio, post ista verba: Hæc mando vobis, subintulit ēt; Ego elegi vos; vt doceret, quod neminem eligit ad bona, qui proximum non diligat, & illi beneficiat. Sic seruus Abrahæ cum de eligenda vxore domino suo Isaac Dominū *Gen. 24.* precaretur, vt eam copularet filio Abrahæ, quæ tali viro digna esset, hoc postulauit pro signo: Puella, cui ego dixero: Inclina hidriam tuam, vt bibam; & illa responderit: Bibe, quin & camelis tuis dabo potum, ipsa est, quam prę parasti seruo tuo Isaac. Non immerito vir iste *Oleaster.* hoc potius signo, quam alio vxorē domini sui voluit cognoscere; vt eam, scilicet, Dominus Isaac eligere didicisset, in qua charitas, & dilectio proximi reluceret, quæ libenter, & sibi; & camelis suis hauriret aquam, Vt hos ad bona eligendos a Domino scias, qui alacriori animo proximorum indigentiis succurrere nouerint. Sic & Moyses antequam ad eximiā dignitatem promoueretur, vt Israelitici populi fieret dux, miraculorum, & virtutum potentia clarus, animaduertit in eo Dominus multæ dilectionis signa, dum & Aegyptiū percutientem Iudæum interemit, fratris quidē amore actus, licet male priuata auctoritate iniuriam facientem Iudęo interemisset, & iterum alterum iniuriam inferentem fratri reprehendisset, in quo manifesta dilectionis signa præcedebant, quæ in melius mutata, illum tanti officij dignum reddidissent. Sic & Abraham pater multarum gentium factus est, cum vindicando consobrino intentissimus fuit. Ita & Apostolis dicitur: Hæc mando vobis, &c. vt proximi dilectio- *Gen. 14.* ne perfecti exequendo tanto muneri idonei reddantur.

Si mundus vos odit, scitote quia me prio- 6
rem vobis odio habuit, &c. Sed quia ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. In re hac intoleranda apparet hominum impiorum perditio, execranda malitia, virtutis odium eximium, dum nulla existente ratione, eos odiunt, & persequuntur, qui murum se opponunt validissimum, quo iram Dei contra impios insurgentē moderentur, dati in murum æneum, ad quos confugiant, vt *Hiere.* indignatū Deum ultorē nō sentiant. Iusti in causa sunt, vt Deus parcat multitudini, li. 4. c. 3. nu. 10. li. 5. ca. 4. nu. 2. 4. 5. & 8. cap. 8. nu. 4. vsque ad 6. 9. 13. & 15. Illorum causa oriri facit Solem suum super illorum domos. Vnde sicut intoleranda insania esset hominum, qui ab inimicis potentissimis circumdati, intra vrbem armis destituti, imbe-

cilles murum non solum non conseruarent, sed suffoderent, militumque eos tuentium odio ferrentur, quibus insidias pararent, vt perderent, quibus deficientibus, protinus & ipsi misere perirent; hæc stulta impiorum feritas est, qua iustos odiunt, & persequuntur, a quibus defenduntur, &c. Dum hi accipientes armaturam Dei, ipso ita disponente, resistunt in die malo, hoc est, cum iratum senserint Deum aduersus eos, qui præsidio destituti, vagi, & profugi dicunt: Quicumque inuenerit me, occidet me. Hæc intolerabilis malitia, qua eos odiunt, & persequuntur, qui nec verbis, nec factis vsquam noxij fuerunt, sed potius tutati semper sunt, pront licuit, diuitias, famam, honorem, & vitam impiorum. Hanc iustæ indignationis causam retulit Dauid contra Nabal, quod ex multis annis saluos fecisset suos, & sua: *1. Reg. 25* Numquam tuis pastoribus molesti fuimus, nec aliquando defuit eis quidquam de grege omni tempore, quo fuerunt nobiscum in Carmelo. Ad quid tanta beneficiorum commemoratio? Vt quodcumque inuenisset eius manus, *qual quier cosa*; da seruis tuis, & filio tuo Dauid. Audiensque verba amoris, & humilitatis plena durus homo respõdit: Quis est Dauid, & quis est filius Isai? Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum, quæ occidi tonsoribus meis, & dabo viris, quos nescio vnde sint? Cumque audito nuntio, pergeret Dauid indignans, vt cuncta, quæ illius erant, deleret, hanc iustam vindictæ referebat causam, quod reddidisset illi malum pro bono. Vt autem iustam iram Regis moderaretur Abigail, stultitia plenum vocauit virum suum, &c. Non hanc solam recensuit Dominus impiorum nequitiam, quod Apostolis ingrati extiterint, hominibus, a quibus tanta reportarent commoda, pro muro erant eis tam nocte, quam die, non quidem ne perirent greges, sed ne ipsi æternis traderentur incendiis, & tamen eos vsque ad mortem execrando odio persecuti sunt. Hoc virtutis odium, quod, cum nulla alia fingi valeat ratio, persecutionis iustorum tam acriter virtutis sunt hostes, vt vbicumque eam repererint, insani ad trucidandos, vel odiendos virtutum sectatores immaniter ferantur. Lib. tertio, ca. 17. nume. octauo, & nono docetur, quod inimicitiæ malorum cum bonis non est alia causa, nisi quod hi boni sunt. Iusti in infamiis, persecutionibus, & laboribus, vnde debeant consolari, libr. nono, cap. 15. & 20. Mali cruciantur, visa bona vita iustorum, lib. primo, cap. 25. num. 6. Mali persequuntur iustos, quia eis in malum non consentiunt, lib. quinto, cap. 4. nume. 12. Mali, quia sine causa odiunt iustos, modo vnam, iam aliam fingunt causam, libr. nono, cap. 20. num. 3. Detestantur enim illos, quia iusti sunt, ibidem nume. octauo, 13. & 18. lib. 11. cap. quintodecimo, numer. 22. & 23. capit. *Ioann. 15* 16. numer. duodecimo, & 13. Vt enim ait Sanctus Thomas, in amore concupiscentiæ similitudo est causa odij, id est, quia malus dignitatem, officium, feminam, quam diligo, a me tollit, ipsum odio prosequor. At in amore amicitiæ mali se diligunt ob similitudinem, sicut scriptum est: *Dulcis fuit gla* *Iob 21.* reis Cocyti, quia conuersatio impij est acceptabilis malis. Cocytum fluuium inferni fingebant Poetæ, cuius glareas dicebant esse impios, quibus dulces sunt, & grati, qui illis sunt similes. Non autem parum pios cruciat, quod tantam experiuntur ingratitudinem, pro tantis laboribus, quos perpessi sunt, vt impiis benefaciant. Cumque posset Dominus in exemplum adducere gentiles, qui ingratitudinem mundi experti sunt, Camilli, Scipionis, Lycurgi, Themistoclis, &c. Nam etiam inter Ethnicos, quo magis quis saluti Reipublicæ, & populi commodis consuluit, eo pertinaciori odio a mundo tractatus est. Poterat item Prophetarum exempla adducere, qui & ipsi odium mundi experti sunt: Quem enim Prophetarum non *Act. 7.* occiderunt patres vestri? dixit Stephanus: *Amos 5.* Odio habuerunt corripientem in porta. Achab Micheam odiebat, Iezabel Heliã, &c. Omnibus tamen omissis, se adducit in exẽplum. Prima ergo consolatio est, quod nihil noui nobis accidit, vetus mundi ingenium est, quod ingratus est in bene consulentes. Nemo ueſtrum patiatur, ut fur, *1. Petr. 4.* aut maledicus, si autem vt Christianus non *& 2.* erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine. Et alibi: Hęc est gratia si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, &c. Quæ est enim gratia, si peccantes, & colaphizati suffertis, &c. vsque, vt sequamini vestigia eius. Ille enim imitatione patitur Christi, qui persecutionem experitur, quia verax, quia iustus. Odio quidem ab omnibus haberi miseriarum temporalium videtur maxima, talemque credidit Cain dicens: Quicumque inuenerit me, occidet me tamquam hostem. Inter egregias Moysi laudes hanc numerauit Sapiens: Dile- *Gen. 16.* ctus Deo, & hominibus. Ferique hominis Ismaelis hanc futuram dixit Angelus conditionem, quod e regione omnium fratrum suorum figeret tabernacula sua, manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum. Hic erit ferus homo. Hi quidem aliorum odium sunt experti, quia peccatis implicati cunctos etiam odio prosequebantur. Non proponebam ante oculos meos *Psal. 100.* rem iniustam facientes: præuaricationes odiui, detrahentem secreto proximo suo hunc persequebar. Est odibilis, qui procax *Eccles. 20.* est ad loquendum. Multi enim in Republica sunt, qui a nullo diliguntur, quia superbi detractores, &c. de quibus vulgo dicimus, *que no saue hazer carrera a vn ciego*, diliguntur autem, qui cunctis desiderant benefacere, neminem lædunt, &c. Odiuntur autem iusti, quia operibus sceleratorum con-

Epist 17. contrarij sunt, in quo ipsi maxime debent gaudere, sicut de sancta Paula retulit Hieronymus, quod multas patiens contumelias, exhilarata animo aiebat: Hæc omnia, Domine, venerunt super nos, nec obliti sumus te, & inique non egimus in testamento tuo; malum, scilicet illis pro malo reddẽtes, &c. *Prouerb. 1* Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Si dixerint venite nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem, deglutiamus eum sicut infernus viuentem, omnem *Hieron.* pretiosam substantiam reperiemus. Addit: Frustra iacitur rete ante oculos pennatorũ, id est, frustra laqueus persecutionis, & mortis tenditur Electis, qui habent pennas virtutum, qui habent oculos mentis, quibus cernunt, quod imitatores Christi effecti audiunt: *Luc. 21.* Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, & capillus de capite vestro non peribit. *Aug. Ser. 6. de verb. Dn. in Matth.* Graues retulerat Lucas persecutiones Apostolis inferendas: Iniicient vobis manus suas, &c. & concludit, capillus de capite vestro non peribit, id est, *Psalm. 51* (Augustinus) insidiatur contra te potens, acuit nouaculam vnde capillos radat, non vnde caput incidat. Vnde Dauid dolum potentis nouaculæ comparauit, quia ad pilos tantum radendos, & superflua tollenda admittitur. Immo nec capillus de capite tuo peribit, dum famæ, honori, & saluti prouidetur iustorum. Cumque Dauid tantas, tamque ingentes passus fuisset persecutiones ab impio socero, cui tanta exhibuerat beneficia, quæ Regnorum narrat historia; illius persecutiones nouaculæ comparauit pilos scindẽti. Mundus odit iustos, quia huic sæculo non conformantur, lib. primo, cap. 18. nume. 18. lib. secundo, cap. sexto, num. 20. & 21. libr. 11. capit. 14. num. decimo, & 11. Mundi odium contemnere debent iusti, lib. octauo, cap. nono, num. 1. Mundus odit eos, qui prædicant veritatem, lib. 11. cap. 14. numer. 13. & 15. Odium mundi contristare nõ debet Sanctos, lib. secundo, capit. sexto, numer. 4. 5. 20. & 21. Odium, quod iusti patiuntur a peccatoribus, vnde oriatur, ibidem. Odio haberi pro peccatis malum est, odium autem mundi in iustum contemnendum est, lib. octauo, capit. 9. nume. 1. Immo dilectione vincendum. Vnde cum odiendos Apostolos docere voluisset, præmisit dilectionis, & charitatis mãdatum. *22. q. 136. ar. 2. ad 1.* Vt in plurimum enim persecutiones comitatur tristitia, ira, odium, illatioque nocumenti, quod conatur inferre, qui persecutionem patitur. Quæ omnia moderatur charitas, ait sanctus Thomas. Tristitiam coercet patientia, iram mansuetudo, charitas per se odium, iustitia iniustitiam, quam læsus lædenti nititur irrogare.

8 Mementote sermonis, quem ego dixi vobis. Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, &c. Quomodo audebit dulcia appetere, qui videt Dominum suum spinis coronatum? Elegit nos Deus, vt simus *Rom. 1.* conformes imagini filij sui. Si Dominus mala patitur, & seruus patiatur. In Numer. *Nume. 1.* præcipiebat Deus, vt Leuitæ castrametarentur in circuitu tabernaculi, &c. Ad quid, *& 18.* Domine, vis custodiri? itinerantes, & defessos Leuitas vis, vt vigilent per noctem? vtique. Quia non est seruus maior Domino suo. Si Arca vigilat, etiam Leuitæ comitentur.

Si sermonem meum seruauerunt, & ve- 9
strum seruabunt. Si mihi crediderunt, & vobis credent. Monet Apostolos hoc verbo, ne ideo a prædicatione cessent, si pauci credant. Nam & Christo pauci crediderunt. Et Moyses fidelis in domo Dei vix duos in *Num. 14.* terram promissionis induxit. Et Prophetæ conquerebantur se non audiri. Vnus dicebat: Domine, quis credit auditui nostro? *Esa. 53.* Et alibi: Hęc dicit Dominus, vt reducam Iacob ad eum, & Israel non congregabitur. Et *& 49.* Oseas: Ego erudiui eos, & ipsi cogitauerunt *Oseæ 7.* in me malitiam. Agricolæ munus est agrum colere diligenter, fructum autem Deo committere. Prædicatores, etsi populus non emendetur, ab hoc munere cessare non debẽt, lib. 14. cap. 26. nume. septimo, vsque ad 14. 17. vsque ad 20. 32. 33. & 43.

Odio habuerunt me gratis, tolerabile si- 10
quidem est apud mundum saltem, si quis prouocatus aliquem odiat. Cæterum quis ignoscat illi, qui bene merentem odio prosequitur? Gratis ergo odiebant Christum, quia nihil mali illis fecerat; gratis, quia summæ dilectionis materiam illis præstabat; gratis, quia ex hoc nullum consequentur commodum, sed summum damnum; gratis, quia nihil proficient, durum est enim contra stimulum calcitrare. Videamus ergo & nos, ne cuiquam odij causam demus, sed potius dilectionis, exemplo Christi cunctis benefacientes. Quod si hæc facientes odimur, gratis odimur; gaudeamus. Odientes nihil contra nos proficient, nosque innumera reportabimus commoda. Si exprobra- *1. Pet. 4.* mini in nomine Christi, beati. Item communicantes Christi passionibus gaudete, vt in reuelatione gloriæ eius gaudeatis. Impij dum iustos persequuntur, sibi, & non illis nocent, libr. quarto, capit. 36. numer. secundo, 11. 12. & 14. libr. nono, capit. vigesimo, nume. quarto, sexto, septimo, nono, decimo, quintodecimo, 20. & 23.

IN FESTO OMNIVM SANCTORUM.

Euangelium.

Videns Iesus turbas ascendit in montem Matth. 5.

Vide lib. 2. cap. 4. num. 32. & 33. cap. 17. num. 4. & 5. cap. 18. num. 27. lib. 3. cap. 8. num. 8. & 11. cap. 24. num. 9. cap. 28. num. 24. lib. 4. capit. 28. num. 12. & 17. lib. 6. cap. 1. per totum, lib. nono. cap. 12. num. 7. Beati qui lugent, lib. 10. cap. 2. lib. 11. cap. 2. num. 5. lib. 14. cap. 1. numer. 2. cap. 3. numer. 26. & 27. cap. 5. num. 21. 22. & 28. cap. 28. numer. 6. lib. 16. cap. 12. num. 68. usque ad 71. lib. 18. cap. 7. per totum, cap. 10. num. 30.

In festo omnium sanctorum.

1 SICVT in prima orbis creatione cum singulas rerum species cælestes, & terrenas condidisset Deus, cum singularum perfectionem, quam sortitæ fuerãt ex nihilo, animaduertisset, vidit eas bonas: cum autem cuncta vidisset, quæ fecerat, erant valde bona; ad augendum enim earum pulchritudinem conducebat ordo creatarum rerum. Inter se illa admirabilis harmonia, vnius ad alteram certa relatio, quæ pulchritudinem augebat, qua carebat cælum luce destitutũ, aquæ reptilibus carentes, terra herbis, plantis, animalibus non composita: cum terra, mundus hic inferior lationibus superioribus contiguus cælum respicit, a quo gubernatur, mista elementa, quibus componuntur, astra hæc inferiora, in quæ influunt media luce, & motu. Hæc cunctarum rerum dispositio, quæ artificis potentiam, & sapientiam vehementer commendat, illarum pulchritudinem amplificauit singulari superadditam bonitati: ita per singulos totius anni dies Ecclesia ad memoriam reducit superni regni singulares habitatores. Festa celebrat Regi, Reginæ, supernis ciuibus, sanctis spiritibus, qui in regia illa, opulentissimaque ciuitate sunt cõditi, vni aut alteri Apostolo, Martyri, Confessori, Virgini, bonum quidem, & pulchrum opus diuina bonitate, & potentia dignum, cum mirabilis sit Deus in Sãctis suis: *Psalm.* vtpote qui a statu culpæ ad statum confirmatæ gratiæ hominem adduxit, quod opus (Augustinus) maiorem arguit in Deo potentiã, quam illud, quo cuncta ex nihilo condidit, cum illud vna vocula perfecerit, istud autem toto eius sanguine eguerit, vt perficeretur. Nullus enim hoc nomine potiretur, nisi prius lauisset stolam suam, candidamque fecisset in sanguine Agni, rubricati enim Deo grati effecti, secuti sunt Agnum. Vnde cũ alicuius Sancti festum colimus, omnipotẽtiam Dei, cuius ille opus est, ad memoriam reuocamus, diuinã bonitatem venerãtes, per quam diuinæ naturæ consors effectus est, per illũ, per quẽ maxima, & pretiosa illi promissa donauit Deus. Nisi enim Deus homo factus fuisset, patri, vt decens erat, nullus satisfacere potuisset, sed supra dorsum dilectissimi filij Dei fabricauerunt peccatores, ut Sanctitatis ædificium erigeretur, turrisque pertingẽs vsque ad cælum; non saxis, & bitumine erecta, sed sanguine Christi, quo terreni homines effecti sunt cælestes. Gratia enim Dei reducit hominem ad pristinum statum, quem peccando amiserat, lib. septimo, cap. octauo, nu. 11. 12. 14. vsque ad 17. Sancti sedes sunt Dei ab ipso gubernati, lib. tertio, cap. secundo, num. 33. lib. 16. cap. 7. num. 19. vsque ad 22. Sancti perfecti ornamentum dicuntur Ecclesiæ, lib. quinto, cap. 8. num. 8. Sanctorum varij gradus designantur in his, quæ in Tabernaculo erãt, lib. nono, cap. 21. num. 1. & 2. cap. 23. numer. 1. & 2. Sancti optime cælo comparantur, libr. 9. cap. 23. num. 13. lib. 16. cap. 7. num. 10. Quorum virtutes corona sunt Christi, lib. nono, ca. 23. num. 14. Sancti lucifer dicuntur, quia Dei charitatem clamant tanta virtute pollentes, lib. 12. cap. 3. num. 30. Sancti magnificare dicuntur Dominum, &c. lib. 18. cap. 15. num. 14. libr. 4. cap. 23. docetur, quod Dei tum potentia, tũ misericordia aperitur in conuersione peccatorum, hos mutans in Sanctos. Iusti afferunt Deo gloriam, &c. lib. 3. cap. 12. numer. quinto, vsque ad septimũ. Iusti cælum, &c. non simplici voce factum, sed pugnando acquisitum, li. 12. cap. 3. nume. 36. & 37. Cum ergo cuiusuis 2 Sancti eam diem celebramus, in qua cælum ingressus est, quasi videmus, quod in secunda creatione factum est bonum. At cum hodierna die, omnium Sanctorum gloriam, illiusque auctorem Deum trinum, & vnum ad memoriam reuocamus, in supernis ciuibus cuncta cernimus, quę Deus fecit: eaque valde bona consideramus aspicientes Regem cunctis comitatum regni sui ciuibus, caput cum membris eximia virtute, & pulchritudine pollẽs. Vniuersum Christi regnum simul cum Rege Christo proponens nobis Ecclesia clamat: O quam glorioſum est regnum, in quo cum Christo regnãt omnes Sancti amicti stolis albis, & sequuntur Agnum, quocumque ierit, illum inseparabiliter comitantes, vbi totius regni pulchritudo patescit. Oculis puris regnum Christi cum suis in hac vita existens mira pulchritudine pollebat, licet angustiati, egentes, afflicti, verberati, decoriati incederent cum eo, de quo legimus: Vidimus eũ, & non erat aspectus, neque decor, quia a planta pedis vsque ad verticẽ non erat in eo sanitas. Arcæ testamenti similes, pellibusq. Salomonis recte comparatum regnũ, in quo interna admiranda pulchritudine, eximiisq. diuitiis erant ornata; licet externa iantinis pellibus, ciliciisque operta viderẽtur contemptibilia. Omnis autem gloria eius ab intus in fimbriis aureis

aureis, licet externa in Rege, & ciuibus non *Num. 23.* reputarentur. Sic impius Balaan cum Hebræam Ecclesiã ab eminenti loco fuisset contemplatus, licet coactus, interne inspiratus clamauit: Ad benedictionem adductus sum, benedictionem prohibere non valeo. Dominus Deus eius cum Israel est, & clangor victoriæ Regis in illo. Deus eduxit illum de Aegypto, cuius fortitudo similis est rhinocerotis. Populus hic de hostibus victoriã reportauit, iuuante Deo, & pro illis pugnante, cuius incredibilis est fortitudo, vt vnicornis, *Num. 24.* qui non accubabit, donec deuoret prædam. Et infra, quando leuans oculos vidit cunctũ Israel in tentorijs suis commorantem per tribus suas: Quam pulchra tabernacula tua Iacob: tentoria tua Israel, vt valles nemorosæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, quasi cedri prope aquas, &c. qui benedixerit tibi, erit *Oleaster.* ipse benedictus, qui maledixerit tibi, in maledictione reputabitur. Hæc dixit homo, cuius obturatus est oculus, &c. id est, homo cui oculus corporis obturatur, cui apparẽt in peregrinante populo squallore, puluere, luto, imbribus pleno, contemptibilia omnia. Aperitur autem ei oculus mentis, quo internam populi huius pulchritudinem contemplatur. Immunda, & aeris inclementiæ exposita erant Israelis tentoria, hoc præsertim tempore, cum iam annis 40. in deserto morata veterauerant; in oculis tamen huius bona, & pulchra videntur: vt designaret quam pretiosa & pulchra sit in oculis Domini terrena inhabitatio nostra, licet fœda & spurca impijs, & his, qui sola terrena sapiunt, vi- *Sapien. 5.* deatur, qui tamquam insensati Sanctos habebant in derisum, & in similitudinem improperij. Tabernacula erant, quæ fixerat Deus, vt eorũ ostenderet firmitudinem. Quæ enim homines plantant, facile euelluntur: quæ au- *Exod. 15.* tem Deus, non eradicantur. Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ firmissimo habitaculo tuo, &c. sanctuarium tuum Domine, quod firmauerunt manus tuæ. Hanc antiquæ Ecclesiæ pulchritudinem aduertebat Balaan, & hanc admirabiliorem cernimus, dum in hac vita regnantem Christum 3 cum suis contemplamur. Sanctitatis splendor auro comparatur, lib. 1. cap. 25. num. 11. Virtutibus admirabilis est homo, licet contemptibilis appareat, lib. 18. cap. 1. num. 38. Virtus caput habet, & membra omni formosa muliere venustiora, lib. 18. cap. 11. num. 8. Anima sancta proxima Deo, speciosa, & columba recte dicitur, lib. 12. capit. 3. numer. 4. Ecclesia sponsa Christi nigra per naturam, formosa est per gratiam, lib. 3. cap. 9. num. 34. & 46. Ecclesia recte Paradisus dicitur terrestris, lib. 5. cap. 3. num. 11. lib. 7. cap. 1. nu. 23. Ecclesiam multis virtutibus ornatam diligit Dominus super omnes ciuitates Iudæ, lib. 5. cap. 6. num. 5. & 7. lib. 12. cap. 3. numer. 33. Ecclesia ipsa cælum est, totq. habet cælos, quot Sanctos, lib. 12. cap. 3. num. 37. Ecclesia modo desponsata est Christo, & virgo, quæ peruenire debet ad nuptias, quæ in cælo celebrandæ sunt, lib. 18. cap. 15. num. 39. Cum ergo tota Ecclesia, quæ militat in hac vita armis potius onerata, quam aureis indumentis ornata cernitur, pulchritudinem, quam diximus (immo quæ dici non potest) præ se fert iam regnans in cælo in glorioso illo regno vbi cum Christo Rege gaudet, quanto pollebit decore? Cum beatitudo hic guttæ, in futuro fluuio comparetur, lib. 2. cap. 4. nu. 6. & 25. Illa enim Sanctorum beatitudo ciuitati comparatur, cuius rex Deus est, ipsam lætificans, lib. 2. cap. 1. num. 4. & 13. Beatitudinis status felicissimus coniectatur ex his, quæ accepimus in hac vita, lib. 2. cap. 1. nume. 24. 31. 32. & 41. cap. 4. nume. 1. vsque ad 3. & 26. lib. 4. cap. 15. num. 12. Regnum, in quod sub- *Apoc. 7.* latus Ioannes, vt supernam aspiceret ciuitatem, vidit turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, tribubus, &c. clamãtes voce magna: Salus Deo nostro, & Agno. Et omnes Angeli stabant in circuitu throni, qui ceciderunt in facies suas dicentes: Benedictio, & claritas, &c. non esurient, neque sitient amplius, &c. quoniam Agnus, qui in medio throni est, reget illos, *Cap. 14.* & deducet eos ad vitæ fontes aquarum. Et infra: Vidi, & Agnus stabat supra montem Sion, & cum eo cẽtum quadraginta quatuor millia, &c. hi sequuntur Agnum, quocumque *Cap. 19.* ierit. Et iterum: Vidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, vocabatur fidelis, & verax, & in capite eius diademata multa, vt scilicet regnantes cum ipso reges faceret, & exercitus, qui sunt in cælo, sequebantur eum in equis albis vestiti byssino albo, & mundo. Qui spineam antea portauerat coronã vnam, multa gestat diademata, & purpureum vestimentum, sedens super equum rufum, equo iam insidet albo, in quo illum comitabantur Sancti, qui dealbauerant vestes in illius sanguine. Et præmiserat: Laudem dicite Deo nostro omnes Sancti eius, & qui timetis Deum pusilli, & magni. Et audiui quasi vocem tubæ magnæ, & sicut vocem tonitruorum magnorum dicentium: Alleluia. Quoniam regnauit Dominus Deus noster omnipotẽs. Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se, & datum est vt operiat se byssino mundo. Byssinum enim, iustificationes sunt Sanctorum. Huius regni maiestatem, sanctitatem, & magnitudinem, Regem cum his, qui cęlestem inhabitant curiam, seruis eius, cum ducibus, comitibus coniunctos ad memoriam reducit Ecclesia, quibus hodiernam consecrat solemnitatem. Vt autem statum coniectemus illorum, qui glorioſum illud incolunt regnum, iter, quo ad cælestem illam peruenerunt patriam, Ecclesia hoc vtitur Euãgelio, in quo dicit: Beati pauperes spiritu, quoniã 4 ipsorum est regnũ cælorum: Vbi Sancti non terre-

terrenum regnum innumeris subditum mutationibus, sed regnum omnium sæculorum spiritu pauperes acceperunt. Quia autem arbitrari quis posset Sanctos cælestis regni proprietarios quidem Reges, sed nondum possessionem consecutos, addit: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram, viuētium regni illius effecti domini, & possessores. Et quia, qui regnum possidet terrenum, tristitijs & lacrymis subiectus est, subditus doloribus, infirmitatibus, hostibus, ne quis tale in Regibus superni regni suspicetur, subdit: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Et quia, deficientibus lacrymis, esuries potest in regno reperiri, ab hoc malo liberos docet beatos dicens: Beati qui esuriunt, &c. quoniam ipsi saturabuntur; quam satietatem regnum terrenum concedere Regibus non potest. Vt autem intelligas regnum hæreditate possidendum ab his, qui filij Dei nomen fuerint sortiti, ait: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur; ipsum non a lōge aspicientes, sicut qui quondam a longe salutabāt *Hebr.* eius promissiones, subdit: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Vt autem intelligerent homines tantam felicitatem diuinæ inniti misericordiæ, addidit: Beati misericordes, &c. translati in regnum gloriæ filij dilectionis suæ. Præterea vt varia doceret itinera, quibus cælum adepti sunt homines sancti, his vtitur Ecclesia beatitudinibus. In prima status aperitur Apostolorum, qui veri pauperes spiritu extiterunt, cuncta, quæ in mundo sunt, vt stercora arbitrantes, vt Christum lucrifacerent, perfectissimi sæculi contemptores. Beati mites, &c. In qua beatitudine status lucet Martyrum, qui innumeris affecti cruciatibus cæduntur gladijs more bidentium, oūiculis iugulatis similes, in quibus non murmur resonat, non querimonia, &c. Vocans beatos mundo viuentes corde Virginum statum aperuit, qui cū mulieribus non sunt coinquinati, &c. qui sine *Apoc.14.* macula sunt ante thronum Dei. In his verbis, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, Doctores significauit, qui propria virtute non contenti, incredibili tenebantur desiderio, quo velut esurientes, fame & siti excruciati aliorum sitiebant salutem concionibus, scri- *Hebr. 11.* pturis, &c. Beati, tamquā pacifici, dicti sunt Eremitæ sancti, qui circuientes in mellotis & in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti in solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis, & in cauernis terræ, verberibus & ieiunijs attriti, cilicijs cruciati, pacifici effecti sunt, carnem spiritui mirabiliter subijcientes. Beati misericordes, &c. Sanctis Patriarchis, Regibus, diuitibus conuenit, qui sua largientes pauperibus hospitalitatem sectantes, misericordiam ipsi consecuti sunt. Qui autem anteactam vitam considerantes lacrymis non parcebant, lugentes propria peccata, aut certe aliena, consolati sunt. Has ergo beatitudines Euangelicas, tamquam gradus quosdam scalæ Iacob considerare expedit, quibus ascendunt homines, vt cælestes occupent sedes, & Dominum innixum scalæ adorent. Beatitudines Euangelicæ quales futuræ sunt in homine, vt Deo sint probatæ, lib.3. cap.8. num.11. lib. 18. cap.7. octo istæ beatitudines explicantur. Hoc sermone, ait August. continetur quidquid pertinet ad perfectum Christianæ vitæ statum, in quo tota est Euangelicæ doctrinæ summa ad mores pertinens. Totius autem huius Sermonis scopus est, reuocare homines ab his, quæ mundus magnifacit, & sedulo sectatur; ac docere veram iustitiam, quæ Christianorum est, positam in affectu potissimum animorum, in sincero Dei cultu, secura in illum fiducia, in vera proximi dilectione, in humilitate, mansuetudine, misericordia, &c. Beatitudines autem octo congruentissimo ordine posuit Dominus, dum prior viam sternit sequenti, lib.18.cap.7. num.7.17. vsque ad 21.

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum 5 *Iansenius.*
est regnum cælorum. Pauper quandoque dicitur, qui diuitijs caret, secundo afflicti, & destituti ope aliena, tertio, qui de se humiliter sentit, quo modo Augustinus intelligit hanc beatitudinem. Sed pauperes spiritu reuera dicuntur hi, qui propter Christum omnia sua reliquerunt, de quibus præcipue loquitur Christus. Secundo hi, qui etiamsi diuitias habeant, non tamen eis cor apponunt, sed parati sunt eas abijcere, si, & quando expedierit, & pietatis ratio exegerit. Tertio, qui incidentem paupertatem propter Deum patienti animo suscipiunt, diuitijs eam præferentes spe regni cælorum. Hanc spiritus paupertatem Philosophi ignorauerunt, propter vanitatem pauperiem sectantes, soliq. Sancti pauperes spiritu dicti sunt, id est, spirituali voluntate, spirituali intentione, desiderio spirituali propter solum beneplacitum Dei, & salutem animarum. Hæc prima beatitudo, quia perfectionis Euangelicæ origo est, rerum perieturarum contemptus, lib. 18. cap. 7. num. 2. 8. 13. & 16. & 17. Paupertatis amantissimi erant Sancti, lib. 2. cap. 16. nu. 7. vsque ad 9. 13. 14. & 27. Paupertas amanda exemplo Christi, & qualis futura, vt illi probetur, lib. 3. cap. 8. nume. 11. & 12. Paupertas voluntaria religiosorum cunctis opibus prę-ponenda est, lib. 4. cap. 28. num. 3. 4. & 15. lib. 14. cap. 3. nu. 3. 13. vsque ad 18. 24. vsque ad 27. Paupertas voluntaria laudata multum, lib. 4. cap. 28. num. 14. & 15. cap. 38. num. 3. 12. & 18. lib. 14. cap. 3. num. 3. Paupertas in nouo testamento multum honorata est, lib. 14. ca. 3. num. 22. 26. & 27. Paupertati voluntariæ idem præmium promittitur, quod martyrio, lib. 18. cap. 7. num. 20. Pauperes spiritu beati dicuntur, quæ paupertas martyrio comparatur, lib. 14. cap. 3. numer. 26. & 27. Horum recte dicitur regnum cęlorum, recte conueniens his, qui haberi hic viles, & abiecti elegerunt. *Mundus dicit:* Beati diuites, quoniam

niam ipsorum est regnum terrarū; *Christus:* Beati pauperes, quoniam, &c. Et non dicit erit, sed est, quia iam illud in secura possident spe, in qua etiam beati sunt, si, ceptam non deserant viam. Hi regnant hic, diuites enim his contrarij discruciantur auaritia, ira, liuore, cupiditate, metu, pauperes autem tranquillo sedent in portu, dum passionibus his non cruciantur. Vnde aiebat Seneca: Si vis te diuitem facere, non est diuitijs addendum, sed subtrahendum cupiditati. Cum quidam in necessitatis articulo a diuitijs quæreret subuentionem dicens: Succurrite, succurrite o diuitiæ, cumq. nihil respōderent ait: Velitis, nolitis per vos habebo auxilium, quas protinus deseruit pauperibus erogans. Dubitat autem Caie. cur in sancto vsu paupertatis beatitudinem huius vitæ cōstituerit Iesus potius, qnam in sancto vsu diuitiarum: cum videatur accommodatius organum esse sufficientiam, ad consequendam beatitudinem, quam indigentiam rerum. Quoniam egentes necessarijs oportet vacare, vt habeantur, quæ ad transigendā viam necessaria sunt, & non possunt seipsos totos impendere ad ea, quæ sunt beatitudinis. Indubia res est, quod rectus diuitiarum vsus beatum facit hominem, in quo tamen Deus beatitudinem non constituit, quoniam non est in hominis arbitrio diuitias possidere, vnde dicere posset egens: Ego quidem beatitudinem cupio, sed diuitias cōsequi non valeo; ideo beatitudo in diuitiarum contemptu sita est, quas dines possidens, dum illis animus non inhæret, beatus est. *Sicut scri-* *Prou.*
ptum est: Beatus vir, qui post aurū non abijt, nec sperauit in pecuniæ thesauris. Dines quidem animam suam venalem habet, quando in vita sua proiecit intima sua, quod hominum intimum est, misericordiam, pietatem, humanitatem dilapidauit, dum egen- *Psal. 76.*
tibus non miseretur. Sed diuini tonitrui vox in rota est, dum loquentem Dominum au- 6
diunt, iubenti obediunt, qui terram instar rotæ vix contingunt. Diuitijs qui recte vti sciunt, laudandi sunt, lib. 2. cap. 15. num. 11. 30. 34. & 44. cap. 18. numer. 11. lib. 4. cap. 38. num. 12. & 20. cap. 41. num. 5. 9. & 10. Diuitijs inuoluti, & in ipsis confidentes, antequam moriantur, pereunt, lib. 2. cap. 15. nume. 42. cap. 17. num. 20. & 21. cap. 19. numer. 7. & 8. Diuitias, & mundi fastum pauciss imi sunt, qui contemnant, lib. 2. cap. 20. numer. 9. 11. & 12. Diuitias non cōtemnit Christianus homo iubente *Deo*, quas contemneret si terrenus Rex id iuberet, lib. 4. cap. 4. numer. 7. 9. & 10. Bona temporalia contemnenda, lib. 1. ca. 17. num. 5. vsque ad 7. 9. 11. 12. 14. 15. 17. vsque ad 19. 22. vsque ad 24. & 26. Beatitudo in quo consistat, lib. 2. cap. 4. nume. 10. vsque ad 15. 18. vsque ad 20. 30. vsque ad 35. libr. 18. cap. 11. num. 7. & 21. Bonorum temporalium cōtemptus, & non copia satietatem parit, li. 2. cap. 18. num. 26. & 27. Bona temporalia ea appetenda sunt, quibus necessitati prouideatur, non voluptati, lib. 2. cap. 16. num. 6. 11. 12. & 16. Recte ergo Dominus pauperes vocauit beatos, quorum dixit esse regnū cælorum. Quoniam *Sancti* abdicando a se temporalia, ingentium bonorum, quæ in cælo sunt, facti sunt possessores. Qui pauper Lazarus a cunctis cōtemnebatur, non ab vno, sed ab Angelis in sinum Abrahæ ductus est, li. 14. ca. 3. nu. 5. & 6. Qui pauper hominum consortio indignus iudicaris, exhilarescе, quia Angelorum communicationem accipies. Pauper amicis destitutus, tot in cælo consequeris amicos, quot *Sanctos*. Si in hac vita paupertatem aliqua comitantur mala, his in cælo ineffabilia succedent bona in eo statu, qui omnium bonorum aggregatione perfectus est, lib. 2. cap. 1. num. 21. 22. 24. vsque ad 28, 30. 34. & 37. cap. 4. num. 1. vsque ad 3. & 26. Contempsisti hic temporalia bona, vana, exigua, ludiera, hoc nomine indigna, ineffabilia tibi seruantur in regno cælorum bona, lib. 2. cap. 1. num. 4. 17. & 18. cap. 4. num. 20. lib. 4. cap. 15. num. 12. Beatitudo iustis in alia vita seruata est, qui miseri hic reputantur, lib. 2. cap. 4. num. 7. 13. 15. vsque ad 18. 27. vsque ad 29. Si in hac vita pauperes, nudi, famelici frigore tabescebant, solis ardore cruciabantur, talium est regnum cælorum, vbi carebunt omnibus malis, quæ in hac vita sunt, lib. 2. cap. 1. numer. 5. 6. 9. 10, 14. 15. 28. 33. 38. 39. & 42. Ibi horrea, & torcularia dicūtur esse, quia non esurient nec sitient Sancti, *Esai. 33.*
ibid. num. 15. & 27. cum Hierusalem ciuitatem opulentam fuerint ingressi, in qua erit Deus omnia in omnibus. Qui viles habiti *Psal. 70.*
sunt in terra, introibunt in potentias domini, illi similes effecti.

Beati mites quoniam ipsi possidebunt ter- 7
ram, lib. 18. cap. 7. numer. 4. 9. 10. 13. 17. & 18. Felices mites, qui æquo animo omnium conditiones molestas ferunt, qui iniuriantibus non irascuntur, sed cōpatiuntur. Talis extitit Moyses vir mitissimus super omnes, qui *Num. 12.*
morabantur in terra. Esau autem homo fe- *Genes. 27*
rus erat. Paupertas autem spiritus, & mansuetudo fere se consequuntur, & coniuncta sunt, sicut scriptum est: Humilium & man- *Iudith. 9.*
suetorum Domine semper tibi placuit depre catio. Et Iob: Subuerterunt pauperum viā, *Iob 24.*
& oppressерunt pariter omnes mansuetos terræ. Qui enim voluntarie pauper factus est, cum honores simul, & diuitias contemnat, non facile irascitur ob iacturam vel honoris, vel bonorum ab aliquo illatam. Coniunguntur etiam, quia non prodest externas contemnere diuitias, si non etiā te ipsum contemnas, & superiorem esse ipsis pecunijs, si non etiam tui animi commotiones superare possis, quod fit per mansuetudinem. Pertinet autem ad mitem, non quidem omnino numquam irasci, hoc enim est insensatorum, sed ita passionibus iræ, & zeli imperare, vt nec indignetur, nec murmuret propter bo-

nos

nos successus malorum, vel malos suos; non cum improbis pugnet verbis, nec iniurias ab eis illatas cupiat vindicare, sed ita se gerat erga Deum, vt benigno animo Dei iudicia sustineat, erga homines vero vt vel taciturnitate, vel placida responsione, vel malorum illatorum patienti tolerantia improbitatem hominum superare contendat. Ad mitem pertinet, non solum vinci a malo, sed
2. Tim. 2. vincere in bono malum, dicente Paulo: Seruum Dei non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, &c. patientem cum modestia, corripientem eos, qui resistunt veritati. Magna est virtus mansuetudinis, quæ hominem sui ipsius dominum facit, Deoq. in omnibus subditum, & optime affectum, quē Deus magnificat: Arguens in æquitate
Esai. 11. pro mansuetis terræ. Vnde credit Dionysius, Moysem ob eximiam mansuetudinem habuisse tantam cum Deo familiaritatem. Hæc etiam virtus nos reddit hominibus gratos. In mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligeris. Ob hanc
Eccl. 3. Ecclesia. Moyses dilectus Deo, & hominibus vocatus est. Vnde recte beati dicuntur, qui felices sunt, qui possident terram, hoc est, corpus,
Bern. quia per mansuetudinē imperāt omnibus motibus carnis. Vel terram viuentiū, quia quā
Hieronym. modo incolunt homines, morientium est, vel mortuorum. Itaque quoniam mites hic frequenter pelluntur suis possessionibus, promittitur eis hæreditaria possessio totius terræ, cum dominabuntur iusti omnibus impijs
Psalm. in matutino. Mundus dicit: Beati potentes, qui iniurias suas vindicare valent, quoniam tales possidebunt terram. Christus e contra: Beati mites, qui facti hæredes Dei possidebunt terram. Mansueti sunt, qui ab omni affectu vitioso liberi sunt, ideoq. tales dicuntur beati, lib. 14. cap. 1. num. 2. 3. 16. & 25. Ad concordandos fratres aptissimi, Deo & hominibus grati, ibid. num. 17. 18. & 20. Quos dæmon non audet aspicere, quia in eis regiā imaginem videt, &c. nume. 21. Mansuetudo animam in perpetua tranquillitate cōstituit, numer. 3. & 20. Hæc virtus propria est Christiani, num. 19. & 20. Ira si animæ dominetur, hominem in feram conuertit, libr. 9. capit. 7. num. 1. vsque ad 4. 16. 17. & 19. quæ animam innumeris malis inuoluit, ibid. num. 9. 12. vsque ad 14. 19. vsque ad 23. 38. & 39. Vnde māsuetudinis, quæ illam vincit, bona colliguntur.

8 Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabūtur. Lib. 18. cap. 7. docetur beatos esse lugentes, ob peccata, non propter temporalia, nu. 3. 4. 9. 13. & 14. sed dum multa considerant, propter quæ dignum est lugere, num. 18. & 19. Mundus ait: Beati, qui ab omni luctu sunt liberi, & omnibus delicijs affluentes. Christus: Beati qui lugent, non quidem eo, quod non honorantur in mundo, vel damnum rerum temporalium patiuntur, vel immodice dolent suorum mortem; sed loquitur de sancto luctu sponte a viris iustis susceptō, vt est ille, quo propria, vel aliena peccata flentur, vitæ huius miseriæ, tentationes. Sic fle- Num. 25.
bat Moyses cum suis ad fores tabernaculi, cum Israelitæ fornicarentur cum Moabitis feminis. Exitus aquarum deduxerunt oculi Psal. 118.
mei, quia iniqui non custodierunt legem tuā. Non solū flere suos Dominus iubet, hoc enim Esai.
& temporibus mandauerat antiquis, vocans eos ad fletum, & planctū, & cingulum sacci. Et Salomon rerum vanitatem expertus, ri- Eccles.
sum reputauit errorē, & gaudio dixit: Quid frustra deciperis? Suntq. sæculi huius miseriæ ita eximiæ, & multæ, vt ad flendum hominem, qui insensatus non est, cogant. Lacrymæ huius vitæ, ob varias eius miserias, sunt fundendæ, lib. 3. cap. 25. num. 15. 21. & 22. Lacrymas enim, dum viuunt homines, multis de causis fundere debent, lib. 7. cap. 1. num. 3. 4. & 12. cap. 4. num. 6. 8. vsque ad 10. lib. 10. cap. 2. num. 8. 14. 17. vsque ad 20. & 23. Lacrymis merito vacare debent Sancti, quādiu viuunt, lib. 10. cap. 2. num. 14. 15. & 22. Non solum ergo Iesus vult suos flere, sed flentes beatos dicit, non quidem eos, qui propter temporalia flent, lib. 7. cap. 4. num. 6. lib. 10. cap. 2. nu. 16. & 29. sed qui peccata, & ea quæ diximus, lugent, quia hæ lachrymæ simul reperiuntur cum gaudio, lib. 7. cap. 1. num. 8. vsque ad 10. cap. 4. num. 9. & 10. lib. 10. cap. 2. numer. 7. 10. & 23. Lacrymæ Sanctorū æterni gaudij sunt semina, lib. 7. cap. 1. num. 10. lib. 10. cap. 2. nu. 3. 10. 14. 17. 18. & 23. Sanctorum lacrymæ cōsolationibus sunt plenæ, lib. 7. cap. 3. num. 14. cap. 4. num. 3. Lacrymæ huius vitæ pariunt consolationem in vita futura, lib. 10. c. 2. nu. 3. Immo & in hac vita exhilarant cor, ibidem num. 4. & 7. Lugentes quidem consolabuntur perfectissime in futura vita, vbi lætitia Esai.
sempiterna erit, super capita eorum, & auferet Deus omnem lacrymam. Sed & hic etiā Apoc. 21.
cælestis aderit consolator, qui temporarium luctum inæstimabili mentis gaudio pensat, Psal. 41.
vt lacrymæ iustorum panes sint eos consolātes. Sic Exod. Vbi nostra habet lectio, Exod. 24.
quod septuaginta seniores viderunt sub pedibus Dei, quasi opus lapidis saphyrini: Lectio Sancte Spagnini habet, sub pedibus eius sicut opus lateris saphyri. Edisserens hæc ver
ba Oleaster ait: Premebantur Israelitæ in Oleaster.
Aegypto operibus luti, & lateris. Nunc vero laterem, quo anxie premebantur, preciosum vident splendere sub pedibus Dei, vt discas quid valeant labores, & mala propter Deum perpessa, lutosa, lateritia, ac immunda his videbuntur, qui terrena sapiunt, sed apud Deū pretiosi lapides sunt, quibus sedes eius decoratur, visi sunt oculis insipientium mori, sed illi sunt in pace; & lutum laboris illorum in saphyrum versum est, & quasi cælum, cum serenum est. Non sat fuit Domino lateres terrenos in cælestem saphyrum mutasse, nisi etiam lutum in cælum mundissimum, & serenum mutet, vt audiant iusti: Beati qui

lugent

lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Gaudendum semper quomodo intelligat Paulus, cum tot sint, quæ homines ad lugendum moueant, lib. 7. cap. 1. nume. 3. vsque ad 16. cap. 4. numer. 2. Vide in indice verbo Gaudium, & Tristitia.

9 Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Qui virtutem non mediocriter, sed cum omni cupiditate tenent, lib. 18. cap. 7. numer. 4. 5. 10. 14. & 19. Bene contemptis diuitijs, honoribus, & voluptatibus, quorum trium contemptus superioribus tribus beatitudinibus significatus est. Superest vt iam homo esuriat & sitiat virtutem, hoc est, desideret, quæcumque sunt virtutis, & æquitatis, fastidita omni iniquitate; vehementerq. desideret, sicut cibum appetit, qui fame cruciatur. Quoniam ipsi saturabuntur. Miseri qui esuriunt, & sitiunt temporalia, quia nusquam saturabuntur. Bona enim temporalia non sunt cibi satiandis hominibus accommodati, lib. 1. cap. 17. num. 19. lib. 2. cap. 19. numer. 26. lib. 6. cap. 1. num. 13. Sed felices, qui esuriunt iustitiam, quia saturabuntur. In beatitudine satietas, & esuries simul erunt, lib. 2. cap. 1. numer. 30. Peccatores pascuntur peccatis, sed non saturantur, lib. 4. cap. 28. numer. 17. Qui tamquam famelici deuorant iniquitatem, lib. 6. cap. 1. num. 4. & 5. lib. 14. cap. 7. num. 19. Sanctorum autem statum in hac vita, & in futura recte esuriei, & saturitati comparauit Dominus. Sanctorum enim conditio est hæc, vt incredibili virtutis desiderio teneantur, ad
Chrysost. Hieronym. ad Demet. id anhelant, vt iusti sint, virtutem aridis faucibus exoptāt. Sicut enim ex corporis vacuitate esuries nascitur, quæ, si eximia fuerit, incredibili auiditate ad quærendum cibum ducit, nihil aliud appetit, qui multum esurit, nisi cibum, quo eam moderetur, cunctis post habitis, quæ natura indidit ad vitæ conseruationem, solum cogitat, quo modo illi proEsai. uideat, id somniat esuriens, & sitiens, quod
Genes. 25. comedat, & bibat. Sicut Esau, qui dum graiter cruciaretur, vt esum lentium cōsequeretur, primitiua vendidit, quibus sacerdotium erat annexum. Abraham vt fami prouideret, Aegyptum ingressus est, honoris, & vitæ oblitus. Iudæiq. dederunt pretiosa quæ
Tren. que pro cibo ad refocillandam animam. Aquam nostram pecunia bibimus. Et quod
Tren. mirandum est valde, manus mulierum misericordium coxerunt filios suos. Qui fame cruciatur sedens in mensa, licet eam edulijs cernat refertam, cūctorum auiditate fertur, caq. omnia simul vellet deglutire, si possibile illud esset, delectatusq. sensu gustus cibum quærit omne animal, licet imperfectissimum illud sit, cui natura indidit appetitum cibi, quod ad illum auide feratur, vt vitam conseruet, omni difficultate posthabita. Sic Sanctus virtutē tunc ardenter esurit, cum solis studiosis exercitijs intentus est; hæc ardenter desiderat, quibus virtutes augescat, vt satiet animam inanem, esurien- Psal. 106.
temq. repleat bonis, vt cibo hoc patiatur Psal. 58.
ignitos globos, sartagines, &c. contemnit, quia qui huiusmodi sunt, famem patientes vt canes circumeunt ciuitatem. Quia sicut Augustin.
canis heri domum, vicini, extranei, totā perambulat ciuitatem cibum quærens, ita Sancti, &c. Diuitias, honores, voluptates contemnentes, percalcatum pergebant patrem, filium, vxorem, virum, vt ad crucis fastigium euolarent, in quo summa virtutum est. Hi dicunt crucianti tyranno: Infelix has epulas ego semper optaui: Sitiuit in te Domine anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. Psalm.
Vinctus catenis duabus in carcere dormiebat Petrus, Neronem, pædorem carceris, mortemq. contemnens, vt virtute pasceretur, cuius fame vehementi tenebatur. Cum tem- lib. 7. ca. 32.
pore Valentiniani, & Valentis in Edissa ciui- hist. tripart.
tate Mesopotamiæ Prætor Imperatorum metu actus ad occidendos Christianos cogeretur, multis ille quæsitus modis, vt fugerent, optauit, nec obtinuit, quin potius certatim omnes confluebant ad locum, in quo plectendi erant: qui cernens mulierculam domum deferentem apertam, fere nudam currentem cursu rapido, quæ paruulum in brachijs portabat filium, hanc cum iussisset coram se adduci, & diceret: Infelix, quo properas tā festina? Ad campum, ait, vbi Christiani conueniunt. Non audisti, ait ille, iudicem pergere, vt cunctos, quos repererit, interimat? Ita didici, & ideo pergo velox, ne tanto priuer bono, tantumq. mihi accidat malum, vt sero venienti mortis occasio desit. At ille: Quo infantulum ducis? Et illa: Vt martyrium consequi mereatur, & qui pendet ab vbere vbera deserens, vbera experiatur diuinæ miserationis, torrente diuinæ voluptatis potatus. Hac fame concitatus Ignatius crudeliores solito desiderabat leones, quibus tradendus erat, vt occideretur. Hæc Sanctorum vita, qua esurichant, & sitiebant virtutem. Lib. 6. cap. 1. agitur de fame animæ, & siti, quæ in bonam, & malam partem accipiuntur, in quo rabidam impiorum famem licet considerare, iustosq. fame excruciatos, quo tanto desiderio prouideant, varijs virtutum exercitijs eam satiare desiderent, quæ simul deglutire concupiscunt, orationi, lacrymis, verberibus, sacris sermonibus, Sacramentorum frequentiæ, cilicijsq. simul intendentes. At qui, cum ab inceptis desistūt, Psalm.
homines virtutum actibus, quibus continuo lassantur, quorum anima super cibo isto leuissimo nauseat, certe cum omnem escam abominata est anima eorum, appropinquent vsque ad portas mortis necesse est. Anima Prou. 17.
enim saturata calcabit fauum, esuriens vero etiam amarum pro dulci sumet iustus, dulcē sentiens disciplinam, ieiunium, &c. Nec solum impiorum malum est, quod saturati fauum calcent, sed quod incredibili teneantur vitiorum fame, qui superbo oculo, & insa- Psal. 100.

tiabili

August. tiabili corde numquam laxando satiantur, quibus abominabilis sit in vita sua panis, & cibus ante desiderabilis. Esurientes ergo iustitiam Sancti tanto maiorem consecuti sunt sanctitatem, quanto maior in eis fuit fames. Virtutem remisse quærunt homines, cum alia ardentissime quærant, lib.2.cap.17.nu.4. vsque ad 10.lib.6.ca.1.nu.2.lib.9.c.22.nu. 14. & 15.li.18.ca.11.nu.25. Virtutes cibi sunt iustorum, mali autẽ peccatis pascuntur, li.4.ca.
Iob 33. 28.nu.17. Virtus insuauis, quia ægrotat anima, lib. 18.ca.14,nu.13.vsque ad 18. Esurientes iustitiam audiunt; Quoniam ipsi saturabũtur, quando in cælo inebriabũtur ab vber-
Psal. 35. tate domus Dei, ibi collocauit esuriẽtes, vbi
Psalm. constituerunt ciuitatem habitationis. Saturitas virtutis ibi est, quia nihil restat acquirendum, nihil appetit iam beatus, cuius desiderium satiatum est. Vita hæc, tempus famis est, sequens autem, saturitatis, lib.6.ca. 1.num.6.7. 10.& 11.lib.9. cap. 9. nume.4. In vita hac sitiunt Deũ iusti lib.6. cap.1. num.8. & 9. In sequenti autem inebriantur. Beatitudinis bona enarrantur lib.2. cap.1.num.6. vsque ad 10.12.13.15.16.19. vsque ad 22.24. 28.& 40. cap.4.nume.1. vsque ad 3. In beatitudine Deus erit oĩa in omnibus, quia virtutes oẽs erunt perfectæ in omnibus, li. 2.c. 1. num.12.25. 26.& 43. libr.4.ca.15.num.13.

10 Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Ad misericordem pertinet ex animo compati alienis miserijs, vt proprias eas ducere, illarum remedio intendere. Includit in his verbis interiorem compassionis affectum, exteriusq. auxilium indigenti exhibitum ab eo, qui potest. Misericors est, qui monet errantem, docet ignorantem. Qui tales sunt, misericordiam con-
Prou. 16. sequentur, quia misericordia, & veritate
Psal. 102. redimitur iniquitas; quam potissime in cælo consequuntur beati, qui coronantur in misericordia. Beati misericordes, quia cumulatissime propter minimã misericordiam maximam a Deo consequentur, lib.18. ca.7. numer. 5. 10. 14. & 19. Misericordia reddit homines similes Deo, lib.5. cap.10. nume.61. lib.8.cap.8.num.13. Proximorum bonis, qui congaudet, & de malis tristatur, duo habet vbera sponsæ, lib.1.cap.14.nume.15. cap.16. num.11. Proximis sic compati debemus, vt eorum portemus onera, lib.1.cap.16. num.1. vsque ad 3.7.vsque ad 10. & 12.

11 Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, lib.18.cap.7.nume.5.10.11.14.19. & 21. Sicut immunditia in sacris litteris dupliciter accipitur aliquando pro venereis actibus illicitis, aliquando pro omni peccato; sic mundo corde dicuntur aliquando hi, quorum cor castum est ab omni concupiscentia venerea, vel saltem ab illicita concupiscentia alienum. Quoniam ipsi Deum videbunt: quia, sicut nihil æque hebetat mentem, atque deditum esse Veneri, sic castitas maxime mentem capacem reddit visionis, & cognitionis diuinæ. Dicuntur aliter mundo corde, quorum mens nullis vitijs est inquinata, purum cor a malis cogitationibus, *Esai.* 1. a prauis desiderijs: Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum. Et, licet hic perfecta munditia reperiri non potest, vt habetur Prouerb. 20.& Iob.15.& 25. dicuntur tamen quidam mundo corde, non absoluta munditia, sed ea, quæ fragilitati nostræ possibilis est, etiamsi cor lenibus maculis habeat aspersum. Hi videbunt Deum in futura vita perfecte, & hic ex parte: quandoquidem puri corde capaciores sunt cognitionis Dei, quæ hic de ipso potest haberi. Cõscientia pura lignum est vitæ, thalamus Dei, lectus sponsi, lib.3.cap.24.nume. 11.14.17.& 18. A corde terrena desideria expellenda, lib.2.cap.3.nume.16.19.& 20. Cor nostrum altare est, in quo duo offerenda sunt sacrificia Deo, vnum, vt simus casto corpore, alterum, vt simus mundi corde, lib.3. capit. 26. num.6.& 7. Cor immaculatum dicitur, quando noxiæ cogitationes frenantur, lib.3.cap. 27.numer.13. *Si lotus fuero, quasi aquis ni* *Iob* 9. uis, & fulserint velut mũdissimæ manus meę, tamen sordibus intinges me,&c. aiebat Iob, vt doceret perfectam munditiam in cælo tãtum reperiri, donum autem Dei est, vt iuxtum reperiri, donum autem Dei est, vt iuxta fragilitatis humanæ modum faciat munta fragilitatis humanæ modum faciat mundum eum, qui de immundo conceptus est se-
Esai. 64. dum eum, qui de immundo conceptus est semine. Quia quasi pannus menstruatæ sunt vniuersæ iustitiæ nostræ, vnde postulabat Da-
Psal. 50. uid: Cor mundum crea in me Deus,&c. Lauabis me, & super niuem dealbabor, effundam super vos aquã mundã, & mundabimini
Ad Tit. 2. ab omnibus inquinamentis vestris. Dedit enim Deus semetipsum pro nobis, vt mundaret sibi populum acceptabilem,&c. Soli hi,
Psalm. qui mundo sunt corde, Deum videbunt, quia, Innocens manibus,& mundo corde ascendet
Apoc. 22. in montem Domini: nihil enim inquinatum cælum valet intrare. Qui diligit cordis mun-
Ezech. 14. ditiam,&c. habebit amicum Regem. At homo, de domo Israel, qui posuerit immũditias in corde suo, Dominum habebit, non quem cernat, sed qui ei respondeat iuxta multitu-
Ezec. 24. nem immunditiarum suarum: Immunditia tua execrabilis, quia mũdare te volui, & non es mundata a sordibus tuis.

12 Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur, lib.18.cap.7.num.5.11.14.& 19.& 21. Vbi docetur quod pacifici dicuntur illi, qui non tantum inter se non dissentiunt, sed etiam alios dissidentes concordant, qui omnes animæ motus subijciunt rationi. Pacificus in sacra scriptura dicitur aliquando, qui corde est pacato, & ille, qui cum omnibus pacem
Psal. 36. studet seruare: quo modo accipitur in Psal-
Psal. 119. mo: Quoniam sunt reliquiæ homini pacifico. Et alibi: Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus. Non loquitur hic de his, qui in se pacem iam habent, quales sunt, qui mundo sunt corde. Nec solum de his, qui, quantum in se est, cum omnibus pacem habere studẽt,

quales

quales sunt, qui mites sunt dicti, sed qui etiam student alios a se dissidentes sibi reconciliare, aut eos, qui inter se discordant, sibi mutuo pacificare. Odit Deus seminare inter fratres discordias, delectatur autem his, qui inimicos concordant. Hi filij Dei vocabuntur, vtpote ei simillimi, & imitatores, qui
Coloss. 1. pacificauit per suum sanguinem, siue quæ in cælis, siue quæ in terris sunt. Discordias seminare inter fratres, graue malum est, a quo maxime cauebant Sancti, lib.1. cap.15. num. 13. lib. 11. cap.17. num.4. & 5. Pacem, quod in ipsis est, cum omnibus habeant iusti, libr. 14. cap.4. num.7. Beatitudines, quas hic Iesus docuit suo firmauit exemplo, lib.18. cap. 7. numer.1.& 15. Harum septem beatitudinum hæc breuis summa est: Beatus, qui contemnens huius mundi bona, honores, diuitias, & voluptates, iustitiam insuper, & misericordiam sectatus, peruenit ad munditiã cordis, ac insuper & alios ad exemplum sui inter se & cum Deo pacificare studet.

13 Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum, libr.18. capit.7. numer.5.11. & 12. Sicut aliæ beatitudines consistunt in actione, hæc in laudabili passione. Beati enim, qui persecutionem patiuntur propter bonum aliquod a se factum, non propter peccata.
Ambros. Pati, persecutionem est pati quamuis iniuriam siue verbo, siue facto illatam. His, sicut & pauperibus dicitur, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beatitudinem bis iustus consequitur. Primum, secundum animam in depositione carnis: secundo, secundum corpus in resurrectione. Pauperibus spiritu competit habere regnum cælorum secundum spiritum, quo hic sunt pauperes, passis vero persecutionem, etiam secundum corpus competit regnum cælorum, vt qui in eo persecutionem sunt passi. Hæ octo beatitudines intelligi possunt designatæ per
Ezec. 40. octo illos gradus, quibus describitur ascensus in spirituale illud, & mysticum templum, quod Ezechieli ostensum est. His dicitur: Gaudete,& exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis; vt spe præmij ferant ea, quæ carni difficilia sunt, copiosam expectantes mercẽ, quæ in cælis tantũ copiosa est. Li.1. c.8.n.7.& 8. docetur quod beatitudinis amor in tristibus nos consolatur. Beatitudinis consideratio leues facit labores, lib.2.ca.3.nu.1. vsque ad 11.17.25. vsque ad 27. Beatitudinis cognitio omnia docet contemnere, facitque, vt virtutem amplectamur, ibid,nu.18. vsque ad 23. Vide verbo, Beatitudo de felicissimo illo statu. Ecce Sanctorum felicissimum statum, quẽ his beatitudinibus docere vult Ec-
2.Cor. 3. clesia, vt illorum imitantes vitam, speremus & coronam. Sic Paulus dum Sanctorum vitam, qui degebant Corinthi considerabat, aiebat: Epistola nostra vos estis, scripta spiritu Dei viui. Epistolam Dei vocauit Sanctos, quia per illos innotescit voluntas Dei, ibi legere expedit, quæ conuenit operari, per illorum vitam iudicandi sumus. Sanctorũ gesta dum commemoramus, ad eas accendimur virtutes, in quibus claruerunt, lib.5.ca. 13.nu.1.3.6.11. vsque ad 14. Horum vitæ tãquam simulacra animata proponuntur, vt imitentur, ibid.num.3. suntq. viua lectio homini Christiano, & libri, ex quibus iudicandi sumus, nu.21.& 28. Vnde cum veteris testamenti egregios viros ad memoriam reuocasset Paulus, intulit: Tantam ergo haben- *Hebr.* 11. & 12. tes interpositam nubem testium, deponentes omne pondus & circumstans nos peccatum, per patientiam curramus, &c. eorum *Num.* 23. imitantes viam, qui concupiscimus vt moriamur morte iustorum, & fiant nouissima nostra horum similia, ne similes simus impio Balaan, qui illorum desiderabat mortem, quorum negligebat imitari vitam. Li.16.c.6. docetur quod exẽpla Sanctorũ imitãda sunt.

IN COMMEMORATIONE omnium defunctorum.

Epistola.

Vir fortissimus Iudas.
2. Macha. 12.

Vide li.4.ca.1.vbi de defunctis differuntur multa. Et feria sexta Dominicæ 4. in Quadragesima, Dominica 15. post Trinitatem,& 23.

PRISTINIS quidem temporibus cum virtutibus excolendis diligentissime intenderent homines, hæc indefessa eorum esset cura, vt peccatis remissis in confessione, æternaq. pœna in temporalem virtute passionis Christi & clauium Ecclesiasticarum commutata, temporali pœnæ relictæ satisfacerẽt, qui ne Deum experirentur vltorẽ, vltricemq. & grauem manum eius in purgatorio sentirent, ipsi lacrymis, ieiunijs, cilicijs, orationibus, remissioni pœnarum erant diligentissimi, similes Regi, qui licet audisset translatũ ab eo esse peccatum, incertaq. & occulta diuinæ sapientiæ illi forent reuelata, vtpote diuinæ iam restitutum amicitiæ, lauabat ni-
Psal. 3. hilominus per singulas noctes lectum lacrymis, & per diem stratum; a voce gemitus illius adhærebat os carni; poculum cum fletu miscebat; humiliabat in ieiunio animam suã; ossa eius sicut cremium aruerant, & sicut in frixorio confrixa videbantur; factus sicut passer solitarius in tecto, rugiebat a gemitu cordis sui; media nocte surgebat, vt Domino confiteretur; anticipabant vigilias oculi sui. Ad quid hæc? vt pœnis satisfaceret, peccatis iam remissis. Hæc antiquorũ indefessa sollicitudo erat operibus satisfactorijs sedulo

intedere. Sic Magdalena, quę Dominum audierat dicentē: Dimissa sunt ei peccata multa, &c. antrum elegit inaccessum agendæ pœnitentiæ accommodatum, vbi ieiunijs, vigilijs, orationibus vacans, nuda ardoribus solis exusta, omnium mortalium solatio destituta, vitam agebat vix humanam inter bestias, quæ Angelorum consortio digna ad audiendas diuinas laudes per aera quotidie eleuabatur, vt pœnas peccatis debitas, si forte necessarium esset, exolueret. Hieronymus sacco indutus deserta penetrauit Syriæ, vbi humi cubans, herbarum radicibus contentus, carnem diris verberibus flagellans, frequētissimis lapidis ictibus pectus percutiēs, lacrymis madens, placare Dominum nitebatur, pœnisq. debitis satisfaciebat Domino, hominis effigiem vix gerens, cum ossibus tantum, & pelle superites esset. Chrysostomus refert monachi vitam, qui cellulæ inclusus nec ostium deserens, nec fenestram, totius vitæ tempore nullum vidit hominem, eo excepto, qui per angustum foramen panē illi porrigebat, & aquam, quibus contentus, non prius cellam deseruit, quam vitam. Cum Hieronymus Paulam precaretur, ne visum flendo amitteret, sed parceret oculis, eosq. Euangelicæ lectioni seruaret, respondebat: Turpanda est facies, quā contra Dei præceptum purpurisso, &c. sæpe depinxi, affligendum corpus, quod multis vacauit delicijs, longus risus perpeti compensandus est planctu, mollia linteamina, & serica pretiosissima asperitate cilicij commutanda, crimina vocans, quæ ad corporis pertinebant ornatum, &c. Quæ, ac si grauissimorum scelerum esset rea, incredibili asperitate, tectis deauratis derelictis, Romæ in antro Bethlehemitico diluere nitebatur. Refert etiā Hieronymus in vita Pauli, in desertis Syriæ vidisse multas monachorum cauernas, potius quam cellas, in quibus vidit admirandæ pœnitentiæ, & satisfactionis opera, quæ tanti doctoris testimonio egent, vt ab eo visa credantur. Quæ vidit Ioannes Climacus, maiora certe sunt, quæ Cassianus in desertis Palæstinæ Nitriæ Aegypti humanum certe intellectum videntur excedere. Pœnitentia pro peccatis grauibus, & leuibus quam acris, & continua erat in Sanctis, li. 14. c. 22. nu. 11. vsque ad 14. 29. 30. 35. 49. 56. vsque ad 58. Quando autem homines post commissa peccata satisfacere Deo recusabant antiquis temporibus, Ecclesia pœnitentijs publicis, & solemnibus ipsos vrgebat, vt satisfacerent. Peccatores enim publici feria quarta cinerum sistendi erant ante fores Ecclesiæ, nudis pedibus, vultibus in terram demissis, ac tonsa coma, cleruſq. simul cum Episcopo introducebat eos in Ecclesiam Psalmos pœnitentiales dicentes, cinere capitibus imposito, cilicijs operiebantur, illoq. repetito lamentabili, quo Adam Paradiso pulsus est: In sudore vultus tui vescēris pane tuo, Paradisum Ecclesiæ egredi cogebantur, vt videntes Ecclesiam pro facinoribus suis tremefactam, atque commotam, pœnitentiam non paruipenderent. Hæc pœnitentiæ forma iuxta peccatorum normam pluribus, aut paucioribus finiebatur, quam, iubente Ambrosio, pertulit Theodosius Imperator, lib. 14. cap. 22. num. 35. lib. 16. cap. 6. num. 12. Hanc Fabiola illustrissima Romana in Lateranensi Ecclesia ipsa ob peccatum ignorantiæ inter peccatores publicos posita, Episcopo Romano, Presbyteris, & omni populo collacrymantibus, sparsum crinem, ora lurida, squalidas manus, sordida colla submittens pœnitentiæ. Descendit de solio deliciarum suarum, accepit molam, fecit farinam discalceatis pedibus, fluenta lacrymarum transiuit, linteamina videre non poterat, ornamenta fugiebat, multisque medicamentis vnum vulnus sanare cupiebat, libr. 14. capit. 21. numer. 24. & 25. capit. 22. numer. 43. Ex his apparet, quanta erat veteris Ecclesiæ seueritas, ac pœnitentium feruor. Confessionum etiam pœnitentiæ rigidæ erant felicissimis illis temporibus, sacris Concilijs iubentibus, vt Sacerdotes in imponendis pœnitentijs seueri essent. Is antiquorum temporum status, in quo minora multo, & pauciora erant hominum peccata, sed temporum successu obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum: hominum facies denigrata est, super carbones: peccata inundauerunt super terram. Peccata quam acriter, & quam assidue flebant Sancti, lib. tertio, cap. 25. numer. 8. 12. 14. & 16. lib. 10. cap. 2. numer. 1. & 2. libr. 14. capit. 21. numer. 24. & 25. cap. 22. numer. 7. 8. 11. vsque ad 13. 49. 56. vsque ad 58. Peccatis, & malis mundus plenus, lib. 4. cap. 33. numer. 2. vsque ad 4. cap. 34. numer. 1. Peccata vel a Deo, vel ab homine necessario punienda sunt, lib. 14. cap. 15. nume. 12. cap. 23. nume. 18. 21. 27. & 28. Cum ergo Christianorum hominum pœnitentiæ sint leues, satisfactiones exiles, peccata multa, purgandæ sunt animæ in futuro sæculo, quæ hic multis imbribus lotæ puritatem integram non sunt consecutæ. Qui non consentit aduersario, dum est in via, traditur in futuro iudici, a quo traditur tortoribus, nec exiet, donec reddat nouissimum quadrantem. Eritq. Dominus quasi ignis conflans, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum, donec offerant Deo sacrificia in iustitia, purgatorio igne excoquens ad puram scoriam hominum, donec pristino Baptismatis candori restituat argentum, quod versum est in scoriam. Recte ergo Ecclesia a temporibus quidem Apostolorum sacras preces instituit ad defunctorum suffragium, vt docet Dionysius, Gregorius Nazianzenus, Chrysostomus, Damascenus. Qui cum eximijs, vt dicemus, crucientur pœnis,

Missæ

Epist. 22. *Epist. 5.* *Epist. 27.* *Epist. 50.* *Concil. Agat. cap. 10.* *Tren.* *Osee. 4.* *Matt.* *Mala. 4.* *Esai. 1.*

Missæ sacrificio, & orationibus potius, quā lacrymis, iuuandi sunt, lib. 4. cap. 1. num. 8. 10. 11. 18. 41. 52. & 53. Sicut in canone Missæ precamur dicentes: Memento Domine famulorum, &c. & dormiunt in somno pacis. His orationibus & communibus, & priuatis iuuabantur fideles, qui pœnis purgatorij detinebantur. Sed ante annos fere sexcentos, tempore Ioannis 17. Pontificis Maximi generalis hæc, & solemnis defunctorum commemoratio instituta est. Quam olim Odilius Cluniacensis Abbas in suo iusserat cœnobio celebrari, hac motus ratione, quod dum monachus quidam illius conuentui applicuisset, retulit, quod cum ab Hierosolyma veniens ad montem Aethnam accessisset, reperit sanctum Eremitam ad illius montis radicem vitam agentem, qui frequenter audiebat dæmones clamantes, & eiulantes, eo quod Cluniacenses monachi animas incendijs deputatas in eo monte, vbi ignis spirabat, ab illis cruciatibus sacrificiorum, & orationum suarum vi frequenter eriperent. Monachus hic retulit Abbati, quod certa Eremitæ narratione audierat, partimq. viderat ille. Odilius hæc audiens Deo gratias egit, cunctis præcipiens fratribus, vt crebrioribus, frequentioribus, feruentioribusq. orationibus, fidelium iuuarent animas, qui tantis detinebantur pœnis, signanterq. iussit, vt altera post festum omnium Sanctorum die, cuncta conuentus sui sacrificia, cunctæ religiosorum orationes, omnia monachorum suffragia, omnium fidelium animabus, quæ purgatorij pœnis detinentur, applicarentur. Animæ, quæ gehennalibus pœnis sunt traditæ, licet infinitis circumdentur miserijs, iuuari non possunt, quæ dæmones experiuntur tortores, indignæ, quæ Deum summo prosequuntur odio, vt misericordiam experiantur Ecclesiæ, sed tormenta, nullo accedente refrigerio, perpetuo experiantur, libr. 9. capit. 3. nu. 5. 6. 10. 13. & 20. Frementes illę nusquam vllum experientur consolatorem. Hæcq. earum animarum miseria super miseriam erit, cruciari acerrime, omni spe consequendæ misericordiæ finita, lib. 9. cap. 3. nu. 13. & 20. At cum illi, qui in purgatorio cruciantur, spe multa consequendæ felicitatis, eximioq. eius teneantur desiderio, vt Deo fruantur, quem ardenter diligunt, ardētissimis etiam votis pœnarum cupiunt remediū. Quod perpendens pia mater Ecclesia, sibi dilectis filijs suffragia incessanter largitur, sed potissimum hac die maiori sollicitudine, & cura huic officio intenta est. Et sicut heri cunctis Sanctis festum celebrauit, vt fratrum iuuaretur precibus, qui a morte & a lapsu liberati placent iam Deo in regione viuorum, postulat suffragia ab his, qui in superna curia degentes diuino fruūtur intuitu, & amicitia. Et vigintiquatuor seniores vidit Ioannes habentes phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorū, quas offerunt Deo, quibus iuuari volunt fideles cūctis Electis festum celebrantes, nō vnius, aut alterius suffragium requirentes, sed omniū. Ita hodie omnibus fratribus suffragari nititur Ecclesiā, quinos præcesserunt, cū signo fidei, & licet dormierint in somno pacis, eximios experiuntur cruciatus. Cunctorū fratrum, qui legitime certantes coronati sunt festū celebrauimus, auxilium postulauimus, hodie illis auxiliamur, qui victores quidem, sed vulnerati in purgatorio sunt detenti. Cumq. alijs diebus amico, patri, fratri, &c. patrocinemur, hodie non vni, aut alteri, sed cunctis egentibus succurrimus clamantibus: Miseremini mei saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Delectatur Deus charitatis & communitatis amator, vt, cum nostra cum eo tractamus negotia, necessitatibus proprijs alienæ etiam necessitates cōiungantur, vt non quærat charitas, quæ sua sunt tantum, communia proprijs si non præponens, æquans, sic in oratione illa, in qua Christus Dominus omnia hominibus necessaria docuit postulare, non propria, sed cōmunia iussit vt a patre nostro posceremus, lib. 13. cap. 8. num. 1. 3. 5. 6. & 12. Vt omnibus panem quotidianum daret; peccata dmitteret omnium; omnes liberaret a malo: sic Ecclesia voluit, vt ijsdem diebus, in quibus causas proprias cum Sanctis tractamus, generalis fiat commemoratio omniū fidelium, qui in pœnis purgatorij detinētur. Non est enim æquum, vt quo tempore causa mea apud Deū agitur, fratris, qui in extrema est necessitate constitutus, causa deseratur, cum ille Dei sit amicus, & mihi valde gratus. Lubentioriq. animo prouidebit meo bono Deus, si illi bonum fratris, qui horrendis cruciatur supplicijs, coniungatur. Clamamus semper: Adueniat regnum tuum; cælum desiderātes & postulantes his, qui nobiscum peregrinātur in hac vita, & militant: cur non illis, qui in libro vitę indelebiliter scripti, supernęq. ciuitatis futuri ciues ignis flammis ad tempus separantur? Postulamus vt separetur, liberq. fiat a malo siue culpæ, siue pœnæ amicus, inimicus, Christianus, barbarus, &c. & non geram eandem sollicitudinem pro sancto fratre, amico, & patre, qui pœnis cruciatur ingentibus? semper quidem eorū cura gerenda est, sed dies vnus cōuenienter signatus est, in quo pro omnibus specialem habeamus sollicitudinem. Deus enim ita decreuit, vt qui illis pœnis detinētur, nostro liberētur medio, aut certe ipsi patienter ferētes cruciatus soluant vsque ad nouissimum quadrantem, satisfatientes plene, quod si hoc medio eximias illas pœnas fuerint egressi, nostro patrocinio non iuuati ingratitudiuis, & crudelitatis nos arguent, qui audiuimus: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Postulas vt omnium Sanctorum intercessione iuueris, iuua & tu fratrem, qui, licet non tibi, debet tamen Deo centum de-

Lib. Eccl. hierar cap. 7. In oratione funebri Chrysost. ho. 72. ad po. *Apoc. 5.*

narios, ne illius conserui accusent te, & arguant apud communem Dominum in te magnificentissimum, qui tamen fratrem non valentem soluere non iuuasti. Audies certe: Iudicium sine misericordia fiet ei, qui non facit misericordiam, superexaltabit autem misericordia iudicium, nec quæcumque misericordia, sed eximia, qua tam grandis lenatur miseria. Erisq. Angelo similis, qui Petrum vinctum catenis a tæterrimo carcere liberasti, vt exhilaratus, & liber dicat: Nũc scio vere, quia misit Deus Angelum suum, qui me eripuit bonitate sua, &c. Angelus enim mihi est, & species quarti similis filio Dei, qui adiuuat me in camino ardenti cruciatum, vt leuius ferrem pœnas, & tandem liberarer. Erisq. alter Habacuc, quem Deus mouit, vt intromisso fratri in lacu leonum, & extreme egenti adiutorium feras, vt liberetur. Estq. sancta hæc Ecclesiæ cura, vt præter eam sollicitudinem, quam suorum, qui sunt in purgatorio, gerunt consanguinei, fratres, maritus, &c. præter mandata, sacrificia, & eleemosynas in testamentis, quibus iuuantur animæ, hæc fiat generalis omnium commemoratio, quo tempore eorum celebramus triumphos, qui lætantur coram Deo, sicut qui lætantur in messe, qui venientes venerunt cum exultatione portantes manipulos suos, postquam flentes miserunt semina sua, exultantq. iam victores capta præda, qui tantorum hostium euaserunt sacrilegas manus, cælestisq. regni hæredes coronati sunt, qui dum viuerent, in manu Dei positi non eos tetigit tormentum mortis. Eodem illorum agimus memoriam, qui victores quidem, sed vulnerati medentur vulneribus in purgatorio, quorum curationem orationibus, eleemosynis, & suffragijs iuuat Ecclesia. Venerunt quidem Sancti in Sion cum laude, & lætitia sempiterna: Super capita eorum gaudium, & lætitiam obtinuerunt, & fugit dolor & gemitus ab eis. Hi audierunt iam: Non occidet vltra Sol tuus & Luna tua non minuetur, quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam. Qui in purgatorio sunt, in via sunt supernæ ciuitatis, sed quia ad eam nondum peruenerunt, nondum aufugit dolor, & gemitus ab eis: nondum lætitiam sempiternam sunt consecuti, licet certi sint quod eam consequentur, cum Dominus fuerit eis in lucem sempiternam, qui modo ignem experiuntur cruciantem, non lucem consolantem. Ecclesia in defunctorum memorijs, quia varia tunc contingunt, varia etiam sunt, quæ fidelibus qui ad illas celebrãdas conueniunt proponit. Quandoque cum aduertit in obitu amici, filij, patris, &c. viuorũ qui astant funeri tristitiã, Paulũ proponit dicentem: Nolumus vos ignorare de dormientibus, &c. vt eorũ lacrymas moderetur. Quandoque, dum immaturam, subitaneamq. suorum mortem lamentantur homines, audiunt concionatorum verba: Multæ consolationis plana: raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animum illius, &c. Et illud: Iustus consummatus in breui expleuit tempora multa. Quandoque, quam credimus felicitatem cõsecutos, ad memoriam reuocamus, docentes illis mori fuisse lucrum, quibus viuere Christus fuit, quod iustorum animas in manu existentes Dei non tetigerit tormentum mortis. Dum celerem, & iudicio sæculi infelicem contemplamur alicuius mortẽ, dicimus: Iustus, etsi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit, quia mors non præoccupat iustum, qui si vere iustus est, semper illam expectat. Si longa ægritudine grauatus, & aduertens, & in multa senectute e viuis discesit maritus, aut vxor, hæc in lacrymis consolatio est: Quod mors non ingressa est illius domum per fenestras, sed per ianuam; dum tantis pressus ægritudinibus in matura ætate, canis plenus homo, mortem expectabat ditantem potius, quam expoliantem. De quibus omnibus in indice tomi primi verbo Mors disseruntur multa, &c. Et denique memorat Ecclesia in quotidianis defunctorum *Missis* vocem ab Angelo allatam Ioanni dicentem: *Scribe, beati mortui, qui in Domino moriuntur*, &c. vt intelligamus, animas etiam in purgatorio merito dici beatas, dum cernunt se omnia euasisse mundi pericula, etiamsi ad tempus validissime cruciẽtur. Quarum voluntas tam est diuinæ voluntati conformis, vt nec vsquam experiantur, aut experiri possint impatientiæ motum, etiamsi longissimo, immensoq. tempore, & pluribus, & maioribus cruciarentur pœnis: nec quoquo pacto in eius amore retardãtur, a quo tam ingentia patiuntur tormenta, sed eius admirantur, & laudant iustitiam, illius commendant bonitatem, qui a gehennalibus pœnis liberas purgatorij incendio purificandas eas tradidit, vt non habentes maculam, nec rugam cęlestem ingrederentur ciuitatem, cum diuinæ placuerit voluntati. Si enim Deus nec leue peccatum veniale impunitum relinquit, misericordia eius locum prouidit, in quo peccata minuta, lignum, fœnum, stipula consumantur. Purgatorium datum est, vt mundentur peccatorum reliquiæ, lib. 9. cap. 3. nu. 2. 3. & 15. Beati ergo recte dicuntur hi in purgatorio, vbi præparantur, & ornantur, vt similes reddantur sponsæ, quam sublatus Ioannes in montem magnum, & altum vidit paratam & ornatam, sicut sponsam viro suo. Iam quidem tabernaculum Dei cum his hominibus est, & ipsi populus eius sunt, & post breue tempus absterget omnem lacrymam ab oculis eorum. Istisq. supernam felicitatem ardentissime sitientibus dabit de fonte aquæ vitæ gratis. Lauantur indumenta modo in spiritu iudicij, & spiritu ardoris, vt hinc egressæ animæ amictæ stolis albis, & palmas ferentes, &c. cantent canticum nouum ante sedem

Act. — *Dan.* 3. — *Esai.* 9. — *Sapien.* 3. — *Esai.* 35. — *Esai.* 60. — 1. *Thes.* 4. — *Sap.* 4. — *Sap.* 3. — *Sap.* 4. — *Tren.* — *Act.* 14. — *Apoc.* 21. — *Apoc.*

sedem Dei, & Agni. Vestitæq. byssino albo, & mundo sequantur Agnum, quocũque ierit. His dixit spiritus, non quidem vt a laboribus requiescerent, eximios enim patiuntur in purgatorio eos, sed a laboribus suis, ab his, qui proprij sunt iustorum labores. Iusti enim ægritudines, verbera, vincula, carceres, labores non vocabant cum media essent consequendæ felicitati accommodata, sed labor illis erat eximius, quod ignorarent an odio, vel amore digni essent, electi an reprobati, cum omnia in futurum seruarentur incerta, ignorantes quidem vbi lignum caderet; certi autem quod vbicumque ceciderit, ibi perpetuo erit. Trepidabant diaboli tentationes, lapsus, pericula, &c. cum cuncta ista iam euaserint. Licet ingenter crucientur, qui in purgatorio sunt, requiescere dicuntur a laboribus suis. Hoc eximium Dei beneficium est hominibus concessum purgatorium, in quo mundentur, vt mundi sanctam ingrediantur ciuitatem. Magnitudo autem huius beneficij creuit, dum his, qui ad decem annos, plures, aut pauciores purgatorio adiudicauit, prouidit de remedio, vt intra diem, aut mensem tam diuturnam euadere animæ possint pœnam, indulgentijs, & viuorum suffragijs adiutæ. Illo enim opere, quo iustus pro anima defuncti conatur satisfacere, illius meritum crescit, solam satisfactionem, qua eget, elargiens fratri, ipse ad maiorem acceptatur gloriam. Et qui dicere potest: Super omnem infirmum fleui, animabus accurrit multis cruciatibus laborantibus. Vnde aiebat Chrysostomus: Non est temere excogitatum ab Ecclesia, vt inter sacra mysteria precemur pro defunctis, nec temere qui altari assistet, inter veneranda mysteria clamat: Pro omnibus in Christo dormientibus. Aiebat Augustinus: Inspira Domine seruis tuis, quibus voce, corde, & litteris seruio, vt quotquot hæc legerint, meminerint ad altare tuum Monicæ matris meæ, & famulæ tuæ. Hanc omnium fidelium commemorationem celebrans Ecclesia, eam proponit fidelibus lectionem, in qua Iudas, cum sepulturæ vellet tradere milites, qui in bello corruissent, sub tunicis interfectorũ idolorũ donaria reperit, a quibus lex prohibebat Iudęos, misitq. certã pecuniæ sũmã Hierosolymã, vt sacerdotes sacrificia offerrẽt pro horum peccatis. Vnde auctor libri colligit sanctam, & salubrem cogitationem esse pro defunctis exorare, qui nondũ ad regionẽ venerunt viuorum, sed in mortuorum regione detinentur. Sancta est cogitatio hos iuuare, quia eximijs cruciantur pœnis, de quarum grauitate agitur, libr. quarto, cap. primo, num. 42. lib. nono, cap. tertio, num. 15. Defuncti iuuandi sunt orationibus, propter ingentes purgatorij pœnas. lib. quarto, cap. primo, numer. 42. 52. & 53. His enim compati debemus, quia multum id placet Deo, ibidem numer. 81. In purgatorio duplex est pœna, damni, & sensus. Quidam arbitrati sunt pœnas ita esse terribiles, vt illis absorpta ratio credat perpetuæ gehennæ animam talia patientem traditam: alij arbitrati sunt illud esse dubium, sed secundum fidem credendum est, animas virtute fidei, & spei ornatas certo scire, non esse sempiternis incendijs traditas, in quibus execrabile odium Dei viget, quem ipsæ ardenter diligunt. Est nihilominus hæc pœna damni omnium maxima, quæ sunt in mundo. Quoniam cum ineffabilia contemplentur bona, quæ sunt in cælo, diuinam bonitatem considerent, quarum cognitionem, desiderium, amorem, remorari non possunt corpora, quibus carent, cruciantur summopere. Summa omnium malorum, quæ damnatæ animæ in inferno patiuntur, pœna damni est, licet inueterato odio Dei teneantur, cuius gloriam, diuinasq. perfectiones rabide execrãtur; qualis, quæso, hæc erit in animabus sanctis, qui Deum super omnia diligunt? Si princeps, qui ad regni hæreditatem fuerat vocatus, cerneret tempore accipiendæ possessionis, quod propter crimen debito honore priuatur, vitam agens in triremibus laborans, sibi debito regno pulsus, certe si cordatus esset homo, eximio afficeretur mœrore. Aut qui incredibili dilectione ferretur ad amandam gratissimam sibi sponsam, a qua exul in pœnam detineretur, ne cupitis potiretur amplexibus, validissime eum cruciaret & absentia, & absentiæ causa; ita & beatas animas in purgatorio morantes, &c. Quamuis enim aliæ in eo loco non cessent pœnæ sensus, spes dilata tam eximij boni, tamq. concupiti animam vehementer angeret. Concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus, aiebat Regius Vates. Licet hominum naturalis appetitus carne expoliari recusaret, carnisq. frueretur amicitia, tamen dum felicissimum beatitudinis statum considerabant Sancti, ineffabili eius desiderio tenebantur, lib. secundo, cap. secundo, numer. 1. 10. 11. 13. vsque ad 18. 20. vsque ad 22. 24. 29. & 30. Beatitudinis dilatio multa videbatur Sanctis, propter eius desiderium, ibidem numer. 14. 18. vsque ad 22. 24. & 26. Animæ autem, quæ in purgatorio detinentur carne carentes, vehementiori feruntur beatitudinis desiderio. Dilata Sanctis beatitudo vtilissima est, dum per bona opera acceptantur ad maiorem gloriam. In purgatorio dum nihil horum est, hac pœna damni cruciantur animæ nimis, dum ignorant, quanto tempore ibi detinẽdæ sint. Pœna etiam sensus omnibus, quæ sunt in mũdo, terribilior est. Cum enim sancti Martyres in vita tyrannorum patiebantur pœnas horribiles, hæc in illis erat consolatio, quod pro virtute, & diuina tuenda amicitia patiebantur, vnde maiores desiderabant cruciatus. At in purgatorio bona tormentorũ pars hæc est,

Apoc. 9. — *Iob* 30. — *Hom.* 41. 1. *Cor.* — 9. *conf.* c. 11. — 2. *Cor.* 5. — *In* 4. *dist.* 21. *q.* 1. *ar.* 1.

est, quod animæ aduertunt, vel quod patiuntur propter diuinam violatam amicitiã, vel quia illa operati sunt, quæ Deo non placebant, cruciantur q. eodem igne, quem patiũtur damnati: Et licet Angelos custodes habeant consolatores, qui ad locum tormentorum eas ducunt, dæmones non habeant tortores, sed ignis, tamquam Diuinæ iustitiæ
August. instrumentum, eas angit. Tamq. sunt vehementes animarum pœnæ (quibus comparatæ omnes huius vitæ ridiculæ sunt) vt mortaliũ nullus citra mortem, nec per horam posset tolerare. Negare non possumus, quin illæ aliquibus fruantur consolationibus, inter quas vna est, quod diuina potiantur amicitia, quod dæmones non videant, ipsos non experiãtur tẽtatores, periculis non sint subiectę, certissimæ quod in somno pacis dormiunt, certam expectantes beatitudinem. Circumdatæ animæ tantis doloribus vehemẽter exoptant fidelium suffragijs adiuuari. Quapropter sancta, & salubris vocatur cogitatio pro defunctis exorare: sanctum, & eximium misericordiæ opus, illarum miseriæ prouidere. Deus regnum promittit cælorum ei, qui esurienti pauperi cibum porrigit, & sitienti potum, qui in carcere positum visitat, & consolatur, licet illius non moderetur pœnas. Tanta felicitate dignus es, si esurientem paueris, licet si tu id neglexeris, alio modo prouidebit Deus egentis necessitati, sicut Eliæ
Iob. contigit, quem pascebat coruus, cui & Angelus subcineritium attulit panem. Hæcq. pietas Iob semper laudatur, quod illius ostiũ viatori patuerit, quod bucellam panis non
Genes. comederit solus. Abrahæ virtus, quod ad ostium tabernaculi pauperes expectaret, vt
Luc. 6. reficerentur. Execranda diuitis epulonis hęc fuit crudelitas, quod illum nec micis reficiebat, cuius vlcera lingebant canes. Qualis, quæso, erit misericordia animabus purgatorij exhibita, quibus hoc solum est relictum remedium, quæ feruentissimis actibus fidei, spei, charitatis, patiẽtiæ, quos habent, satisfacere nequaquam possunt, vt tuum expectẽt patrocinium? Qualis feritas hominis, qui illarũ cruciatibus non mouetur? Qualis insensibilitas hominis, qui carcere detentam animam eruere potest, & non vult? Amicis non compati, illius est obstinatio, qui in vita sua proiecit intima sua. Væ soli, qui non habebit, si ceciderit, subleuantem se, ab altero autem adiutus emolumentum habet societatis. Amicæ sunt animæ extreme egentes: proiecisti autem intima, & quod proprium est hominis, si illi non succurris. Væ mihi soli, clamat illa, non habens subleuantem se. Orationibus autem, eleemosynis, & Missis adiuta emolumentum maximum habet societatis, quo leuata, & regiam curiam ingressa, perseueranter instat coram Deo, vt acceptũ beneficium cumulatissime rependat. Non obliuiscitur beneficij, quod accepit, sicut
Genes. 40. quondam oblitus fuit Iosephi pincerna Pharaonis, sed in fastigio meritorum anima posita, pristinæq. restituta dignitati, benefactoris recordatur in palatio Regis, non quidem illius, qui futurum tantum aperuit somnium, quo declarabatur restituendum officio, cui certe non restituit Ioseph, & tamen alterius obliuionem taxamus. Sed animæ, quæ amici precibus supernæ felicitati adiũcta est, obliuionem nullus credat futuram, sed eximiã speret eius sollicitudinem, a qua non cessabit, donec eius societati adiungatur, qui eam a tantis pœnis liberauit, ad quas si alter veniat, iuuabitur. Ecce quam sancta, & salubris extitit hæc Ecclesiæ cogitatio, quæ hunc specialiter diem omnibus defunctis iuuandis consecrauit, qui eximijs cruciati pœnis alienis indigent auxilijs, quibus ad æternam pertingant beatitudinem, amictæ stolis albis, palmas in manibus circumferentes.

IN FESTO S. MARTINI Episcopi, & Confessoris.

Euangelium.

Nemo accendit lucernam, & in abscondito ponit. Luc. 11.

Vide lib. 3. cap. 4. num. 13. lib. 13. cap. 2. maximæ nu. 12. vsque ad 14. lib. 15. cap. 6. numer. 37. lib. 16. cap. 3. num. 8. & 9. lib. 18. cap. 15. num. 19. 20. 24. & 40. Vide etiam in festo S. Thomæ Doctoris Ecclesiæ, vbi illa exponuntur uerba: Vos estis lux mundi.

In festo S. Martini 1 SANCTI Martini celeberrimum transitum Ecclesia celebrat, in quo mirandæ sanctitatis vir cælum ingressus est, reportaturus eximijs meritis debitum prẽmium; Cuius sanctitatis laus non pensanda est ex his, quæ gessit, dum Episcopi fungeretur munere, dum in eremo sub disciplina Hilarij multis liber occasionibus eremiticam agens vitam egregium vitæ incrementum est adeptus, non ex his, quæ morti proximus dixit, fecit, qui in cinere, & cilicio recubans nec terram videre iam dignatus cælo totus inhiabat, qui oculis, ac manibus in cælum semper intentus inuictum ab oratione spiritum non relaxabat. Cum spiritũ indutus Pauli, & dissolui cupiebat, quod illi multo magis melius erat, & libenter etiam viuere in carne statuebat, quia illud fratribus necessarium arbitrabatur. Hæc laudata, semper tanti Apostoli perfectio fuit. Quam mirum in modum imitabatur Martinus, dicens: Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso subire pro-

propter eos laborẽ; fiat voluntas tua. Non deficientem causabor ætatem; munia tua denotus implebo; quoad ipse iusseris militabo: At si parcis ętati, bonum est mihi, hos, quibus timeo, ipse custodias. Qui artus febre tatiscentes spiritui seruire cogebat. Cuius tanta erat charitas, tanta fratrum dilectio, vt cum mortem fratribus diceret iam propinquam, luctus factus est omnium, & vox vna plangentium: Ne nos pater deseras, inuadent enim gregem tuum lupi rapaces: nostri miserere,
Act. 20. & 21. quos deseris. Magnus olim fletus factus est Ephesiorum, & procumbentes super collum Pauli osculabantur eum dolentes maxime in verbo, quod dixerat, quod faciem eius non essent amplius visuri. Lamentabantur Ephesij audientes dicentem Apostolum: Ego scio, quod post discessionem meam intrabunt in vos lupi rapaces, non parcentes gregi. Et ex vobis ipsis exurgent viri loquentes peruersa, vt adducant discipulos post se. Sed Martini discipuli, multitudo monachorum, & virginum chori, licet non audissent illum prophetantem, quæ euentura illis essent mala, tamen qui talem experti fuerant pastorem, & magistrum, vt lupos rapaces crederent vastaturos Christi oues eo absente. Et Cęsarienses obsecrabant Paulum, ne ascenderet Hierosolymam, vbi vincula, & tribulationes eum manebant; & cum flentes suadere ei non possemus, quieuimus dicentes; Domini voluntas fiat. Ita cum Martinum obsecrarent sui, vt longiorem posceret a Deo vitam, diuinæ voluntati committit mortem, & vitam, ut eius in omnibus voluntas fiat. Hæc in Martino egregia opera non miror, post longa, & eximia virtutum exercitamenta. Sed miror valde, quod ex parentibus gentilibus natus, armatam militiam in adolescentia sequutus, quod a primis fere annis diuinam seruitutẽ sacra inspirauit infantia; quod annorum decem inuitis parentibus ad Ecclesiam confugit; quod nondum baptizatus, sed catechumenus mirum in modum totus in Dei opere conuersus est; quod cum esset annorum duodecim, eremum concupiuit. Triennio ante baptismum in armis fuit, integer tamẽ ab his vitiis, quibus illud hominum genus impli cari solet. Humilitas ædificandæ magnificentissimæ fabricæ accommodatissimum instrumentum vltra humanum modum erat, mira charitas, frugalitas vero tanta, vt non iam miles, sed monachus putaretur. In hoc statu assistebat laborantibus, opem ferebat miseris, alebat egentes, vestiebat nudos, nihilque sibi ex militiæ stipendiis, præter quotidianum victum seruabat. Hoc tempore, cum præteriẽs pauper, vt sibi misereretur, rogaret, media hyeme, quæ solito asperior inhorruerat, vir Deo plenus, arrepto ferro, mediam chlamydem, cum nihil aliud haberet, diuidit, partemque eius pauperi tribuens, reliqua indutus, nocte sequenti vidit Christum chlamydis parte vestitum, moxque ipsum ad Angelorum multitudinem audiuit clara voce dicentem: Martinus adhuc cathecumenus, hac me veste contexit. Hoc in Paulo miramur virtutis exordium, quod cum primum a Domino e cælo vocatus est, continuo vas electionis effectus conualescebat, & confundebat Iudæos affirmans: Quoniam Iesus esset Christus. Martinus nondum Christianus tam fuit celebris, vt miles, & cathecumenus monachi ageret vitam, humilitate celsus, pietate compatiens aliorum miseriis compatiebatur, val de similis illi, immo excelsior eo factus, qui aiebat: De velleribus ouium mearum calefactus est pauper. Is autem propriam exuit vestem, vt algentem pauperem calefaceret, & indueret. Oculus erat cæco, pes claudo: operibus misericordiæ adimplendis intentissime vacabat, his operibus deditissimus, quæ in sancto quoque, ac Christiano viro post egregios, & multos virtutũ actus admiraren tur homines. Et quod in longa senectute admirandæ virtutis vir Abraham agebat, hoc Martinus miles, nondumque baptizatus perfectissime implebat: & quod in monachis eremum incolentibus admiraremur abstinẽtię genus, hoc in milite reperimus; vnde Prophetis compar; Apostolisque consertus recte vocatur. Vt hinc colligas in cinere, & cilicio recubantem, animam exhalaturũ, virum ineffabilem, nec labore victũ, nec morte vincendum, ad quantum virtutis fastigium perueniisset, qui assumens pennas, vt aquilæ, volans, & non deficiens tam excellenti initio vsque ad vltimum vitæ spiritum viam mandatorum, & consiliorum Dei percurrisset. Tanti viri sãctitatem felicitatis ęternæ mercedem illi respondentem, vt doceat Ecclesia, hoc vtitur Euangelio, dicens.

Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio, sed super candelabrum, vt qui ingrediuntur lumen videant. 2
Theophilactus vtramque parabolam dictam arbitratur contra Phariseos in hunc sensum. O Pharisæi, mens vobis, & scientiæ lumen datum est, non vt illud sub vitio occultetis, sed vt per illud etiam aliis luceatis. Nunc vero id nequaquam facere vultis, sed oculũ mentis vestræ obscurum feciſtis, & obtenebratum, quem si haberetis simplicem, & purum, essent iudicia vestra, & opera similiter pura, & lucida. Sicut cum oculus corporis lucidus est, totum quoque hominis corpus lucidum redditur. Quia autem oculum mentis vestræ, inuidia, fastu, anaritia, cæterisque vitiis obtenebratum habetis, hinc fit, vt omnia vestra cæca sint, & tenebrosa. Duo ergo in Pharisæis grauia sunt mala, quę cunctis falsis Prædicatoribus, sceleratisque hominibus sũt communia: primum, quod cum intellectus fidei, scientiæque lumine sit ornatus, id sub uitiis occultantes, nec sibi, nec aliis lucent, Philosophis similes, qui cum Deum cognouissent, nec sicut Deum ipsum glorificas- *Rom. 1.*
sent, obscuratum est insipiens cor eorum,

id est

id est, hæc Dei cognitio, quæ lumine naturæ illis fuit indita, ad recte operandum eos non perduxit, sed innumeris sceleribus implicati illa sunt turpiter abusi, nec aliis profuit genti libus lumen illud Philosophorum, dum propriis commodis ducti, eos a cultu idolorum, quem stultitiam crediderunt, non reuocarũt. Ita Pharisæi, ita falsi Prædicatores, ita & pec catores lumen sibi datum sub terrenis commodis, sub puluere multorum peccatorum occultantes, Sol iustitiæ, lumenque intelligentię, nec illis illuxit, nec cæteris. Sed obscuratum est insipiens cor, vel quia illo lumine sũt priuati, vel quia ad animæ salutem illis non profuit. Homines omnes lucernæ sunt, quia accendi possunt, & extingui, cum extinguuntur fætent, cum accenduntur, & non occultantur, lucent, lib. 18. capit. 15. numer. 40. Lumen infundit Deus peccatoribus, cum eos conuertit, fugat cæcitatem, lib. tertio, capit. quarto, nume. 14. vsque ad 16. lib. quarto, cap. 19. numer. 4. Lucis radij dum oriuntur in anima, interimunt, & mortificant passiones carnis, lib. 3. capit. primo, nume. 15. Luce extincta in anima, cæli iter dirigere nescit homo, &c. lib. 16. cap. 12. num. 17. & 18. libr. 18. capit. quinto, num. 12. Cæcitas mentis merito illis datur, qui rebelles facti sunt lumini, libr. 3. capit. 4. num. 19. & 20. Peccatum tenebris comparatur, lib. primo, cap. 16. num. 14. lib. 14. capit. 6. nume. nono, & 12. Cognitio Dei in anima si perfecta fuerit, facit vt homo sæculo moriatur, lib. 3. cap. 20. num. 14. vsque ad 17. & 23. Hæc enim iuuat multum, vt diligatur ille, ibidem nume. 20. quæ animam ad recte operandum ducit, num. 18. 19. 23. 24. & 26. Fidem habentes sine operibus in loco sunt videntium, quos quasi impios percutit Deus, lib. 6. capit. tertio, num. 26. & 27. Hoc primum Pharisæorum erat malum sibi, & aliis pernicioſum valde. Secundum vero, quod dum oculum mentis obtenebratum habebant inuidia, &c. cæterisque peccatis, omnia eorum opera erant tenebrosa. Corrupta enim bonorum operum radice, & opera ipsa corrumpebantur, ita vt nullum virtutis opus diuinis oculis esset gratum, quantumcumque illud videretur eximium. Sicut Esaiæ dixerat Deus: Incensum abominatio est mihi, &c. Solemnitates vestras odiuit anima mea, &c. cum multiplicaueritis orationes vestras, non exaudiam, &c. Et alibi cum fugienda docuisset peccata, &c. intulit: Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, quod futurorum operum erit principium, &c. & tenebræ tuæ erũt sicut meridies. Virtutum enim opera esse grata Deo non possunt, dum peccatis obscuratum est cor, libr. 18. cap. 10. nume. 6. vsque ad 10. 16. vsque ad 18. 20. vsque ad 22. 24. & 26. Oculos cordis illuminandos postulabat Dauid, ne peccando clauderentur, lib. 13. cap. secundo, numer. 8. & 15. Oculi mentis dum cæcantur, omnes vitæ istius actus vna confusione cæcantur, libr. 18. cap. 15. num. 19. & 20. Cæcitas mentis est

Sapient. 5

Esa. 1.

Esa. 58.

precedentis peccati pœna, & aliorum causa, lib. 3. ca. quarto, nu. 9. 11. 14. & 17. Hæc Theophilactus docet. Alij vero credunt Christũ Dominum vocari lucernam, quæ propter multorum obstinationem occultanda non erat, sed in candelabro ponenda ad illuminationem eorum, qui illius domum ingrederentur, quamuis manere volentibus extra domũ eorum culpa non proficeret. Munus itaque Christi Domini illud erat, quod in se est, omnibus lucere, iuxta illud: Dedi te in fœdus populi, & in lucem gentium, vt aperires oculos cęcorum, & educeres de conclusione vinctũ. Venerat enim, vt esset lumen ad reuelationẽ gentium. Summa enim Dei bonitate hoc beneficium accepit mundus, lucernam hanc Sole longe clariorem sibi productam, vt eius pellerentur palpabiles, & horribiles tenebrę, e quibus tanta prodiere mala, vt dicere possent, quotquot aperire oculos vellent: Exortum est in tenebris lumẽ rectis, misericors, & miserator Dominus, & iustus. Cum exortũ dicit lumen Regius Vates, misericordem, & iustum vocat Dominum, misericordem quidem in eos, qui tanto lumini oculos aperiũt, iustum vero erga illos, de quorum miseranda calamitate legimus: Quod lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem, quia erant eorum mala opera: Miserator his, qui dicunt: In sapientia eius luxit anima mea, & ignorantias meas illuminauit, ne a tenebris somniorum in tenebras venirent tormentorum, lib. 3. cap. 4. num. 10. 11. & 14. Peccatores autem non vident, quia in tenebris sunt, & quia oculos claudunt, ibidem num. quarto, lib. 14. cap. 6. numer. nono, 12. 35. & 37. Cæcitatem patiuntur mali in hac vita, & in morte, iustos autem vtrobique comitatur lux, lib. 3. cap. quarto, nume. secundo, 7. 10. 12. 14. vsque ad 17. Dum ergo se lucernæ comparat Christus, insinuare voluit, quod ab eo tota in nos lux emanat, dicente Propheta: Erit lumen Israel in igne, & Sanctus eius in flamma, quasi dicat, lumen in Ecclesia, quæ per Israel significatur, veluti in igne erit, & Sanctus, scilicet, Dei filius erit veluti in flamma, quæ applicata humanitati ipsam quasi lucernam accendit, quam non abscondit, quia expediens non fuit Saluatorem solitariam vitam agere, qui mundi præceptor erat ponendus super candelabrum, vt omnes illuminaret. In templo ante tabernaculum fœderis post uelum lucerna perpetuo accensa erat: ita Christus in Ecclesia, &c. Vnde qui extra eam sunt, omnes tenebris inuoluuntur, cum totam Aegyptum tenebræ palpabiles occuparent, Hebræos in terra Gessen splendidissimus fulgor illuminabat, ita &c. Vnde aiebat Paulus: si opertum est Euangelium in his, qui pereunt, est opertum, in quibus Deus huius sęculi excæcauit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei. Ille enim a facie Moysi velut abstulit, vt innotesceret claritas

Gaiet.

Esa. 49.

Psal. 111.

Ioan. 1.

Eccles. 51

Esa. 10.

Leuit. 17

2. Cor. 4.

eius

eius manifestata nunc per illuminationẽ Saluatoris nostri, qui illuminauit vitam, & incorruptionem per Euangelium. Itaque Christus lux dicitur, & Euangelium etiam luci comparatur. In Ecclesia sola verum lumen est, libr. 14. cap. vndecimo, num. 3. Christus candelabrum ductile de auro purissimo, lib. tertio, capit. quinto, num. 67. Verbum Dei ignis inflammans, &c. lib. 16. cap. 10. num. 7. Verbum Dei ignis lucens, & comburens lib. 18. cap. secundo, num. 2. Carbo Esaiæ desolatorium, ibidem nu. 18. & 19. & 46. Christus ergo Dominus lucerna fuit accensa, sed Ecclesia per accommodationem applicat Sanctis, potissimeque Sanctis Prædicatoribus, & Prælatis, libr. 18. cap. 15. num. 40. qui lucernæ debent esse accẽsę, ut eos illuminent, qui in mundi tenebris

Apoc. 1.

versantur, tantisque potiantur Christiani homines lucernis, quot fuerint sancti Prædicatores, & pastores; vt non septem essent in Ecclesia candelabra aurea cum lucernis, sed innumera ad illius vtilitatem data. Cum autem lucernæ nomẽ sanctis pastoribus, & prædicatoribus est inditum, id significare Dominus voluit, quod sicut lucerna ipsa in se ardet, lucet vero aliis, ita sancti Patres lucernæ nomine fungentes, & officio, & suæ, & aliorum

Lib. 1. de consid. ad Eugẽ.

saluti debebant intendere, sicut Bernardus Eugenio tertio scripsit dicens: Quid prodest si vniuersum mundum lucreris, teipsum autẽ perdas? vsquequo erit spiritus vadens, & non rediens? Sapientibus, & insipientibus debitor es, & solum negas te tibi? Omnes bibunt de fonte pectoris tui, & tu siti consumeris? Bibant de fonte tuo homines, & iumenta, sed inter cæteros bibe & tu. Ardeat Prælatus præstantia vitæ, ieiuniis, vigiliis, orationibus intentus, & cum id præstiterit, lucrandis fratribus intentus sit, dicens: Vellem vos omnes esse, sicut me ipsum. Qui lucet, & non ardet, is est, de quo scriptum est (Bernardus) Posuerunt me custodem in vineis, cum infelix vineam meam non custodierim, cum dicere debuissem prius: Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea, vt sic labiis exultationis laudaret os meum. Infundi nimirum prius volens, & sic effundere; vt sit primum Spiritus sanctus oleum infusum, & post diffusum, vt primum pascat, & cubet cum sponso sponsa gratissimis deuotionis amplexibus fruens, & postea vbera accipiat alendis fratribus accommodata, quos per Euangelium genuit. Vt cum lex Dei fuerit in corde, non in codice, aut lingua tantum, inde procedat, quod ædificandis proximis necessarium iudicauerit. De re hac multa verbo, Prælati, & Prædicatores potissime, lib. nono, cap. 6. nume. 15. & 16. lib. 14. capit. 29. numer. 30. docetur, quod ardeant, deinde luceant, lib. nono, cap. 24. num. 1. 9. vsque ad 13. lib. 14. capit. 28. nume. 12. lib. 14. cap. 18. num. 18. lib. 14. capit. 28. nu. 4. 6. vsque ad 10. cap. 29. nume. quarto, quinto, & 14. 21. 23. 28. & 35. lib. 18. cap. 18. num. 8. vsque ad 10. 12. 13. & 18. Prælati sint animata lex,

Serm. 30. in Cant.

Serm. 17. in Cant.

Psalm.

Cant. 1.

Psalm.

libr. 14. cap. 29. nu. 14. qui perseueranter instare debent doctrinæ, & vitæ attendentes sibi, & gregi, lib. 14. cap. 31. nume. 1. vsque ad 3. Sancti sic suæ saluti intenti sint, vt alienam curent multum, lib. 16. cap. 7. num. 24. & 25. Præterea lucernis recte comparantur Prælati, & Prædicatores, quia ardendo consumuntur. Etsi quidem lucernæ indita esset ratio, gauderet valde, quod lucens consumeretur, cum ad id fuisset condita, vt candelabro imposita intrantes domum, & egredientes illuminaret. Hac de causa vocauit Christus Dominus Ioannem lucernam, quia dum satageret homines adducere in notitiam Domini, extinguendus erat. Et Paulus: Sed etsi immolor super sacrificium, & obsequium fidei uestræ gaudeo, id est, si contingat, quod occasione conuersionis vestræ occidar, gaudeo, & vos congratulamini mihi, qui ardens, & lucens, morior. Sancti enim pastores (aiebat Basilius) non sunt similes vitro, quod lucem recipiens aliis continuo communicat, sed quidẽ ipsum integrum manet; sed lucernæ, quæ lucens consumitur, cum id muneris acceperint, vt animarum intendant lucro, propriam vitam contemnentes illi effecti similes, qui aiebat: Siue mente excedimus Deo, siue sobrij sumus vobis, id est, dum elenamur per contemplationem Deo uacantes ad percipienda dona gratiarum, siue vestræ infirmitati condescendimus, omnia ad uestram ordinamus vtilitatem, quia charitas Christi vrget nos, & stimulat, vt uestram curemus salutem, æstimantes hoc, quod si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus, vt qui uiuũt, iam non sibi uiuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, vt nostram non quæramus utilitatẽ, sed Christi honorem, non curantes de nobis, sed de Christo, & his quæ Christi sunt: Vt quilibet mortuus iam sit sibi ipsi, & viuat Christo lucrandis animabus intentus. Clamet is qui lucernæ nomen accepit: Ego autẽ libentissime impendam, & superimpendar ego ipse pro animabus vestris, id est, bona omnia mea, quæcumque illa sint, vestræ impertiar saluti, & meipsum offeram non quidem ex tristitia, aut necessitate, sed libentissime, li. 16. ca. 1. n. 22. Sancti Dei honorem multum curant, reiecta cura propria, lib. 1. cap. octauo, num. 2. Qui nimio zelo mouebantur in bonum proximorum, libr. primo, capit. 14. num. 16. & 17. Prædicatores constantia magna curent bonum fratrum, lib. 14. capit. 26. num. 6. & 33. Prædicator, neglecto proprio periculo, huic incumbat muneri, lib. 14. capit. 27. num. 5. 16. 19. & 20.

Ioann. 5

Lib. de spiritu sanc.

2. Cor. 5.

S. Thom.

2. Cor. 12.

Lucerna corporis tui est oculus tuus, &c. vsque ad finem Euangelij. In hac secunda parabola docet Iesus Pharisæos ex vitiato oculo mentis tam iniqua habuisse iudicia, qualia illa erant, quæ contra Dominum iudicabant; nec posse fieri, vt bene, vel loquantur, vel faciãt, quamdiu oculum illum non purificauerint

3

Iansenius.

rint. In priori ergo parabola sermo est de lucerna communi accensa ad illuminationē aliorum ingredientium domum; in posteriore vero sermo est de lucerna vnicuique propria, non relata ad aliorum illuminationem, sed ad proprii corporis claritatem. Oculus simplex tunc est in homine, cum in cunctis operibus suis cogitat Deum ipsum quem habet pro fine. Nequam vero, qui constituit sibi malum finem. Vide verbo, Hypocrisis, & vana gloria. Oculus simplex rectum iter facit, vt iustorum semita, quasi lux splendens crescat vsque ad perfectam diem. Quia simplicitas iustorum diriget illos. De hac puritate cordis loquebatur Paulus dicens: Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ, quod in simplicitate cordis, & in sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo, id est, sola gloriationis nostræ causa est testimonium conscientiæ nostræ, quia coram Deo, & hominibus in simplicitate, & sinceritate sine admistione terreni affectus, & cum Dei gratia conuersati sumus in hoc mundo, non in sapientia carnali, quæ ad carnalia solet inclinare. Est enim sapientia carnalis error in ratione, qua homines ad temporalia, & commutabilia conuertuntur, relicto incommutabili bono. De his Paulus aiebat: Timeo ne sicut serpens Euam decepit, ita corrumpantur sensus vestri, vt decidant a simplicitate, quę est in Christo, id est, decidunt a simplicitate Dei, sicut Eua, qui Deum deserunt, vt creaturis coniungantur, practice iudicantes hic, & nunc melius esse tale bonum, quam Deum. Hoc iudicium a Christo oculus nequam dicitur. Nequius oculo quid creatum est? illo, scilicet, qui passione rationem conturbante vilissimas res Deo proponit. Pars enim sensitiua post se rationem trahit, & ipsam nequissime iudicare facit. Quid lucidius Sole? & hic deficiet. Quid nequius, quam quod excogitauit caro, & sanguis? Sicut Sol in mundo, ita ratio in homine illuminans ipsum: Sicut ergo Sol eclipsatur, ita rationis oculus in homine obtenebrescit, ex quo sequitur carnem, & sanguinem prævalere, & cum prævalet, quid nequius, quam quod ipsa excogitauit? Hi sunt de quibus legimus: Violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis. Tanta est hominum cæcitas, & peruersitas, vt me pro re vilissima deserant; quod fit cum obtenebrescit oculus dexter eius, scilicet, vt non sensualitas rationem, sed ratio sensualitatem sequatur. De quibus dicitur: Obscurentur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Quia si rationis oculi per falsam æstimationem obscurantur, dorsum etiam operum ad ima incuruatur. Oculos dextros, quibus videntur æterna, eruere conatur dæmon, lib. tertio, cap. 4. num. 21. Oculos columbarum habent iusti, quibus spiritualia cernunt, lib. 3. cap. octauo, num. 16. lib. 13. cap. secundo, num. 10. Oculos dat Deus iustis, quibus vera animæ bona videant, lib. quarto, cap. 28. nume. 13. lib. 13. ca. secundo, num. 15. Oculus mentis terrenis concupiscentiis sordidus æger est, &c. lib. 18. cap. 15. nume. 24. Animæ oculis est mens pura, &c. lib. 13. cap. secundo, num. 4. Oculi sapientis in capite eius, quia intentio iusti ad superna fertur, peccatoris autem oculi dicuntur esse in calcaneo, quia tota eorum mens ad terrena fertur, quia impij oculos suos statuerunt declinare in terram. Tunc oculus simplex est in homine, cum Deus signaculum est super cor eius positum, quia Dominum prouidet in conspectu suo semper, quoniam cuncta, quę agit, cogitat, loquitur, ad illum dirigit. Econtra impij sunt, de quibus legimus: Hæc est amphora egrediens. Et dixit: Hæc est oculus eorum in vniuersa terra. Amphora est mensura, & sumitur pro intentione impiorum, qui omnia non iuxta Dei iudicium, sed iuxta eorum cupiditatem, & appetitum metiuntur. Ideo subdit statim, sedere impietatem in amphora illa, vt impiam nefariorum hominum intentionem significet, quam vocauit illorū oculum. Hæc intentio, quæ oculo recte comparatur, simplex esse debet, vt intentio nostra munda sit, & recta, quæ illud aspiciat, quod aspiciendum est. Vt autem oculus sit simplex, & recta intentio, duo requiruntur, scilicet, vt hoc amet, quod finaliter est amandum, & eligat, quod iustissime est eligendum. Luminare maius in homine, qui microcosmos dicitur, recta intentio est, optimus finis; luminare minus, recta media ad illum ordinata. Vnde recte dicitur: Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, id est, in simplicitate oculorum tuorum. Ne audiat homo: Væ peccatori terram ingredienti duabus viis. Iste est, qui bonum quidem facit, & mundi quod per cogitationem quærit, qui contra præceptum legis in boue, & asino arat, dum opus, & intentio non conueniunt. Vnde hæc ingens dæmonis sollicitudo est, vt in operibus intentionē polluat, sicut scriptum est: Facti sunt hostes eius in capite, cum, scilicet, sanam intentionē insequitur. Vnde, quia operum intentionem diligentissime examinare expedit, præcepit Deus, vt pellis tolleretur a pecore, quod in sacrificium erat offerendum, posteaque in frusta concideretur, vt sic examinata intentio opus non vitiatum offeratur Deo, lib. quarto, cap. 31. num. 26. vsque ad 29. lib. 18. cap. 1. nu. 19. 25. 26. 36. & 37. Virtus tunc probata est, quando actus interni, & externi coniunguntur, lib. 18. cap. 10. num. 33. & 34. lib. 18. ca. 13. nume. 11. Et quia expedientissimum est intentionem conseruare, ne polluatur, docuerunt Sancti virtutes secreto operari maxime in exordiis, lib. 4. cap. 28. num. 6. lib. 8. cap. nono, num. 22. vsque ad 24. lib. nono, capit. 24. num. 2. vsque ad 8. & 14. libr. 18. capit. 13. num. 2.

4 Vide ne lumen, quod in te est tenebræ sint. Duplicem sensum patiuntur hæc verba. Alterum est, caue ne instrumento, quod ad videndum

Prou. — *Prou.* 11. — 2. *Cor.* 1. — 2. *Cor.* 1. — *Eccles.* 31. — *Eccles.* 17. — *Ezec.* 13. — *Zach.* 11. — *Psalm.* 86

Eccles. 2. — *Cant.* 8. — *Psalm.* 15 — *Zach.* 5. — *Augusti.* — *Cant.* — *Eccles.* 2. — *Greg.* 1. *mor. cap.* 12. — *Deute.* 22. — *Thren.* 1. — *Leuit.* 1.

dum accepisti, priueris, efficiarisque cæcus, vnde ingentia venient mala. Vel; Vide ne lumen, quod conditum est a Deo, quod mediū est ad videndum, vlpa tua nō magis tibi prosit, quam si inter medias tenebras habitares. Circa primum aduerte, oculos hominibus datos non solum, vt his duobus luminaribus, tāquam Stellis in fronte positis ornati pulchritudinem consequantur, qua carēt cęci, datos non solum ad rerum pulchritudinem conspiciendam, sed ad legendum, ne homo in foueā cadat, vt conquirat cibos, & alia ad humanos vsus necessaria: tātisq. priuatur bonis cæcus, vt Tobias cæcitatem passus ab omni gaudio se vocabat alienum. Vtque eximium experirentur malum Sedechias a Babyloniis, sansō a Philistæis, oculis priuati sunt. Non de hac luce Dominus locutus est, sed de intellectu, qui vice oculorum fungitur in anima ad contuenda spiritualia, & æterna, quibus oculis si caruerit anima, in multa decidet mala, dum nō contemplatur æterna, sed temporalia, quorū amore fertur. Animalia enim oculis vndique plena non habent requiem, &c. Sanctus, Sanctus, &c. At qui his oculis carent, mala presentia non cernunt: Super quo percutiam vos vltra, &c. & tamen Israel non cognouit, &c. Quoniam iniquitates meæ supergressę sunt caput meum, &c. & lumen oculorum meorū, & ipsum non est mecum. Vbi, & accipitur pro quia: Tanta mihi euenerunt mala, quia defuit mihi oculorum lumen, & lumbi mei impleti sunt illusionibus, id est, vmbris voluptatum. Quia obscuratum est insipiēs cor Philosophorum, in ingētia mala se præcipitauere, & quia Sol iustitiæ impiis, tamquam cæcis, ortus non est, errantes a via veritatis multis inuoluti sunt peccatis. Cęcitatem incutit dæmon animæ, vt peccata suadeat, lib. 3. cap. 4. numer. 2. 12. 17. 20. & 21. Cæcitas cordis, est præcedentis peccati pœna, & aliorum causa, ibidem num. nono, 11. & 14. 18. 19. Oculos cordis illuminandos postulabat Dauid, ne peccādo claderentur, lib. 13. cap. secundo, nume. 8. Visum animæ multa impediunt, ibidem num. 12. vsq. ad 14. lib. 15. cap. quinto, num. 19. At qui bonis a Deo datis abutitur, talis est, quod in eo lumen in tenebras vertitur. Hæc anima est, de qua dicitur: Et hæc nescivit, quia ego dedi ei frumentum, &c. & aurum, quæ fecerunt Baal. Quia sensum, & rationem bona multa naturalia, & supernaturalia, quæ dedit Dominus, vt colerent eum, ipsi abusi illis sunt. Beneficia Dei contemnere, & his abuti, multorum malorum est causa, lib. secundo, capit. 10. Dicit autem: Vide ne lumen, quod in te est, tenebrę sint, quia in nostra potestate est cum gratia Dei lumen indeficiens conseruare. Liberum arbitrium reparatur per gratiam, lib. 7. ca. 9. nu. 4. 5. 7. 14. vsque ad 16. 18. vsq. ad 21. Gratia necessaria est, vt velle quod habemus a libero arbitrio perficiatur, li. 18. cap. 19. numer. 14.

Tobiæ. — *Apoca.* 4. — *Esa.* 1. — *Psalm.* 37 — *Chrysost.* — *Rom.* 1. — *Sapien.* 5. — *Origen.* — *Oseæ* 2.

IN FESTO S. MARTINI Episcopi.

Euangelium Dominicanum.

Sint lumbi vestri præcincti. *Luc.* 12.

Vide lib. 14. *cap.* 21. *num.* 16. *lib.* 16. *cap.* 2. *nume.* 6. *lib.* 18. *cap.* 5. *per totum cap.* 10. *num.* 24. *libr.* 11. *cap.* 10. *num.* 1. *usque ad* 3. 5. *&* 11. *lib.* 12. *capit.* 3. *num.* 7. *lib.* 14 *cap.* 26. *nu.* 37.

1 SInt lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur a nuptiis. Postquam Dominus discipulum suum & superfluis exuit, & ab omni solicitudine, & cupiditate temporalium nudauit, cum dixit: Nolite soliciti esse quid manducetis, neque corpori quid induamini, &c. modo iam ipsum ad ministrandum sibi inducit, atque regni cælestis vigilem expectationem. Is enim, qui minister Christi voluerit esse, quique regnum illud secure expectare poterit, prius necesse est ab onere, & solicitudine rerum terrenarum sit exutus. Bona enim temporalia contemnentes spiritualibus accipiendis redduntur habiles, libr. secundo, cap. 15. nume. 14. 15. 36. & 37. capit. 16. nume. primo, vsque ad quintū, & 16. Bonis præsentibus mali inhiant, vt per parua magnis eos dæmon priuet, lib. secundo. capit. 15. num. 21. 22. & 45. capit. 16. num. 28. capit. 17. num. primo, 20. & 21. cap. 19. nume. 1. & 2. Bona temporalia renuntianda, ut cum Deo conuersemur, lib. secundo, cap. 16. nu. 1. vsque ad 5. 10. 11. 16. 33. & 34. lib. 3. cap. primo, nu. 40. & 41. Bona omnia temporalia vanitati subiecta numquam tuto possidentur, libr. secundo cap. 19 num. octauo, vsque ad 12. & 32. Bonis temporalibus dum intentissimi sunt mali, Deo intenti esse non possunt, lib. secundo, cap. 19. nume. 20. & 26. cap. 20. nume. 14. Sed quia onus rerum temporalium deposuisse non satis fuerit, nisi deinde ad seruiendum Christo se accommodauerit, ad id suadēdum subiūgit Christus: Sint lumbi vestri, &c. In lūborum præcinctione significat, ut cura rerū terrenarum deposita, quæ impedimento est iter virtutis ingressuris, vel domino suo occursuris, expediti sint, & prompti, tum ad ambulandum viam virtutis, tum ad occurrendum Domino eos ad felicitatem hinc euocanti. Sint lumbi, &c. Nescit vincere vitia corporis, uirtutis cingulum qui deponit. Cincti ergo castitatis baltheo, quod est insigne militiæ Christianę, fluxam carnis detruncemus ignauiam. Inter eximia sæculi mala hoc inter maiora

In festo S. Martini. — *Iansenius.* — *Chrysogolus.*

maiora inuenitur, carnem non præcingere, sed eam sine rationis vinculo fluidam deserere. Ideo Propheta dixit: Transi terram tuã, *Esa. 23.* quasi fluuen filia maris, quia non est cingulũ vltra tibi. Quæ Prophetæ verba diligentissime consideranda sunt. Mare mundum significat, lib. 18. cap. 17. num. quarto, lib. quinto, capit. tertio, num. 4. lib. 11. cap. 12. nume. 19. 20. 32. & 33. Anima ergo prauis moribus corrupta filia mundi congrue vocari potest, lib. 11. cap. 12. nume. quarto, & 14. Hinc Esaias loquitur dicens: Tu quæ per baptismum Dei filia, & propter deprauatos mores mundi filia effecta es, transi quasi fluuen. Quando fluuius propter imbrium frequentiam alueum prætergreditur, campos inundat: ita multi rationis alueum, per quem illis incedendum erat, prætergressi, vitiis omnibus indulgent. Sicut ergo amnis tumens extra alueum delatus late per campos vagatur, ita multos videas, qui per omne genus vitiorum vagãtur. Tantorum vero malorum causa est, quia iustitiæ cingulo carent, & distincti incedunt. Ideo enim subditur: Nec est cingulum ultra tibi, quasi dicat, propterea tot vitiis indulges, quia rationis cingulum deseruisti, & sic soluta, immo dissoluta incedens omnia prata *Hiere. 31* vitiis deturpasti. Dicente alio Propheta: Vsquequo deliciis dissolueris filia vaga? id est, quousque deliciis dedita iustitiæ, & rationis *1. Pet. 1.* frenum abiicies? Cum e contra Petrus dicat: Propter quod succincti lumbos mentis vestræ sobrij perfecti sperate in eam, quę vobis offertur, gratiam reuelationis Iesu Christi, quasi dicat, cohibentes rationis vinculo motus mentis vestræ, sobrij, & perfecti aduẽtum Domini expectate. Sed inter omnia uitia, dum lumbos præcingere iubet, carnem docet frenare a carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam per continentię frenum, quo incentiua carnis moderantur. Cum enim luxuria totum pœne orbem inuoluerit, quæ malleus dicitur vniuersæ terræ, quã qui moderantur, dicere possunt in carne ambulantes: Non secundum carnem militamus; quos recte Angelos vocaueris, dum in carne positi legibus carnis non sunt astricti. Et quia peccatum hoc homines in bestias transformat, rationis eget cingulo, ne sit homo *Psalm.* sicut equus, & mulus in quibus non est intellectus. Et quia castitas in deliciis valde periclitatur, lib. secundo, cap. quinto, nu. 14. lib. 3. c. 3. num. 41. Et quia carnis blanditiis credere nõ debemus, lib. secundo, capit. quinto, num. 19. lib. 3. cap. 1. num. 17. & 18. ideo mortificandã Dominus docet, lib. secundo, capit. septimo, num. 38. Cum lumbos iubet præcingere, vt sic obnoxius non sit homo carnis seruitio, sed potius carnis vtatur ministerio, libr. tertio, cap. primo, num. 13. & 47. lib. tertio, cap. nono, nume. 46. Vt dum homo carnem mortificat, interficiat de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem, lib. tertio, cap. primo, nu. 15. Carnis voluptatibus non inseruiendum docuerunt Philosophi verbo, & exemplo, ibidẽ nu. 17. & 18. li. 18. ca. 11. nu. 5. Dum enim electi corpora castigant, induuntur purpura, & byssio, lib. tertio, cap. 1. num. 23. Et sic viuunt in spiritu, cum mali viuant in carne, ibidem nume. 24. 43. & 44. Continentiæ opus est opera carnis mortificare, ibidem num. 30. 32. 33. 36. & 45. Dumque carnis concupiscentiæ frigescunt, homo dicitur esse, sicut uter in pruina, ibidem num. 38. Carnales, & bestiales motus domandi sunt, ibidem nume. 59. & 60. Castitas tutatur, si resecentur visus, colloquia, conuiuia, &c. lib. 3. cap. 3. nume. quarto, vsque ad 15. 19. 20. 23. 29. vsque ad 33. Castitatis victoria rara, &c. Castitateque lumbos accingere debet, qui Deum est allocuturus, ibidem numer. 28. 34. 38. & 39. Lib. 6. cap. 12. docetur, quod fornicatio grande est, ac frequentissimum malum. Luxuriæ passiones acerrime homines impugnant, lib. secundo, capit. quinto, num. 14. lib. 3. cap. 3. num. 24. lib. 6. capit. 12. num. 1. 2. & 15. Luxuriam, qui cauere vult, diligenter curet omnes sensus moderari, lib. 3. cap. 3. num. 6. vsque ad 15. 29. 30. 39. & 40. Luxuriæ arma potentissima ad vincendos homines, lib. sexto, cap. 12. num. 1. 2. 8. 11. & 13. Quia ergo passio hæc tanta mundo inuexit mala, docuit Dominus carnem frenare, vt rationi obediat. Vel certe præcingendi sunt lumbi, quia Christianum, vt militem Christi in procinctu semper belli positũ accinctis lumbis iugiter conuenit incedere. *4. Reg. 1.* Sic Elias vir pilosus zona pellicea accinctis *Marci 1.* renibus incedebat: Sic & Ioannes Bapt. &c- *Act. 12.* Cumque Angelus Petrum e carcere vellet li- *Esa. 11.* berare tetigit eũ dicens: Præcinge te. Et Esaias significat, quale cingulum debeat esse dicens: Et erit iustitia cingulum lumborũ eius. *Gen. 49.* Vnde, Hæc a Iacob benedictio data est filio suo Gad, quod accinctus præliaretur. Christiani milites, nec otio torpeant, nec deliciis vacent, lib. secundo, cap. quinto, nume. nono, 10. & 16. cap. 6. num. 33. & 34. cap. septimo, nu. primo, 4. 5. 11. 12. 18. 24. 28. 29. & 42. capi. octauo, num. 40. & 41. lib. nono, cap. 15. num. 12. Milites Christi diligentes sint in custodiendo castro, quod acceperunt a Deo, lib. secundo, cap. septimo, num. 40. & 41. cap. octauo, nume. 40. & 41. His etiam verbis summam diligentiam in rebus agẽdis Dominus in suis optat. *4. Reg. 4.* Sicut Elias cum puero suo in via grandem diligentiam necessariam edicere uoluisset, ait: Accinge lumbos tuos, perge festinus, vt commissa legatione fungaris. Negligentes enim, & desides abhorret Deus, diliget autem eos, *Gen.* de quibus dicitur: Solicitudine non pigri, spiritu feruentes, Domino seruientes. Sic cũ ad domum Abrahæ aduentassent peregrini Angeli, iussit Patriarcha, vt vxor, serui currerent, currente etiam ipso, nihil vult, vt per negligentiam, & somnolentiã nõ agatur. Ne sis sicut sopitus gubernator in medio mari, sed accinge lumbos, vt viã mandatorum Dei curas, cum ille dilatauerit cor tuum. Otio vacare

care non debent homines Christiani, qui militiam gerunt, lib. 2. ca. 5. nu. nono, & 10. cap. sexto, nume. 33. 34. & 37. cap. 7. num. 1. 4. 5. 18. 24. 28. 29. & 42. cap. 8. num. 40. & 41. Otio vacare non debent homines, lib. 13. cap. 12. num. 4. vsque ad 6. 14. 20. & 21. Mandata Dei difficilia desidi, sed non diligenti, lib. vndecimo, c. 4. num. primo, vsque ad 3. Mandata Dei feruẽter, & festinanter implenda sunt, li. vndecimo, ca. 2. nu. 12. 16. 17. & 19. cap. 4. nu. 7. & 9. li. 17. *Chrysologus.* cap. 4. num. 1. & 2. li. 18. cap. vndecimo, nu. 22. 25. 26. & 28. Lumbos etiam præcingere, est paratum esse ad iter, hoc est, reiicere quidquid impedire potest gradientem. Quæ ergo impedire possunt proficiscentem in cælum, vt prosperũ iter habeamus, reiicere debemus, sicut Angelus Tobias accinctus ad iter inuẽtus est. Qui longum iter ingreditur, multas sarcinas habere non debet. Viam cæli angustam illi ambulant, qui temporalibus exonerantur, lib. 4. cap. 41. num. 8. & 9. lib. 18. cap. 4. num. quinto, & 6. Viam incedentibus angustam, & præcipitiis obnoxiam, magna est adhibenda diligentia, lib. 18. cap. 4. num. 5. 6. 10. & 11. Dominus ergo vult, vt carne succincta ad ipsius occursum liber, velox, expeditus nostrę mentis reddatur incessus. Impedimento tibi non erit caro, si eius componas sarcinas. Tandem lumbi mentis sunt, uoluntas, affectus, & intellectus, cingendi primo cinctorio diuinæ legis, meditatione eius assidua, cingendi virtutibus. Diuina enim lege cinctus homo abstinet a peccatis, moderãtur affectus illius assidua meditatione. Habitusq. studiosi moderantur omnia illa, fides intellectum cingit, ne erret, charitas voluntatẽ, &c. Sacrę scripturæ riuuli sunt aquarum, vbi Sancti resident, lib. 16. cap. 4. num. 33. Qui lumbis incedunt præcinctis, lucernas ardentes in manibus portare debent. Lumbos præcinctos *Li. 2. quæst. Euang.* intelligit Christus, propter continentiam ab amore rerum sæcularium, & lucernas postulat ardentes, vt hoc ipsum recta intentione *Lib. de conuersatione.* fiat. Et alibi, quia virtus duas habet partes, quarum prima præcipit, vt declinet homo a malo, secunda, vt faciat bonum. Vt impleatur prima iubet præcingere lumbos, & quia hoc *Chrysologus.* non sufficit, postulat, vt lucernas feramus in manibus. Bonis enim operibus, tamquam lucernis, lucemus, & feruemus, vt declinantes a malo faciamus bonum. Lucernis ardẽtibus malitiæ fugantur tenebræ. Semper ad innocẽtię testimonium lucernę nocturno tẽpore portantur: Et sicut vitiis amicæ semper sũt tenebræ, ita lucernæ semper inimicæ criminibus, & bonorũ operum sociæ. Virtus relictis prius vitijs inuestigãda est, li. 9. c. 22. nu. 9. 16. 23. 27. & 28. lib. 18. cap. 10. nu. 6. vsque ad 10. 16. vsq; ad 18. 20. vsque ad 22. 24. & 26. Virtutis opera exercenda sunt ad salutem, nec sat est malum non facere, lib. 18. c. 10. nu. 11. 12. 14. 16. 19. 20. 21. & 26. cap. 12. nu 11. Lucernas autẽ portandas docet in manibus, aliqui. n. post tergum ferunt eas, dum eleemosynas, monasteriorum subuentiones, orphanorum remedia, sacrificia in testamentis relinquũt. Et qui lucernas in manibus ferre debuissent, vt expectatibus Dominum similes essent, referrentque manifestati ante tribunal Christi propria corpo- *Hebr.* *2. Cor. 5.* ris, prout gesserunt, eum placare satagentes, qui sedet in sede gratiæ, eis referendas seruant illi, qui iam sedet in sede iustitiæ seuere exacturus, quæ dedit bona durante vita di- *Hebr.* spensanda, ne malo dispensatori horrendum sit incidere in manus Dei viuentis. lib. 14. ca. 21. nu. 20. 29. 30. 37. 42. & 55. li. 17. cap. 1. num. 2. 4. 5. 7. & 9. lib. 18. cap. 17. num. 19. Eleemosynæ in testamentis pro suspectis habentur, dũ in vita pauperes non iuuantur, libr. 4. cap. 39. num. 3. lib. 5. cap. 10 num. 9. 45. & 56. Modo enim eleemosynas seminare debet homo ad iustitiam, vt metat fructum vitæ, lib. 5. ca. 10. num. 2. 3. 6. 13. 14. 25. 34. 51. 58. 71. & 72. Postquam autem lucernas in manibus portauerint homines bonis operibus, & eleemosynis insistentes, ne tarde euigilent post mortem, lib. 1. cap. 17. num. 22. recte in testamentis cũ filiis hæredes sint etiam pauperes, lib. 4. ca. 1. nume. 45. & 46. Alij lucernas portauit non in manibus, sed in voto, dum volitionibus quibusdam imperfectis occupati virtutis laborẽ *Rom.* subire recusant, quibus velle adiacet, sed bonum facere non inueniunt. Qui virtutem quidem vellent, sed absque labore, lib. 14. cap. 19. num. 21. & 22. Lucernas etiam tenere in manibus est, etiam externis operibus internam virtutem coniungere, vt homine interiori reformato, exterior reformetur etiam, lib. 18. c. 10. num. 5. 6. 23. 26. 33. & 34. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suũ, quã do reuertatur a nuptiis, lib. 2. cap. 2. num. 58. lib. 18. cap. 15. num. 43. & 44. Hæc similitudo *Iansenius* in tribus consistit: primo, quod sicut illi serui, si sint prudentes, & fideles, assidue vigilant, eo quod incertum habent, quando dominus reuersurus sit a nuptiali conuiuio, quod vespertino tempore celebrari consueuit; ita nos in nocte huius mundi solicite caueamus, ne obrepat somnus peccati, sed perpetuo vigilemus in bonis operibus occupati, quia incertus est dies mortis. Mors vbique homines expectat, & ideo sapiens vbiq. eam debet expectare, lib. 3. cap. 19. nu. 13. Mortis dies semper in memoria sit, li. 4. c. 1. nu. 47. 54. vsque ad 56. 59. & 60. li. 11. c. 10. nu. 9. 13. vsque ad 15. & 17. Mortis dies cum incertus sit, quilibet vltimus credendus est, quem uoluit Deus incertum seruare, vt parati simus, lib. 11. capit. 10. num. 1. vsque ad 3. & 11. Vitam credens diuturnam in multa uenit mala, sicut qui diem mortis non considerat, ibid. num. 3. 7. 9. 11. 16. & 17. Mortem qui considerat breuẽ, bene viuit, nisi insanus illis sit similis, qui credentes crastina morituros aiebãt: Comedamus, & bibamus, &c. li. 11. c. 10. n. 10. usq. ad 12. 14. 15. & 17. Dies mortis icertus est homini, vt sẽper vigilet, & paratus sit, lib. 18. cap. quinto, num. 1. 9. vsque ad 11. 13. 15. 16. & 20. Moriuntur

malitin dimidio dierum suorum,lib.11.capit. 9.num.12.Moriturum se cogitans homo quotidie,facile contemnit omnia,lib.11.c. 10.nu. 4.7.14.15.& 17. Secundo stat similitudo in hoc, vt sicut serui vigilantes confidenter expectant dominum suum,quem,quod a nuptiis reuersurus sit,expectant lætum, & iucundum venturum,& eorum vigilantiam collaudaturum;sic & nos discutientes torporis,& peccati somnum non metuamus Domini aduentũ, sed cum fiducia illum expectemus venturũ e gaudiis regni cælestis (quæ per nuptias sæpe significantur)lætum,ac nostram vigilantiam laudaturum,& remuneraturum. Tertio,vt sicut illi uenienti,& pulsanti domino confestim aperiunt ostium domus,lætiq.suscipiũt;ita & nos Dominum mox, & lætanter suscipiamus, cum venerit circa tempus mortis,& pulsauerit ægritudine,vel morte. Læti suscipere non possunt Dominum hi, quos inuenit dormientes,& imparatos. His vigilantibus docet hæc parabola, quod sit concessurus accumbere in mensa cæli,& communicaturus sit suorũ gaudiorum fruitionem,ac prouisurus, ne quid illis ad iucundam vitam desit,largiter acceptu ri,quidquid desiderare poterunt.En mutatio inaudita rerum: en terribilis correptio domi
Chrysologus. nationis:en paueda conuersio seruitutis;quia parumper seruus astitit in Domini sui expectatione,succinctus Dominus vicẽ rependet, & discumbenti homini Deus astabit,idq.in cælestibus.Epulanti seruo seruit dominus,& seruit accinctus in patris iam gloria cõstitutus. De dominatione ad fidelium suorum pia migrabit obsequia. Expectantibus ministrabit epulas,ministrabit & impio, sed dignã de suo somno sententiam. Qui vitia deseruit carnis, qui lucernas portat in manibus recte viuens, confidenter expectat Dominum,dicente Apo
2. Pet.3. stolo: Cum ergo omnia ista dissoluenda sint, quales esse vos oportet in Sanctis conuersationibus,& pietatibus expectantes, & properantes in aduentum diei Domini? id est, cũ nihil horum duraturum sit, non est quod harũ rerũ cura vos torqueat, quod vero vos magnopere curare oportet,illud est,quales debeatis esse bonis conuersationibus, & pietatibus in proximos,quasi lucernis splendentibus expectantes, & properantes. Tota iustorum vita expectatio est aduentus Domini, quia omnia quasi peregrini efficiunt,nequaquam mẽtem in terra figentes, sed expectantes, vt Paulus
Philip. 3. dicit: Nostra conuersatio in cælis est,&c. Vnde & Saluatorẽ expectamus, &c. quasi dicat, taliter in terra conuersamur,vt nulla nos earum rerum,quæ in mũdo sunt,cura torqueat, ideo Saluatorem expectamus, vt corpus nostrum laboribus debilitatum simile cõstituat corpori charitatis suæ.Et addit Petrus:Properantes,quod ad affectum,& gaudium referendum est, quia qui ad aduentum alicuius properant, cum gaudio eum excipiunt , ita viri
Thren. 3. perfecti,&c.Vnde dixit Hieremias: Pars mea Dominus, dixit anima mea, propterea expectabo eum, bonus est Dominus, &c. Cum alij diuitias,alij honores,alij delicias expectent, & per varia vitæ huius appetibilia distrahantur, anima mea dixit: Pars mea Dominus, id est,sufficit mihi Deus pro omnibus.propterea confidenter expectabo eum. Et quia bonus Dominus sperantibus in se transiens ministrabit illis.Bonum est ergo cum silẽtio præstolari salutare Dei,id est,abstracti a sæcularibus negotiis, & tumultibus, præstolari hanc Dei salutem, quam in morte cumulate concedit,cum anima sponsum desiderauerit in no- *Esa.16.*
cte,id est,separata a sæculariũ tumultu.Mors timenda non est, quam bona vita præcessit, lib.4.cap.1.num.43.52.58.59.66.& 67.lib.11. cap.9.num.17.vsque ad 19. Mortem optabãt Sancti,&c.lib.11.cap.9.num.16.17.& 19.Mori nolle indicium est imperfectionis, ibid.nu. 22. In iudicio diem illam,quæ mala dicitur, non timent Sancti,lib.9.cap.9.num.7.& 9. Iudicium finale qui diligit,omnia facit, vt iudicem congruo habitu aspiciat, ibidem nu.15. In quo quando mali percutientur, iusti cantabunt victorias suas,ibidem nume.38.& 42. Iudicij diem qui desiderat,& in eo fiduciam habet,perfectus est in charitate,num.61.Iudicium finale desiderat sponsa, & in eo Christũ pium,nume.74.& 75. Iudicij diem expectat, qui perfecte diligit Deum,lib.17.ca. 3.nu.25. Eritque ille dormientibus terribilis,vigilantibus iucundus,in quo ebrius uenire dicitur immemor malorum,quæ fecerunt iusti, Deus,immemor miserationum suarũ respectu malorum,lib.18.cap.5.num.8.& 19. Iusti peregrini dicuntur in hac vita, quia futuram inquirunt,lib.2.cap.2.num.5.8.& 25.lib.4. cap.19. num.1.lib.9.cap.14.nu.6.8.9.11. 12.14.15.17. vsque ad 19. Hac etiam seruorum sollicitudine postulat Dominus, vt eam in seruiendo illi adhibeamus curam,quam mundani possident,vt mundo seruiant,vt qua animi propẽsione seruierunt iniquitati,seruiant iustitiæ, lib.18.cap.8.num.10.Hæc expectatio Domini est ancora animæ tuta, ac firma,& incedẽs vsque ad interiora velaminis, quæ animam comitatur, donec illam introducat in cælestes nuptias,vbi pręcingit se Deus,& faciet illos discumbere, id est, in æterna requie refoueri.Dicitur præcingi,quia cum cælestia bo- *S. Thom. Cyrillus.*
na sint infinita,ea comprehendere non possumus.Vel discumbere faciet,id est,omnino requiescere;vel faciet illos discumbere, vt bonorum suorum abundantia satientur,ac reficiantur.Transiensq.ministrat: trãsitus.n.hic sublimis est, & arduus, quoniã spiritus hominis beati semper ex uno gradu cõtẽplationis in aliũ deducitur cõtinue,& transit Dominus in his oẽm excedẽs creatũ intellectum. Beatitudinis bona ineffabilia sunt,li.2.c.1.num.4. 17.& 18.c.4.nu.20.lib.4.cap.15.num.12.

Et si venerit in secunda vigilia, & si in ter 2
tia,&c.Beati sũt serui illi. Vigiliæ noctis tres custodiẽdæ sunt,li.18.c.5.nu. 18.19.20.ca.15. nu.43.Dupliciter hæc sententia ad litterã potest intelligi. Primo, potest significari seruos fore beatos,si Dominus veniens in secunda vigilia inueniat eos vigilantes, etiamsi in prima vigilia non vigilauerint,& similiter si veniens in tertia vigilia inuenerit vigilantes,etiamsi in prima,& secunda non vigilauerint.
Psalm. Hæc ergo est hominis felicitas, quam a Deo postulabat Dauid dicens: Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte,&c. Hoc enim necessarium est, ne illa hora inueniat nos dormientes,& imparatos.Alter sensus esse potest,Beatos esse seruos, qui non solum vigilant in prima vigilia (id enim facile est) sed in secunda, & tertia, vt quotiescũque Deus eos vocauerit, vigilantes inueniat. Qui sensus significat opus nobis esse perseueranti vigilia, nec satis esse, vt ad tempus vigilemus expectantes ipsum solicite,longanimiter illius aduentum semper, & in quacum-
Serm.24. que ætate expectantes. Chrysogolus probat omnibus officiis necessarias esse vigilias. Rex vigilãs regnum suum ab hostibus tuetur;dux, & miles castrum vigilans custodit; nauta vigilans nauim ad desideratum perducit portum; pastor vigilans ab incursantibus feris custodit gregem; itinerantes,dum vigilant,ardorem Solis non sentiunt;sutores,sar-
Psalm.87 tores,&c.vt operationi intendant, vigilant: ita & homines Christiani illius exemplum sequantur, qui dicebat: Domine Deus salutis
Psalm. meę in die clamaui,& nocte corã te. Et illud: Anticipauerunt vigilias oculi mei. Et iterũ:
Psalm. Vigilaui,& factus sum sicut passer,&c. Vigilet homo multum super cor, vt diligenter cõsideret actiones suas,lib.3.cap.23.nu. 15. cap. 27.num.7.lib.4.cap.20. num.19. Vigilare dicuntur,qui bene viuunt, mali autẽ dormire, lib.12.cap.3.num.7. Vigilet iustus,ne oneratus diuitiis portum arrepturus naufragium patiatur,lib.14.ca.16.nu.1.& 2. Vigilare,est iustitiam facere, dormire autẽ, negligere eã, lib.18.cap.5.nu.3.8.9.12.14.& 16.Vigilant milites,pastores,vt nobis suadeatur vigilia, ibidem num.10. Vigilare debet,qui quærit locũ Domino,itavt nec dormiat,nec dormitet ter renis delectatus rebus, num.14.Vigilet,ne de tenebris transeat ad tenebras,num.17.

3 Si sciret pater familias qua hora fur veniret,&c.vsque ad finem Euangelij. In præcedẽ ti parabola præmium ostendit seruorũ vigilãtium,in hac autem pœnam, & malum nõ vigilantium. Docet ob id perpetuo vigilandũ esse,ne si dies illa nos dormientes inueniat,incidamus in tale malum, quale patitur paterfamilias dormiens a fure nocturno oppressus.
Apoca.3. Non est autem dies Domini,vt fur,nisi non vi
1.Thes.3. gilantibus. Si non vigilaueris, veniam ad te tamquam fur,&c.Et Paulus: Vos autem,fratres, non estis in tenebris, vt vos dies illa, tamquam fur, comprehendat. Dormientibus venit,vt fur, quia inopinatus aderit, eisque vitam simul cum omnibus huius uitæ bonis auferet. Vigilantibus non veniet, vt fur, quia & expectatus ille veniet, & nihil illis bonorum auferet. Et si homines vigilant, ne pereat pecunia, multo magis nos uigilare debemus, ne pereat anima. Loquitur de aduentu in iudicio, & in morte, quos voluit esse incertos, quo ad tempus, vt semper essemus vigiles, ac parati occurrere venturo, sic viuentes quasi semper mori parati. Aduentus Christi in morte est, imperium eius, quo iubet, vt anima separetur a corpore. Quando discedebat nubes, proficiscebantur filij Israel, siue in die, siue in nocte, omni tempore erant parati, nec aiebant: Nox est, discedere non possumus, sic & nos, &c. Assimilatur aduentus Christi in hora mortis furi: Primo, propter incertitudinem, & inopinatum ipsius aduentum: Secundo, quia sicut latro non uenit, nisi ut furetur,interficiat, & perdat,ita Christus contra impios dormientes, vt eos expoliet bonis, quæ illis dedit, vt dicere possit homo: Vrsus insidians factus est mihi, *Thren. 3.*
leo in abscondito. Bonitas Dei clamat, ut Dauid, quando dormiebat Saul, ut excitatus *1.Reg.26*
periculum fugeret, qua voce feritas impij Regis in mansuetudinem versa est, tantam aduertens inimici benignitatem. Quid ni corruat homo ad pedes Domini tremefactus, & gratus,qui cum dormientem inimicum occidere potuisset,non fecit, sed clamauit: Et vos estote parati. Aduerte, ne te Dominus dormientem reperiat sicut latrones, qui in- *4. Reg. 4.*
teremerunt Isboseth. Caue,ne sicut pisces ca *Ecclesiast.*
piuntur hamo,& aues laqueo, sic tu capiaris in tempore malo.Homo ignorans mortis horam negligenter viuit, si eam sciret, nullum certe malum intentatum relinqueret. Appa- *Ad Titũ.*
ret autem gratia Saluatoris, &c. Iuste, &c. viuamus in hoc sæculo expectantes beatam spem, & aduentum, &c. Hoc inter beneficia Dei eximium est, quod qui armatus uenturus, & ad sumendam vindictam inimicorum,armaturus creaturas ad ultionem eorum, rogat quæ ad pacem sunt Hierusalem, dum paratos nos desiderat, ut obuiam illi properantes patrem experiamur misericordiarum, qui Deus ueniebat vltionum. Vigilarent homines, si Dominum cogitarẽt venturum, lib.18. cap. quinto, numer. 17. Vigilans coronabitur, quia dæmon vigilantem fugit,dormientem spoliat,ibidem nume. decimo,& 16. Vigilet homo,vt bona,quæ habet,tuto possideat,numer. 7. ne mors, vt fur eum imparatum inueniat, sed vt nuntius Regius paratos inuitet,ibidem numer.septimo, octauo,13.15.16. & 20.capit.17.num.21. Vigiletque homo,ne dæmon, ut fur, per sensus ingrediatur ad animam, & nudet eam bonis, libr. decimo octauo. capit. quinto, nume.1.& 2.Cumque dixerint:Pax,& securitas; *1.Thes.5.*
tunc repentinus eis superueniet interitus,sicut in diebus Noe,&c.& audient: Stulte hac nocte repetent a te animam tuam, &c. Sic *Lucæ 12.*
Dauid: Subito defecerunt, perierũt propter iniquitatem suam: Sic Ioannes vidit lapidem *Apoc.18.*

Dan. 5. molarem in mare proiectum ab Angelo dicẽte: Hoc impetu mittetur Babylon. Sic Balthasar vidit manum nocte scribentem Regis condemnationem, & statim periit; Ita idem iudicium mundo incumbit. Lata est sententia, numerauit Deus omnem impietatem mundi, & non longe abest completio, appendimur in statera, & inuenimur minus habentes. Cum enim dormiunt homines, propriæ salutis obliuiti, nec præcauent futura mala; quod, heu, in plerisque videmus: vigilat autem, qui recordatur futurorum, & omnibus viribus quærit salutem, & paratus est ad fugam, irruentibus periculis. Vigilandi autem iustissima causa incertitudo est mortis, dum nec viribus, nec ætati fidendum est. Quod autem exemplũ adducit patrisfamilias furem expectantis, ad erubescentiam nostræ desidiæ facit, vt qui ad externa damna precauenda vigilantissimi sumus, ad spiritualia omnino torpeamus. Virtutem remisse quærunt homines, cum alia ardẽtissime querant, lib. secundo, cap. 17. numer. 4. vsque ad decimũ, 15. vsque ad 18. & 24. libr. 6. cap. primo, num. 2. lib. nono, cap. 22. num. 14. & 15. lib. 18. cap. 11. num. 25. Solet Dominus sese insinuare pro furum consuetudine in medio silentio, & medio noctis cursu, siue consolaturus, siue iudicaturus adueniat. Sic consolatur, dũ omnia videntur desperata, vide li. 4. c. 22. Sic iudicio suo adest, dũ securi omnino
Exod. 11. videmur. Sic ingressus est Aegyptũ media nocte, vt occideret primogenita. Et Amos: Dies
Amos 5. Domini ista, tenebræ & nõ lux. Quomodo si fugiat vir a facie leonis, &c. id est, nulla securitas est, sed vigilandũ, quia vndiq. sunt pericula. Vt fur venit mors, quãdo instar Ionæ dormiũt homines sopore graui. Venit mors, sicut
Gen. 7. in diebus Noe venit diluuium anno 600. vitæ illius, libr. 4. cap. 18. num. 25. mense secundo, in mense Octobris, vel Aprilis. In mense Octobri, quãdo homines, fructibus collectis, in maximo sunt gaudio. Vel in Aprili, quando virescunt omnia, hominesque deliciis, sanguine crescente, habenas laxant, tunc rupti sũt fontes voraginis. Mors, fur, quæ diuitiis, & deliciis malos priuat. Vigilare multis de causis debent homines, maxime autem, quia vita hæc, & status futurus incerta sunt, lib. 18. cap. quinto, per totum. Vigilet homo propter incertitudinem mortis, lib. vndecimo, capit. 10. nume. primo, vsque ad 3. 10. 11. 14. & 15. libr. 14. cap. 21. num. 16. lib. 18. cap. quinto, nume. 1. 9. vsque ad vndecimũ, 13. 15. 16. & 20. capit. 17. num. 20. & 21. Vigilans furi resistit, quia pœnitens cauet, ne ad supplicium nesciens trahatur, lib. 18. cap. quinto, num. 16. Iudicij dies incertus est, vt omnes generationes saluẽtur expectantes illum, lib. vndecimo, cap. 10. num. 2. lib. 18. cap. quinto, num. 1. Iudicium finale incognitum veniet perditis, quod præ oculis habendum est, vt recte viuamus, lib. 9. capit. 9. nu. 10. vsque ad 14. 18. 21. 24. & 56. Mors, vt fur, vt homo semper vigilet in qua expoliãtur mali his, de quibus gloriantur, lib. 18. cap. 5. nu. 7. decimo, & 11. capit. decimo, nu. 22. Viuit autem negligenter homo, dum considerat mortem tardare, libr. 18. cap. 5. num. 3. 10. 11. & 15. Iudicium autem, quo amplius differtur, acerbius erit ad puniendos impios, li. 1. c. 25. nu. 8. lib. 4. cap. 18. num. 9. & 10. lib. nono, cap. nono, num. 26. 27. 29. & 57. Somnus Christianorum pessimus, qui in die dormiunt, lib. 18. capit. 5. num. 12. Vigilantissimi quidem rebus temporalibus acquirendis, qui bonis operibus dormiunt, e contra iusti, li. 2. cap. 20. num. 14. Dormiunt, dum alienantur a sensibus, dormiunt
Prou. 23. inter medios cleros, &c. Mali audiũt: Et eris quasi dormiẽs in mari, &c. Sed licet omnibus incumbat vigilare, hoc munus maxime Prælatis demandatum est, qui custodes sunt ciuitatis, &c. li. 14. cap. 31. nu. 30. lib. 16. capit. 7. nu. 24. & 25. Sed aduerte multa cum ratione dictum: Nescitis qua hora Dominus, &c. Non nominat annum, nec mensem, sed horam, tum vt eximiam doceat incertitudinem, cum nec per horam securus est homo, tum etiã, vt vitę perpendas breuitatẽ, vide li. 11. ca. 10. num. 5. vsque ad 7. & 14. lib. 18. ca. 5. nu. 17. cap. 16. nu. 22. 24. & 26. li. 18. c. 17. nume. 1. 2. 10. 12. 16. 18. 20. 22.

IN PRAESENTATIONE Beatissimæ Virg. Mariæ.

Euangelium.

Liber Generationis Iesu Christi. Matth. 1.

Vide lib. 11. cap. 6. num. 17. 18. & 127.

QVAE ad expositionem pertinent Euãgelicæ lectionis enarrauimus in festo Conceptionis, & Natiuitatis Deiparæ Virginis, & in solemnitate Rosarij, Dominica prima Octobris. Vnde ea breuiter dicenda sunt, quæ huius festiuitatis sunt propria. In quibus illud in primis cõsiderandum est, quod cũ olim Annæ Samuelẽ dedisset Deus dilectissimum sibi filiũ, quem a Domino tam anxie postulauerat, in quo simul matris honor, & Iudaici populi vtilitas inueniretur, obtulit eum templo, antequam ipsum conciperet, sed votum non impleuit, donec infantem ablactauit, tuncque dona afferens, Deo infantem obtulit, qui gratissimus illi factus in dies noua, & maiora reportabat beneficia illi debita, qui præuentus in benedictionibus dulcedinis, Deoque consecratus adhuc puer in tantam euasit sanctitatis magnitudinem, vt omnes crederent, quod Samuel Propheta fidelis esset Domini, ad eximios electus honores. Non ita contigit in Maria,

In præsentatione B. Mariæ.

1. Reg. 1. & 2.

Maria, nec distulit Deus fauores Virgini exhibendos, vsque ad illud tempus, in quo cum trium esset annorum, in templo est præsẽtata. Cum primum in ventre matris concepta est, ea accepit bona, quæ nulli mortalium sunt cõcessa. In vtero matris cęlestis Patris potẽtia ostensa est: in ea, quæ in matrem filij sui eligebatur, Spiritus sancti bonitas illi communicata, quæ illius tẽpluni mox futurum erat: Filij vero sapientia, vt tantis bonis repleta dignus esset cælestis sponsi thalamus, in quo admirandæ celebrarentur nuptiæ. Cum primum nata infantula fuit, inter lacrymulas, quas fundebat, vilibus inuoluta pannis Angelos misit, qui illius venerarentur sanctitatem, admirarentur virtutem, cui ipsi in cælo conditi comparari non possent, cuius meritis nulla laus ęquabatur, lib. vndecimo, capit. 6, num. 15. 39. 86. & 87. Mariæ conceptus, ortus, & infantia, ibidem nume. 16. vsque ad 18. 126. & 127. Fuit enim templum gloria Domini fabricatum, nume. 23. Illa enim Stella ex Iacob fuit orta, cuius radius totum orbem illuminauit, nume. 44. Illa enim quasi mundus specialissimus condita a Deo fuit, numer. 83. & 84. Sed quæ tanta pollebat sanctitate ducitur
Psalm. 44 hodie ad templum, acceleratoque in infantula rationis vsu, oblita populum suum, & domum patris sui, concupiuit nouo modo Rex speciem suam, lib. vndecimo, cap. sexto, nu. 46. Vulnerauitque ingressa templum sponsum in vno oculorum suorum precibus suis, numer. 109. & 110. Quæ inuitat sponsum, vt comedat fructum pomorum suorum, id est, perficiat in ea omne opus bonum, nu. 111. & 112. Dormiebat, dum Deo vacabat, simulque vigilabat, numer. 113. & 114. Maria solitudinẽ maxime diligebat, vt soli scirent Angeli, & famularentur ei, numer. 114. Maria prius stillabat myrrham, post ostium aperit, prius vita fuit mirabilis in templo, post doctrina, nume. 115. Mariam bis laudat sponsus in Cãticis iisdem verbis, quia eadem fuit tacens, & docens, nume. 118. Si autem in templo hominum societate, & seruitio priuatur, Angelos
Prouerb. habet ministros, & socios, quos alloquatur, miris uirtutum exercitiis delectata, qualia Sancti post multa tempora non sunt consecuti. Iustorum semita, quasi lux splendens processit, & creuit vsque ad perfectam diẽ, in qua etiam Virgo Sole fulgentior fuit, sed in templo annorum trium maiorem est consecuta virtutem, quam Paulus, Ioannes, &c. Samuel dilectus Deo, & hominibus illi non
Cent. 2. æquatur proximus morti. Quæ in insula fuit Pathmos, scilicet in templo, in qua maiora accepit beneficia, quam Euangelista Ioannes olim spernens cuncta, quæ erant in sæculo. Et quo tempore ludere cum puellis, iocari in domo, deliciari cum parentibus, ab ipsisque educari potuisset, quæ trium erat annorum, fastidit cuncta soli Deo adhærens in templo, desponsata iam Deo in tam tenella ætate. Sponsa cum audiret: Surge, propera amica mea, iam enim hyems transiit, ficus protulit grossos suos, vineæ florentes dederunt odorem suum, dicit. Dilectus meus mihi, & ego illi, quasi dicat, Vt quid ad memoriam reducis temporis iucunditatem, prati amænitatem, vinearum odorẽ, &c. cuncta hæc fastidit, quæ unius dilecti delectatur amplexibus, quem vnice amat. Sic & Dauid: Vxor tua, sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ, vel, vt alia habet le-*Psalm.* ctio, in intimis domus tuæ. Ideo nihil est, quod foras cõcupiscas, qui vxore in intimis domus potiris. Ita Virgo, quæ sponsum habet in intimis templi commorantem, quæ dicere potest: Dilectus meus mihi, &c. cunctis posthabitis, templum adiit, cantat canticum Graduum: ibi tamquam in deserto: Vt alter Baptista, admirandis donis, & consolationibus repleta est. Quæ ibi posita non indignationem Domini, acrem eius iram in populum, vt Samuel prophetauit, sed vndecim annis ibi commorata, ad tantam peruenit sanctitatem, vt iram moderaretur Domini, & instar aquæductus fontem e sinu patris ad nos traxit. Cum ędificato tem-*3. Reg. 8.* plo ingressaque arca, Deum ibi fuisset pre-*& 9.* catus vir multis imperfectionibus plenus, intra breue tempus eximia a Domino consecutus est beneficia toti populo necessaria. Felicissimi Deiparæ anni in templo, in quibus admiranda consecuta est dona, mundo ineffabilia impetrauit bona. Nam certe qui in vno crine infantulæ vulneratus fuit, & in vno oculorum suorum, capilli eius effecti sicut grex tonsarum, &c. oculi columbæ, quæ residebat iuxta fluenta plenissima sponsum salientem in montibus ad nos traxerunt. Dumque virginitatem suam sponso consecrat, in causa est, vt adducantur multæ Virgines post eam, in lætitia, & exultatione ipsius sponsi, vt adolescentulæ diligant sponsum, & in odorem unguentorum eius currant, simul cum illa illius exemplo prouocatę. Præuenit in immatu-*Psalm.* ritate, id est, antequam ad debitam maturitatem peruenirem clamaui, &c. Præuene-*Psal. 118.* runt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua. Et innumeri virginum chori eam sunt secuti, quæ virginitatis statum in orbe inuisum Domino consecrauit. Merito ergo Ecclesia festum hoc celebrat diei, in quo templum adiit, in quo tamdiu commorata est, donec Spiritu sancto disponente, sponsata est Ioseph, quæ prius mundo crucifixa desponsata fuit per votum virginitatis altissimo, vt quæ virginitate placuisset, humilitate conciperet. Maria prima virginitatem vouit, vnde iussu Dei desponsata est, lib. vndecimo, capit. sexto, numer. decimo octauo, 19. 30. 47. 49. 62. & 110. In Maria pulchra permistio fuit virginitatis, & humilitatis, numer. 41. & 42. Maria per virginitatis votum virgines maxime honorauit, libr. 18. capit. sexto,

num. 21. Ingredienſq. templum, antequam mundi experiri poſſet vanitates, concupiſcit, & deficit anima eius in hæc atria Domini, ſuſpiratque ad altaria Domini virtutum, qui Rex, & Deus illius eſt, vt inceſſanter dicat: *Pſal. 83.*

Loquere Domine, quia audit ancilla tua, vt loquatur pacem in plebem ſuam, & in Sanctos ſuos, & in eam, quæ conuerſa eſt ad cor, quod nuſquam auerterat ab illo, vt conuerteretur ad ea, quæ magni facit mundus: beata, quæ habitat in domo tua Domine, vt laudet te. Quæ ergo in templo decem ad minus annis, vel iuxta mentem Caietani viginti Angelorum conſortio fruebatur, ſolum intenta vigiliis, ieiuniis, orationibus, actibus feruentiſſimis diuini amoris, religionis, obedientiæ delectata; quæ oculis, ac manibus in cælum ſemper intenta, non diebus, neque noctibus a colloquiis diuinis, & oratione ceſſabat, ingens meritum per votum virginitatis adepta, in templo ad id perfectionis venit, talemque ſanctitatis gradum eſt conſequuta, quo congrue eſſet mater Dei, vehementiaque deſideriorum diuinum fontem ad nos traxit, vt vbi illa eſſet, ibi ferretur cor Dei, quod ibi inſeparabiliter erat, vbi theſaurus hic diuinorum bonorum reperiretur. Tantiſque in templo ditata eſt diuitiis, vt ab eo diſcedens Angelus venerit, de cuius allocutione, vtpote, quæ noua illi viſa eſt, turbata fuit, non autem de illius viſu, qui fuerat frequentiſſimus. Maria digna mater Dei, lib. vndecimo, cap. ſexto, numer. ſecundo, 42. 43. 76. & 89. Maria turbata de ſermone, non de illorum allocutione, lib. vndecimo, ca. ſexto, nume. 19. & 127. Mariæ flos, & odor aduenire fecit verbum in Nazareth, ibidem nume. 40. 58. & 100. Maria aquæductus, qui fontem attigit, vehementia deſideriorum, &c. ibidem num. 72. 73. & 75. Solemnitas autem hæc, quæ cunctis communis eſt, religioſorum eſt propria, in qua ſacer eorum ſtatus in ſæculi renuntiatione, in virginitatis voto conſecratus eſt, qui de portis mortis exaltati ſunt, ut annuntient laudes Dei in portis filiæ Sion, & dicant: Dilectus meus mihi, & ego illi. Vt vbera dulciſſima ſponſæ experiantur, quæ meliora ſunt vino, eligẽtes abiectionem in domo Domini potius, quam habitare in tabernaculis peccatorum. Vide verbo Religio, & Religioſus, de religionis laudibus, &c.

Pſalm.

IN FESTO S. CAECILIAE Virginis, & Martyris.

Euangelium.

Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. Matth. 25.

Huius parabolæ ſcopus ad uigilandum homines inducit, incertitudinis mortis conſideratione. Vnde quæ diximus in expoſitione Euangelij, Sint lumbi ueſtri præcincti, in feſto S. Martini, magna ex parte huic Euangelio accommodantur. Exponitur etiam parabola hæc, lib. 18. cap. 15. nume. 37 uſque ad 39. Vide lib. 4. cap. 21. num. 1. lib. 5. cap. decimo, num. 35. lib. 12. cap. 4. num. 20. lib. 13. cap. 5. num. 27. lib. 14. cap. 18. num. nono, lib. 17. cap. 1. nume. 2. lib. 18. cap. 5. per totum cap. 15. nu. 26. 37. & 38.

PRAEMISERAT Dominus parabolam de malo ſeruo, qui tardante hero, illius bona diſſipauerat, ac cõſeruos percutiebat, id eſt, manifeſte impius erat. Ne quis autem putaret ſolos manifeſte malos damnandos, ſubiicit parabolam de decem Virginibus, qua oſtendit, nec eos omnes ſaluandos, qui pietatis ſpeciem præferunt. Tunc, inquit, ſimile erit, tunc inquam, quando ſeruus impius condemnabitur, tunc imparati aderunt multi, qui iuſti credebantur; plerique inuenientur ſatui, qui nunc ſapienter vitam inſtituiſſe videtur; multorum tunc extinguetur lumen, qui nunc lucere videntur; multi ignorabuntur a Deo, qui nunc videntur ei proximi; multis claudetur ianua, qui nunc videntur primi reſidere. Vocabit Dominus iudicium ad ignem, & deuorabit abyſſum multam, & comedit partem domus Domini. Ad ignem Dei iudicium vocat, & tunc inextricabiles multorum hominum mentes, velut abyſſum, quæ exterius quadam virtutis imagine contegebant interna mala, concremabit, & magnam etiã domus ſuæ partem, id eſt eorum, qui veluti Dei aulici exterioribus operibus videbantur. Et Amos: Vrbs, de qua egrediebantur mille, relinquetur in centum, & de qua egrediebantur centum, relinquentur in ea decem. Et alibi: Si ſuper humum populi mei ſpinæ, & vepres aſcendunt, quanto magis ſuper omnes domos gaudij ciuitatis tumultuantis? id eſt, ſi in eorum mentibus, qui populi mei eſſe videbantur, qui veluti exculta terra exterioribus virtutum operibus erant, peccatorum ſpinæ interius pullularunt, quid de illis dicendũ, qui veluti cõfragoſa terra ſpinas ſemper peccatorum producunt? Qui exteriora quidem opera habent, ieiunant, pauperibus ſubueniunt,

In feſto S. Cæciliæ.

Amos 7.

Amos. 2.

Eſa. 32.

ueniunt, orant, conciones audiunt, &c. De quibus dicitur: Telæ eorum non ad veſtimentum, neque operientur operibus ſuis, opera eorum inutilia. Aliqui operibus exterioribus telam texunt, ſed quia ſine charitate fiunt, non veſtiuntur, neque calefiunt eis, quia ſunt opera inutilia. Hi ſunt, de quibus dicitur: Væ peccatori terram ingredienti duabus vijs, quod facit, qui externa quidem virtutis opera facit, ſed mũdi eſt, quod mente retinet. Hi ſunt Gabaonitis ſimiles, qui ſaccos veteres aſinis imponentes, calceamenta perantiqua, quæ ad indicium vetuſtatis pitacijs conſuta erant, ferentes in pedibus, induti veteribus veſtimentis perrexerunt ad Ioſue dicentes: Se de terra longinqua, venire q. vt pacem inirent cum Iudæis. Veſtes, & calceamenta, quibus induimur ob longitudinem viæ, pene ſunt conſumpta, cũ reuera in vicino habitarent, & inter eos eſſent futuri. Verbis itaque, & externis ſignis mentiebantur, quod non erant. Tales ſunt Chriſtianorum multi, qui peregrinos ſe mentiuntur, & aduenas abſtinentes a carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam, cum re vera ciues ſunt huius mundi. Contra eos loquitur parabola hæc, qui virgines dicuntur propter continentiã, & quinque propter concupiſcentiam carnis edomitam, qui ſenſus moderantur externos, oculos, ne animam deprædentur, in cunctis filiabus vrbis, qui dicunt: Pepegi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem de virgine; aures, ne audiant iudicium ſanguinis; guſtum, ne nimia ciborum ingluuie animam perdat; tactum, ne ad vxorem proximi inhiet. Hi qui ſancti reputantur, hic inter fatuas numerantur virgines. Si quidem parabola totam Chriſtianorũ multitudinem comprehendiſſet Dominus, diceret, qui ieiunat, & orat, &c. Stultorum infinitus eſt numerus, cumq. tot ſint periuri homicidæ, & adulteri, his ianua claudenda eſt, non eſt cur ſolicitus ſit, qui bonis operibus deditus eſt. Curſor leuis explicans vias ſuas, onager aſſuetus in ſolitudine in deſiderio animæ ſuæ attraxit ventum amoris ſui, nullus auertet eum. In quibus verbis illi intelliguntur, qui impetu vix credibili feruntur in præceps, & de malo in malum currunt ea velocitate, qua capreæ. Hi æterno conuiuio priuantur. Si horum miſerandam calamitatem retuliſſet Euangeliſta, cordatus homo nec miraretur, nec expaueſceret. Sed illud magnopere formidandum eſt, quod bona eorum pars, qui pro Sanctis venerantur, oleo carens ab æterna pelletur felicitate: Et viride fœnum, quod oculos omnium delectat, cras in clibanum mittetur. Vnde aiebat Paulus: Nolite ante tempus iudicare, donec veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordiũ, & tunc laus erit vnicuique a Deo. Nullus mundi teſtimonium magni pendat, quantumcumque egregium; alterius ſanctitatem commendet, ſed timeat venturam lucem, quæ manifeſtabit, non externa tantum opera, ſed conſilia cordium, ſecundum quæ expectanda a Deo eſt laus. Totius ergo parabolæ epilogus is eſt, quod vt Dominus omnes ad vigilandum inducat, decem numerat virgines, quæ accipientes lampades exierunt obuiam ſponſo. Mos enim erat, vt ſponſus veſpertino tempore comitatus adoleſcentiũ ſocietate ſponſæ ſuæ domum intraret, celebraturus ibi nuptias, ac tunc ſponſæ domo virgines quædam ſponſæ aſsidentes, ſponſa domi aduentum ſponſi præſtolante, prodirent obuiam ſponſo deducturæ illum cum lãpadibus in ſponſæ domum, & ibi cum illo nuptialibus fruituræ gaudijs. Ex his virginibus quinque fuerunt fatuæ, quæ futuræ neceſsitati non prouidentes, conuiuio non interfuerunt, quinque ſapientes oleum ferentes cum lãpadibus. Aliqui parabolam iſtam de virginibus corpore interpretantur, vt ſignificetur per eam, non ſatis eſſe ſeruare virginitatem, niſi hanc reliquæ comitentur virtutes. Virgo virtutibus ſit munita, vt Deo placeat, lib. 2. cap. 7. num. 26. quæ non tantum corpus, ſed etiam animam debet a corruptione ſeruare, lib. 3. cap. 3. num. 6. Virginitas a gentibus conſecrata nec vera eſt, nec ſimilis ei, quæ inter Chriſtianos debet reperiri, lib. 18. ca. 6. num. 11. vſque ad 13. Virginitas, & continentia ad mundi contemptum, & operationem virtutis ordinatur, vnde non prodeſt, ſi hæc deſint, lib. 18. cap. 10. num. 13. & 14. Alij ſponſum vocant Chriſtum, decem virgines omnes fideles, ob fidei integritatẽ. Sacra enim ſcriptura infideles animas vocat meretrices, adulteras, & fornicarias, quæ fornicari dicuntur cum lapide & ligno, dum idola colunt. Dormitauerunt omnes, & dormierunt, dum ægrotantes interierunt. *Summa.* Quod ſicut prudentes bene ſibi proſpexerunt, & ſe parauerunt ad incertum ſponſi aduentum, ita & nos vigilantes aſsidue in bonis operibus, ne ſimile nobis contingat, quale iſtis fatuis virginibus, ne aduentus imparatos nos inueniat, certo perſuaſi ſero tunc quæſituros, vt ea nobis paremus, quibus occurrere venienti poſsimus. In hoc ergo Euangelio hypocritarum legimus dementiam, qui de longe fingunt ſe portare panem ſuum, ſicut mulier fortis, facta quaſi nauis inſtitoris, cum re vera de propinquo portent, qui licet aduenas ſe fingant, re vera ciues ſunt huius mundi. Iuſti de longe portant panem ſuum in his, quæ agunt, æternam retributionem quærentes, lib. 8. cap. 9. num. 13. Mali Babyloniæ, & mundi ciues, lib. 1. capit. 10. numer. 4. & 5. Hypocrita ſepulcrum dealbatũ dicitur, quia tantum ea, quæ videntur, curat, lib. 8. cap. 9. numer. 2. vſque ad 4. 8. 10. & 28. Hypocritæ ſtulti ſunt, dum quod oneroſum eſt, habent commune cum iuſtis, non autem illud, quod leuiſsimum eſt, num. 7. 8. & 28. Quorum mala patebunt, cum decaluaberit Dominus verticem

Eſai. 59.

Eccl. 2.

Ioſue. 9.

Aug. ſerm. 28. de 10. Virg.

Tren.

Iob

Hiere. 2.

Hieron.

Aug. in pſal. 148.

1. Cor. 4.

Ianſenius.

Hiere.

Prou. 31.

ticem filiarum Sion, num.10. de quibus dicitur: Quod in tribus annis, quasi annis mercenarij, auferetur gloria Moab, nu.11.nu.13. Quod hi de proximo portãt panem suũ, quorum vita carecto similis est, speciem viriditatis habens cum sterilitate, nume.17.18.21. vsque ad 24. Qui dum viuit, sanctus creditur, sed Sole Christo veniente ad iudicium, vt scirpus siccatur, numer.26.& 27. Horum gloria, etsi nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur, num.27.vsque ad 37. Hi pennas habent strutionis, similes pennis herodij, ibid. numer. 29. Horum facies tota fęda est, licet ex vna parte decora videatur,
Bern. num. 31. Morbus hic leuiter uolat, leuiter penetrat, sed non leue vulnus ingerit. Scelestum enim est, hominem debitam Deo gloriam sibi arrogare contra Domini mandatũ,
Exod. 30. qui prohibuit ne Thymiama diuina institutione confectum, & sacris vsibus destinatum, sub interminatione mortis quis vteretur, indignũ ratus humanis vsibus deseruire, quod erat vnius Dei veneration sacratum. Quid autem Deo magis debitum, quam honor, & gloria, scilicet, quæ illius propria est? Hanc qui sibi assumit, thymiamate illo vni Deo dicato abutitur. Gloriari nõ debet homo de bono, ne furetur, quod Dei proprium est, lib. 18. cap.1. num.29.33.& 38. vsque ad 41. Vana gloria in operibus studiosis nimis cauenda est; comparatur enim hæc vni ex filiabus Loth, quæ patrem decepit post multa patrata bona, lib. 9. cap. 24. num. 4.6. vsque ad 8. lib.16.cap.13.num.1. Lib.18.ca.1. per totum differitur, quod vana gloria periculosum est, & frequens malum, & quomodo vincendum. Vana gloria intereunt multi, qui alios superare affectus valuerunt, ibid. num. 17. & 18.
3 Innuit etiam hæc parabola saluandorum paucitatem, quod meticulosi ad iudicium accedere debeamus, quando Hierusalem scrutabitur Dominus in lucernis. De saluandorum paucitate differitur, lib.16.cap.5. per totum. Saluandos centum vix credebat Chrysostomus in sua amplissima ciuitate. Iudicium finale considerantes iusti merito flent, & timent, lib.7.cap.4. num.17.vsque ad 19.lib.9. cap.9.nnm.7.8.19.vsque ad 22.24.50.69.74. & 75. lib.15.cap.6. num.13. Ibi sancti pleni erunt terroribus, lib.18. capit.15.numer.34. Significat etiam hodiernũ Euangeliũ, quod externa opera non acceptat Deus, si interno spiritu sint vacua, lib.14.cap.19.nume.1. vsque ad 3. lib.18. cap.10.num.5.33. & 34. & quod virtus non ficte, sed pie rectoq. animo operanda est, lib.14.cap.19. num.6. & 16. lib. 18. cap.10.nume.10. Virtutis summa hæc est, omnia Deo accepta referre, nihil nostrum ducere, nihil ad humanam gloriam facere, li.18.c.1.nu.19. Virtuti prius studere debet homo in intimis, &c. lib.18.cap.10.num.5.6. 26. Docet etiam hæc parabola, fidem sine operibus homines saluare non posse, sed quod fidei opera coniungenda sunt, lib.3.ca. 16.num.9.& 13. lib.4.cap.42. num.6. libr.6. cap.3. num.1.2.5.6.8.vsque ad 10. 15. vsque ad 27. li.9. cap.17. nu. 23. li. 18. ca.12.nu. 15.

Simile est regnum cælorum decem vir- 4
ginibus, &c. exierunt obuiam sponso & sponsæ. In quibus verbis illud in primis est aduertendum, vltimam totius Euangelij conclusionem, in qua Dominus vigilandi necessitatem, & vtilitatem indicit, hac prima ratione persuaderi, quod viuentium omnium status futurus incertus sit, dum ad memoriam reducens Dominus decem virgines lampades ferentes, quæ egrediebantur obuiam sponso, vt cum eo ad nuptias ingrederentur, quinque repulsæ sunt fidem quidem habentes, quæ totius boni fundamẽtum est, & eximia virginitatis virtute pollentes, quæ Deo gratissima est, qua reiectis nuptiarum vassalis, virorum sollicitudine, quo ea sola curarent, quæ Domini sunt, vt sanctæ essent mẽte, & corpore, æternis incendijs sunt traditæ, quæ nuptarum carentes periculis in portu virginitatis sedentes naufragium sunt passæ, quæ instantissime vigilare debuissent *Hier.1.*
aduertentes quod vidisset Propheta virgam vigilantem, & ollam succensam. Qui enim vigilat, vt omnium mores, pectoris abdita contempletur, cui nulla latet cogitatio, cui adiuncta esset olla succensa, vt quos omnibus virtutibus ornatos non inueniret, ollæ deputaret accensæ, virginitati non parcens, quã
Lib.9. Iouinian. cæteræ virtutes non sequuntur, licet Paulus maritatas feminas vocauerit vasa lignea, & fictilia, virgines autem vasa aurea, & argentea, diuinæ adaptata mensæ, nuptas datas vt repleant terram, virgines vt repleant paradisum, de quibus dicit sponsus: Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, in vno oculorum: quoniam licet illi non displiceat sinister oculus maritatæ, sed magis multo placet virginitatis dexter oculus. Virgo enim, *Apoc.14.*
hominibus contemptis, Deum elegit in spõ- *Baruc.2.*
sum, vt quocumque ierit, sequatur illum, quem ardenter diligere debuisset sæculi curis reiectis, a quibus auferet vocem gaudij, & iucunditatis, vocem sponsi, & vocẽ sponsæ cum ianua clausa clamabunt: Domine, Domine, aperi nobis; sponsi tacentes vocẽ, quæ tam eximia virtute pollentes audire debuissent. Gaudebit sponsus super sponsam, *Esai. Hieronym.*
& gaudebit super te Deus tuus, id est, eo te amore prosequetur Dominus, tua societate, si tu volueris, ita gaudebit, sicut gaudet spõsus cum dilectissimæ sponsæ amplexibus frui *Oseæ.*
tur, quæ tamen vocem terroris proferet, Dominumq. experietur vindicem, quem contempsit sponsum, immo occurret eis quasi leena, & quasi vrsa, raptis catulis, & dirumpet interiora iecoris eorum, quæ in sponsam magni Regis fuerat vocata, instar Bathi hæreditate, & regni diademate priuabitur. Virgo libera est a multis nuptiarũ molestijs, lib.11.ca.8.nu.1.2.16.vsque ad 19. 22. & 29.lib.18.capit.6. numer.21. & 22. Virgo

sponsa

sponsa Christi illi similis sit, cui soli placere desideret, lib.18.cap.6.nume.1.2.& 4. Virgo Angelis est par. ibid.num.5.10. & 14. Virgines enim grandi cura custodit Deus, num.14. Qui virginitatem maxime honorauit, nu.10. Virginitatis patria cælum est, auctor eius Dei filius, virginum sponsus, num.12.vsque ad 14. Sponsa dicitur fidelis anima, cuius curam singularem Deus eius sponsus habet, lib. 1.cap.5.num. 1.12. & 18. Quam cum ad tam egregium statum admittit, mirum in modũ eleuat, & ditat, ibid.numer.1. vsque ad 3. 5. vsque ad 7.9. & 18. lib.4.capit.20.numer.6. lib.18. cap.15. num.44. Et tamen Dominus in tam excellenti statu, in quo sunt virgines desponsatæ Christo, quarum specialem curam gerit ille, quas mirum in modum eleuat, & ditat, quinque reperit virgines, quas æterno couuiuio priuauit, vt paueant cuncti
Hier. 22. dicentem Dominum: Viuo ego dicit Dominus, quia si fuerit Iechonias filius Ioachim Regis Iuda annulus in manu dextera mea, inde euellam illum, &c. & tradam eum in manu Chaldæorum. Tanti habitus, quanti pretiosissimus annulus, quo manus dextera ornatur, si fuerit, expellam eum ea facilitate, qua pellitur vilis lapillus. Sancti dum viuunt, securi non sunt, lib.2.cap.6.num.11.14. 17.30.vsque ad 32. lib.4.cap.17.num.2. lib.8. cap.5. nume.20. Timor semper necessarius est, vbi tot sunt impedimenta salutis, lib.17. cap.3.nu. 4.5.& 20. Timendus est, qui Deos dijudicat, ibidem num.8. Timor sit in operanda salute, non securitas, ibi. nu.12.20.21.
Iudicum. 21. 28. vsque ad 30. Qui enim tanti magnificabat virgines, quod in Iabes iubebat seruare solas virgines, ceteris omnibus sine delectu interfectis, modo ab ipso audiũt: Nescio vos, id est, signa spiritus mei in vobis non video,
Chrysost. ho. 52. imper. imaginem meam in ea, quæ solum corpore virgo fuit, non conspicio, non potestis meorum militum præmia accipere, qui tyranni vexilla portatis, non possum meos dicere, in quibus meum nihil agnosco, stultæ, quia in futurum non prouidistis, quales erant Aegyptij, qui abundantiæ tempore famis futuræ non recordabantur. Sapientia enim in solis
Deut. 32. iustis est, de quibus dicitur: Vtinam saperent, &c. ac nouissima prouiderent, lib. 9. cap.17. numer.2.vsque ad 8. 14. vsque ad 16. 22.& 25. Vera enim sapientia non sola præsentia prospicit, nume. 13. Pelluntur autem
Oleaster. hæ regno, quia oleum non sumpserunt secũ, oleum necessarium, vt obuiam proficiscamur Domino venienti ad iudicium, quo mollis fiat, qui rigidus veniet criminum exactor, vt pauidi dicamus: Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens. Hac enim ratione
Leuit.4. in sacrificio leprosi statutum erat, vt de oleo spargeret sacerdos septem vicibus coram Domino. Rigidus valde est Dominus in vindicandis offensis, ideo illi oleo occurrebatur, vt mollis, & misericors fieret, vt iugum illius ferreum computresceret a facie olei. Vel, quod verisimilius est, oleum misericor- *Chrysost. ho. 79. in Matt.*
diæ desiderat, vt suos agnoscat. Oleum enim in vase portat, qui subleuandis necessitatibus pauperum intentus est. Vnde pauperes adeat modo, a quibus oleum mutuet, qui intrepidus venire desiderat obuiam Christo in aera, vt sic semper cum illo sit, qui peccata sua eleemosynis redemerit, qui vnctus fuerit oleo lętitiæ præ consortibus suis, qui obse- *Dan.4.*
cutus est dicenti: Tu autem cum ieiunas, vn- *Psalm.*
ge caput tuum, pauperibus benefaciens, vt *Matth.*
accepta sint tua ieiunia. Frange esurienti *Esai.58.*
panem tuum, &c. tunc erumpet quasi mane lumen tuum, ne lampas extinguatur, cum venerit sponsus. Eleemosyna oleum est, quo vngimur, ne a dæmone vincamur lib.7.ca.7. num.16.lib.5.cap.10.numer.25. Eleemosynis deditus mala morte non perit, libr.4. cap. 1. num. 52. Eleemosynis deditus Loth incendium euasit Sodomæ, lib.5. cap.10. numer. 1. Sine eleemosyna enim aliæ virtutes ad salutẽ non prosunt, ibid.nume.8.9.& 26. Eleemosyna a morte liberat, &c. ibidem num.13.14. 38. vsque ad 40. 53.& 55. Oleum viduæ non defecit, quia eleemosynam dedit Eliæ, nume. 22.& 76. Et hanc petiuit ille, feminæ vt prouideret, non sibi. Eleemosyna neglecta, dãnandas animas in iudicio docet Dominus, ibid. num.35.& 57. Eleemosyna nota est ianitoribus cęli, vt suos introducat alumnos, numer.40. Quæ ante fores gehennæ stat, ne intret misericors.num.56. Induti ergo viscera misericordiæ similes Deo efficiuntur homines, vnde intrepidi, qui tales fuerint, exibunt obuiam ei, num.18.29.41.& 73.

Media nocte clamor factus est, &c. Suos 5
incautos reperit. Onus Moab quia nocte va- *Esai.15.*
stata est Ar. Tristis prophetia, quod eo tempore malum venit, quo alto somno illius habitatores detinebantur, nec appropinquanti damno prouidere potuerunt. Iusti etiam media nocte clamorem audiunt, vt amplius eorum commendetur virtus, qui omni tempore aduentum præstolabantur sponsi, & morte præoccupati in refrigerio fuere, &c. Condemnat enim iuuentus celerius consum- *Sap. 4.*
mata longam vitam iniusti, quia consumatus in breui expleuit tẽpora multa, qui semper cogitabat: Ego sicut fęnum arui. Impij *Psal. 101.*
autem, etsi quidem longæ vitæ fuerint, in *Sap. 3.*
nihilum computabuntur, & si celerius defuncti fuerint, non habebunt spem, id est, nec media nocte vocati, nec sero oleum ferent in vasis. Iustus autem omni tempore paratus est. Cum adhuc ordirer, succidit illos Do- *Esai. 38.*
minus, & generatio eorum ea velocitate ablata est, qua tabernaculum, & tugurium pastorum. Sed tamen Deus eruit eorum animas, ne perirent. Impij autem incauti audiunt: Onus deserti maris sicut turbines ab *Esai. 21.*
Africo veniunt, ait Plinius, quod in illa pro- *Lib.2. c.45.*
uincia ita regnat ventus fortis, vt montes arenæ subito ab vno loco in alium proijciat,

ita

ita vt dicat Herodotus, quod exercitus integer ad debellãdos Hãmonio pergens in momento ab arena, aere flante, sepultus sit. Quo sanctus Propheta admonet omnes, ne ita incauti pereant. De re hac diximus multa in concione S. Martini ex Lucæ 12. Et vos similes hominibus, &c. & vos estote parati. Et hæc secunda ratio vigilandi, qua vtitur Dominus in hoc Euangelio, exemplo sponsi, &c.

6 Date nobis de oleo vestro, quia lampades
Chryſoſt. ho. 52 imper. nostræ, &c. vsque ad illa verba: Et emite vobis. Cum fatuæ virgines conscientias suas discutere cœperunt, opera scrutari, quæ fecerant, videntes lampades oleo bonorum operum, & misericordiæ vacuas, salutem diffidere cœperunt, redeuntes præuaricatrices ad cor, vt confunderentur, & conscientiæ verme vrgente cruciarentur. Est enim conscientia iudex incorruptus, qui peccatorem accusat, lib. 3. cap. 24. num. 3. vsque ad 6. 12. & 19. lib. 4. cap. 13. num. 23. lib. 11. cap. 14. num. 5. lib. 14. cap. 6. num. 5. lampadem quidem ferentem fidei, sed operum oleo carentem, animali similis, quod simul reptat, &
Leuit. 11. volat, quod abominabile erat in lege. Volat qui fide intelligit cælestia, reptat autem dum serpenti similis super pectus graditur, & terram comedit terrenis delectatus. Ad lampades accurrunt virgines illæ, oleum desiderant omnes, quia in iudicio, & morte sola virtus liberare homines potest ab ingruentibus malis, non honores, non diuitiæ, non amici; sed solæ lampades oleum ferentes hominem introducunt ad cæleste conuiuium.
Iob 18. Vnde, quia lux impij tunc extinguetur, in tabernaculo eius arctabuntur gressus virtutis eius, & præcipitabit eum consilium suum. At iustis meridianus fulgor consurget ad vesperam.
Iob 11. Et cum te consumptũ putaueris, orieris vt lucifer. Et deprecabũtur faciem tuam plurimi, dicentes scilicet: Date nobis de oleo
Iob 15. vestro. Sed cum venerit, sicut viator, egestas,
Prou. 6. præcipitabit eum consiliũ suũ. Tunc præcipitabit consilium, quando multa modico tempore agenda instant, confessio, testamẽtum, Eucharistia, extrema vnctio, & mors vrget, vt tabernaculum deserat impius. Sicut festinus Pharao vocauit Moysem, vt in-
Exod. 10. 4. Reg. 3. gruenti plagæ prouideret, sic isti, &c. Sed sicut filius Achab Elisæum vocauit cũ siti periret, sic mali clamant: Date nobis de oleo vestro, mittendi certe, vt ille, ad falsos Prophetas patris sui, & matris suæ, ad falsos honores, voluptates, ad ea, quæ pro diuis coluerant, quæ tunc finientur, nec iuuare eos poterunt, lib. 18. cap. 10. numer. 22. Ideo clamant: Date nobis de oleo vestro, &c. Non festinant mali, nisi cum iam fere nulla est salutis spes; cum tamen grauissima hominum negotia tanta velocitate finiri non possint.
Deut. 32. Ezech. 18. Et licet in quacumque hora ingemuerit peccator, Deum experietur misericordem, tamen cum in morte, iuxta est dies perditionis & adesse festinant tempora, pauidus homo, & tremebundus peccata ex animo fiere vix potest. Vbi sunt Dij eorum, in quibus habebant fiduciam? &c. opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant. Videte quod ego sim solus, & reddam vltionem hostibus meis. Stulti peccatores, qui in oculis suis sapientes erant, lib. 14. cap. 20. num. 1. 10. & 16. Hi raptores dicuntur, qui cum Sanctis se ingerunt, lib. 18. cap. 15. num. 3. Pœnitentia sera malorum deridetur a dæmonibus, lib. 14. ca. 21. num. 29. 30. 37. 42. & 55. Pœnitentia, vrgente morte, suspecta, ibid. nume. 45. 46. 50. 51. & 60. cap. 22. num. 56. Peccatores torrentibus comparantur, quia raptim transeunt, & siccabuntur in morte, lib. 12. cap. 4. nu. 22.

7 Ne forte non sufficiat nobis & vobis, &c.
Lib. 50. hom. 35. Hoc significabat Paulus cum aiebat: Nihil mihi conscius sum, &c. quia vix sibi quisque
1. Cor. 4. sufficit, vt ei testimoniũ perhibeat conscientia sua. In iudicio finali omnes egebunt multum misericordia Dei, lib. 9. cap. 9. nume. 14. 21. & 65. Sub examine enim iudicij Dei trepidat conscientia, dum timet, ne opera diuinæ commensurata regulæ distorta sint, quæ recta videbãtur. Quantũlibet quis proficiat, quantumlibet se ad interiora extendat, præteritorum oblitus. Quis gloriabitur mundũ
Iob. 9. se esse a peccato? Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ, tamen sordibus intinges me, &c. Sancti enim in oculis hominum perfecti, in oculis Dei imperfecti multum, lib. 8. cap. 5. num. 21. Iusti quo meliores sunt, amplius timent, lib. 4. cap. 17. numer. 18. vsque ad 22. Ideo clamabat Dauid: Non intres in iudicium, &c.
Psalm. Nolo tecum habere causam, vt ego proponã iustitiam meam, & tu cõuincas iniquitatem meam, quia non iustificabitur coram te homo, licet coram se iustificetur. Itaque ostenditur in his, quod ita terrible futurum est
Chryſoſt. ho. 52. imper. diuinum iudicium, vt nulla innocentia sibi confidat: Vt consolentur quidem iusti clamant: Cur timebo in die mala?
Psalm. Sed pauidi respondent: Iniquitas calcanei mei circumdabit me, id est, quod minus cogito, illud me premet. Insanabilisq. erit peccatoribus dies iudicij, quia locus non erit pœnitentiæ, lib. 9. cap. 9. num. 33. & 56. In iudicio fluuius ignis lapidem caliginis, id est, malos diuidet a populo peregrinante, id est, iustis, lib. 9. cap. 9. numer. 72. Et tunc rapientur hi in nubibus Christo in aera, impijs in terra relictis, ibid. num. 17. 18. & 20.

8 Et clausa est ianua. Hæc eximia ratio vigi-
In Psal. 101. concione 1. landi est, quod sicut apertis cataractis cæli, pereuntibus cunctis, ingredi arcam nulli licuit, quia clausa erat illius fenestra, ita &c. Augustinus: Clausa est ianua, quia iam ædificauit Dominus Sion. Nunc tempus est, cum ædificatur, nunc intrant lapides in structuram; perfecto ædificio, & dedicata domo, quid curris sero quæsiturus, inaniter periturus, frustra pulsaturus, foris remansurus? Nunc, quamdiu opus perfectũ non est, curre,

quia

Auguſt. in Pſal. 147. quia respexit Dominus orationẽ humilium. Quia clausis ianuis, nemo exit: Gaudeamus, quoniam confortauit Deus seras portarum suarum, quia nullus, eis clausis, ingreditur. Timeamus, iustis ingressis, claudetur ianua misericordiæ, & pietatis Christi, quæ nunc lacrymis, gemitibus, & precibus pœnitentiũ facile aperitur, vt exaltati de portis mortis annuntient, quæ receperunt beneficia in
Pſal. portis filiæ Sion. Illa ianua patet homicidis, quia multus est Deus ad ignoscendum, immo ipse stat ad ostium, & pulsat nos rogans, vt
Iob ingrediamur: Patẽt aures misericordiæ Dei precibus supplicantium, nec ianuam vnam, sed duodecim Ioannes vidit in cælo, vt cuncti volentes ingrediantur. Nemini enim negatur pœnitentia, dum viuit, lib. 14. cap. 21. numer. 17. 20. 22. vsque ad 25. & 27. cap. 22. num. 46. cap. 23. nume. 6. 8. 25. & 26. Sed dum
Cant. clausa fuerit ianua, nullus vocem exaudiet. Ostium, quod viatori semper patuit, vt ingrederetur, iam clausum est, nemini licet intrare. Clamauerat sponsus: Aperi mihi soror mea sponsa, quia caput meum rore plenum est, & aperire renuisti. Hæc debita pec
Apoc. 3. cato pœna erit, quod clamans non exaudiaris: dicebat ille, vt aperires ostium, volens cœnare tecum, & renuisti. Clamas: Domine aperi mihi, vt cælesti conuiuio interfis, vbi nuptiæ celebrantur, auditurus: Nescio vos, quia nec ratio, nec opus est apud inferos, quo tu properas. Sed vita hæc operationi deputata est, & sequens præmio, quo indignus est, qui in vita recte operari contempsit lib. 17. cap. 1. num. 2. 4. 5. 7. 9. lib. 18. cap. 17. nu. 7. 23. & 24. Vita hac durante Deus sedet in throno gratiæ, vt ad ipsum accedamus in tẽpore opportuno, antequam thronum ascenderit iustitiæ, lib. 14. cap. 21. nu. 20. 29. 30. 35. 42. & 55. Ex his eximiam sanctitatem Cæciliæ considerare licet, quæ virginitatis excellentia prædita, iam propinqua maritalibus amplexibus illecebras fugit carnis, pudicitiam suasit sponso, quasi apis argumentosa innumeros ad virtutem traxit deauratis induta vestibus, cilicio induebatur, vigilans quotidie, misericordiæ oleo fulgens Regis cubiculum ingressa, quæ illi fuerat desponsata, iam cælestes accipit amplexus nuptiarum domum ingressa, &c.

IN FESTO S. CATHARINAE Virginis, & Martyris.

Euangelium Romanum.

Vt in festo præcedenti.

Euangelium Dominicanum.

Simile est regnum cælorum thesauro abscondito. Matth. 13.

Vide lib. 1. cap. 17. num. 6. libr. 2. cap. 8. num. 31. cap. 16. num. 4. libr. 5. cap. 3. numer. 1. libr. 8. cap. 1. num. 6. lib. 9. cap. 21. nume. 6. & 9. lib. 10. capit. 4. num. 9. lib. 12. cap. 3. num. 2. 13. & 17. lib. 14. cap. 16. num. 1. & 2. cap. 26. num. 24. cap. 29. numer. 6. lib. 15. cap. 2. num. 13. & 14. lib. 18. cap. 15. nume. 29. 35. & 36.

1 CELEBRAMVS hodie Catharinæ virginis præclarum martyrium, quæ tyranno Imperatori Maxẽtio impietatem grauissimis, doctissimisque verbis improperauit: Ille enim Alexandriæ præsidens emisit hoc impium edictum, vt omnes simul, qui erant in eius potestate, ac ditione, simulachris sacrificarent, litteris ita se habentibus. Imperator Maxentius, &c. Magnum consecuti beneficium a Deorum benignitate in illius remunerationem censuimus nos eis oportere offerre sacrificia. Omnes ergo ad nos venientes, si fieri potest, ostendite vestram in Deos magnos beneuolentiam. Scientes quod qui hoc nostrum edictum contempserit, & ad aliã a nobis prohibitam respexerit religionem; & excidet ab ipsa Deorum beneuolentia, & subijcietur a nobis malis extremis. Cum hæ litteræ in omnem partem peruasissent, licebat videre confluentem ad ipsum multitudinem metu minarum, quorum alij quidẽ adducebant oues, boues, alij multa genera auium. Cum ergo omnes ad ipsam conuenissent Alexandriam, Imperator valde exhilaratus protinus ad templum perrexit. Cum eo autem currebat omne genus, & omnis ætas, & vniuersus senatus, & omnis magistratus, plebsq. & vulgus hominum, adeo vt propter multitudinem eorum, qui confluebant, angusta esset ipsa ciuitas, angustum templum, nidoreq. sacrificiorũ ipse quoque aer inficeretur. Cum hæc sic fierent, Catharina, pulcherrima virgo, quæ genus ducebat ex sanguine Regio, Imperatoris filia, qui Maxentium præcesit in imperio, quæ multis ancillis comitata degebat Alexandriæ in ædibus Regijs, & solum Christum norat sponsum, hæc sic videns homines grauissimum subire naufragiũ, & pro Domino æmulatione, ac zelo incitata cum nonnullos secum accepisset

In festo S. Catharinæ. Surius.

cepisset famulos profecta est in templum, vbi multitudo erat cum Rege sacrificans. Et stãs in limine, aliorum vultus ob eximiã pulchritudinem ad se trahens, dixit se habere necessariũ aliquid, quod diceret Imperatori. Quæ cum stetisset coram impudenti tyranno vacante sacrificio, constanter, & libere sic eum est allocuta: Oportebat te, o Imperator, gentilem hanc stultitiam abijcere, nec tam inconsiderate, quæ non decent, velle facere, nec Deos credere homines, qui misere vitã finierunt, tamq. multas animas inducere in extremum barathrum interitus, pro quibus ipse misere lues pœnas, & æternũ subibis supplicium. Cumq. Rex eam Deam fuisset arbitratus in habitu humano, sicut & Lycaonici de Paulo, & Barnaba crediderunt, vnũ credentes Iouem, alterum Mercurium, quibus thura offerre contendentes, concisis tunicis, vix Apostoli sedauerunt turbas, docentes eos similes illis esse mortales, Dei autem immortalis seruos; hanc Maxentius de Catharina opinionem habuit, in qua, quod in Apostolis admiramur, cernimus, quæ confitens se puluerem, & lutum dixit: In hoc magis conuenit admirari sapientiam opificis, quod in luto, & materia tam vili potuerit tantam extruere pulchritudinem. Cumq. tãta de Deorum disputasset insania, quibus Imperator respondere non potuisset, ipsa virgine in custodia seruata, epistolam misit in hæc verba: Quicumque Deorum sapientissimi Mercurij curam geritis, venite ad nos sapientissimæ mulierculæ os obstructuri, vosq. magnis donis remunerabimus. Conuenerũt sapientes electi numero quinquaginta. Cumq. ad locum certaminis concurrisset frequens barbarorum multitudo, Angelus Catharinæ apparuit dicens: Noli timere, quia quinquaginta oratores, & multos alios, qui sunt cũ eis, ad Deum adduces, tuq. eris redimita corona martyrij. Venit virgo ad locum, & post longam, doctissimamq. disputationem sapientes docuit, insanam Deorum culturam, vniusq. Dei veritatem, quibus veram fidem ita persuasit, quod pro illius confessione martyrij palmam sunt adepti. Qui prius incendijs traditi, cum vespere quidam ex pijs egressi ad colligendas reliquias fuissent, inuenerunt eos sanos, & saluos. Cumq. Maxentius promitteret virgini diuisurum cum ea imperium, respondit illa: Stolam martyrij longe præferre cuiuis purpuræ Regiæ. Tandẽ exuta regali purpura, qua erat induta, boũ neruis crudelissime cæsa est per duas horas, vbi virgineum corpus sanguine lotum est. In carcere inq. recluſa, Augustam Imperatoris vxorem ad se venientem conuertit, & martyrio dignam fecit. Ipsa vero e carcere ad gladiorum rotam excarnificãda extrahitur, sed rota continuo comminuta est. Virgoq. tandem decollata est, deditq. collũ lac pro sanguine, quod Paulo contigisse memoratur, lib. 14. ca. 25. §. 2. num. 11. Merito ab Angelis sepultum corpus in vertice Sina, vbi quondam Moyses legem accepit, vtpote quæ accensa zelo legis in medium prodijt, instar Matathiæ dicens: Etsi omnes obediant Regi Antiocho, vt consentiant mãdatis eius, ego, & filij mei, &c. Cũq. illi offerretur amicitia Regis, & quod amplificãdus esset argento, & auro, & muneribus multis, cuncta respuens mãdatis Regis non obtemperauit, &c. Maxentius Catharinæ dimidiam partẽ imperij obtulit, quam alacriter respuens, minas & tormẽta contẽpsit. Clamauit Matathias: Omnis, qui zelum habet legis, exeat post me, & fugit in montes relinquens quæcũque habebat in ciuitate. Catharina audacter insaniam Regis improperans non fugit, sed in mediũ prosilijt, vt Regis moderaretur obstinatum animum. Cum quondam Nabuchodonosor statuam fecisset auream, misit ad congregãdos Satrapas, Duces, &c. omnesq. Principes regionum, vt conuenirent ad dedicationem statuæ! Congregati sunt illi, & stabant in conspectu statuæ, & præco clamabat: Vobis dicitur populis, tribubus, & linguis, vt cadentes adoretis statuã. Qui non fecerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardẽtis. Cunctiq. adorauerunt eam. Cumq. tres iuuenes Iudæi constituti super opera Regis Babylonis statutum idolum non adorassent, accusati, adducti coram Rege præceptum de adoranda statua acceperunt, intrepidi responderunt, statuam non adoraturos, repletusq. furore Rex misit eos ligatos in caminũ ignis, qui ambulabant in medio flammæ laudantes Deum. Quos sic cernens Rex, Dei magnitudinem prædicans, promouit tres iuuenes in prouincia Babylonis. Maxentius statuas, & delubra iussit adorare, nec solum id recusauit Catharina, sicut isti admirandi iuuenes fecerunt, sed insuper in mediũ prosiliens zelum imitata Prophetarum, impietatẽ Imperatoris improperauit, cũctis posthabitis tormentis. Ioan. Baptistæ imitata zelũ, qui eremum deserens Regiam domũ ingressus, aiebat Herodi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui, cuius rei gratia capitẽ plexus est. Sacra hæc virgo Imperatoris filia, sæuitiam arguens Maxentij, post eximia superata tormenta decollata est. Non vocata venit, vt Elias, cum Regem Achab improperauit, sed existente Rege in templo, illum allocuta est, &c. Vt ergo tantæ virginis coniectemus sanctitatem, sacra Euangelij lectio lecta est, in qua regnum cælorum, Ecclesiam scilicet, varie comparauit dicens.

Simile est regnũ cælorũ thesauro, &c. vsq. ad illa verba: & emit agrũ illum. In hac parabola spiritualis vita, vel gratia *Dei*, Euangelica perfectio, vel Christus ipse intelligitur. Quia sicut thesaurus hominem diuitẽ facit, ita & spiritualis vita, istam inuenit, qui cognoscit eam in studiosis exercitijs absconditam, quę agri nomine intelliguntur. Latantur autem vehementer, qui thesaurum inueniũt. Quasi effo-

Act.

1. *Mach.* 2.

Dan. 3.

4. *Reg.*

2

Iob. 3. effodientes thesaurum gaudent vehementer, cum inuenerint sepulcrum, vbi olim antiqui thesauros recondebant. Qui iustitiæ exercitio incumbunt, quasi thesaurum effodiunt. Si quæsieris illam quasi pecuniam, *Prou.* 2. & quasi thesauros effoderis illam. Sicut ergo inuenientes sepulcrum diuitijs plenũ vehementer gaudent, multo iucundius spirituales viri gaudent, inuento iustitiæ thesauro. Abscondunt autem iusti thesaurum, quia mundanorum oculos latet. Quis crederet Iob in sterquilinio thesaurum istum possedisse? Quis Paulum hoc thesauro diuitem crederet innumeris circumdatum periculis, qui tamquam purgamenta huius mundi contemnebatur a mundanis, qui eius vitam credebãt insaniam? Thobias hunc thesaurum inter sepulcra reperit, dum captiuus in Niniue sepeliendis defunctis erat intentus. Hi enim se ipsos dabant pro pretio, vt cælestem emerẽt thesaurum, lib. 10. cap. 4. numer. 9. libr. 18. cap. 15. num. 36. Qui thesaurum reperit, proprias voluntates, & passiones, quas prius quis habuit, debet reijcere, & mundi voluptatibus renuntiare. Paratus & ille esse debet, vt facultates omnes relinquat, si non possit eas simul cum Christo possidere. Vita spiritualis, Euangelica perfectio, thesauro merito comparatur, vt nullus credat ista leuiter æstimanda, vt ad ea quærenda alliciatur homo. Quid enim studiosius quærũt homines, quam thesauros? Omnium fere hominum studium eo tendit, vt quærant omniũ bonorum copiam. Cum tamen sola spiritualia bona thesauri nomine sint digna. Quidquid enim mundanarum rerum in terreno regno concupiscitur, est sicut lanugo, quæ *Sap.* 5. a vento tollitur, sicut spuma gracilis, &c. Spiritualia autem bona sunt, quæ hominem diuitem faciunt. Docet etiam hæc parabola quomodo ea, quæ grauissima videntur, leuia fiant, vt cum gaudio ea faciamus. Graue enim est carnali homini sua relinquere, grauius relinquere suos, grauissimum relinquere se, ac crucem ferre. Verum hæc omnia leuia faciet inuentus thesaurus. Sic *Rom.* 5. Paulus: Gloriamur in tribulationibus, &c. charitas enim Dei diffusa est, &c. Quamdiu charitas per Spiritum sanctum diffusa non 3 fuerit, grauia sunt omnia. Mandata Dei dulcia sunt spiritualibus, lib. 5. cap. 8. nu. 10. Mandata Dei inexplebili cum desiderio implenda sunt, lib. 11. cap. 2. numer. 5. capit. 4. num. 14. & 15. Bona temporalia, fumus, &c. Lusibusq. puerorum comparantur, lib. 2. cap. 15. numer. 14. 17. vsque ad 22. 33. & 43. cap. 18. num. 16. cap. 19. num. 4. 9. 13. & 30. Bona temporalia nec nostra, nec vera sunt, libr. secundo, cap. 15. num. 62. cap. 17. numer. 11. & 13. cap. 18. numer. 14. & 16. cap. 19. numer. 5. & 12. Bona temporalia cum incessanter & ardenter quærant homines, in virtute remissi sunt, lib. 2. cap. 17. numer. 4. vsque ad 10. & 24. Bona spiritualia non diligere, sed terrena permittit Deus peccatoribus in suũ malum, libr. 2. cap. 19. num. 27. vsque ad 29. libr. 3, cap. 1. nume. 41. Diuitiæ boni nomen non merentur, iustis solæ spirituales sunt tales, lib. 2. cap. 15. numer. 29. 30. & 62. cap. 18. num. 9. & 14. lib. 4. cap. 28. numer. 5. & 12. ca. 38. num. 3. 4. 6. & 13. cap. 40. nume. 17. libr. 4. cap. 39. num. 19. Diuites illi tantum dicendi sunt, qui virtutibus abundant, lib. 2. cap. 15. nume. 9. 11. 26. vsque ad 28. 43. 62. 65. & 66. cap. 18. num. 19. & 20. lib. 4. cap. 28. num. 5. 9. 12. 15. 18. & 23. Virtutis operatio homines beatos facit in hac vita, lib. 2. cap. 4. nu. 5. & 6. lib. 18. cap. 7. per totum cap. 11. num. 7. 9. & 21. Virtutem remisse quærunt homines, cætera ardenter, lib. 2. cap. 17. nume. 4. vsque ad 10. lib. 6. cap. 11. numer. 2. lib. 9. cap. 22. num. 14. & 15. lib. 18. cap. 11. num. 25. Virtutis acquirendæ causa labores ferendi sunt, lib. 9. cap. 15. num. 2. lib. 18. cap. 8. nume. 8. 9. & 17. capit. 11. numer. 4. Virtus auidissime est quærenda exemplo certantis, & pecuniã quærentis, lib. 18. cap. 11. numer. 26. Virtus quæ alacritate non fit, sed tædio, statim relinquitur, ibid. num. 28. Ideo qui thesaurum inuenit præ gaudio illius quærendi cuncta hilaris dereliquit. Virtutis opera ex multo Dei dono delectant, lib. 18. cap. 12. num. 21. Virtus ergo thesauro est similis, quæ eis operibus abscondita est, quibus actibus cunctis posthabitis dum intendit homo, virtutis habitus acquirit, qui cum incidisset in manus latronum expoliatus ab eis semiuiuus relictus est. Et filius prodigus, qui luxuriando *Luc.* 16. ad miserandam deuenerat pauperiem, ad domum patris reuersus pristinis diuitijs est restitutus, de quibus dixerat Propheta: Diui- *Esai.* 33. tiæ salutis sapientia & scientia, timor Domini ipse est thesaurus eius, quo ditatus homo factus est inclytus. Vocauitq. Propheta has, de quibus loquimur, diuitias salutis, vel quia animam ægram sanitati pristinæ restituunt, vel quia eam æternæ saluti reddunt capacem, quæ per impietatem illius effecta fuerat incapax. Horum bonorum *Sap.* 7. sub nomine sapientiæ meminit Salomon dicens: Inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ, & præposui illam regnis, & sedibus, & diuitias nihil esse dixi in comparatione illius, &c. quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, &c. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, &c. licet antea ignorarem quod omnium bonorum mater esset. Et concludit: Infinitus enim thesaurus est hominibus. Vbi *Iansenius.* eam vocauit omnium bonorum matrem, quia generat omnia bona, cum qua venit innumerabilis honestas, id est, innumerabiles diuitiæ. Et Iob: Nescit homo pretiũ *Iob* 28. eius, &c. Non conferetur tinctis Indiæ colo- *S. Thom.* ribus, id est, lapidum pretiosorum, quorum tanta multitudo est in India, excedit incomparabiliter æstimationem, &c. Non adæquabitur ei topazius de Aethiopia, nec tincturæ

mundissimæ componetur, id est, indumenta pretiosissima ei comparari non possunt. Absconditа est ab oculis omnium viuẽtium, volucres quoque cæli latet, id est, quantumcumque homo volet, & cogitatione eleuetur, tanti thesauri dignitatem cognoscere non valet. Vnde cum Paulus dicere voluisset quæ a Christo mundus accepisset bona, his verbis vsus est, vt ostenderet in sæculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo: Itaque abundantes diuitias gratiæ suæ cõmunicauit nobis. Qui vero sæculi diuitijs abundant, purpura induuntur, regio diademate coronantur, si his careant, miserrimi sunt, licet mundus hæc non intelligat, quia cælestis is thesaurus absconditus est ab oculis omnium viuentium. Huius tamen rei veritatem ad sanam mentem reuersus Salomon intellexit, cum dixit execrandum, quod in orbe viderat malum, cernens seruos in equis, & Principes ambulantes super terram quasi seruos, positum stultum in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum. Vbi studiosos vocat Principes & diuites, licet infimum in republica obtineant locum, nudiq. egentes incedant hi, quibus dignus non erat mundus. Qui ista non aduertit, Quia gloria omnis filiæ Regis ab intus in vestitu deaurato, &c. Vnde quia mundani has diuitias nec norunt, nec magnipendunt, qui nullum non mouent lapidem, vt terrenis potiantur, ad has nullatenus feruntur. Immo clamantem, & gratanter offerentem illas dominum contemnunt, cum ait: Venite, bibite amici, & inebriamini charissimi, &c. Venite emite absque argento, & absque vlla commutatione. Quia thesaurus est absconditus, nec honoratur studiosus qui illum possidet, nec desideratur ab eo, qui illo destitutus est. Hunc inuenit homo vnus; stultorum infinitus est numerus, vnus autem inuenit, id est, pauci. In Ecclesia peccatorum multitudo maior multo, quam aliorum, lib. 5. cap. 3. num. 10. lib. 9. cap. 21. nume. 16. Ecclesia vehementer deiecta, lib. 5. cap. 5. numer. 2. 4. vsque ad 7. & 12. lib. 6. cap. 3. numer. 9. lib. 12. cap. 3. numer. 19. Vel certe vnus dicitur homo, quia vno charitatis cortice continentur omnes studiosi, vnde malo granato recte comparantur, lib. 5. cap. 3. num. 8. lib. 14. cap. 5. nume. 8. libr. 18. cap. 12. numer. 1. Iusti vnus dicuntur a Paulo cum dicit, quod vnus accipit brauium, lib. 9. cap. 23. numer. 4. Dicuntur etiam vnus propter vniformitatem virtutum, lib. 16. cap. 5. numer. 5. Vnus inuenit thesaurum, quia quærendus ille est in agro Ecclesiasticæ disciplinæ, in ieiunio, eleemosyna, oratione, Sacramentorum frequentia, condonatione iniuriarum, cilicio, &c. At deditus delicijs, auaritiæ, gulæ, &c. quomodo thesaurũ istum ibi minime latentem poterit inuenire? Quæ conuẽtio luci ad tenebras? Christi ad Belial? Nulla sane. Sed qui eam inuenit virtutem,

Ephes. 2. *Hieron.*

Eccl. 10. *Hieron.*

Psal. 44. *Basil. ho. 11.*

Esai.

5

Christianamq. perfectionem, amore illius solius non aduertens ad prẽmium, ad supplicium cuncta contemnit, vt illam consequatur, qui illius amore tenetur. Beatus homo, qui inuenit sapientiam, &c. primi & purissimi fructs eius, &c. & omnia, quæ desiderantur, huic non valent comparari, &c. Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam, qui eius inæstimabili, dulcissimoq. fructu pascuntur. Sancti concupiscentijs sanctis feliciter inebriantur, lib. 5. cap. 1. nume. 1. 6. 12. vsque ad 21. Virtutes cibi sunt iustorum, li. 4. cap. 28. num. 17. In virtute tantum reperitur vera voluptas, lib. 14. cap. 11. num. 3. libr. 18. cap. 11. nu. 9. & 21. cap. 14. numer. 12. In virtute est sola felicitas huius vitæ, vt Stoici docuerunt, lib. 18. cap. 11. nu. 7. Virtus sequenda, licet illi nullum esset promissum præmiũ, ibid. num. 12. Lib. 18. cap. 14. num. 7. probatur virtutem magna voluptate cõstare, vitiumq. magno dolore in qua deliciãtur Sancti, li. 18. cap. 15. nu. 8. Vnde si dederit homo omnem substantiam suam pro dilectione, quasi nihil despiciet illam, id est, sola virtutis dilectio id efficiet, vt pro consequenda illa cuncta det homo. Et ita cum gratiæ & virtutum ornamenta filio prodigo sunt concessa, continuo sonuit simphonia, & chorus lætitiæ, signa, occisusq. est vitulus saginatus, & cęperunt epulari. Vendit omnia, quia præponit sapientiã regnis, & sedibus ista proijciens, ne illam perdat, & proponit pro luce habere illam, quam dilexit, sicut lumen oculorũ suorum, quia librum ori impositum gustat mel le esse dulciorem. Temporalia quidem contempsit bona, qui thesaurum reperit, sed illa non prodegit, sed vendidit infinito pretio. Non tanti venderet homo aquæ guttulam, si pro ea acciperet omnia, quæ mundus possidet bona, quanti vendidit bona sua, quantumcumque illa sint ingentia, pro comparãdo hoc thesauro. Vendidisti diuitias pro cõsequenda virtute, maiores multo diuitias consecutus es: Quia non est inopia timentibus Deum. Vendidisti honorem vilẽ, alium accepisti loco illius; Quia nimis honorati sunt amici tui Deus. Si salutem dedisti operibus vacans austeritate plenis, salus iustorum a Domino tibi data est. Vitam emisti ista præstantiorem, si hanc amisisti, vt cælestem thesaurum acquireres. Vnde cum in media hyeme solito rigidiorem frater Francisci sericis indutus Sanctum obuium habuisset frigore tabidum, ac nudum, dixissetq. illi, vt venderet sudoris argentum, respondit beatissimus pater: Iam diu illud vendidi Domino meo, & quidem grandi pretio. Inuentum hunc thesaurum iterum absondit homo, ne dum illum habet in vasis fictilibus latronibus prodat, vt furentur ipsum. Cum primum spiritualem vitam reperit, quia illa varijs mutationibus est subiecta, absondit illam, ne instar florum, dum ante tempus patescit, pereat. Virtutes tueri debemus,

Prou. 3.

Cant. 8.

August. in psal. 43.

Psal. 33.

6

non

non minori cura, quam acquisitæ fuere, lib. secundo, cap. septimo, numer. 4. Virtus in exordijs facile exterminatur, lib. 2. cap. 8. nu. 8. lib. 9. cap. 24. num. 2. 5. & 6. lib. 18. capit. 13. num. 2. & 4. Qui enim virtutibus acquirendis intentus est, & partas tuetur, is est, qui operatur, & custodit paradisum, lib. 18. cap. 10. num. 27. & 28. Virtus varijs mutationibus subiecta est, & quia eam in exordio dæmon trucidare conatur, absondenda est, lib. 18. cap. 13. num. 2. 8. vsque ad 10. Vel certe absconditur thesaurus, quia virtutes trãsactas in memoria habere venales periculosum est multum, lib. 8. cap. 8. num. 3. Vnde ille virtutes absondit, qui priorum oblitus ad anteriora extenditur, peccatum coram se semper habens. Iusti auertunt oculos a bonis operibus, quæ fecerunt, ne superbiant, lib. 12. cap. 1. num. 9. Peccata præ oculis habent viri iusti, non bona opera, mali e contra lib. 2. cap. 12. num. 12. & 13. lib. 14. capit. 10. num. primo, vsque ad 7. 8. 9. 11. 12. 14. vsque ad 16.

7 *Iansenius.* Simile est regnum cælorum homini negotiatori, &c. In hac parabola docet Dominus vigiles & solicitos esse debere homines ad inueniendum sapientiam, similes mercatori, qui prudens cum sit, merces rite cõsiderat, earum agnoscit valorem, quo tempore illæ sunt emendæ, loca, vbi quærenda sunt, personarum conditio, cum quibus tractus celebrandi sunt, merces seruare, tẽpusq. expectare illis vendendis aptum, non sibi parcere, multa solicitudine huic operi intendere. Nomine ergo margaritæ Augustinus Christum Dominum intelligit, quam nos spiritales mercatores nobis comparare debemus, huic acquirendæ ardenter inuigilare, ea saltem cura, qua mercatores augendis lucris sunt intenti. Mercatores enim sæculi prõ perituris diuitijs laborantes docent nos quæ pro pretiosa hac margarita agere debeamus, lib. 4. cap. 39. num. 34. lib. 18. cap. 15. num. 29. Cuncta contemnens pro tanto bono habendo Christo, qui dives est in misericordia, superabundantes diuitias habet gratiæ, quibus ditemur homines, nihil certe facit, maxime si cõsideret homo, quod ille se ipsum dedit, totumq. sanguinem suum, vt vilissimam emeret creaturam, fudit, vt vicissim ille cuncta, quæ possidet, porrigat, vt tanti boni sit possessor. Empti estis pretio magno, glorificate, & portate Deum, &c. Iam enim non estis vestri, sed Christi, qui semel vos emit dum creauit, & rursum mancipium, quod deseruerat, dominum, redemit, & stigmatibus suis signauit, vt recordaretur, a quo fuit emptus, totusq. esse debet. Heri huius sunt opes vires, salus, vita, & tamen ista, quæ sua sunt, Dominus accipit pro pretio, vt det seipsum homini, &c. Si autem margaritam virtutem intelligas, hoc tibi scias demandatum negotium, vt virtutibus acquirendis totus inuigiles, lusibus puerorum reiectis, audiasq. dicentem Apostolum: Rogo vos fratres, vt detis operam, vt quieti sitis, hoc est ab omnibus sæcularibus negotijs vacantes, vt sic vestrum negotium agatis, vt quisque dicat. Detinebãt me quidem nugæ nugarum, vanitates vanitatum, antiquæ amicæ meæ, sed ab hac hora non erunt amplius mecum, sed acquirendæ pretiosissimæ margaritæ totus intendam, lib. 14. cap. 16. numer. 1. & 2. Referebat Augustinus, quod pergentem illum ad scolam flagellabant puerum illum lusui pilæ vacantem: Flagellabarq. ab eis, qui lusibus puerorum, qualia temporalia erant, tota die vacabant, nisi quod illi pilæ exercitium lusum vocabant, suos autem negotia dicebant, quæ hoc nomine erant indigna. His similes sunt plerique hominum rebus temporalibus augendis toti intenti, de quibus scriptum est: Quis cogitauit hoc super Tyrum quondam coronatã, cuius negotiatores principes estis inclyti terræ, terræ inclyti, nam de illis legimus: Plures fecisti negotiationes tuas, quam stellæ sint cæli, id est, tot inutilibus rebus intenditis, lucris, delicijs, vanitatibus, vt stellas cæli videãtur excedere; & qui tot rebus inhiatis, qui negotiatores esse debueratis inclyti cæli, hoc solum negotium contemnitis, vt cæteris inuigiletis. De quibus dici recte potest, quod de Rege Tyri dixerat Propheta: In multitudine negotiationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate, &c. In multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negotiationis tuæ polluisti sanctificatio nem tuam. Producam ergo ignem de medio tui, qui comedat te, &c. Qui cũ margaritę negotiator esse debuisses, temporalibus negotijs totus insudas. Mercatores dicuntur boni, & mali, hi terræ, illi cęli, lib. 1. cap. 7. num. 6. & 7. lib. 18. cap. 15. num. 29. & 35. Mercatores vocamur, quia sicut hi dum lucrum considerant futurum, licet incertum illud sit, nulli parcunt labori, ita, &c. Virtus sine labore acquiri non potest, sed in frigore, in nuditate, in vigilijs multis virtutes acquirendæ sunt. Impij quidem virtutibus vellent ditari, sed pigri manum ad os ferre contemnunt, mendicabuntq. æstate, & peribunt. Mali anima neglecta, in implẽdis desiderijs carnis toti versantur, lib. 2. cap. 17. num. 23. lib. 12. capit. 4. numer. decimo tertio. Virtutem absque labore solus Christus habuit, lib. tertio, cap. nono, num. septimo, lib. 18. cap. 14. nume. 21. Virtutis acquirendæ causa labores ferendi sunt, lib. 9. capit. 15. numer. secundo, libr. 18. cap. 8. numer. 8. 9. & 17. cap. vndecimo, num. 4. Virtutem vellent homines, sed absque labore, lib. decimo quarto, capit. 19. numer. 21. & 22. Hominemque cum fecisset Deus rectum, vt vni intenderet negotio, ipse immiscuit se mille quæstionibus, & negotijs, nec respuit characterem bestiæ, quo insignitos vidit Ioannes negotiatores terræ, dum honori augendo, diuitijs multiplicandis, &c.

1. Thes. 4.

August. in confes.

1. Confes.

Esai. 23. *Hieronym.*

Nahum. 3

Ezech. 28.

8

Eccles. 7. *Apoc. 31.*

inuigilet. Licet hoc signo dęmon agnoscat suos. Ad negotiationem pecuniæ requiruntur & hominis industria, in contractui societatis, quem exercere Christiani debent. Deus hominem egenum ditat, ille vero solicitus est in negotio. Ad virtutem enim auxilium Dei, & hominis industria necessaria sunt, lib.13.cap.8.num.8.& 9. Gratia principaliter bonum operatur, cui cooperatur homo, cum illa perficit liberum eius arbitrium, lib.7.cap.9.num.5.vsque ad 16.& 19. Gratiæ Dei cooperatores esse debent homines, lib.7.ca.8.num.2.& 5. Alij mercatorem hunc Euangelicum Christum Dominum vocant, qui e cælo ad nos traxit ea, quibus terra carebat, gratiã, virtutes, &c. & emit ille, quæ inter homines abundabant, labores, inhonorationes, flagella, &c. Attulit bona e cælo, quia omne datum optimum de sursum est, ibi abundant bona, nec accedere possunt, quæ talia non sunt, & suscepit mala, quibus plenus est mundus. Quæ etiam hominis sollicitudo esse debet vt ieiunijs, plagis, &c. lacrymis, ea emamus, quæ in cælo sunt, &c. Christus mercator pretiosissimam margaritam reputat cuiusuis homunculi animã innumeris sceleribus pollutam, pro hac, cuius dignitatem agnouit, licet tunc denigrata esset super carbones, omnia dedit, qui vt gygas exultauit ad currendam viam. Venit saliens in montibus, vt pretioso sanguine Agni immaculati emeret; nullum lapidem immotum reliquit, vt qui nullius eget, hãc emeret margaritam, tanto te honore dignum arbitratus, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Anima, quæ eximia dignitate polleat, vilis facta est iterans vias suas, per hãc transiens Deus, vidensq. eam conculcari in sanguine suo, vitam ei dedit, vestiuit discoloribus, calceauit Hyacintho, coronam posuit in capite, & pulchra effecta est vehementer nimis, non corruptibilibus auro, vel argento sic ornata, sed pretioso sanguine, &c. Homo in grandi honore conditus Deo comparatur, dum non peccat, lib.8.c.2.nu.6.11. & 15. lib.12.cap.4.num.10.& 14.lib.18.ca.16. num.1. Anima nostra ciuitas est a Domino ædificata, lib.2.cap.7. nu.8.lib.3.ca.17.nu.20. Anima iusti pretiosa possessio est, lib.10.ca.8. num.8.& 9. Christus nos dedit patri moriendo, lib.3.cap.10.nu.28. Christus nos redemit homines, qui sui esse desiuimus peccando, lib.3. cap.10.num.36. vsque ad 38. In Christi passione concissus est saccus, vbi erat pretium, quo emit homines, ibid.num. 63. Cætera huius parabolæ diximus in expolitione prioris.

Augustin in Psal.148.

Gala. 2.

Ezech.16.

2.Pe.1.

9 Simile est regnum cælorũ sagenæ missæ in mare, &c. Hæc parabola non multum differt a parabola zizaniorum (de qua diximus Dominica 4. post octauas Epiphaniæ) nisi quod in ea per zizania tritico permixta significãtur omnes mali bonis in toto orbe permisti, hic vero de his tantum est sermo, qui sunt in Ecclesia, quos sagena, id est, prædicatio simul colligit cum bonis, vel etiam Ecclesia. Mare mũdus. Vide Dominica 3. post octauas Epiphaniæ, & 4. post Trinit. Sagena verbum Dei, quia capit, & trahit animas e profundo criminum ad auram liberiorem, e tenebris ad lucem, e sordido limo ad vitæ puritatem, e vagis cupiditatibus ad innocentiæ perpetuæ constans studium, ad portum securæ felicitatis. Felices qui hac sagena inuoluti trahuntur, neque enim pertrahuntur ad cædẽ, sed ad salutem. Habet mũdus sua retia, suos piscatores, qui miseras animas blandimentis illectas in æternum pertrahant exilium. Omne genus piscium congregat sagena, quia neminem excludit. Sed sicut in sagena boni pisces malis permisti non agnoscuntur, sic quamdiu sumus in hoc mundo, &c. Nemo ergo sibi placeat, nemo alterum contemnat, modo in mari es, &c. Securus quidem si in sagena permanseris, & sequaris, quo illa te ducat, tandem ad optatum ducet portum. Separatio autem hæc impiorum a iustis, certissima damnatio est. Quamdiu inter bonos viuunt, hi iræ Dei obsistunt, lib.4.cap.3.num. 10. lib.5. cap.4. num.2.4.5.& 8. cap.8.num.4. vsque ad 6.9.13.& 15. Cum autem a bonis separantur, statim iræ Dei obnoxij sunt. Sicut cum Noe intrauit arcam, statim diuluiũ fuit: cum Loth Sodomam egressus incendio interijt. Sic recedentibus Moyse, & alijs a tabernaculis impiorum, terra aperta est. Sic vere, & terra impios non sustineret, nisi & pij inter eos essent. Sic hic, cum separati fuerint pisces mali a bonis mittentur foras illi, tunc loquetur ad eos Deus in ira sua: Et erunt sicut puluis montium a facie venti. Ecclesia meritis iustorum conseruatur, libr. 5. cap.4. num.2. vsque ad 5. & 8. cap.8. num.4. vsque ad 6.9.13. & 15. In Ecclesia boni & mali non dignoscuntur, lib.9.cap.21. nume. 15.& 17. In Ecclesia permisti boni, & mali, separabuntur in fine sæculi, libr.3. capit. 17. num.15. vsque ad 17. lib.5.capit.3. numer.1. 6.10.& 13.cap.8.num.10.lib.9. cap.20.nume. 22. capit.21. numer. 5.6.8.9.11. 12. 15. & 17. lib.18. cap.15. num. 22.26. & 27. Mittentur in caminum ignis pisces mali. Vide de pœnis inferni, lib.9.cap.3.num.5.6.vsque ad 11.13. 14. 17. vsque ad 20.

In festo S. Andreæ.

Genes.6.

Genes.19.

Num.16.

Psalm.2.

Esai. 17.

10 Omnis scriba doctus in regno cælorũ, &c. Is similis esse debet patrifamilias, &c. Hic est, qui varia profert, quæ diuersorum palato, & desiderio satisfaciant. Sic doctor Euangelicus, &c. Sicut in Cantic. sponsa dicit sponso suo: Omnia poma noua, & vetera seruaui tibi dilecte mi; vbi ad litteram significatur abundantia, quæ cuiuis appetitui satisfaciat. Sic & prædicator ea proferat, quæ audientium profectui, & ædificationi conueniant, quæ eorum capacitati sint conuenientia. Prædicatores multa egent prudentia, vt sciant, quæ, & quando, & quibus prædicare debeant, lib.11.cap.3.numer.2. lib.14. cap.26.

Cant. 7.

ca.26.nu.16.24. vsque ad 27. 34. & 35. ca. 29. num.30. Lib.14.cap.26.numer.1. vsque ad 4. docetur, quod prædicent secundum audientium qualitatem, & nu. 21.34. & 35. quod hi dicuntur ligare aquas in nubibus suis. Prædicatores sancti sunt, de quibus dicitur: Mala aurea in lectis argenteis, qui profert verbum in tempore suo, lib.18.cap.2. numer.29. Prædicatores falsi dulcia pollicẽtur in malũ populi, li.14.ca.27.nu.7.9.10.12.vsque ad 14.

IN FESTO S. VINCENTII Confess. Ord. Prædicatorum.

Epistola.

Vidi alterum Angelum volantem per medium cælum. Apoc. 14.

In festo S. Vincentij.

1 EVANGELIVM hodiernum ex Matth. 5. desumptum, quod Apostolicis viris, eximijsq. prædicatoribus Ecclesia dedicauit, in quo nomine salis, lucis, ciuitatis in monte ædificatæ, & lucernæ eorum munia significantur, aptissime egregio huic viro (si non super omnes) inter omnes merito consecratur. Is enim est, qui non solum a Benedicto XIII. sed a Martino V. peracto Concilio Constantiensi ad Euangelij prædicationem, ad moderãdos, si non sedandos, vehementissimos sæculi fluctus destinatus est. Impositio enim laudabili fine sancto Concilio, Pontifex misit Antoniũ Montanum, qui & litteras ad eum detulit, in quibus vt Christi Apostolus missus est, vt populis prædicaret tamquam specialis Apostolicæ sedis legatus. Immo quod mirandum magis est, cum Auinioni ægrotaret, ita vt protinus moriturus crederetur, ei visus est Iesus Christus mirabili claritare coruscans, quem inter multitudinem Angelorum comitabantur Dominicus & Franciscus, qui eum confortauit, deinde post multa eum his verbis allocutus est: Cõstans esto, & omnẽ mentis angorem penitus abijce, vsque in finem te mea gratia comitabitur, cito pax Ecclesiæ veniet, tu ergo, cum primum conualueris, ex curia Benedicti discede. Elegi namque te in singularem Euangelij mei præconem, & volo quod per vniuersas Galliarum & Hispaniarũ regiones Euangelizans in humilitate, ac paupertate discurras; populorum scelera reprehende sine formidine, & quamquam multas impiorum calumnias patieris, ne timeas, quoniam tecum semper ero. Hæc dicens genas B. Vincentij leniter tetigit in signũ singularis familiaritatis, vnde populi eum tãquam vnum ex veteribus Apostolis sequebantur, & venerabantur. Fuerunt multi, quibus datum est, vt cum ipse prædicaret, Angelos Dei viderent super eum in humana specie frequenter descendentes. Vnde officiales officia, lectores lectiones deferebant, vt eum prædicantem audirent, & vix infirmi domi detinebantur. Tale erat desiderium audiendi illum. Tantaq. incipiebat reformatio morum vbi sanctus pater ingrediebatur prædicaturus, vt tempora priscorum Apostolorum redijsse putarentur. Paupertatem Euangelicam adeo efficaciter commendabat, vt quam plures viri nobiles, ac ditissimi eius suasionibus incitati, totam substantiã suam pauperibus distribuerent, & ipsum in paupertate sequerentur. Feminæ præterea clarissimarum familiarum sanctis verbis eius commotæ sese arctis monasterijs concluserunt. Sese beatum credebat, quicumque eum vel tangere, vel alloqui potuisset. Tanta erat multitudo eorum, qui eum certatim contingere nitebantur, quod in populosis ciuitatibus frequentissime necessarium erat, vt quidam lignei cancelli fierent, quibus prohiberetur ad eum concurrentiũ accessus importunus. Reges illi obuiam procedebant, cum eorum vrbes ingrederetur. Ab Henrico Rege Angliæ permotus fama prædicationis eius parata naui in eam insulã nauigare obsecrauit. Immo quod magis faciendum est, Sarracenorum rex Granatæ, vt eum prædicãtem audiret; vocauit. Subortis etiam frequenter quibusdam dubijs de maxime arduis fidei Catholicæ, & Romanæ Ecclesiæ negotijs, maximi Pontificis, & Cardinalium senatus eius sententiam audire, & tãquam tutissimum portũ tenere desiderabãt. Vnde inter alia cum in Concilio Constãtiensi inter omnes illos doctissimos patres, qui ibi conuenerant diu fuisset magna quædam quæstio exagitata, nec vmquam tantæ rei veritas inueniretur, tandem constituerunt, vt ad Vincentium mitteretur, qui de ea re eos faceret certiores. Itaque vna omnium voce missus est ad eum Ioannes Cardinalis sancti Angeli, cuius fuerunt comites duo Iurisperiti, & duo Theologi omnium illius ætatis eruditissimi. Qui post multa humilitatis, & ædificationis verba, eis explanauit quæcumque voluerunt. His titulis recte Ecclesia Vincentium sal, lucem, ciuitatem, & lucernam compellauit, magnumq. recte vocandum censuit in regno cælorum in vtraque scilicet Ecclesia, qui mandatorum Dei factor, & doctor perfectissimus fuit. Sed quia de re hac, deq. Euangelij expositione multa differuimus in festis S. Patriarchæ Dominici, Angelici doctoris Thomæ, & S. Hyacinthi, & quia Auinioni (vt dicebamus) ægrotans a Domino missus est, vt prædicaret populis extremum iudicij diem citò affuturum, hac de causa Euangelio dimisso, Epistolam hodiernam exponendam suscepimus, cuius verba sunt hæc.

Surius.

Surius refert alia.

Vidi alterum Angelum volantem per medium cæli habentem Euangeliũ æternũ, &c. 2

viderat Ioannes Agnum stantem supra mon-
tem Sion,& cũ eo centum quadraginta qua-
tuor millia, &c. qui sequebantur Agnũ,quo-
S. Thom. cumque ille pergeret. Statimq. venit alter
Angelus volans,qui accedere ad Agnum nos
admonet, & multis rationibus suadet, pro-
pter dignitatem, scilicet admonentis,& ad-
monitionis. Qui admonebat Angelus,erat
volans.Ioannes quidem re vera Angelum vi-
dit volantem per medium cæli, sed tamen in
Angelo illo significantur veri prædicatores
a Deo missi,qui illis temporibus prædicato-
Beda,Rupertus, Ansel. Ambros.&c. ribus Antichristi pacem, & securitatem præ-
dicantibus diem iudicij iam iam adesse cla-
mabunt. Et ratio est, quod prædicatio Euan-
gelij nũquam per Angelos ciuitatibus facta
est, sed per homines. Non enim Angelis, sed
Marc.vlt. hominibus Dominus dixit: Ite, prædicare E-
2.Cor.5. uangeliũ omni creaturæ. Et alibi : Quoniam
quidem Deus erat in Christo mundum recõ-
cilians sibi, non reputans illis delicta ipsorũ,
& posuit in nobis verbum reconciliationis.
Cælius. Pro Christo ergo legatione fungimur. Signi-
ficatur ergo per Angelũ hunc vniuersitas præ
dicatorum, qui per medium Ecclesiæ discur-
rent in omni fortitudine annuntiantes E-
Mala.2. uangelium æternum. Hi enim Angeli dicun-
tur a Propheta, dum labia eorum custodire
scientiam retulit,a quorum ore lex requirẽ-
da est,quia Angeli Domini exercituum sunt.
Angelus autem per medium cæli volat,vt ab
Esai.60. omnibus audiri,videriq. possit. Volat etiam
vt ardens prædicatorum studium in officio
intelligas, vt non fatigentur,non cessent,qui
vt nubes volãt,& quasi columbæ ad fenestras
sunt aliorum saluti inuigilantes vt nubes, &
circa propriã vtilitatem gemẽtes vt colum-
bæ, columbinum gemitum iungẽtes nubium
volatui. Caue ne alterum ab altero separes,
geme mala tua, & negligentias qui columba
es,& simul hominũ ariditati prouide,qui nu-
bes effectus es,& a calore cæli excitatus,vo-
catusq. ab extremis terræ,vt de thesauris Do
Psalm. mini venti exeant & pluuiæ,quibus respirent
homines,& fœcundentur. Qui prædicator
es,Angelũ te esse memẽto a Deo missum, qui
nisi mittaris, hoc officium assumere non de-
bes. Quomodo enim prædicabunt, nisi mit-
tantur? Contra de quibusdam Dominus cõ-
Rom.10. queritur dicens: Non mittebam eos,& ipsi
currebãt:non loquebar ad eos,& ipsi prophe-
tabãt. Auscultet:Clama ne cesses,& tũc huic
Hiere.23. operi intendat & non alias, ne peccator au-
diat: Quare tu enarras iustitias meas? &c.
Esai.48. Angelus sit,qui hoc munus subire debet. An-
Psal.49. gelicam enim postulat vitam tanta dignitas:
Vt Angelus missus, vt Angelus viue. Recte
ergo prædicatores nomen Angeli sortiuntur,
qui sibi, & alijs debent inuigilare, Angelorũ
puritate (prout hominum patitur imperfe-
ctio) nitere, nec huic muneri non vocatus se
ingerere. Proximi salus taliter quærenda est,
vt propriæ intendat homo, lib.1. cap.16.nu.
15.& 16. Prædicatores prius corrigant se
ipsos,deinde proximos,lib.3.cap.28.nu.15.&
23.lib.14. cap.26.num.15.cap.28. nu.3.& 4.
Prædicatores diuina gratia pleni alios vtili-
ter docent,lib.7.cap.8.numer.32. Prædicato-
res primum ardeant, deinde luceãt exemplo
Ioannis Baptistæ,lib.9.cap.6.nume.15.& 16.
lib.14.cap.29.num.30. Prædicatores non an-
tea prædicent,quam in virtute multum pro-
fecerint, lib.9. cap.24. num.1.9.vsque ad 13.
lib.14.cap.28. num.12.Prædicatores prius di
gitos habeant myrrha plenos, & post dilecto
aperiant ostium,lib.11.c.6.nu.115. Prædica-
tores assidue, & constanter bonum fratrum
procurare debent,lib.14.cap.26.num.6.32.&
33.43. Prædicatores Angeli,&c. ibid. nu. 30.
Prædicator, neglecto proprio periculo, do-
ceat,lib. 14.cap.27. num.5.16.19.& 20.Lib.1.
3 ca.28. late differitur, quod Prælati prius sibi
prosint, quam alijs,operibus prius docentes,
quam verbis, vide maxime num.3.4.6. vsque
ad 10. num.12.quod propria salute homines
contenti non sint, nu. 17. vsque ad 26.34. vs-
que ad 37. vbi Angelica vita in prædicatore
desideratur. Vt Angeli missi prędicent sicut
& Prælati,qui compulsi hoc munus subeunt,
lib.5.ca.11.nu.1.4.8.vsque ad 12.14.15.& 18.
lib.8. cap.4. nu.4.vsque ad 7. lib.14. c.29. nu.
19.27. & 30. Prædicatores Angeli sunt, &c.
ibid. nu.23. Prædicatores sancti Angelis cõ-
parantur, qui per scalam ascendũt ad Deum,
& descendunt ad proximos, lib.18.c.18.nu.7.
Angelus per medium cæli volabat, vt ab om- Rupertus.
nibus audiri,videriq;posset. Volabat,quia nõ
vni genti prædicandũ erat Euangelium,sicut
lex vetus, quæ per manus Moysi soli Iudaico
populo data est,nec fecit Deus taliter omni Psal.147.
nationi,&c. Quid amplius est Iudæo,&c. mul ad Rom.3.
tum per omnem modum. Primum, quia cre-
dita sunt eis eloquia Dei. Sic Prophetæ
audiebant: Annuntia populo meo scelera Esai.58.
eorum,& domui Iacob peccata eorum. Innu-
meris malis scatebat gẽtilis populus,& inter
innumeram gentiliũ multitudinem vix vnus
erat aut alter,qui Dominum interius docen-
tem auscultaret,Prophetis non loquentibus.
Ac si a Deo conditi non fuissent, lex circum- Apoc.5.
cluſa erat inter duodecim tribus. Sed cum & 14.
sacer Euãgelista Agnum tamquàm occisum
fuerat intuitus,& cum eo centũ quadraginta
millia,&c. sequentes eum,cum audiuit: No-
lite nocere terræ & mari, neque arboribus,
donec signemus seruos Dei,& Iudæos,& gen- Apoc.7.
tes,&c.Viditq.turbam magnam,quam dinu-
merare nemo poterat ex omnibus gentibus,
& populis & linguis. Angelum etiam intui-
tus est per mediũ cęli volantẽ. Volatus enim
hic libertatẽ significat Euangelizantium, vt
cunctos doceant,& iubenti obediant, qui di- Matt. 10.
xit: Quod dico vobis in tenebris,dicite in lu- Rup.rtus.
mine,& quod in aure auditis,prædicate super
tecta.Hinc Paulus ait:Grẽcis,ac barbaris,sa- Rom.1.
pientibus, & insipientibus debitor sum, ita
quod in me promptum est & vobis qui Romę
estis Euangelizare,&c.Virtus enim Dei est in
salutem

salutem omni credenti Iudæo primũ,& Græ-
Act.10. co. Et cum ad Petrum missus est Centurio
gentilis, vt ab eo instrueretur & edoceretur,
quia credebat,quod salus ex Iudæis esset, nec
gentibus communicanda in lintheo immun-
dis animalibus pleno e cælo descendente in-
Rupertus. tellexit, quod Euangelij prædicatio nulli in-
tercludẽda foret. Volantẽ etiam vidit Ange-
lum Ioannes per mediũ cælum, id est, cor ha-
bentem sursum cũ despectu terrenorũ, incẽ-
Rom.1. dentẽ per publicum non erubescentẽ ministe-
rium suũ. Sicut Paulus aiebat ne aliquando
audiret:Qui me erubuerit & meos sermones,
hũc filius hominis erubescet coram Angelis
Luc.9. Dei. Sed potius gloriatur,qui a Domino ele-
4 ctus sacrũ hoc ministeriũ consecutus est.Qui
in Angeli dignitatem transiuit, volet per me-
dium cæli,sine erubescentia, & metu annun-
tiet omnibus Dei voluntatem,datus in murũ
Ezec.4. ferreum, & in ciuitatem munitam intrepide
3.Reg.17 loquatur Regibus, Principibus, potenti-
bus, &c. sicut Prophetæ faciebant. Acriter
indignato Regi Achab obuiam venit Elias,
Esa.1. ipsumque durissime increpat, quod Israelem
turbat,&c.Sic Esaias populum Gomorrhę,&
Ezech.16 principes Sodomorum vocat Israelitici po-
puli proceres. Sic Ezechiel pater tuus Amor
rhæus,& mater tua Cethęa. Sic, & Prophetæ
omnes,propulsato omni timore, reiecta eru-
bescentia, quæ libertati prædicationis con-
traria erat, incunctanter cunctis annũtiant,
quod illis iudicauerint expedire. Prædicato-
res, & Prophetæ constantes erãt, & acres in
corripiendo populo,lib.3. cap.28. num.1.12.
& 17.lib.14.cap.27.num.14.16.19.& 20.li.14.
cap.26.num.17.& 18. Nec mirum,si per me-
dium cæli volabat, qui Euangelium habebat
Exod. 32. æternum. Qui antiquam Moysi legem terre-
na fere semper promittentem fert, non mi-
rum,quod per terram reptet. Legem,quæ in
tabulis lapideis scripta erat,quam Moyses in
campestribus populo legit. Qui autem Euan
gelium portat æternum,volet per medium cę
lum necesse est, vt Prædicator legis sit sym-
bolum,quæ in igneis linguis,facto de cælo so-
no,ad nos venit. Ioannes enim in dextera se-
Apoc.5. dentis super thronum librum vidit intus, &
Heb.7.& 8. foris scriptum.Nihil autem ad perfectum ad-
duxit lex: In arca enim,in qua illa erat,erant
duo Cherubin gloriam Domini obumbran-
tia, & lex, quæ in cãpestribus Moab secundo
data est. Translato autem Sacerdotio neces-
se est,vt legis translatio fiat. Sacerdos Chri-
stus,lex perfectior,minister,qui volet per me-
dium cęlum,lib.decimo,cap.3.nume.6. vsque
ad 8.& 13. Qui autem volabat, habebat E-
uangelium æternum,id est, cui datum est præ
dicare bonum nuntium regni æterni Sanctо-
rum,vel vitæ æternæ, vt ea faciãt,per quæ vi-
tam æternam consequantur.Dicitur Euange
lium æternum etiam,quoniam non erat peri-
turum, aut alia lege antiquandum, vt vetus
testamentum,& quoniam quæ docet, quæque
promittit, semper erunt. Non vt lex vetus,in
qua temporalia bona magna ex parte promit
tebantur,& cum tempore transeunt. Oppor-
tune verò nunc æternum uocauit Euãgelium,
vt spe bonorum ęternorum homines excitati
contemnant diuitias,& voluptates breui pe-
rituras, eisque æterna bona præponant, nec
metuant temporalia supplicia æterna pro il
lis vita donandi, sed ea, quæ semper crucia-
bunt,& nunquam finientur.
Euangelium æternum est,quia iota vnum,aut 5
vnus apex nõ præteribit a lege, donec omnia Rupertus.
fiant. Quæ minatur lex, & quæ promittit, Matth. 5.
omnia æterna sunt nullo vsquam fine claudẽ-
da.Quæ transgressoribus legis narrantur mi-
næ infallibiles erunt, & perpetuæ nullo vsquã
termino concludendæ, quæ factoribus legis
fit promissio, perpetua erit,indubieq. veniet.
Cuius rei assidua consideratio quã egregios,
multipliceque parit fructus, quos ad memo-
riam reducebat,qui laborum amator aiebat:
Non contemplari,quæ videntur temporalia,
siue illa crucient, siue delectent, sed quæ non
videntur æterna,quibus allicitur homo advir
tutem, terretur animus,dum interminabiles
malorum pœnas perpendit: trahitur autem
ad bonum,qui perpetua aduertit præmia.
Beatitudinis consideratio leues facit labo-
res,lib.secundo,cap.3.num.1.vsque ad 11.17.
25.vsque ad 27. Beatitudinem volunt mali in
hac vita,iusti in futura,lib.3.capit.17. nu.13.
Bona temporalia fluunt instar fluminum,vn
de diligenda non sunt, lib. secundo,capit.15.
num.quinto,vsque ad 7.9.43.54. usque ad 56.
cap.16.num.20.& 38.cap.17. nume. 20.& 21.
cap.19.num.octauo,vsque ad 12.21.& 32.lib.
tertio,cap.17.num. 18. Bonis pręsentibus in-
hiant mali, ut per parua magnis priuentur,
lib.secundo,cap.15.num.21.22.& 45. cap.16.
num.28.cap.17.num.1.20.& 21.cap.19.num.
1.& 2.Bona temporalia,quasi in somnis possi
dẽt homines,euigilabũt,& cuncta euanescẽt,
lib.secundo,cap.15.nume.50.& 51. capit.16.
num.22.& 23.cap.19. numer.nono, 30.& 31.
Benedictiones spirituales non terrenas pro-
mittit,& dat Deus iustis,lib.secundo, cap.16.
num.17.24.& 25.lib.quarto,cap.41.num. 12.
& 13.Bona temporalia desiderabant olim Iu-
dæi,quæ Christiani desiderare non debent,li-
br.secundo,cap.19.num.19.Bona temporalia
comparantur cisternæ,æterna fonti, libr. 14.
cap.21.num.39. Euangelium ęternum, quia
eius consilium in æternum stat, libr. quarto,
cap.25.num.2.3. Euangelium æternum ha- S. Thom.
bebat Angelus in corde per fidem,& obedien
tiam,& per amorem:in ore per doctrinam,&
prædicationem: in manu per operis adimple-
tionem. His tribus modis prædicator debet Psal.149.
habere Euangelium. Gladij ancipites in ma- Apoc.10.
nibus eorum.Vidi alterum Angelum habentẽ 2.Reg.12
libellũ in manu. Multi habent Vriæ litteras,
quas contra se ferunt,illi,scilicet,qui bene do
cent,& male viuunt. Habentem vidit Euan-
gelium non dissipantem, sicut illi faciunt,qui
ad libitum exponendo, veritatem intelligen-
tiæ

tiæ lacerant. Hæc Sanctus Thomas. Hoc nostris temporibus irremediabile est malum, quod homines idiotæ,& sine litteris huic Angelico ministerio incumbunt ignorãtes, quæ
Isa.3. docent,cæci duces cæcorum effecti, vt ambo in foueam cadant,& pereant. Qui ad hoc munus pergunt a propria vanitate allecti, Domini populo scandalum futuri super verticem montis Fegor consistentes miseri, vt in ima inferni præcipitentur. Medici affectantes honorem,qui nihil minus, quam medicare, ne dicam curare didicerunt, morborum, & ægrotantium ignorantes naturas,& remedia, nec dicunt: Non sum medicus, & in domo mea nõ est panis,nolite me constituere principem populi. Malum, quod Christianæ religionis Prælatorum populi, & prædicantium miseranda ruina est, quod qui mulionis, aut belluæ nomine dignus est, Angeli nomenclaturã,& honorem sibi vsurpet. Isti sunt,qui nutriunt pecora occisionis, & super eis non dolent,lib.14.cap.28. num.15. Prædicator,qui prius vult dicere,quam discat,stultus est, ibi
Ezech. 3. dem num.17. Prędicator cum Ezechiele primo comedat volumen,& post loquatur, quia sacra scriptura prius intelligenda est, vt sibi prosit,& alijs,lib.14.cap.28.numer.28. & 29. lib.14.cap.29.num.10. Prædicator primum inclinet in parabolam aurem suam,& post aperiat in Psalterio propositionem suam docendo,ibidem nume.22. & 30. Prædicatores accipiunt scientiam sermonis per sacras scripturas,& excoquunt in se, & populo submin strant,lib.18.cap.3.num.3. Sacerdotum vitã, & doctr inam significabant olim Sacerdotalia indumenta veteris legis,libr.14.capit.28. num.9. 10.cap.29.num.4.5.14,15.& 17. li.16. cap.primo,num.7.& 23. Vide lib.16.ca.1.nu. 2.& 21. Sacerdos legem habere debet in ore, quia doctus futurus est,ibidem num.26. libr. 16.cap.4.num.6.

6 Euangelium æternum habebat Angelus,vt Euangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem,& tribum, & linguam, & populum dicens magna uoce,&c. Ideo Euangelium æternum habebat,non vt reticeret,
Ezech. 3. & 33. & absconderet dignus,qui audiret: Si dicente me ad impium, morte morieris, nõ annuntiaueris ei,&c. ipse impius in iniquitate sua morietur,sanguinem autem eius de manu tua requiram. Et alibi: Si speculator viderit gladium venientem,& non insonuerit buccina, & populus se non custodierit, veneritque gladius,& tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram Prædicatores, etsi populus non emẽdetur, ab increpando cessare non debent,lib.14.ca.26.num. 7.vsque ad 14.17.vsque ad 20.32.& 33. Qui enim tacet,ille est,de quo dicitur: Qui abscõ
Prouer.11 dit frumenta maledicetur in populis. Habebat Euangelium, vt prædicaret, vt impositio sibi muneri inuigilaret, a quo cessare non debet. Aliquando quidem in tot mala se mergũt populi, vt iubente Deo, Prædicatorum claudantur ora, quod si non omnium maximum stupendum est, quod Prophetę linguam adherere faciat Deus palato suo, ut sit tacens, quia domus exasperans est, vbi ad peccata po *Gregor.*
puli reducit silentium Prophetæ. Summum *Thren. 4.*
malum imminentis captiuitatis signũ, quod paruuli petant panem, nec sit inuentus, qui frangeret eis. Prædicator abscondit eloquia Dei ne peccet,&c.lib.14.cap.26. num.24. lib. 14.cap.27:num.1.11.& 21. Dum autem de Diuina voluntate hac aperte non constiterit Angelo, & Prædicatori, prædicet opportune, & importune, ne Deus custoditam legem requirat ex ore eius, qui Angelus Domini erat *2.Timo.4.*
sacris litteris ad ædificationem populi eru- *Malac. 2.*
ditus,vt Euangelizaret sedentibus super terram,eosque a terrenis tolleret ad cælestia, a temporalibus ad æterna. Ideo merito dicitur: Sedentibus super terram, id est, hominibus cęli oblitis,& tantum terrena curãtibus, hi enim dicuntur sedere super terram, sicut
Paul. ad iusti consedere dicuntur (etiã dum adhuc in *Eph.2.*
carne viuunt) in cælestibus dum perfecti
Ezech. sunt,qui autem ad hanc perfectionem nondũ
Lucæ 21. peruenerunt, eleuantur a spiritu Domini inter cælũ, & terrã. At impij sunt, de quibus dicitur: Et superueniat in vos repẽtina dies illa, tamquam laqueus enim superueniet in omnes,qui sedent super faciem omnis terræ. Mali ciues sunt huius mundi, lib. nono, cap. 14.num.4.7.9.11.14.17.& 18.cap.18.nume.4. Iusti cælum dicuntur,&c.lib.12.cap.3.nume. 36.& 37. Iusti deficere dicuntur a terra, quia conuersantur in cælo,lib.nono, capit.14.nume.10. Iusti aquilæ comparantur, quia mentem in cælestibus habent,lib.2. cap.16.num. 40.vsque ad 42. Peccatores pecoribus similes,superiora non respiciunt, lib.1.capit.22. num.5. Sancti optime cælo comparantur, lib. nono,cap.23.num.13.lib.16. cap.7.nume.10. Mali autem comparantur terræ,lib.12.cap.3. num.8.22.23.28.36.& 37.cap.4. num. primo, lib.13 cap.8.num.20. Cunctis gentibus prædicabat Angelus iste, quia non est personarũ *Rupertus.*
acceptor Deus,sed potius vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis *Apoc. 7.*
venire. Quatuor quidem Angelis datũ erat supra nocere terræ,& mari, vbi generalis hominum punitio significabatur, sed qui prior erat ad miserendum, iussit ne nocerent terræ,& mari: modo autem non solum vult, vt ante cædem signentur serui Dei in frontibus,ne cum impijs pereant, sed Angelum alterum mittit, qui prædicet cunctis sedẽtibus super terram, vt resipiscant, & in se reuersi irã statutam moderentur. Hac de causa cla- *S.Thom.*
mare iubet Angelum voce magna, id est,libera,sine timore. Sic quondam cum populus innumeris sceleribus esset inuolutus, deberetq. tantorum malorum iustas pœnas luere, quas
Esa.40. multis in locis fuerat Dominus acriter comminatus,sue bonitatis memor,vocat Prophetam,& dicit: Exalta in fortitudine vocem tuam

tuam exalta, vt annunties populo meo scelera eorum, vt animaduertant, & resipiscant, & malorum, quæ comminatus fueram, obliuiscar,nec inferam. Deus enim,qui vitiis irascitur non hominibus,si illa non sint, non punit,quod mutatum est, lib.quarto, capit.25. numer.quarto,& 5. Deo proprium est misereri,si autem condemnat,nos ad id cogimus, lib.quarto,cap.nono,num.14.16.& 17.capit. *S.Thom.* vndecimo,num.nono,cap.12.num. primo,vsque ad quintũ,& 10. Voce magna loquere, id est, quæ prodeat ex magno cordis amore, vt similis,scilicet Deo minister, qui ardentissime quęrit hominum salutem. Vide verbo amor Dei ad homines. Sit etiam vox magna,id est,propter magna emissa, scilicet honorem Dei,& hominum salutem. Clamet, quoniam amoris est signum, qui enim grauissimum periculum, omniumque maximum imminere cernit miserando homini laborat clamãs, vt periculi magnitudinem ex clamoris conditione consideret. Sic enim solent homines clamare cum dilecti perpendunt nocumentũ imminens. Clamat,quia peccatorum aduertit surditatem, & quod validissimis clamoribus vix moueantur. Clamat, quia longe sunt a Deo,qui instar filij prodigi profecti sunt in regionem longinquam,in qua, quæ & dissimilitudinis dicebatur ab Augustino, audiuit vocem de excelso, vt resipisceret, voxque erat magna,vt magnitudinem affectus, & desideriũ, quo hominum saluti deberet inuigilare, hac ipsa iussione cognosceret rei magnitudinem,periculi grauitatem,fratri debitam dilectionem,peccatoris miserandum statum consideraret. Peccatoris status miserandus,li.1. cap.vigesimo secundo,num.nono,lib.secũdo, cap.decimo,nume.17.vsque ad 20.cap.14.nu. nono,cap.17.num secundo, 3. & 13. capit.19. num.27.vsque ad 29.lib.quarto, cap.19.num. sexto,octauo,& 14.lib.14.capit.sexto,nu. 32. & 42.cap.17. per totum. Peccator a Deo recedens consistit in commotione cordis, libr. quarto,cap.19. num. 2. Peccatoris miseriæ describuntur, dum dicitur vertere scapulam Deo,aggrauare aurem,obdurare cor, lib.14. cap.17. num.18.

7 Timete Dominum,& date illi honorẽ, &c. Quid mirum, quod Vincentius, aduesperascente iam sæculo,verba hæc frequenter replicaret,cum hæc ipsa tempore Ioannis nomine Angeli Prædicatoribus omnibus Euangelizanda proponantur? In quibus uerbis illud in primis diligenter considerandum est, quod cum Angelus illorum prospiceret conditionem, quibus Dei cultus suadendus foret, vt id faceret, Domini timorem eius honori prætulit. Si quidem mores hominum essent inculpati, si diuinæ bonitatis cognitio vigeret in orbe, si eius perpenderentur eximia hominibus collata beneficia, si quæ illi esset debita gratitudo, quæ eius dilectio, qua immeritos mortales est prosecutus, clamaret: Date honorem Deo, procidentes dicite: Benedictio, & claritas, & gratiarum a- *Supr.5.*
ctio,honor, &c. Deo nostro in sæcula sæculorum Amen. Sicut & Angeli fecerunt, Dei infinitas perfectiones aduertentes. Et si fluuius igneus, rapidusque, qui a facie sedentis in throno egrediebatur,ipsorum animos ac- *Dan.7.*
cenderet,succensi illi,Deique amore feruentes honorem Deo darent,timore iudicij propulsato. Applauderent Agno sedenti in thro *Apoc.5.*
no, quem laudarent occisum, propter orbis salutem,& dicerent: Benedictio, & honor,& gloria,&c.& quatuor animalia dicebãt Amẽ. Et viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas, & adorauerunt viuentem in sæcula sæculorum. At quia sedentibus super terram annuntiabatur verbum, qui vel imperfecti erant,vel impij,non quarumcumque pœnarũ metu, sed vltimi iudicij terroribus ad bene uiuendum reducere Angelus conatur.

Et utinam hanc consequeretur sæculum nostrum felicitatem, quod timore iudicij diuini homines in officio continerentur. Sanctus Iob,cum illata a Deo supplicia animaduerteret, licet eximia illa ab amicis crederentur, ille eorum paruitatem aduertens, aiebat: Quia manus Domini tetigit me. Non gra- *Iob 19.*
uauit, sed leuiter tetigit. Et alibi: Soluat manum suam, & succidat me, manibus enim ligatis me vulnerat,qui temporalia tantum infligit mala, quantumcumque illa videantur hominibus grauia. Illa enim sola talia iudicanda sunt,quæ in iudicio hominibus veniẽt, illorum timore arcendi sunt a malo, qui imperfecti sunt,nec virtutis, Diuineque bonitatis amore ad rectè operandum ducuntur,quales viri perfecti sunt. Vtrumque quidem commendabile est, & quod timore coercitus Pau *Act.9.*
lus clamet: Domine,quid me vis facere? & quod amore prouocatus Ioannes, dicat: Diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Sed tamẽ perfecta charitas foras mittit timorem hunc seruilẽ. Amor ad Deum robustum reddit hominem ad bene operandum, lib.1.cap.7.num 6.ca.18.nu.1. Amore ducuntur Sancti ad bene operandum,alij timore,li. 1.cap.9.num.1.4.5.7.9. vsque ad 12.ca.11.nu. 11.cap.25.nu.10.lib.nono,capit.13.numer.1. Amor,& timor, duo principia bene operandi,lib.primo,cap.nono,nume.sexto, lib.quarto,cap.vndecimo,numer. 12.22. 29.33.& 37. cap.27.num.9. Animæ iustorum inter spem,& 8
timorem requiescere debent,lib.primo,cap. nono,numer. 8. Qui ergo imperfectionem hominum considerabat,antequam Deo debi- *Can.1.*
tum honorem suaderet ad timorem excitat, quo frequentius mouentur homines, vt virtutem amplectantur, qui nondum ad illum *Psal. 118*
virtutis gradum peruenerunt, vt uberum sponsæ attracti dulcedine, memores uberum *Luc.12.*
ipsius super vinum, hoc est Diuinæ bonitatis exuberantia rapiantur, vt in via mandatorũ Dei currant. Timete Dominum, non Antichristum,aut eius minas, nolite timere eos, *S.Thom.*
qui occidunt corpus, timete Christum, qui corpus,

corpus, & animam potest mittere in gehennam. Timete Dominum, qui est omnipotens, diabolus enim non potest nocere, nisi volenti, nec vllus homo mihi nocere potest. Perperam timetur hostis, a quo nullus vinci potest, nec lædi nisi velit. Diabolus non supplantat, nisi volentes, lib. secundo, cap. octauo, numer. 23. 38. & 39. lib. quarto, cap. 32. num. secundo, cap. 35. num. quinto, cap. 37. nume. 11. Diabolus post aduentum Christi ligatus, tantum prævalet negligentibus, lib. secundo, capit. 8. num. 38. vsque ad 41. lib. quarto, cap. 32. nu. 2.

S. Thom. Trouer. 6 Timere autem Deum debemus, eius præcepta faciendo, & prohibita vitando. Timete Dominum declinando a malo, sicut scriptum est: In timore Domini declinat omnis homo a malo, & date illi honorem faciendo bona. Mouere autem homines ad timorem debent præterita, quæ fecerunt homines mala, de quorum propitiatu sine metu esse non debēt, præsentia etiam peccata, sine quibus vita nō transigitur, quę mille abundat imperfectionibus, timorem viris sapientibus suadet, futura etiam, quoniam omnia in posterum seruātur, incerta; vnde iusti cum timore, & tremore, non cum securitate propriam salutem operantur. Iusti securi esse non debent, quamdiu viuunt, lib. quarto, cap. 17. num. quinto, sexto, 10. 12. 14. 15. 18. 21. & 22. cap. 31. num. 41. & 43. lib. septimo, cap. tertio, num. 17. Iusti quanto meliores sunt magis timent, quod infirmi nō faciunt, lib. quarto, capit. 17. numer. 18. vsque ad 22. *Thren. 4.* Aiunt Sancti eiulantem Prophetā, & dicentē: Filij Sion inclyti amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea opus manuum figuli. Et qui heri altare erat, *Thren. 2.* in quo gratissima Deo offerebantur sacrificia, hodie talis effectus est, vt merito reprobauerit Dominus altare suum, maledixeritq. sanctificationi suæ, tradideritque in manus inimici muros turrium eius, ea, scilicet, quæ in ipso videbātur, & erant eminētia bona illius, in manus hostium sunt tradita. Et qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora. *Thren. 4. Iob 15. Bern. ad Soro. Serm. 27* Hac de causa semper quasi tumentes super se fluctus timent Deum. De his enim dicitur: Comæ eius, sicut elatæ palmarū, nigrę quasi cornus, quia ad quantamcumque virtutum eminentiam ferātur, semper nigredinem imperfectionum suarum considerantes timent. Timor Domini altis radicibus firmat animam, ne ruat, lib. 17. cap. tertio, nume. tertio, vsque ad quintū, & 20. Timor sit in operanda salute & non securitas, lib. 17. cap. tertio, numer. 12. 20. 21. 28. vsque ad 30. Timendus solus Deus & quare, ibidem num. 14. 18. & 31. vide plura verbo Timor. Coniungit autem Angelus honorem, qui Deo, vt creatori, & parenti debitus est, qui tantopere nos diligit cum timore, vt istum moderetur, ne nimio timore corrupta anima intereat, & desperet. Corripiat me iustus Dominus, sicut iuuenculum indomitum, non ut in præceps ruam, sed vt ad ipsū patrem misericordiarum reuertar, lib. 17. capit. tertio, num. 20. 21. & 28. Spes medium ponat inter præsumptionem, & desperationem, lib. quarto, cap. vndecimo, nu. 29. 34. vsque ad 36. cap. 17. nume. secundo, quinto, 6. & 15. libr. 14. cap. 18. num. secundo, vsque ad 15. 18. vsq. ad 22. 24. & 25. lib. 16. cap. vndecimo, num. vndecimo, 16. 18. 20. & 21. Licet autem timendi Dominum multæ essent causę, vnam posuit propinquitatem Diuini iudicij, quæ eximia est in homine, qui iudicium cogitat vltimū, illudque propinquum, vt veniat damnare impios, præmiare pios, quia potens, quia iustus, quia sapiens non flectetur timore, non demulcebitur muneribus, non persuasionibus seducetur. Vide quamplura de iudicio finali, libr. nono, cap. 9. Qui fecit cælum, & terram, &c. id est, qui cum omnium creator sit, infinitam habet virtutem, cui nemo inimicorum, quāuis potentissimus, resistere possit, quin omnia faciat, quæ velit Deus, vt potens timēdus est, vt misericors amandus, lib quarto, capit. vndecimo, num. 22. 29. & 36. Dei manus dicitur eius potētia, qua potest facere quidquid peccatoribus minatur, lib. quarto, capit. 18. num. 11.

Angeli nomen in officio, quo Vincentius functus est, recte promeruit, vix enim videtur possibile, quod nisi alatus esset tanta posset itinera conficere, nisi instar Angeli expeditus esset ad itinera tam frequentia. Cum quadraginta esset annorum prædicationem cœpit, & vsque ad 72. in quo a sæculo migrauit, eam non prætermisit. Regiones autem, quas docens peragrauit, hæ fuerunt, Catalonia, Regnum Valentię, Aragonia, & Nauarra, quæ sunt in Hispania citeriore. Ex Hispania vero vlteriore, excepto Regno Galitiæ, & Portugalliæ, singulas alias fere Regiones, vrbes, oppida, ac villas circuiuit. Ex Gallia autem in primis illa Regio, quæ modo vocatur lingua Occitana, Delfinatus, Prouincia, Sabaudia, Francia, Burgundia, Normandia, Biturnia, Albernia, Flandria, Albia, Octauia, Picardia, Basconia, Britānia. Descendit quoque in Italiā, & vniuersas Regiones, & vrbes Pedemontij lustratus, atque multas Lombardiæ terras, demum venit Genuam, dumque esset in portu Veneris, vt totam lustraret Italiam, Diuino consilio factum est, vt a Ioanne Hispaniarum Rege vocatus in Hispaniam veniret, & post factum ibidem animarum vberrimum fructum ad Gallias remeauit. Profectus est in Angliam, Hiberniam, maris Oceani insulas. Singulis diebus Missam celebrabat, & prædicabat, iterque propriis pedibus agebat, solo baculo contentus, idque quindecim annis continuis fecit, sed postea graui tibiæ infirmitate correptus asello insidebat. Instar Angeli vitam agebat cælestem in sæculo quidē mirabilē, sed religionem Prædicatorum ingressus vitam Dominici attentissime legit, quam perfectissime imitatus est. Vniuersum enim tempus in ordine, aut orationibus, aut scholasticis exercitiis occupabatur. 9 *Surius.*

Cum

10 Cum vigintiquatuor esset annorum ad instantiam Cleri, & populi Valentini Theologiam publice tanta cum admiratione professus est, vt solus doctus, solus Religiosus, & Sanctus crederetur. Quodam tempore, dum circa quartam noctis horam in cella legeret librum Hieronymi aduersus Heluidium de virginitate Mariæ, & inter lectionē ipsam precaretur Dominū, vt eius virginitatem conseruaret, audiuit vocem: Non omnes possumus esse virgines, nec vltra patiar, ut tā honorato nomine gaudeas. Cumque instantissime Deiparam oraret, vt quid significarēt verba illa terrifica, dignaretur ostendere, ei Beata Virgo multa cum luce visibiliter apparuit, dixitque verba illa: Diaboli fuerunt, vt ab incepta virtute desistas, tu autem constanti animo esto, & cauto, crebras enim tibi parabit insidias, vt virginitas pereat, sed Dominus ipse erit clypeus tuus. Ex eo autem tempore militi Christi tantum feruoris accessit, vt non terrestris homo, sed cęlestis Angelus esse videretur. Instar Angeli prædicabat per medium cæli volans, itaque efficaciter audiē tium mentes ad execrandum malum, amplexandumque bonum, monebat. Angelis datum non est, vt hominum voluntates pertrahant nolentes ad bonum, hoc enim solius Dei est proprium, sed tanta est eorum vis in persuadendo, tanta rationum potentia, vt adamantinum hominem liquefaciat. Ita & Vincētius Angelus erat, cum quo luctabantur frequēter homines, & victi simul, & victores consequebantur benedictionem a Deo; vnde dum zelat zelum legis, assumptus est in cælum. Et quidem Elias, de quo hæc scripta sunt, cuius verba, vt faculæ ardebant, in Paradisum terrestrem super currum igneum perductus eit, at Vincentius visus est, vt Angelus volans per medium cęlum nullo gestatus curru, qui Deū habebat vectorem. Qui venerat, vt sanctificaret Euangelium Dei, id est, Sanctū verbis, & operibus esse ostenderet, miraculis, cōuersatione, vt fiat oblatio gentium, id est, ut gentes per meum ministerium conuersæ, &c. in obedientiam gentium verbo, & factis, id est, per bonam conuersationem eius gentes adducere in obedientiam Christi. In virtute signorum, & prodigiorum, in virtute Spiritus sancti, nihil enim cuncta proficerent, si Spiritus sanctus corda audientium non moueret. Ita vt ab Hierusalem per circuitum, vsque ad Illyricum, vbi mare est Adriaticum in parte contraria Italiæ, non via recta discurrens, sed a dextris, & a sinistris repleuerit Euangeliū Christi. Deus enim dedit vehementissimo imbri cursum, vt in ore Angeli positus repleret inuiam, & desolatam, prædicaretque sedentibus in terra, vt non solum, qui iustus erat, iustificaretur amplius, sed sceleratissimi homines ad rectam redirent mentem. Se flagellantium tanta ipsum sequebatur multitudo, vt aliquando numerus decem millium hominum conueniret, ipsum sequeretur in ciuitatibus, & in campestribus. Visi sunt plusquam 80. millia hominum conuenisse sæpe etiam extra vrbes, vt illum prędicantem audirent. Vltra centum millia hominum sceleratorū ad sanam mentem reduxit, Iudæorum viginti millia, Sarracenorum octo millia ad fidem traduxit. Omnium enim hominum, nō solum popularium, sed & Principum, & Clericorum vitia intrepidus arguebat. Erat in vitiorum reprehensione ita terribilis, vt frequētissime accideret, vt multi scelerati adeo compungerentur verbis eius, ut humi prostrati coram vniuersa multitudine, omni pudore postposito, magna peccata confiterentur, & ueniam lacrymabiliter peterent. Rarum omnino erat, vt eo prædicante auditores ad lacrymā dum non prouocarentur. Cum vero de iudicio, passione Domini, & in inferno differebat, ipse, & auditores in tantum fletum prorumpebant, vt per longum tempus silere esset necessarium, donec a lacrymis cessaretur. Ab eo anno, quo Religionem professus est, vsque ad diem, quo migrauit a vita ab esu carnium abstinuit, nisi aliqua euidens necessitas eum aliter facere compulisset.

Vide Surii lib. 1. ca. 12. & 13. *1. Mach.* *Rom. 15. S. Thom. lect. 2.* *Iob 38.* *Apoc. 14.*

Denique constitutiones fratrum Prædicatorum, vbicumque esse contingeret, non minus seruabat, quam si in ipsorum claustro maneret. Quadraginta annis ieiunauit, nisi vgeret infirmitas. Dormiebat super sarmentorū, aut palearum straminibus. Singulis noctibus a prima adolescentia se flagellabat multis cū lacrymis. Et si forte alicuius ęgritudinis causa id facere nequiuisset, hoc a fidis socijs suis fieri volebat, eos per Iesum Christum obtestans, ut eum validis ictibus cæderent. Ita vehementer lacrymabatur in Missa, vt pauci intuentium se a lacrymis temperare possent: flebant homines aliquando ita vehementer, sicut in morte suorum solent efficere. Erat enim nouus Angelus, qui venerat, vt educeret vinctos de carcere, &c. Speciesque quarti similis filio Dei datus, vt ab incendio uitiorum homines liberaret, & sermone Dei, qui penetrabilior est omni gladio ancipiti hostes profligaret sanctam Ciuitatem infectantes, sicut tempore Senacherib factum est. Talem virum Prædicatorum ordo recepit post ducentos annos ab ipsius fundatione, ille enim interiit anno 1418. Ordinis autem confirmatio fuit anno 1202. Non ita mirarer si sanctus eius pater Dominicus, Angelicum hunc virum ad ordinem reciperet, quo tempore sacri huius ordinis primi partus, illiq. famosissimi in lucem edebantur. Sancti enim Patris, sociorumque eius miranda exempla, non mirum si eius animum vehementius rapuissent, vt in odorem vnguentorum eius curreret ille. Sed exempla seruorum Dei, quos de mortuis viuos fecerat, carbones illi extiterunt, & sagittæ. Non fuit iuxta annos pristinos, quando petra fundebat riuos olei, laabanturque pedes butyro. Inter claustrales habitum accepit, instarque in tempore iracun- 11 *Dan. 3.* *4. Reg.* *Cant. 1.* *Iob 27.*

cundiæ inuentus iustus factus est reconciliatio, fecitque cum Dominus crescere in plebē suam, & benedictionem omnium gentium dedit illi, &c. Dispersi erant lapides sanctuarij bona ex parte in capite omnium platearum, sed illi mutatus non est color optimus, nec obscuratum in illo est charitatis, & deuotionis aurum, sed hoc tempore data est illustri huic viro corona, & exiuit vincens, vt vinceret habens arcum prædicationis in manu sanctæ vitæ, & non in ore tantum. Vt Angelus Euangelizans tribubus, &c. mutatus non est, quando muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti. Recte ergo nomen Angeli recepit ob vitā, constantiam, firmitatem mentis, & puritatem. Sic enim viuebat, ac si per medium cæli volaret, nec graderetur super terram. Volabat, quia incredibili cum diligentia munus sibi iniunctum exequebatur, & qui in medio populi polluta labia habentis habitabat hanc imperfectionem non est passus, quia per medium cæli visus est volare. Et sicut Elisæus, quondam duplicem accepit spiritum absente patre, quia populus grauissimis vrgebatur malis, ita & Vincentio accidit, qui datus fuit, quando Ecclesia innumeris agitabatur procellis, &c. Schismatis, bellorum inter Principes, Iudæis, & Mauris scatebat orbis, tunc in cælo residens Dominicus Dominum precabatur, ut tanto malo prouideret de remedio, datusque est spiritus duplex Elisæi, audiuitque Beatus Pater, vt Ecclesia refert: Noli timere, quia ego tecum sum, ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te, dicam Aquiloni da, & Austro noli prohibere, affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ. Dicam Aquiloni da.i. Diabolo redde animas, quas accepisti. Ego tecū sum te protegendo, & multiplicādo. Affer filios meos de longinquo, qui longitudine peccati longe sunt a me, & imperfectos ab extremis terræ. Quæ verba, licet de Christo Domino ad litteram intelligantur, illa Ecclesia Vincentio accommodat, tamquam insigni Prędicatori, cui Sanctorum, licet minimo, in cogitationibus suis data est gratia hæc Euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, &c. sicut quondam Ioannes Angelum vidit per medium cæ li uolantē, &c.

Thren. 4.

Apoc. 6.

Esa. 6.

Esa. 43.

Ezech. 3.

Explicit proprium Sanctorum.

COMMVNE SANCTORVM.

IN COMMVNI VNIVS Apostoli.

Hoc est præceptum meum.

Vide in festo S. Barnabæ.

IN COMMVNI VNIVS Apostoli.

Ecce ego mitto vos, sicut oues in medio luporum.

In festo S. Barnabæ, secundum morem fratrum Prædicatorum.

IN COMMVNI ETIAM Apostolorum.

Hæc mando uobis, &c.

In festo Apostolorum Simonis, & Iudæ.

IN COMMVNI VNIVS Martyris tempore Paschali.

Ego sum uitis uera.

In festo S. Marci, secundum morem fratrum Prædicatorum.

IN COMMVNI VNIVS Martyris extra tempus Paschale.

Qui vult uenire post me, abneget semetipsum.

In festo S. Petri ordinis Prædicatorum.

IN COMMVNI MARTYRIS.

Nisi granum frumenti.

In festo S. Laurentij Martyris.

IN COMMVNI PLVRIMORVM Martyrum.

Videns Iesus turbas, ascendit in montem.

In festo omnium Sanctorum.

IN COMMVNI DOCTORVM.

Vos estis sal terræ.

In festo Sancti Dominici, & Sancti Thomæ de Aquino.

IN

IN COMMVNI CONFESSORIS Pontificis.

Homo quidam peregre proficiscens, decem talentis.

In festo S. Nicolai Episcopi.

IN COMMVNI CONFESSORIS.

Nemo accendit lucernam.

Vide in festo S. Martini Episcopi.

IN COMMVNI CONFESSORIS.

Sint lumbi uestri præcincti.

In festo S. Martini, secundum morem fratrum Prædicatorum.

IN COMMVNI ABBATVM.

Ecce nos reliquimus omnia.

In festo S. Bernardi.

IN COMMVNI VIRGINVM.

Simile est regnum cælorum decem Virginibus.

In festo S. Cæciliæ.

IN COMMVNI VIRGINVM.

Simile est regnum cælorum thesauro.

In die S. Catharinæ martyris, secundum morem fratrum Prædicatorum.

IN COMMEMORATIONIBVS Defunctorum.

Feria 5. Dominicæ 4. in Quadragesima, feria sexta eiusdem Dominicæ. Dominica 23. post Trinitatē. In commemoratione omnium fidelium Defunctorū, verbo, Mors, & Defuncti.

PRO INSIGNI VICTORIA gratiarum actio.

Vide Dominica prima Octobris, In festo Sanctissimi Rosarij.

IN HAERETICORVM PVnitione publica.

Vide Dominica 7. post Trinitatem, verbo, Hæresis, & Hæreticus. Lib. 16. cap. 16. nume. 31. docetur, quod Spiritus sanctus est ignis, quo hæreticorum comburuntur arma.

IN SOLEMNITATE PRIMAE Missæ sub hoc themate.

Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur, in his, quæ sunt ad Deum. Ad Hebr. 5

DISSERITVR latissime lib. 16. capite primo, vsque ad quartum, de Sacerdotibus, de illorum eximia dignitate, de honore tantæ dignitati debito, de ipsorum obligationibus, quæ oīa uerbis propositis breuiauit Paulus, nomine Pontificis intelligens omnes Sacerdotes: Quorum excellentia ea est, quod ex hominibus hi assumpti sunt, & eleuati, vt qui antea homines erant, quo nomine in sacris litteris intelliguntur, qui totos se adhuc humanis affectibus occupant, libr. 8. capit. 2. nu. 7. 12. 13. & 14. iā in Sacerdotio constituti Angeli effecti sunt, qui homines erāt. Homo audit: Ego dixi in excessu meo omnis homo mendax. Qui hanc dignitatem sunt consecuti audiūt: Ego dixi Dij estis, &c. Homines sunt, de quibus dicitur: Homines, & iumenta saluabis Domine, hi autem Sacerdotis dignitatem cō secuti filij hominum sunt, qui in tegmine alarum Dei sperabunt, & dicunt: Quæ prius mihi fuerunt lucra (scilicet, quando homo erā) hæc propter Christum arbitratus sum detrimenta. Vilia arbitratus omnia, quæ in mūdo sunt. Iam inter præclara illa Ezechielis animalia annumeratus, in quibus viri Sancti significantur, de quibus dicitur: Et similitudo hominis erat in eis. Speciem quidem gero hominis comedens, ambulans, sed quod interius latet, super hominem est, qui si dignitati responderit, ab humeris, & supra cunctos excellere debet. Hac de causa (Origenes) Sacerdotes quondam iussi sunt arcam fœderis tollere, & ut præcederent populum, is autem sequeretur post eos, ita ut inter utrosque spatium esset cubitorum duū millium, maiorque distantia futura in moribus, quam in loco, portantes Sacerdotes mortificationem Domini nostri in corpore suo, ita vt vita Iesu manifestaretur, & legeretur in illorum vita. Hos enim tigna domus Ecclesiæ cedrina uocauit sponsa, qui miro fulgore uirtutum ornati incorrupti moribus erāt futuri spirantes Christum, bonus odor illius existentes in omni loco. Nec mirum, quod hæc a nostris Sacerdotibus requiratur vita, cum dæmonum Sacerdotes a cuncta plebe iuberentur esse alieni, cæteriscque hominibus longe superiores. Vnde Eurypides, Hieronymo teste, refert, quod Iouis Sacerdotes inter Cretenses morantes, non solum a carnibus abstinebant, sed etiam a coctis cibis.

Psalm.

Psal. 35.

Augustī.

Philip. 3.

Ezech. 2.

Hieron.

1. Reg. 10

Ho 9. in Ioe.

Orig. in Cāt.

Lib. 2. ira Iouinian.

Plutarch. in problemat.

In Panchaia non licet Sacerdotibus extra locum sanctum, proficisci, vltraq. deprehẽsum occidere licebat. Nec Flamines Diales, quo nomine vocabantur Romanorũ Sacerdotes, compelli poterant, vt iuramento veritatẽ cõfirmarent, sed ad iudicium vocati, eorum dictis ea adhibenda erat fides, quæ cæterorum iuramentis adhiberetur, quia eorũ dignitas, & vita, ait Plutarchus, postulat, vt quodcumque hi dixerint, credatur, sicut solemne, & inuiolabile iuramentum cæterorum. Narratq.

Serm. 37. ad fratr. in Ere.

Augustinus in partibus inferioris Aethiopiæ, vbi homines monoculi erant, Sacerdotes hominum conuersationẽ fugere, qui in septimana, in qua Dijs suis sacrificia offerre debebãt, nihil sumebant, nisi metretam aquæ per diẽ.

Leuit. 4. chrysost.

Hac de causa lege statuerat Deus, vt peccante Sacerdote, idem offerretur sacrificium pro solo illo, quod pro peccatis totius populi erat offerendum, si totus populus delinqueret, in quo criminum grauitatem ex peccantis dignitate significare voluit Deus.

2 Sacerdotes idolorum a malis abstinent in cõfusionem Sacerdotum Christi, lib. quinto, cap. 12. num. 34. Sacerdotum vitam, & doctrinam significabant ornamẽta Sacerdotalia veteris legis, lib. 14. cap. 28. num. 9. & 10. cap. 29. num. 4. 5. 14. 15. & 17. lib. 16. cap. 1. num. 7. 23. & 37. Sacerdotes ligna cedrina sunt in domo Dei, lib. 16. cap. 1. numer. 4. Sacerdotum dignitas etiam Angelis inconcessa fuit, ibidem num. 8. vsque ad 10. 17. & 18. Sacerdotum miranda excellentia, si, quod sunt professione, actione demonstrent, ibidem num. 31. Qui ab humero, & supra excedere debent populum, nu. 38. Sacerdotum potestas ostendit Sacerdotium regno esse venerabilius, ipsoq. Regibus maiores, lib. 16. cap. 2. num. 1. 2. & 10. Vnde supra Reges, & parentes honorandi sunt, nu. 4. & 10. Vnde sic viuere debent, vt a nullo possint cõtemni sæculari, qui melior sit, nu. 8. Sacerdotes pauci salui fiunt, quoniam res excelsum quærit animum, lib. 16. cap. 3. numer. 4. & 5. Is ideo ex hominibus assumptus est, vt pro hominibus constituatur, in his, quæ sunt ad Deũ. In hominum vtilitatem datus est, & in graui ille periculo constitutus, nos prædicamus seruos vestros per Iesum, ideoq. Angeli uocantur, lib. 16. cap. 1. num. 26. cap. 2. nu. 1. Audiat

2. Cor. 4. Exod. 4. S. Thom.

Sacerdos sibi dictum, quod Moysi olim dixit Dominus: Tu eris ei in his, quæ ad Deum pertinent. Duplicem actum habet Sacerdos, vnũ circa corpus Christi verum, aliterũ circa mysticum, & vterque in hominum eximiã cedit vtilitatem, & Missam celebrans, & a peccatis homines absoluens, &c. Discat Moyses a Deo, quæ illius voluntati sunt placita, ad tabernaculum accedat, nubes operiat illum, cum Deo loquatur in monte, sicut solet loqui homo cũ amico suo, hæc eius eximia dignitas in vtilitatem cedit plebis. Eligat Dominus Sacerdo-

1. Mac. 4.

tes sine macula, uoluntatem habentes in lege, tales enim dantur, ut mundent Sancta, ut Ecclesia sit sine macula, & ruga. Acciditque frequenter, vt sanguine Christi peccatorem lauet, ipsiusque manus, proh dolor, illius culpa sanguine plenę sint, cuius consummatio erit in combustionem, & cibus effectus ignis sempiterni. Sacerdos indesinenter oret, vt populus, qui sub ipso est, hostes vincat, lib. 14. ca. 29. num. 5. 11. & 12. Sacerdos purior sit solaribus radiis, qui legatus, & precator intercedit pro toto orbe, lib. 16. cap. 1. num. 16. 17. & 22. Ex his, quæ diximus, constat, primum, peccata Sacerdotum esse grauissima grauiq. egere medicamine, lib. 14. cap. 16. nume. 8. 10. vsque ad 13. 17. 19. 20. & 24. lib. 16. cap. 1. nu. 18. 24. & 32. Qui in grandem ipsorum confusionem æquales, ne dicam, inferiores, sunt laicis, li. 14. cap. 16. num. 6. 7. 13. 22. 23. 25. & 26. lib. 16. ca. 2. numer. 8. Vide verbo Sacerdos multa de re hac: Secundo, quod in graue damnum reipublicæ sunt Sacerdotes mali, libr. 2. cap. 14. nu. 2. & 3. Sacerdotum lapsus flendus maxime, 3
lib. 10. cap. 2. num. 1. & 2. Sacerdotes aliquando sunt laqueus, &c. lib. 14. cap. 16. nume. 14. Sacerdotum numerus auctus est, sed diminutum meritum, ibidem num. 19. 20. 25. & 26. Sacerdotum peccata in grande nocumẽtum sunt Ecclesiæ, lib. 14. cap. 16. num. 25. lib. 16. ca. 2. num. 3. 11. & 12. cap. 3. numer. 9. vsque ad 12. Sacerdotes cor, & stomachus sunt Ecclesiæ: vnde si illi valeant, Ecclesia floret, si ægrotet, illa marcida est, lib. 16. cap. 2. nu. 3. 11. & 12. Hi. n. bonis spiritualibus ebrij in causa sunt, ut plebs bonis abundet, ibidem num. 5. Sacerdotes mali plus omnibus Ecclesiam persequũtur, lib. 16. cap. 3. numer. 10. vsque ad 12. Vide etiam num. 8. & 9.

Possunt etiam hæc dici sub hoc Themate: 4
Eccles. 45. Dedit illi, Aaron, scilicet, fungi Sacerdotio, &
Hugo. habere laudem in nomine ipsius. Qui locus duplicem habet sensum. Alter, quod Deus illum in dignitate Sacerdotali constituit, deditque illi, ut cum laude hoc eximium exerceret ministerium, digne tanta dignitate vsus, illaq. habuit uirtutes, quibus dignus esset Dei minister. Vbi ingens laus Sacerdotis docetur, quod cum diuinæ sint huius dignitatis obligationes, diuinumque postulent hominem, non solum dignus vituperatione non fuit, sed etiam multa laude. In indice vide qualis esse debeat Sacerdotis vita. Quibus ita respondit officiis, vt laudem mereretur ex Sacerdotio, quod non ille usurpauit, ut multi solent, nec dignitati se ingessit, (vide in indice) sed Deus eum ad hanc dignitatem euexit. Alter sensus est. Quod hunc honorem consecutus fuit Aaron, ut diuinis vacaret laudibus, ut hominum intenderet utilitati, &c. Itaque in primo sensu illius & Sacerdotum narrantur obligationes, secundus vero nostram edicit utilitatem. De utroque autem hoc differuntur multa verbo, Sacerdotes.

AD

AD VELANDAM SANCTImonialem.

Thema.

Suscipe me secundum eloquium tuum, & uiuam, & non confundas me ab expectatione mea. Psal. 118.

CVM ad velandam Virginem post religionis professionem accedit Prælatus, alta voce nõ semel, sed ter inclamat: Veni sponsa Christi, accipe coronã, quã tibi Dominus præparauit in æternum. Et illa velum acceptura in ordine Prædicatorum subiũgit: Suscipe me, &c. id est, imple Domine promissionem, & præbe coronam, ad quam accipiendam vocasti me, dũ enim hæc capiti meo fuerit imposita, ego viuam, dum tamẽ sponsus mihi dilectissimus me non priuauerit ea spe, quam pręconcepi, cum te vocantem me indignã ancillam tuam ad suscipiendam regni coronam audiui. Quæ enim Regi desponsatur, continuo coronam accipit Reginæ debitam, titulo donata duplici, vtroque quidem pręclarissimo, & Sponsæ, & Reginæ. Cum Deus ad religionem Virginẽ vocat, vt non tantum Diuina præcepta seruet, sed etiam consilia, vt detur gratia capiti, & torques collo, eam ad nouam dignitatẽ sponsæ eleuat. Quoniam sicut olim creato protoparente, audiuit: Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi, protulitq. Euam, ad quam dixit Adã: Hoc nunc os ex ossibus meis, &c. & erunt duo in carne vna, & vtrique concessa est Paradisi possessio. Sic cum Dei verbum carnẽ accepit,

Apoc. 14. Virgines innumeræ secutæ illum sunt, quocũ

Hom. 24. in Numer. que pergeret, in adiutorium simili sibi datæ. Quia sicut ille, ait Origenes, non contentus, quod hominum gratia cuncta condidisset, seipsum tradidit pro illis, ita & Virgines, contemptis cunctis rebus, quas pro Christo arbitratę sunt vt stercora, seipsas consecrarunt

1. Cor. 5. illi. Audierant cum multis: Non estis vestri, empti enim estis pretio magno: & ad hanc vocem se obtulerunt Domino, qui eas emerat, vt iam non sibi viuerent, sed ei, qui pro ipsis mortuus est. Adiutorium simile sibi, quia sicut in Deo opera quædam necessaria sunt, alia libera, &c. sic Virgines non contentæ operibus, quæ libet necessaria vocare, qualia Diuina sunt præcepta ad salutem necessaria, ad fortia extendentes manus, ea amplexæ

Hier. ad Demet. ep. 1. & li. 1. pro Psa. 44. sunt, quæ reliquit Deus in manu consilij sui. Vestitæ duplicibus fortitudinem, & decorem indutæ, obseruantiæ præceptorum coniunxerunt consilia, audientes quidem disciplinã patris, id est, præcipientem Deum, nec dimittentes consilia matris, hoc est, diuinas inspirationes sequentes, ut addatur gratia, id est, corona capiti, & torques collo, vt sic audiẽs, & videns oblita populum suum, & domum patris, concupiscat Rex æternus speciem suam, illique desponsetur, quæ antea forte multis peccatis inuoluta es suscitata, calceata hyacintho, vestitaque discoloribus profecit in regnum, cum diadema capiti fuit impositum. Iuncta amplexibus sponsi, vt sic Sacramentũ illud magnum, quod admirabatur Paulus, agnoscas, quando erunt duo nõ in carne una, sed in spiritu vno, vt gaudeat sponsus super sponsam, & gaudeat super te Deus tuus, eo te diligens affectu, quo sponsæ diligi solent. Vt iam non mireris Hester dignitatem, quæ incredibili pollẽs pulchritudine ancilla cũ esset vilis centũ viginti septẽ prouinciarũ Regina effecta est, sed potius illud, quod vilis muliercula cũ esses, Aethiopissæ similis, iterans vias tuas, vt cæli accipias coronã, uocata es, ut astes Regina a dextris spõsi in uestitu deaurato, circũdata varietate. Et ideo egressum est *Ezec. 16.* nomen tuum in gentibus, propter speciem *Hieron.* tuam, quia perfecta eras in decore meo, ideſt, mea incredibili liberalitate, & beneficiis ad Reginæ vocabulum peruenisti, & audisti: Veni sponsa Christi, accipe coronam.

Ezec. 16.

Cum velum nigrum accipit vidua, tristiæ signum, viduitatis ornamentis induitur, cum uale dicit cunctis, quæ delectabant in sæculo, ad accipiendam coronam uocatur. Cũ *Cant.* sponsus coronare decreuisset sponsam: Veni de Libano dixit, &c. de cubilibus leonũ, & de montibus pardorum, cumque iustorum nomine femina Stellis veniſet coronata, signũ *Apoc. 12.* vtique illud magnum in cęlo apparuit. Sed tamen, qui dixit: Regnum meum non est de hoc mundo, diadema in eo nisi spineum accipere noluit. Qua ergo ratione sponsa ad accipiendam coronam vocatur? idque in religione, vbi ad seruitutem vocantur religiosi, ut ieiuniis, vigiliis, saccis, ciliciis, lacrymis uacent? Coronæ sunt hæc signa, & non potius seruitutis? Ad eximiam paupertatem redacta in monasterio Virgo intra angustos parietes, ferreasque feneſtras regni amplitudine potitur? Vbi vale iam dixit nobilitati, honoribus, diuitiis, mũdo, parentibus, amicis ad coronam vocatur? Siquidem diceremus illi post legitimũ religionis certamẽ coronã promissã, recte quidem, illã. n. certanti obtulit Paulus. Corona mundanis quidem seruatur in hoc mun- *Apoc. 18.* do, qui aiunt: Sedeo Regina, & vidua nõ sum. At religiosa pretiosis exuta vestibus, vilibusque induta potius audit: In sudore vultus tui viſceris pane tuo. Cum nomine feminæ calamitatem populi Iudaici prophetasset Esa. dixit: Pro eo, quod eleuatæ sũt filiæ Sion, &c. *Esa.* & pro crispanti crine caluitiũ, & pro fascia pectorali cilicium. Ad hunc certe statũ peruenisse videtur Sanctimonialis Virgo, vbi, non quia ambulauit extẽto collo, &c. sed propria voluntate illa deseruit, crispatẽ contẽpsit cri-

nem, & pro fascia pectorali cilicium induit, & ad coronam vocata dicetur, nec qualemcumque illam, sed quam Dominus præparauit. Vtique velum Virginis capiti impositum omni corona pretiosius est. Mittam te in die illa in domum Iosiæ, & accipies argentum, & aurum, & facies coronas ex eo, & impones in capite Iesu Sacerdotis magni, libr. nono, capit. 23. nume. 14. His coronatus Rex noster Christus coronas imponit Virginibus sacris, & qui visus est a Ioanne ferens in capite diademata multa, multas voluit coronas, quas sponsis impertiret. Viginti qua tuor Seniores coram Agno procidentes in cælo coronas deponunt, Regis magnitudinẽ perpendentes, sed in hoc religionis Paradiso coronæ imponuntur capitibus religiosarum. Et in eo, quem diximus, statu mille abundant consolationes, vbi meliora sunt vbera sponsæ vino: dum replentur in arcta custodia Virgines consolationibus, & superabundant gaudio. Quæ enim sæcularibus absinthio videntur amariora, religioso, qui hoc nomine dignus est, tam sunt grata, ut repletus dicatur ab uberibus diuinæ consolationis, & illud in se impletum aduertat: Ad
3 vbera portabimini, & super genua blandientur vobis, quomodo si cui mater blandiatur, & ego consolabor vos. Religiosorum voluntaria paupertas cunctis opibus præferenda est, lib. quarto, capit. 28. numer. tertio, & quarto, lib. 14. capit. tertio, num. 13. vsque ad 18. 24. & 25. In religione cella cum cælo multam habet affinitatem, lib. 15. capit. quinto, nume. 13. vsque ad 16. Si quidem qui religionem ingressi sunt, non vixerint, vt decet, audient dicentem Prophetam: Da eis vbera ardentia, vt consolationis lac fugere non ualeant, amantes enim consolatiunculas terrenas carent cælestibus, lib. primo, cap. 18. nume. 29. & 31. lib. 15. capit. quarto, nume. 17. & 20. Religiosi multi socij sunt tribulationum monasterij, non consolationum, lib. tertio, capit. 14. num. 28. Quoniam religiosi, siue viri illi sint, siue feminæ, dum magnipendere nesciunt diuinam uocationem, religionis consolationibus, quæ eximię sunt, priuãtur, & coronam, quam capiti imposuerat Rex in sacri veli susceptione, illa deponit, & conculcat, seruitutem præferens regno. Quod ne accidat offerenti coronam sponso clamat sacra Virgo: Suscipe me, &c. vt sponsa sim, & regina, quæ vtraque dignitate, & nomine indigna sum, & ne tanto bono negligentia mea in posterum priuer, suscipe me, &c. & non confundas me, &c. vt priuer spe certa grandi, & mihi vtilissima, quæ, uocante te, terrena omnia contempsi, illa, & meipsam tibi obtuli cum teipsum animæ meæ sponsum imitari statuissem, ea eligens, quæ in mea reliquisti voluntate, lib. vndecimo, capi. primo, numer. secundo, vsque ad 5. Religiosi sua, & seipsos consecrant Deo, libr. secundo, cap. 20. num. 1. vsque ad 7. lib. nono, capit. 22. nume. quarto, lib. 15. capit. quinto, numer. 20. Religiosi Deo oblati non debent humanis rebus deseruire, lib. secundo, cap. 20. numer. tertio, & quinto, lib. 15. capit. tertio, numer. 19. Virgo Deo sacrata cum viro seculari nullum habeat colloquium, lib. vndecimo, capit. vndecimo, num. 21. vsque ad 23. Virgo sponsa Christi illi similis sit, eique soli placere desideret, lib. 18. capit. sexto, num. primo, secundo, & 4. Virgo caueat, ne sicut a terra in cælum ascendit, descendat, dum cadat, ibidem numer. septimo, & 14. Virgines sequuntur Agnum, quocumque ierit, ibidem num. 22. & 23. Virginitatem Deus maxime honorauit, nume. decimo, 12. vsque ad 14.

Rectęque postulat Virgo, vt ad sponsæ, & 4
Reginæ dignitatem euecta a sua expectatione non confundatur, dum considerat non statim post sacram religionis professionem cuncta salua fore, sed quod in futurum res seruantur incertæ. Quoniam licet ibi seculi fuga, spiritualium feminarum conuersatio mirum in modum ad conseruandam uirtutem conducant, paupertatis, obedientię, & castitatis professio, animam veluti in tranquillo portu constituant. Volantia animalia, quæ viderat Propheta, alis suis se uicissim feriebant, quia Sanctorum mẽtes in eo, quod superna appetunt, consideratis alterius virtutibus, excitantur. Ala enim sua me percutit, qui exemplo sanctitatis proprię me ad melius accendit, lib. quinto, capit. 13. nume. 23. vsque ad 25. & 30. Vnde Sanctis conuiuere conuenientissimum est, ibidem numer. 34. usque ad 37. Religiosi velut in cælo tuti sæcularium naufragia prospectant, tranquillo in portu, &c. vbi luctus, cinis, cilicium, multaque sunt bona, libr. 15. capit. secundo, numer. tertio, quarto, & 12. Cumque ciuitates bonis sint destitutæ, conuenit eas fugere, & ad monasteria conuolare, ibidem numer. quinto, duodecimo, & 16. Religio Paradisus Dei est, libr. 15. capit. quarto, nume. 14. Religio similis est Angelicæ puritati, libr. quintodecimo, capit. quinto, numer. 13. vsque ad 16. Religiosæ feminæ olim naturæ infirmitatem miranda vita vincebant, libr. quintodecimo, capit. quarto, num. 1. Ingentis perfectionis erant ea, quæ olim monialibus præcipiebant Sancti, libr. 15. capit. quinto, nume. primo, secundo, decimo, vndecimo, 17. vsque ad 19. Religiosi, thesauro inuento, absconduntur in claustris, vbi mira lucrantur, libr. 15. capit. secundo, numer. 14. 15. 16. capit. quarto, numer. 14. Religiosi dentes Ecclesiæ, &c. Lectuluśque floridus sponsæ sunt, libr. 15. capit. secundo, numer. 17. vsque ad 19. Religiosi, occasionibus demptis, tutiores a lapsu sunt, quam sæculares, libr. 15. capit. septimo, numer. octauo. Hæc certo nouit Virgo sacra, & clamat nihilominus: Non confundas me ab expectatione mea, dum aduertit primos parentes in paradiso cecidisse

Zach. 6. *Hieron.* *Apoc.* *Apoc.* *Esa. 66.* *Oseæ 9.* *Ezech. 3.* *Gregor.*

disse. Scit quod nemo de loci securitate sibi blandiri potest, lib. decimo, capit. nono, num. 2. 3. 5. & sexto, lib. decimoquinto, capit. sexto, numer. tertio & quarto. Timet ne culpa sua monasterium sit carcer, a quo ad supplicium educatur in morte. Timet ne forte in ipsa ianua paradisi consistens, quæ alterum pedem iam habebat in cælo, ad pristinas relabatur negligentias. Timet ne terra, quæ sæpe venientem super se bibit imbrem; & proferens nihilominus spinas, reproba sit, &c. cuius consummatio in combustionem, libr. nono, cap. vigesimo primo, numer. quinto. Aduertit quod plura accepit beneficia a Deo, lib. secundo, cap. decimoquarto, numer. octauo, vsque ad decimũ. Et idcirco timet ne similis illi sit animæ, quæ regium diadema accipiens, &c. diuinisq. beneficijs abutens, audiuit: Requiescit indignatio mea in te, &c. nec tui amplius recordabor, quia recordata non fueris dierum adolescentiæ tuæ. Timet ne corona, quam accepit, vt altera Basthi, priuetur. Timet ne culpa sua religionis suauissimum manna vermes generet. Timet ne in ascensu diluculi, dum non aduertit, vermiculus ascendens, & quod leue illa credit, hederam viridem, eximiaque religionis merita siccet, & quæ tot abusa est beneficijs, vermis ille in perpetuum illius viscera rodat.
5 Aduertit subtiliores laqueos a dæmone religiosis paratos, lib. quarto, cap. 31. numer. 41. Timet ne dum indignum quid suo statu gerit, vt alter Ananias, puniatur, libr. decimo quinto, cap. tertio, numer. sexto, vigesimo quarto, & vigesimo quinto. Timet ne forte quæ in Angelicæ dignitatis ordinem transiuit, prauis affectibus contaminetur, ibidem nume. septimo. Timet quod religiosi modo multum degenerant ab antiquis, & quod istorum exempla non imitatur, lib. decimo quinto, cap. quarto, per totum. Timet quod vocata ad collegium perfectorum excusationem non habet, ibidem numer. decimo sexto. Timet ne cella sit reclusio necessitatis, &c. lib. decimo quinto, cap. quinto, numer. 13. 14. & 16. Timet ne propter res exiles priuetur magnis bonis, libr. decimo quinto, cap. sexto, nume. primo. Et quæ reliquit licita, feratur in illicita, nu. secundo. Timet ne in portu existens collidatur nauis, vt accidere solet, ibidem num. tertio, quarto, & nono. Timet tepiditatem animi, &c. Timet quæ a Deo recepit beneficia, si illis fuerit abusa libr. 15. capit. sexto, num. octauo. Timet hanc esse religiosæ perfectionem, exutam habere mentem cunctis terrenis, eamq. vnire Christo, quod raro fit, lib. 18. cap. 18. nume. primo. Timet, ne dum religionem non deserit, cuncta credat salua, lib. secundo, cap. decimoquarto, num. 11. & 12. Hæc aliaque multa timens sacra virgo, Dominum precatur, ne culpa sua ab ea, quam concepit, expectatione confundatur, sed quod in eo, quod cepit, proposito perseuerans, de virtute in virtutem proficiscens illis abundet bonis, quæ religio, habeat, & videat Deum deorum in Sion, dum spei succedit possessio virtutum, quas credit Dei bonitate consequendas in monasterio, quibus reposita corona iustitiæ eam accipiat a dilectissimo sponso, qui fidelis, & verax est, & habet diademata multa. Metu non carent ista, sed felix anima, quæ fallacem gloriam mundi (Bernardus) & vanam pulchritudinem contempsit. Facillimum quidem est mundi gloriam non stantem, sed volantem contemnere, quæ flos fęni est, vapor ad modicum parens, sed quia non multi sunt, qui hanc conteminant, miramur, quia virtus paucorum est, paucorum præsertim nobilium. Felix tu Sophia, quæ inter innumeros, qui honoribus ambiendis intentissimi sunt, tu illis contemnẽdis attenta es. Nobilis certe, quia patres habuisti nobilitate insignes, sed nobilior, quæ sponsum elegisti Christum. Mulierem fortem, quis inueniet? Multo magis, quis fortem; & nobilem? Deus personarum acceptor non est, sicut Petrus dixit, sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi: sed nescio quo pacto virtus in nobili plus placet. Laudo quidem in paupere quod de necessitate virtutem fecit, sed plus illam, quam eligit libertas, non inducit necessitas. Si filiæ huius sæculi nouum viuendi genus tibi improperauerint, dic: Regnum meum non est de hoc mundo, &c. Tempus meum nondum aduenit, tempus autem vestrum semper est paratum. Dic: Gloria mea abscondita est cum Christo in Deo. Quod si volueris gloriari, non eris insipiens: omitto coronam, quam tibi Dominus præparauit in æternum, non refero quod felicissimis sponsi amplexibus coniungeris, qui læuam ponet sub capite tuo, &c. non quod nouum possidebis locum in cælo, quæ virgo sequeris Agnum, &c. & cantabis canticum nouum, &c. Non futura memoro, sed præsentia; non futuram dotem cælestium bonorum, sed arram, quam modo accipis, quæ tibi data sunt ad fontem bona, vt alteri Rebeccæ, dum interim speras maiora in cælo. Ad memoriam reduco, quod te præuenit Deus in benedictionibus dulcedinis. Quoniam si Babylonis filiæ induuntur purpura, & byssо, anima eorum pannosa est, & vilis; fulgent monilibus, & moribus sordent. E contra tu foris pannosa, intus speciosa resplendes oculis Dei grata. Iucundare, quia concupiuit Rex speciem tuam, &c. Amicta lumine sicut vestimento, pulchritudo in conspectu eius, cui places. Angelo felicior, quæ in carne virginitatem consecuta es, quam ille habet in spiritu. Amicarum indumentis aureis non mouearis, quæ vermes comedent, indumentum autem tuum non deficiet. Gaudeat virgo, quæ ab alio amatore

Hebr. 6. *Ezec. 16.* *Hesler. 1.* *Ionæ. 4.* *Apoc.* *Bern. epist. 113.* *Prou. 31.* *Act. 10.* *Cant.* *Apoc. 14.* *Hactenus Bern.*

præ-

præuenta est, quæ in thalamum introiuit Christi, qui annulo suo subarrauit eam, & immensis monilibus decorauit, ille, cuius pulchritudinem Sol, & Luna mirantur. Ipsi soli serua fidem, quæ coronam accepisti, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Super hoc propitiatorium sedere Dominus vult, vt tibi benefaciat, illumq. adores, quæ idola mundi fugiens Mesopotamiam deseruisti. Paradisum ingressa es, operare, & custodi illum. Vide de religiosis multa, libr. 15. a cap. 2. vsque ad 6.

1. *Tim.* 4.
Exod.

IN SOLEMNI PROCESSIONE necessitate graui cogente.

Thema.

Non in iustificationibus nostris prosternimus preces, &c. Sed propter temetipsum fac Deus meus. Daniel. 9.

Vide feria 2. in Rogationibus, Dominica prima Octobris in festo Rosarij.

Vide, lib. 4. cap. 38. num. 14 lib. 5. cap. 10. nu. 10. hom. 8. ex varijs Tomi primi in Basilio, tempore siccitatis, & famis. Peccata nostra sunt, quæ nobis ingerunt hæc mala, & vires hostibus præbent, lib. 2. cap. 11. num. 1. & 2. lib. 4. cap. 12. num. 6. Peccata causa validissimæ famis, &c. lib. 13. cap. 6. numer. 2. lib. 14. cap. 12. num. 4. vsque ad 9. lib. 14. cap. 12. nu. 1. 2. 4. usque ad 16. 18. usque ad 20. 22. & 23. libr. 18. cap. 14. num. 9. lib. 14. cap. 21. num. 2. & 4. c. 23. nu. 8. lib. 14. ca. 22. nu. 25. 27. 33. & 34. Vide uerbo Peccatum Peccator & Oratio.

TERTII TOMI FINIS.



INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE

QVAE POTISSIMVM EXPLICANTVR IN HIS CONCIONIBVS.



EX LIB. 2. MACHABAEORVM.

2. Mach. 12. Vir fortissimus Iudas, &c. de Sanctis. pag. 229. vsque ad 234.

EX MATTHAEO.

Matth. 1. Liber generationis Iesu Christi filij Dauid filij Abrahã, &c. de Sãctis. pag. 12. vsque ad 18. & 244. vsque ad 246.

Matth. 1. Liber generationis Iesu Christi filij Dauid. de Sanctis. pag. 206. vsq. ad 211.

Matth. 1. Liber generationis Iesu Christi filij Dauid. de S. pag. 191. vsque ad 195.

Matth. 1. Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph. de S. pag. 61. vsq. ad 66.

Matth. 2. Cũ natus esset Iesus in Bethlehem Iudæ, &c. de Sanct. pag. 44. vsq. ad 48.

Matth. 2. Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, &c. d. S. pag. 36. vsque ad 41.

Matth. 3. Venit Iesus a Gallilæa in Iordanem, &c. de tempore. pag. 53. vsque ad 58.

Matth. 4. Ductus est Iesus a Spiritu, vt tentaretur, &c. d. t. p. 117. vsq. ad 124.

Matth. 4. Ambulans Iesus iuxta mare Gallilææ. d. S. pag. 1. vsque ad 7.

Matth. 5. Videns Iesus turbas ascendit in montem, &c. d. S. pag. 222. vsque ad 229.

Matth. 5. Vos estis sal terræ, &c. de S. pag. 53. vsque ad 61.

Matth. 5. Vos estis sal terræ. de S. p. 173 vsque ad 179.

Matth. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum, &c. d. t. pag. 465. vsq. ad 472.

Matth. 5. Audistis quia dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, &c. d. t. pag. 104. vsque ad 111.

Matth. 6. Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritę, &c. d. t. p. 97. vsq. ad 104.

Matth. 6. Nemo potest duobus Dominis seruire, &c. d. t. p. 526. vsque ad 533

Matth. 7. Attendite a falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouiũ. d. t. p. 477. vsque ad 484.

Matth. 8. Cum descendisset Iesus de monte securæ sunt, &c. d. t. pag. 62. vsq. ad 67.

Matth. 8. Ascendente Iesu in nauiculam secuti sunt eum discipuli multi. d. t. pag. 67. vsq. ad 70.

Matth. 9. Vidit Iesus hominem sedentẽ in Telonio. d. S. p. 196. vsque ad 201.

Matth. 9. Loquente Iesu ad turbas, ecce princeps vnus accessit. d. t. pag. 581. vsque ad 588.

*Matth.*10. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum.d.S. pag.117. vsque ad 121.
*Matth.*11. Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi.d.t. p.16.vsq.ad 22.
*Matth.*11. Confiteor tibi pater Domine cæli & terræ,&c. d. S.
*Matth.*11. Confiteor tibi Pater Domine cæli, & terræ.d.S. p.211.vsq.ad 217.
*Matth.*12. Accesserunt ad Iesum Scribæ & Pharisæi dicentes: Magister volumus a te,&c. d.t. p.137.vsque ad 144.
*Matth.*13. Simile factum est regnum cælorum homini qui seminauit bonum semen. d.t.p.72.vsque ad 76.
*Matth.*13. Simile est regnum cælorũ grano sinapis.d.t.p.105.vsq.ad 111.
*Matth.*15. Quare discipuli tui transgrediuntur mandata seniorum, &c. d.t. p.225.vsq. ad 232.
*Matth.*15. Egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis,&c. d.t. p.144.vsq. ad 150.
*Matth.*16. Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi. d.S. p.127.vsque ad 132.
*Matth.*17. Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem,&c. d.t. pag. 156. vsque ad 162.
*Matth.*18. Accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Quis putas maior est in regno cælorum.d.S. p.201.vsq.ad 205.
*Matth.*18. Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe,&c. d.t. pag.218.vsque ad 225.
*Matth.*18. Simile est regnum cælorum homini Regi, qui voluit rationem ponere,&c. d.t. p.568.vsque ad 575.
*Matth.*19. Dixit Simon Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia.d.S. p.179. vsque ad 185.
*Matth.*20. Simile est regnum cælorum homini patri familias, &c. d.t. p.76.vsque ad 83.
*Matth.*20. Ascendens Iesus Hierosolymã assumpsit duodecim discipulos suos secreto,&c.d.t.p.174.vsque ad 180.
*Matth.*20. Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi.d S. p.148.vsq.ad.152.
*Matth.*21. Cum appropinquasset Iesus Hierosolymã & venisset Bethphage.d.t. p.1.vsque ad 7.& 336.vsq. ad 341.
*Matth.*21. Cum intrasset Iesus Hierosolymam, cõmota est vniuersa ciuitas, &c. d.t. p.131.vsque ad 136.
*Matth.*21. Homo erat pater familias, qui plantauit vineam,&c. d.t. p.188. vsque ad 196.
*Matth.*22. Simile factum est Regnum cælorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo.d.t.p.553.vsque ad 561.
*Matth.*22. Accesserunt ad Iesum Pharisæi,& interrogauit eum vnus ex eis,&c. d.t. p.540.vsque ad 546.
*Matth.*23. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi,&c. d.t. p.168. vsque ad 174.
*Matth.*24. Cum videritis abominationẽ desolationis, quæ dicta est a Daniele Propheta,&c.d.t.p.588.
*Matth.*25. Simile est regnum cælorũ decem virginibus,&c d.S. p.246.vsque ad 251,& hinc vsque ad 257.
*Matth.*25. Homo quidam peregre proficiscens vocauit seruos,&c. d.S. p.7.vsq. ad 12.
*Matth.*25. Cum venerit filius hominis in maiestate sua, &c. d.t. pag.124. vsque ad 130.
*Matth.*28. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. d. t. pag. 424. vsque ad 430.

EX MARCO.

*Marc.*2.&*Luc.*5. Ascendens Iesus in nauiculam transfretauit,&c.d.t. p.547.vsq. ad 553.
*Marc.*6. Cum sero esset factum, erat nauis in medio maris, &c. p.111.vsque ad 116.
*Marc.*7. Exiens Iesus de finibus Tyri venit per Sidonem ad mare Galileæ.d.t. p.504.vsque ad 511.
*Marc.*8. Cum turba multa esset cum Iesus nec haberent quod manducarent. d.t. p.472.vsque ad 477.
Marc.vlt. Recumbentibus vndecim discipulis apparuit illis Iesus,&c. d.t.p.404. vsque ad 410.

EX LVCA.

*Luc.*1. Missus est Angelus Gabriel a Deo, &c. d.S.p.66. vsque ad 71.
*Luc.*1. Missus est Angelus Gabriel a Deo in ciuitatem Galileæ,&c. d.S. pag. 18. vsque ad 23.
*Luc.*1. Exurgens Maria abijt in montana cum festinatione. d. S. pag.132. vsque ad 137.

*Luc.*1. Elisabeth impletum est tempus pariendi.d.s.p.122.vsque ad 127.
*Luc.*2. Exijt edictũ a Cæsare Augusto,&c. d.t.p.34.vsque ad 37.
*Luc.*2. Postquam consummati sunt dies octo,vt circumcideretur puer.d.t.p.41. vsque ad 44.
*Luc.*2. Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ,&c.d.t.p.47. vsque ad 53.
*Luc.*2.Erãt Ioseph,& Maria mater Iesu mirantes,&c.p.38.vsque ad 41.
*Luc.*2. Cum factus esset Iesus annorũ duo decim.p.44.vsque ad 53.
*Luc.*3. Anno quinto decimo imperij Tyberij Cæsaris.d.t.p.29.vsque ad 34.
*Luc.*4. Quãta audiuimus facta in Capharnaum,fac & hic in patria tua.d.t.p.211. vsque ad 218.
*Luc.*4. Surgens Iesus de Synagoga introiuit in domum Simonis,&c. p.232.vsq. ad 238.
*Luc.*5. Cum turbæ irruerent in Iesum, vt audirent verbum Dei,&c.p.458. vsque ad 465.
*Luc.*6. Exijt Iesus in montem orare: d.s. p.185.vsque ad 190.
*Luc.*6. Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est, &c. p.438. vsque ad 444.
*Luc.*7. Ibat Iesus in ciuitatem,quæ vocatur Naim.d.t.p.280.vsque ad 286.
*Luc.*7 Rogabat Iesum quidem Pharisæus vt manducaret cum illo.d.t.p.138. vsq; ad 148.
*Luc.*8. Cum turbæ plurimæ conuenirent, & de ciuitatibus properarent. d.t.p.83. vsque ad 90.
*Luc.*9. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum.d.s.p.85.vsque ad 89.
*Luc.*10.Designauit Dominus,& alios septuaginta duos.d.s.p.71. vsque ad 78.
*Luc.*10. Beati oculi qui vident,quæ vos videtis,&c.p.511.vsque ad 519.
*Luc.*10. Intrauit Iesus in quoddam castellum,&c.d.s.p.167.vsque ad 173.
*Luc.*11. Erat Iesus eijciens dæmonium, & illud,&c.d.t.p.203.vsque ad 211.
*Luc.*11. Quis vestrum habebit amicum,& ibit ad illum media nocte. pag.399.vsque ad 404.
*Luc.*11. Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio,&c.d.t.p.234. vsque ad 239.
*Luc.*12. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes.d.s.p.153.vsque ad 161.
*Luc.*12. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes,&c.d.s.pag. 239. vsque ad 244.
*Luc.*14. Cum intraret Iesus in domum cuiusdam Principis Pharisæorum,&c. d.t. p.533.vsque ad 540.
*Luc.*14. Homo quidam fecit cænam magnã, & inuitauit multos. d.t.p.444.vsq; ad 451.
*Luc.*15. Erant appropinquantes ad Iesum publicani,& peccatores. d.t.p.451.vsq; ad 458.
*Luc.*15. Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis, &c. d.t. p.196.vsque ad 202.
*Luc.*16. Homo quidam erat dives, qui habebat villicum,&c d.t.p.484.vsque ad 491.
*Luc.*16. Homo quidam erat dives, & induebatur purpura, &c. d.t.p.181.vsque ad 188.
Luc. 17. Cum iret Iesus in Hierusalem, transibat per mediam Samariam. d.t. p.519.vsque ad 526.
*Luc.*18. Dixit Iesus ad quosdam, qui in se confidebant tamquam iusti, &c. d.t.p. 497.vsque ad 504.
*Luc.*18. Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos secreto. d.t.p. 90.vsq; ad 97
*Luc.*19. Cum appropinquaret Iesus Hierusalem videns ciuitatem fleuit super illam.d.t.p.491.vsque ad 497.
*Luc.*21. Erunt signa in Sole, & Luna. d.t. p.7.vsque ad 15.
*Luc.*24. Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum, &c. d.t.p.365.vsque ad 372.

EX IOANNE.

*Ioann.*1. Miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes,& Leuitas, &c.d t.p.22. vsque ad 29.
*Ioann.*2. Nuptiæ factæ sunt in Cana, &c. d.t.p.58.vsque ad 62.
*Ioann.*2. Prope erat Pascha Iudæorum, & & ascendit Iesus Hierosolymam. d. t. p.260.vsque ad 266.
*Ioann.*3. Erat homo ex Pharisæis Nicodemus nomine. d.S. p.100.vsq.ad 105.
*Ioann.*4. Erat quidã Regulus, cuius filius infirmabatur. d.t. p.561.
*Ioann.*4. Venit Iesus in ciuitatẽ Samariæ, quæ dicitur Sichar.d.t. p.238.vsque ad 246.

*Ioann.*5. Erat dies festus Iudæorũ,& ascẽdit Iesus Hierosolymam. p. 150.vsque ad 156.
*Ioann.*6. Abijt Iesus trans mare Gallilææ, quod Tyberiadis, &c.d.t. p.253. vsque ad 260.
*Ioann.*6. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus,&c. d.t. p.431.vsque ad 438
*Ioann.*7. Ambulans Iesus in Gallilæa,non enim volebat, &c. d.t. pag. 311. vsque ad 317.
*Ioann.*7. Iam die festo mediante ascendit Iesus in templum & docebat.d.t.p.266. vsque ad 273.
Ioann.7. Miserunt principes & Pharisæi ministros, vt apprehenderent, &c. d.t. p.305.vsque ad 311.
Ioann.8. Perrexit Iesus in mõtem Oliueti, & diluculo iterum venit in templũ, &c. d.t. p.246.vsque ad 253.
Ioann.8. Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, &c. d. t. p.293.vsque ad 298.
Ioann.8. Quis ex vobis arguet me de peccato,&c.d.t.p.298.vsque ad 304.
Ioann.9. Præteriens Iesus vidit hominem cęcum a natiuitate,&c.d.t.p.273.vsque ad 280.
Ioann.10. Ego sum pastor bonus.d.S.p.95. vsque ad 100.
*Ioann.*10. Ego sum pastor bonus, &c. d.t. p 377.vsque ad 384.
Ioann.10. Facta sunt Encænia in Hierosolymis & hyẽs erat.d.t.p.317.vsq.ad323
Ioann. 11. Erat quidam Lazarus a Bethania,&c.d.t.p.286.vsque ad 292.
Ioann.11. Collegerunt Pontifices & Pharisæi concilium aduersus Iesum, &c. p.324. vsque ad 330.
Ioann.12. Cogitauerunt principes Sacerdotum,vt & Lazarum,&c.p.330. vsque ad 336.
Ioann.12. Amen amen dico vobis,nisi granum frumenti.p.161.vsque ad 167.
Ioann.13. Ante diem festum Paschæ sciẽs Iesus quia venit hora eius,&c. p. 341. vsque ad 349.
Ioann.14. Non turbetur cor vestrum.pag. 389.vsque ad 395.vsq.ad 100.
Ioann.15.Ego sum vitis vera,& pater meus agricola est.d.S.p.78.vsque ad 82.
Ioann.15. Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.d.S.p.217.vsque ad 221.
Ioann. 15. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. d.S. p.111.vsque ad 117.
Ioann. 15. Cum venerit Paracletus,quem ego mittam,&c.d.t.p.411.vsq. ad 418.
Ioann.16. Amen amen dico vobis,si quid petieritis patrẽ in nomine meo,&c. d.t. p.391.vsque ad 398.
Ioann.16. Vado ad eum,qui misit me, & nemo ex vobis,&c. d.t. p.384. vsque ad 391.
Ioann.20. Cum esset sero die illa vna sabbatorum, & fores essent clausæ, &c. d.t. p.372.vsque ad 377.
Ioan.20.Thomas vnus de duodecim qui dicitur Didymus,&c.d.t.p.24.vsq. ad 29.
Ioann.21. Dixit Iesus Petro: Sequere me, &c. d.S. p.30.vsque ad 36.

EX ACTIS.

Act. 2. Dum complerentur dies Pentecostes,&c. d.t. p.418.vsque ad 424.
Act. 9. Saulus adhuc spirans minarum & cædis,&c. d.t.p.41.vsque ad 46.

EX APOCALYPSI.

Apoc. 14. Vidi alterum Angelum volantem per medium cælum.d.t.p.257. vsq. ad 264.

FINIS.

In sequenti indice vbi non notatur aliquid litteris d. & t. ex annotationibus de tempore sumotum, obseruandum in annotationibus de Sanctis debere requiri.

INDEX RERVM ET VERBORVM QVAE IN HOC TOMO NOTATV DIGNA VISA SVNT.

A

Abbreuiationem audiri a Domino, quid de tempore. pag. 11. col. 1. post med.
Abnegare seipsum quid sit.p.87.c.1.& 2.nu.5.
Abominatio in loco sancto quando dicatur esse. p.592.c.2. post med.
Adam feria sexta creatus. pag.67. col. 2. nu.5.
Adeps,qui semper in sacrificijs offerebatur,pinguedinem charitatis significat. p.51.c.1.n.15.
Adulatores Deorum hostes ex Plutarcho. d.t.p.543. c.1.post med.
Adulatores idololatriæ auctores.d.t.p.543.c.1.in pr.
Adulterium ; vide in voce Gentiles.
Aegyptus post Christi ad ipsam aduentum paradisus dicitur a Sanctis & cur. p.37.c.2.n.3.d.S.
in Aegyptum ingressus cur descensus dicatur in sacra scriptura.d.t.p.91.c.2.in med.
Aeschines quid de Demosthene dixerit. d.t.p.460. c.1. post med.
Aesopus Phrygius quid de Ioue dixerit.p.71.col.1. num.12.
Aethiopiæ Sacerdotes hominum conuersationem fugiebant, & in septimana sacrificij idolorum quomodo se gererent.d.t. p.266.c.1.in princ.p.169. c.1.post med.
Affectus & voluntas dicuntur lumbi mentis. p.241. c.1. in prin.
Affectus potius animaduertendus in beneficijs, quam effectus.d.t.p.519.c.2.n.1.
Alcibiadem quomodo Socrates ob superbiam & stultitiam reprehendit.d.t.p.66.c.1.in fin.
Alexander quendam, qui sibi detrahebat,maluit beneficijs deuincire, quam occidere suggerentibus amicis, & quid dixerit.d.t.p.110.c.2.in fin.
Alexander Rex cur noluit aspicere filias Darij Regis Persarum d.t.p.274.c.2.in fin.
Alexander Diogenis videns voluntariam paupertatem, quid dixerit.d.t.p.529.c.1.in fin.
Alexander Magnus cur Philosophum sibi familiarissimum expulerit.d.t.p.543.c.2.in fin.
Alexander Perillo petenti dotem filiarum, quid dederit,& dixerit.d.t.p.395.c.1.in princ.
Alexander mendico petenti eleemosynam ciuitatem concesiit, & quid dixerit.d.t.p.395.c.1. in princ.
Alfonsus Rex Aragonum quid se laudanti de nobilitate generis responderit.d.t.p.563.c.2.in fin.
Ambitio nullum facinus etsi horrendum pertimescit, vt desiderato fine potiatur.d.t.p.325.c.1.n.1.
Ambitio iura omnia naturæ subruit.d.t. p.47. col.1. in princ.
Amicitia vera quid præstat, ex Plutarcho.d.t. p.382.c.1.in med.
Amor nimius cuiusuis creaturæ etiamsi Ioannes sit in ingentia pertrahit mala. d.t. p. 18.c. 2.& 19. col.1.nu.4.
in Amore concupiscentiæ similitudo est causa odij. p.220.c.2.in prin.
Ammonitæ quo cultu suum idolum adorarent. d.t. p.309.c.2.in med.
Amphora quid apud Zachariam & mulier quid, & in ore amphoræ pondus quid. d.t. pag.163. col. 2. in med.
Andreas virilem significat.p.2.c.1.in med.
Andreæ vocatio duplex fuit.p.4.c.1.n.7.
Andreæ perfectio summa indicatur in verbis ad Petrum habitis, & vocatione Petri ad Iesum : Inuenimus Messiam.p.4.c.2.per totam.
cur Andreæ statim sociatus est Petrus.p.4. c.1.n.7. col.2.
Angeli dati sunt in patrocinium pauperum. p.204. c.2.nu.7.
Angeli cogitationes cordis cognoscere non possunt. p.201.c.2.n.1.
Angeli prædicatores dicuntur.p.258.c.1.ante med. & 2.per totum.
Angeli in cælo Beatæ Mariæ congratulantes hac vtuntur precatione Angelica ex Athan.pag.19. c.2.& p.20.c.1.
Angelorum tres Hierarchiæ.p.201.c.1.nu.1.
Angelorum omnes ordines saluti hominum inuigilant. d.t. p.201.c.2.nu.1.

cur Angelos antiqui homines reuerebantur, & post incarnationẽ filij Dei e cõtra. p. 21. c. 1. n. 5. 6. & 2. Angelica salutatio Aue gratia plena nusquam in scripturis lect. duplicem sensum habet. p. 22. c. 1. nu. 8.
Anima hominis dicitur arbor, & rami ipsius dicuntur affectus. d. t. p. 498. c. 1. in fin.
Anima quando dicatur in hoc mundo amari. p. 164. c. 1. & 2. & 165. c. 1. n. 8.
Animæ periclitantis duplex status. d. t. pag. 205. c. 1. in princ.
Animæ pulchritudo in quo consistat. d. t. p. 170. c. 1. n. 6.
Antichristi regnum exordium habuit in Cain. d. t. p. 590. c. 1. n. 3.
Antistes super humeros quomodo portare debeat oues, & ipsarum recordari. p. 111. c. 2. n. 1.
S. Antoninus vim excommunicationis in pane ostendit ex albo nigrum excommunicatione reddendo. p. 100. c. 1. ibid.
S. Antonius anathema non concedebat ob res temporales. p. 100. ibid.
S. Antoninus magistratus Florentinos anathemate percussit, & eos quomodo absoluit. ibid.
S. Antoninus moribundus repetebat illam antiphonam: Sancta & immaculata virginitas. p. 95. c. 2. n. 1. in princ.
S. Antonini vita breuiter proponitur. p. 100. c. 1. nu. 4.
S. Antonini cadauer osculantibus Pius Secundus pœnam 7. annorum & totidem quadragenarum condonauit. p. 100. c. 2.
S. Antoninum Eugenius 49. ad Archiepiscopatum Florentinum euexit. p. 96. c. 2. in fin.
Apostoli 12. fontes in Elim, & 12. lapides in rationali. p. 71. c. 2. n. 1. & 72. c. 1.
Apostoli Dominum loquentem de sua passione non intelligebant. d. t. p. 91. c. 1. & 2. nu. 2.
Apostoli dicti amici Christi quo pacto. p. 90. c. 1. n. 1.
Apostoli significati per duodecim boues qui sustinebant mare æneum. p. 187. c. 1. n. 4.
Apostoli & doctores lux mundi. pag. 54. c. 1. & 2. nu. 3. 4.
Apostoli cur dicti viri misericordiæ. p. 4. c. 1. n. 6.
Apostoli Rationalis gemmæ. p. 187. c. n. 4.
Apostoli duodecim lapides aluei Iordanis 12. terræ fluuij. p. 4. c. 1. n. 6.
Apostoli piscatores & venatores, orti a Deo per Hieremiam promissi. p. 3. c. 2. nu. 3. circa fin. & 4. c. 1.
Apostoli factis quales promissiones assecuti sunt. p. 217. c. 2. nu. 2.
in Apostolorum visceribus præ amore cuncti homines latebant. p. 218. c. 2. in fin.
Apostolis expediebat in Iesu præsentia priuarentur. d. t. p. 385. c. 2. nu. 2. & 386. c. 1. & 2. per tot.
Aqua temporanea & serotina sunt variæ inspirationes a Deo immissæ. d. t. p. 78. c. 2. in med.
Aqua viua, quam promittit Christus, significat ipsius gratiam. d. t. p. 242. c. 2. in med. & 243. c. 1. in fin. & 2. per tot.
ad Aquas præclara in veteri testamento gesta sunt, vt beneficia baptismi præsignarentur. d. t. p. 53. c. 2. num. 1.
iuxta Arcam testamenti propitiatorium fieri quid significet. d. t. p. 94. c. 2. nu. 5.
Aristides damnatus exilio ab Athenienses longa oratione Deos orauit, ne contra Athenienses aliquid molirentur. d. t. p. 110. c. 2. in fin.
Aristoteles interrogatus: Quid esset homo, quid respon derit. p. 150. c. 2. in fine.
Aristoteles quid dixerit de cognitione cælestium. d. t. p. 427. c. 1. nu. 3.
Arrogantiæ quatuor species ex B. Gregor. d. t. p. 501. c. 1. post prin.
Arsenius vocem audiuit: Fuge homines, vt salueris. d. t. p. 119. c. 1. ante med.
Artemisia quomodo sepelierit uirum suum. d. t. p. 435 c. 2. ante med.
Arundini similes sunt, qui non sunt stabiles in bono. d. t. p. 21. c. 2. n. 8.
Asiæ Rex accipiens coronam in manibus, quid diceret. d. t. p. 178. c. 1. post med.
Assumptionis opus licet a tota sit Trinitate, appropriatur tamen Spiritui sancto, & cur. p. 68. c. 2. nu. 7. p. 69. c. 1. nu. 8.
Asylum in Romana vrbe constitutum. p. 160. col. 1. nu. 17. post med.
Auditores Euangelij in quadruplici sunt differentia. d. t. p. 84. c. 1. in fin. & 2. in prin.
Augustinus quæ tria desideraret videre. d. t. p. 511. c. 2. in fin.
Axæ duo irrigua data a Caleph quid ex Greg. significant. p. 143. c. 1. nu. 11.

B

BArnabas consolationis filium significat, et prius Ioseph dictus. p. 121. c. 1. & 2. nu. 14.
Barnabæ uita breuiter proponitur. p. 116. c. 2. nu. 15. & 17. c. 1. in prin. & p. 121. c. 2. per tot.
Bartholomæus crucis supplicio affectus. p. 188. c. 2. & 189. c. 1. nu. 8.
Bartholomæus ad Hierapolim proficiscitur. p. 188. c. 2. nu. 8.
Bartholomæo pellis detrahitur. p. 183. c. 1. n. 8.
Beatitudines octo designatæ in illis octo gradibus, quibus ab Ezech. describitur ascensus in templum. p. 229. c. 1. nu. 13.
Beneficia, vide in voce Affectus.
Beneficia recognoscere accepta primus gratitudinis gradus. d. t. p. 520. c. 2. in prin.
Beneficia a Deo accepta non priuanda gratiarum debita actione. p. 206. c. 1. & 2. nu. 2.
Bernardus quinque Archiepiscopatus sibi oblatos recusauit. p. 185. c. 1. nu. 9.
Bernardus in pretio habitus ab omnibus Principibus de se semper humiliter sentiebat. p. 181. c. 1. n. 2.
Bernardi vita proponitur. p. 180. c. 1. & 2. per tot. p. 185. c. 1. nu. 9.
Bernardi mater dum in vtero ipsum gestaret, quod somnium viderit. p. 180. c. 1. nu. 1.
Bestia quarta apud Danielem significat Romanum populum. d. t. p. 29 c. 1. nu. 1.
Bona, quæ incepimus, relinquenda non sunt, quidquid homines inclament. d. t. p. 95. c. 2. nu. 7.
Bos, & asinus Deuteron. 22. quid ex Greg. significent. d. t. p. 547. c. 2. post med.
in Boue & asino arare non posse, quid mystice. d. t. p. 72.

p. 72. c. 2. in med.
Brunus vnde motus, vt institueret Carthusiensem ordinem. d. t. p. 499. c. 1. ante med.

C

CAerimoniæ virtutum conseruatrices sunt, veluti in arboribus folia, & in vinea sæpes. d. t. p. 228. c. 1. nu. 4.
Candelabrum statutum in tabernaculo, & emunctoria ipsius aurea spiritualiter quid designant. d. t. p. 220. c. 2. in prin.
Canticorum illa verba: Meliora sunt vbera tua vino ex Origene quid significent. d. t. p. 104. c. 2. nu. 1.
Canticorum verba: Soror nostra paruula est, & vbera, &c. a Basilio de desiderio iustorum quoad profectum fratrum, & eorum correctionẽ. d. t. p. 220. c. 2. ante med.
Caro delicijs affecta, quomodo ad se pertrahat spiritum ex Basil. d. t. p. 101. c. 1. n. 6.
Catharina Senensis nouum cor a Christo quando, & ubi acceperit. p. 106. c. 2. in fin.
Catharina Senensis Christo desponsata quibus testibus præsentibus sit. p. 107. c. 2. nu. 2.
Catharina Senensis stigmata sacra recipit, quo loco, & qualia. p. 106. col. 2. in fine. & 107. col. 1. in princ.
Catharina Senensis a Gregor. XII. & Vrbano VI. eximijs honoribus decorata. p. 105. c. 2. n. 1.
Catharina uarijs negotijs intenta, & discurrens per ciuitates in puritate conseruabatur. p. 108. c. 1. nu. 3.
Catharina Senensis a Christo coronam spineã accepit. p. 107. c. 1. per tot.
Catharina Senensis puella, quibus rebus operã dabat. p. 110. c. 2. n. 9. & 111. c. 1. in prin.
Catharina septem annos nata Christo suam uirginitatem dicauit. p. 111. c. 1. in prin.
Catharinam Senensem tres confessores eum facultate absoluendi a quibuscumq. casibus, & censuris comitabantur. p. 106. c. 2. in prin.
Centurionis fides maxima proportionabiliter. d. t. p. 64. c. 2. in prin.
Charitas alterna bona, aut mala propria efficit. d. t. p. 115. c. 1. in prin.
Charitas forceps, quo labia mundantur Prophetæ. p. 218. c. 1. in fin.
Charitatis tres gradus ex sancto Thoma. d. t. p. 543. c. 2. nu. 5.
in Cherubim visione cur similitudo manus sub pennis ex Gregorio. d. t. p. 484. c. 2. in prin.
Christus dicitur veniisse saliens in montibus, ascendit enim tres montes ex Bernardo. d. t. p. 159. col. 2. nu. 6.
Christus in iudicio quæ verba faciet ad peccatores ex Augustino. d. t. p. 12. c. 2. in fin. & p. 13. col. 1. in prin.
Christus inter ligna cur se comparat viti. p. 78. col. 1. & 2. nu. 1. & p. 79. c. 1. nu. 2.
Christus cur distulit curationem Cananæ. d. t. p. 146. c. 2. & p. 147. c. 1. & 2. nu. 4. & 5. & p. 148. c. 1 in prin.
Christus cur fons hortorum, & puteus aquarum viuentium. d. t. p. 239. c. 1. & 2. nu. 2.
Christus dicitus est aqua contradictionis. d. t. p. 38. c. 2. in fin.
Christus dum hominem ad se trahit, manducare dicitur. d. t. p. 246. c. 1. & 2. nu. 9.
Christus cur non rogatus filium viduæ resuscitauit. d. t. p. 284. c. 2. & p. 285. n. 7.
Christus cur lauit pedes discipulorum appropinquante passione, & instituens Eucharistiam. d. t. p. 345. c. 1. & 2. num. 5. per tot. & 348. c. 1. & 2. nu. 6. & 7.
Christus cur fugerit, cum ipsum volebant regem facere. d. t. p. 111 c. 1. & 2. & p. 112. c. 1. nu. 1.
Christus pauit turbam sui oblitam, & intentam diuinis operibus. d. t. p. 257. c. 1. & 2. nu. 5. & p. 258. c. 1. per tot. & 2. in prin.
Christus locuturus cum Samaritana cur misit discipulos in ciuitatem. d. t. p. 245. c. 1. n. 6.
Christus cur tantam ostendit indignationem in ijs, quæ fiebant in templo, quæ non multum grauia uidebãtur. d. t. p. 263. c. 1. & 2. nu. 3.
Christus dilectionem inimicorum persuadet efficacissimis rationibus. d. t. p. 107. c. 1. nu. 3. & pag. 108. c. 2. nu. 5.
Christus cur in passione voluit purpura uestiri. d. t. p. 332. c. 2. in prin.
Christus in horto orans, quare terram osculetur. d. t. p. 354. c. 1. nu. 5.
Christus cur non rogatus accedit ad domum Simonis, qui a Pharisæo rogabatur, vt eius domum intraret. d. t. p. 237. c. 1. nu. 6.
Christus aliquando sine precibus aliorum curabat, sua tantum bonitate motus aliquando curabat Dominus aliorum precibus inclinatus. d. t. p. 237. c. 1. & 2. nu. 7.
Christus cur legem non tulerit de ieiunio, sed tantum docuerit modum, qui in ipso seruandus est. d. t. p. 98. c. 1. in prin
Christus Ecclesiæ, hominum, & Angelorum caput. d. t. p. 55. c. 1. in med.
Christus cur baptizari voluit. d. t. p. 38. c. 1. & 2. n. 4. & 5.
Christus cur tam acriter reprehenderit Scribas, & Pharisæos, qui reprehenderant ipsius discipulos dicens: Quare vos transgredimini mandatũ Dei, &c. d. t. p. 225. c. 2. p. 226. c. 1. & 2. per tot. & p. 227. c. 1. & 2. per tot. 228. c. 1. & 2. nu. 4.
Christus magnum fecit miraculum eijciens ementes, & vendentes de templo, neque Rex, neque Sacerdos, neque iudex ex Hieron. d. t. 135. c. 2. in fin.
Christus cur non annuit voluntati Nazarenorum in miraculis faciendis. d. t. p. 214. col. 2. post med. & p. 215. c. 1. per tot.
Christus cur grano comparetur. p. 162. c. 1. nu. 3.
Christus in circumcisione insignitur velut quodam cauterio latronis. d. t. p. 42. c. 1. in prin.
Christus ex Origene cur legem circumcisionis accepit d. t. p. 42. c. 1. post med.
Christus in primo instanti conceptionis beatus, sed particulari miraculo in ipsius corpus non deriuabatur gloria. d. t. p. 366. c. 1. n. 6.
Christus in cælo cur præcepit thesaurizare. d. t. p. 101. c. 2. nu. 7.
Christus quare Iudam in Apostolum elegerit. p. 188. c. 1. nu. 6.

Christus de sua morte, & passione secreto semper loquebatur, esse quando coram plebe id obscure innuebat. d.t.p.90.c.2.
cur Christus ignara Virgine Maria, & Ioseph remansit in Hierusalem. d.t.p.49.c.1. & 2.p.50.c.1. et 2. nu.2. & 3.
Christus cur Apostolos elegit præmissa oratione. p.185.c.2.n.1.p.186.c.1.p.187.c.2.nu.5.p.188. c.1.nu.6.
Christus duodecim annorum remanens in Hierusalē docturus homines suum amorem voluit indicare. d.t.p.51.c.1. & 2.n.4.
Christus cur in iudicio primum in bonos proferet primam sententiam. d.t.p.129.c.1.n.6.
Christus cur dicat omnem iustitiam a se, & Ioanne implendam. d.t.p.57.c.2.n.7.
Christus illa dicit propria patris sui, quæ concernunt tractationem, & expositionem sacræ scripturæ. d.t. p.52.c.1. & 2.n.6.
Christus perficiebat actibus sapientiæ, procedendo de sapientibus actibus ad sapientiores. d.t.p.52.col.2. nu.8.
Christus Petrum postquam negauit non respexit intuitu corporali. p.5.c.1.n.9.
Christus Iesus liber intus, & foris scriptus. d.t.p. 405.col.2.in fine. & p.406.c.1. in prin.
Christus cur binos, & fratres primum ad se uocauerit. p.5.c.1.n.8.
Christus Dominus dicitur homo peregre proficiscens in Euangelio. p.9.c.2.nu.9.
Christus granum sinapis. p.108.c.1.n.3.
Christus in correctionis præcepto tradendo intentissimus fuit famæ, & omni bono proximorum. d. t. p.221.c.2.et p.222.c.1.nu.5.
Christus voleus tentari, cur ducitur in desertum. d.t. p.119.c.1. & 2.nu.4.
Christus pastor. p.97.c.2.nu.2. & p.98.c.1. & 2.
Christus discipulorum Ioannis Baptistæ conscientiam taxare noluit dicens: Beatus qui non fuerit scandalizatus. d.t.p.20.c.1. & 2.nu.7.
Christus quare curans surdum, & mutum ipsum seorsum a turba eduxerit, & in aures eius digitos miserit. d.t.p.507.c.2.n.6.
Christus cur voluerit in monte transfigurari. d.t. p.160.c.2. & 161.c.1.nu.7.
cur Christus voluit, vt de transfiguratione Apostoli nihil dicerent. p.161.c.2. & 162.c.1.nu.9.
Christus cur mulieri adulteræ pœnam condonauit. d.t.p.249.c.1.et 2.per tot.
Christus quid scribendo in terra significare voluerit, & quid scripserit. d.t.p.252.c.1. & 253.n.7.
Christus fluuij instar quærit semper nouum alueum, quo præterfluat benefaciendo. d.t.p.254.c.1.in medio. et 2. per tot.
Christus Dominus accedens Hierusalem, et exceptus a turba, cur templum ingressus est. d.t.p.136. c.1. nu.7.
Christus Dominus in ferendis iniurijs patientissimus, cur tam acriter est indignatus, cum dixit: Generatio prauа, &c. d.t.p.137.c.1.et 2.n.1.
Christus a quibus tribus meribus liberauerit laborantes. p.214.c.1. & 2.nu.5.
Christus cur misit Spiritum sanctum, paucis transactis diebus ab Ascensione. d.t.p.419.c.2.n.3. & p.420.c.1.per tot.
Christus quanto amore homines prosequeretur. d.t. p.241.c.1.in med. & 2.per tot.
Christus quare in Apostolos assumpsit pauperes, et in hominum oculis viles, & ignaros, & ignobiles. p.5. c.2.n.10.11. & 12.p.6.c.1.n.14. & c.2.
Christus cur de fide Centurionis dicat: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem, &c. d.t.p.64.col.1. nu.2.
Christus cur surrexit cum vulneribus. d.t.p.376.c.1. in fi. & 2.in prin.p.377.c.1.n.5.
Christi minister quomodo esse dicatur, vbi Christus est. p.166.c.1.n.11.
Christi crucifixi figura apposita serpens æneus a Mose exaltatus. p.102.c.2.n.3.
Christi latus arcæ Noe ostium. d.t.p.376. col.2.ante med.
Christi erga peccatores clementia. p. 3. col. 1. per totam.
Christi Domini itinera omnibus proficua. d.t.p.213. c.1.per tot.
Christi passio quibus modis causauit nostram salutem ex sancto Thoma. d.t.p.327.c.2.in med.
Christi primi, & secundi aduentus comparatio. d.t. p.7.c.2.p.8.c.1. per tot.
post Christi aduentum mala in bonum mutata sunt, & pro vitijs natæ virtutes. d.t.pag. 239. col.2. in fine.
Christi mors, & passio summopere deploranda. d.t.p. 349.c.2.p.350.c.1. & 2.nu.1. & 2.
in Christi passione quædam sunt, quæ consolari homines debent, alia contristantia maxime. d.t.p. 352. c.2. n.4.
Christi humilitas in baptismo expenditur ab Augustino. d.t.p.54.c.2.n.3.
Christi mortis, & passionis debet esse reformatio hominis Christiani. d.t.p.351.c.2.n.3.
Christi gesta extrinsecus miranda, intus multo mirabiliora. d.t.p.58.c.2.n.1.
Christo quis dicatur ministrare. pag.165. col.1. & 2. num 9.
a Christo cur discere debeamus mansuetudinem, & humilitatem. p.215.c.2.p.216.c.1.n.7.
Christus verbum abbreuiatum ob acceptam circumcisionem a Bernardo dicitur. d.t.p.4.c.1.n.1.
Christum iusti agnum uidebunt, iniusti vero iratum dicentem Angelis: Effundite septem phialas iræ Dei. d.t.p.9.c.1.n.2.
in Christiano duplex uita. d.t.p.403.c.1.n.5.
Christiani quomodo Mariam laudare debent. p.18.c. 1.n.18.
Christiani de generis nobilitate gloriari non debent. p.16.c.1.n 13.
Christianorum beneficia maiora & potiora sunt beneficijs populi Hebræi. d.t.p.20.c.1.nu.6.
Christianorum peccatum grauius, quam Iudæorum. d.t.p.21.c.1.in fin.
de Christianis in primitiua Ecclesia quid Philo dicat. d.t.p.403.c.2.n.5.
Cibū a comedente exire, &c. quid sit. pag. 14. col.2. in fin.
de Cinerum vsu quid Rupert. d.t.p.99.c.1.in med.
Circumcidere omnia membra quid sit ex Origene. d.t. p.42.c.1.post med. & 2.n.2.

Com-

Compostella cur sic dicta. p.149.c.1.n.2.
Concilia sacra multa B. Thomæ doctrinam canonibus definiuerunt. p.60.c.1.ante med.
Consolationes plerumque subtrahuntur a iustis in bonum ipsorum. d.t.pag.50.col.2. & pag. 51. col.1. num.3.
Constantinus Magnus accusationes contra Episcopos sibi in concilio Niceno oblatas recipere noluit, sed comburens quid dixerit. d.t. pag.171. col.2. in med.
Contemplationi insistendum, & proximi cura habenda. p.171.c.2. & p.172.c.1.n.8.
Conuiuium, seu cœna, quam fecit homo Rex, quid sit, & quæ fercula conuiuij. d.t.p.448.c.1.n.5.
Conuiuium, quod Christus parauit, ad quod dum viui mus inuitamur. d.t.p.256.c.2.ante med.
Cor etsi primum viuat, tamen an animal sit mortuū ex respiratione, ex pulsu, ex caloris defectu cognoscimus, ita spiritualem vitam, etsi essentialiter in interiori consistat, per externa probamus. d.t. p. 229.c.1.n.5.
Cor quid significet, cum præcipitur Deus diligi ex toto corde. d.t.p.517.c.2.in med.
Cor significat voluntatem in sacra scriptura. quia principium est boni. d.t.p.89.c.2.nu.8.
Correctio fraterna obligat pro eo tempore, & loco, quo opportuna est, & vtilis, sicut alia præcepta affirmatiua. d.t.p.225.c.1.in prin.
Correctionis præceptum non solum de peccatis in nos commissis, sed etiam de peccatis in Deum commissis, immo potius sic intelligitur. d.t.p.223.c.2.in fi. & 224.c.1.in prin
Correctionis præceptum maximum est Dei beneficium erga humanus genus. d.t.p.219.c.1.nu. 2.p. 220.c.1.in med.
in Correctionis præcepto tam in substantiam præcepti, quam in circumstantijs relucet diuina bonitas. d.t.p.221.c.1. & 2.n.4.
in Correctione fratris priorem locum vindicare debet compassionis affectus. d.t.p.221.c.2.n.4.
Creaturæ omnes vno excepto homine incunctanter obediunt Deo. d.t.p.235.c.2. per tot.
Creaturæ sunt quidam liber. p.194.c.1. & 2.n.4.
Crux ab Andrea quibus verbis salutata. p.105.c.1. num.5.
Crux medulla cedri sublimis. p.103.c.2.in fin. & 104. c.1.in prin.
Crux Christi vexillum, & arca Noe. p.104.c.1.n.3.
Crux liber in quo intus, & foris scriptæ lamentationes, carmen, & væ. p.102.c.1.nu.1.
Crux quanto in honore habita. p.101.c.2.n.1.
Crucis memoriæ duo tempora dicauit Ecclesia, & qualia ipsa. p.100.c.1. & 101.c.1.n.1.
in Cruce ex Ruperto quid adoretur. pag. 104. c.1. in fin.
Cygnus in lege cur edi prohiberetur, & quē referat. d.t.p.580.c.1.in med.n.8.
Cyneas, vt Pyrrhum a belli studio reuocaret, quid ipsi dixerit. d.t.p.177.c.2.in fin.

D

DAemon solet reddere homines mutos. p.207. c.2.per tot.
Dæmon solet os claudere, & aperire. pag. 206. c.1. & 2.n.6.d.t.
Dæmonis cura, vt homines imparati sint, & inermes. d.t.p.205.c.1.in fi. & 2.in prin.
Darius Rex Persarum ad quam deuenerit miseriā. d.t.p.340.c.2.ante med.
Dauid Rex assumens sibi multos pauperes, & ære alieno oppressos, quid designarit. p.28.c.1.nu.15.
Dauid gloriosius de seipso triumphauit in spelunca Saulinon nocens, quā cum gigantem interemit ex Chrysost. d.t.p.110.c.2.in prin.
Dauid Amalechitæ seruum exanimem, & ægrum in viæ ducem assumens quid præsignarit. pag.5.c.2. num.10.
Dauid in funda, & gladio pugnans contra Goliam, & veniens armatus contra Nabal, quid innuat. d.t.p.7.c.2.nu.1:
Defuncti, vide vocem Odilius.
Defunctorum commemoratio ante annos sexcentos instituta Ioann. XVII. Pontificis Maximi tempore. p.231.c.1.in prin.
Defunctorum commemoratio cur post celebritatem Sanctorum omnium. p.231.c.1. & 2.n.2.
Demetrius Philosophus cur Euripidem reprehendat. d.t.p.179.c.1.n.6.
Deus frequenter hominum ipsius misericordiam non efflagitantium saluti prouidet. d.t.212.c.1.in fin. & 2.per tot.
Deus quam primum orbem condidit, vineam plantauit. d.t.p.192.c.1.num.4. & 2.per tot.p.193.c.1. per tot.
Deus tunc magis suscipit curam nostri, cum ad eum fuerimus suspensi. d.t.p.529.c.1. n.4.
Deus leniculas iustis illatas iniurias vindicat, qui grauissimas ipsi illatas iniurias non curat. d.t.p. 226.in fin. & 227.c.1.ante med.
Deus amandus ex toto corde, & quomodo ipsa totalitas intelligi debeat. d.t.p.516.c.2.n.6.
Deus placari debet ijs rebus, per quas fuit prouocatus. pag.1.c.2. & p.145.col.1.num.17. & 2. nume.18.
Deus consolatur homines, quando mundi consolationes defuerint. d.t.p.61.c.1. & 2.n.5.
Deus inuigilat super nos dormientes mittens, & remittens Angelos. p.39.c.1.n.7. & 8.
Deus velox ad ædificandum, & miserendum, & tardus ad destruendum. d.t.p.145.c.1.ante med.
Deus malitia hominum solet vti in bonum aliorum. p.38.c.1.n.5.
Deus inter prospera promissa iustis facta solet & calamitatum mentionem facere. pag. 31.c.1. & 2. nu.5.
Deus semper homines vocat, & stat ad ostium. d.t.p. 78.c.2.nu.2.
Deus seruat in operando eum ordinem, quo intelligatur gratiam naturam non destruere, sed perficere. d.t.p.89. col. 1.nu.7.
Deus nouo bellandi genere vsus discipulis, & Apostolis debellauit orbem. p.77.c.1.n.7.
Deus triticum seminauit, quando primos parentes iustitia originali, & virtutibus plenos creauit. d.t. p.73.c.2.in med.
Deus tentari permittit iustos, vt in dies virtutibus, & meritis perficiantur. d.t.p.117.c.1. & 2.nu.2.

Dei

Deus nihil prætermisit eorum, quæ erant ad salutem necessaria.d.t.p.131.c.1.n.1.
Deus quam dolenter homines puniat. pag.132.c.1. in prin.
Deus omnia bona dat super terram non propter omnes homines, sed propter paucos sanctos.d.t.p.108. col.1.& 2.n.4.
Deus illorum prouidet honori, qui ipsius causa humiliantur.d.t.p.56.c.2.n.6.
Deus in iustis non solum commendat bona opera, sed ipsarum circumstantias.p.147.c.2.n.23.
Deus prouidere solet famæ & honori suorum. p.50. c.1.& 2.n.11.
Deus cur terrenas & temporales res iucundas & suaues condidit,si contemni debebant.pag.163.c.2.& 164.c.1.n.7.
Deus peccatorem a malo retrahens ostendit omnipotentiam suam.p.43.c.1.nu.7.& 8.
Deus Mariam creans tantis donis ornatam ad virtutes singulas Patriarcharum oculos conuertit. p.16.c.2.n.14.
Deus eligit homines ad principatum, qui proximum diligunt.p.219.c.2.n.5.
Deus iustis præsentaneum promisit auxilium. p.65. c.1.n.10.
Deus respicit aliquos varia ratione & respectu misericordiæ & iudicij. p.5.c.1.n.9.
Deus acriter semper vltus est luxuriam & cur. d.t. p.247.c.1.& 2. per tot.248.c.1.& 2.per totam.
Dei singularis prouidentia in mittendo Prophetas & Sanctos.pag.211.col.1.& 2.nu.1.& 212.col.1.& 2.
Dei ira tunc magna est.cum peccantes non punit.d.t. p.154.c.2.post med.
Dei nomina perfecte eius essentiam non significant. p.97.c.1.n.2.
ad Dei obsequium paratissimi semper esse debemus. p.39.c.1.n.10.& 11.
Dei auxilium etsi videatur, non tamen est tardum. d.t.p.71.c.1.n.4.
Dei ministri & serui aliorum consortium desiderät, at principum ministri non,& cur. pag.172. c.2. num.10.
Dei vocationem quidam facillime sequuntur, alij quasi per vim trahendi sunt. pag.44. col.2. post princ.
Diabolus cur a Christo foris appellatur. d.t. p.203.c. 2.nu.2.
Diabolus conatur persuadere, vt hodiernum diem sibi offeramus,& crastinum Deo.d.t.p.140.c.1.post med.
Diabolus non vult diuinam naturam cognoscere miraculis, quæ in vtilitatem hominum cedant. d.t. p.120 c.2.n.6.
Diabolus multa, quæ homini per se persuadere non potest,adiutorio alterius hominis suadet.d.t. p.118. c.2.p.119.c.1.nu.3.
Diabolus patens,& agnitus raro decipiebat olim. d.t. p.122.c.1.in prin.
Diabolus, vt decipere possit, bona malis suis miscet. d.t.p.122.c.1.nu.7.
Diabolus sub terrenis commodis culpam occultat.d.t. p.122.c.1.n.6.
Diabolus largus,& liberalis in promittēdo, parcus autem in dando.d.t.p.123.c.1.nu.8.
Diabolus semper maiora peccata in fine persuadet.d.t. p.121.c.2.in prin.
Diabolus tria retia expandit super omnes homines. d.t.p.120.c.2.& 121.c.1.nu.6.
Diabolus & accusat nos apud Deum, & Deum apud homines,& homines inter se. d.t.pag.121.col.1. in princ.
Diaboli sollicitudo est,vt intentionem polluat.p.238. c.2.in fin.
Diaboli artificium,vt cunctis pateat si hominem sanctitate pollentem suæ subiecerit ditioni. d.t. pag. 123.c.1.& 2.nu.8.p.171.c.1.& 2.n.4.
Diabolum ligatum esse mille annis quid significet.d.t. p.204.c.1.post prin.
Diaconus olim inter Missarum solemnia inclamabat referens eleemosynas,quas fidelibus dabant ex Hieron.d.t.p.209.c.1.n.6.in fi.
Diaconi olim ferebant Eucharistiam absentibus, qui non poterant ad Ecclesiam accedere. d.t.p.437.c. 1.nu.7.
Dies in quibus beneficia fuerunt accepta coli semper debent a fidelibus. p.206.c.2.nume.2.p.207.c.1. n.3.& 4.
Dilectionis præceptum imminente passione, & in cæna cur in memoriam reuocatum. p.112.c.1.& 2.n.3.& 4.
Dilectione mira homines mundo,voluptatibus,& vitijs conglutinantur.d.t.p.92.c.2.n.2.
ad Dilectionē proximi,quæ inducant.p.113.c.1.n.6. c.2.n.7.p.114.c.1.per tot.
ex Dilectione quanta bona manant. pag.114.c.2.in med.p.115.c.1.in prin.& num.10.& c.2.nu.11.
in Diligendo proximo,quis modus seruandus. d.t.pag. 518.c.1.in fin.
Diluuium in diebus Noe quo tempore venerit. pag. 244.c.1.post med.
Diluuio magistri interiere vtiorum. pag.159.col.1. num.13.
Diogenes Cynicus lauans olera quid aulico Dionysii Tyranni dixerit.d.t.p.22.col.1.n.9.
Diogenes interrogatus quod esset animal, quod mordendo maius inferret damnum, quid dixerit. d.t. p.543.c.1.post med.
Diogenes quid de Sacerdotibus, qui non faciunt ea, quæ dicunt bona.d.t.p.170.c.2.in med
Dionysius Pauli discipulus refert suo tempore omnes,qui intererant sacris,communicasse.d.t.p.437. c.1. n.7.
Dionysius quid dixerit conspiciens Mariam Virginē orantem.d.t. p.512.c.1.in prin.
Diplois, vide in voce Impiorum.
Discipuli a Christo cur bini ad prædicandum missi. p.74.c.2.nu.4.
Discipuli 70.sunt palmæ 70.iuxta 12.fontes.p.72.c. 1.per tot.
Diues Euangelicus,qui purpura induebatur, cur dictus homo.d.t.p.181.c.2.nu.2.
Diues epulo cur non nocatus proprio nomine.d.t.pag. 182.c.1.& 2. in prin.
Diues cur sepultus in inferno dicatur.d.t. p.188.c.1. in princ.
Diuiti cur dictum fuerit: Recepisti bona tua, non vero accepisti ex Chrysostomo.d.t. p.187. col.1.n.8.
Diuites multi in diuitijs iuste vixerunt.d.t.p.176.c.1. per tot.
Diuites complures sanctitate fuerunt præditi. p.181. c.2.n.3.
Diuitiæ maxime periculosæ.p.181.c.2.n.3.
Doctores quasi lux necessarij in Ecclesia.pag.56.c.1. circa med.
Dolores iustorum cur doloribus parturientium comparentur. d.t.p.383.c.1.& 2.n.7.
Dolus cur nonaculæ comparetur a Dauide. p.221. c.1.n.7.
Dominum præcingi & transeuntem ministrari seruis vigilantibus quid sit.p.242.c.2. in fin.
S. Dominicus reuelante Virgine instituit Rosarij societatem.p.208.c.1.n.5.209.c.1.& 2.n.7.
S. Dominicus tempore Honorij tertij Magister sacri Palatij.p.154.in fin.
S. Dominicus sæpe extra se raptus vocibus,clamoribus, & abundantia lacrymarum non valebat sacrum perficere.d.t.p.434.c.1.in prin.
S. Dominicus ab Innocentio tertio ad Concilium Lateranense directus Inquisitoris officio fungens. p.83.c.1.n.1.
S. Dominicus trium annorum clanculum lectulum deserens humi cubabat.p.125.c.1.n.6.p.157.c.2. nu.2.174.c.1.n.2.
S. Dominicus moriens quid fratribus dixerit.p.158. c.1.n.10.
post Dominici mortem eodem anno Inquisitores ac prædicatores sui ordinis plusquā nonaginta martyrio affecti. p.174.c.2.n.2.
in Dominici fronte visa est stella micans. p.154.c.1. in prin.
S. Dominici austera pœnitentia. p.154.c.1.per tot.
Dominicanus ordo prius dictus fuit ordo veritatis. p.83.c.1.n.1.
Dominicani fratres permulti Inquisitores ab hæreticis occisi sunt. p.84.c.1.per tot.
Dominicani fratres multi a Gregorio nono in varias orbis partes missi sunt Inquisitores.pag.83.col.2. in fin.
Dona spiritus sancti quales perfectiones sunt ex B. Thoma.d.t.p.424.c.1.in fin.

E

Ecclesia vsque ad Constantini tempus decem perulit persecutiones. p.591.c.1.in med.
Ecclesia per mille & ducentos annos silentio sancto Trinitatis festiuitatem celebrauit. d.t. p.425.c.2. in prin.
Ecclesia conceptionem B. Virginis congruenter celebrat. p.14.c.1.6.7.8.& 2.8.9.
Ecclesia varia adhibet media vt homines adducantur ad vitiorum detestationem. d.t.p.3.c.2.in med.
Ecclesia licet circa natiuitatē Domini Sanctorum celebret festa, semper tamen ipsius sponso & Domino nato est intenta.p.36.c.1.& 2.per totam.
Ecclesia temporibus Apostolorum sacras preces instituit ad defunctorum suffraginm.pag. 230.c.2. in fin.
Ecclesia, vide Crux.
Ecclesia granum sinapis.d.t.p.109.c.1.nu.5.
Ecclesia tempore aduentus conatur Deum misericordem, & iustum ostendere. d.t. pag.8. col.1.& 2. per totam.
Ecclesia duorum conceptionem celebrat.p.13.c.2.4.
Ecclesia cur Iacobi festum celebrans in Euangelium illius ambitionem proponat.p.151.c.1.& 2.n.6. & 7.& 152.c.1.n.8.
Ecclesia cur de Innocentibus martyribus dicat: Cum mulieribus non fuit, &c. & in ore ipsorum. p.2. num.5.
Ecclesia cur non tristetur in morte Petri & Pauli sed potius gaudeat.p.128.c.1.& 2.nu.4.& 5.
Ecclesiæ seueritas antiqua in publicis peccatoribus puniendis.p.230.c.1.in fin.& 2.nu.1.& 2.
in Ecclesia primitiua propter indignam sumptionem Eucharistiæ puniebantur multi infirmitatibus corporalibus,& morte.d.t.p.400.c.1.n.2.
Ecclesiasticos in virtutibus & vitijs sequuntur sæculares.p.160.c.1.nu.16.
Electrum quid sit, & quid ex Gregorio significet. d.t. p.2.c.2.nu.2.& p.3.c.1.
Elisabeth verba: Benedictus fructus ventris, &c. exponuntur.p.136.c.1.& n.8.
Encænia in cuius templi dedicationem celebrarentur. d.t.p.317.c.2.& 318.c.1.per tot.
Esaias cur dicat se polluta habere labia ex Hieronymo.d.t. p.220.c.2.in fin.
Esaiæ verba: Beati qui seminatis super omnes aquas immittentes pede bouis & asini significant semen Euangelicum diuino fauore fructum magnum facturum. d.t.p.84.c.2.num.5.
Esai. verba: In die illa erunt quinque ciuitates in terra Aegypti, &c. quomodo exponantur a B. Hieron.d.t.p.276.c.1.in fin.
Esaiæ Prophetæ celebris visio capite sexto contenta exponitur.d.t.p.427.c.2.per tot.& 428.c.1.& 2. num.4.
Esaiæ verba: Qui crediderit non sustinet.c.28.quomodo exponantur.d.t.p.11.c.1.in med.
Euangelica prædicatio pluuiæ uehementissimæ comparatur.d.t.p.137.c.2.post med.
Euangelica doctrina granum sinapis ex Hier. p.110. c.1.n.7.
Euangelistæ quatuor sunt quatuor quadrigæ Zachariæ, & quatuor columnæ in tabernaculo. pag.74. col.1.n.3.
Eucharistia, vide in voce Ecclesia.
Euangelium, vide verbo Prædicator.
Eucritus quid responderit interroganti: Mallet ne esse Socrates, an Crassus.d.t.p.186.c.1.in fin.
Euripides dixit huius vitæ felicitatem durare vnum diem.d.t. p.179.c.1.n.6.
Ezechieli datus liber dulcis in ore,& in ventre amaricans signatur actus virtutum.p.156.c.2.n.7.

F

Feminæ & paruuli cur non numerentur in Euāgelio quinque panum.d.t.259.c.2.n.9.
Feminæ filiorum honorem & exaltationem ardenter ambiunt.d.t.p.174.c.1.n.1.
Ferdinandus Rex Castellæ & Legionis quomodo reliquit regiam dignitatem ante mortem. p.151.c.2. num.7.
Fermentum quid significet.p.111.c.1.& 2.n.10.

Festum Scenopegiæ cur Iudæi celebrarent.d.t.p.268. c.2.n.3.

Festum sanctæ Trinitatis quando institutum. d.t.pag. 424.c.2.n.1.& 425.c.2. in prin.

Festum assumptionis B. Mariæ quando cœperit celebrari. p.167.c.1.& 2. n.1.& 2.

Festum B. Mariæ celebratum 18. Decembris in Hispania cur festum expectationis partus dicatur. p.19.c.1.per tot.

Festum expectationis B.Mariæ, quo tempore institutum. p.29.c.1.n.2.

Festum commemorationis annuntiationis B.Mariæ, seu exspectationis,cur in Hispania festum Virginis de la O dicatur.p.18.c.1.& 2.

Festum B.Mariæ in Hispania celebratum 18 Decembris,cur dicatur festum commemorationis annuntiationis. p.19.c.2.per tot.

Festum purificationis B.Mariæ antiquissimum.p.50. c.1.nu.11.cum cereis,& luminaribus, & cur. p. 51.c.1.nu.13.

Festum Sanctorum omnium a Bonifacio IIII.& Gregor.IIII.institutum.p.210.c.1.n.8.

Festa ueteris legis in memoriam beneficiorũ. p.208. c.2.n.6.

Flamines Diales compelli non poterant, vt iuramento veritatem firmarent.d.t.p.266.c.1.in prin.p.169 c.1.post med.

Fluuium egredi de loco voluptatis quid ex Bernar. d.t. p.20.c.2.n.6.

Fides vera non habet interuallum, statim audit, statim statim sequitur.p.7.c.1.n.17.

Fides mortua ramo applicato adnares apud Ezech. similis est.p.81.c.1.nu.5.

Fideles quantum debeant Christo Domino.d.t.p.189. c.2.per tot.et 190.c.1.per tot.

Fideles in primitiua Ecclesia quotidie communicabant.d.t.p.437.c.1.n.7.

Filio prodigo quo pacto occurrerit pater, & misit seruos suos in regionem longinquam, vt reuocarent in suam domum. d.t. p.201.col.1. et 2. num.6.

Filio prodigo quid significet datam fuisse portionem substantiæ,quæ ipsum contingeret. d.t.p.197.c.1. post med.

Filium prodigum quid sit peregre profectum esse. d.t.p.198.c.1,nu.3.

Filium Dei uenisse in plenitudine temporum quid sit ex Bernard.d.t. pag.4.col.2.n.5.

Filij Iudæorum,qui eiciebant dæmonia, vel discipuli Christi intelligendi. vel exorcistæ d.t.pag. 203.c. 1.nu.1.

Filijs parentibus dissimiles.p.16.c.1.n.13.

S.Franciscus,& Dominicus duo Cherubini.p.160.c. 2.nu.17.

Franciscus quo tempore natus sit. pag. 202. col. 1. nu.2.

Franciscus positus in media glacie quid responderit dicenti, vt illi venderet sudorem. d.t.p.445.c.2. num.2.

Franciscus se reputabat peccatorem. p.216.c.2. num.7.

Franciscus de opprobrijs gaudebat.p.216.c.2.p.217. c.1.nu. 8.

S.Franciscus cum sacra Eucharistia in Missa eleuaretur,quid dicere solitus erat. d.t. p.395.col.1. in fin.

S.Franciscus quid ad patrem suum dixerit.d.t.p.528. c.2.ante med.

S.Franciscus rerum monachum cicadam noctis vocabat.p.189.c.2.nu.9.

S.Francisci religio quantum creuit ipso uiuente.pag. 160.c.1.& 17.

Francisci vita breuiter proponitur.pag.210.c.1.& 2.p.213.c.1.n.2.& 3.p.215.c.2.n.6.

G

in Garini Abbatis senis laudem quid dicat Bernard.p.105.col.1.& 106.c.1.nu.1.

Gaudiorum triplex genus.d.t.p.397.c.1.in fin.& 2. in prin.

Gentiles adulterium summe execrabantur. d.t.pag. 247.c.1. in fin.

Gentiles Carnuti,quæ pars Galliæ est, aram habebãt dicatam Virgini paritur æ, p.18.c.1.nu.18.

Gentiles homines solo lumine naturæ dictante bona temporalia contempserunt. d.t.p.529.c.1.& 2. num. 5.

Geraseni Christo ipsorum regionem ingrediente percurrerunt uniuersam regionem Christi aduentum annuntiantes.p.114.c.1.& 2.n.5.

Gloria humana instabilis maxime.p.37.c.1.post med. & 2.n. 3.

H

HAEreses pullularunt a temporibus Apostolorum.p.82.c.2.nu.1.

Herbas mandere quid sit apud Iob ex Greg. d.t.pag. 152.c.2.n.4.

de Hercule quid Basilius dicat.d.t.pag.151.c.2.post med.

Herodes Rex Iudææ quatuor habuit filias. d.t.pag. 29.c. 1.n.1.

Herodes tetrarcha Ioannem Baptistam, & Iacobum maiorem decollauit.d.t.p.29.c.1.nu.1.

Herodis obitus miser.d.t.p. 29.c.1. n.1.

Herodiani qui essent.p.576.c.2.n.4.

Herodiani qui ex Chrysostomo,& S.Thoma. d.t.pag. 577.c.1.in prin.

Hieremiæ verba.c.17. Confundantur, qui me prosequuntur,& non confundar ego,&c. quomodo exponantur a Ruperto.d.t.p.326.c.2.nu.3.

Hispania postquam semel recepit fidem,ab ea non discessit. p.129.c.1.nu.1.

in Hispania Christo nato tres soles apparuerunt. d.t. p.47.col.2.post med.

Homo semper debet inter spem & metum fluctuare. d.t.p.67.c.1.

Homo nullibi dum uiuit securus esse potest a tentationibus.d.t.p.22.col.2.p.23.c.1.& 2.n.1.p.30.c.1. nu.2.

Hominis productione enarrata cur Moyses non addiderit:Vidit quod esset bonum.d.t.p.527.col.1.in fi.& 2.in.prin.

Homines a Deo quæ acceperint. p.11.c.1. & 2. per totam.

Homines solent nihili facere, quæ illis contuleris, nisi quæ cupiunt addideris. d.t. pag.1. per totam.

Homines omnes dicuntur serui Dei innumeris titulis.p.10.c.2.n.12.

Homines cur operarij & mercenarij in vinea vocantur.d.t.p.77.c.2.post med.

Homines cur vinea, operarij,& agricolæ dicantur. d.t.p.190.c.1.& 2.nu.2.& 191.c.1.n.3.

Homines quam tepide tractent ea,quæ Dei sunt. d.t. p.133.c.1.n.3.

Homines debent Dei fauores tacere, ne druitiæ Ezechiæ Babylonijs prodantur.d.t.p.63.c.2. post med.

Homines in omni loco periculis subiecti sunt. d.t.pag. 119.c.2.n.4.

Honores, vide vocem,Sancti.

Honores quos mundus offert proprium concernens bonum contemnendi.d.t.p.111.c.2.n.1.

Hordeaceus panis & pauci pisciculi frugalem mensam Christi & eorum, qui cum Christo erant, indicant.d.t.p.256.c.1.& 2. nu.3.& 4.

Humanæ res omnes caducæ.d.t.p.178.c.1.n.6.

Hyacinthus a Clemente VIII. anno 1594. catbalogo Confessorum adscriptus.p.173.c.2.n.1.

Hyacinthus & Dominicus comparantur inter se.pag. 173.c.2.n.1.

de Hyacinthi canonizatione quoties tractatum fuerit.p.174.c.1.per tot.

Hyacinthi res gestæ.p.178.c.2.n.9.& 179.col.1.& 2.n.12.

Hyacinthi septuaginta fratres discipuli a Tartaris varijs supplicijs interempti sunt. pag.173. col. 2. in fin.

Hydria ex Augustino quid significat.d.t.p.244.c.1. in princ.

Hypocrisis & vanitas fugienda in operibus studiosis. d.t.p.100.c.1.in prin.

Hypocritæ similes pauoni.d.t. p.480.c.1.n.4.

I

IAcobus quomodo sol & lux Hispaniæ.p.148.c.1. & 2.n.1.

Iacobus equo albo insidens visus Hispanos protexit, & Mauros percussit.p.150.c.1.in prin.

Iacobus Hispaniam per se primum,deinde per nouem discipulos perambulauit. p.148.c.2. in fin.

Iacobus in Cæsaraugusta nouem discipulos lucratus est.p.151.c.1.in princ.

Iacobus Regi Ramiro Hispaniæ in somnis apparuit, & quid illi dixit. p.149.c.2. num.3.& p. 150.c.1.in prin.

Iacobus supplantans dicitur.p.2.c.1.in med.

Iacobus cur maior dictus.p.150.c.2.num.5.

Iacobus minor cur frater Domini dictus. pag. 69. c.1.num.2.

Iacobus minor dictus fertur sanctificatus fuisse ab vtero.pag.91.c.2.num.1.

Iacobi minoris inter Apostolos quanta auctoritas. p.91.c.1.& 2.num.2.

Iacobo in Cæsaraugusta quomodo apparuerit Virgo Maria.p.151.c.1.in princ.

Iacobo factum votum, vt ipsius Ecclesiæ milites spoliorum, quæ in bellis accepta fuerant, partem darent.p.150.c.1.ante med.

Idolum apud Philistæos erat, cui lacrymas sacrificabant.p.207.c.2.num.4.

Iesus quot annis in Aegypto habitauerit. pag.37. c.1.ante med.

cur Iesus Christus in regeneratione sedere dicitur, etsi sedeat modo.p.183.c.2.num.7.

Iesus Christus cur in Aegyptum fugere voluit.pag. 37.c.2.num.3.& 4.

Iesus noster liber intus, & foris scriptus. pag. 36. col.2.in fin.

Ieiunium, & luctus comites indiuidui. pag.99.c. 1.& 2.num.3.

Ieiunium commendatur. d. t. pagin. 98. col. 1. & 2.

Ieiunia quatuor Iudæis indicta tristitia plena. d.t. p.337.c.1 in fin.& 2.in princ.

Ignatius damnatus ad bestias quid diceret.d.t.p.422. c.2.ante med.

Ignatius vinctus ducitur Romam, & quid a custodibus pateretur.d.t.p.325.c.2.in med.

Ignis in altari semper ardens, & semper nutritus subiectis lignis quid significet. d.t.p.106.col.2. num.2.

Impij ad malum patrandum mirifice conueniunt.d.t. p.375.c.1.nu.3.

Impij ea solent negare, quæ sunt omnibus luce clariora.d.t.p.271.c.1.& 2.nu.7.

Impij potentes sunt ad perdendos eos, qui non sunt Angeli.d.t.p.17.c.2.num.3.

Impiorum est odio habere corripientem. d.t.p.219.c. 2.num.2.

Impiorum diplois, seu vestis duplex quæ. d.t.p.380. c.2.nu.4.

Incarnationis mysterium a tota Trinitate existens cur tribuatur Spiritui sancto.d.t. pag.2. col. 2. num.2.

Incarnationis mysterium inuestigabile. pag.66.col.1. & 2. num.1.

Incarnationis mysterio infinitus Dei apparet amor. p.2.c.1.nu.2.

in Indiæ Orientalis templo maximo paganorum erat sacellum cultũ sub nomine Marien. p.18.c.1.n.18.

Ingratitudo maxima quæ esse dicatur.d.t.p.208.c.1. & 2.nu.5.

Inimicus quamuis humilis metuendus ex Seneca.d.t. p.118.c.1.in prin.

Iniuria accepta non consulendi consanguinei,aut amici.d.t.p.108.c.1.in prin.

Iniqui quam famem patiantur, & quam penuriam. d.t.p.199.c.1. in fin.& 2.in prin.

Innocentius Primus Arcadio, & Eudoxiæ vxori cõmunionem interdixit.d.t.p.436.c.1.in med.

Innocentius Quartus de S. Petro Martyre quid dicat in bulla canonizationis.p.85.c.1.in fin. & 2.ante med.

Innocentium cædem cur Deus non prohibuerit.p.38. c.2.num.6.

Intentio,vide in verbis,Oculus,Diabolus.

Inuidi aliorũ iacturas suos quæstus existimant,et alunt ur,sicut scarabæi stercore.d.t p.319.c.1.ant.med.

Ioannes Baptista in carcere experitur Herodem persequentem,& in deserto sæuiorem hostem,scilicet,legationem Iudæorum.d.t.p.23.c.2.

Ioannes Baptista Dei singulari benignitate, quando indigni omnino erant,egressus est e deserto. d.t.p. 31.c.2.nu.4.

Ioannes Baptista quomodo in virtute Eliæ.p.122.c.2. p.123.c.1.n.2.
Ioannes Baptista in tenera ætate illam amplexus est vitam.p.123.c.2.nu.4.p.124.c.1.
Ioanne Baptista quomodo non surrexit maior inter natos mulierum.p.124.c.2.n.5.& 6.
Ioannes ab Ecclesia cum posset alijs nominibus appellari, Baptista vocatus. d.t. pag. 54. col.1.& 2. num.2.
Ioannes Baptista in carcere de quibus sollicitus esset. d.t.p.18.c.1.in med.
Ioannes Baptista cur missus in Iudæam. p.122.c.1.in fin.& 2.num.1.
Ioannes Baptista vnde motus sit ad interrogandum Christum per discipulos.p.19.c.1.& 2.n.5.
Ioannes Baptista cur dicit se esse vocem.d.t.p.27.c.1. & 2.n.7.p.28.c.1.& 2.
Ioannes priuauit se consortio Christi, vt testimonium de ipso ferendum non redderet suspectum. d.t. p. 24.c.1.n.3.
Ioannis sanctificatio primum opus a Christo perfectũ. p.135.c.1.& 2.n.7.
Ioannis Baptistæ virtus quo medio labefactabatur a dæmone,eodem innotescit.p.26.col.1.n.5.
ad Ioannem Baptistam miserunt Iudæi nec mente recta,nec ignorantia moti.pag.24. col.1.& 2.n.2.
Ioannes Euangelista quasi Beniamin amantissimus Domini,in pectoris thalamo moratus,& ob alia.p. 32.c.1.ante med.p.34.c.1.n.15.& 2.n.16.
Ioannes Euangelista in sinu Domini quasi aquila in sinu Ionis.p.32.c.1.in med.
Ioannes Euangelista filius Mariæ Virginis dici potest pag.30.c.1.& 2.n.1.& 2.
Ioannes Euangelista cur obitus Mariæ Virginis mentionem non facit.pag. 171. col.1.n.7.
Ioannes Euangelista cur tot annos vixerit, nec martyrio absumptus fuerit. pag.33.col.1.& 2.num. 10.& 11.
Ioannes Euangelista licet non habuerit aureolã martyrum, habet tamen maius præmium essentiale. p. 33.c.1.in fin.
Ioannes Euangelista videns discipulos martyrio claros donatos felicitate quomodo se haberet. p. 33. c.2.nu.11.
Ioannes Euangelista qua ratione martyr effectus absque morte per uitam. pag.33.col.2.nu.12.& 34.c.1.13.& 14.
Ioannes duo Baptista,& Euangelista testes duo fideles adhibiti ab Esaia.p.35.c.1.n.19.
Ioannes duo sicut Aaron & Moyses,& duo exploratores terræ promissæ.p.35.c.1.n.19.
Ioannis Euangelistæ priuilegia quæ.p.31.c.2.nu.6. & 32.c.1.per tot.& 2.n.7.& 34.c.2.n.17.
Ioannis verba 12. cap. Videtis, quia nihil proficimus a Chrysostomo, & Theophilacto quomodo exponantur.d.t. pag.333.col.1.in prin.
Ioannis illud: Quod factum est in ipso uita erat, quo pacto legatur ab Ambrosio.p.103.c.2. in fi.
Ioannis verba: Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei,non sitiet iterum.d.t. p.244.c.2.n.5.
Ioanni Euangelistæ viuenti, sicut Mariæ Virgini ex Abdia templa dicata p.35.col.2.nu.20.
Ioãna de Orvieto ord. Prædicatorũ, quã grato animo iniurias acciperet.d.t.p.107.c.1.n.2.
Iob verba ca.38.Nũquid ingressus es thesauros nivis &c.a Hieronymo quo pacto explicentur. d.t. pag. 350.c.2.n.2.
Iob verba: Non de pœnis impiorum rideat. cap. 9. ex Gregorio quomodo exponuntur.d.t.p.295.c.2. in fin.
Ioseph cum Maria triginta,& amplius annis versatus est secundũ aliquorum sententiam.p.63.c.1.n.3.
Ioseph quale beneficium sponsum esse Mariæ. p.63. col.1.num.3.
Ioseph a Maria Virgine summe dilectus. pag. 62. c.2.in fin.
Ioseph, & Abrahæ comparatio. pag. 62. col. 1. num.2.
Ioseph mirabiliter inter cogitationes ascendentes ad cor eius seruauit innocentiam.p.64.c.2.n.8.
Ioseph ex consortio Mariæ qualis profectus.p.63.c.1. & 2.nu.4.& 5.
Ioseph quando mortuus fuerit. p.63.col.1.n.3.
Ioseph gloriosior triumphus de vxore heri, quã trium puerorum de fornace.d.t.p.248.c.1.in fin.
Ioseph, vide Barnabas.
Ioseph ex Augustino suscitatum Dominum adorauit vt Ioseph Patriarchæ facta prophetia adimpleretur.p.63.c.1.num.3.
Ioseph sponsum Virginis perpetuam virginitatem coluisse, & sanctificatum in vtero fuisse creditur. p.61.c.2.nu.1.
Ioseph qualis fuerit ex Bernardo.pag.61.col.2.p.62. c.1.num.1.
Iracundi, quia semper cogitant id quod potest illis bilem mouere, ex Plutarcho cucurbitulis similes. d.t.p.107.c.2.in prin.
Ismara Elisabeth mater & Anna sorores fuerunt. d.t. p.125.c.1.n.7.p.82.c.1.post med.
Iudas tempore ortus Christi ex Iosepho asserebat illicitum esse,vt Iudæi soluerent vectigalia. p.576.c. 2.num.4.
Iudas cur in Euangelio diabolus dicatur. d.t. p.18. c.1.in prin.
Iudæi tempore Prophetarum, & tempore quo Christus natus est pessimi fuerunt. pag.122. col. 2. num.2.
Iudæi pugnabant cum hostibus suis labijs, id est,oratione.d.t.p.392.c.1.post med.
Iudæi in festis solemnibus ramos manibus gestare solebant. d. t. pag. 337. col. 2. numer.3.
Iudæorum Principes qua mente miserint ad Ioannem Baptistam.p.25.c.1.& 2.nu.4.
Iudicium temerarium vitandum ob multas rationes. d.t.p.442.c.2.n.6.
Iudicij,quod quisque mente, & cogitatione fert,duplex est gradus ex S. Thoma. d.t.p.442.col.1.post med.
in Iudicij die quanta erit peccatorum confusio. d.t. p.127.c.1.& 2.nu.3.
Iudicia hominum fallacia. d.t. pag. 75. col. 1. num.3.
Iudicia temeraria quæ quis fert ex quibus causis oriantur. d.t. p.443.c.2.n.7.
Iugum tollendum super omnia membra, & partes nostri corporis. pag.215. col. 1.& 2.numer.6.

Iulius Cæsar dixit: Si ius violandum est, cupiditæ dominandi violandum est.d.t.p.47.c.1.in prin.
Iulius Cæsar nihil obliuisci solebat nisi iniurias ex Tullio.d.t.p.110.c.1.post med.
Iustificatio maius, & excellentius opus est creatione. pag.41.c.2.n.2.
Iustinus Martyr ait omnes qui in agris, & oppidulis morabantur diebus Dominicis communicasse.pag. 437.c.1.n.7.
Iustus cur vineæ comparatur. d.t.p.191.col.2. ante med.
Iusti & perfecti sunt ciuitas in monte sita. p.59.c.1. num.14.
Iusti qui virtutẽ multo tempore coluerant, etsi decidant,cito tamen diuina ope resurgunt.pag.29.c.1. n.22.& 2.n.23.
Iusti vt animaduertant propriam infirmitatem in varias calamitates incidunt.d.t. pag.116.c.1. ante med.
Iusti in magnis virtutibus splendentes peccata habent venialia, quibus humilientur. d.t.p.348.col.1. in fin.
Iusti diem Domini maxime timent, hoc est diẽ iudicij. d.t.p.10.c.2.n.4.
Iusti ambulant in medio mari,dum omnia perturbata sunt cum securitate.d.t. pag.112. col.2.& 113. c.1.n.2.& 3.
Iusti debent occasiones fugere periculorum.d.t.p.118 c.1.nu.3.
Iusti oues sunt.p.98.c.2.& 99.c.1.n.3.
Iusti propriam voluntatem diuinæ semper subijciũt. p.25.c.2.n.4.
Iustorum in hac vita etiam quantæ deliciæ.d.t.p.160. c.2.in prin.
Iustis cum prospera eis succedunt, omnes congaudẽt. p.126.col.1.n.10.

L

Lacrymæ electorum scalæ sunt, quibus ascenditur in Deum. d.t.p.379. c.1.ante med. & 2. per tot.
Lamech quomodo intelligatur ex Iosepho punitus in 77 generationibus,& quid id præsignarit. p.17. c.2.nu.17.
Laurentij summa fortitudo, & desiderium martyrij. pag.166. c.2.n.12.
Lazarus cur proprio nomine vocatus, nõ vero diues. d.t.p.182.col.2.in prin.
Lazarus cur prius quam diues mortuus fuerit. d.t. p.185.c.1.n.5.
Lazari,& Diuitis narratio ex Chrysost.& Ambrosio historia est quæ duobus accidit.d.t.p.187.c.2.n.9.
Lazarũ ex Chrysost.cur multi ducunt Angeli in sinũ Abrahæ,cũ vnus sufficisset.d.t..p.186.c.1.in prin.
Lazarum cur uellent occidere solum Iudæi,cum alios mortuos suscitasset.d.t.pag.331.col.1.in prin.
Lectulus in sacra scriptura significatur cordis secretum ex Greg.d.t.p.10.c.1. in med.
Lex Euangelica iugum vinciens ne vagetur caro. p. 214.c.2.p.215.c.1.n.6.
Libidinis peccatum difficilioris est curationis.p.139. c.2.nu.4.
Licitis abstinendum etiam tempore tribulationis, et luctus.d.t.pag.120. c.1.& 2.num.5.
Lingua Diuitis in inferno ex Gregorio cur cruciaretur.d.t.p.186.c.2. n.7.
Lingua ex Chrysostomo ensi comparatur. d.t.p.578. c.2.n.6.
Linguæ summa incommoda.pag.206.c.2. per tot. p. 207.c.1.per tot.
Linum & lana quæsita a muliere forti quid sint. d.t. p.229.c.1.in fin.
in Liturgijs antiquis Græcorum Angelica precatio recitabatur.pag.19. col.2.in fin.
Lucæ verba: Per totam noctem laborantes,&c. mystice ab Augustino exponuntur.d.t. p. 462.col.2. nu.6.
Lucæ verba: Quod ita erit gaudium in cælo super vno peccatore,quam supra nonaginta nouem iustis,ex Cypriano quomodo intelligãtur.d.t.p.458.c.1.n.10
Lucerna,vide in voce, Pastores.
Lucernam post tergum ferre quid sit.p.241.c.1.in fi. & 2.in prin.
Lumbi, vide in verbo, Affectus.
Lumborum præcinctio quid significat. p.239.c.2. in fin.& 240.c.1.& 2.per tot.
Lumborum præcinctio significat expeditũ esse ad iter faciendum.p.241.c.1.in prin.
Luminarium festum apud Iudæos dies renouationis templi.p.51.c.1.n.13.
Lunam sub pedibus Mariæ esse quid significet. p.16. c.2.n.14.
Lux & lumen quomodo differant. pag.55. col.1. in prin.
Lux & lumen quomodo differunt. pag.293. col.2. in med.
Luxuria malleus vniuersæ terræ dicitur. d.t.p.247. c.2.in fin.
Luxuria animam inuoluit incredibilibus miserijs, & nocumentis.p.248.col 1. in fi.
Luxus vestium vitio dari solet in sacra scriptura. d.t. p. 182. c.1.in prin.& 184.col.1. in fin.& 2. in prin.

M

Magdalena speculum pœnitentiæ. p.138.col.2. num.1.
Magdalena per triginta annos in horrida spelũca septies quotidie eleuata ab Angelis ad Dei laudes audiendas.p.238.c.1.n.1.
Magdalena creditur prius nupta viro, deinde eo relicto,aut eo mortuo illicitis amplexibus irretita. p. 139.c.1.n.4.
Magdalenæ conuersio admiranda. p.140.c.1.& 2. nu.6.
Magdalenæ lacrymæ instar margaritarum. p.144. c.1.num.13.
Magi in Persia,& Chaldæa degebant. d.t.p.45. c.1. in med.
Magi, vide vocem, Stella.
Mali inter bonos uersantur.d.t.p.74.c.1.n.3.
Malorum societas iustos reddit timidos. d.t.p.74.c.2. num.3.
Mandata,& præcepta cui leuia sint. p.216.c.1.n.8.
Mansiones in cælo quid significent ex Cyrillo. pag. 92.c.1.num.4.

Marcus pergens Alexandriam maximam multitudinem conuertit.p.73.c.2.n.2.
Marcus creditur adolescens ille amphoram aquæ baiulans.p.73.c.2.n.2.
Margarita quid significet ex Augustino.p.255.c.1. num.7.
Maria omnium Patriarcharum in virtutibus hæres. p.15.c.2.n.12.
Maria fons signatus,& hortus conclusus ex Augustino.p.68.c.1.n.6.
Maria Virgo in conceptione filij quam gratiam acceperit ex S.Thoma.p.70.c.1.n.11.
B.Maria Virgo liber perfectissimus. p.194. col.1. num.4.
Maria quo pacto gratia plena significetur ex Græco textu.p.23.c.1.nu.11.
Maria armarium vitæ, hortus patris, pratum Spiritus sancti.p.22.c.2.n.9.
Maria virgo prima virginitatis munus Deo obtulit. p.20.c.2.n.4.
Maria virgo post filij ascensionem tenebatur maximo desiderio vitæ huius finiendæ.p.168.c.1.& 2. nu.3.p.169.c.1.n.4.
Maria Virgo in conceptione Filij qualem charitatem acceperit ex Alberto.p.23.c.1.n.11.
Maria in quibus Angelis præeminet. p.21.c.2.per totam.
Maria Virgo in die suæ conceptionis quid acciperet. p.14.c.1.n.7.& p.17.c.1.n.15.
Maria Virgo duos filios habet & Iesum, & Ioannem Euangelistam.p.30.c.1.& 2.n.1.& 2.
Maria Virgo candelabrum aureum visum a Zacharia.p.23.c.2.n.13.
Maria viti comparatur.p.209.c.2.n.7.
Maria summa lætitia partum expectabat, contra quã aliæ fœminæ.p.19.c.1.in fin.& 2.
Maria Virgo & Magdalena luminaria duo maius & minus.p.138.c.2.n.1.
Maria Virgo cur cum festinatione profecta est ex Ambrosio.pag.134.col.1.& 2.n.4.5.& 6.
Maria Virgo terra promissionis cur dicatur,& paradisus terrestris.p.16.c.2.n.14.& 15.p.17.c.1.
Maria Virgo fidelibus dicentibus Rosarium visa est prope esse colligens rubras, & albas rosas ab ore eorum.p.209.c.2.n.7.
Maria Virgo ipsa est adiuuans Comitẽ Montisfort pugnantem contra Albigenses. pag.208.col.1.n.5.
Maria Virgo ab ortu Christi semper lacrymas emittebat.d.t.p.359.c.1.& 2.n.2.
Maria Virgo triennis in templo præsentata. p.244. c.2.p.245.c.1.& 2. per tot.
Maria Virgo in templo quot annis fuerit.p.246.c.1. in prin.
Maria Virgo cur legem purificationis implet. p.49. c.1.n.9.& 2 per tot.
Maria Virgo post Christi ascensionem hic remansit, vt Ecclesiã gubernaret,& consolaretur. pag.170. c.2.per tot.
Maria Virgo quot annos post Christi ascensionẽ vixerit.p.169.c.2.n.5.
Maria Virgo arca testamenti. pag.13.col.1.numer.2.
Maria,& Iesus quadraginta diebus fuerunt in specu Bethlehem,& cur manserit ibi Maria. p.47. c.1.& 2.num.1.& 3.& 48.c.2.n.6.& 49.c.1.n. 8.& 2.per tot.
Maria Virgo cernens filium iratum tribus lanceis mundum velle destruere, obtulit Dominicum, & Franciscum.d.t.p.13.c.2.in prin.
B.Maria Virgo cur a Christo in cruce mulier vocata sit ex Epiphanio. d.t. pag.364. col.1. in med.
Maria Virgo,vide verbum Festum.
Mariæ verba dicta: Quid mihi & tibi mulier?quomodo exponenda.d.t.p.62.c.1.n.6.
Mariæ in conceptu sanctitas qualis. pag.13.c.2. per tot.
a Mariæ conceptione redemptionis negotium summa gestum tarditate mira celeritate peragitur.p.17. c.2.n.16.& 17.
Mariæ nomen Hebræum est, & stellam maris significat.p.22.c.1.n.5.
in Mariæ conceptione redemptionis negotium summa gestum tarditate mira celeritate peragitur.p.17. c.2.n.16.& 17.
Mariæ nomen Hebræum est, & stellam maris significat.p.22.c.1.n.5.
in Mariæ conceptione duo admiranda Deus coniunxit.p.17.c.2.n.16.
in Mariæ pectore duo amores prælibantur. d.t. p.360.c.1.& 2.n.3.
B.Mariæ dolor quantus fuerit ex Alberto. d.t.pag. 361.c.1.& 2.n.4.
Mariæ conceptionis quanta solemnitas.pag.12.c.2. num.1.
in Mariæ conceptione quare proaui, & ataui ab Ecclesia proponanturpag.16.c.1.& 2.n.13.p.17. c.2.n.17.& p.18.c.1.
Mariæ Canticum: Magnificat anima mea, &c. exponitur.p.136.c.2.n.9.p.137.c.1.& 2.n.10.& 11.
B.Mariæ Virgini viuenti ante obitum ipsius 15. anno B.Iacobus Cæsaraugustæ templum dicasse creditur.p.35.c.2.n.20.
Mariæ Virgini data est gloria Libani,decor Carmeli, & Saron.d.t.p.37.c.2.n.6.
Mariam Virginem in templum magno lumine circumdatam vidit Simeon.p.50.c.2.n.12.
Maria pendente ab vbera matris Angeli gratulabantur orbi.p.191.c.1.n.1.
S.Martini res aliquæ præclare gestæ breuiter proponuntur.p.234.c.2.& 235.c.1.& 2.n.1.
Martyres in ijs membris in quibus torti fuerunt singularem decorem habebunt. d.t.pag.186. col.2. num.7.
Matthæus primus omnium Euangelium scripsit. p.196.c.1.& 2.n.1.
in Matthæi vocatione relucet diuina bonitas. p.199. c.1.nu.6.
Matthæi miraculosa conuersio.p.197.c.1.n.2.
Matthæi verborum: Quod si sal euanuerit, sensus. p.158.c.1.n.10.
Matthæi verba.cap.5. Si frater tuus habet aliquid aduersum te,quomodo intelligi debeant.d.t.p.471. c.2.post med.
Matthæi verba: Vbi duo, vel tres fuerint congregati in nomine meo, &c. ex Hieronymo, & Chrysostomo quomodo exponantur, & ex Origene spiritaliter.d.t.p.224.c.2.n.9.
Mendici vagabundi sceleribus multis solent esse inuoluti.d.t.p.175.c.2.n.2.
Meridie seu hora sexta multa gesta sunt. d.t. pag.241.col.2. in med. & pag.242.col.1. in prin.

Mi-

Michael est in ordine Principatuum.p.205.c.1.n.7.
Michael sic dictus ob insignem vocem, quam extulit: Quis sicut Deus.p.205.c.1.n.3.
Michael concluſit ora leonum ne Danielẽ læderent.p. 205.c.2.n.8.
de Michaele Abraham conuitatus est, & eius tenuit gladium filium immolantis,& alia effecit.p.205. c.1.nu.8.
Minores sequuntur exempla maiorum. d.t.p.283.c. 2.& 284.c.1.n.5.
Miraculum narratur contigisse in partibus Orientis a B.Antonino in confirmationem mysterij S. Trinitatis.d.t.p.428.c.2.n.5.
Misericordiæ opera sacrificia dicuntur in psalmis ex Augustino.d.t.p.127.c.1.n.3.
Misericordia Dei,vel Domini quæ dicatur, & misericordia hominum.d.t.p.105.c.1.in fin.
Misericordia opera cur in iudicio præmio afficienda proponuntur,cum omnia recte gesta præmio donanda sunt.d.t.p.130.c.1.n.9.
Monachus vide Franciscus.
Mors sollicitos,& meticulosos reddit delicijs,& voluptatibus deditos.d.t.p.162.c.2.num.5.& p.163. c.1.per tot.
Mortis,& iudicij dies suos incautos reddit. p.249.c. 2.n.5.
Morti numquam gentiles extruxerunt aram. d.t.p. 304.c.1.ante med.
Moyses cur librum Iob de Arabica in linguam Hebræam verterit.d.t.p.78 c.1.in prin.
Moyses curvitulum communem in puluerem redactũ populo propinauit.d.t.p.32.c.1.n.5.
Mulier prægnans percussa, & abortiuum factum ex Origene quid.d.t.p.230.c.2.n.7.

N

Nauigationis charta doctrina sanctarum scripturarum,& patrum.d.t.p.70.col.1.in fi.& 2.in princ.
Natiuitatem propriam & Sancti,& gentiles deplorabant.p.191.c.2.n.1.
Natiuitas Mariæ Virginis cum gaudio celebranda. p.191.c.1.n.1.p.192.c.2.n.2.
Nauis significat Ecclesiam.d.t.p.67.c.1.nu.1.p.68. c.2.n.2.
Nazaræi caput ferrum non tangebat,quidue per ferrum Paraphrastes vertit. p13.c.1.nu.2.
Nicolai vita breuiter proponitur.p.9. col.2.nu.8.
Niniue Regis sapientia ex Ambrosio expenditur. d.t.p.141.c.1.n.6.
Niniue quantæ fuerit magnitudinis ex Iosepho. d.t. p.139.c.2.n.4.
Noe arca intus,& foris bitumine circumlita quid significet ex Origene.d.t.p.229.c.1. in prin.
Nomina imposita solent esse ex euentis in Sanct. p.126.c.1.n.11.
Nox accommodata orationi.p.189.c.2.& 190.c.1.n. 9.& 10.
Nubes leuis,in qua ingressus est Aegyptum, Mariã significat.d.t.p.12.c.1.n.6.
Nubes exigua ut uestigium hominis uisa a seruo Eliæ,quæ pluuiam maximam exhibuit, Christo Domino aptatur.d.t.412.c.1.post med.

O

Octauianus Augustus quid ad pictorem ipsum inter celebres Principes pingentem. d.t.pag. 340.c.2. in prin.
Occasio a veteribus quo pacto depingeretur.d.t.pag. 153.col.2.n.6.
Occulta,& indifferentia in meliorem partem iudicanda sunt.d.t.p.440.c.2.nu.4.
Oculus intentionem significat. pag.238.col.2. in prin.
Oculum erui, manum & pedem abscindi quid sit. p.205.c.2.nu.8
Odilius Abbas Cluniacensis ob quam causam in suo cœnobio defunctorum commemorationem celebrauit.p.231.c.1.per tot.
Oleum quid significat in SS. pag.249.c.1.in fin.& 2.per tot.
Onus triplex est,a quo per Christum liberamur. pag. 214.col.1.& 2.nu.5.
Oratio omnibus Christianis demandata.d.t.p.293.c. 2.num.3.
Oseæ cur Dominus præceperit accipere uxorem fornicariam ex Hieron.d.t.p.17.c.2.n.2.
Ostium in latere arcæ,per quod ingrediebantur animalia,significabat Christi vulnera. p.329.c.1.in princ.

P

Palæstini vngebant caput, & faciem lauabant ad gaudium indicandum. d.t.pag.99.col.2. post med.
Parabola vineæ de Synagoga, & Ecclesia explicatur.d.t.p.188.c.2.p.189.c.1.per tot.
Parentes nimium solliciti solent esse, ut filios ditẽt, contra quam legimus in sacris litteris de iustis. d.t.p.174.c.2.per tot.p.175.c.1.in prin.
Parentes filios debent recte instituere.d.t.p.51.c.2. num.5.
Pastoris vita laboriosa.p.97.c.1.& 2.n.2.
Pastores in scriptura celebres tres fuerunt.p.97.c.2. p.98.c.1.n.2.
Pastores,& Prælati cur lucernæ dicantur. p.237.c. 1.& 2.per tot.
S.Paulus uocatur a Dionysio pater patrum, doctor doctorum,abyssus sapientiæ.pag.46.c.1.n.16.
Paulus uocatus a Deo de terra longinqua uir Dei voluntatis.p.45.c.1.& 2.n.13.
Pauli conuersionem cur Ecclesia celebret. p.41.c.1. per tot.& 2.n.1.
Pauli conuersio maxime miraculosa.p.42.c.1.nu.3. & 4.& 2.n.6.
Paulo Damascum pergenti non dissimile uidetur accidisse,ac Heliodoro Hierosolymam eunti.pa. 42. c.2.6.& 43.c.1.per tot.
Pax iustorum multas habet vtilitates. d.t.pag.375. c.2.per tot.
Peccata impediunt ne inimicis resistamus.d.t.p.207 col.2.& 208.c.1.n.4.
Peccata morbis a Deo solent puniri.d.t.pag.551.col. 1.post med.
Peccati omnis occasio tollenda est.d.t.pag.469.col.2. num.7.

Peccatæ funiculi quibus peccatores constringuntur. d.t.p.265.c.1.& 2.n.5.

Peccatores cum non corriguntur, illis aufert Deus, quæ maxime diligunt. d.t.p.284.col.1.& 2.num.6.

Peccatores quidam pluris faciunt minora peccata,& cæremonias legis, quam grauissima animæ mala. d.t.227.p.1.post med.

Peccatores a Domino recedentes quæ mala consequãtur. d.t.p.210.c.1.& 2.n.8.

Peccatores in peccata iterum prolapsi maiori animaduersione digni.p.210.c.2.post med.& 211.c.1. per tot.

Peccatores in suis actibus sitim,& desiderium explere numquam possunt.d.t.p.225.c.2.per tot.

Peccatores innumera Sanctorum bona non considerant,& si quod est leue malum, produnt d.t.pag. 217.c.1.in med.

Peccatores a proposito peccandi non desistunt,donec perfecerint,quod concupiscunt.p.139.col.1.& 2. num.3.

Peccatores sæpe surgunt,& iusti cadunt.p.147.c.1. & 2.nu.22.& 23.

Peccatores similes equo ruffo Apocal.ex Augu.d.t. p.315.c.2.n.7.

Peccatores, & impij cæteros tales esse existimant, quales ipsi sunt. d.t.p.313.col.1.in fin.& 2.in prin.

Peccatores animum perditum, & odium aduersus aliquem solent tegere nomine zeli,virtutis, & boni publici amoris.d.t.p.318.c.1.in prin.

Peccatores sæpe ad maiora surgunt dona,quã habuerint ante peccatum.p.29.c.1.n.20.

Peccatores multi nolunt audire correctionem. d.t. p.224.c.2.nn.8.

Peccatores in die iudicij quali timore,& terrore afficientur. d.t.p.13.col.1.per totam.& col.2.per tot.

Peccatores differentes pænitẽtiam ad eam se ineptos reddunt.d.t.p.140.c.2.n.5.

Peccatorum societas quæ afferat damna.d.t.p.523. c.1.post med.

Peccatoribus semper fuit amara ueritas. d.t.p.302. c.2.n.5.p.303.c.1.per tot.

Perseuerantia patientiæ, & perseuerantia in bonis operibus necessaria. pag.120.c.2.pag.121.c.1. nu.13.

Perseuerantia in uirtute,quam necessaria est. d.t.p. 91.c.2.per tot.

Petrus & Paulus uice Christi occidentalem regionẽ suo sanguine illustrarunt.p.127.c.2.n.2.

Petrus & Paulus malũ granatum,& tintinnabulũ in veste Christi.p.127.c.2.n.2.

Petrus irriguis fletibus combusserat genas. p.144. c.1.n.15.

Petrus fons,& cæteri Apostoli riui ex Concilio Ephesino.p.130.c.1.n.9.

Petrus primum, & propinquissimum Christi membrum,super quod fundatur Ecclesia. p.132.c.1.et 2.n.18.

Petrus,& Paulus duo sponsæ oculi,duo sponsæ ubera.p.127.c.1.n.1.p.128.c.1.n.3.

Petro duæ claues collatæ scientiæ,& potentiæ.p.130. c.2.n.11.

Petrus ex Ambrosio cur petra dicatur. p.132.c.1. num.17.

Petrus tamquam Seraphim primus immediate a Deo accipit secreta Dei ad bonum aliorum. pag.131. c.1.n.16.

Petrus in quibus primus fuerit.p.131.c.1.n.12.

de Petro Antoninus illud Psalmi: Minuisti eum paulo minus,&c.dicit.p.130.c.1.n.9.

Petrum uinctum se ait Chrys.malle esse,quam Angelum soluentem.p.129.c.1.n.6.

S.Petrus Martyr ab Innocentio IIII.pro B.Dominico inquisitor constitutus.p.84.c.2.in fin.& p.85.c.1. in prin.

S.Petrus Martyr a Deo petebat, vt causa fidei vitam amitteret.p.84.c.2.ante med.

Pharisæi,& Scribæ unde intelligentiam legis de dilectione inimicorum acceperint. d.t.pag 111.c.1. num.9.

Pharisei,& Scribæ male interpretabãtur legem dicentes: Odio habebis inimicum tuum.d.t.p.105.c. 1.in prin.

Phialæ nomine cur donetur supplicium malis inflictum.d.t.p.10.c.1.in prin.

S. Philippus Apostolus a Beato Bartholomæo Apostolo sepultus est in loco sacro. pag.9. col.1. nume.1.

Philippus Macedo nato Alexandro quid ad Aristotelem scripserit.d.t.p.175.c.1.ante med.

Philistini idolum colebant,cui lacrymas tantum offerebant. d.t.pag.400.c.2.in fin..& p.401.col.1. in prin.

Philosius Abbas quid dixerit cuidam volenti se vindicare.p.568.c.2.in fin.

Phœnices vt Deos placarent iratos filium dilectum sacrificabant.d.t.p.355.c.2.n.7.

Phoroneus Rex propinquus morti quid Leontio fratri dixerit.d.t.p.445.c.2. post med.

Phocion damnatus ad mortem ab Atheniensibus quid filio præceperit. d.t.pag.110. col.2. in fin.

Phylacteria membrana ligata ante oculos, ut recordarentur præceptorum Dei cur coloris hyacinthini.d.t.pag.172.c.1.n.8.

Pius Secundus vide Antonin.

Pindarus hominem vocauit umbræ somnium. d.t.p. 179.c.1.n.6.

Pœnitentia nec per horam differenda est.p.141.c.1. & 2.nu.7.& 8.

Pœnitentia uera,& falsa quæ.pag.142. col.1.& 2. num.10.

Pœnitentiæ spiritus mentem occupans ex Greg.omne gaudium perturbat.p.143.c.1.n.13.

Pœnitentiã agens a quibus debet abstinere.d.t.p.141. c.2.& p.142.c.1.n.6.

de Pœnitentia verba illa Leuit. 23. Omnis anima quæ non fuerit afflicta,&c.exponuntur.pag.142. c.1.n.8.

Pœnitentis veri tres conditiones. d.t.pag.503.col.1. num.7.

Pœnitentes pœnitentia publica feria quinta in cœna Domini reconciliabantur, d.t.pag.503.c.1. num.6.

Pontifex Romanus aquæductus,quo ad homines veniunt bona.p.130.c.1.nu.10.

Præcepta non solum implenda, sed etiam inspirationes Spiritus sancti & consilia. pag.48.col.1.& 2. num.5.

Prædicator quibus modis debet habere Euangelium. pag.259.col.2. in fin.& 260.col.1.nu.5.

Prædicatores maxime omnium honorem Dei quærere debent.d.t.pag.270.c.1.& 2.num.5.

Prædicatores dicentes & non facientes quot modis peccent.d.t.p.172.c.1.& 2.n.6.

inter Prædicatores & Sacerdotes debet intercedere concordia,vt populum ædificent. pag.75.col.1. num.5.

Prædicatores, vide in verbo Angeli.

Prædicatio debet esse cum vita sancta.p.76.c.2.n.6. post med.

Prælati, iudices, gubernatores deputare debent tempus alienis negotijs & proprijs.d.t.p.233.c.2.in fi. & 234.c.2.per tot.

Prælati etsi cogantur punire subditos, tamen amoris signa illis ostendant.d.t.p.410.c.2.n.7.

Prælati cur ciuitati supra montem ædificatæ comparentur.p.177.c.2.n.8.

Prælatos Ecclesiæ oculos sceleribus cæcatos esse maxima calamitas.p.177.c.1.per tot.

Prælationibus non debet aliquis se ingerere.p.177. col.2.& 178.c.1.n.7.

Præmium a Deo datum merito respondet. pag.7. c.1.n.16.

Præpositi probitas magni interest. pag.99. col.2. per totam.

Principatus munus quid sit.p.205.c.1.nu.7.

Prohibita vitanda, & quæ ipsis finitima & coniuncta sunt.d.t.p.205.col.2. post med.

Prophetæ in patria sua non accepti. d.t. p.216.c.2. num.6.

Prophetæ omnes,& principes viri qui populi commodis consuluerunt odio habiti. pag.220.col.2. per totam.

Prophetarum minæ contemnebantur. d.t. p.11.c.1. in princ.

Proximorum curam cuique a Deo demandata. d.t. p.218.c.2.post med.

Prudentia necessaria valde est. p.118.c.2.nu.5.& 119.c.1.n.6.

Psalmi 37. verba: Lumbi mei impleti sunt illusionibus,quo pacto a Chrysost. exponantur. p.179. c.2.ante med.

Psalmorum verba: In matutino interficiebam omnes peccatores, ex Hieronymo quo pacto intelliguntur.d.t. p.231.c.2.n.10.

Putiphar uxoris impietas expenditur a Chrysostomo. d.t.p.126.c.2.in fin.

Pythagoras duplex discipulorum genus habebat. d.t. p.426.c.1.in fin.& 2.in princ.

R

Rachelis lacrymas & ploratum quomodo interpretetur August. p.40.c.2.n.16.

Recessinati Regis tempore festum expectationis B. Mariæ in Hispania institutum.p.20.c.1.n.2.

Recta via quæ dicatur.d.t.p.33.c.2.nu.6.

Rectum a Mathematicis quid dicatur. d.t. p.33.c.2. num.6.

Regna in mundo duo sunt. d.t. pag.209.col.1. per totam.

Regulus in Euangelio quis fuerit, & cur sic vocatus fuerit.d.t.p.561.c.1.n.1.

Rhamnus quid.d.t.p.464.c.1.ante med.

Rogationes seu Litaniæ quando institutæ & qua occasione.d.t. p.399.c.1.& 2.n.1.

Rogationes cur tempore paschali institutæ.d.t.p.400. c.1.n.2.

Romanus populus,vide vocem, Bestia.

Rosarium liber datus sapientibus, & insipientibus. p.210.c.2.n.8.

Rosarium, vide vocem, Dominicus, & Maria.

Rosarij oratio cur precationem Angelicam repetat toties.p.19.c.2.in fin.

Rosarij societatem amplectendam quatuor docent. p.210.c.1.& 2.n.8.

Rubus a Moyse visus spinis plenus,& igne immersus quid significaret.d.t.p.389.c.1.in prin.

S

Saba duplex fuit ex Iosepho. d.t. p.143.c.1.n.9.

Sacerdos duplicem habet actum circa corpus Christi, & circa verum & mysticum. pag.266. c.1.n.2.

Sacerdotes, vide voces Aethiopia, & Sacrificium.

Sacerdotes & qui in dignitate positi sunt,recte viuere quam vtile orbi sit.d.t.p.168.c.2.& 169.c.1. num.2.

Sacerdotes secreto reprehendendi.d.t.pag.170.col.1. num.5.

Sacerdotes, vide vocem, Diogenes.

Sacerdotes fidei mysteria inuoluta tradere debent populo. d.t.p.426.c.1.per totam.

Sacerdotes perdite viuentes maximum Reip. nocumentum afferunt ipsorum malo exẽplo.d.t.p.170. c.1.& 2.nu.4.

Sacerdotes Ionis a quibus deberent abstinere.d.t.pag. 265.c.2.n.1.169.c.1.post.med.

Sacerdotum peccata etsi aliorum consideratione minora videantur, maxima tamen sunt considerata peccantium dignitate.d.t.p.261.c.2.in med.& 262. c.2.n.2.

cur Sacrificium pro Sacerdotis peccato idem erat, atque sacrificium pro peccato totius populi. p.266. c.1.in prin.

in Sacrificio animalium caudam etiam offerri quid significat.d.t.p.348.c.1.in med.

in Sacris litteris ex Origene doctrinarum differentia in facilitate & difficultate.p.89.c.2.nu.7.

Sagena est verbum Dei.p.256.c.2.in prin.

Salomon in libro Ecclesiastis pœnitentiam egit,& ad Deum reuersus est.d.t.p.245.c.2.n.8.

Salutem spectantia non segniter & morose pertractãda d.t.p.459.c.2.n.2.

Samaria prius habitata ab Israelitis, deinde a Chaldæis.d.t.p.240.col.1.in fin.

Samaritani quinque tantum libros Moysi & librum Iosue recipiebant.d.t.p.240.c.2. in fin.

Samaritanos Iudæi pro idololatris habebant.d.t. pag. 240.c.2.in prin.

Samuel sciebat reuelante Deo reprobatum Heli Sacerdotem a Deo, sed tamen semper celauit illud.

lud. d.t. pag.171.col.2. in med.
Sanabalath a Dario Rege Persarum præfectus constitutus Samariæ.d.t.p.240.c.2. in prin.
Sancti in exordio vitæ studiosæ multas experiebantur imperfectiones. d.t. pag.409. col.1. in fin. & 2. in princ.
Sancti honores ardenter fugiebant.d.t. pag.178.c.1. in med.
Sancti relicto proprio profectu inuigilant aliorum saluti. d.t. p.29.c.2. in med.
Sancti quo pacto iudicaturi sunt mundum. pag.183. c.2.& 184.c.1.n.7.
Sancti ardenter turbas hominum fugiunt. d.t. p.508. c.1. in fin.& 2. in princ.
Sancti in conspectu barbarorum etiam inueniunt gratiam.d.t.p.328.c.1.n.5.
Sancti Sacerdotes vitijs deditos intimo sensu deplorabant.d.t.p.169.c.2.n.3.
Sancti permulti in Ecclesia portauerunt pondus diei & æstus.d.t.p.82.c.1.in med.& 2. in prin.
Sancti homines intellexerunt diuinam non posse conseruari amicitiam, nisi & inimici diligerentur. d.t. p.106.c.1. in fin.
Sancti multi Christi passionem sextis ferijs considerantes summo cruciabantur dolore.d.t.p.360.c.1. post prin.
Sancti culpas commissas semper in memoria habebãt. p.25.c.1.& 2.n.4.
Sancti inter scelestos homines sancte conuersantes laudandi.d.t.p.16.c.2.& 17.c.1.per totam.
Sancti etsi calamitates perpetiantur,non postulant ab his liberari.d.t.p.234.c.2.per tot.
Sancti conspicientes mala proximorum contristantur, d.t.p.235.c.1. in princ.& n.4.
Sanctorum vita fulgur est.d.t.p.17.c.2.in princ.
in Sanctorum actionibus quædam a Deo conspicimus ipsis data, alia eos a semetipsis habere. p.27. c.2. nu.13.& 28.c.1.n.15.
Sanctorum societas Sanctis vtilissima est.d.t. pag.74. c.2.n.3.
in Sanctis repertæ sunt aliquæ imperfectiones.p.180. c.2.n.10.
Sanctimoniales, vide vocem, Velum.
Sapientia duplex ex Augustino.d.t. p.490 c.1.& 2. num.16.
Saulus quomodo dicatur adhuc spirãs a Chrysostomo. p.43.c.2.
Scandalum proximorum vitandum est. pag.49.c.1. num.67.
Scipio Africanus nihil arduum incipiebat, nisi prius a Ioue auxilium peteret.p.189.c.2.n.9.
Semitæ in Sãctis significant cogitationũ intima. d.t. p.10.c.1.in fin.
Serpens cur a Moyse æneus exaltatus. p.103.col.1. num.3.
Serpentes dicendi qui suadent ambire honores. p.27. c.1.n.6.
Simeon cur mortem optarit, cum uideretur vitam deposse optare. p.52.c.1.& 2.n.18.& 19.
Simeon in vinculis cõiectus donec veniret Beniamin, Simeoni Christum expectanti tribui potest. p.52. c.1.n.18.
Simeon quomodo interpretetur.p.51.c.2.n.17.
Simon Petrus, Andreas, Iacobus, & Ioannes quadrigæ mirabilis. pag.1.c.2. per totam. & 2.c.1. ante med.
Simon obedientem significat. p.2.c.1. in med.
Sinapi, vide Christus, Ecclesia & Euangelica doctrina.
Solis & Lunæ obscuratio flagellum magnum infligendum significat.d.t.p.11.c.2.& 12.c.1.n.5.
Solis in his inferioribus qui effectus. p.54.c.2.& 55. c.1.n.4.
Spes cur anchoræ comparetur ex S.Thoma.d.t.p.352. c.1. in prin.
Spiritus sanctus cur in specie ignis apparuit. d.t. p.422.c.1.per tot.
Spiritus sanctus cur Paracletus dictus ex S. Thoma. d.t.p.413.c.1.in fin.& 2.in prin.
Spiritus sanctus cur spiritus dicatur ex S.Thoma. d.t. p.413.c.2.n.3.
Spiritus sanctus datus Apostolis in die Pentecostes nouo modo,& in propria persona.d.t. p.418.c.2. num.2.
Stella quæ Magis apparuit quo motu moueretur. d.t. p.46.c.2.n.4.
Stella apparuit Magis duobus annis ante Christi ortum.d.t.p.45.c.1.in med.
Stola prima,& annulus filio prodigo data quid sint. d.t.p.202.c.1.n.7.
Subditi ex maiorum exemplo maxima patiuntur damna.d.t.p.327.c.1.n.3.
Superbi non patiuntur ipsorum vitia argui & detegi. d.t.p.217.c.2.n.7.
Surdus & mutus mystice ex doctoribus quid designet. d.t.p.511.c.1.n.11.

T

Talentum in terra abscondere qui dicãtur.pag. 10.c.1.n.13.
in Templi abditis vox audita: Transeamus ex his sedibus ex Iosepho.d.t.p.194.c.2.post med.
Templa Christianorum summo cultu & religione digna sunt.d.t. p.263.c.2.& 264.c.1.n.4.
Templis Christianorum nostris temporibus ob peccata nostra non minora acciderunt mala,quam templis Iudæorum.d.t.p.133.c.1.n.4.
Terra hominem significat.p.176.c.1.n.5.
Terræ nomine Apoc.15. effundite phialas iræ super terram quid significetur.d.t. p.9.c.2.n.2.& 10. c.1. in prin.
Thabor mons duobus leucis distat a Nazareth, & clarus victoria Barac.d.t.p.159.c.2.n.6.
Theon vir eruditus per triginta annos ut nec verbũ quidem locutus fuerit.d.t.p.578.c.2.n.6.
cur Thomæ incredulitas in festo ipsius narretur ab Ecclesia in Euangelio.p.26.c.1.n.7.& 2.num.9. & 11.
Thomam Christus quasi Ionam fugientem ne prædicaret Niniuitis insequitur. pag.27. col.1. in fin. & 2.
Thomas Aquinas ciuitas dicitur supra montem posita.p.59.c.2.in fin.
Thomas Aquinas moribundus in Cantica scripsit. p.53.c.2.n.1.
Thomas Aquinas Friderici Imperatoris consanguineus.p.61.c.1.n.19.
Thomas Aquinas viginti duos annos natus in librum sententiarum scripsit.p.56.c.2.nu.9.
Thomas Aquinas Angelicam salutationem, cũ eum lactaret nutrix,deglutiuit.p.174.c.2.n.2.
Thomæ Aquinatis gesta præclara.p.57.c.1.& 2.per tot.& 58.c.1.in prin.
Thomæ Aquinati visio Ezechielis quatuor animaliũ adaptatur.p.53 col.2.n.1.
Thomam Aquinatem Innocent.VI.& Ioann.XXII. laudant. p.53,c.1.n.1.
S.Thomam Aquinatem Ioann. XXII. in numerum Sanctorum retulit.p.154.c.2.n.3.
Threnorum verba: Mors intrauit per fenestras,quomodo exponantur.d.t.p.281.c.2.in prin.
Thuribula offerentium contra præceptum Domini in lamines producta, & affixa altari,quid possit designare mystice.p.24.c.1.nu.2.
Tintinnabulum singulis diebus ad Vesperam pulsatur,ad commemorationem annuntiationis B.Mariæ.p.19.c.1.post med.
Tintinnabula aurea pendẽtia in veste Sacerdotis quid significent,d.t.p.169.c.1.ante med.
Titus & Vespasianus,quæ erant in templo Hierusalem asportantes Romam locarunt in monte Palatino in templo Pacis.d.t.p.375.col.2.in med.
Trinitas, vide in voce Festum.
Trismegistus cum considerare vellet Trinitatem,quid somniauerit.d.t.p.427. col.1.n.3.
Turtur, qui occidebatur, Christum significabat.p.51. c.2.n.15.

V

Valentinius Imp.octogenarius moriens aliis victorias,quas de hostibus reportauerat, referentibus,solam de carne se assecutum dixit.d.t.p.445. c.1.in med.
Velum Virginibus sanctimonialibus traditum signum seruitutis.p.267.c.2.nu.2.
Velum sanctimonialium omni corona pretiosius est. p.268.c.1.n.2.
Verbum prædicationis mum cum sit, varios habet effectus,sicut cibus qui vnus est.d.t.p.86.c.1.n.6.
Verbum Dei malleus conterens petras,& ignis spinas comburens.d.t.p.88.c.2.n.6.
Verbo incarnato cur a Prophetis multa nomina sunt tributa.d.t.pag.42.c.2.& 43.c.1.n.3.
Veritas,vide in voce Peccatores.
Vestem nuptialem qui dicantur habere ex August. d.t.pag.559.c.1.n.10.
Vigilia omnib.officijs necessarijs est.p.243.c.1.an.me.
Vigilare debent homines,ne incidant in mala, qualia a fure dormientes patimur. p.243.c.1.& 2.n.3.
S.Vincentius a Martino V. peracto Concilio Constantiensi ad Euangelij prædicationem destinatus est. p.257.c.1.n.1.
S.Vincentij Confessoris vita breuiter proponitur. pag. 262.c.2.n.9 p.263.c.1.& 2.n.10.
S.Vincentio Auinioni ægrotanti Iesus apparuit, & quid diceret.p.257.c.1.n.1.
S.Vincentium multi Reges audire concionantem noluerunt.p.257.c.2.in med.
Vincula duplicia in sacra scriptura.p.215.c.1.n.6.
Virgines sequi proprie dicuntur, Verbum quod caro factum est.p.267.c.1.nu.1.
Virgines decem in parabola quid significent. p.247. c.2 in prin.
Virgines ne viros alloquerentur, etiam quæ illarum saluti uiderentur expedire, nisi per medias anus Basilius monet.d.t.p. 121.c.2.in. fin.
Virtus eminens cur dicatur ciuitas in monte posita. p.59.col.2.per tot.
Virtus duo præstat & reformat interiorem hominẽ, & exteriorem.p.228.col.1.n.4.
Virtus,& vitium ex Arist generis nobilitatem, aut ignobilitatem determinant.p.16 c.1.n.13.
Virtutes,& bona opera cur a B.Paulo fructus dicantur ex S.Thom.d.t.p.482.c.2.& 483.c.1.n.8.
Virtutum semina sunt in nobis.d.t pag.75.c.2. n.4.
Visitationis solemnitas celebrari cœpit sub Vrbano VI.& cur.p.133.c.1.n.1.
Vitia animi leniter tractanda correctione sicut corporis inflationes.d.t.p.389.c.2.in fin.
Vita hominis nauigatio dicitur. d.t.p.69.c.1.in prin.
Voluntas propria, & proprium consilium duplex lepra cordis est.d.t.p.197.c.1.in med.
Voluntatum rectarum connexio iter est quoddam ascendentium in Deum.d.t.p.407.c.2.n.4.
Voluptates non venientes, sed absentes inspiciendas dicebat Aristoteles p.61.c.2.in fin.
Voluptates vitæ præsentis contemnendæ sunt. p.163. c.1.nu.6.
Vulnera Christi mystici canales Iacob. d.t.p.379.c.2. in prin.

X

Xenocrates quid dixerit cuidam qui nimium loquebatur.d.t. p.578.c.2.n.6.

FINIS.

ERRATA DE TEMPORE.

Pag.1. col.2. lin.12. animarum lege corporum
p.3. c.1. l.25. exercitium leg. exercituum
p.36. c.1. l.38. illius ignotantiam foris desideratur nonum Iob
p.42. c.2. l.26. Galgata leg. Galgala
p.72. c.2. l.19. herbam leg. terram
p.86. c.2. l.16. falleres leg. falleris
p.100. c.2. l.31. humiliabimus leg. humiliauimus
p.105. c.1. l.14. nonam leg. nouam
p.126. c.1. l.42. miseri leg. misereri
p.139. c.2. l.9. Niue leg. Niniue
p.143. c.1. l.1. Hebræi leg. Græci
p.190. c.2. l.6. ab leg. ad
p.195. c.1. l.30. *escarmentanss* leg. *escarmentamos*
p.214. c.1. l.13. Beniamin leg. Iudæ. Iudæ leg. Beniamin
p.229. c.1. l.26. coloris leg. caloris
p.259. c.2. l.14. Donum leg. Dominum
p.272. c.2. l.46. areus leg. æreus
p.376. c.1. l.40. *manirrito* leg. *manirrato*
p.391. c.2. l.6. Ioan.10. leg. Ioan.16.
p.478. c.2. l.7. ante finem. possunt leg. possum
p.515. c.1. l.8. punit leg. pascit
p.523. c.1. l.51. Helin leg. Helihu
p.533. c.1. l.28. Luc.4. leg. Luc.14.
p.569. c.2. l.62. monte leg. momento
p.578. c.2. l.35. vita mor leg. vita & mors
p.587. c.2. l.56. Thabita enim leg. Thabitacum

ERRATA DE SANCTIS.

pag.3. col.2. lin.61. viueret leg. viuerent
p.5. c.1. l.19. ad primos leg. primus
ibid. l.34. postquam leg. post quam
ibid. c.2. l.1. nu.6.12.& 16. leg. nu.1.6.12.& 16.
p.7. c.2. l.37. admirandos leg. admirandus
ibid. l.4. quas leg. quod
p.8. c.1. l.vlt. in ea leg. in hac
p.9. c.2. l.23. protenderet leg. portenderet
p.11. c.2. l.37. vigilia leg. vigila.
p.17. c.2. l.19. obtruso leg. abstruso
p.19. c.1. l.14. Iazihel. leg. Iahaziel.
p.24. c.2. l.61. celebrauit leg. celebrabit
p.30. c.2. l.63. Petrus leg. Petro
p.34. c.1. l.17. sollicitum Petrum leg. sollicito Petro
ibid. c.2. l.15. primitas leg. primitias
p.36. c.1. l.29. mare leg. maris
p.38. c.1. l.22. reuelatique sunt leg. rebellauerũt
p.39. c.2. l.51. tantum leg. tantum
p.42. c.1. l.4. ferunt leg. feruntur.
ibid. l.7. congitti leg. contigit
p.43. c.1. l.1. ararium leg. ærarium
p.45. c.1. l.31. quia leg. qui a
p.48. c.1. l.51. reuelantem leg. rebellantem
p.50. c.1. l.56. Ciliciam leg. Siciliam
p.53. c.2. l.61. cogitatæ leg. cogitate
p.59. c.2. l.64. tegmas leg. technas
p.75. c.2. l.19. turturatione leg. trituratione
p.83. c.1. l.43. bauilantem leg. baiulantem
p.84. c.1. l.57. didicesit leg. didicisset
p.89. c.1. l.11. Innoc.IX. leg. IV.
p.90. c.1. l.37. effecti leg. effici
p.95. c.2. l.3. pulsaret leg. postularet
p.97. c.1. l.37. voluit leg. nominari voluit
p.102. c.1. l.6. cælaretur leg. celaterut
p.103. c.2. l.13. Iosias leg. Ezechias
p.106. c.1. l.44. ludibrijs leg. ludicris
p.109. c.2. l.2. omnium leg. omnes
p.126. c.1. l.16. Iacob leg. Isiac
p.145. c.2. l.48. depinxi leg. se depinxit.
p.149. c.1. l.18. impegentibus leg. impingentibus
p.184. c.1. l.35. vilipensi leg. vilipensos
ibid. l.50. gerens, veniens illi leg. gerentibus, venientibus illis
p.188. c.2. l. 21. nec leg. vel
p.257. c.2. l.26. Henrico rege leg. Henricus rex
p.263. c.2. l.51. 1202. leg. 1216.
p.263. c.2. l.vlt. instarq. adde Noe
p.268. c.1. l.38. ardentia leg. arentia.

REGESTVM.

* a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z
aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ss tt uu xx yy zz
aaa bbb ccc ddd
A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z † ††

Omnes sunt Terniones, præter *, ddd, Z, quæ sunt Duerniones.

ROMAE,

Excudebat Aloysius Zannettus. M. D. XCVI.

SVPERIORVM PERMISSV.

EXCUDEBAT ALEXANDER ZANNETTUS. M. D. XCVI

ROMAE



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca